


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29



3
28-53

18
16

2 400 40

MADE IN SPAIN

1953/59

15. 11067


de Collegio de la Compañia de S. de Granada.

❧ **COMMENTARIORVM**

Fratris Dominici Soto Segobienſis,

Theologi ordinis Prædicatorum, Cæſareæ
maieſtati à ſacris cõfeſſionibus, publici
apud Salmanticenſes profello-
ris, in Quartum Sen-
tentiarum,

TOMVS PRIMVS.




Cum priuilegio.

SALMANTICAE,
Excudebat Ioannes à Canoua.

M. D. LVII.

Esta tassado a tres maravedis el ptego.



Summa priuilegij.

Ræfens opus cū priuilegio excusum est: quod regia Maiestas Vallisoleti anno præfentimillesimo quingētesimo quinquagesimo septimo de cōsilio Curie Autori in decenniū cōcessit. Videlicet, ne quis illud absq; eius facultate aut cudat, aut vendat indicta poena multæ librorū, instrumentorumq; artis, ac decem millium dupondiorū. Die verò vigesima secunda Februarij eiusdem anni æstimata sunt per eandem Regiam Curiam diplomata singula pretio trium dupondiorū. Nemo igitur sibi rei huius ignorantiam prætexat.

ST itē autoritate & iudicio illustrissimi ac perinde reuerendissimi Domini D. Franciſci Mārique de Lara per Dei gratiam episcopi Salmanticensis examinatum, & candore sui chirographi approbatum.

❖ CAROLO MAGNO ❖

HISPANIARVM SERENIS-

simo Principi suus frater Domi-

nicus Soto fœli-

citatem.



VO sunt clarissima lumina, Carole Princeps maxime, iustitia scilicet & religio, quæ dum in rege fauentē numine regnare contingit, tunc salus reipublice omni est periculo vacua. Per illam siquidem, vt quæ in media rerum caligine lubrici huius seculi lucet, reges pro rei dignitate regnant: per hanc verò, qua cælestia nobis refurgent, & reges & populi inaccessę maiestati Dei obsequi, subdiq; discunt, quod regnis cunctis & potētatibus lōgè præstat. Quare iustitiæ iubar, nisi quādiu ab inclyto religionis sidere, quod & celi fax est, & mūdi oculus, suum mutuatur lumen, nec rem quidem virtutis, nec verum nomen habet. Eam ob rem opus, quod de Iustitia & iure Celsitudini tuæ nuncupavi, mancum esse rebar, nisi alterum de septem ecclesiæ sacramentis, in quorum mystica cultura summa orthodoxæ religionis nostræ posita est, ei adhiberē. Igitur cum duos libros, quasi vno partu, ediderim, atq; illum Serenitas tua tanto animi candore & alacritate, quæ tua est omnium virtutum indoles, acceperit, & hunc non sum cunctatus post suum gemellum fratrem ad eandem Claritudinem tuā subinde mittere. Primus regem instituit, secundus (quod vobis gētile cognomen est) catholicum regem. Vnus enarrat quemadmodum Deus per se suosq; ministros leges cunctis gētibus de omni iure tulerit, omniaq; humanitatis vincula iusserit, quibus humanum genus in officio continetur: alter verò, quemadmodum, vt iussa capessere valcamus, diuina nobis auxilia contulerit. Horum nanque meditatio, dum labentibus diuino ordine rebus ad regnorum gubernacula sederis, vsui tibi esse potest: nempe, vt iuris prudentia moderari te clauum doceat, cælestiumque sapientia polum indicet, sed sacrosancta fidei religio supernum scopum, quō proram dirigas. Quo vtique venerando comitatu vallatum omnium te subinde stipabit virtutum chorus, vt procelloso huic mundi pelago tuam regiam maiestatem permittere ausis.

A 2 Vtinam

Vtinam enim te nūquā rerum vsus doceat, quā sit regijs classibus male fidum. Enimuēro qui nauigijs exiguis nauiculantur, quō sese minus audent in altum conijcere, eō se minoribus naufragijs obijciūt. Ac verō qui illustrissimas conscendunt naues, quanto maiori testudinis vastitate vectantur, quanto grauiori exornantur diuitiarum pondere, quanto sunt impeditiore armorum strepitu instructi, quanto denique amplioribus velis suo honori velificant, tanto magis reflantium ventorum vim, furentiumque insaniā fluctuum metuere debent: procellarumq; rabiem, ac perinde prominētes scopulos, in quos ingentiores rates, vt rapidissimo ferūtur impetu, ita periculosissimē impingere solent, suosq; patronos illidere. Deus autem optimus maximus,

in cuius manibus cor regis est, vt tui tibi populi maximē imprecātur, hos æquoris tumores tibi complanet, & nubila soluat, vt ad eam, quę eius te destinatu manet, sempiternā felicitatē sereno cœlo valeas peruenire. Vale.



5

FRATRIS DOMINICI
SOTO SEGOBIENSIS, THEO-
logi, ordinis Prædicatorum, publici apud
Salmanticenses professoris, in
Quartum Sententiarum
Commentarij.



P R O O E M I V M.



SENTENTIAS patrum, quas Petrus Lombardus, de sacra theologia bene meritus, in quatuor libros graphicè digessit, animus mihi semper tulerat à primo libro exordiri, vt meo tenui calamo totas exponerem. At verò quoniam mihi, alijs laboribus iam protrito, omnes cernunt, vires in dies elanguescere, metuentes ne me in medio cursu spiritus deficeret, instātius precando ex me multi efflagitarunt, vt à quarto libro rē auspicarer, quem libris de Iustitia & iure ad-

hiberem. Sunt enim huiusmodi materiæ adeo, tum germanæ, tum præcipuè moribus populi componendis, informandisq; accommodæ, ac perinde tam Iuriscōsultis, quā theologis scitu necessariæ, vt facillè mihi persuaserint, si qua mihi suppetit scribendi facultas, nullibi à me fructuosius collocari potuisse. Annui ergo, diuino numini confusus, petentium votis. Qua de causa, cum eum bis iam publicitus prælegerim, hoc vigesimo anno nostræ prælegendi prouincię, quo, velut in Iubileo, iugo soluti, ocio donamur, hic idem liber tertio nobis interpretandus assignatus est. Nihil verò aliud quā operæpretium duxi (nescio quoniam sit ab alijs calculo denotandum) breuiusculum textum sententiarum compilare, qui sit veluti epitome, vbi theologiæ axiomata, & veritates, quæ vel omnibus citra controuersiam, vel probatissimis autoribus receptissimæ sunt, compendiosè & lucidè connecterentur. Nam sententiarū Magister, licet sua laude nō careat, lōgè tamē diuersum habuit propositū: videlicet, asserta cuncta & scita Patrum, etiam si multa ad eādem pertinerent sententiam congerere. Qui quidem labor tunc temporis, dum studiosi nimia librorū raritate laborabant, pretiosissimus fuit. Iam verò quando priscorum opera in tanta sunt nobis copia impressa, congestio illa non apparet vsque adeo necessaria. Præterquā quod nec ita multa luce ordinis fulget, quippe quod de eadem re multis in locis meminerit, & in eodem loco de rebus diuersis. Neque verò conclusiones ex autorum dictis tam liquidò enucleauerit. Id quod, salua eius nominis celebritate, occasionem scriptoribus deinceps obrulit, vt rē theologam minori multo, quā par erat, ordinis perspicuitate tractarēt, ac subinde eiusdem sacre facultatis studiosis causam dedit, vt & temporis non medio-

*Textum Au-
tor adornat
ab illo Magi-
stri paulo di-
uersum.
Magister sen-
tentiarum.*

cre dispendium, & studiorum non minorem iacturam facerent. Quamobrem Diuus Thomas in sua summa dispositiore alium ordinem secutus est. Quod autem nos in præfato textu molimur, hoc prorsum est, vt conclusionum epitome, quæ sunt quæstionibus examinande, in fronte cuiusque distinctionis appèdatur. Ita vt possit etiam seorsum quasi enchiridion in subsidium memoriæ circumferri. In processu ergo operam pro mea virili dabo, vt ordine Diui Thomæ, cuius potissimum expositor prodeò, obseruato, à Magistri serie quàm minime potero deflectam. Imò verò distinctionum quinquagenario numero cū ipso conueniam. In quarum singulis, si quid aut variū, aut diuersum inter ambos patres sese obtulerit, lectorem admonendum curabo. Deus ergo optimi. in quem vnice cogitatum nostrum iactamus, ea nobis suggerat, quæ & à me, & ad Theologos, & de hac diuina sapientia pro rei dignitate dicantur: nempe, vt inter tam multos rei huius autores atq; interpretes labor noster nō sit superuacaneus, ac subinde molestum potius onus, quàm vtilis fructus. Quo vtique malo postquam chalcographorum vsus percrebuit scientiarū omniū scholæ plurimum laborant. Nam, vt nihil probatis autoribus detrahā, non nullos (quod bona venia dixerim) offendas, quos non tam docendi facultas, quàm impressio- num facilitas allexit, vt aliena incomptè transcribendo, suam scribendi libidinem traduxerint. Quem ego lapidem cum præspexerim, si in eūdem impegero, absurdius deliquisse me fateor. Sin verò aut quæ apud graues autores subobscura extant, elucidando, siue quæ alij minoris notæ commēti sunt, rescādo, siue aliqua pro captu nostro adhibēdo, locupletando, amplifi- cando, & in ordinē digerendo, quidpiam emolumenti in gazophyla- cium Domini mea diligētia & labor improbus cōtulerit, ipsi luminū fonti, cuius ecclesie censuræ asser- ta nostra submittimus, acceptum referatur. In cuius proinde laudē & gloriam totum conferen- dū est.

Ordo procedē-
di.
Quinquagin-
ta distinctio-
nes proponun-
tur.

Chalcogra-
phia nō nihil
nocet.

Pollitatio
auctoris.

✠ **DISTINCTIO PRIMA**
DE SACRAMENTIS
in genere.

Textus.
Cap.j.



Sex in hac
prima dist.
proponuntur.

Aug. 10.
de ciuit. Dei
cap. 5. de cō-
se. dist. 4. ca-
no. sacrificiū
Aug. 2. de
doctr. Chri-
sti. cap. 1.

Aug. super
Ioan. tract.
80. 1. q. 1.
can. Detra-
he.

V M quartus hic sententiarum liber de ecclesiasticis sacramentis definien- dis, adiecta beatitu- dinis contemplatione, sit institutus, ratio docendi postulat, vt ab eisdem in genere prælibandis ex- ordiamur. Quocirca de sex: nempe, de corū quidditate, necessitate, effectibus, tā de principali, qui est gratia, quàm de altero, qui est character, de causa denique eorū, ac numero, præfati distinctione nobis præfandum est. Igitur si ex multis vocis significatis, vnicū, quod ad rē pertinet, vsurpemus. Sacramentum (vt ex verbis Aug. 10. de ciuit. Dei colligitur) est sacre rei signum, seu inuisibilis gratiæ vi- sibilis forma. Est enim signum. 2. de doctri. Christi. eodem autore, res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se fa- ciens in cogitationem venire. Lotio nanq; sacramentalis, qua mini- ster sub certa verborū forma cor- pus foris intingit, latētem animæ ablu- tionē, quæ fit à culpa per gra- tiam, designat, secundum illud e- iusdem Aug. tract. super Ioan. 80. Detrahe verbū & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad ele-

mentum & fit sacramentum. Sa- cramenta ergo, vt in concilio Flo- rētino expositum nobis est, tribus perficiuntur: videlicet, rebus tan- quam materia, verbis tāquam for- ma, & persona ministri conferen- tis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit ecclesia. ¶ Eorum autē, vt venerabilis Hu- go. lib. 1. par. 9. de sacramentis au- tor est, trina fuit necessitas: scili- cet, eruditio, humiliatio & exerci- tatio nostra. Nam cūm prouiden- tia diuina sit, vnicuique rei iuxta suam naturam & ingeniū suauiter prospicere: & intellectus nos- ter suapte natura sensuum admi- niculo vtatur, congruens fuit, vt per hæc visibilia signa de latētibus mysterijs diuinitus erudiremur. Mox quoniam in morbum inde collapsi sumus, quòd mundi nos elemētis, relicto Deo, subiecimus, id nobis antidotum congruebat, vt sensibilibus quoq; elemētis im- perio Dei subiecti, nostrā edoma- remus superbiam. Ac demū quia Christiana religio ociosa esse non debuit, eiusmodi sacramētorum ceremonijs nos decuit exercitari. ¶ Sunt ergo sacramētorum nouæ legis effectus duo. Prior, idēq; po- tissimus, gratia iustificans, secun- dum

Conciliū Flo-
rentinum.

Cap. ij.
Hugo lib. 1.
par. 9. de sa-
cramē. ca. 3.

Cap. iij.

Paul. ad Ephes. 5.

dum verbū Apostoli ad Ephes. 5. Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit p̄ ea, vt ipsam sanctificaret, mundans eam lauacro aque in verbo vite. Cui eod. tract. super Ioan. Aug. alludens. Vnde, inquit, ista tanta virtus aquæ, vt corpus tagat, & cor abluat, nisi faciēte verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur: nā & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manēs. Et in epistola. 23. ad Bonifacium, super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Sicuti spiritus, inquit, sanctus, sic & ipsa aqua nostre regenerationis est causa. Et de eucharistia ait Christ⁹ Ioā. 6. Qui māducat meam carnem, & bibit meū sanguinem habet vitā æternam. Et ne in ambiguo maneret, sacramentum ipsum esse causam eiusdem æternæ vite, subdit. Caro mea verè est cibus, & sanguis me⁹ verè est potus. Hōc ergo sacramēta nostra illis antiquorū præstant, vt cōcilium idem Florentinū nos docuit, quod cū illa, vt ait ad Galat. Paul. infirma essent, egenaq; elementa, inquinatos (vt ait ad Hebræ. 10.) sanctificabant ad emūdatiōnem carnis, non animæ. Quocirca nō nisi vt signa futuræ Christianæ veritatis instituebantur: nostra verò, vt quæ ex Christi latere pendentis in cruce promanarūt, virtutem habent eiusdē conferen-

Aug. tract. 80. super Ioan. 1. quæst. 1. cano. De trabe.

Aug. episto. 23. ad Bonifac.

Ioan. 6.

Ad Gal. 4.

Ad Heb. 10.

dæ gratiæ, quam significant. Nam lex, inquit Ioā. per Moysen data est, gratia & veritas p̄ Iesum Christum facta est.

Cap. iiii.

¶ Neq; verò sacramenta euangelica tantum gratiæ efficacia sunt, verum & tria eorum alterum habēt effectū, qui est character. Ait qui p̄ 2. Cor. 1. Apostolus. Qui vnxit nos Deus est, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus, in cordibus nostris. Signare autē characteris munus est, vnde Aug. lib. 2. contra Parmenianum de secularis militis characterē loquēs. An minus fortè, inquit, hærent sacramenta Christiana, quàm corporalis hæc nota? (scilicet, qua miles insignitur.) Est autem character, tum facultas aliquid sacrum suscipiēdi, aut agendi, tum tūbinde distinctiuum signaculum. Baptismi nanq; characterē ad reliqua sacramenta Christi suscipiēda adornamur, quo perinde, ceu eius grex, à reliquis orbis gentibus seiungimur. Character verò cōfirmationis est, quo velut pugiles eiusdē Christi ad eius fidē publicitus propugnādam insignimur: atq; adeo à cæteris nuperrimè baptizatis, qui sunt (vt ait Petr⁹) sicut modò geniti infantes, dignoscimur. Sed & ministri sacramentorum characterem ordinis, qui facultas est ea administrandi, suscipiunt, quo subinde reliquo orthodoxorum cœtui antecellunt.

2. Corin. 1.

Aug. lib. 2. contra Parmenianum. ca. 13. 1. q. 1. cano. Quod quidam.

1. Petr. 2.

Concilium Florentinum.

Cap. v.

Roma. 8.

Matth. 11.

Ioan. 1.

Aug. tract. 5. super Ioā.

cellūt. Meritissimò ergo conciliū Florentinum tria hæc sacramenta nos cum Armenis admonuit characterem imprimere. ¶ Sed & sacramentorū causa primaria Deus ipse fuit, qui & iuxta nostram naturam hæc nobis subsidia cōtulit, & per ipsa intimè, ceu principalis causa, sua natiua autoritate gratiā infundit, iuxta illud ad Rom. 8. Deus est, qui iustificat. Cæterū & ministri secūdū ipsum, eorum administratione fungentes, causa eiusdē gratiæ instrumentalis existūt. At verò Christus, cui ea ratione, qua rex est regni cœlorum, data est (ipso fatente) omnis potestas in cœlo & in terra, quæ ad modum in quātum Deus diuinā habuit in sacramentis autoritatē, sic & in quantum homo excellentiæ potestatē: nempe, vt cuius virtus operatur in sacramētis, eius nomine eadem sanctificetur: & qui ea solus instituit, eorū valeat effectus absq; ipsis elargiri. Ipse ergo est, qui per ministros suos sacramenta dispensat, secundum oraculū illud, quod Baptistæ cœlitus affulsit. Super quem videris spiritum descendentem, & manētem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Illam autem excellentiæ potestatē (ait super eūdem locum Aug.) potuit quidem, si vellet, in seruū aliquem trāsferre, noluit tamen, nequis in seruo spē

collocaret. Contulit tamen ministerium, inquit, in bonos & in malos. Quare siue paganus sit qui baptizat, (vt ait Isido.) siue Iudæus, (vt ait Nicolaus) siue hæreticus, siue deniq; probus, siue improbus, sacramentū nō inde mutatur. Nā, vt ait ibidem Aug. Baptismus talis est, qualis ille, in cuius potestate datur, non qualis ille, per cuius ministeriū datur. Vnde contra Grefconium. libr. 3. cum sit inter ministros alius alio melior, non est melior baptismus, qui per meliorem datur, & nullo modo est malus, qui per malum datur, quando idē baptismus datur. Quia baptisma non est ministrorum, sed eius, (nēpe Christi) de quo ait Ioā. Ipse est, qui baptizat in spiritu sancto.

Can. Romanus, & can. A quodam. de cōse. dist. 4. De consecra. dist. 4. cano. Baptismus.

Aug. cōtra Grefconium. li. 3. c. 6.

Cap. vj.

¶ Numerus deniq; sacramentorū (vt in eodem concilio Florentino decernitur) septenarius est. Quorū & si perfectionis ordine eucharistia, quæ Christi corpus & sanguinem in se continet, omnium sit præstantissimū, generationis verò talis necitur ordo. Baptism⁹, quo in Christo renascimur. Cōfirmatio, qua in ei⁹ gratia irroboramur. Eucharistia, qua spiritualiter reficimur, ac nutrimur. Pœnitentia, qua sanamur. Extrema vnctio, qua perpurgamur & cōfouemur. Ordo, quo ad publica sacramentorū ministeria instituimur. Ac demū coniugium, quo ad idoneam

nostri generis propagationem, sexus alter alteri copulatur. Horum autem tria sunt simpliciter necessaria, tametsi paulò differenter. Baptismus siquidè per se simpliciter & absolutè singulis personis, iuxta illud, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Pœnitentia verò per accidens illis, qui in mortale crimen fuerint prolapsi, iuxta illud Lucæ. 13. Nisi pœnitentiã habueritis, omnes simul peribitis. Sed ordo necessarius est, non quidem singulis, attamè ecclcsiæ. Reliqua quatuor sunt secundum quid necessaria ad commoditatè Christianæ vitæ. Tametsi matrimonium quatenus officium naturæ, necessariũ sit etiam reipublice.

Ioan. 3.

Luc. 13.

DISTINCTIONIS primæ, Quæst. 1. de definitione sacramenti, & eius partibus.

S. Thom. 3. part. Quæst. 60.

ARTICVLVS I.

Vtrum sacramentum sit in genere signi.



In primo capite textus materiã primũ libri designauimus: quæ est de sacramētis & de beatitudine. Cum enim sacra theologia in Dei contemplatione versetur, ille autem, vt est in Apocalipfi, sit & c. principiu & finis, speciosa distributio est, vt lib. primus de eius diuinita

Apo. 21. Ordo qua-

te, qua ratione in se subsistit, quatenus nostrum fert ingenium, cōsideratio præmittatur. Et in secundo de creaturis, qua ratione ab ipso dimanãt, disputetur. In tertio verò de Christi incarnatione subtextatur sermo: quippe qui initium & caput est nostri in Deum regressus. Ac demum in quarto de eius sacramentis, quibus, veluti suis ipsius organis, ad eius beatitudinẽ perducimur. Itaq; sicut secundus ad primum, sic se habet ad tertiuũ quartus. Nam sicut formatio mudi p creationẽ, opus est puri Dei, sic & hominis reformatio p sacramēta, redẽptionis opº est incarnati Dei. Hoc igitur a reo circulo, quo egredimur à Deo, in ipsumq; regredimur, theologa eiº cognitio cõcluditur. Atq; hãc ob rem cũ theologia aut de rebus sit, aut de signis, in tribus primis libris agitur de rebus, vt de trinit. deq; creaturis, & de Christo; atq; in hoc quarto plurimũ de signis. Sacramenta enim sunt sanctificationis signa. Attamen Diuus Tho. rem locupletius amplificans, prima parte suæ summæ duos primos libros complexus est: & secundam de moribus interserens, in tertia duos alteros completi proposuerat. Nam vsq; ad quæstionẽ quinquagesimã nonam mysteria Christi prosequutus, à sexagesima, quam hic facimus primam, de sacramētis sermonẽ inierat. Quẽ per intempestiuum obitum non nisi vsque ad nonagesimam protendere licuit. Fit ergo cõsequens, vt prima libri huius diuisio sit in duo. Nã prima tractatio vsq; ad distinctionem quadragesimam secundam de sacramentis instituitur: secũda verò inde vsq; ad finem de beatitudine. Exigit autem philosophicus ordo, vt generalis rei meditatio, speciebº omnibus communis, peculiare singularũ antecedit. Quapropter prima distinctio de sacramentis in genere præiacitur. Et quãuis Pe. Lombardus in duas partes eã subsecuerit (nam in secunda parte de circuncisione sermonẽ subnexuit) illum nos tamẽ sermonem in secundam distinctionẽ reiecimus: tum quòd generalis sacramentorũ consideratio absq; vllò additamento, iustã distinctionẽ explet: tum quòd circuncisio, cùm inter præparatoria baptismi connumeretur, congruentius in alia

tuor librorũ sententiarũ.

Ordo Diui Thomæ in suã ma.

Diuisio quartũ huius libri

Prima distinctio.

alia distinctione collocatur. Et quãuis Pe. Lombardus quatuor tantũ de sacramentis in genere quæsitã proposuerit, tamen luculentius illa in quinq; Diuus Tho. partitur. Quocirca textum in sex capitula distribuimus. Iuxta quem perinde numerum, elucidatio huius distinctionis sex quæstiones exposcit. Adornamus autẽ, vt præfati sumus, ordinẽ D. Th. articulati prosequi. Nõ quidem eius literam, vt iacẽt, transcribendo: hoc enim grauis moles verius esset, quàm necessarium opus, sed (quod in libris de Iustitia & iure, obseruauimus) paraphrasticam eius narrationem præmittendo: hoc est eius sententias variato aliquatenus stilo explicando. Nam cùm eorum qui publicè Diuum Thom. profitentur, non infimus labor sit, eius conclusiones dignoscere, earumq; rationes informare, eos decreuimus hoc angore liberare. Itaq; vt opere commemorato fecimus, sic modò ex eius doctrina & nostris commentis & amplificationibus vnã perpetuã extruimus orationem. Proponitur ergo quæstio prima de sacramenti definitione, quæ octo cõplectitur articulos, quorũ primus est de eius genere. Nam vt li. 1. de off. auctor est Cicero. Omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur, quid est quod dicitur. Et cùm definitio ex genere constet & differentia Aristot. 2. poster. cap. 5. docet genus eius prius rimãdũ, vt inde ad perscrutãdas differentias descensus fiat. Quæstio igitur est, vtrum sacramentum sit in genere signi: sicuti homo est in prædicamento substantiæ, & calidum in prædicamento qualitatis. Et arguit D. Tho. in contrarium tripliciter. Primò. Sacramentũ dicitur à sacradõ, sicuti medicamentum à medicando: ergo potius in genere actionis & causæ quàm in genere signi collocatur. Rursum sacramentum videtur aliquid occultũ significare, iuxta illud Tobia 12. Sacramentum regis abscondere bonum est: res autem occulta nõ habet rationem signi, cùm signum secũdũ August. 2. de doctri. Christ. debeat esse sensibile. Tertio deniq; arguitur. Sacramentum nonnunquam idem est quod iura-

Ordo Diui Thomæ in suã ma.

Quæstio prima de sacramenti definitione. Cicero.

Arist. 2. post cap. 5. Quæstio articuli.

mentum: vt. 2. 2. q. 5. can. Paruuli. Iuramentum autem non est signum, sed veritatis confirmatio. Respondet autem vnica conclusio affirmatiua. Sacramentum ponitur in genere signi, hoc est, sacramentum est quoddam signum: sicut homo quædam substantia. Cuius auctor est Aug. 10. de ciui. Dei. c. 5. quod refertur de Conf. d. 4. ca. sacrificiũ vbi ait. Sacrificium visibile inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est. Vbi & altera eiusdem figuræ assuitur eiusdem Aug. definitio: nempe, quòd sacramentum sit inuisibilis gratiæ visibilis forma. Quocirca D. Thom. non tam contendit conclusionem ratione constabilire, quã velut receptissimã ab Aug. & sanctis patribus præsupponere. Et ideo ratio quã subiũgit, potius est conclusionis expositoria, quàm demonstratoria. Rationem autem accersit ex Aristot. 4. Metaphysi. tex. 2. vbi docet analogã esse, quæ inter se ad idem significatũ proportionem habent: quæ ideò ab eadem forma diuersimodè denominãtur. Vt, sanũ, primũ dicitur de animali in quo formaliter est sanitas: mox de medicina, quæ eius est causa, ac subinde de vrina, quæ est eius signum. Et pari modo est de hoc nomine sacramentum sentiendum. Ad cuius vtique intelligentiam notandum est, sacramentum à sacro deriuari: sicut medicamentum à medicina. Nisi quod medicamentum significat medicinam per modum causæ efficientis, veluti honestamentum honorẽ, quem alteri deferimus. Sacramentum autem significat rem sacram generaliter, hoc est, rem quæ vel in se habet sanctitatem, vel illam efficit, vel per illam efficitur, vel illi dedicatur, vel illam repræsentat: vt patet in nomine, sanum. Vnde sacramentum primum omnium idem significat quod sacrum mysterium in quo latet sanctitas, sicuti sanũ significat animal. Quæ quidem vsurpatio celeberrima est in sacris biblijs: non sic autem apud Ciceronem aliosq; id genus Priscorum Latinos. Enimverò Tobia 12. vbi græcè habetur. Mysteriũ regis abscondere bonum est. Latine legimus, sacramentũ regis, &c. Et ad Ephes. 1. græcè est, vt notũ faceret

Conclusio.

August.

Arist. 4. Metaph. 2.

Expositio articuli.

Sacrum mysterium.

faceret mysterium voluntatis suae: & interpretes traduxit, sacramentum. Idem ad Ephe. 5. & Sapient. 2. & Apoc. 17. Itaque in scriptura sacra idem est sacramentum, quod sacrum arcanum. Et ut obiter id notemus, Euseb. li. 2. de preparatione Euangelica, arbitratur mysterium dici à *μυστος* quod est scelus, seu odium: quasi scelestum sit & odiosum secreta pandere. Refragatur autem orthographia. Etenim *μυστος* per. i. iota scribitur. Mysterium verò per. y. p. sillon. Quare, ut ait Nucerianus græcè doctissimus non fit nisi ex *μύς* quod est claudus, & *στυγία* quod est, os, quo perinde illi admonentur quibus secretum committitur, os compescere, ut pote quod dum interrogantur, non eis liceat nisi pressis labris musitare. Vnde Dionys. cap. 1. Eccles. Hieron. ait quod profana multitudo fas non est vel ipsa mysteriorum signa contingere. Quapropter Ethnicorum sacerdotibus mos erat cum de fanis exhibant, ubi responsa Deorum accipiebant, musitantes digitoque ori admoto secreta celare. Et igitur (ut ad argumenta D. Tho. respondeamus) per hanc acceptionem soluitur secundum. Respondet enim ipse quod ratio illa procedit accipiendo sacramentum pro eo quod est sacrum secretum: quale est Dei & regis, & reipublicæ: quæ quidem propterea sacrosanctum reputatur, quod grande sit nefas, illud quod ad rempublicam pertinet, violare: sicuti civitatis muros & publicos magistratus. Haud tamen expressit quo in prædicamento sacramentum sic acceptum ponatur: id autem reliquit ex ratione conclusionis colligendum. Ponitur enim in prædicamento qualitatibus: sicuti sanum dictum de animali. Est enim continens in se sanctitatem: ac si dicas, sanctum, & sacrum. Et secunda acceptio huius vocis sacramentum, fuit Ethnicis latinis solennis: haud tamen in sacra pagina reperitur. Apud Latinos, inquam, antiquos sacramentum idem est quod iuramentum, seu iusiurandum. Atque illud potissimum quo milites militiæ addicebantur. De quo Vegetius li. 2. de re militari. Milites iurare solent: & ideo sacramenta militiæ dicuntur. Imò & ipsi milites sacramentarii nuncupabantur. Apud Ciceronem & Livium creberrima sunt testimonia,

Euseb.

Nucerianus.

Dionysius.

Responsum
secundi argu-
menti. S. Tho.Sacramentum
pro mysterio
in prædica-
mento quali-
tatis.Sacramentum
pro iusiuranda-
do.
Vegetius.

atque adeo apud Iuriscōsultos ut C. Si ad C. si aduer-
versus venditionem. l. 2. Sacramenta pu-
berum sponte facta, & c. inuiolabiliter cu-
stodiatur. Ac subinde ad ius Canonicum
eadem est significatio deriuata, ut 22. q. 4. can. Qui sacramento. & q. 5. can. Paruuli. ubi cauetur ne periuri ad sacramentum, id est, ad iuramentum amplius accedant. Ad eandem propemodum significationem refertur & illa iuridica, quæ est apud Cicero. lib. de Orat. Sacramento contedere. Erat enim lis quando litigantes certum æris pōdus deponebant: sicuti modo fit, cum appellatur ad Cæsarem depositis mille quingentis aureis: & ille qui vincebat resumebat suos numos: alterius verò pecunia, qui causa cadebat, erat sacro ærario dedicata, quæ ideo dicebatur sacramentum.

Atqui ex hac nominis significatione respōdit tertij argumenti. S. Thom. colligitur. Ad quod ipse hoc solum respondet, quod cum iuramentum quandam habitudinem habeat ad rem sacræ per quam fit, merito dicitur sacramentum. Silet tamen in quo prædicamento ponatur. In-

telligit verò poni in prædicamento actionis: sicuti sanum dictum de medicina. Est enim actio quædam & confirmatio quæ fit per sacra. Tertia demum significatio huius vocis est: qua significat sensibilia signa gratiæ. In qua utique significatione non modò apud Ethnicos non reperitur, cuius quidem ratio est, quod neque res ipsa sacramenti gentilitati innotuerat: verum neque in sacra scriptura nominantur sacramenta. Sed speciatim Baptismus, circumcisio, peccatorum remissio, unctio, & c. Imò verò Dionysij interpres generali nomine non appellat ea, nisi symbola, ut est græcè. Quamobrem præter manifestarios hæreticos, sacramentorum veritatem & gratiam abnegantes, quibus. q. 3. respondebimus, etiam alij latini nobis obganiunt, quod voce minus latina utamur. Quare nolent vocari nisi, vel symbola, vel sacra, vel mystica signa. At verò non debet nobis vitio dari, quod nouis inuentis rebus, ut lib. 1. Academicarum Quæst. permittit Cicero, noua adaptemus nomina. Quare Hieronymus, Augustinus & Lactantius lib. 3. de vera sapientia cap. 26. & lib. 4. cap. 22.

atque adeo apud Iuriscōsultos ut C. Si ad C. si aduer-
versus venditionem. l. 2. Sacramenta pu-
berum sponte facta, & c. inuiolabiliter cu-
stodiatur. Ac subinde ad ius Canonicum
eadem est significatio deriuata, ut 22. q. 4. can. Qui sacramento. & q. 5. can. Paruuli. ubi cauetur ne periuri ad sacramentum, id est, ad iuramentum amplius accedant. Ad eandem propemodum significationem refertur & illa iuridica, quæ est apud Cicero. lib. de Orat. Sacramento contedere. Erat enim lis quando litigantes certum æris pōdus deponebant: sicuti modo fit, cum appellatur ad Cæsarem depositis mille quingentis aureis: & ille qui vincebat resumebat suos numos: alterius verò pecunia, qui causa cadebat, erat sacro ærario dedicata, quæ ideo dicebatur sacramentum.

atque adeo apud Iuriscōsultos ut C. Si ad C. si aduer-
versus venditionem. l. 2. Sacramenta pu-
berum sponte facta, & c. inuiolabiliter cu-
stodiatur. Ac subinde ad ius Canonicum
eadem est significatio deriuata, ut 22. q. 4. can. Qui sacramento. & q. 5. can. Paruuli. ubi cauetur ne periuri ad sacramentum, id est, ad iuramentum amplius accedant. Ad eandem propemodum significationem refertur & illa iuridica, quæ est apud Cicero. lib. de Orat. Sacramento contedere. Erat enim lis quando litigantes certum æris pōdus deponebant: sicuti modo fit, cum appellatur ad Cæsarem depositis mille quingentis aureis: & ille qui vincebat resumebat suos numos: alterius verò pecunia, qui causa cadebat, erat sacro ærario dedicata, quæ ideo dicebatur sacramentum.

& vetustissimus Tertullianus aduersus Marcionem li. 1. non abhorret ab hoc nomine, Sacramentum in hac nostra significatione. Nam si dicitur symbola, hoc est, latetis gratiæ indicia, cur non & sacramenta? Sicuti iuramentum, quia per sacrum fit, sacramentum dicitur. Quapropter secundum hanc acceptionem sacramentum ponitur in genere signi: sicuti sanum dictum de vrina. Et non ad primum argumentum emendatius respondet in presentiarum D. Thom. q. in. 4. q. 1. Illic namque ob autoritatem Magistri, tenentis, sola nostra esse proprie sacramenta, quia efficaciam sunt gratiæ, non autem antiqua, admittit sacramentum dici à sacramento, sicut medicamentum à medicamento, & ideo poni in prædicamento actionis: quæ opinione ferè omnes doctores sequuti sunt. Hic verò, re oculatius inspecta, id negat, idcirco, quod licet medicina nomine medicamentum significetur per modum causæ efficiētis, tamen sanctitas nomine sacramenti non significatur, nisi aut sub ratione formæ, aut sub ratione finis. Baptismus. n. significat gratiam, non quatenus illa efficit, sed quatenus per illam, qui baptizatur, formaliter ab originali abluitur. Sacramenta verò vetera significabant gratiam per modum causæ finalis, quæ per Christum nobis erat conferenda, ut arti. proximo rursus explicabitur. Et ex his omnibus in calce solutionis tertij argumenti optime infert D. Thom. corollarium, quod hæc vox sacramentum non æquiuocè illa tria significat, quæ tribus argumentis proposita sunt, sed analogicè: videlicet, significatio pro portionem: quæ illa tria habet ad unam formam: scilicet, sanctitatem, secundum varias habitudines ad illam: ut superioribus exemplis monstratum est. Mens conclus. Et super hæc autem est mens conclusionis contemplan- da, ac subinde patentiùs demonstranda, ac demum præpendendum quidnam referat, sit ne sacramentum in genere signi. Igitur cum dicimus sacramentum constitui in genere signi, non accipimus vocem sacramenti per ipsa materialiter: nam hoc pacto etiam vox, homo, est signum. Est ergo deridicula quorundam interrogatio quænam vox sit sacramentum complexane, an incoplexa. Non enim de vocibus sed de rebus sermonem inimus, quas hic duxat intendimus definire. Illam ergo ablutionem aque in baptismo, unctioemque in confirmatione cum adiutis sibi verbis dicimus esse in genere signi. Hoc est, propterea esse sacramenta, quod gratiam illic recondita institutione Dei representat. Quandoquidem non voces tantum, verum & res ipsæ, ut. 2. de doctrina Christiana autor est Augu. institui possunt ad significandum: idque potissimum à Deo earum conditore, cuius imperio subduntur vniuersa. Signum enim, inquit, est res, præter speciem, quæ ingerit sensibus aliquid aliud faciens ex se in cognitio-

Primum ar-
gumentum.
S. Tho.

Mens concl.

Sacramenta
imaginem rei
gerunt, quam
significant.

Augu.

ne venire. Signorumque alia sunt naturalia, ut fumus ignis, & vestigiū pedis, alia data, ut tubæ sonitus in bello. Cuius generis sunt sacramenta diuino placito instituta. Et tametsi Christus sacramentorum institutor naturæ etiā ipsarum rerum ratione habuerit. Nam ut Epistola. 23. ad Bonifacium ait Aug. quæ refert Magister: sacramentum eius similitudinē gerit, cuius signum est. Si enim non haberet similitudinē rerum, quarum sacramenta sunt, proprie sacramenta non dicerentur. Ob similitudinē namque inter spiritualem corporalemque; absolutionem baptismus institutus est ad significandum abluentem gratiam, & propter similitudinē partus corporis & anime sacramentum in pane & vino constitutum est ad refectionem significandam animarum. Quod si arguas, subinde cōsequi naturalia signa, ut fumum, & vestigiū, esse signa data ad placitum: nam Deus illis tribuit naturam, per quæ significat, negatur illatio: quoniam Deus non imposuit illa ad significandum, sed tantum creauit, ut essent: naturaliter autem consequitur, ut effectus suam causam representet, sicuti res una quælibet sibi similis. Flatus. n. ille Ioan. 20. quo Christus apostolos spiritu sancto repleuit non ex impositione, sed naturaliter representabat spiritum sanctum: quare non erat sacramentum. Actio autem aquæ, & unctioem olei per adiunctam verborum formam accommodauit ad significandum sanctitatem animæ: ob idque sacramenta non gratis & merè liberè sunt imposita ad significandum gratiam, sicuti nomina & verba ad significandum res, sed ratione similitudinis rei ad rem. Ob idque ait Hugo. li. 1. de sacra par. 9. c. 1. quod sacramentum ex similitudine representat, & ex institutione significat gratiam. Quapropter ridiculum esset sacramenta vocare terminos: aut propositiones. Hoc autem supposito demonstranda restat conclusio: nam D. Thom. (ut diximus) ceu Augustini, sanctorumque assertione illam præsupponit, cuius ideo sola expositione contentus est. Repetamus ergo primum eius argumentum. Sacramenta Euangelica non modo signa sunt gratiæ, verum & causæ, ut. q. 3. patebit: cur ergo sacramentum non in genere locatur actionis? Et confirmatur. Virtus sacramenti euangelici, ut ea. q. ar. 4. patebit, reduciue ponitur in prædicamento qualitatibus, ubi ponitur gratia & charitas, quas instrumentaliter producit: haud ergo sacramentum in genere signi existit. Et ad rei huius intelligentiam meditatissimè sacramentorum institutio consideranda est, cuius ratio, ceu scopus totius sacramentorum materiæ est hic ita tim in initio ob oculos proponenda. In Christo namque domino nostro & eius passione duo sunt animaduertenda: nempe, quod in cruce fuit tum redemptor

Notandum.

Ioan. 20.

Hugo.

Conclusio
demonstratio.Notanda sunt
sacramentorum
institutio, ut
scopus totius
materiæ.

ptor noster, per que salutē spirituale consequi mur, tū subinde religionis noster institutor. Illic nāq; tanq; primus princeps sacerdosq; noster se se obtulit sacrificiū p nostra recō ciliatione. Ex quibus alia duo similia colligitur in esse sacramētis nostris, que inde effluerūt. Primū, q sunt remedia, & medicamina nostra cōtra peccati morbū, deinde q sunt religionis nostre ceremoniæ. Instituit. n. illa, vt simul essent & officia, quib⁹ Deū coleremus, & beneficia, quib⁹ nobis ipse vicissim vitā spirituale impēderet, iuxta historiam illā Samaritani Lucæ. 10. Christū significāti, qui vinū & oleū plagis semiuui imponēs, vulnera eius alligauit, qd' sacerdos & leuita nō fecerat: quoniā lex illa vet⁹ animā nō sanctificabat. Vt. n. putre vulnus acumine vini exurit, dolorē autē olei lenitas mitigat, sic & sacramēta nobis medēt. In sacramēto poenitentię id oculatiūs cōspicias: sanē vbi rigor ille increpādi castigādiq; crimina, atque ignoscēdi lenitas nostris medēdis plagis ac cōmodatur. Pari modo De⁹ antiquis Hebrēis illa sacramēta instituit, quæ simul essent & religionis ceremonię & gratię significatricēs, que vel tūc cōferebatur in remissionē originalis, vt in circūcisione, vel per Christū erat in noua lege cōferēda. Ex his ergo planē colligitur substantiam sacramentorū esse, vt sint signa gratię, nō autē vt sint causę. Sūt quippe in hoc instituta vt per ipsa, ceu per religionis professionē beneficium salutis cōfiteamur, qd' nobis Deus sub illis impēdit. Cū. n. nos sensuales simus, decuit (quod quæst. sequēti latius patebit) vt per hęc sensibilia signa ignorātia nostra, quā ex peccāto originali contraximus, de diuinis edocermur, ac perinde admoneremur, quemadmodū per Deū iustificamur. Nam dū baptizamur lotionē illa profiteamur spirituale abluōne diuinitus tūc nos recipere, iuxta illud Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: & dū sacramentū eucharistię recipimus, fatemur tūc spiritualiter à Deo refici. Iuxta illud Ioā. 6. Qui māducat meā carnē & bibit meū sanguinē habet vitā æternā. De quibus ideo beneficijs eidē deo nostro gratias debemus, quiquidē per sacramenta & nostræ vtilitati cōsultat, & suā à nobis gloriā vicissim expostulat. Quod autē sacramenta causę eiusdē nostre salutis existāt, ad necessariā cōfessionē fidei & religionis minimē pertinet: sed (vt. q. 3. videbimus) sub disputationē cadit, estq; priuilegiū sacramentorū noue legis. Ob idq; sacramētū nō ponitur in genere causę. Genus. n. est de substantia rei. Egregiē hoc docet Gregorius in illa definitione sacra-

simile.

Ratio conclusiois egregia.

menti, quæ refertur. 1. q. 1. ca. Multi. citariq; solent ex Augu. in lib. corporis Christi, vbi ait: qd' sacramēta ob id dicuntur, quia sub tegumento corporaliū rerū diuina virtus secretiūs operatur salutē. Nō ergo est substantia sacramētū, q sit causa, sed q sit signū effectus, quē illic diuina virtus secretiūs operatur. Quapropter quod illic ibidē subdit, sacramēta dici à secretis virtutibus, nō intelligit à virtutibus, quæ sunt in sacramētis, sed à virtute diuina, quæ secreti⁹ sub illis operatur. Præterq; quod illic de sacramētis nouæ legis loquitur, quæ appellauerat baptisma: christina, &c. quæ vt infra patebit, virtutem habēt instrumentale sanctificādi. Soluta ergo restā argumēta modō facta. Nam ad primum reddita est ratio cur sacramētum in genere actionis nō ponatur. Ad alterū verō respōdetur aliā esse rationē sacramētū, quod quātū ad suā substantiā est in genere signi, aliā verō instrumentalis virtutis, quæ peculiaris est sacramentis nostris. Hęc. n. ad speciem qualitatis reducit, quæ est naturalis potentia. At ne solū inuentū scholasticorū existimetur, sacramētū esse in genere signi, nō solū autoritate sanctorū, & ratione, verum & testimonijs sacræ pagine corroboratur. Primū ex illo Lucæ. 22. & 1. Corin. 11. vbi eucharistia ostenditur, vt passionis signū rememoratiuū. Hęc quotiescunq; feceritis in mei memoriam facietis. Et baptismum Paulus ad Roma. 6. signū esse ait sepulture, qua conspelimur Christo, & primæ ad Cori. decimo quinto. c. illo verbo. Quibaptizatur pro mortuis, insinuat immersionē illa atq; emersionē baptismi: resurrectionem eorū defignari, qui in Christo moriuntur, & ad nouam vitam resurgunt. Animaduertendum ergo est, quanti referat scire, sacramētum esse in genere signi. Primū enim id refert, vt Christianis cōpertum sit, quotēdat sacramentorū religio. Pertinet enim ad hoc, vt in illis diuina beneficia agnoscamus Deoq; ipsa referamus accepta. Deinde id etiā ad hoc cōfert, vt sciamus vtrū esse propriē sacramētū, tā illis legis Mosaicæ, q nostris vniocē, hoc est, eadē ratione cōueniat. Enimvero si de substantia sacramētū est esse causā gratiæ, tūc nō vniocē, sed æquiocē de illis & nostris prædicabitur. Id quod D. Tho. in. 4. dist. 1. q. 2. subsequenter ad opinionem, quam illic sustinebat, concessit. At verō iuxta illam, quam hic secūdū rei veritatē edocet: nepe q sacramētū intrinseca ratio nō est nisi esse gratię signū, genus vniocū est & illis & nostris. Quare & hoc cōfendū est hic emēdasse, sicuti illud quod sacramētū

Soluuntur argumēta facta.

Scriptura sacra testimonio.

Refert scire sacramētū esse in genere signi.

non

nō dicatur à sacramento. Quocirca illa tā, p priē fuerūt sacramēta, q nostra, ceu signa gratiæ per Christū cōferēda. Licet nō essent tā perfecta ppter virtutē, quæ in nostris est cōferēdi eandē gratiā. Quemadmodū equus tā propriē est animal, q homo, tametsi nō tā perfectū. Quapropter condēnantur illi, qui aiunt sacramētū vno modo accipi generaliter, vt comprehendit vetera, alio strictē, vt peculiariter prædicatur de nostris. Imò verò absolutē dictū nō accipitur, nisi vno modo: vniocē ad antiqua & nostra. Sicut animal nō accipitur nisi p vt est cūctis animantibus cōmune. Igitur si dialecticā explanationē cupis, hęc enūciatio. Sacramētū est signū, essentialis prædicatio & quidditatiua est: sicuti homo est animal: hęc verò, sacramētū est causa gratię, indirecta & accidentaria: veluti animal est risibile. Sed si dicas sacramētū euangelicū est causa gratię, est prædicatio, p pri: veluti homo est risibilis. In calce hic deniq; Dialecticę studiosi forsā sciscitēt: quod nā sit hoc genus seu prædicamentū signi, in quo sacramētū ponitur: Arist. nanq; decē dūtaxat prædicamēta discreuit, ad quorū capita res oēs reducuntur, quæ in aliquo sunt prædicamēto. Quocirca Sco. in. 4. dist. 1. q. 2. ait signū poni in prædicamēto relationis: quare tūc nō esset generalissimū, sed genus subalternū illius prædicamētū. Ratio eius est, q signū nō dicitur nisi p respectū ad signatū, vt pater p respectū ad filium. Perparū, tñ ad rē theologicā hoc refert: nihilominus forsā vero similis est, genus signi nō esse inter decē prædicamēta, sed extra vagari, tanq; aliud generalissimū ad omnia entia rationis, qualia sūt, vniuersale, genus, species, &c. atq; in isto ordine poni sacramētū. Nā vt 5. Metaph. autor est philosoph. decē prædicamēta tantū sunt entiu realiu, hęc autē modò nominata cēsantur entia nō realia, sed rationis. Nā nulla res p naturā est vniuersalis, sed p operationē intellectus abstrahētis naturā vnā. v. g. omnib⁹ animalibus vel hominib⁹ cōmune. Et parimodo signa significātia ad placitū, vt voces & literæ, ac pariter sacramēta, per solā operationē intellectus imponētis ea ad significandū sunt signa. Et ideo quantū ad eorū formalem rationē dicuntur entia rationis. Dixerim signa ad placitū significātia, nā illa quæ significant à natura, vt fumus & vestigiū pedis: quia significare habēt ex natura rei, dici possunt entia, nō rationis, sed realia. Hęc aut in-

Dialectica explanatio.

Interrogatio.

Secundus.

digna sunt in quibus theologus tēpus terat. Grauiore autē dubitationē hoc secū affert argumētū. Genus & species in eodē sunt prædicamēto: vt animal & homo: specialia verò sacramenta sunt in genere actionis seu passionis. Est. n. baptisimus ablutio quædā, & sacramētū cōfirmationis christinatio seu vnio, & susceptio sacramenti eucharistiæ nutritio & refectio (vt singulorū locis patebit) que omnia designant actiones seu passionēs ergo sacramētū in eodē prædicamēto collocatur. Respondetur. Sacramenta vniuersa quatenus sacramēta sunt, hoc est, ratione suæ formæ, que est significare gratiūs effectūs collocari in genere signi. Singula tñ secundū suas naturales substantias collocari in genere actionis seu passionis, vt argumētū pbat & d. 3. & subsequētibus patebit. Quemadmodū statua ratione suæ naturalis substantiæ collocatur in genere substantiæ: est enim aut lignū, aut lapis, sed ratione artificiatæ formæ est in genere qualitatis.

Argumētū.

ARTICVLVS. II.

Vtrum omne signum rei sacræ sit sacramentum



ONSTITVTO iam sacramento in suo genere exploratur eius differētia, per q eius definitio pficitur. Quā ob rem non queritur, vtrū omne signū sit sacramētū: planū siquidē est signa naturalia, vt fumū, & vestigiū, quinuero neq; voces ipsas esse sacramēta, sed sunt aliæ signorū species, veluti animal multas species sub se continet. Sed queritur an oē signū rei sacræ sit sacramētū, sicuti omne animal rationale est homo. Quod est querere vtrū hoc solum quod est, esse rei sacræ, sit tota differētia, quæ signū cōstituat in specie sacramenti. Nā certe si scholasticos alios doctores cōsulas lōgiore multò cōminiscuntur definitiones. Attamē D. Th. vnica cōclusionē respōdet, q omne signū rei sacræ, in quātū homines est sanctificās, est sacramētū. Quoniā cū Deus, vt in textu dicebam⁹, vnicuiq; rei iuxta naturā suā cōsulat, & rōnale hominis ingeniu sit p ea q foris patēt abscondita dephēdere sit vt sacramētū nihil aliud sit, q sacræ rei signū ad hominū factitatē ptinetis. Haud verò additio illa quēpiam fallat. Inquantū est sanctificās homines. Nō enim est sensus, q signū

Conclusio.

in

inquantū est sanctificās, sit sacramentū. Alio qui solis euāgelicis cōueniret, quæ sūt gratiæ causā, sibiq; ipse Doctor cōtradiceret, qui articulo præcedenti negauit sacramentū dici à sacrādo: & hīc in solutione secūdi argumenti fatetur, ceremonias quāsdā vetustæ legis fuisse sacramēta, licet nō sanctificārēt. Sed sensus est qđ signū rei sacræ, quæ nō quomodocūq; est sacra, sed sanctificās, sit sacramentū. Quod & Moysaycis sacramētis cōpetebat. Nā circūcisio gratiā sanctificāntē significabat, licet illā nō efficieret. Adiecit ergo illā particulā ad explicandā sacramēti naturā, quæ à sanctificādis hominib⁹ illud sortitur nomē. ¶ Per idq; respōdet D. Th. argumēto suo primo. Oēs. n. creaturæ signa sunt sacrarū rerū: nēpe, diuina nū perfectiōnū, vt sunt omnipotētia sapiētia, &c. Siquidē p̄ hæc visibilia, autore Paulo, inuisibilia Dei cōspicimus: nihilominus creaturæ nō sunt hac ratione sacramēta. Et ratio est quia nō significant res illas diuinas, quatenus nos sacrāt, sed tanq̄ sup̄emas suas causas, quæ per tales creatos effectus repræsentantur.

Responsio. i. argumenti. s. Tho. Rom. i. i.

Sacramenta sūt signa practica.

¶ Ex hac cōclusionē colligi solet, sacramenta esse signa practica: sunt. n. alia signa quædam speculatiua, vt voces in hoc. s. p̄cise institutæ, vt cōceptus significāt: alia verò practica, quæ efficiūt quod significāt: vt verba cōsecrationis. Hoc est corpus meū: & illa verba Christi ad Lazarū. Veni foras, p̄ quæ eū luci restituit. Et hoc modo sunt qui putāt sacramēta esse signa practica. Verūtā per hāc rationem sola Christiana sacramēta hoc nomine digna essent: qñquidē Moysayca nō sic erāt sacramenta, vt efficierēt quod significabāt. Si ergo vis vt qualitas hæc etiā circūcisioni cōgruat, dic sacramentū omne esse signū hac ratione practicu, quod significat rē sacrā vel actū, qua ratione res illa vel actio homines sanctificat. Siue sanctificatio p̄ sacramēta fiat vt in nostris: siue sola actione Dei vt in circūcisione iuxta illud Greg. Quia sub tegumēto corporaliū rerū diuina virt⁹ secretius salutē operatur. Reliqua. n. vetera sacramēta neutiq; erāt practica.

Ordo metaphysicus argumentorū. Scotus.

Quinque requiruntur, vt res sit definitibilis.

¶ Cōtra hāc autē definitionē duo solēt extrui argumentorū ordines. Alter. s. metaphysicus, ad theologū nō ita multū referēs: alter verò theologis proprius. Priorē Scotus dilatat in 4. d. i. q. 2. Vt enim quidpiā definiiri valeat, qñ que habere debet. Primū vt sit ens positiuū secundū Arist. i. Topico. Cæcitas. n. quæ priuatio est, nō definitur nisi p̄ visum, cuius est carētia. Debetq; esse res per se vna: vt. 7. meta

phy. habetur: nā pluriū rerū plures sunt definitiones nō vna: vt homo albus non definitur quidditatiuē sed alia est definitio hominis, alia verò albedinis. Tertiō cōuenit vt sit ens reale vt patet. 5. metaph. tex. 14. q̄a ens rōnis nō est simpliciter res q̄ habeat quidditatē, vt possit finitione quiddatiua definiiri: vt mōstrū qđ rō fingit esse chimerā. Oportet itē esse cōpositū aut ex partibus, vt homo, aut saltē ex gñe & differētia, vt Angelus: quare Deus nō est definitibilis. Ac demū esse debet res vniuersalis. Et quidē sacramēto tres ceterē cōditiones palā insūt. Est. n. quid positiuū, cōpositū ex materia. s. ex rebus & verbis, & ex genere & differētia limitatū. Est deniq; vniuersale ad plures species sacramētorū & indiuidua. Sed tñ neq; videtur esse p̄ se vnū, neq; reale: quoniā cōstat ex rebus & verbis, quæ sunt genere diuersa: & iā supra cōfessum est esse ens ratiōis.

¶ Ad primū autē respōdetur qđ, vti. 5. metaph. tex. 7. ait Arist. cōtingit aliqua esse in vno genere plura, & in altero vnū: vt domus q̄ in genere substantiæ est plura: nēpe lapides & ligna, in genere qualitatis est vnū, propter vnā formā: quā nihil refert esse in vna vel in plurib⁹ rebus. Idēq; de statua & omnibus artificialibus sentiēdū. Et pariter sacramentū, licet ex rebus & verbis cōstet, vt baptism⁹, ex aqua & forma verborū, quæ sunt res naturales diuersæ, tñ illē in genere signi faciūt vnū. Accedit. n. verbū, ait Aug. ad elementū & sit sacramentū. Quare ablutio vt materia & verborū forma: vti ar. 6. ait D. Th. integrāt vnū signū abluitionis animæ, & cōsecrationes panis & vini sunt vnus signū spūalis refectiōis, quæ instar fit cibi & potus. Et quāuis homo albus secūdū Philosophū p̄ se nō definitur: quia albedo cū homine nō faciūt vnū per se, sed definitur p̄ accidēs ratiōe albedinis, nihil de hoc disputamus: satis est, qđ formā sacramēti & materia faciāt vnū signū, instar materiæ & formæ in artificialib⁹. Quod idcirco ad diderim: quoniā cōpositio materiæ & formæ in baptismo nō est essentialis: quare sacramentū baptismi (vt. d. 3. videbimus) nō supponit p̄ aggregato ex abluitione & forma verborū sicut homo p̄ cōposito ex materia & forma, sed p̄ abluitione connotādo significationē, q̄ habet à forma, sicuti nomē statuæ nō supponit pro coniuncto ex ligno & forma artificiali, sed pro ligno illam connotando. Idēq; de omnibus sacramentis dicēdum, atq; adeo de ipso generico nomine, sacramētū. Ad secūdū autem

Arist. 5. Metaph. cap.

Hugo de sancto victore.

Secundum argumentū. s. Thom.

autem respōdetur, qđ sacramentū nō est merum ens rationis vt monstrum, quod fingitur, sed in rebus verè realibus consistit: tametsi significatio, quæ est eius ratio, sit ens rationis. Consistit enim in cōceptione mentis. Quare nō digladiamur an definitio eius sit quiddatiua propriè: satis enim est esse quiddatiuā eo modo, quo ens rationis habet quidditatem. Quicquid enim mente concipimus possumus aliqua definitione explicare, etiā chimerā: imo & Deū ipsum quauis reuera nulla sit definitione quiddatiua comprehensibilis. Neque in hoc est theologo vlla faciēda mora. ¶ Ad rem ergo theologica propius, quod definitio hæc. Sacramentum est sacræ rei signum, sit iusto breuior, arguit venerabilis Hugo de sancto victore, vir egregiæ autoritatis li. i. de sacramentis, par. 9. cap. 2. Nā literæ, inquit, sacræ sunt reconditorum sensuum signa, & imagines & crux, sunt sacrarum rerum signacula: & tamen nō sunt sacramenta. Quapropter prædicta, inquit, descriptio ad interpretationem, siue expositionem vocis magis quàm ad definitionē referenda videtur. ¶ Vrgenti⁹ autem in eandem sententiā arguit D. Tho. 2. argu. Omnia, quæ in antiqua lege fiebant, erant signa rei sacræ: nēpe, Christi in cuius figuram, vt ait Paul. i. ad Corint. 20. omnia contingebant illis: & ad Coloss. 2. ait, legem illam vmbra fuisse futurorum, corpus autem Christi: & tamen non erant sacramenta. Sed & alij explicati⁹ argumentantur. Esus agni paschalis signum erat rei sacræ: nimirū occidendi Christi: & serpens æneus, quem (vt legitur Numer. 21.) Moyses suspēdit in ligno, signum quoq; quod esset Christus cruci affigendus, & transitus maris rubri, indicium erat gratiæ baptismalis: & fluxus aquæ de petra prognosticum lauantis nos aquæ lateris Christi, & māna de cœlo cadēs, præsagium Christi, qui fuit verus panis de cœlo descēdens. Vnde de Paul. Omnes, inquit, in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eādē escam spiritualement manducauerūt, & omnes eūdē potum spiritualement biberunt. Imò verò vniuersa sacrificia & oblationes, quibus peccata expiābātur, vmbra esse videbātur sacramentalis gra

tia, quam nostra conferunt sacramenta. Quinetiam aliquatenus iustificabant, mundabant enim à lepra, lustrabantq; homines ab alijs maculis, vt possent limina templi adire, secundum illud ad Hebræos. 9. Sanguis hircorum & tauro- rum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis, non animæ: nam qui mortuum tangebāt immūdos erāt. ¶ Ad hæc & ante scriptā legem coniugium primorum parentum signum fuit rei sacræ: videlicet sacramentum, vt ait Paul. ad Ephes. 5. Christi & ecclesiæ: & sacrificiū Melchisedech in pane & vino, eucharistiam nostrā, & Christi sacerdotium, vt est in Psalm. 109. & ad Hebr. 7. præsignabat. Sicuti oblatio Abel de pinguib⁹ ouium, oblationē agni immaculati: & tamen nō erant sacramēta de quibus loquimur. ¶ Adde quod & in noua lege multa fuere signa rei sacræ, quæ non erant sacramenta. Vt columba cœlitus super Christum descendens, & ignitæ linguæ super Apostolos: ac deniq; que verba illa ipsius ad Magdalē Lucæ. 7. Remittitur tibi peccata tua, signa fuerunt sanctificationis eius: & tamen nō erant sacramentum: quippe cū Christus absq; sacramentis poterat crimina condonare. Non ergo definitio hæc ad rationē sufficit sacramenti. ¶ Igitur Hugo propter suum argumētum, aliam est definitionem sacramenti meditatus. Ait enim. Sacramentum est corporale vel materiale elementum, foris sensibilibiter propositum, ex similitudine repræsentans, & ex institutione significans, & sanctificatione continens aliquam inuisibilem & spiritualement gratiam. Ex similitudine scilicet repræsentans. Quoniam, vt arti. præcedenti diximus, propter similitudinem, quæ est in materia sacramenti ad effectum gratiæ institutum est, vt accedente verborum forma significet gratiā. Quod autem adiecit, gratiam cōtinens, ad efficaciam sacramētorum nouæ legis spectat. Quamobrem eandem definitionem Magister Sententiarum, qui sub id temporis fuit, paulò scilicet Hugone posterior, explicati⁹ expressit dicens. Sacramentum propriè sic est signum gratiæ Dei, vt ipsius imaginē gerat & causa existat. Dixit propriè, vt vetera excluderet

Hebræ. 9.

Ante legē scriptā arguitur fuisse sacramenta.

In noua lege.

Luc. 7.

Hugonis definitio.

Sententiarum Magister.

facramenta, quæ (vt q. 3. videbitur) non erant causa gratiæ: atq; adeo, vt ipse arbitratus est, nec erant propriè sacramenta. Inde ergo coeptum est inter Magistri interpretes definitionibus sacramenti longioribus vti, quàm artificiosis. Ait quippe Sco. in 4. d. 1. q. 2. Sacramentum esse signum sensibile, gratiam Dei, vel eius effectum gratuitum ex institutione diuina efficaciter significans, ordinatum ad salutem hominis viatoris. Atq; alij addunt, cuius virtute operis operati confertur gratia, quib; alia superaddunt multa. Definitiones autè huiusmodi præterquàm quod antiqua sacramenta non comprehendunt, sed sola euangelica, quæ gratiam conferunt, artem definiendi nequaquam referunt. Autore enim Cicer. Rhetoric. lib. 4. definitio esse debet breuis circumscriptaq; quardam rei explicatio. Quare Arist. 6. topic. secundam eius labem notat, si superfluum quidpiam contineat, quod rescari possit. Quandoquidè definitio communis debet esse animi conceptio omnibus disputantibus: ob idq; nihil eorum quæ sub iudice sunt, debet in ea poni. Disputatur autem vtrum sacramenta gratiam conferant, quod non soli heretici, verum & scholarium multi, si non voce, re tamen (vt q. 3. patebit) negant. Rursum si alius quàm Deus institueret valeat sacramenta, licet falsum sit, tamè disputatione indiget. Imo an debeant esse sensibilia signa, disputabimus. Quare hæc nõ debent definitionem intrare. Quibus ergo comata istæ definitiones placent, non possunt in eandem conuenire: quare vnus quilibet suam comminiscitur. Meditato igitur opus est, quod nõ definimus in præsentiarum sacramentum, vt solis euangelicis peculiariter conuenit: sed in genere: quod, vt art. præcedenti constituimus, vniuocè commune est antiquis & nostris, illisq; tam propriè, quàm istis conueniēs. Satis ergo pro definitione est dicere. Sacramentum esse sacræ rei signum: si rei sacræ significatū satis perspiciamus. Ad cuius intelligentiã illius semper meminisse oportet, quod art. præcedenti, tanquam scopum præsentis materiæ oculis præfiximus: nempe, ad sacramentorum naturam duo essentialiter pertinere, sunt enim tum medicinæ & reme-

dia, quibus nostris Deus peccatis medetur, tum etiã ceremoniæ religionis Christianæ, quibus nos ipsum vicissim colimus. Ex quo inibi collegimus quod substantia fidei nostræ est per hæc sacramenta doceri, ac perinde eorum exercitio cõfiteri, quemadmodum Deus nos eorum susceptione sanctificat. Quod autè illa sint eiusdè sanctificationis causa instrumentalis, non pertinet ad religionem fidei, sed hoc tantum, vt ait Gregorius, quod sub eorum tegumento diuina virtus nostram operatur salutem. Haud ergo opus est in definitione sacramenti aliud ponere, quàm quod sit signum rei sacræ. Quæstione enim tertia de nostris disputandū restat, vtrum singulari priuilegio gaudeat eandè efficiendi gratiam. Quocirca Vualdèsis nobilissimus autor tom. 2. de sacramentis. cap. 20. illam præcisam definitionem ait esse in vniuersum patribus receptissimam. Igitur vt ad definitionis sensum descendamus, cum dicitur sacramentum esse signum rei sacræ, non accipitur res sacra pro re quomodocūq; sacra, hoc est, Deo dicata, vt doctissimus aliàs Hugo suo argumento arbitratus est, videlicet aut pro sanctis, quos eorum imagines repræsentat, veluti & crux repræsentat Christum, aut pro sacris sensibus, quos literæ sacræ significant, sed pro gratia gratū faciente, eiusq; actione: ipsa enim theologorū vsu simpliciter & absolute nūcupatur res sacra, vt pote quæ Deo, in quo suprema consistit felicitas, animas consecrat: ad quã perinde cõsecrationem vniuersa, quæ in ecclesia cõsecratur, vt altaria, sacerdotes, & vasa & reliqua ordinantur & referuntur. Quapropter neque sacramentum eandè gratiam quomodo libet significat, sed, vt S. Tho. docet, quæ ratione est in actu sacræ sanctificandiq; & expurgandi nos à peccatis. Ablutio enim illa baptismi est sacræ rei signum: quia significat nos tunc spiritualiter ablui, sicut abluatur corpus, & susceptio eucharistiæ est signum spiritualis cõsecrationis, quæ tunc actu fit. Itaq; sacramentum est signum sacræ actionis siue quæ tunc fit in anima, vt in nostris sacramentis, siue quæ futura est per Christum. Sacramenta enim legis veteris gratiam per Christum futuram præsignabant. Et quoniã

sacra

facramenta, huiusmodi actiones, quæ per antonomasiam, sacræ dicuntur, designant, simpliciter dicuntur res sacræ. Cū enim sacrosanctam eucharistiam consecramus, dicimur re facere sacram. Idemq; de cæteris sacramentis dicere possumus: vnde & sacerdotes, sacramentorum ministri, vt 1. cap. Ecclesiasticæ Hierarch. ait Dionys. sacri dicuntur: videlicet, sacris ordinibus sacriati, & sacramentorum ministerio sacranes. Vnde ad argumenta propofita longè limatius. D. Th. quæ Sententiarum Magister, eiusq; asseclæ, respondet. Ille nanq; illam solam virtutem in antiquis sacramentis contemplatus, quæ carnem, vt ait Paul. non animam emundabant: quia gratiam non conferebant, cuncta negat fuisse propriè sacramenta: quoniam mundatio illa nõ erat propriè res sacræ, nec sanctitas. At verò S. Tho. considerans nonnullas illarum ceremoniarum præfigurando significasse euangelicam gratiam, quatenus per Christum erat exhibenda, licet gratiam talem non conferret, cõcedit nihilominus eiusmodi ceremonias verè & propriè fuisse sacramenta: dummodo religionis causa ad id significandum essent institute. Exempli gratia. Circuncisio propriè erat sacramentum: nam erat signum ad cultum religionis spectans: signum scilicet gratiæ, quæ virtute fidei Christi per eandem circuncisionem applicatæ conferebatur, licet ipsa circuncisio illa non conferret. Quoniam conferre gratiam non est de essentia sacramenti in genere. Pari modo esus paschalis agni, tametsi alij id negent, sacramentum erat propriè, vt S. Thom. 3. par. q. 73. docere videtur: quoniam institutus erat religionis causa, tanquam signum prognosticum passionis Christi, cuius sanguine seruari sumus, vt Iudæi in Aegypto sanguine agni. Quare Paul. 1. ad Corinth. 5. Pascha, inquit, nostrum immolatus est Christus, alludens ad passionem, cuius agni immolatio sacramentum erat. Quo fit vt ad rationem sacramenti non sit vniuersum opus, vt proximè gratiam significet, quæ ille formaliter sanctificatur, cui sacramentum admouetur, vt facit baptismus: sed satis est significare rem sacram: nempe, Christum per modum, quo nos sanctificat. Nam &

nostra eucharistia, non modo quatenus gratiam significat, sed quatenus rememoratiua est passionis Christi, sacramentum est. Eadem ergo ratione quia illa occisio & manducatio tanquam religionis cultus eiusdem erat passionis prognostica, sacramentum erat. Et hoc est quod innuit. D. Th. superiori articulo in solutione primi, dicens quod sacramentum significat sanctitatem per modum cause formalis, vt baptismus significat illam, quæ baptizatus formaliter mūdatur ab originali: vel finalis, quemadmodum sacramenta vetera, vt esus agni paschalis significabat gratiam per Christum nobis conferendam. Hinc ergo fit nullum aliorum, quæ inter arguendum recensimus, fuisse sacramentum. Nam illa purgatoria sacrificia, licet essent religionis gratia instituta, tamè quia (vt ait Paul.) non attingebant animam, in qua propriè est res sacra, non dicebantur absolute sacramenta, sed cum diminutione: putà egena & infirma, vt ait ad Gala. 5. Pau. Hoc est corpus expiantia. Nisi forsitan aliqua signa essent conferendæ gratiæ per Christum. Reliqua verò etsi signa essent & figura gratiæ euangelicæ sanctificantis, tamen nõ erant tanquam religionis cultus instituta. Serpens enim æneus non fuit suspensus ad religionem colendam, sed in medelam illius plage, quæ tunc grassabatur in populū. Et manna de celo cadens, aquaq; de petra fluens ad cibam tunc, potandumq; populū fuit: & trāsitus maris, vt hostiles manus effugeret. Quare nullū eorū erat sacramentum. Idemq; & de matrimonio in lege naturæ respondendum, quod tantum erat officium naturæ, non autem religionis ceremonia. At matrimonium Christianorū, ad cultum etiam pertinet religionis, postquàm est sacramentum. Appellauit autè Paul. illud primorum parentum sacramentum, hoc est præsagium & prognosticum mysterium coniugij Christi & ecclesiæ. Concinit ergo distinctio hæc D. Tho. decreto concilij Florentini: vbi legales ceremoniæ diuiduntur in sacræ, & sacrificia, & sacramenta. Sacra enim erant templa & eius vasa: sacrificia verò illa, quæ illic offerebantur: sed sacramenta illa, quæ per modum religionis & cultus euan-

B 2 geli

Scotus.

Cicero Rhetoric. 6.

Arist. 4. topic.

Definitionis natura.

Thom. Vuald.

Definitionis sensus.

S. Tho. limatius quæ Magister. respondet.

Circuncisio.

1. Cor. in. 5.

Alia ceremonia non erat sacramenta.

Concilium Florentinum.

Oblatio Melchisedech.

gelicam gratiam præsignabant. De oblatione autem Melchisedech Christi sacerdotium, ut ait Paul. designate, sit ne probabile fuisse sacramentū. q. proxima art. 3. dicturi sumus. Oblatio verò Abel non magis fuit sacramentum, quam oblatio Cain, licet utraq; ad cultum attinebat: quoniam non erat instituta ad significandum euangelicam gratiam, sed ut Deus tanquam rerum creator & parens coleretur. ¶ Pari ratione nec in nouo testamento missio columbar, ignitarumve linguarum fuit sacramentum: nempe, quod non erant instituta ad religionis cultum. Neq; verò crux, licet eius adoratio religionis officium sit, quia non significat rem sacram per modū sacratis, sed Christū passum, cuius rē quampiā. Et eadem ratione nec verba Christi ad Magdalenā, aut sacramentū erant, aut sacramenti forma: quia non erant instituta ad religionis cultum, sicuti verba sacerdotis, Ego te absoluo. ¶ Superest autem tertium argumentum. S. Tho. Cōsecratio altaris & vasorum ecclesiæ est signum rei sacræ, quatenus facere, & multo euidētius asperio aquæ lustralis, & tamen nullum istorum est sacramentum: aliās cum sint euangelica, essent plura, quam septem. ¶ Ad hæc omnia eadem ratione negat aliquod eorū esse sacramentum: quia non conferunt perfectam sanctitatem, sed ad illam disponunt. Tamen potuisset non nihil discriminis inter hæc constituere. Nam consecratio templi & vasorum nec significat, nec efficit sanctificationem hominis, quod supra dictum est, nomine rei sacræ designari, sed consecrationem illarum rerū: aqua verò lustralis benedicta pertinet ad sanctitatem hominis: quādoquidē peccata venialia remittit. At verò nequis eū redargueret qd cōsecrationes vasorū ordinē haberēt ad eucharistiā, per quē homines sanctificatur: & ideo apparere sacramēta, maluit respondere illas consecrationes non esse sanctificatorias proprie, sed preparatorias & disponentes ad nostrā salutem: videlicet, ad passū eucharistiæ: & ideo neq; esse sacramenta, sed tamen à sacramento, ad quod referuntur, denominantur sacramentalia. Sed & aquam lustralē, quanuis expressiorē præ se ferat sacramenti effigiem, tamen quia gratiam

Tertium argumentum.

Aqua lustralis non est sacramentum

non cōfert, quæ est perfecta sanctitas hominis, pariter negat esse sacramentum. Veruntamen quia tollit eius impedimentum abigendo demones, augetq; eius feruorē remittendo venialia, est sacramentale quoddam. De hoc autem inferius. q. 6. ar. 1. latius, ubi exponenda sunt verba Alexan. de consec. dist. 3. c. Aquā. quibus videtur eam asserere esse sacramentum.

ARTICVLVS. III.

Utrum sacramentum sit signum vnius rei tantum.



Definitione ergo sacramentorū ob oculos posita, sex subinde articuli subnectuntur, quibus membratim luculentius exponitur. Hoc itaque præsentī, quid nomine rei sacræ denotetur, exquiritur. Cum enim dictum fuerit sacramentum rē significare homines sacræ: sacrare verò commune verbum sit tam causæ efficientis quā formalis, imò & finalis, necesse fuit percōitari vtrum nomine rei sacræ omnes istæ causæ designentur. Atqui vnica. D. Tho. conclusione respondet, affirmans sacramentum non esse signū vnius tantum rei, sed illarū trium causarū. Nā cum sacramentum sanctificationē nostram ex Dei institutione representet, cuius causa efficiens, passio Christi fuit, formalis verò, gratia & virtutes, sed finalis, vita æterna, necesse est ut horū sit omnium signum. Ex quo fit consequēs, ut à tribus significatis tria subinde sortiatur nomina. Est enim signum præteritæ passionis cōmemoratiuū, præsentisq; gratiæ demonstratiuum, & finalis gloriæ prognosticum.

Conclusio articuli.

Sacramentū signum triplex.

Expositio articuli.

Roma. 6.

¶ Sententia hæc vniuersalis omnium patrum est, quā nemo in dubium reuocare potest: quippe quā non modò ratio asignata declarat, verū & sacra scriptura affirmat, cōfessioq; ecclesiæ comprobatur. Etenim de formali causa, quæ est gratia, iā satis monstratū est, quēadmodū per sacramentū significetur: alias verò duas, quinimo omnes tres ad Roma. 6. Paul. docet, baptisinate designari: ubi ait. Qui cūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Vbi docet baptisina esse passionis cōmemoratiuū: & addit

& addit continuò. Consepulti enim sumus cū illo per baptismum in morte, ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus. Quibus verbis admonet esse demonstratiuū gratiæ ac subinde virtutū, quæ cū ipsa nobis donatur, per quas spiritali gressu ambulantes, vitam degimus nouā. Et subdit. Si enim cōplantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Subindicat ergo nobis idem baptismus vitā æternam, ad quā nos perducit. Quare tū Diony. 2. ca. Eccles. Hierar. tū & Damas. li. 4. cap. 10. Baptisimū affirmat fuisse typum mortis Christi & sepulturæ: trina scilicet mentione significantē, tum tres diuinitatis personas, tū triduum sepulturæ Christi. Sed in sacrosancta eucharistia res etiam est perspicua. Ait siquidē Christus Luca. 22. Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā commemorationem. Est ergo eucharistiæ sacrificiū, signum passionis rememorative, Præmiserat autē dicens, Dico enim vobis, Ex hoc non māducabo illud donec impleatur in regno Dei. Et rursus nō bibam de generatione vitis donec regnū Dei veniat. Præsignat ergo regnū Dei. Et Paul. 1. ad Corinth. 11. Quotiescunq; manducabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortē Domini annūciabitis, donec veniat. Quo vltimo verbo aduentū finale iuxta verbū ipsius Christi Ioan. 6. designat. Qui manducat meā carnem, & bibit meū sanguinem, habet vitā æternā: & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Vnde ecclesia in antipho. corporis Christi. O, inquit, sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur. Recolitur memoria passionis eius: mens impletur gratia, & future gloriæ nobis pignus datur. Atqui in prima collecta missæ mētio primi modi fit. Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriā reliquisti, &c. Et in secūda fit secūdi, Ecclesiæ tuæ quesumus Domine vnitate & pacis propitius dona cōcede, quæ sub oblati munibus mysticē designatur. Ac demū in tertia fit mētio tertij, Fac nos quesumus Domine diuinitatis tuæ sempiterna fruitione repleri, quā pretiosi corporis & sanguinis tui tēporalis perceptio pfiguratur.

¶ Arguit autē D. Tho. primo loco, quod tūc sacramentū esset signum ambiguum, quod fallēdi occasionē offerret: sed negat illationē. Non enim illa tanquā multa promiscuē & absq; ordine significat, sed tanquam in vnū relata: sicuti homo materiam significat & formā, ex quibus vna res cōpingitur. Significat enim, ut ait in solutione secundi, passionē ut causam: gratiā verò, ut effectum & formam per quā sanctificat, ac deniq; gloriā cuius gratia pignus est. ¶ Dubium autē ex hac solutione suboritur, quod nā istorū trium, prius significet. Apparet nanque sacramentū primum ac potissimum causam finale, hoc est gloriā representare: quippe quæ prima est potissimaq; omnium causa, deinde efficientem, videlicet passionē. Nihilominus respondetur cū sancto Doctore in initio quarti, principē eius significatum esse causam formalem, quæ est gratia ut sanctificans. Non enim significat illa tria secundum gradus, quos inter se habent, sed quatenus ad nostram sanctificationem referuntur, quæ quidem sanctificatio formaliter ac perinde proximè fit per gratiā: & ideo alia duo tanquā causas gratiæ cōsignificat. ¶ Ad hæc id etiā adijcitur qd sacramentū tanquam signū demonstratiuū non tantum gratiā significat, quæ iustificationis est virtus & forma, sed etiā alios eius effectus, ut sacramentū eucharistiæ corpus subindicat Christi & sanguinem, quæ sub speciebus continet, ac subinde gratiam quam sumentibus impertitur, atq; adeo fidelium vnionem & cōmunionē, & ut est incollecta, vnitatem & pacem. Cuius autor est Aug. quē D. Tho. ex lib. sententiarū Prosperī citat. In sacramento enim, inquit, altaris est duplex res significata. Scilicet corpus Christi verum & mysticū. Quamobrē Scō. in. 4. d. 1. q. 2. ar. 3. nō satis ducit in definitione sacramenti ponere, qd sit gratiam Dei significās, sed addit vel effectū eius gratuitum. Censet enim corpus Christi nō esse gratiā, sed effectū gratuitū. Okā verò in initio Quartæ satis existimat: si dicatur, effectū gratuitū significās. Nā hoc nomine tā gratia comprehenditur, quā corpus Christi: quare alij eius discipuli vocant idem corpus gratiā substantialē. Hæc autē

Primum argumentū. S. Thom.

Dubium.

Responsio.

Ut demonstratiuū multa significat.

Seco. 4. dist. 1. quest. 2.

Okam.

omnia ob id isti multiplicant, q̄ renuunt in definitione solenni persistere: scilicet, sacre rei signum, vbi cuncta comprehendantur. Imprimis enim quod aliqui cōminiscuntur Deum in se esse gratiam in creatam, ineptissimū est. Gratia enim, vt ad Rom. ii. admonet Paul. nō est nisi donum hominibus absq; suis meritis gratis imp̄sum. Quocirca spiritus sanctus non secundum se, sed secundum sua dona dicitur gratia. Ob idq; non est incongruū, quod Scot. & Okam aiunt, existentia corporis Christi in altari esse effectū gratuitū: sicuti est ipsa incarnatio Christi, iuxta illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret. Ac proinde si vera esset Magistri Sentē. opinio. in. i. dist. 27. Quod spiritus ipse sanctus nobis donatur, posset quoque dici gratuitus effectus. At verò nihil opus erat id definitioni adijcere: nomine siquidē rei sacre etiā corpus Christi comprehenditur: quippe quod non significatur illic, vt in se est sanctū, sed vt nos est per gratiā sanctificans. Et vice versa si nobis Deus sub aliquo signo aliud quidpiā donaret, quā gratiā iustificante, putā prophetiā aut donū linguarum sicut dedit apostolis, illud esset signū effectū gratuitū significans: & tñ non esset sacramētū. ¶ Quod si quis scire desiderat, vtrū omnibus sacramētis, tā noui quā veteris testamenti hæc trina significatio cōueniat. Respondetur est quod euāgelicis, largo modo, id cunctis cōgruat, propterea q̄ gratiā designant, virtute passionis Christi, ad vitā æternā nobis imp̄sam. Haud tamē effigiem & imaginem tam expressam præ se ferunt eiusdē passionis quā baptismus & Eucharistia. Nisi de ordine sacerdotali dixeris, quod sacerdos in altari sacerdotiū Christi refert. Nec opus est tam pressim ista exigere, vt omnibus æque congruāt. Sacramenta verò antiqua non tā commemoratiua præteritorū erant, quā futurorū prognostica. Sicuti enim sacramenta nostra gloriā præmōstrant, sic & illa Christum & eius gratiam, ac subinde gloriā præsignabant. Agnus verò paschalis sic erat prognosticus passionis Christi, vt esset etiā commemoratiuus liberationis populi ex Aegypto per sanguinem agni, qui eiusdē præ-

Impugnatur Scot. & Okam

Dubium.

Sacramenta vetera.

fuerat Christi vmbra. Sabbatū autē commemoratiuum erat quietis Dei septima die à rerū creatione: atq; alia festa aliorum item beneficiorū: sed tamen nō erāt sacramenta: quia gratiam non significabant. Circuncisio verò fuit demonstratiuū gratiæ: nam per abscisionem pelliculæ membri generationis denotabatur illi culpā cōdonari, quæ per generationem contrahitur. Sicuti & alia sacrificia & expiationes suas etiam mūditiā corporū demonstrabāt, quas Deus ibidē operabatur. At tamen quia absolutā animæ sanctitatē nec præstabāt, nec indicabāt, iam supra diximus nō fuisse sacramēta.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum sacramentum sit semper aliqua res sensibilis.



¶ Vinque subsequētes articuli in expositione illius vocis, signū, expenduntur. Vnde quia in definitione tantūmodo assertum est sacramentum esse signū, quæritur iam nunc vtrū semper oporteat esse rem sensibilem. Perspice quā seruatur D. Tho. ne ea quæ sub iudice sunt, in definitione ponat, sed in disputatione. Respondet autē affirmatiua conclusione. Sacramentum debet esse sensibile signum, secundū illud August. super Ioan. tract. 80. quod refertur. i. q. i. c. Detrahe. Accedit verbū ad elementum, & fit sacramentum, vbi tam verbum quā elementum, hoc est, tam forma, quā materia, res sensibilis affirmatur. Et ratio est, quā semel iam supra tetigimus. Nam Deus, vt Sapient. 8. habetur, omnia disponit suauiter, vnicuique, vt Mat. 25. legitur, secundū propriā virtutē tribuens. Cū ergo humanum ingenium sensibus suapte natura erudiat, atq; adeo per sensibilia, vt ait Paul. inuisibiliū notitiā adipiscamur, cōgruēs fuit, vt sensibilibus signis gratiā salutis edoceremur, quā nobis Deus sub eiusdē signis impertitur.

Conclusio.

Rom. i.

Expositio articuli. Dionysius.

ex

ex rebus intelligibilibus, hæc verò ex sensibilibus constat. Ob idq; ait, quod principes nostri visibilibus symbolis celestia sacramenta texerūt: ideoq; sacramēta vbiq; & signa, & symbola, hoc est, indicia appellat. Quapropter omnes vniuersim patres (vt articulis præcedētibz satis superq; monstratū est) consenserunt, sacramēta ex visibilibus formis, rebusq; corporeis cōstare. Visibile autē, quia is sensus præstantissimus est, audibilia quoq; & tangibilia cōprehendit. In sacramento enim pœnitentiæ, & matrimonij, tam materia, quā forma non sunt nisi audibilia verba, conceptus explicantiæ. At dubitet hic tamen illico quispiā. Quid opus erat, vt nos Deus doceret quæadmodū nobis salutis beneficia cōferret? Satis enim fuisset nobis, si nos latenter sanasset. Respondetur per id ipsum documentū, quod in primo articulo præfixum reliquimus: videlicet, necessarium fuisse, non quidem Deo, sed nobis, vt per ceremonias religionis nostræ eadem beneficia sub illis nobis impensa, cognosceremus: nempe, vt gratias seruatori nostro cōtinenter referremus. Quā quidem cognitionem per sensus nobis suggeri, propinariq; decuit. ¶ Veruntamen cōtū sanctorū non obstante, Okam initio statim Quarti commentus est nō esse sacramēto necessarium, vt sit sensuale signū. Nam si Deus spirituale, inquit, aliquod remedium peccati instituisset, illud esset verè sacramentum: vt si sanxisset per solam meditationem suæ passionis, aut per delictorum mentalem detestationem, indulgentiam eorundē fieri delictorum. Ad hoc autem satis est respondere, definitionem nō docere quid Deus potuisset, sed quam re vera sacramentorum materiā instituerit: instituit autē eam in rebus sensibilibus. ¶ Meditatio autē, ac doctior responsio est, quā hic. S. Tho. speculatur. Arguit enim ipse primo loco, aliquos esse effectus intelligibiles, vt scientiam respectu demonstrationis: effectus autem omnis est signum suæ causæ: nō ergo omnia signa sunt sensibilia: quod ideo in sacramētis videtur posse contingere. Et respondet, vnum quodq; ab eo denominari, quod ei per se primò conuenit. Quæ autē res primò

Dubium.

Solutio dubij

Okam.

Primum argumentū. S. Thom.

August.

Diony.

Secundum argumentū. S. Thom.

De baptismo paruulorum.

nobis innotescunt, sunt sensibilia: quibus ideo secundum August. 2. de doctri. Christi, primò conuenit esse signa. Intelligibilibus verò conceptibus id non cōpetit, nisi per sensibilia. Eodem ergo pacto respondemus Okam: videlicet, quod contēplatio, & contritio non essent propriè signa, nisi exteriùs sensibilibz prodirent, atq; adeo nec essent propriè sacramenta. Eò vel maximè quod, vt modò diserebamus, sacramentis genuinū est, vt sint religionis ceremoniæ, quæ esse propriè nequeunt, nisi extera sint exercitiāmēta, & plurimū per ministros ecclesiæ applicita. Quare Diony. eodem loco, vt art. 2. dicebamus, sacerdotes appellat sacratos, & sacrates, illuminatos, & illuminātes, perfectos, & perficiētes. ¶ Igitur per hoc ad argumēta secundū, & tertium D. Tho. respondetur. Arguit enim secundo loco. Sacramēta pertinet ad cultum, vel regnum Deires autē sensibiles non videntur ad eundem cultum pertinere, secundū illud Ioan. 4. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Et ad Roma. 4. Nō est regnum Dei esca, & potus. Et secundū August. 1. lib. de libero arbitrio: res sensibiles minimè bonæ sunt: non ergo in illis sacramenta debuerunt constitui. Respondetur autem quod & si sensibilia in sua natura minima sint bona respectu spiritualium, tamen quatenus eorundē sunt spiritualiū indicia, præcipui sunt momēti ad nostrā eruditionem. Quæ ergo ratione merito sunt in vsu sacramētorum assumpta. ¶ Posset verò hic quispiam de baptismo paruulorū arguere, quod cū minimè ea, quæ circa eos fiāt, percipiant, superuacaneū illis est sensibile signū. Respondetur tamē satis esse ad sacramēti rationē, vt sit per se significās. Infantibus autē sicut ipsi non per se actu credūt (licet habitū fidei recipiāt) sed per suos susceptores, qui eorū vice fidei obseruātiā protestātur, ad quā idcirco obseruātiā illos obligant: sic satis est, vt per ipsos etiam sacramentale signum percipiant. Quando autem baptisimus non fit solēniter, ille ipse, qui priuatim baptizat, vt nomine infantis credit, ita & eius nomine fidē per sensibile signum proficitur.

Aliud autem argumentum hic se offert de corpore Christi in sacramento: quod (vt dist. 8. videbitur) sacramentum est, & tamen non est signum illic sensibile. Ad hoc verò (quod illic repetendum restat) bifariam respondetur. Primum quod corpus Christi non dicitur sacramentum nisi per synechoc: qua nomen totius dicitur de parte. Est enim corpus Christi non tam sacramentum, quam virtus sacramenti: nepe, sensibilem specierum, qua suscipientes recipiunt gratiam: ob idque respectu specierum est res, respectu verò gratiæ est sacramentum. Et ideo sicut virtutem baptismi non opus est esse per se sensibilem, ita neque corpus Christi. Satis quippe est totum sacramentum eucharistiæ esse signum sensibile. Secundò respondetur idem corpus illic & sanguinem esse sensibilia, non per se, sed sacramentaliter per species panis & vini illud repræsentantes. Quemadmodum & character baptismalis, qui, vt. q. 4. videbimus, res etiã est & sacramentum, per exteriora baptismi signa fit sensibilis. Quamobrè, vt in. 4. dist. 1. q. 1. ait D. Tho. character & corpus Christi verum non dicuntur sacramenta, nisi quatenus signis sensibilibus coniunguntur. Quocirca melior est prior solutio. Et pari ratione indissolubilis vnio matrimonialis, qua sacramentum est vnionis Christi & ecclesiæ, per verba exteriora sentitur. Durandus autem in. 4. dist. 1. q. 3. de sacramento matrimonij ceteros autores redarguit, quod non sit signum sensibile, etiam si sit sacramentum (de quo tamen non omnino certus est.) Nam sacramentum, inquit, illud sine verbis contrahi potest per literas aut per nutus. Veruntamen argumentum hoc debilissimum est: quoniam literæ & nutus signa censentur sensibilia. De Durando verò inferius iterum art. 6. Acrius autem argumentum sumitur ex cap. Sufficiat. 27. q. 2. vbi Nicolaus papa ait, ad matrimonium sufficere consensus eorum, qui contrahunt. Idemque Alexan. 3. ca. Cum locum de sponsalibus. decernit, vbi Panor. super verbo, sufficit, notat solum consensum contrahentium sufficere, ita vt nihil aliud requiratur. Et idem ait glo. super. d. ca. Sufficiat. Vnde nonnulli colligunt Panormitanum tenere, quod non solum verba non requirantur, verum neque aliqua

Duran.

27. q. 2. can. Sufficiat.

Panorm.

exterior expressio, sed quod sufficiat in ternus consensus. At verò nec Panormi. hoc videtur significare, neque censendus est tali errore hallucinatus. Aliàs indignus esset, vt eius opinio recitaretur, tantum abest, vt vlla ei deberetur de hac re fides: quoniam sacramentum matrimonij non est simplex donatio, sed contractus do vt des, atque adeo requirit non qualicumque consensum, sed mutuum amborum. Mutuus autem esse nequiquam potest nisi vtriusque consensus alteri constet: quod sine verbis, aut literis, aut nutibus fieri nequit. Id quod ipsissimus Alex. ca. Licet. de sponsa duorum. admonet, dicens, oportere vt vterque, in suo mutuo consensu verbis consuetis expressè alterum recipiat. Quo fit vt in mutis & verecundis saltem nutus requiratur, vt patet. capi. Cum apud. de sponsal. Et vbi sponsalia de futuro præcesserunt, si copula subsequatur, ipsa signum reputatur matrimonij perficiens, vt art. 6. clariùs explicabitur. Quando ergo Pontifices aiunt solum consensum sufficere, non fit exclusio cuiuscumque signi exterioris, sed solum docetur quod non requiritur consensus parentum, vt scire ait illic Pano. nec copula carnalis. Imò nec consensus in illam, vt patet de beatæ virginis immaculato coniugio. Neque requiritur benedictio per ecclesiæ ministros, quæ ad solam solennitatem spectat. Quin verò nec certa verborum forma, vt in reliquis sacramentis. Nam illa capituli, Licet. Ego accipio te in meâ, quanuis sit accommodatissima, atque adeo vbi fieri potest commodè vsurpari debeat, nequaquam tam est simpliciter necessaria, sed solum exigitur mutuus consensus. Cum autem dicitur mutuus, palam docetur debere esse expressum, quæ quidè expressio per signum sensibile fit.

sola copula signum.

ARTICVLVS. V.

Vtrum requirantur determinatæ res ad sacramenta.



I sacramentum signum debet esse sensibile, vt proxime definitum est, quod quidem ex materia & forma, vt supra dicebamus, consistit, explorandum de ytraque restat. Et primum de

Conclusio articuli.

Ratio.

1. Corin. 6.

Expositio articuli.

de materia, vtrum vniciq; sacramento res determinatæ coaptentur. Et respondet D. Tho. hac affirmatiua conclusione, plus asserente quàm quesitum fuerat. In sacramentis nouæ legis oportet vt res ex diuina institutione determinatis. Hanc primum exëplo baptismi cõmõstrat, de quo Ioã. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Id quod & de cæteris intelligitur. Ratione autem subdit huiusmodi. In sacramentorum vsu & cultu diuinum est considerare, qui est hominis ad Deum: & deinde sanctificationem, quæ vice versa à Deo promanat in hominẽ: & quia res determinare ad eum tantum pertinet, in cuius sunt potestate, fit vt non homini, sed soli Deo, in cuius potestate est nostra sanctificatio, cõpetat res sacramentorum nouæ legis cõdere, & determinare, quibus homines ipse sanctificat, iuxta illud. 1. Corinth. 6. Abluti estis, sanctificati estis. Id est, quia abluti, ideo sanctificati. Perpende rationem. Si enim sacramenta ad religionis tantummodo cultum spectarent, quanquam aliquod inde argumentum sumeretur, quod à Deo essent determinanda (vt pote cuius arbitrij est quibus velit ceremonijs coli, vt in lege antiqua fecit) non tamen esset vsque adeo efficax argumentum, quoniam possunt quoque homines alios atque alios instituere Dei cultus & ritus, vt ecclesiæ Christianæ moris est. Verum quoniam sacramenta nouæ legis eadem & cultus ratione habere decebat, & simul virtutem per quam Deus nos iustificaret, ex hac secunda parte solus ipse debuit ritus illos instituere sub quibus nos sanctificaret: vt certissima essent documeta nostræ salutis. Quare nomine rerum non solum res ipsæ intelliguntur, vt aqua in baptismo, & oleum in confirmatione, verum & actus ipsi sensibiles, scilicet, eorum applicatio, vt ablutio & vnctio, vt art. proximo ad. 2. autor est. D. Tho. Cõstituit enim Deus non solum quibus rebus, verum & quibus earum vsibus sacramenta constarent. Conclusio hæc quoniam in singulis sacramentorum suis exemplis liquebit, non est quod nos hic debeat remorari. Videatur autem. D. Thom. eam plus nimio ad sacramenta nouæ legis restrinxisse, nam

cum & vniuersas ceremonias testameti veteris, quanuis instrumenta non erant, quibus Deus gratiam conferret: idem ipse instituerit, cõsequens fit conclusionem non nostris sacramentis peculiariter adaptandam, neque eius ratione esse efficacem: videlicet, quod euangelica sacramenta, quia instrumenta sunt, quibus ipse nostram operatur salutem, debuerint ab ipso solo institui. Respondetur autem, quod ceremonias illas, non eadã ratione, qua nostra sacramenta per se ipse Deus instituit: scilicet, vt essent gratiæ instrumenta; sed quia prognostica erant veteri Messia, quæ res erat supranaturalis, cuius ideo populus ille instinctu naturæ certa figura per viam religionis instituere nequiebat. Quapropter res illæ sacramentorum veteris testameti non se habebat vt materia sicut res sacramentorum euangelicæ legis se habent respectu verborum ad constitutum vnũ instrumentum conferendæ gratiæ, sed tanquam futurorum prognostica. Cæterum contra eandem conclusionem videtur mos ecclesiæ militare, vt potest quæ multa circa sacramenta instituit, quæ Christus præteriuisset, vt exorcismos in baptismo, vnctionesque illic, & in ordinibus, & in sacramento altaris ceremonias plurimas. Non ergo sola institutio ne Dei sacramentorum res determinatur. Facilis tamen responsio est, quod hæc nec sacramenta sunt, nec de eorum essentia, sed sacramentalia, vt. q. 5. videbimus. Grauius autem dubium auget sacramentum poenitentia; & potissimum matrimonij, in quibus nullæ sunt res determinatæ, sed sola verba. De hoc autem articulo sequenti latius cõtra Durandum: Argumentum primum D. Tho. est huiusmodi. Non minori certitudine Deus in sacra scriptura significatur, quàm eius gratia in sacramentis: sed illic ipse signis diuersis & metaphoris designatur, vt nunc lapide, nunc verò leone aut igne: ergo si mili ratione potest gratia cuiuslibet sacramenti multis indeterminatisque signis significari. Responsio autem, quæ subobscura videtur, consistit in hoc, quod & si diuersis rebus sensibilibus per metaphoram Deus significetur, id vsu venit propter diuersas eius virtutes. Ob idque, sicut spiritui

Mos ecclesiæ

Sacramentum poenitentia & matrimonij.

Primum argumentum.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum in significatione sacramentorum requirantur verba.



Vemadmodū de rebus, quæ ad sacramenti significationem attinet, sic & de verbis disputatur an sint necessaria. Et respondet D. Thom.

Conclusio articuli.

simplici affirmatiua cōclusionē: nempe, verba quoq; esse necessaria. Quā doctē profectō triplici ex capite corroborat. Primō ex parte causæ sanctitatem nostram efficientis, quæ principem habet locum in sacramentis. Ut quemadmodū diuinum verbum carne vestitum nos sanctificat, sic & per sensibile signū verbo informatum id nobis beneficiū præstet. Secundō ex parte hominis, qui sanctificatur. Nam cum ex anima constet & corpore, congruens fuit, vt sacramentum per sensibile elementum corpus tāgeret, & per verbum ab anima crederetur, secundū illud Aug. super verbum Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem meum. Vbi ait. Vnde est ista tāta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat? non quia dicitur, sed quia creditur. Et tertio ex parte significationis ad quam, vt. 2. de doctrina Christiana idē autor est verba inter homines principatum obtinent. Sunt enim res quædā, quæ non ex institutione significant, sed natura sua. Fumus quippe & vestigium natura nō fecit, vt significant, sed quoniam effectus signa causarum suarū existunt, significant illas. Gemitus verō, & nonnullas interiectiones, licet significanti causa eadem natura genuerit, sunt tamen muta signa. At verō verba in hoc prorsum data sunt nobis, vt expressa essent nostrorum cōceptuum signa. Quod fit vt sacramentorum res absq; verbis imperfecta sint signa. Tinctio enim aquæ ablutionem ob suam humiditatē significare potest, & propter suā frigiditatē, refrigerium. Ob idq; necessarium fuit, vt adueniens verborum forma, Ego te baptizo, restringeret res ad significandū ablutionem animæ. Et hoc est, quod supra citatus Hugo ait, sacramenta ex similitudine repræsentare, & ex institutione significare gratiam.

Aug. tract. 80. super Ioan. nem.

¶ Hic

Cauendum in sacris a profanis metaphis.

Secundum argu. S. Tho.

Tertium.

ritui sancto incumbit vnicuiq; diuinæ virtuti suam propriam metaphoram coaptare, ita quoniam vnum quodlibet sacramentum suam habet peculiarem gratiam, eundem spiritum sanctum decuit vnicuiq; sacramento res certas applicare. ¶ Hic ergo sancte admonendi sunt sacrorum expositores & concionatores ne signis profanis temerè vtantur ad sacros sensus exprimendos. Id quo nonnulli plurimum oblectantur. Quauis enim pictoribus atq; poetis comœdijs vti liceat, & imaginibus ad mores hominū taxādos, vt in Sardanapalo lasciuia, & in Mida avaritiā contēpleris, & in Parmenone vāfriciē, nemini tamē in sacris ita liberè fas est profanis vti, sed illis, quæ spiritus sanctus secundum ecclesiasticos interpretes reuelauit. Etenim qui propterea quod aduersariū nostrū diabolum, leonē appellat Petrus, quem Christus denicit, imagine Herculis leonem lacerantis Christū significaret, vel ob id quod eundem Satanam, qui animas in suam cauernam obtrudebat, superauit, effigie eiusdē Herculis Cacus claua tundentis eū repræsentaret, plus nimio esset profanus, ac fortasse blasphemus. Quapropter qui in Rosa fragrante mysteria scripturæ sacræ sub profanissima imagine seculariū aulicorūq; viroū, ac mulierū profanare apud nos cæperant, meritisimō sunt prohibiti. ¶ Pari modo respondet D. Tho. ad secundum quod in corporalibus medicamentis eod quod diuersæ res eidem medēdo morbo habere possunt naturales virtutes: possunt medici alterum pro altero adhibere. In salute autem spiritali secus censendū. Decuit nanq; diuersis effectibus gratiæ, quæ in diuersis latent sacramentis, diuersas res coaptari. ¶ In tertio argumento docet sub lege naturæ sua etiā viguisse sacramenta, non tamen per expressant institutionem Dei decreta, sed solo interiori instinctu, quo homines ad Dei culturā mouebantur. Et ideo non fuit necesse eadem sacramēta apud omnes extitisse, sed in diuersis prouincijs diuersa. At quoniā quæsti. proxima de sacramentis legis naturæ singularis non manet articulus, illuc vsq; est de hoc super sedendum.

Ex materia. ¶ Hic primū omnium hoc adnotatu opus est qd hætenus D. Tho. non dixit sacramentum constare ex materia & forma, sed ex rebus & verbis. Quæ quidem sententia ex illo modo loquendi Augusti. desumpta est. Accedit verbum ad elementum & fit sacramentū. Quod Innoc. de baptismo. Cap. Nō vt apponeres, etiā vsurpat. ¶ At scisciteris fortasse, huiusmodi sacramentorum partes quid nā autoritatis habeant: nimirum vtrum in solo testimonio sanctorū fundetur, an verō in sacra scriptura? Respondetur, quod quauis sub his terminis rerum, & verborū sacris eloquijs nō sint expressæ, ex ipsis tamē colliguntur. Ait enim Paul. ad Ephes. 5. Christus dilexit ecclesiā, & tradidit semetipsum pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aque in verbo vitæ. Quod Chrysost. & Græci de verbo sacramentali intelligunt, quanquam Hierony. non nisi de verbis scripturæ. Quin verō Christus Ioan. 3. ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. & Marc. vltim. Baptizantes eos in nomine patris, &c. Ecce aquā & verba. Et de sacramento eucharistiæ. Accepit panem & fregit, &c. dicens. Hoc est corpus meū, vbi exprimitur panis & verba. Et de extrema vntione Iacobus admonet presbyteros, vt orēt super infirmum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Quare quod sacramenta rebus & verbis constet veritas est catholica fidei, cuius perinde negatio hæresis esset manifestaria. At verō quod res nūcupetur materia, verba verō forma vt. S. Tho. in solutione. 2. loquitur, doctorum vsus obtinuit. Nec tamen est cur hoc illis vitio detur. Primitiua enim harū vocū significatio ex re mechanica ortum duxit. Rude nanq; saxum & lignū materia est arti subiecta, ex qua artifex suas statuas aut res alias efformat. Inde autē phisicis ea significatio in vsu venit, postquam duas partes cōpositi agnouerunt. Eam enim ob rem. 1. Phisic. philosophus per analogiā ad artificialia materiam rimari docet in naturalibus. Tertio Mathematici eundem significatum in re secretiori vsurparūt: nam genus in definitione materiam censent, quæ differentiæ subijcitur contrahenti illam ad constituendam speciem. Licuit ergo eo-

Innoc.

Paul. Ephes. 5.

Ioan. 3.

Materia & forma.

Arist. 1. phy.

dem iure theologis in re similitima eisdē nominibus vti. Nam cum res sacramenti cōfuse indistincteq; significant, vt exēplo baptismalis aquæ modō declarabamus, per verborum formam ad certū effectum gratiæ: scilicet, ablutionem significandum coarctantur. Pari modo cum vntio fieri possit vel ad leniendū, vel ad medendum vulnus & certē ad confouendum irroborandumq; vires, vt in pugilibus, per formam confirmationis accommodatur ad significandum robur fidei. Et cum ex pane & vino multa fieri possint, per formam sacramenti altaris applicantur ad significandum transubstantiationem eorum in corpus & sanguinem. Quapropter res se habet vt materia, quæ per verborum formam limitatur & perficitur. Et ideo ex ambobus sicut ex materia & forma, vt in solutione secundi autor est D. Thom. vnum resultat sacramentum. Hoc demum doctorū idioma sacrum concilium Florentinum sua autoritate comprobauit, dicens omnia sacramenta tribus perfici: scilicet, rebus, tanquam materia, & verbis tanquā forma, & persona ministris. Ac subinde suas singulis sacramētis materias & formas attribuit. ¶ At Durā. concilio antiquior in. 4. dist. 1. q. 3. Molestiam hīc nobis exhibet de sacramento matrimonij, de quo non sanē sentit, negans esse propriū sacramentum nouæ legis. Ait quippe nihil illi supra id, quod habebat in lege naturæ, & in veteri testamento additū, nisi fortē indiuisibilitatē. Quapropter aduersus hos tres articulos tribus modis arguit. Primum, vt art. 4. prænotauimus arguit quod in matrimonio nō sint res sensibiles, quoniā nutibus & literis celebrari potest. Secūdo arguit cōtra cōclusionē articuli præcedētis, qd nō in omni sacramento sint res: nā videtur res à verbis distinguui, quādo quidē sibi inuicē cōtraponuntur, & tamē in sacramētis poenitentiæ & matrimonij nullę discernuntur res præter verba. Imō è cōuerso in matrimonio vt dictū est, non semper verba exprimentur. Tertio addit qd in istis duobus sacramētis saltem in matrimonio nullatenus posset distinguui materia & forma: nā materia est, quæ se habet vt res respectu verbi, & illic nullius cōtra

Concilium Florentinum.

Durā.

trahentiū verba censerī possunt forma, quæ verba alterius informet. Atq; ob id maximè quòd verba cōtrahentiū de pari (vt ait) se habent: neutra ergo esse possunt materia, vt altera sint forma. His argutijis labefactare sibi videtur hanc rerū & verborum, materiæq; & formæ conditionem, concludens nō esse omnium sacramentorum generalem. In cuius sententiam videtur Adria. in. 4. in fine secū dæ quæstionis de baptismo subscribere. **¶** At verò ad primum iam supra à nobis respōsum est: nempe, nutus & literas matrimonij signa esse sensibilia, quæ quidē verborum loco habentur. Ad reliqua verò duo facit D. Tho. in. 4. dist. 26. q. 2. art. 1. respondet: quòd cum tam pœnitentia quàm matrimonium non per rē aliā quàm per actum suscipientis perficiatur, in neutro horum sacramentorū alia est necessaria materia, quàm actus suscipientis sensui subiectus, qui quidem vicem habet elementi. De quo ait Augu. Accedit verbum ad elementum, &c. Quocirca nō vsq; adeo stricte accipitur hic nomen rerum contra verba, sed res appellatur quicquid esse potest materia sacramenti, vt distinguitur à forma, licet sit etiam verbū. Huius autē causam præter locū modò citatum explicatius enarrat quoq; idem S. Doctor eodem. 4. dist. 14. q. 1. art. 1. dicens, quòd quemadmodū corporalium medicinarum quadam in sola passione ægri consistunt, vt emplastri impositio, quædā verò in eius actione, vt exercitatio: sic in quinque sacramentis nulla requiritur suscipientis exterior actio præter intentionem: quare in illis requiritur materia quasi extrinsecus apposta, vt aqua, oleū, &c. At quoniam in pœnitentiā & matrimonio actus suscipientis sunt necessarij, illi gerūt vicem materiæ. Et quidem in pœnitentia res perspicua est. Nam confessio pœnitentis significationem habet informē & ad multa indifferentem, atq; adeo materialem. Potest enim fieri gloriationis causa, more illorum, qui lætantur cum malè fecerint, deinde ad capiendum cō filium: præterea vt via sit cōdēnationis, sicuti reus iudici confitetur. Et ideo forma illa sacerdotis, Ego te absoluo, denotat, confessionem illam esse sacramenta-

lis pœnitentiæ. Neque hoc iam in dubiū reuocare licet, quandoquidem cōcilio Florentino sancitur, quòd quasi materia pœnitentiæ sunt illi tres actus, contritio, cōfessio, & satisfactio. Hoc est, materia sunt peccata contrita, & cōfessa, & satisfactioni exposita. In matrimonio verò paulò plurius difficultatis est, materiam & formam discernere. Quare concilium Florentinum licet reliquis sacramentis easdem consignet partes, matrimonio tamen non item, sed tantum causam, qui est mutuus cōsensus per quem sacramentum celebratur. Petrus verò Paludanus in. 4. dist. 1. q. 4. Bifariam matrimonio materiam & formam adscribere nititur. Primum quòd materia sint ipse personæ contrahentes. Itaque eandē existimat materiā in qua, & ex qua. Hoc autem ineptum est. Quoniam materia sacramenti pars eius essentialis esse debet: suscipiens autem nō est pars, sed subiectū sacramenti. Secundò ad rē propinquius, ait, consensum vnus esse materiam, consensum verò alterius, formā. Veruntamen cum partes istæ sacramenti, vt iam constitutum est, res debeāt esse sensibiles, neq; modus iste satisfacit, Eo præsertim quòd cōsensus causa sunt efficiens matrimonij: non ergo sunt materia. Quocirca Capreolus in. 4. di. 26. in solutione septimi in omne se latus vertens quatuor multiplicat dicendi modos: nā his nunc prædictis addit quòd consensus interni sunt materia: externa verò verba, forma: cum tamen vtrumq; deberet ponere signum sensibile. Præterquam quòd verba incongruentissimè dicuntur cōceptuū internorū forma. Sunt autem quibus videtur D. Thom. in. 4. dist. 1. ar. 3. ad quintum. tenere consensum contrahentium verbis expressos esse materiam, benedictionem verò sacerdotis, qui sacramentum consecrat, esse formā. Cū tamen Doctor ipse sanctus dist. 26. q. 2. ar. 1. expressè contrarium doceat: nempe, quòd verba, quibus cōsensus matrimonialis exprimitur, sunt forma, nō autē benedictio sacerdotis: quippe quæ ad essentiam sacramenti nō pertinet, sed ad formæ solennitatem.

¶ Ad dubium ergo facit cum eodē sancto doctore respōdetur, verba, seu nutus seu

*Concilium
Florentinū.*

*In matrimo
nio.*

Petrus Palu.

Capreol.

*Resolutio
quæstionis.*

seu literas, quibus consensus mutui exprimitur, sibi inuicem esse materiā & formam. Et hic fuit primus modus dicendi Capreoli, in quo debuisset persistere. Etenim cum id censeatur materia, quod est informe: forma verò id, per quod species perficitur: consensus verò vnus matrimonio conficiendo non sufficiat, sed alter alteri adiūctus illud cōglutinet, fit vt vnus sit materia, alter verò forma. Et quāvis posset quis fingere verba prius prolata: vt verba mulieris in solenni matrimonio esse materiam, & alia superuenientia esse formam, congruentius tamē ambo censentur sibi mutuo esse materiā & formam: tum quòd nil refert vter coniugū prior cōsentiat, tum maximè quòd posterior etiam consensus per priorem informatur: & ideo æqua ratione vterq; ab altero pendet. Et per hoc respōdetur argutioni, quam insinuat Duran. Nempe, q̄ in matrimonio quilibet coniugū de pari se habet ad matrimonium, quare neutrius verba esse possunt aliorum forma. Respōdetur, inquam, argumentum potius cōcludere, vtriusq; verba pari iure esse sibi inuicē materiā & formam, quod planè fatemur. Quemadmodū in numeris quauis vltima trium numerata vnitas compleat ternariū: tamē, quia quælibet in illa specie pēdet ab alia, vna quælibet potest considerari vt forma, & reliquæ vt materia. **¶** Superest verò postremum argumentum. Quādo solis spōsalibus de futuro præcedentibus superuenit cōiugalis copula fit matrimonium: vt habetur extra de sponsa. c. Veniēs, & tamē neq; spōsalia præcedentia sunt materia, nec superueniēs copula, forma. Respondetur, quòd si copulatio affectu maritali non fiat, sed fornicario, non perficitur cōiugium: si verò illo fiat affectu, tūc eadem copula virtute præcedentiū spōsalium est in vtroq; coniugum sensibile signum cōsensuū maritalium interpretis. Itaq; copula eadē respectu vnus est materia & respectu alterius, forma: & vice versa. **¶** Ex quo respōso hæc subsequitur appendix maximè adnotanda, quod nisi verba de futuro præcesserint, quauis vtroq; mēte intrinsecus in matrimonio consentiente, sese thoro commisceant: ita vt tunc nullo alio signo suos consen-

Argumen.

*Corollarium
adnotandū.*

sus sibi inuicem significant, nullum resultat matrimonium. Id quod Palud. locò citato. in. 4. d. 1. q. 4. probè adnotasse mihi videtur: quoniam copula per se non est cōsensus matrimonialis sufficiens signū. **¶** Primum argumentum D. Tho. facillimum est. Arguit siquidem res, sacramenti quædam esse verba, atq; adeo dum rebus verba adhibentur, superuacaneā esse congeminationem. Responso autem est, res nō esse perfecta verba, sed qualimuta: & ideo indigere verbis per quæ carū significatio fiat expressior. **¶** Ex qua ratione & solutio secūdi enascitur, quod quidē articulo primo inter disputandū an sacramētū sit res vna, prælibauimus. Cum enim res & verba diuersarum specierum, videntur non posse vnā constituitur. Respondetur verò, quòd & si in genere naturæ sint diuersa, tamen in genere signi in vnā coeunt significantiā, vt expositum est: & ideo in materia & formæ artificialium (vt illic explanatum reliquimus) faciunt vnū: eò quòd significatio rerum per verba perficitur. Nomine autem rerum, actiones ipsæ cōprehenduntur, vt ablutio & vinctio, &c. **¶** Tertium argumentum est. Sacramēta nouæ legis vt lib. 19. contra Faustum auctor est Aug. Mosaycis successerūt: in eorum autem vsu nulla leguntur necessaria verba: fit ergo vt neq; in nostris sint operæ pretiam. Subijcitur verò responsum quòd cum illa, prænuncia fuerint venturi Christi, non ita perfectæ erant significationis, ac nostra. Loquebatur enim illis patribus olim Deus, vt ait Paulu. in prophetis, nouissimè autem nobis in filio, qui cum verbū sit carne vestitū, cōdecēs fuit, planis nobis vt verbis alloqueretur. Et ideo quòd illic res mutæ quasi sub vmbra musitabant, vt immolatio agni, abscisio præputij, &c. id sacramēta nostra expressis verbis adaperiūt. Quare vt illic nullæ erant res sacramentorum, vt arti. præcedenti diximus quæ essent sicut materia sacramenti, sic nec erāt tunc necessaria verba tanquam forma. Quauis credibile sit aliquem fuisse tūc verborum vsu, etiam in circuncisione: nam & de sacerdotibus, qui illa ministrabant sacramenta, legitur Numer. 6. Sic benedicetis filijs Israël. Benedicat tibi

*Primum ar-
gumentum.
S. Thom.*

*Secundū ar-
gumentum.*

*Tertium ar-
gumentum.*

*Respondetur
Durando.*

D. Thom.

In pœnitent.

bi Dominus, custodiat te, &c. Et de illis, qui illa suscipiebant, scribitur Deutero. 16. Profitetur hodie coram Domino Deo tuo, &c. Verba autem illa Nume. 5. Qui bus sacerdos in expurgatione adulteræ utebatur, quam si absq; culpa erat, bene dicebat: sin verò in culpa, maledictis res pergebat, nihil ad rē, quoniam ceremonia illa Zelotypiæ non erat sacramentū.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum requirantur determinata verba in sacramentis.



Non satis est nosse verba in sacramentis requiri, nisi sciamus, an in vnoquoq; requiratur determinata & certa.

Ad quod D. Tho. hac respōdet affirmatiua conclusio. Multò magis requiritur in sacramentis nouæ legis determinata verborum forma, quàm de terminatus verborum usus. Vnde Christus de terminatis verbis venerabile sacramentum cōfecit dicens, Hoc est corpus meū. Neq; apostolorū arbitrio commisit, qui bus verbis baptizare vellēt: sed edixit, vt baptizarent in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Atqui ratio cōclusionis ex similitudine rerum naturalium eruitur. Nam in cōpositis ex materia & forma, initium determinationis & ordinis ad rē constituendam à forma enascitur, quæ rationem speciei complet. Materia verò nō exigit his aut illis dispositionibus aut organis preparari, nisi secundum exigentiam formæ, quæ eius est finis. Pari ergo iure in sacramento determinatio materiæ, putà aquæ, aut olei non requiritur, nisi secundum aptitudinem ad formam: quare si rebus opus est determinatis, multò magis verbis. Hactenus D. Thom. Accedit autem & ex superioribus noua ratio. Diximus enim res sacramenti non significare, ceu verba, ad placitum, sed proportionem & analogiam rerum materialium ad spiritualia, qualis est ablutionis corporis ad mundiciem animæ: hæc autē significatio cōfusa est. Quocirca condecens fuit vt earum significatio per verborum adiectionem fieret perspicua. **C**onclusio præfens vsque ad eò vera est atq; omnibus recepta, vt sit habēda pro

Conclusio.

Expositio articuli.

fide catholica. Colligitur enim ex sacra pagina, vt modò dicebamus. Et in concilio Florentino tanquā sacra veritas proponitur. Habet nihilominus non nihil ambiguitatis, vtrum vniuersis sacramentis sit iure diuino adscripta certa verborum forma, cuius variatio sacramentum irritaret. Nam in matrimonio, vt proxime visum est, nulla sunt certa verba necessaria. Et in baptismo, vt suo loco videbimus, apostoli vsi sunt alia forma. Et Græci non dicunt. Ego te baptizo, sed baptizetur seruus Christi. Imò de sacramento eucharistiæ proprio loco disputabimus, vtrum forma tota consecrandi calicem sit tota de necessitate sacramenti, an solum de necessitate præcepti. **I**nterrogatio hæc tribus conclusionibus absoluitur. Prima. Omnia sacramenta institutione diuina, nempe Christi, verba habent eatenus determinata & definita, vt planè effectū gratiæ talis sacramenti representent. Probatur. Nam vt q. 5. monstrabitur, solus Deus est, qui potest instituire sacramenta: qua vtique potestate factus homo tanquam autor gratiæ functus est. Cui autem competit sacramentum instituire, eidem soli incumbit & res & verba essentialia sacramenti præscribere, quibus eiusdem sacramenti effectus designatur. Atqui eodem ratio illa pertinet, quam articulo quarto Diuus Thomas tractabat, nempe quòd eidem soli cui competit salutem & gratiam per sacramenta elargiri, congruit & res & multò iustius verba definire quibus eandem sanctitatem operatur.

Secunda conclusio. Non omnium sacramentorum formæ eodem gradu explicitæ sunt à Christo. Imò in triplici sunt ordine. Quædam enim sunt in euangelio expressæ, vt forma baptismi. Matth. vlti. Baptizantes eos in nomine patris, &c. Et forma consecrationis Matth. 26. Hoc est corpus meū, &c. Aliæ verò sunt quæ ex euangelio facile depromuntur & per apostolorum traditionem ecclesia habet tanquam de fide receptissimas: vt patet de forma sacramenti poenitentiae. Ego te absoluo, quæ ex loco illo elicitur Matth. 16. quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. Extant enim in ecclesia Christi documēta complura

Prima forma sacramentorum sit de iure diuino.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Notabile.

verbo

verbo tenus ab Apostolis edocta secundum illud. 2. Thessaloni. 2. Seruate traditiones, quas accepistis, siue per epistolas, siue per sermonem, hoc est citra scripturam. & 1. ad Corinth. 1. Cetera (inquit) cum venero disponam: quæ tamen dispositio nusquam in sacris Biblijs legitur. At verò sacramentorum institutiones, ac perinde materiæ & formæ, non sunt inter apostolorum traditiones, tãquam eorum instituta censendæ. Distinguit enim Paul. 1. ad Corinth. 7. inter Dei mandata, & sua. Præcipio enim, inquit, non ego, sed Dominus, & infra. Nã cæteris ego dico & nō Dominus. At quicquid de essentia sacramenti est, non tantummodò vt apostolorum est censendū. Qui porrò vt. q. 5. monstrabitur, sacramenta instituire nequieverant, sed ita est existimandum quasi ab ore Christi ipsi susceperint, & ecclesiæ promulgauerint. Et idē est de alijs tribus formis: scilicet, cōfirmationis, extreme vnctionis, & ordinis. In tertio ordine est forma sacramenti matrimonij. Haud enim explicationem Christus tradidit, quàm quæ iure naturæ coniugalem assensum exprimere sufficit, quibuscunq; id verbis aut nutibus fiat. Illa enim forma in. c. Licet de sponsa duorum. Ego accipio te in meam, &c. et si sit congrua & ideo dum matrimonium fit solenniter seruanda, haud tamē est necessaria. Ratio autem eius tri formis discriminis est, quòd sacramentū baptismi & Eucharistiæ omni populo simpliciter sunt necessaria. Nã nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto & mādauerit carnem filij Hominis, nō intrabit in regnum cælorum. Et ideo illæ formæ ipsissimis verbis explicatæ sunt à Christo. Post hæc duo peccatoribus etiã necessaria est poenitentia. Quare eius formam licet non tam liquidò innouauerit, tamen dicens Matth. 16. Quodcunq; solueris & Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, illam designauit. Quo circa & si ecclesia verbum, absoluo, elegerit, tamen per verbum, remitto, perfici potest sacramentum, licet non absq; culpa mutetur. Ob idq; D. Tho. in. 4. d. 14. statim quæstiuncula prima ad secundum, ait non esse vsq; adeo determinatam formam in poenitentia, quàm in eu-

Sacramentū matri.

Ratio notanda.

Matth. 16.

charistia & baptismo: eò quòd nec in consecratione materiæ consistit, veluti Eucharistia, nec in vsu & applicatione, vt baptismus & cōfirmatio: sed in remotione potius materiæ, nempe peccatorum. At quoniam confirmatio & ordo & extrema vnctio non sunt sacramenta vsq; adeo necessaria, non existunt eorum formæ tam perspicuè ab ore Christi in euangelio prolata. Apostoli nihilominus ab illo audientes, illas docuerunt ecclesiam. Reliqua verò quæ ecclesia, ornatus & religionis gratia, in sacramenti adhibuit, de eorum necessitate nequãquam existunt, vt benedictiones deprecationesq; baptismi, & sacrificij missæ & sacramenti nitentiæ & cæterorū. Reliqua argumenta de forma baptismi & consecratione calicis suis proprijs locis adnotabuntur.

Perspice autem primū argumentum litterarum. Salus, quæ per sacramenta conquiratur, eadem est apud omnes: voces autē vt ait li. 1. Periher. Arist. diuersæ sunt in diuersis linguis: ergo non requiruntur determinata verba, sed alia apud Latinos, & apud Græcos alia. Responso est, conclusionem non sic esse intelligendā, vt sacramenta eadem verba in omni natione exposculēt, sed sic determinata in qualibet lingua, vt in vniuersis nationibus idē sit sensus. Nam vt autor est August. super Ioan. c. 15. Verbum in sacramentis non operatur, quia exteriori sono vocis dicitur, sed quia intus mente creditur. Idem autem sensus verba faciunt, seu latinè, seu græcè, seu hebraicè proferantur.

Secundum argumentum est. Verba ratione significationis exiguntur in sacramentis, contingit autem per diuersa verba idē in eadem lingua significari. Nam quod significat, baptizo, idem reddit abluo, & tingo, nullum ergo eorum est necessariò præscriptum. Responso verò est, quod inter plura eiusdē significationis verba, illud assumi debuit in significationem sacramenti, quo præcipuè vniuersaliusq; homines illius idiomatis ad id significandum vtuntur. Sicuti & res illæ vsurpantur, quibus vsitatius illa actio exercetur perquam sacramenti effectus designatur: putà aqua in baptismo, quo fit spiritualis ablutio. **H**æc autē regula quanuis ab omnibus sit receptissima, geminum

Primum argumentum.

August.

Secundum argumentum.

Dubitatio.

geminum tamē includit sensum. Dubiū ideo secū affert, vtrū illa vsitatissima vox eatenus sit necessaria, vt per eius mutationem irritum fiat & cassum sacramētum, an duntaxat cōtrahatur culpa, manente solido sacramento. Quod quidem dubium confestim articulo proximo referabitur, vbi de verborum permutatio ne disputaturi sumus. **¶** Interim autem animaduertendum est non solū illam vocem censerī p̄cipuam & vsitatiorem quē eiusdem linguę natiua est: verū & illam nonnunquā quæ ab alia lingua celebri vsu fuerit recepta. Baptizo, enim nomen gr̄cum est, quo tamē omnes nationes Christianismum professę vtūtur. Sicuti & nomen Chrismatis, quod vniuersæ in forma confirmationis vsurpāt. **¶** Potuisset ergo Caieta, in p̄sentiariū illam subticere censuram, qua videtur ecclesiæ curā submordere. Insinuat enim consultius fuisse non introducere verba gr̄ca sacramentorum in ecclesiam latinam. Nā qui rudes, inquit, sunt linguę significatum vocis non ita lucidē percipiunt, ac si dixissent audissentq;: Ego te abluo, & ego te vngo vnguento salutis. Quæquidem censura non erat hīc necessaria. Imō verō vniuersalis ecclesia non, temerē sed cōsultissimē verbum retinuit gr̄cum, quanuis hebraicē fuerit à Christo prolatum: eō quōd primū Biblia in gr̄cū, quōd vniuersalius idioma tunc erat, traducta sunt: imō Apostoli eodem vsu censentur. Postulabat nanq; magestas sacramenti baptismi, quo professio fit fidei regeneratioq; in Christo, vt eodem verbo nationes omnes Christianæ vterentur, vt vel per hoc vnitas fidei in Christiana vniuersitate splendet ceret. Præterquā quōd & propter amplitudinem suę significationis seruātū est. Significat enim idem quod, mergo, abluo, & tingo, quibus tribus modis baptismus fieri potest. Et ideo non decuit per aliquod illorū transferri, ne eius significatus coarctaretur. Quandoquidē per quodlibet ministrat⁹ baptismus, verum sit sacramentum. Eadem ratione propter verbi dignitatē interpretes aliena verba reseruant. Vt Emanuel, Epheta. Et idem est de Chrismate, imō ipsum verbum baptizo, seruaui interpretes Lu-

*Animaduertendum.**Contra Caietan.**Baptizo.*

di. 12. Baptizabat se fonte & Ecclesia. 34. Qui baptizatur à mortuo quid proficit eius lauatio? Neque esse vllus potest tanta ignorantia cæcutiens, cui nō per vsus solemnitatem notissimum sit quid baptizo significet & Chrima. **¶** Tertiū argumentum adhibet D. Tho. vt decretum Zacharię exponat, canon. Retulerūt de consecra. d. 4. Vbi eos, quos quidam sacerdos baptizauerat in nomine patriæ & filia & spiritua sancta, vel fortē, patrias, pro legitimē baptizatis ducit. Est ergo argumentum. Corruptio rei cuius libet speciem variat, vt cū vinum fit acetum, corrupta autem verba non mutant sacramenti speciem: vt Papa decernit in illiteratis & balbis: nō ergo determinata verba essentialia sunt sacramento. Responso autem quatuor habet mēbra. Primum ille qui de industria corruptē verba proferret, nō videretur sacramentum conficere, quia nō videretur id intendere quod facit ecclesia. Secundū assertum. Vbi autē quis nō de industria sed errore vel lapsu, vel balbutie linguę id facit, corruptio autem sit tāta, quę omnino sensum auferat loquutionis, nō videtur perfici sacramentum. Tertium, si verō nō totaliter auferatur sensus loquutionis nihilominus perficitur sacramentum. Subdit autem huiusmodi discriminis percipiendi nonnullum indicium: videlicet, quōd quādo corruptio fit in initio dictionis, tunc plurimū significationis legitima mutatur & substantia nominis, vt si pro patris, dicas, matris: aut pro filij, milij. Variatio autem, inquit, in fine dictionis vt plurimū mutat coniugationem. Sic enim legendum est aut, declinationem: non, consignificationē, vt patet in subiunctis verbis. Quæ tamē coniugatio secundum Gr̄cos variatur, etiam secundum principium dictionis in declinationibus verborum. Augent enim verba in principio per modos & tempora. Vbi ergo sola declinatio variatur, vt pater patris, patrem, substantia nominis manet. Et ideo baptismus illius capituli. Retulerunt, vbi per ignorantia dicebatur patria & filia, toleratus est. Quāuis enim inquit D. Tho. eiusmodi verba corruptē, plata nihil significēt ex virtute impositionis. Nō autē intelligas singula per

*Tertium argumentum. De conf. d. 4. can. Retulerunt.**Quadrimestris responsio.*

la per se verba: nihil significare, quia patria patriā significat, & filia, filia, sed tota oratio propter incongruitatē non significat ex impositione: nihilomin⁹ ex accommodatione vsus: nempe, quia illam baptizando sacerdos proferebat, cū dē reddebat sensum, ac si dixisset in nomine patris & filij. Itaque licēt singula verba significationem mutarent, tota nihilominus oratio legitimū sensum ex vsus accommodatione retinuit. Huic autē regulæ min⁹ fidens adhibet quartum membrum: scilicet, consultius attendendam esse corruptionis quantitatem: quoniam tam à principio quā in fine esse potest tanta corruptio, quæ legitimū sensum auferat, tamq; vtrobique tenuis vt illum obseruet. Vt tamen responsio hæc vna cum cōclusionibus subsequentis articuli perspicacius examine tur, illum subiungamus.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrum liceat aliquid addere verbis in quibus consistit forma sacramentorum.



SUPERIORI articulo annexum est perscrutari vtrū formę sacramentorum, quam diximus certis determinatisq; verbis cōstare, aliquid addere liceat vel subtrahere vel mutare. Ad quā quæstionem D. Thom. præfixo in capite documento sex cōclusionibus respondet. Documentum est quod in huiusmodi mutationibus duo sunt attendenda. Vnum à parte eius qui sacramentum ministrat, nempe intentio, quæ omnino necessaria est: alterum verō ex parte significationis verborum.

*Documentū.**Prima cōclusio.*

¶ Circa prius membrum statuitur prima generalis conclusio. Si minister per mutationem verborū, seu addendo seu subtrahendo intendat alium ritum inducere qui non sit ab ecclesia receptus, non videtur sacramētum perficere, quia nec videtur intendere quod ecclesia intēdit.

¶ Posterius verō membrum ex parte significationis verborū sub distinguitur: nam cū verba secundum sensum operentur. Subnectitur secūda conclusio si per eiusmodi mutationem aut subtractionē tollatur debitus sensus verborum, etiam si intentio debita adsit, non perficitur sacramētum: nam id tollitur quod de eius substantia existit. Quare, vt ait Didimus in libro de Spiritu sancto: qui baptizaret aliquod triū nominū Trinitatis prætermittēdo: sine perfectione baptizaret. **¶** Tertia conclusio. Si verō per mutationem non tolleretur debitus sensus, talis mutatio, quia non tollit id quod est de sacramenti substantia, nō auferit eius veritatem. Et ad hoc propositum adducit Gr̄corum morem, qui non dicunt. Ego te baptizo, sed baptizetur seruus Christi: vbi idem retinetur sensus. Quocirca, qui de forma consecrationis corporis subticere partem, enim, non subinde perfectioni sacramenti obliteret: nam legitimus maneret sensus. **¶** Quarta conclusio. Qui eiusmodi minutiora prætermitteret, peccaret quidem, si ex contemptu vel negligentia id faceret. **¶** Quinta & sexta conclusiones peculiariter ad additionem spectant. Est enim quinta. Si quis aliquid formæ sacramenti apponat, quod sit corruptiuum debiti sensus, veritatē tollit sacramenti: vt si quispiā ex Arrian⁹ diceret, baptizo te in nomine patris maioris & filij minoris. **¶** Sexta cōclusio. Si verō talis additio legitimum sensum non excludat, non tollitur sacramenti veritas: siue in principio, siue in medio siue in fine id fiat. Vt si quis dicat, Ego te baptizo in nomine patris omnipotentis & filij eius vnigeniti, & spiritus sancti paracliti, vel si in fine addat, beata virgo te adiunet: nam cum hæc adiectio non fiat in eodem casu eodemq; tenore, planum est non fieri, vt partem formæ. At verō si sub eodē tenore adderetur: scilicet, in nomine patris & filij & spiritus sancti, & beatæ virginis, quantum ad vim verborum attinet, non esset sacramentum: quoniam inducitur virgo Maria quasi eius nomine, sicuti patris & filij, celebretur sacramentum. Quod est pestilens error

*Secunda conclusio.**Didimus.**Tertia cōclusio.**Quarta conclusio.**Quinta conclusio.**Sexta cōclusio.*

C contra

34 F. D. Soto,

in Quart. Senten.

contra illud Paludan. i. ad Corinth. i. Nūquid Paulus p vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Esset nihilominus consulenda baptizantis intentio. Nam si nomen virginis nō sic induceretur quod ipsa gratiam cōferret, sed tāquam aduocatrix & adiutrix ad illam impetrandam, sacramētum extaret.

Permutatio- nes quinque. Igitur vt vniuersas permutationis species ob oculos simul colligas, quinque sunt numero: Nempe corruptio, de qua in calce superioris articuli: additio, & subtractio, de quibus in præsentiarum. Ac denique interruptio temporis & verborum transpositio, de quibus inferius in solutione tertij. Quo autem hæc omnia per ordinem acutiori examine expēdantur, primam conclusionem reprobare videtur Paludan. in. 4. distinct. 3. quæstio. i. affirmans, quod quauis baptizans per verborum mutationem inducere intendat errorem, nihilominus, dū modò intendat id facere, quod facit ecclesia, neque tanta sit corruptio, quin seruetur legitimus sensus, perficitur sacramentum. Nam tunc cuncta seruantur, quæ sunt de substantia sacramenti.

Palud. impugnatio. Græci nanque conficientes in fermentato, errorem substinent, quod sic Christus confecerit, neque in azimo conficere liceat: & tamen verè consecrant. Idem ergo erit de mutatione formæ: si maneat legitimus sensus. Item hæretici semper in illo versantur errore, quod sua ecclesia sit catholica, cuius quidem ecclesiæ intentionem habent, dum baptizant: & tamen si secundum veritatem facere in genere proponant, quod facit ecclesia Christi, verè baptizant. Vt Lutherani quauis credant Christum non esse in sacramento altaris, tamen si consecrantes id intendant facere quod vera ecclesia profitetur, verè consecrant.

Respondetur. Ad hoc autem respondetur diuum Thomam nūquam negasse, quin vbiunque interfuerit intentio faciendi quod facit ecclesia, verborumq; legitimus sensus, verè perficiatur sacramentum, si modò simul ad sit suscipientis intentio, de qua postea dicturi sumus. Est enim hæc constantissima veritas, quam Augustin. contra Do-

natistas vbiq; confirmat: præcipuè lib. 6. de baptismo contra illos cap. 25. & refertur de consecratio. distinct. 4. capi. si non sanctificatur. Ait quippe baptismū Christi, id est, verbis euāgelicis consecratū, vbiq; eundem esse. Et ideo baptizati ab hæreticis nō sunt rebaptizādi. Vnde in Florentino concilio, vt in textu retulimus, tribus decretū est sacramenta perfici: videlicet, rebus tanquam materia, & verbis & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit ecclesia. At sanctum Doctorem profectò neque à suis discipulis factis hic intellectū video. Cū enim duo ad sacramentorū veritatem attendenda doceat: scilicet, & intentionem faciendi, quod ecclesia facit, & integrum verborum sensum, quantum ad priorem rationem duas simillimas cōclusiones cōstituit. Prior est in responsione tertij superioris articuli. Ille qui de industria corrumpit verba sacramentalia, non videtur intendere facere quod facit ecclesia, ac perinde neq; videtur perficere sacramētum. Posterior est hic prima. Qui intendit per mutationem alium ritum inducere, qui non sit ab ecclesia receptus, non videtur perficere sacramētum: quia non videtur habere intentionem ecclesiæ. Vides quod vtrobiq; ob id negat sacramentum perfici, quod non adest intentio ecclesiæ. A contrario ergo sensu: si illa adest, etiam hæreticus baptizaret, dummodo seruetur legitimus sensus. Exempli gratia Græci, vt infra distinct. 3. articu. 5. iterum videbimus, baptizant dicētes. Baptizetur seruus Christi, illa cauentes dissidia. i. ad Corinth. i. ne quis putet baptizari à Paulo vel ab Apollo, quasi virtus sacramenti ab homine promānet. Et conficiunt in fermentato. Illi tamen ritus permittuntur ab ecclesia nostra, vt in concilio Florentino sub Eugenio patet. Et ideo sic baptizantes, seruant intentionem catholicæ ecclesiæ. Vnde si nostra ecclesia illos excraretur condemnaretq; ritus, profectò non verè perficerent sacramenta: quia illos inducentes intentioni ecclesiæ aduersaretur. Et hoc habetur expresse in citato, retulerūt, vbi ait Papa, q si ille sacerdos

natistas vbiq; confirmat: præcipuè lib. 6. de baptismo contra illos cap. 25. & refertur de consecratio. distinct. 4. capi. si non sanctificatur. Ait quippe baptismū Christi, id est, verbis euāgelicis consecratū, vbiq; eundem esse. Et ideo baptizati ab hæreticis nō sunt rebaptizādi. Vnde in Florentino concilio, vt in textu retulimus, tribus decretū est sacramenta perfici: videlicet, rebus tanquam materia, & verbis & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit ecclesia. At sanctum Doctorem profectò neque à suis discipulis factis hic intellectū video. Cū enim duo ad sacramentorū veritatem attendenda doceat: scilicet, & intentionem faciendi, quod ecclesia facit, & integrum verborum sensum, quantum ad priorem rationem duas simillimas cōclusiones cōstituit. Prior est in responsione tertij superioris articuli. Ille qui de industria corrumpit verba sacramentalia, non videtur intendere facere quod facit ecclesia, ac perinde neq; videtur perficere sacramētum. Posterior est hic prima. Qui intendit per mutationem alium ritum inducere, qui non sit ab ecclesia receptus, non videtur perficere sacramētum: quia non videtur habere intentionem ecclesiæ. Vides quod vtrobiq; ob id negat sacramentum perfici, quod non adest intentio ecclesiæ. A contrario ergo sensu: si illa adest, etiam hæreticus baptizaret, dummodo seruetur legitimus sensus. Exempli gratia Græci, vt infra distinct. 3. articu. 5. iterum videbimus, baptizant dicētes. Baptizetur seruus Christi, illa cauentes dissidia. i. ad Corinth. i. ne quis putet baptizari à Paulo vel ab Apollo, quasi virtus sacramenti ab homine promānet. Et conficiunt in fermentato. Illi tamen ritus permittuntur ab ecclesia nostra, vt in concilio Florentino sub Eugenio patet. Et ideo sic baptizantes, seruant intentionem catholicæ ecclesiæ. Vnde si nostra ecclesia illos excraretur condemnaretq; ritus, profectò non verè perficerent sacramenta: quia illos inducentes intentioni ecclesiæ aduersaretur. Et hoc habetur expresse in citato, retulerūt, vbi ait Papa, q si ille sacerdos

scilicet. s. 7. h.

cerdos baptizans in nomine patria, noluit inducere errorem: videlicet, Deum habere filiā, baptismus valebat: alioqui, mimimè: quia non seruaret ecclesiæ intentionē: vt pote, quæ cū illo errore stare simul nequit. Sed rogas, quid si quis verba mutaret de industria: intendens scilicet corrumpere ritum, seruando tamen intentionem ecclesiæ: vt si quispiam forsansciens & prudēs baptizaret sicuti sacerdos illius capituli. In nomine patria & filia & spiritua sancta: non quidē quasi hæreticus ab intentione ecclesiæ defleētens, sed suo arbitrio volens vt mala grammatica: sicut si in consecratione diceret, Hoc est corpus meum. Profectò certo crediderim verè tunc confici sacramētum: licet illa mutatio non careret culpa. Nam illic seruetur quicquid est de substantia sacramēti. Illa siquidem verba ex accommodatione vsus perinde retinerent legitimum sensum consulto & per culpam prolata, ac si sine culpa proferretur ex inscitia aut ex balbutie: quoniam modus proferēdi significationem non mutat, quæ ex accommodatione vsus oritur. Secus si vellet errorem inuehere dicendo filia, ac si Deus habeat filiā feminam: nam tunc non seruaret intentionem ecclesiæ, vt idem illic Papa admonet. Cum ecclesia non intendat baptizare nisi in nomine patris & filij. Sed tūc fortè ex hac sic asserta sententia inferas, ergo falsa fuit assertio sancti Thomæ vniuersalis, quod qui de industria corrumpit verba, nō conficit sacramētum. Nam nulla esset excusatio, si diceremus, eum id intelligere quādo corruptio tanta esset, quæ sensum legitimum tolleret: quādoquidē illa corruptio, etiā si non sit ex industria, sed ex ignorantia tollit veritatem sacramenti: vt ipse statim subdit.

Defenditur D. Thomas.

Responsio ergo est quod istā ob causam nō simpliciter negauit illic perfici sacramentum, sed cum moderamine dixit, videtur. Voluit enim docere quod vbi q; de industria corrūpit verba, etiam si seruetur ex accommodatione vsus debitus sensus, tunc quantum colligitur ex illa sua voluntate censendus ille est non habuisse intentionem ecclesiæ. Et ideo nisi aliunde constiterit legitimam habuisse

intentionem, sacramentum habendum esset pro irrito. Si tamen aliunde constaret legitimam habuisse, tunc illa verborum corruptio veritatem non euacuaret sacramenti. Et eadem ratione hic vbi loquitur de mutatione ritus non simpliciter ait, quod vbiunque mutatur ritus, cassum sit sacramentum, sed ait videtur non subesse intentionem ecclesiæ: quæ ideo si aliunde constaret adfuisse, sacramentum perficeretur. Grauius ergo hallucinatus est Paludan. non animaduertens, aliud esse eum qui hæresi infectus est, sacramentum ministrare: aliud verò in ipsa administratione errorem suum impingere. Haud enim ob id, quod qui sacramentum administrat hæreticus est, sinceritas veritasq; sacramenti tollitur, sed ob id quod errorem illic intēdit profiteri. Id quod profectò negare erroneū est. Enimuerò licet Arrianus esset qui crederet filium minorem patre, si tamen id non poneret in forma, sed intenderet id quod ecclesia intendit, baptizaretq; nostra forma, verè baptizaret. Si tamen in forma errorem suum poneret, profectò non baptizaret: quoniam non simul cohærere possunt, vt quis dicens, & filij minoris, tunc habeat intentionem ecclesiæ, quia nec eius confessionem profiteretur. Et ideo diuus Thom. non simpliciter dixit quod baptisma Arrianorū non esset validum: sed si fieret in nomine patris maioris, &c. Vnde in concilio Arelatenfi quod refertur de consecra. distinctio. 4. Canō. de Arrianis: & canone. Ab antiqua, qui est Gregorij, non simpliciter præcipitur, vt Arriani venientes ad ecclesiam baptizentur, sed vt interrogentur qua forma fuerint baptizati. In canone, autem, hi verò, simpliciter Bonifiani & Cataphrygæ iubentur denuo baptizari: quia peruersa confessione Trinitatis baptizabant. Et pariter Donatistæ licet crederent eos, qui ab hæreticis baptizantur iterum baptizandos, quando tamen nostra forma baptizabant, verè baptizabant: si verò errorem suum in forma baptizandi ponerent, dicentes. Si ego hæreticus sum, aut si tu hæreticus es, non te baptizo, sed si sum catholicus, tunc certè non intenderent fa-

Hallucinatio Paludani.

De conf. d. 4. Can. de Arrianis.

cere quod ecclesia facit, atque adeo neque verum ministrarent sacramentum, quonia ecclesia absolute intendit, ut per quicumque ministrum, & cuiusque datur baptismus, sit validum sacramentum, licet haereticis, in peccato existentibus gratia non conferat. Neque hoc orthodoxorum vili in dubium reuocare licet. Sicuti si Lutheranus credens corpus Christi non re, sed in figura esse in sacramento, intendens illum errorem, diceret, hoc quodammodo est corpus meum, certe non conficeret: quia nec sensum ecclesiae neque eius intentionem praese fert: secus si nostra vteretur forma, id intendens, quod ecclesia.

Lutheranus. Hæc de erroribus ex parte intentionis. Errores autem in verborum mutatione, dum seruetur intentio, ad duo reducuntur. Si enim corruptio, vel additio, vel subtractio &c. significationem mutet, non fit sacramentum, si verò seruet, est sacramentum. Exempla igitur à primo capite exordiamur. Dicitur enim est in superiori articulo in solutione secundi illa esse vtendum voce in vnaquaque lingua, quæ illi est frequentior in vsu. Quamuis autem aliam eiusdem significatus eidem subsistuas, non euacuatur sacramentum, ut si pro, baptizo, dicas, abluo, aut tingo. Nã & Paul. ad Rom. 6. baptizatis ait abluti estis. Et Cyprianus in epistola ad Cæcilium verbum baptizantes transfert per hoc quod est, tingentes. Quod verbum Hiero. super Matthæum capite ultimo, & alij patres saepe vsurpant. Non autem satis tutus auderem dicere sacramentum valere: vbi diceretur, ego te immergo: quoniam cum immersio non semper ad abluendum fiat, debet per formam restringi immersio ad significandam lotionem. Nisi quod fortè ex accommodatione vsus, mergo, tunc, esset, baptizo. Neque si diceretur ego te mudo aut compurgo: nam debet significari peccatorum illic mundatio per modum abluionis, sicuti neque in forma sacramenti poenitentiae liceret dicere, Ego te abluo à peccatis citra violationem sacramenti: quia effectus proprius illius sacramenti est condonari peccata, per modum absolutionis. ut facit iudex. Non tamen eneruaretur poenitentiae sacramentum, si diceretur, remitto tibi peccata ut

Lutheranus.

Errores in substantia verborum.

Forma baptismi.

Cyprianus.

Forma sacramenti poenitentiae.

supra diximus, quonia eodem verbo vti tur Christus; Ioanis vltim. Eodem iure qui in altari pro, hoc, diceret, istud, verè consecraret. Nam quauis istud, latinè aliud quam, hoc, significet: nonnunquam tamè pro eodem vsurpantur. Vtrum autem nomina patris & filij liceat mutare in genitoris & geniti. distin. 3. in materia baptismi disputabitur. Adde quod si ex vsus accommodatione, duo nomina eandem habeant significationem, per vtrumque verè fit sacramentum. Ut si quis absoluendo nobilem diceret, Ego absoluo vos. Et pariter qui absoluendo Cæsarem diceret absoluto maiestatem vestram, quauis ridiculus esset, qui illa reuerentia vteretur, verè tamen absolueret. Sicuti, si everso episcopus diceret. Nos absoluimus te. Ratio istorum est, quod vbi uis idem est verborum sensus, eadem existimatur forma. Cum ergo accommodatio vsus vim in secularibus sermonibus obtineat, non est, cur non eandem quoque retineat, in sacramentis. Adde quod figuratus loquendi modus ex accommodatione vsus retinet in sacramentis legitimum sensum. Etenim secundum primæuum verborum sonum forma illa. Hic est calix &c. non significat versionem vini in sanguinem: imò in calicem. Ceterum, quia per synecdocham continens accipitur pro contento, vel per metaphoram, calix accipitur pro passione qua effusus fuit sanguis: ut proprio articulo explicaturi sumus, sinceritas sacramenti seruetur.

Percontetur hæc autem quispiam fortassis, vtrum si quis apud se ipsum imponeret nomina idem significantia, quod forma ecclesiae, ut si consecraret per cifras. H. E. C. M. substantiam eneruaret sacramenti? Respondetur. Proculdubio eneruaret. Haud enim satis est verba ipsi ministro significare, sed habere debent solennem significatum vsu linguae apud omnes. Quare, si ille apud plebem posset imponere voces idem significantes quod, Ego te baptizo, verè baptizaret per illa. Idem in corruptione verborum animaduertendum. nepe, quanta sit corruptio. Qui enim pro corpore diceret, Hoc est cor meum, profectò non consecraret. Sunt autem peiores, quam scrupulosi

Forma eucharistiae.

Ex vsus accommodatione.

Figuratus loquendi.

Interrogatio.

Exempla corruptionis.

scrupulosi & morosi, qui putant si pro, meum, finali, m, dicant meum per, n, non consecrare. Est enim deridendus scrupulus. Hispani namque ægre proferimus, m, in fine. Imò si pro, est, velocitate linguae dicatur, es, nullus exurgere debet scrupulus, quoniam, t, post, s, in fine difficile etiam Hispani proferunt. Ex accommodatione enim vsus seruetur legitimum sensus: sicuti in balbutientibus. Per hæc de reliquis mutationibus facile vnus quilibet iudicabit, de quibus infra dist. 3. art. 5. iterum redibit sermo. Circa hæc tamen omnia vnum est remedium, ut re dubia iteretur sacramentum. At verò non vbi que æquale periculum offertur. Nam in sacramentis non iterandis, ut in baptismo periculosius est propter tenuem scrupulum sacramentum iterare: at vbi dubium rationale est, iterandum est sub conditione, Si non es baptizatus, &c. iuxta tenorem capituli. de quibus dubium. extra de baptismo & eius effectu. In alijs verò ut in poenitentia & eucharistia, minus dubium sufficit, ut forma iterari possit.

Superest autem quarta conclusio diuini Thomæ expendenda, qua ait illum, qui mutationem quamlibet siue negligentiam siue ex contemptu facit, peccare, licet debitus custodiatur sensus: ut si quis formè consecrandi corpus vocalam, enim, adimeret. Quæstio enim est quale quantumque delictum existat. Ad quod duabus conclusionibus respondetur. Prior est. Eiusmodi delicta sunt in genere sacrilegia: quod vtrique est religioni contrarium, quo scilicet res sacratissima violatur. Ex quo planè fit genere suo esse mortalia. Est enim ratione obiecti & materię grauissimum. Secunda conclusio: Potest nihilominus vel ratione leuitatis. materia, quia tenuissima est corruptio, vel quia deliberatio non fuit plena, vel ex leui negligentia fieri veniale. Cum enim hæc tripliciter de causa generis omne peccati, etiam si sit iuri naturali ac diuino aduersum, fiat veniale, non est cur non & in presenti materia id ipsum accidat. Si autem scisciteris, quo discerniculo iudicabitur quando est tam grauis mutatio, ut sit mortalis: & quando tam tenuis, ut sit venialis, profectò iudicio potius prudentium arbitrandum est, quam certa regu-

Remedium.

De permutationis culpa.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Prudenti regula.

la constituendum. Primum omnium, vbi de industria tanta fieret vel mutatio vel corruptio, ut sacramenti integritas vitaretur, nec maneret legitimus sensus, citra dubium esset mortale sacrilegium, idèque enormissimum. Imò etiã si fieret ex notabili negligentia vix posset excusari à mortali. Fieret quippe insignis iniuria rei sacre. Tametsi negligentia potuerit esse tam modica: nempe, tam precipitata prolatio ut non esset grauior, quam venialis. Quinetiam posset casus adeo repetitus accidere, quo ministri animus ab eo quod agebat diuelleretur, ut etiã si formam sacramenti prætermitteret, nulla constitueretur in culpa. Vbi autem mutatio aut corruptio non auferat legitimum sensum, vix ad mortalem culpam condennarem: nisi id ex contemptu procederet, vel in re graui ordo præceptioque ecclesiae violaretur. Qui enim sacramenti despectu aut fastidio vocalam, enim, inter consecrandum corpus, demeret, culpa se fortè mortali contaminaret, dixerim fortè: quoniam & contemptus ratione tenuitatis materiae potest esse venialis. Si autem fieret ex negligentia, quantumuis crassa & supina corruptio hæc atque alia eiusmodi parua non essent nisi veniales. Imò quauis non adhibeatur diligentia proferendi, m, finale in meum, vel si fortè si non proferatur, t, in verbo est, nullam profectò reor culpam incurri. Deus enim non est tam istarum minutiarum obseruator. In mutatione verò, vbi verba sunt æquipollentia: ut si pro baptizo, dicas, abluo: aut pro absoluo, remitto, culpa quidem est, non autem ut arbitrari mortalis: nisi fortasse ratio ne scandali. Idem de eo existimandum, qui patrio vulgarique idiomate ministraret sacramenta: ut, si Hispanè quis diceret. Yo te baptizo, o yo te absueluo. Imò verò dum seculares, præsertim mulierculæ, ingruente periculo infantes intingunt, fortasse consulamus, vterentur patriâ lingua: Sanè cum latina in neptissimè proferant. Diximus transgressionem ordinationis ecclesiae impingere nonnunquam peccatum mortale. Quod intelligitur etiam vbi verba & ceremonia de essentia sacramenti non fuerint corrupta. In forma namque consecrationis calicis so-

In mutationibus.

Transgressio preceptionis ecclesiae.

la prima verba, Hic est calix sanguinis mei, sunt de essentia sacramenti. Qui autem subsequētia proferre negligeret, letaliter delinqueret. Imò qui sine ceremonijs missæ consecraret: & sacerdos, qui sine catechismis & exorcismis solenniter baptizaret, atq; episcopus, qui sine præscriptis ceremonijs solēniter ordinaret. Qui verò in absolutione sacramentali illas preces, Misereatur tui, &c. silētio præteriret, non ob id esset reus mortalis culpæ: quoniam non sunt in tanto gradu ab ecclesia institutæ. ¶ Forma autem sacramenti matrimonij non est, ut supra diximus, de iure diuino, nisi quatenus consensus cōiugalis exprimit: nulla ergo est culpa qualitercunque mutetur. Tamen si cum sacramentum solenniter celebratur seruanda est forma ecclesiæ, Ego te accipio in meā, &c. quæ præscribitur capit. Si inter. de desponsatione impuberum.

Forma sacramenti matrimonij.

Primum argumentum.

¶ Primum argumentum D. Tho. est, Nihil addere fas est verbis sacra scripturæ: ergo neque verbis sacramenti: quandoquidem ab spiritu sancto sunt pariter instituta. Responso autem consistit in distinctione antecedentis ac subinde consequentis. Sicut enim sacris oraculis licet aliquid addere ad expositionem, nō tamen quod substantiam significationis demutat, sic & verbis sacramentalibus licet addere, verbi gratia, patris omnipotentis, &c. non tamen patris maioris & filij minoris.

Secundum argumentum.

¶ Secundum argumentum sumitur ex Aristotele. 8. Metaphy. dicentis, quòd, ut in numeris, sic in formis quæcunque additio speciem mutat. Consistit enim perfectio speciei in indiuisibili. Cum ergo verba, sint sacramentorum formæ, quælibet additio mutaret speciem. Respondet autem, quòd cum verba ratione sensus significati habeant vicem formæ, mutatio verborū non mutat speciem, nisi mutetur sensus.

Tertium argumentum.

¶ Tertio argumento tanguntur duæ aliæ variationes formarū, hætenus intactæ. Quæ sunt interruptio & transpositio. Requiritur enim sicut certus verborū numerus, sic & certa eorum continuatio & ordinatio. Si ergo additio & subtractio quandoq; licent, sit ut fas sit etiam verba pauſando interrompere, ac perinde transpo-

nerē. Responso verò superioribus simillima est. Si enim interruptio est tanta ut intentio pronuntiatæ intercipiatur, tollitur sacramenti veritas. Secus si sit parua. Idemq; de transpositione sentiendum. ¶ Vbi adnotandum est interruptionem vsu venire posse, aut per simplicem cessationem & pausationē. Ut si quis postquam dixerit in nomine patris, tantam faceret pausam, ut subsequētia verba non conuenerentur cum prioribus in vnam orationem, tunc non esset sacramētum. Si autem esset parua morula, ut propter tussim aut aliud accidens interpollans tempus, nihilominus esset sacramentum. Potest tamen fieri per interpretationem peregrini verbi, ut si postquam dixerit sacerdos, Ego te baptizo in nomine patris, diceret ministro: porrigere aquam, aut quid simile. Hoc enim vitium non ad additionem reducitur, sed ad interruptionem: nihilominus nō euacuaretur sacramentum, si postea reliqua apponeret verba, secus si longam extraneamq; orationem interſereret. ¶ Quid autem si interſisa fuerit intentio? Cœpisti, verbi gratia, consecrare dicēdo, Hoc est, & tunc mente dixisti. Nolo consecrare. Respondetur quòd si intentione illa negatoria durante reliquum formæ proferas, manifestū est non perfici sacramentum. Si autem illico pœnitentia ductus priorem integras intentionem, quam habebas à principio, & cōtinuas formam, non video cur non sit sacramētum: quādoquidem toto tēpore prolationis formæ adfuit legitima intentio. ¶ Simili iudicio de transpositione arbitrandum. Siue enim dicas, Te ego baptizo, siue, Te in nomine patris baptizo, & filij & Spiritus sancti, sacramentum conficis, quanuis non sine aliqua culpa. Imò quāuis dicas, ut ait Scotus in. 4. dist. 1. quæst. 2. In nomine filij & patris, dummodo errorem non intendas inducere, quòd filius sit principium patris, sacramentum non cassatur. Cauendum tamen est ne transpositis terminis significatio permittetur. Nam quanuis dicendo: Hoc, corpus meū est, legitimus seruetur sensus, ut pronomen sit subiectum, &, corpus meū prædicatū, perinde ac si dicas, hoc est corpus meū, tamē si dicas. Meum est hoc

Si intercedatur intentio.

Transpositio.

Scotus.

hoc corpus, profectò dubium esset grauissimum, esset ne sacramentum. Nam tunc pronomen demonstraret determinatè corpus: ob idq; non significaretur aliqd fieri corpus, sed quòd corpus Christi esset corpus Christi. Quapropter pronomen, hoc, vagè (quod aiunt) & in confuso debet illud demonstrare, quod sub speciebus continetur: quod prius est panis, post verò corpus. Sed de hoc articulo proprio in materia eucharistiæ.

QVAESTIO. 2. DE sacramentorū necessitate & institutionis causa & tempore.

S. Tho. 3. part. quæst. 61.

ARTICVLVS. I.

Vtrum sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.



SECVNDVM capitulum textus presentis distinctionis erat, de sacramentorū necessitate & institutionis causa. Pro cuius ergo examine subiungitur quæstio secunda, quatuor continens articulos. Quorum primus est. Vtrum fuerint ad humanam salutem necessaria. Est autem præfens titulus propter Neotericos theologos perpendendus. Putant enim, ut est videre apud Gabrielem. d. 1. q. 2. nulla prorsus necessitate, aut ex parte Dei aut ex parte finis, sacramenta esse instituta, sed solum necessitate consequenti: scilicet, si deus sic res ordinauit necesse est sic fieri. Quæ profectò theologia, ut bona venia dixerim, deridicula est. Haud enim potest in dubium verti, quin quod Deus prædestinauit, id sit sub inde futurū. Theologi autē est in huiusmodi Dei institutis rationes perscrutari diuinæ voluntatis: cur scilicet id prædestinauerit, nam nisi sic fore expediret, nūquā id prædestinaret. Etenim quāuis Dei voluntas à nulla superiori causa pēdeat

Quæstionis titulus.

Sententia theologo indigna

disponit tamen pro sua sapientia (vt ipsa. c. 8. Affirmat) omnia suauiter, à fine vsq; ad finem, fortiter attingens, hoc est, omnia in suos proprios fines referēs. Secus de hominum prædestinatione: quoniam cur Iacob dilexerit, Esau verò odio habuerit, nulla est creata causa. Cū ergo sic Deus in rebus liberè agat, vt tamē nihil temerè, sed per summā prudētiam, meritò queritur cur sacramēta instituerit. Et planum est nō extitisse aliam causam, quā vt per eadem sacramenta, cōgruentissima suauitate nostram operaretur salutem. Necessarium quippe, vt crebro ex. 5. Metaphy. citare solemus, (inter alias eius acceptiones,) à fine sumitur idq; bifariam. Etenim vno modo necessariū est, id sine quo finis neutiquā obtinetur: vt victus ad vitam. Altero modo sine quo commodè & congruè ad ipsum non peruenitur: vt equus ad longū peragendum iter. Neutiquam ergo ambigimus, quin Deus, cuius potestas nulli alligatur creaturæ, absq; sacramentis potuisset nostris mederi morbis, sicuti Magdalenæ & multis crimina absq; sacramento cōdonauit. Sed cōgruentiam sacramentorum decentiāq; exploramus. Respōdet ergo D. Th. vnica affirmatiua conclusio articuli. nempe, sacramenta necessaria esse ad humanam salutē, idq; tribus de causis. Quas quidem venerabilis Hugo eloquentissimè simul ac locupletissimè lib. 1. de sacram. ante Magistrū Senrē. disseruit par. 9. c. 3. Is enim coetaneus eius fuit, imò paulò senior sub annū centesimum post millesimum. Prima sumitur ex diuinā prouidentia, cui natiuum est vnicuique secundum suam naturam prouidere. Est autem natura nostra, vt per sensibilia (vt ait Paul.) inuisibilia intelligam⁹. Et ne huc rursus reuertamur, causa sic locupletanda est. Cū omnis religio, siue vera sit, siue falsa, in cultura Dei sui consistat, nequit gens vna cum corporei simus, in vnam religionem coalescere, vt contra Faustū lib. 9. autor est August. nisi aliquo signaculorum seu factorum visibilium consortio coadunentur, quibus palām sibi constet eadem religione colligari? Christiana verò religio hac (quæ meditatissime consideranda est, ratione ceteris præstat, quòd cum

Necessarium

Conclusio articuli.

Hugo.

Primaratio.

Præstata religio Christiana.

Ethnici per sua sacrificia bona tempora-
lia à suis dijs postulerent, Hebraei vero
per sua nonnullas leprarum mundatio-
nes à vero Deo obtinerent, & sub circū-
cisione per fidē venturi purgationē quo-
que originalis maculæ, nobis adeo fuit
Christus noster mirifice beneficis, vt sa-
cramenta institueret per quæ, non qui-
dem peteremus, sed certo certius conse-
queremur, haud qualiacunq; bona, sed
re vera eius gratiã, nostrarumq; anima-
rum salutem. Quapropter consentaneū
fuit, vt talia sacramēta nobis daret, quæ
signa essent, quibus beneficium docere-
mur, quod sub illis nobis elargitur: atq;
adeo religiose profiteremur idem nobis
ab ipso beneficium impendi. Hac enim
de causa supra diximus sacramentū con-
stitui in genere signi, vt sicut per natura-
les creaturas, autore Paulo, virtutes dei,
quibus rerum naturalium causa existit,
cognoscimus, sic per eiusmodi sacramē-
ta eiusdem virtutem, qua super naturā
nos saluat & beat, doceremur. Vnde sci-
tē Hugo sacramēta vasis comparat, qui-
bus pharmaca propinantur: nempe, vt
qui infirmi sumus per vasis effigiem me-
dicaminis virtutem intelligamus. Itaq;
hac prima causa sic ex parte nostra con-
gruentiam ostendit, vt præcipue in diui-
num honorem referatur. ¶ Secunda ra-
tio sumitur ex conditione miseri lapsus
nostri, quo de illa innocētia, in qua crea-
ti sumus, cecidimus. Decuit enim anti-
dotum morbo respondere. Etenim quā-
diu Adam in illo perstitit statu, vniuer-
sis dominās corporalibus, solo Deo sub-
debatur: dum verò se in misero pomo
corporalibus subdidit, Deū abnegauit.
Si ergo nos post ei⁹ lapsum in nudis spi-
ritualibus occupasset, cū tēporalibus no-
stræ natura dediti sumus, non tā prō-
ptē ad illa spiritualia animum applica-
remus. Per hæc autē corporalia, quibus
affecti sumus, ad illa diuina capeſſenda
allicimur. Hugo tamē & Sētentiã Ma-
gister aliter hæc causam inducūt. Nēpe,
vt homo, qui ob superbiam Deo se subdu-
xerat, istis sacramentorum elementis in
sua comparanda salute subderetur: qua
si ab illis pendens, vt suam vilitatem re-
cognoscens, per humilitatem edomaret
superbiam. ¶ Tertia ratio sumitur ex stu-

dio rationis humanæ, quæ præcipue in
sensibilium varietate delectatur. Dum
enim homo in statu innocētiæ persiste-
bat sola diuina cōtēplatione fruebatur:
ad hæc autem ima per peccatum demis-
sus rerū varietate gaudet. Id quod Chri-
stus in illis fororibus nos admonuit, qua-
rū actiuosa Martha erga plurima se sol-
licitante cōtemplatrici Marię dixit, vnū
esse necessarium. Si ergo puris spiritali-
bus homo iuberetur vacare, esset à sua
natura violenter abstractus: quod certē
egerrime ferret. Morem ergo Deus no-
bis gessit, vt sacramentorum varietate
oblectati ad nostram comparandam
salutem essemus propensiores. Delectat
enim nos nunc basilicas extruere, mox
sacrificia celebrare, deinde orare & non
nūquam hymnos cātusq; intonare diui-
nos. Alijs incumbit sacramenta mini-
strare, atque alios expedit suscipere: per
quæ quidem virtutum munera à cūctis
idolorum seruitutibus distrahimur. Id
quod in illis Neophitis noui orbis ex-
perimento comperitur. Mirum enim in-
modum istiusmodi ceremonijs exhilarā-
tur p̄ quas à sua idololatria semouētur.
Optimē ergo tandem colligit D. Thom.
hominem per sacramentorum institutio-
nem congruenter naturæ suæ per sensi-
bilia erudiri, & dum sibi per corpora-
lia subuenitur, subiectum se illis cognos-
cens, humiliari: ac demum per salubria
sacramentorum exercitia, à noxijs actio-
nibus præseruari. Abeant ergo Luthera-
ni atque alij, quos Hugo subnotauit he-
retici, qui putant nos quasi idololatrias
in istis sensibilibus nostram collocare sa-
lutem. Non enim credimus ista nobis
præcipue eam efficere, sed Deum in ip-
sis. Neq; ab ipsis illam expectamus sed
à Deo per illa, vt ipse nobis prouiden-
tissimē iussit. Nā & præter rationes præ-
fatas aliam nihilo debiliore habemus:
nempe, vt per sensibilia signa non so-
lūmagis alliceremur ad inquirendā sa-
lutem, verū & certiores efficeremur il-
lam fuisse cōsequutos. Si enim mera spi-
ritualia nobis proposita essent, non tot
vię nobis paterēt ad inquirendū gratiã.
Modò autē aliud gratiæ munus obtine-
mus per baptismum, aliud per confirma-
tionem, aliudq; atq; aliud effectū per
eucha-

eucharistiam & alia sacramenta. Imò ve-
rò si per solam (verbi gratia) contritio-
nem aut alium quemvis animi motū pro-
posita nobis esset salus, socordiores se-
guioresq; ad illam conquirendam esse-
mus: dū tamen sacramentorū præceptis
incitamus, sollicitiores sumus in opere,
instantiusq; ad sacramētales gratias an-
helamus. Ad hæc & tutiores euadimus
adeptos eas fuisse. Nam cū animi mo-
tus nos lateant, certē quā rarissimē tu-
ti essemus an contritio vel deuotio vsq;
ad gratiæ consequutionem pertingeret.
Dum verò sacramētum suscipimus, vbi
certō credimus, nisi per nos steterit, ex
pacto diuino nobis conferri gratiã, mul-
tō certiores reddimur nostræ salutis. Eò
præsertim, quod sæpenumerò per sacra-
mentū cū attritione beneficiū gratiæ adi-
piscimur, cuius attritio nō esset efficax.
Hæc contra hæreticos nostræ tempeſta-
tis libuit paulò latius meditari. Sanē qui
dum religionem Christianam, istis sacra-
mentis sensilibusq; exercitijs de medio
sublatis, ad solos animi affectus reuoca-
re contendunt, ociosam, ac desidem situ-
que torpentem efficiunt. De hac verò re,
non semel, sed sepe recurret sermo.

Argumen-
D. Thom.

¶ Argumenta D. Th. quæ facillima sunt,
Primum est autoritas Pauli. i. ad Timo.
4. Corporalis exercitatio ad modicū vti-
lis est. Vfus autem sacramentorum cor-
poralis est. Respondetur, quod & si cor-
poralis exercitatio, quatenus corpora-
lis, non sit multum utilis: exercitatio ta-
men sacramentorum non purè corpora-
lis est, sed spiritualis ratione significan-
tiæ & efficacię. ¶ Secundum est alia au-
toritas apud ipsum Apostolum. i. ad Co-
rinth. 12. Sufficit tibi gratia mea: nō ergo
sacramenta sunt necessaria. Responſio au-
tem est ad consequentiam quod & si gra-
tia Dei nobis ad salutem sufficiat, nihi-
lominus quia nobis, vt dictum est, con-
uenit illam per sacramenta recipere, ad
eā ipsam sunt nobis necessaria. Sicuti ad
vitā sufficit victus & vestitus, tamen ad
id ipsum necessariū est terram colere, &
oniū vellera tōdere. ¶ Pari modo respō-
detur ad tertium, quod est hoc. Posita suf-
ficiēti causa ponitur effectus: sufficiēs
autē causa nostræ salutis fuit passio Chri-
sti, per quam, vt ait Paul. ad Rom. 5. recō-

Secundum.

Tertium.

ciliati sumus Deo, ergo sacramenta sunt
superuacanea. Negatur enim similiter
cōsequētia. Requiritur nanq; vt per sa-
cramenta fiat nobis eiusdē passionis ap-
plicatio, cuius virtute nostrā operantur
salutem. Quemadmodum & si ad fabri-
cam ars sufficiat, non tamen instrumen-
torū necessitas excluditur, quorū vsus
est necessari⁹. ¶ Quod si rursum arguas.
Ad consequendam salutē sufficit obser-
uatio mandatorum: iuxta illud euange-
licum. Si vis ad vitā ingredi, serua man-
data: ergo sacramenta redūdant. Respō-
detur, quod eiusmodi obseruatio sine fi-
de & gratia præueniente nō sufficit. Nā
sine fide (vt ait Pau.) impossibile est pla-
cere Deo. Ad illam ergo fidem & gratiã
requiritur baptis⁹, quæ si perdatur exi-
git poenitentiam. Quare & inter manda-
ta sunt etiam præcepta sacramentorum:
non solū ad illam primam gratiã ineū-
dam, verū & ad alios effectus gratiæ,
quales sunt confirmationis & eucharis-
tiæ, quibus debilitas quam per peccatū
contraximus, irroboretur, vt legis natu-
ralis mādāta valentius obseruemus. Vn-
de Deus per legem iubet, & per sacramē-
ta iuuat.

Aliud argu-
mentum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum ante peccatum fuerint homini necessaria
sacramenta.



Ost explicatam sacramen-
torum necessitatem, cū non
sint de iure nature, sed super
naturam nobis donata, pro-
ximū est, vt tempus explo-
remus, quo fuerint instituta. Sunt autē,
de quibus hæſitari potest, tres temporū
differentiæ. Prima dum innocens natu-
ra integra vigeat. Secunda ab ingressu
peccati, in orbē vsq; ad Christū incarna-
tū: ac demum tertia ab eius protinus in-
carnatione. De prima ergo temporis mo-
ra disputatur hoc secūdo articulo. Et res-
pondet D. Tho. breuissima conclusione
negatiua. In statu innocentie ante pec-
catum sacramēta necessaria non fuerūt.
Probat primò quoniam sacramenta no-
bis sunt, vt dictum est, spirituales medi-
cinæ, vt autē ait Christus. Matth. 9. non
est

Conclusio.

Hugo.

Secunda ra-
tio.

Hugo.

Tertiaratio.

Insulares.

Contra Lu-
theranos.

Alia ratio.

est opus valentibus medicis: tunc autem nullum erat peccati vulnus: ergo nec sacramenti necessitas. Quod enim sacramenta, medicina sint, iam supra per exemplum illius Luc. 10. demonstrauimus, qui incidit in latrones, cuius vulneribus curam dedit Samaritanus, hoc est Christus, vinum & oleum, hoc est sacramenta porrexit. Ex qua utique sacramentorum natura. q. 3. firmissimum elicimus argumentum quod nonnunquam sacramenta conferant primam gratiam, alias nunquam sanitatem conferrent, atque adeo neque essent medicina, sed de hoc ibi. Secundum id probat D. Tho. locupletius hoc pacto. Sacramenta, ut proxime constitutum est, ob necessitatem dumtaxat humanæ salutis sunt instituta: tunc autem temporis illis homo non indigebat. Nam vel indigeret, quatenus ordinantur ad remedium peccati, vel quatenus ad perfectionem animæ conferunt, hoc est quatenus ad religionis culturam spectant: neutra tamen ratione sacramentis tunc opus erat. Cuius quidem ratio ex reuerentia illius status colligitur. Tunc enim superiora inferioribus dominabantur, neque villo pacto ab illis pendebant. Eninvero iustitia originalis id præstabat, ut quemadmodum mens humana subdita erat Deo, in quo & ratio gratiæ consistit, & exclusio culpæ, ita vires animæ inferiores: scilicet, sensuales subderentur rationi superiorum intellectualium, atque ipsi animæ corpus. Contra hunc autem ordinem fuisset, si anima vel quantum ad scientiam vel quantum ad gratiam per aliqua corporalia, ut fit in sacramentis, perficeretur.

Expositio articuli.

¶ Vide quemadmodum D. Tho. non modo explodit ab illo statu necessitatem sacramentorum ad comparandam gratiam, qua remittuntur peccata, verum ad obtinendum quodcumque gratiæ genus, quæ per culturam virtutum nobis accrescit: imò neque ad scientiæ perfectionem sentit fuisse necessaria. Est autem ratio hæc secunda subobscura, & ambigua. Potest enim intelligi aut de solo Adam aut de sua quoque sobole, quando ille status durasset. Quare primum disputandum nobis est de scientia, mox de gratia. De priori membro Caiet. hic disputat, nescio tamen an neruum tetigerit. Arguit enim di-

Declaratio rationis.

ctum D. Tho. scilicet vires superiores in illo statu non dependisse in acquirendis scientiis à viribus inferioribus, non intelligi de posteritate Adæ, sed de ipso dicitur viuentem. Fuit namque discrimen quod Adam tanquam semen humanæ naturæ omnium fuit scientiarum lumine perfusus, posterius vero eius non fuissent nati cum scientiis, sed illas progressu temporis ad miniculo etiam sensuum, acquisiissent. Ut. 1. p. q. 101. sanctus ipse Doctor autor est. Quapropter ait Caiet. quod D. Tho. non loquitur de communi illo statu, sed de primo pariete, in quo solo reuera fuit ille status. Quod si & de Adam quis contra arguat, quod etiam in usu scientiarum infusarum utebatur phantasmate, nam eius intellectus eiusdem erat speciei cum nostro, imò & scientia eius cum nostra, & ut ait Philosoph. 3. de anima tex. 39. necesse est intelligentem phantasmata speculari, quare & vires eius superiores ab inferioribus pendebant. Respondet Caiet. quod cum scientias per infusionem suscepisset, non utebatur phantasmate, quasi ab illo dependens in sua perfectione, sed utens illo quasi inferiori. Nihilominus fatetur quod nec filij Adæ indigni fuerant sacramentis: quia geniti fuissent in gratia, ut ait D. Tho. 1. p. q. 100. cum qua recepissent dona intellectus & perfectionem supernaturalis scientiæ, ad quam requiruntur sacramenta. ¶ Miror autem, ut salua eius reuerentia loquar, quod neget sermonem hunc haberi à D. Thom. de toto illo statu etiam si perdurasset in filijs Adæ, cum plane questione presenti de tribus temporis differentiis loquatur, quorum prima erat ille status. Quinetiam magis mirandum est, quod agnoscat conclusionem hanc D. Thomæ toti illi statui congruere: scilicet, tam primo parenti, quam eius posteris, & tamen conclusionis rationem soli Adæ adaptari. Cum utique ratio conclusioni debeat adequari. Mentem ergo D. Tho. ut percipias, adnotato, quod scientiarum perfectio, alia est naturalis, atque alia supernaturalis. Hic autem non loquitur de priori, sed de posteriori. Hec enim nobis peculiariter per sacramenta donatur, ut infusio fidei, donorumque intellectualium. Igitur cum ait illo statu indignum fuisse mentem perfici per inferiora,

Caiet.

Arist. 3. de anima.

Contra Caiet.

Mens D. Tho.

non

non loquitur de naturalis perfectione. Nam & de Adam. 1. p. q. 94. art. 3. concedit quod quantum ad modum scientiæ anima eius experientis profecit: sed loquitur de perfectione, hoc est, de supernaturali diuinorum notione, quæ simpliciter perfectionis nomine censetur, quam nos per sacramenta recipimus & docemur: in illo autem statu absque illis per infusionem in ipsa conceptione recipitur & facillimo parentum negotio perficeretur. ¶ De necessitate vero sacramentorum in illo statu ad gratiæ acquisitionem Alexander Aen. 4. p. q. 1. Memb. art. 1. non absolute sed per distinctionem respondet. Cuiusquidem sententiam Durandus in 4. d. 1. q. 2. vltro amplexus est. Ait quippe ambo, quod si nomine sacramentorum intelligantur illa remedia gratiæ, qua remittuntur peccata, planum est in illo statu nulla fuisse propterea quæ neque erant peccata. Si autem eodem nomine intelligamus sacrificia & signa, quibus fit protestatio fidei de Deo saluatore, quibus quidem sacrificiis augetur gratia, minime negandum est, inquit, illic fuisse eiusmodi sacramenta. Nam neque negandum est fuisse illic religionis cultum, qui in protestatione fidei consistit. Huiusmodi autem protestatio fit oblationibus & sacrificiis, quæ non solum sunt necessaria ad propitiandum nobis Deum, quem piaculis habemus offensum, verum & ad gratiarum actiones de beneficiis susceptis, quæ utique in illo statu recipiebantur amplissima. Hanc autem opinionem refert D. Thom. in 4. dist. 1. ar. 2. quæst. 2. quæ refutat, dicens, non solum non fuisse tunc necessaria sacramenta ratione peccati, verum neque ratione eruditionis aut alia de causa. Et primo ut hanc sententiam comprobemus, quauis illa tunc extitissent sacrificia, profecto nequaquam mererentur sacramentorum nomina: quia non fuisset causa gratiæ, nisi per modum meriti sicut virtutum opera. Oblationes enim non aliter sunt gratiæ causa quam elemosinæ & ieiunia. Sed præterea probatur quod neque illa sacrificia tunc erant necessaria. Imprimis Hugo loco citato, cui magister sententiarum. d. 1. subscribit, nullam necessitatem sacramentorum in illo statu agnoscit. Nam homo, inquit, ante pec-

Alexan. 2. Dur.

Contra Alexander Dur.

catum sine medio Deum videbat, hoc est, satis eum sine corporalium adminiculo agnoscebat. Per peccatum autem habuit ut nequaquam diuina queat capere, nisi humanis exercitatus. Hæc ille. Nobiscum sentit Scot. 4. d. 1. q. 3. & Palu. eadem. d. & q. Et probatur ratione, fortasse valida. ¶ Protestari fidem contingit tripliciter: aut per interiores actus quibus Deum confitemur esse unum & trinum, ac perinde seruatore glorificatoreque nostrum: eumque subinde laudamus. Secundum per virtutum officia & exteriores etiam laudes. Atqui duo hæc protestationum genera religionisque munia non negamus quin illo fuissent statu. Nam fides sine operibus, ut ait Iacobus, mortua est. Fuisset namque cum primis contemplatio, deinde proliu generatio & educatio & obedientia filiorum erga parentes, & omnium erga Deum in abstinentia ab esu ligni scientiæ boni & mali. Hæc autem non appellantur nisi largissimo modo sacrificia, sed fuissent merita apud Deum. Tertio modo protestamur fidem per sacrificia & oblationes. Hæc autem quod non fuerint tunc temporis necessaria, probatur. Quatuor enim quinqueve aut sex de causis nobis sunt eiusmodi sacrificia congruentia. Primum ut per hæc pro peccatis nostris satisfaciamus: tunc autem nulla fuissent peccata. Secundum ut per ea dignoscatur religio nostra ab exteris sectis. Non enim vniuersus orbis eiusdem est religionis. Hæc autem causa illic cessasset: essent quippe omnes veluti in celo eiusdem religionis, eodemque ore adorantes unum Deum. Tertio sunt nobis in hunc usum ut nobis mutuo constet eandem religionem colere. Etenim quauis totus mundus eandem profiteretur, tamen eo quod corporei sumus, fieri nisi per ista externa sacrificia non posset ut nobis inter nos mutuo constaret una religio. Qualis enim Deus adoratur talia sacrificia instituuntur. Illic autem omnibus constaret natos esse in gratia Dei, in eiusque seruitio & obedientia, sicuti in cælesti patria, viuere. Quarto sunt nobis operæpretium ut per ea seruemus memoriam beneficiorum Dei: sicut per sacrificium missæ memoriam perpetuamus passionis Christi, qua seruati sumus docemurque quantum illi debemus: illic autem

Ratio valida.

que opus eruditione supernaturalium. Nam simul cum gratia imbuerentur donis necessarijs. Præterea parentes facillimo negotio erudirent natos: quare huiusmodi exteris elementis nihil opus haberent: sed sicut angeli Dei in paradiso semper omnes Deum laudibus colerent. Sed ais. Saltem eorum usus oportunus fuisset ad reddendum Deo gratias: vide licet ut de receptis ab ipso parte ei repeterent, secundum illud. 1. Paralipo. 29. Tua sunt omnia & de ijs que de manu tua accepimus dedimus tibi. Sed in contrarium facit, quod causa ista vana esset in nobis, nisi ea que Deo offeruntur, in usum tēplorum ac ministrorum cederent: tunc autem cum non essent sacramenta, non essent ministri, neque verò tēpla, quia nec aeris inclementia testis egeret, sed simplici corde & ore laudum encomia Deo dicerent. Facere autem sacrificia qualia tempore Moysi, nempe litare pecudes & pecora, nisi ratione significationis, quæ tunc non fuisset necessaria, vanum futileque censetur.

Alia egrēgia ratio.

His deum accedit quod tunc omnia fuissent cōmunia, quare nullus posset de proprio quicquam offerre: neque alius indigeret ut ab alio sibi quidpiam suppeditaretur: atque adeo tunc eiusmodi oblationes nullius essent emolumenti, neque idcirco vllius vel meriti vel laudis.

Primum argumentum s. Thom.

Argumenta ergo duo D. Tho. satis soluta sunt. Primum enim est. Tunc homo indigebat gratia ergo & sacramētis. Cuius cōsequētia non valet. Nam etsi gratia indigisset, non tamen ea per sensibilia conquirere. Secundum est. Homini secundum suam naturam, ut dictum est cōgruunt sacramenta, tunc autem habuisset eandem naturam, ergo eadem illi cōuenient sacramenta. Negatur tamen cōsequētia: quoniam natura nō haberet eundem statum, ut partem superiorem deceret per inferiorem de supernis edoceri.

Matrimonium ad.

Tertium argumentum est. Matrimonium Adæ, secundum apostolum ad Ephe. 5. Sacramentum magnum fuit in Christo & ecclesia: ergo ante peccatum fuit sacramentum. Distinguitur autem antecedens. Matrimonium enim, nō quidem quatenus est sacramentum fuit in illo statu institutum, quia non erat tunc instrumentum passionis Christi gratiam

conferens sed in officium nature. Sed arguis, saltem erat sacramentum eo modo quo dictum est supra esum agni paschialis fuisse proprie sacramentum: quia signum rei sacre in lege nostra futura. Negatur assumptum: quoniam non fuit institutum quasi actus religionis ad id significandum, sed in officium dūtaxat multiplicanda natura, ut patet Gen. 1. & 2. Veruntamen ex consequenti, ut ait D. Tho. hoc est ex sua ipsius cōiunctionis natura significabat unionem Christi cū ecclesia sicuti vnumquodque suū simile. Quare vbi ait Pau. sacramentum fuisse Christi & ecclesie, sacramentum accipit pro eo quod est mysterium. Adde cum Durando loco citato, quod neque illam Christi cōiunctionem significasset nisi hominum lapsus fuisset futurus: quoniam si nullum extitisset peccatum, Christus nō fuisset carne indutus, in qua sibi desponsaret ecclesiam: quare & ipsa eius significatione ad statum peccati refertur. Sed prior solutio per se satis est solida.

Durandus.

Alijs tamen argumentis solet conclusio impugnari. Deus enim propensior est in misericordia, quam in iustitia: propensius autem humanorum scelerum prouidit ante peccatum Adæ infernorum ignem: ergo æquiori ratione debuisset tunc prouidere sacramenta. Eo vel maxime quod & salutiferas herbas, & quæ corporis egritudinibus medicadis erant necessaria antequam morbi essent, creauit. Adde quod prouidentissimus quisque medicus non modo præsentaneis egritudinibus medetur, verum & ab illis que timeantur sanos præseruat: debuit ergo statum illum Deus sacramētis exornare, ut homo ab illa culpa quam postea contraxit, præseruaretur. Respondetur tamen quod & si propensior sit Deus ad clementiam, nihilominus debet suauiter omnia secundum rerum naturas & indigentias disponere, ignis autem inferni fuit elementaliter atque adeo ad opus creationis pertinens: Aut enim debuisset illum locum tunc creare vacuum, aut si alia eius substantia oppleuisset, debuisset illam post peccatum corrumpere ut infernum illum illic accenderet ignem: quod credi sapientiæ non congruit. Vnde ut habetur ecclesiast. 18. Qui viuunt in æternum creauit

Alia argu.

Ignis inferni.

creauit omnia simul. Idque de purgatorio, quod vnus est sinus inferni: & de naturalibus herbis & alijs medicaminibus respondendum est: nempe quod omnia pertinent ad creationis opus. Præterquam quod perhorrendus ille ignis, Satanæ & angelis eius destinatus fuerit. Quorum quidem peccatum ante statum innocentiar præcesserat. Vnde Christus Matth. 25. Ite, inquit, in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Illi enim quoniam per pœnitentiam reuocari in gratiam nequuerant, statim post culpam illuc obtrusi sunt: hominibus autem qui per resipiscentiam & errorum pœnitentiam euadere tormenta illa possunt, nō est paratus nisi ad terrorem, ut eum caueremus nisi nostra impœnitentia similes nos demonibus efficeret. Ad rem ergo ut redeam sacramenta non sunt res naturales sed supernaturaliter instituta in remedium peccati. In illo autem statu per iustitiam originalem congruentissimè illis ac sufficientissimè prospectum erat ut illo durante statu nec peccatum homines facerent, neque metuerent, quia nec ignorantia nec corruptis affectionibus laborabant. Quare nec alia præseruatiua opus habebant medicina. Sanè que nō applicatur, nisi illis, quibus morbus timetur. Præsertim cum usus sacramentorum illic locum non habuisset, superuacanea fuisset eorum institutio, etiam ad præseruandum. Sed iustitia originalis commodissimè id illis præstabat. At cum liberum arbitrium nō habuissent confirmatum in gratia, cadere ab illa potuerunt, ac subinde ceciderunt. Postremum argumentum inde sumi potest, si admittitur potuisse in illo statu committi peccatum veniale: non quidem aduersus D. Thom. qui id negat, sed aduersus Scotum, qui cum illud cōcedat, negat tamen vllō illic fuisse opus sacramēto. Respondet ille tamē, quod peccata venialia ad sui remissionem nullam expostulant sacramēti virtutem. Sanè quod per talia peccata gratia nō perdat, que sit per sacramentum recuperanda: sed poterant remitti per internam pœnitentiam aut per alium æquiualentem motum charitatis in Deum. Et pariter responderet ipse ad argumentum secundum suam opinionem, quod etiā si Adam nō peccasset

Argumentum de peccato veniali.

Christus venisset atque adeo instituisset sacramenta. Responderet, inquam, quod non venisset tanquam redemptor, atque adeo neque vllum instituisset sacramentum. At profectò efficacius, ex superioribus colligitur, quod non venisset.

ARTICVLVS. III.

Vtrum post peccatum ante Christum sacramenta debuerint esse.



Secundam temporis differentiam superiori articulo designauimus à lapsu prioris Adam, vsque ad restorationem secundi: nempe, Christi.

De hac ergo temporis intercapedine quaeritur, vtrum tunc debuerint sacramenta institui. Ad quod D. Tho. vnica conclusione affirmatiua respondet: nempe, quod ante aduentum Christi necesse fuit quædam sacramenta institui. Hanc primo probat autoritate Aug. 19. cōtra Faustum, dicentis sacramenta, quæ celebrabantur præuentia fuisse venturi Christi: erat autem necessarium eius aduentum prænuntiari. Ratio autem est eiusdem necessitatis expositoria. Sacramenta enim eò sunt ad humanam salutem necessaria quod sensibilia signa existunt inuisibilium rerum, quibus homo sanctificatur: nemo autem sanctificari vnquam post lapsum Adæ potuit, nisi per Christum: quæ ut ad Ro. 3. ait Paul. proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Oportebat ergo Christi aduentui antecessisse visibilia signa, quibus ipsum veterum homines protestarentur, quæ quidem signa dicuntur sacramenta. Perpende primum omnium conclusionem. Quoniam licet autoritas Augustini de sacramentis Moysæ intelligatur, tamen D. Tho. ampliorem constituit conclusionem: que scilicet, non solum ad legem scriptam, sed ad legem nature suo gradu potest adaptari. Et ratio est subinde notanda. Nam cum sacramenta sint religionis indicia, quibus profitemur, diuinitus nos obtinere salutem, quam omnes per Christum suscipimus, necesse est, ut quot eius fide saluantur per sacramenta eandem protestentur fidem.

Conclusio.

¶ Sunt

¶ Sunt autem argumenta Doctoris sancti consideratè meditanda. Dictum enim est in solutione tertij primi articuli, per sacramenta passionem Christi hominibus applicari: unde fit consequens passionem ad sacramenta comparari, sicuti causam ad effectum: effectus autem non antecedit causam, sed è conuersio: nulla ergo ante eandem passionem fuerunt sacramenta. Respondetur, quòd passio Christi respectu veterum sacramentorum erat veluti causa finalis, eò quòd ad ipsam significandam erant instituta: causa autè finalis non præcedit tempore suum effectum, sed intentione. Artifex enim cudit lapides dolatq; ligna ob extruendam domum, à qua futura domo per intentionem mouetur ad opus. ¶ Hęc autem responsio potest tyroni theologię scrupulū iniicere. Passio enim Christi fuit causa salutis tam antiquorū quàm nostrę, non solum finalis, verum meritoria & efficiens vt D. Tho. 3. p. q. 49. ar. 1. docet. Imò autoritas hæc citata Paul. id ostēdit: quippe, qua asserit fuisse propitiatorem iustum que iustificantem. Cum ergo fuerit salutis nostrę efficiens causa, quomodo ait D. Tho. quòd fuerit finalis respectu veterum sacramentorum? Respondetur, quòd non negat fuisse causam efficientem vniuersę gratiæ, quæ post lapsum Adæ fuerit hominibus collata. Quod illicò post verba modò citata ostēdit Paul. ad Roman. 3. dicens, per fidem fuisse propitiatorem in sanguine ipsius propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei. Quasi diceret, omnium præcedentium delicta remisit Deus propter Christi passionem, quæ ideo quando exhibita fuit, tunc omnem gratiam quæ post Adæ præuaricationem hominibus donata est, & meruit & effecit. Et ideo sustinebantur antiqui patres in limbo quo ad vsq; eadem passio fuisset exhibita. Sed tantum ait. S. Doctor, quæ erat vt causa finalis, nō gratiæ antiquorū, sed veterum sacramentorum: nostrorum autè vt efficiens. Deus enim factus homo instituit nostra, non illa: sed instituebatur à Deo tāquam prænūtia signa futurę passionis. Et rursum passio operabatur in antiquis per modum causę finalis: per fidē scilicet applicata: in nobis autem opera-

Examinatio
responsi.

tur per sacramēta, ceu per sua instrumenta. Et ideo dicturi sumus quęstione sequenti quod sacramēta nostra conferunt gratiam, tanquam signa fidei Christi memoratiua eiusq; adeo passionis instrumenta. Antiqua verò minimè: sed per fidē passio tunc operabatur quam sacramēta illa prænunciabāt. Cur autè necesse fuerit Christum per illa sacramēta prænūtiari, alia quęstio est. Haud enim decuit ipsum in mundi primordijs incarnari, vt. 1. q. huius tertię partis ar. 5. ostēsum est. Imò decuit multis antea sæculis expectari, tum vt humanum genus suam necessitatem magis cognosceret, tum etiam vt tam excelsum mysterium tam multis sæculis expectatum & prænūtiatum, fieret cum adueniret credibilius, & ideo sacramēta debuerunt esse eius prænūtia.

¶ Hic præterea celeberrima illa quęstio nonnullum locum habet, vtrum semper in lege naturę fuerit vnicuiq; ad salutē necessaria fides, quæ per supernaturale auxilium donaretur. Dixerim fidem supernaturalem, quoniā de fide, si intelligas de cognitione vnius remuneratoris Dei in quęstionem non cadit: dicente ad Hebræos. 11. Paulo, sine fide impossibile est placere Deo. Neque verò in dubium cadit, quin semper fuerit auxilium speciale necessarium ad conuersionem in Deū affirmante Christo Ioā. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eū. Et contraria est Pelagianorum Hæresis: nempe, quòd liberum arbitrium sufficeret vt. 22. q. 6. ar. 1. ait D. Th. At cum illicò Paul. eandem fidem explicans subiunxerit. Accedentem ad Deum oportet credere, quia remunerator est: dubitare quis posset vtrum in lege naturę potuisset sapiens aliquis naturali lumine cognoscere Deum esse, & remuneratorem esse: qui quidem per auxilium speciale, quo eius super naturam voluntas moueretur, conuerteretur in Deum. Itaq; illa naturalis cognitio intelligeretur nomine fidei. Neque verò in dubium vertitur, quin semper cū gratia iustificante infunderetur supernaturalis habitus fidei, spei & caritatis, sed tantum loquimur de actuali cognitione ad conuersionem adulti necessaria. Ad hæc neq; ambigere vllus potest, quin vniuersis fuerit necessaria fides Christi

Quęstio celeberrima
de fide.

Apparētia
argumenta.

S. Thom.

Christi saltim implicita, vt hęc ait D. Th. & 22. q. 2. ar. 7. Nā, vt ait Petrus, actū. 4. Non est aliud nomē datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri: & 1. ad Corin. 3. Paul. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Quę qui dē asserit ad omne tēpus à lapsu Adę referēda sunt. Vnde Ang. lib. de correctio. & gratia. Illa fides sana est, qua credim⁹ nullum hominē, siue maioris, siue ætatis paruę liberari à cōtagio mortis & obligatione peccati, nisi per vnum mediatorum Dei & hominis, Iesum Christum. Diceret autem quispiam forsan, illam naturalem cognitionē quòd Deus est & remunerator est, implicitè referri ad Christum, licet in quacunq; ætate, vt ait loco proxime citato D. Tho. fuissent proceres qui explicitā supernaturaliter haberēt, vt Iob. Credo quod redēptor me⁹ viuuit, &c. qui plebem docerent. Minori bus tamē illa cognitio naturalis à maioribus medicata cum auxilio speciali voluntatem mouēte fortè quis diceret sufficere. Neq; deficerent huiusmodi opinionioni apparētia argumenta. Primum est ex Paul. ad Rom. 1. asserente, quod cum gentes Deū cognouissent, non sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerunt. Et loquitur de cognitione naturali, per ea, quę facta sunt ad inuisibilia penetrāte. Præterea arguitur ratione, quòd Paul. non aliam fidem exigere videtur ad salutem necessariam præter illam quod est, & remunerator est: hæc autem naturali lumine videtur acquiri posse. Ad hæc. Videtur in lege naturę nullum fuisse præceptum nisi naturale: propterea cuius di ci videtur lex naturę: fit ergo inde consequens nullum extitisse tunc præceptum supernaturalis fidei habendę: quod si tale tunc non extabat præceptum, consequi sane apparet quod nec talis cognitio fuisset singulis necessaria. Antiquis enim in lege Moyfi & nobis, quoniam illa supernaturalis fides necessaria est, præceptum subinde datum est disponēdi nos ad eam recipiendum. Si ergo tunc nō erat tale præceptum, apparet nec fuisse tunc actum supernaturalem fidei necessariū ad recipiendam gratiam. Eadem opinio nem D. Tho. visus est sequi super illud

ad Rom. 2. Gentes quę legem non habēt naturaliter ea quę legis sunt faciunt, id est, per legem naturalem ostendentē eis, quid sit agendum, licet non excluditur quin necessariū sit spirituale auxiliū ad mouendum affectum. Hęc ille in secunda illius loci expositione. Quare illud ad Eph. 2. Fides donum Dei est, glossaret illa opinio, & de fide explicata lege veteri & nostrę necessaria, & de illa quæ in lege naturę reuelabatur maioribus per quos minores docerētur. ¶ Quapropter hanc conclusionē olim sub dubio defensimus in impressione prima Veneta libri nostri de natu. & gra. lib. 2. c. 11. Re tamē postea oculati⁹ inspecta, in impressione Parisiensi, & Salmanticensi sententiā mutauimus, quam puto esse assertu necessariam. Nempe quòd nulli vquam patuit salus, nisi per fidem quæ supernaturale donum est. Ad hoc autē probandum non opus est loca sacra sanctorumve patrum, quę innumera sunt coaceruare, quibus asseritur neminem sine fide, vt ait Paul. iustificari. Hoc enim est in re non dubia testes instaurare non necessarios. Sed in hoc incumbendum est, quòd illa fides semper fuit singulis requisita, quæ est donum supernaturale: illa scilicet actualis cognitio, vt se quisq; in Deum cōuerteret. ¶ Hoc ergo præter quam quòd nomen fidei attentum designat nō naturaliter cōquisitum, sed diuina autoritate susceptum, multis probatur & autoritatibus & rationibus. Primum enim illud ad Eph. 2. proxime citatum, gratia estis saluati per fidem, nō ex vobis, ne quis gloriatur: donū enim Dei est, vbi fides asseritur gratiæ donum, licet Iudæis peculiariter dictum sit, de omnibus tamen pariter intelligitur, vt D. Tho. 22. q. 6. art. 1. enarrat. Per fidē enim supernaturalem homo eleuatur vt se in Deum conuertat. Id quòd & ratio comonstrat. Nam cum voluntas intellectu ducatur, quodcunque ille bonum ostendat, potest ipsa amare, ex quo fit, quòd si ipsa nequit sine speciali diuina ope in Deum conuerti, pari auxilio intellectus egeat, qui ipsam illuminando dirigat. Et hæc ratio est, quàm D. Tho. 22. q. 2. ar. 3. in sinuat: nempe, quod cum natura hominis à superiori natura pēdeat, hoc est ordinetur ad su-

Responsio
toris.

Probatio
conclusionis.

ad supernaturalē felicitatē, non sufficit in hac vita ad eius perfectionem naturalis cognitio, sed requiritur supernaturalis, quæ est cognitio fidei. Atq; huc germane attinet citatum illud verbū Christi Ioan. 6. Nam postquam dixerat. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eū (vbi planē de speciali subsidio sermo fit) subdit, Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me: discere autem intellectualem fidem designat quam asserit esse à patre. Vnde D. Th. 1.2. q. 113. arti. 4. vbi loquitur de motibus quibus homo in Deum conuertitur, vt iustificetur (quos quidem motus planum est esse supranaturales, eo quod iustificatio opus est supranaturale) ait primum esse motum per fidem, secundum illud ad Hebræ. 11. Accedentem ad Deū oportet credere quia est, &c. Vbi planē asserit locū illum intelligi de motu fidei supranaturali. Tertiū id palam constat ex illo secunda ad Corin. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis. Vbi cogitationis voce motus fidei designatur. Vnde cum Pelagiani coacti suam Hæresim retractare: nempe, gratiā Dei secundum merita nostra dari, id saltem retinere pertenderent, quod initiū fidei esset à nobis, & de hoc quoq; errore cōdemnati fuere. Quocirca cum eodē errore & Aug. antequam esset episcopus laborauerit, vt in de predestinatione sanctorum cap. 3. patet, illum postea, vt lib. 2. de bono perseuerantia. cap. 20. & lib. 1. retracta. capi. 23. constat, retractauit, asserens ob istam Pauli auctoritatem, neq; vllum initium fidei esse à nobis. Qua propter in concilio Mileuitano capi. 4. sub anathematis cōminatione definitur vtrūque esse donum Dei, & scire quid facere debeamus, & eligere quid faciamus. Id que in synodo Tridentina confirmatum est. Ad vim ergo argumēti quod contra obieimus, Paulus non exigit aliam fidem ad salutem, quam credere quia est & inquirentibus se remunerator est: ad hanc autem cognitionem lumine naturali poterant philosophi pertingere, illāq; populos docere. Respondeatur quod non satis erat sub lege naturæ qualēcunque remunerationem Dei cognoscere, sed aliquam supernaturalem. Et hic est

veritatis neruus. Requirebatur inquam fides quod Deus aliqua sui contemplatione & societate deberet suam beatam familiam: hoc enim paulo ante adinuenerat Paul. vbi definiens fidem, prædixerat esse sperandarum substantiam rerum, argumentum non apparentium: id est cognitionem æternorum supernaturaliumque bonorum: quæ ideo lumine naturali non apparent. Erat ergo necessaria fides quæ in participatione illorum æternorum bonorum consisteret nostra felicitas, quæ subinde supranaturale esset beneficium, naturæ vires excedēs, quod quidē Deus sua benignitate suis cultoribus impendit. Philosophi autem id non cognouerunt sed opinabatur in cæpis Eliseis sedes beatorum esse positas, quorum felicitas esset quædam requies non autem quæ Dei consortio fruere. Et quanuis aliqui arbitrarētur viros virtute illustres in cælum rapī, non tamen faciebant illos deos per veri Dei consortium. Et quanquam Aristoteles contemplatiuā felicitatem in contemplatione substantiarum separatarum collocauit, nō tamē eō attigit, vt cognosceret quod sempiterna felicitas in cōtemplatione Dei cōsisteret. Sed arguis. Satis erat hoc primoribus reuelare qui ea plebem docerēt. Respondetur quod plebei nō poterant sine auxilio speciali Dei id firmiter credere. Sicuti neque illi quibus nos modō fidē nostrā prædicam⁹, assentiri ei dignē, nisi diuina ope suffulti valēt. Imō verō nec fides qualiscūq; mediatoris sufficiebat, nisi aliquam originalis peccati notitiam haberēt pro qua ille erat intercessur⁹, quam certe notitiam lumine naturali, vt in materia circūcisionis dicturi sumus, attingere nequuerant. Vnde S. Tho. 2.2. q. 2. ar. 7. Vbi hanc constituit conclusionem. Maiores, inquit, sub illa lege per reuelationem explicitē cognoscebant futurum mediatorem, quem suis sacrificijs quodammodo præsignabant: minores autem sub velamine illorum sacrificiorum habebant velatam cognitionem. Et in solutione. 3. sic, inquit, saluati fuerunt, quibus reuelatio non fuit facta non tamen fuerunt salui sine fide mediatoris in diuina prouidentia implicita. Credentes enim Deum esse liberatorem hominum

Veritas neruus.

Philosophorū placita de felicitate.

Fides mediatoris.

August.

Sapient. 9.

Ad argumētum contrarium.

Secundū argumētum S. Tho.

hominum secundum modos sibi placitos, fidē habebāt Christi mediatoris implicitā. Et Aug. Hypog. li. 3. fide, inquit, nō alia, nisi quæ nunc est, salui facti sunt oēs sancti, qui ab exordio vsq; ad finem mūdi salui facti, faciendiq; sunt. Et quāuis hæc & similia sanctorū dicta glossari possent, quæ sit eadē tantū ex obiecto: scilicet, quantū ad credibilia implicitē, vel explicitē, tamē profectō etiā intelligitur quātū ad modū: scilicet, quæ sicut nobis est supranaturalis, ita & vniuersis, iuxta illud Sapient. 9. Mitte sapientiā de cælis sanctis tuis. De qua cœlesti sapientia infra. Nā per sapientiā sanati sunt quicūq; placuerūt tibi Domine à principio. Sed de hoc satis, quia locus præfens plura nō gratis fert. Ad argumētum autē in contrariū ex Paul. ad Ro. 1. desumptū responderetur, ob id gentes condēnasse, quæ Deum, quæ naturali lumine cognouerāt nō subinde qualiter ius naturæ iubeat, coluerint: quæ si ius illud naturæ seruassent, De⁹ illis altiori fidei radio affulisset, vt salui fierēt. Aliud verō argumētum petebat, vtrū in lege naturæ fuerit præceptum aliquod diuinum supranaturale fidei, & spei, & charitatis: de quo pergitur quā primū dicere. In secundo. In fusionem, quā in genere de tempore ante aduentū Christi cōstituerat, quod quidē tempus duas habuit differētiās: scilicet, ante Abrahamā, & post ipsum. Est igitur argumētum. Sacramēta (vt. 19. cōtra Faustū auctor est Aug.) debēt statui humani generis cōuenire, ille autē à lapsu Adæ vsque ad Christū nūquam fuit mutatus: ergo nec debuerūt mutari sacramēta, vt præter illa, quæ erāt in lege naturæ alia statuerētur in lege Moyfi. Est autē responsio bimēbris. Primū enim, ait statū humani generis à peccāte Adæ vsq; ad seruatorē Christū dupliciter posse cōsiderari. Vno scilicet, modo quātū ad rationē & substantiā fidei, atq; hoc pacto semper idem permāsit. Sanē quæ vniuersi (vt modō dicimus) per vnā fidē venturi seruabatur. Alio modo quātū ad maiorē intensiōnē peccati, expressiorēq; cognitionē de Christo: progressus nanq; humani generis, vt à suæ creationis primordijs in dies distantiū elōgabatur, ita ad Christū pro-

pinquius accedebat, & ideo per incrementa temporū & ratione recessus à suo exordio peccatū valētius in humanum genus grassabatur, adeo vt ratione per ipsum obtenebrata, mandata legis natura homini ad rectē viuendū nō sufficerent: & ratione accessus ad Christū necesse erat, vt fidei quoq; sacramēta augerētur. Vnde Gregor. fidei, inquit, cognitio per temporū incrementa creuit. Vtraq; ergo de causa tempore Abrahamæ circūcisio, & post tempore Moyfi alia sacramēta fuerūt legi naturæ adhibita. Et per hoc dissoluitur argumētum. Addit veruntamen secūdo eorūdem sacramentorū interualū: nempe, quæ illa, quæ fuerūt in lege naturæ ante Abrahamā, fuerūt indeterminata: quia tūc non fuit determinatē homini præfixū quibus sacramētis vteretur, sicut fuit Abrahamæ circūcisio præscripta. Id quod ob vtrāq; causam cōmemorata sunt necessum: scilicet, & propter caliginē legis naturalis, & vt esset determinatior fidei significatio.

Circa hoc autē vltimū verbū dubium exurgit illi simile, quod de statu innocentia disputauimus, quāuis obscurius: videlicet. Vtrū in statu legis naturæ ante Abrahamā fuerint aliqua sacramēta. Potest autē quæstio intelligi tā de sacramētis in remissionē peccatorum, sicut sunt nostra, quā de sacrificijs & oblationibus ad protestationē fidei. Et quidē de sacramentis ad remissionē actualiū nulla opus est disputatione: cōstantissimū enim est, neq; in lege naturæ, neq; verō in lege Moyfi vllū fuisse huiusmodi sacramētum. Imō hoc legi euangelicæ propriū est, vt sacramētis in remissionē peccatorū actualiū abūdet. Quapropter nescio quid in mentē venerit Duran. in. 4. d. 1. q. 5. vt assereret vnctionē sacerdotis in antiqua lege fuisse sacramētum, gratiam conferēs, sicuti sacramētum ordinis in noua: inde enim fieret consequēs, vt actualia remitteret, quod reuera nulla probabilitate viget. Nā cum sacerdotiū illud nō esset spirituale, neq; ad administranda sacramēta spiritualia conferentia gratiā vim haberet, veluti est modō sacerdotiū euangelicū, nulla per illā vnctionē confereretur gratia ratione operis, sed ex merito forsā & deuotione illius, qui vnge-

Gregor.

Quæstio.

Contra Dur.

Datur

batur. At de sacramētis in remissionē originalis, an videlicet fuerit in lege naturę sacrificiū aliquod singulare diuinitus institutū, sub iudice est. Hęc autē ambiguitas dist. p̄xima inter disputādū de circūcisione enodāda venit. Tenet enim Scot. in. 4. d. 1. q. 3. affirmatiuā partē, quam illic examinabim⁹. Restat ergō in præsentiā rū quęstio solū tractāda de sacramētis, si hoc nomine appellemus sacrificia, & oblationes ad protestandā fidē, placandūq; Deū, illiq; gratias referēdas: vtrum scilicet in lege naturę ante scriptam fuerint aliqua eius modi supra legē naturę diuinitus instituta. Et quidē venera. Hugo li. 1. de sacram. par. 11. c. 3. ait, sacramēta legis naturę nō fuisse ex pręcepto obligātia, sed ex voto, inquit, celebrabantur secūdū quod vniciq; sua dictabat mēs, vt fidē suā alijs exteriori signo profiteretur. Quam quidē sententiā ad literam refert, approbatq; D. Th. in. 4. d. 1. q. 2. ar. 6. quęstiu. 3. Hęc autē verba intelligūtur de sacramētis, quę suo modo ordinabantur ad deletionem peccati vel originalis vel actualis. Dicemus enim in materia de circūcisione, q̄ licet peccatū originale per actū interiorē tūc remitteretur a iustis, & per eundē actū posset fides applicari paruulis sufficiēter, vt originale illis remitteretur: nihilominus erāt aliqua sacrificia ad id etiā adhibita, quę suo modo appellabantur sacramenta (vt ait D. Th. in. 4. d. 1. q. 1. ar. 2. quęstiu. 3.) De his autē in materia circūcisionis disputabimus. Nūc autē de sacrificijs, & oblationibus ad protestandā fidē, qualia sunt in lege nostra, disquirim⁹. ¶ Est ergo sententiā Dur. in. 4. d. 1. q. 2. quę duo habet mēbra. Primum enim, inquit, ante Abrahā fuisse quidē, nō sacramēta propriē, sed tñ sacrificia & oblationes ad protestādā fidē, vt de statu innocētię prędixerat. Secūdo ait illa sacrificia fuisse necessitatis in cōmuni: scilicet, vt aliquid tūc homines facerēt, sed in particulari erāt volūtatibus, quia non arētabātur ad hoc vel illud sacrificiū, imō vnus quilibet posset, quibus vellet vti. Nō tñ explicat vtrū illud pręceptū necessitatis in genere esset diuinū, an tātū naturale. Profectō res est nō parū ambigua. Nam q̄ esset aliquod pręceptū diuinū protestandę fidei ex eo

colligitur, qđ supra definitū est: videlicet fuisse sub illa lege necessariā cognitionē aliquā fidei supranaturalē: si ergo illa cognitio erat necessaria, fit vt etiā fuerit pręceptū diuinū, tū illius habendę, tam etiā protestandę: nā vt ait Paul. ad Ro. 10. Corde creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Quare qui pręcepto diuino fidē tenentur habere, simili eandē protestari cōstringuntur. Quandoquidē nuda natura ad id, quod supra ipsam est, obligare nō valet. Attamē ex altera parte apparet nullū fuisse tale pręceptū: quoniā lex naturę hoc sonare videtur, q̄ solis naturalibus pręceptionibus fuerit cōtenta. Id quod D. Th. q. pręce. ar. 5. ad. 3. insinuare videtur, dicēs, q̄ tūc homines nulla lege exterius data, sed solo interiori instinctu mouebātur ad Deū colendum. ¶ Ad hęc ergo quęstionē, quā alij affirmāter, alij negāter expediūt, sub tali cōclusionē moderamine respondendum arbitror. ¶ Prima cōclusio sit. Sub lege naturę ante Abrahā fuit diuinū pręceptum in gñe habēdi, ac perinde modo aliquo protestādī supranaturalē fidē. Hęc puto cōclusionē superius valido argumēto demonstratā. Si enim erat supranaturalis cognitio ad salutē necessaria, fit vt qñ reuelaretur, pręceptū esset illam recipere. Arguitur enim sic. Seruanti ritē ius naturę Deus singulari auxilio illo tēpore affulsisset lumine fidei: ergo ille, cui illa reuelatio fiebat, tenebatur illi assensum prębere: illa autē obligatio à sola natura nō poterat oriri: ergo erat diuina. Secūdo arguitur. Demus quibusdā p̄ceribus eiusmodi reuelationes tunc tēporis fieri vt D. Th. 2. 2. q. 2. ar. 7. ait, vt Iob, & nōnullis Sybillis, atq; alijs. Si illi postea eandē fidē plebeios docerēt, ac debitis cōiecturis persuaderēt, sicut modō nostri prędicatores apud Insulanos faciunt, tenerentur auditores illā suscipere, vt si Enoch, & Noē illud pręstaret docēdi officiū. Et tū illi promulgātes fidē, tūc non iniūgebāt pręceptū: ergo illud erat omnib⁹ diuinitus positū. ¶ Et cōfirmatur. Propterea nunc pręceptū est vniuersis hominibus positū suscipiēdę fidei Christianę, eiusq; protestandę: quinimo spei, & charitatis, quia motus isti sunt ad salutē necessarij. Cū ergo in omni lege eandē habuerint

necessi

Secunda conclusio.

Tres leges.

neccesitate, fit vt semper eadē extiterint pręcepta. ¶ At propter argumentum in cōtrariū formatū subiungitur secunda conclusio. Nullū ante legem Moyfi fuit pręceptū exterius scriptum diuinū, neque de fide, neq; de vlla re alia, pręter naturalia, sed tantū internū. Hanc itidem cōclusionem probat pręfatū supra argumentum: hoc enim sonat nomen legis naturę. Distinguntur namq; tres leges: scilicet, naturę, scripta, & euāgelicā. Scripta autē dicta fuit propterea quod illā scripto Deus tradidit Moyfi: cōsequitur ergo vt status legis naturę nullū haberet scriptū exterius pręceptum, neq; in genere, neq; in singulari, imo verō neq; cōsiliū scripto datū. ¶ Et cōfirmatur, quia si aliquod fuisset, illud p̄fectō fuisset vniuerso orbi positum, idq; Moyses, qui omnia ab Adam vsq; diuina fide denarravit, in sua historia non prętermisisset. Atq; hinc eliciemus dist. seq. quęst. de circūcisione argumentum aduersus Scot. qui ait fuisse in lege naturę diuinū sacramētum pro remissione originalis: nā tunc p̄fectō necesse esset concedere fuisse vnicū in toto orbe, q̄ nullaten⁹ nisi scripto potuisset quouis gentiū euulgari, quare tunc nō diceretur ille status legis naturę. Hęc fuit expressa assertio S. Tho. q. pręcedenti. arti. 5. ad. 3. vbi ait, quod sicut in statu legis naturę homines nulla lege exterius data, sed solo interiori instinctu mouebantur ad Deum colendum, ita etiā ex interiori instinctu determinabatur eis, quib⁹ rebus sensibilibus ad Dei cultum vterentur. Atq; idem ait in præsenti solutione ad. 2. scilicet, ante legem non fuisse determinatē pręfixum homini, quibus sacramentis vteretur, sicut fuit per legē. Cū verō ait, interiori instinctu, non solū intelligit naturali, imō quandoq; supranaturali. Vnde in 4. di. 1. q. 2. ar. 6. in fine, similiter ait, quod in lege naturę fides ipsa, quādo tempus habebatur, instigabat, vt se aliquibus signis exterioribus demonstraret. Et. 1. 2. q. 103. arti. 1. ait ante legem scriptā fuisse ceremonias colendi Deum, non quidē auctoritate alicuius legis determinatas (& intelligit legis diuinę) sed solū à volūtate & deuotione hominum Deum colentiū. Nihilominus, inquit, credendum est

fuisse aliquos viros pręcipuos spiritu prophético pollentes, qui ex instinctu diuino, quasi ex quadam priuata lege inducerentur ad aliquem certum modū colēdi Deum, qui interiori cultui cōueniret, ac perinde cōgrueret ad significāda Christi mysteria. Vnde illud. 1. ad Corinth. 10. Omnia in figura contingebant illis, etiā statui naturę quodāmodo adaptari censet. Lex ergo naturę (vt argumentū supra factū dissoluamus) non ideo dicebatur, q̄ nullum tunc esset pręceptum supranaturale, sed quod nullū tale exterius scriptum & determinatum continebat. ¶ Quod si quæras, Quomodo ergo pręceptum illud diuinū erat tūc temporis inditum & promulgatum? Audi cōclusionem tertiam. Illud pręceptum diuinum fidei, spei, & charitatis inspiratū fuit Adā, atq; in illo toti orbi: nam in ipso tūc vniuersitas humani generis continebatur, fuit autem deinceps per patres suę posteritatis: nēpe, per Seth, Enoch, Noē, &c. viua voce deriuatum. Hanc cōclusionem docet D. Tho. in hac. 3. par. q. 70. arti. 2. ad. 2. vbi ait, quod patres ante legē scriptā familias suas instruxerūt de diuinis per modum paternę admonitionis. Vnde & dominus dicit de Abrahā. Gen. 18. Scio quod pręcepturus sit filijs suis, & domui suę post se, vt custodiant viam Domini. Hęc ille. Atque eadem ratione fuit etiā promulgatū in gentilitatem per insignes personas, vt per Iob, &c. Et sæpenumerō priuatim multis reuelabatur, qui legē naturę more, & vsu seruabant: Quod si arguas. Ad impossibile nemo obligatur: cognitio autem fidei excedit naturę vires: ergo nullū extat eius pręceptū. Hoc iam locum alium vbi disputetur, exigit. Sed respōdetur interim ad id obligare tale pręceptum, vt nō resistam⁹ speciali auxilio Dei, quod seruāti ius naturę ipse impertitur. ¶ Ecce (vt ad rem presentem descendamus) quo pacto in lege naturę fuerit pręceptum diuinum protestandę fidei in genere, non autem in particulari de hoc vel illo protestationis modo. ¶ Quapropter quartā subnectitur conclusio. Aliqua sacrificia & oblationes in particulari vt decimę & primitię alięq; id genus fuerunt in illo statu ab vnaquaque bene instituta repit

D 2 blica

Scotus.

Hugo.

D. Thom.

Durand.

Pręceptū fidei.

Tertia conclusio.

Argumentum.

Quarta conclusio.

blica instinctu naturali posita, & est verisimile multa fuisse scripta, & nonnunquam ex instinctu diuino deriuata. Cōclusio est D.Tho. quoad vtranq; partem loco citato. 1. 2. q. 103. art. 1. Quæ quidem sacrificia & oblationes erant de iure positiuo, sicut modò sunt sacrificia & oblationes nostræ, quæ non sunt sacramenta. Ius enim naturæ vniuersos admonebat, qui vnum Deum agnouerant, vt eius fidem debito modo protestarentur, iuxta illud Dauidicum. Signatū est super nos lumen vultus tui Domine: & præterea (vt dictum est) proceres ad id diuinis inspirationibus instigabantur. Quocirca præcepta illa non erant eadē apud oēs, sed vnaquæq; natio, prout spiritus sibi supernaturalis suggererat suis, abundabat præceptionibus, quæ obligabāt etiā sub reatu mortali. Dixerim à republica bene instituta. Nā plurimā adeo fuerūt scelerū, idololatriæq; caligine obductæ, vt vix vllus rationis vsus in illis vigeret. Et hoc est, quod ait in præsentiarum. S. Tho. ante legem nō fuisse præfixum homini, quibus sacramentis vteretur: scilicet, lege diuina, sed hoc præmittebatur legi naturæ, vt. q. præcedenti arti. 5. ad. 3. prædixerat. Quod autem talia essent sacrificia confirmatur autoritate illa citata Aug. lib. 19. cōtra Faustum. In nullum nomē religionis coadunari homines possunt, nisi aliquo sacramentorū visibiliū consortio colligentur. Secūdo probatur ratione supra relata. Post vitiatā naturā protinus homo indiguit, tum per visibilia de supernis erudiri, tū etiam per illa & fidem protestari, & Deum placare, & ab ipso beneficia postulare: in hæc autē officia necessariæ erant oblationes, atq; alia religionis symbola. Item tertio. In omni mundi ætate necessarius fuit religionis cultus, atq; adeo necessarij sacerdotes, vt de sacerdotijs Aegypti Genes. 47. legitur: necessaria ergo fuit aliqua de cimarū primitiarumq; ratio in eorū alimoniam. Sed forsitan hic quispiā ex eadem autoritate Aug. argumentum inferret. Si enim vna religio sine certis signis coalescere nequit, cum oēs veri Dei cultores eadem religionē colerent, fit vt eisdem deberēt sacrificijs vti, quod nisi per diuinā institutionē, & reuelationem

cōtingere nequiverat. Respondetur autē, qd si hæc ratio efficax esset, nō solum concluderet fuisse præceptū in genere, sed singularia mādata diuina, nō solum contra originale, verum & de certis ceremonijs, vt in lege scripta, & nostra, quod nemo cōcedit. Satis ergo fuerit omnia illa sacrificia, & oblationes eatenus cōuenire, vt vni⁹ veri Dei professionē referret: licet essent inter se variæ. Cuius rationē egregiè D. Th. 3. par. q. 7. art. 4. ad. 2. argumentū, quod infra videbimus, assignat. S. Thom. Cū enim, inquit, ante Abrahā nondū homines fideles seorsum ab infidelibus ad cultū vni⁹ Dei adunari cōpissent, nondum necessum erat diuinis præceptionibus in particulari erudiri, atq; adeo neq; eisdē vniuersum orbem teneri, sed vnā quaq; nationem pro temporū diuersitate suis proprijs. Vnde statim homine lapsō, ex duobus fratribus Cain quidem de frugibus terræ obtulit, Abel verò de pinguibus ouiu. Quocirca sacrificia illorū fratrum nō fuerunt, vt Alexander Alēsis insinuat. 4. par. q. 1. mēb. 2. ar. 2. ex institutione diuina expressa in particulari, sed solum in instinctu interiori etiā naturali, quo ad Dei cultū instigabantur, iuxta verbū Hugonis citatū, vbi ait, sacramenta legis naturæ non fuisse ex præcepto obligātia, sed ex voto, inquit, celebrabatur secundū quod vnicuiq; dictabat suamens, vt fidē suam alijs exteriori signo profiteretur. Quinta conclusio. Illa sacrificia, & oblationes minimē virtute operis (quod aiunt operati) gratiā cōferrebant, atq; adeo neq; proprie erant sacramenta veluti nostra, sicuti neq; sacerdotes, illius seculi erāt tam proprie sacerdotes, imò verò non aliter quā nostræ oblatiōes, quæ nō sunt sacramenta. Quod enim nō cōferrent gratiā expressè affirmat D. Th. in. 4. q. 2. ar. 6. quæstiunc. 3. dicens, qd quando illa signa adhibebātur, quibus fidei protestatio fiebat, nō erant efficacia remissionis culpæ, quāuis poterāt esse meritoria. Sed rogas, Cur ergo appellabātur sacramenta? sicut D. Th. in. 4. d. 1. q. 1. ar. 2. & Alex. & oēs docto. secundū Hugonem loquuntur. Respondetur quod cum sacramentum idem sit, quod peccati medela, & nos habeamus septē medicamina adeo excellētia, vt virtute operis

Interrogatio

operis efficacia sint gratiæ, sola illa nomine sacramenti veneramur, reliqua verò, quæ eadem virtute carēt, non item. In lege autē naturæ, quoniam nullum tunc mortales medicamē huiusmodi habebant, illa sacrificia, quibus fidē protestabantur, per quam salutē obtinebāt, suo modo censentur nomine sacramenti.

Tertium argumentum.

¶ Tertio argumento S. Tho. procedit contra id, quod dictum est in solutione secūdi: scilicet, quod sacramenta legis Mosaiæ explicati⁹ fidē Christi significabāt, quā illa legis naturæ, eò quod quantò Christi aduentus, per sacramenta illa significatus, propinquius aduentabat, tātò institui eius fidei explicati⁹ decebat. Cuius tamen contrarium apparet. Nam vt est in Psal. 19. & ad Hæbr. 7. ait Paul. Sacrificium Melchisedech, quod fuit in lege naturæ, apertius representauit sacerdotium Christi, quā sacrificiū Aaron, quod fuit in lege scripta. Respondet. D. Th. quod etsi ratione materia: nēpe, panis & vini, quod vt habetur Gen. 14. erat sacrificiū Melchisedech; expressiorem similitudinē haberet sacrosancti sacrificij nostri missæ, tamen rei contētæ in nostro sacramentō: nempe, Christo occiso similia erant sacramenta legis Mosaiæ, & inter ea potissimum immolatio paschalis agni. At postquam in sermone incidimus sacrificij Melchisedech, quāuis in quinta conclusione proximē negauerimus in lege naturæ vllum fuisse profusū reuera sacramentum, haud tamen esset profusū à ratione alienum illud excipere, affirmareq; fuisse sacramentum: scilicet, quod fuerit à Deo institutum propter significationem: quia soluens illi Abraham decimas in mysterio recognouit sacerdotiū Aaron subditum iri sacerdotio Christi, vt Paul. loco citato edisserit. Qua ratione illic memoratur, fuisse sacerdotē Dei altissimi. Veruntamē nō est necessaria cōsequentiā. Nā sicut Cain naturaliter obtulit fruges, & Abel de ouibus, aliaque alijs, ita & Melchisedech instinctu naturæ, & fortē fidei offerebat panem & vinū. Erāt enim lege naturæ proprij sacerdotes, qui vbi verus colebatur Deus, pro populo offerebāt. Quibus suo ordine & gradu illud etiā Paul. ad Hæb. 5. cōgruebat. O-

mnis pōtifex ex hominibus assumptus cōstituitur in his, quæ sunt ad Deū, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, &c.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta.



ERTIA deniq; temporis differentia est post Christū natum. De qua hic D. Tho. vnica conclusione respondet. Oportet quædam noua sacramenta esse in noua lege Christi. Pro-

Conclusio.

batur primò autoritate Augustini sepe contra Faustum. citati. lib. 19. c. 13. Sacramenta enim, inquit, veteris legis sūt ablata, quia impleta, & alia sunt instituta virtute maiora, vtilitate meliora, actū faciliora, numero pauciora. Et super Psalm. 73. Mutata sunt sacramenta, facta sunt faciliora, pauciora, salubriora, foeliciora. Secūdo probatur ratione. Sicuti antiqui patres salui facti sunt per fidem Christi venturi, ita & nos per fidem eiusdem nati, & passi saluamur: sunt autem sacramenta signa quædam fidem protestatiā, qua iustificamur. Futurum verò aliter quā præteritū, & præsens significatur, vt eodem libro ait Augustinus. ca. 16. Eadem siquidem res aliter annunciat, faciendā, aliter facta, sicut ipsa hæc verba, passurus, & passus, non similiter sonant. Oportuit ergo noua sacramenta in lege euāgelica institui, quibus ea per Christū significentur impleta, quæ sacramenta veteris legis pronuntiabant futura.

¶ Articulus præsens nō est, qd vllū nobis faceat exponendi negociū. Est enim perspicuus si hoc duntaxat cōsideretur, quod fides antiquorū, & nostra eadem fuit ex parte obiecti solis temporum differentijs enunciationum variata. Nam & ipsi, & nos credimus Christi natiuitatem, passionem, &c. sed ipsi futuras, nos verò præteritas: quare differentia, quæ est in verbis seruat in sacramentis.

¶ Argumentū primū sancti doctoris est, qd veniēte veritate debuit cessare figura: gratia autē, & veritas, vt legitur Ioan. 1. per Christū facta est: cum ergo sacramenta sint gratiæ, & veritatis signa, nulla de-

buerunt post ipsum permanere. Respon-
sio autem sumitur ex Dionysio, 5. c. cele-
stis Hierarchiæ. Nempe, quod status eua-
gelicus medius est inter statum legis ve-
teris, & statum gloriæ. In cælo ergo ubi
omnis veritas erit patentissima, nullus
erit sacramentorum locus: nobis autem, qui
adhuc per speculum, ut ait Paulus, & in æ-
nigmate Deum cognoscimus, sacramen-
ta congruunt, quibus de latenti sub illis
gratia erudiamur. Ad vim ergo argumē-
ti respondetur, quod præsentate veritate
Christi debuerunt cessare figuræ, & um-
bræ antiquæ, quæ illum præsignabant
venturum, non tamen signa velatæ gra-
tiæ, quæ per eius passionem recipimus.
Imo verò ob id, quod sol ipse iustitiæ præ-
sens affulgebat, autor in cruce redemptio-
nis nostræ, atque adeo sanctificatrici gra-
tiæ ea debuit sacramenta instituire, quæ
essent tum explicatiora signa gratiæ tum
subinde eiusdem conferendæ efficaciam in-
strumenta. **Secundum argumentum.** Sum-
mitur ex discrimine inter patres, & nos.
Illi enim, ut ad Galat. ait Paulus, quia erant
paruuli, sub elementis mundi seruebant.
Iam verò temporis plenitudine, præsen-
te non sumus nos paruuli: non ergo debe-
mus ijs elementis subiugari. Respon-
sio verò est, quod illa dicebatur infirma, &
egena elementa, quia gratiam non conti-
nebant, & ideo quasi serui erant sub illis.
Nos verò quia charismatū beneficio per
ipsa donamur, non uti serui sub illis exi-
stimus, sed quasi liberi eorum gratia per-
fruantes. **Tertium argumentum.** Apud
Deum, ut habetur Iacobi, 1. non est trans-
mutatio, nec vicissitudinis obumbratio:
hæc autem sacramentorum submutatio vi-
detur nonnullam voluntatis mutabilitatem
Deo impingere: non ergo eum decet.
Responso autem est, hoc non pertinere
ad diuinam mutabilitatem, sed ad varie-
tatem humanæ conditionis pro diuersis
ætatibus. Non enim mutabilis existima-
tur paterfamilias si alijs legibus instruat
liberos, dum sunt paruuli, & dum sunt
adulti, aliterque in ætate familiæ prouideat,
& aliter in hyeme. Nam & lex ipsa
naturalis, quæ in statu innocentie iube-
bat omnia esse communia, natura deinde
lapsa, ius peperit gentium diuidenda-
rum rerum.

In cælo nulla
sunt sacramē-
ta.

Secundum ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

QVÆSTIO. 3. DE præcipuo effectu sacramen- torum, qui est gratia.

S. Thom. 3. part. quæst. 62.

ARTICVLVS I.

Verum sacramenta sint causa gratiæ.



TERTIVM capitulū
textus distinctionis præ-
sentis fuit de præcipuo
sacramentorum nouæ le-
gis effectu, qui est gra-
tia. De quo idcirco præ-
senti quæstione agen-
dum. Est ergo primus idemque generalis
articulus, verum sacramenta sint causa
gratiæ. Ad quæ quæstionem D. Th. quatuor
conclusionibus respondet. Prima est gene-
ralis, & fundamentalis. Necesse est dicere
sacramenta nouæ legis per aliquem modum
causam esse gratiæ. Et dum ait necesse, de-
notat hoc non esse fas in dubium vertere,
sed ab omnibus esse cõfiteendum. Ob idque
rationem subdès ait. Manifestum enim est quod
per sacramenta nouæ legis homo Christo
incorporatur. Manifestum est, inquit, ut
de baptismo ad Gala. 3. Apost. pronūciat
dicens. Quotquot in Christo baptizati
estis, Christum induistis: membrum au-
tem viuens Christi nemo nisi per gratiam
fieri potest. **Secunda conclusio.** Non
satis rei fit si quis asserat sacramentum esse
causam gratiæ, non quidem aliquid
operando, sed quia sacramentis adhibi-
tis Deus per se solus in anima gratiam ope-
ratur. Sunt enim qui hac tenentur opi-
nionem. Id quod exemplo plumbei dena-
rij declarant. Aiunt enim sacramenta non
verius esse causam gratiæ, quam si rex ta-
lentum auri cuiusdam pollicitus, plumbum si-
gnaculum: quasi testem sui promissi, ei da-
ret, ut quum illud sibi presentaret, promissum
solueret talentum. Clarum enim est plumbum
illud non esse causam donati talenti, sed si-
gnum donandi. Sic aiunt quippiam Christum
nobiscum pepigisse, ut quoties quis sacro
fonte intingeretur, per suam ipse diui-
nam virtutem eius animam gratiam abluere-
ret. Fulciuntur isti Bernardi, ut putant,

Prima cõclu-
sio.

Secunda cõ-
clusio.

Bernardus.

fratragio,

suffragio, qui in quodam sermone de cœ-
na Domini ait. Sicut inuestitur canoni-
cus per librum, abbas per baculum, epis-
copus per anulum, sic diuisiones gratia-
rum diuersæ sunt traditæ sacramentis.
¶ Probat autem D. Thomas aduersum
istos contrariam conclusionem suam: quo-
niam modus iste non transcendit ratio-
nem signi: Nam illud plumbeum sigil-
lum nullatenus causa, sed signum peni-
tus regiæ promissionis seu ordinationis
esset. Nec liber est causa, sed signum tra-
ditionis canonicatus. Ob idque hac ratio-
ne sacramenta nouæ legis à veteribus ni-
hil distarent: cum tamen omnes sancti
dicant illa tantum signa fuisse fidei, qua
homines iustificabantur: nostra verò ef-
ficere quod significant. **¶** Tertia conclu-
sio. Cum duplex sit effectrix causa: nem-
pe, principalis in qua primum inest vir-
tus agendi: & instrumentalis, solus Deus
tanquam causa principalis est, esseque po-
test causa gratiæ. Probat. Hoc enim
interest inter causam principalem, & in-
strumentalem, quod principalis agit pro-
pria virtute suæ formæ, qua intendit pas-
sum sibi simile proferre. Instrumentalis
verò non nisi virtute superioris seu tan-
quam eius virtus. Ignis siquidem ignem
gignit, per calorem tamen qui eius est vir-
tus. Egregie ergo huic conclusioni auto-
ritatem Petri accommodauit. Effectus
enim causæ principalis nihil aliud est,
quam quedam eiusdem causæ participa-
tio. Ignis quippe, dum ignem generat, aut
homo, dum hominem, suam genito na-
turam impertitur: gratia verò est quedam
participatio diuinæ naturæ: iuxta illud
2. Petri. 1. Magna nobis & pretiosa pro-
missa donauit, ut diuinæ simus confortes
naturæ: eam ergo solus Deus elargiri
valet. **¶** Quarta conclusio. Sacramen-
ta nouæ legis, seu instrumenta Dei, & pe-
culiariter passionis Christi, causa sunt
gratiæ. Adhibentur enim ex diuina or-
dinatione hominibus ad gratiam eis cõ-
ferendam. Et quod instrumentorum si-
militudinem gerant, probatur. Nam in-
strumentum quia non agit virtute pro-
pria, non attingit formam geniti, ut eam
sibi assimilet, sed assimilatur principali
agenti: actio namque instrumenti duplex
est: scilicet propria: ut ferræ, ferrare: al-

Tertia cõclu-
sio.

2. Pet. 1.

Quarta con-
clusio.

tera verò altior quam ab agente fortitur: ut
ferrare ex arte appositè ad extruendum
lectum: quare lectus non assimilatur fer-
ræ, sed arti quæ est in mente artificis. Pa-
ri ergo modo cum propria actio aquæ non
sit nisi corpus abluere, assumpta tamen
est à diuina prouidentia: ut sit instrumē-
tum abluendæ animæ. Et ideo baptiza-
tus non assimilatur aquæ, sed virtuti Chri-
sti: iuxta illud verbum citati Pauli. Quot
quot baptizati estis Christum induistis.
Cõfirmatur nihilominus conclusio gemi-
no loco Augustini. Priori scilicet tracta-
tu. 80. super illud verbum Ioan. 15. Mundi
estis propter sermonem, &c. Vnde ista
tanta virtus aquæ, ut corpus tangat &
cor abluat: Posterior verò est lib. 19. con-
tra Faustum. Hæc omnia, scilicet sacra-
menta, sunt & transeunt: virtus tamen,
scilicet Dei, quæ per ea operatur, iugiter
manet. Cum igitur Deus per ista sacra-
menta operetur iuxta illud ad Titum. 3.
Saluos nos fecit per lauacrum regenera-
tionis, sit ut sint eius instrumenta.
¶ Quæstio præsens inter omnes prin-
cipales est, quæ hæctenus sunt disputata.
Neque tam parui refert eius veritatem nosse,
quam multi neotericorum arbitrati sunt,
credentes perparum interesset quomodo sa-
cramenta euangelica sint causa gratiæ. Pri-
mum ergo omnium phrasin, scholiarum vsu re-
ceptam, audiamus. Aiunt enim sacramenta
nouæ legis ex opere operato gratiam con-
ferre: quod quidem verbum non modo
in sacra scriptura non extat, verum ne-
que apud antiquos patres reperitur. Qua-
re et si D. Thomas 4. dist. 1. q. 1. arti. 5. illius
meminerit, quoniam tunc fortè illud idio-
ma serpere incipiebat, non tamen quasi
ex sua opinione: sed ait ipsum sacramen-
tum à quibusdam dici opus operatum:
hic verò in summa illud non vsurpat: est
enim verbum barbarum. Operatum namque
verius actionem, quam passionem signi-
ficat: sicuti operari. Quare sacramentum
exhibitum non potest subinde dici ope-
ratum. Nonnulli verò scholastici: quod
patientius discrimen aperrent inter gra-
tiam, quam quis, vel diuinitus adiutus suis
meritis auget, vel qua suscipiens sacra-
mentum ob suam deuotionem auctiorem
suscipit: & illam quæ per ipsum sacramē-
tum institutione diuina tanquam per eius
D 4 instru-

August.

Expositio ar-
ticuli.

Ex opere ope-
rato.

instrumentū cōfertur, illā vocē in scho-
 las inuexerunt. Quod profectō non erat
 necessarium. Enimvero si dicamus sacra-
 mentum gratiam per seipsum seu virtu-
 te operis efficere, aut conferre, vel, sicut
 ait, S. Tho. causare, satis gratia sacramen-
 talis designatur, ab aliis utiq; distincta
 quæ per meritum suscipientis sacramen-
 tum aut ex merito studiosè operātis ac-
 cumulatur. Vbi ergò latinè cuilibet lo-
 qui libuerit, ab hoc barbarismo absti-
 neat. Tamen in scholis vanum sit theo-
 logis adeo esse verborum affectatoribus
 quo minus indulgere nonnūquam vul-
 go debeant suum sandi modū. Ad rem
 ergo descendamus. Duo sunt in præsentī
 quæstione tractanda. Prius scilicet de re-
 quæ prima conclusione asserta est: nem-
 pe, necessarium esse sacramenta nouæ le-
 gis per aliquem verum modum esse cau-
 sam gratiæ: posterius verò de modo eius-
 dem sententiæ assertæ. Circa prius mem-
 brum videndum est, quo gradu cōfitem-
 dum sit sacramēta euangelica gratiā effi-
 cere, vtrum hoc scilicet vsq; adeo sit ca-
 tholicum, vt contrarium sit hæreticum:
 nempe, ceu sacre scripturæ aut iuri pon-
 tificio dissonās. Nam q̄ hoc negare, hæ-
 reticū non sit, inde videtur colligi quod
 in sacra scriptura nō apparet expressū.
 Pro altera tamen parte sunt ibidē sacra-
 oracula, æquipollētibus propemodum
 verbis id asserta, & præterea sanctorū
 testimonia, id ipsum cōtestātia, ac demū
 ecclesiæ decreta, quibus id definitum vi-
 detur. Etenim de baptismo, cum primis
 ait Christus Mar. ultimo. Qui crediderit
 & baptizatus fuerit saluus erit. Nā quā-
 nis rigore verborum solū affirmetur in
 baptismo conferri gratiam; ac subinde
 esse eius certissimū signū, in quo, vt q. 1.
 ar. 1. dicebamus cōsistit substantia sacra-
 mēti, nihilominus eiusmodi locutio cau-
 sam etiā videtur designare. Nā & si Ge-
 nes. 17. per simile de circumcissione lega-
 mus, scilicet Masculus cuius preputij ca-
 ro circumcisa non fuerit, delebitur ani-
 ma illa de populo suo: tamē illic sola ex-
 primitur circumcissionis necessitas: non
 tamen habetur quòd circumcisio saluos
 faceret, sanè cum illam Paul. ad Rom. 4.
 tantum appellet signaculum fidei, quæ-
 quidem tunc fides sola, vt supra dictum

Duo tractan-
da.

Utrum sit de
sacra testimo-
nia.

Sacra testi-
monia.

est iustificabat. Christus autem compo-
 nens cum fide baptisma, admonet quòd
 baptismus perinde ac fides saluū faciat
 baptizatum. Qua ratione Luthe. de hac
 Hæresi condemnatus est: nempe, quòd
 sola fide nullo autem sacramento fateba-
 tur hominē iustificari: vt in articulo pri-
 mo eorū qui à Leone cōdemnati sunt,
 est videre. Callidè tamen, quæ sua erat va-
 fricies, veritatem hanc repellebat, dicēs
 quòd cum in negatione ibidem non sub-
 datur nisi, qui verò non crediderit con-
 demnabitur, indicium est solam fidem ef-
 se necessariam. At verò, vt nos contra ip-
 sum lib. 2. de nat. & grat. c. 10. commōstra-
 bamus, affirmatio est fida negationis in-
 terpres. Et ideò pariter intelligitur, qui
 verò non crediderit vel non fuerit bapti-
 zatus, dum modo possit, cōdemnabitur.
 Sed facta est tantum fidei repetitio eò q̄
 qui non baptizatur, cōfertur id facere de-
 fectu fidei. Nam vbi est copia baptismi,
 fides sine illo non est legitima. Eodē per-
 tinet citatum testimonium Pauli ad Ga-
 la. 3. Quotquot baptizati estis Christum
 induistis. Cui accinit aliud ad Ro. 6. Qui
 cunq; baptizati sumus in Christo Iesu
 in morte ipsius baptizati sumus. Hoc est
 virtus passionis eius per baptismum no-
 bis admota est. Consepulti enim sumus
 cum illo per baptismum & peccatis com-
 mortui. Cui & aliud ad Titū. 3. consonat.
 Saluos nos fecit per lauacrum. Nam vo-
 cula, per, modum efficiendi instrumenta-
 lem & organicū designat: videmus enim
 per oculos, & per literas loquimur. At
 quoniam etiam instrumentum effectiuo:
 casu exprimitur (scribimus enim cala-
 mo) ait ad Eph. 5. Mundans ecclesiā laua-
 cro aquæ in verbo vitæ. Et de sacrosan-
 cta eucharistia Ioā. 6. Qui māducat meā
 carnem & bibit meum sanguinē: habet
 vitam æternam. Vbi quauis primo ver-
 borum sonitu non delignetur nisi quod
 illic conferatur gratia tanquam sub illo
 signo, subdit tamen, Caro enim mea verè
 est cibus: verè scilicet animam cibans: si-
 cuti materialis cibus causa est alēdi ani-
 mal: & sanguis me⁹ verè est potus. Et de
 poenitentia Ioan. 20. Quorum remisistis
 peccata, remittuntur eis. Vnde planè col-
 ligitur sacerdotes remittere peccata, &
 verè absoluere vt est cōcilio Constantiē
 si

Lutherus.

Gala. 3.

Ephes. 5.

Ioan. 20.

Testimonia
sanctorum.

Gregori.

Ambros.

Gregori.

Beda.

Hugo.

si decretum: haud verò aliter quam per
 sacramenta remittunt. Christo nāq; tan-
 quā capiti proprium erat sacramentorū
 gratiam abiq; illis impertiri. Accedūt
 & sanctorum testimonia, quorum autori-
 tate sacra pagina est interpretanda. Vn-
 de Aug. de baptismo paruulorum, & re-
 fertur de consecratio. dist. 4. canon. filius.
 Per fidem, inquit, & baptismū eius à pec-
 cato homo per iustificationē liberatur.
 Quæ quidem dexterrima illius glosa est,
 qui crediderit & baptizatus fuerit. Et su-
 per Ioānem loco iam citato. Quæ est ista
 virtus aquæ quæ corpus tangit, & cor
 abluit? Et in epistola. 23. ad Bonifacium
 super illud. Nisi quis renatus fuerit ex a-
 qua & spiritu sancto, ait quòd sicuti spi-
 ritus sanctus, sic & ipsa aqua nostræ rege-
 nationis esse causa: ille scilicet principa-
 lis, & ipsa instrumentalis: vt Sanctus Tho.
 in præsentiarū declarat. Super quo loco
 Cyril. lib. 2. super Ioannem. cap. 42. egre-
 gia vitur allusione. Ait enim quòd cum
 homo constet ex anima & corpore, quæ-
 admodum viribus ignis intensus aqua
 calfacta nō aliter quā ignis viribus vrit,
 sic spirit⁹ sancti operatio ad diuinā aquæ
 reformatur virtutem, qua baptizati cor-
 pus abstergūt. Et in eūdem locum Chry-
 sost. Hom. 25. super Ioannem. ait quòd aqua
 baptismi animas rationales parit. Et Ori-
 ge. super Nu. Hom. 5. per aquā inquit bap-
 tismi repurgatæ sunt animæ nostræ. Cui
 & Ambros. cōcinit lib. 1. de sacramen. ca.
 5. & refertur de consecra. d. 4. canon. Per
 aquam. Per aquā, inquit, baptismi tran-
 situs est de terrenis ad cœlestia. Et infra.
 Non omnis aqua sanat, sed illa quæ ha-
 bet gratiam Christi. Et supra citatus Gre-
 go. Canon. Quod apud. Quod apud nos
 valet aqua baptismatis, hoc egit apud ve-
 teres vel pro paruulis sola fides. Ecce si-
 cut fides tunc sola sic modò aqua iustifi-
 cat. Et Beda super. 3. cap. Luc. Christus ta-
 tu suæ mundissimæ carnis vim regene-
 ratiuā contulit aquis. Cui ad stipulatur
 Chryso. super Ioā. de cōsec. dist. 4. Canō.
 Nunquam, ait. Nūquam aqua baptismi
 purgare peccata credentium posset, nisi
 tactu Dominici corporis fuisset tacta. Et
 Hugo vir egregie autoritatis libr. 1. de
 sacramen. p. 9. cap. 2. ait quòd sacramen-
 tum debet esse ex institutione significās

& ex sanctificatione continens aliquam
 inuisibilem & spiritualement gratiam. Ex
 quibus demū omnibus sententiarum
 Magist. in. 4. d. 1. illam collegit particulā
 definitionis sacramenti: nempe, quòd sit si-
 gnū gratiæ cuius imaginem gerat, & cau-
 sa existat. Ac subinde excellentiam no-
 strorum sacramentorum dignoscit, qua
 veteribus præstant: videlicet, quòd illa
 promittebant tantum & significabāt, no-
 stra verò dāt salutem. Quæ quidem sunt
 verba Aug. super Psal. 73. ac deniq; asser-
 tissima confessio Innocentij Papæ in. c.
 Maiores. extra de baptismo & eius esse.
 Idque adeo vniuersi patres, vt receptis-
 simum axioma celebrant. Præsertim cū
 super his omnibus iam nūc decretū ex-
 tet concilij Florentini sub Eugen. 4. vbi
 hæc ferè verba Augustini referuntur: vi-
 delicet, quòd illa sacramenta veteris le-
 gis non causabant gratiam, sed eam solū
 per passionem Christi dandam esse figu-
 rabant: nostra verò septem, & continent
 gratiam, & ipsam dignè suscipientibus
 conferunt. Sed explicatissimè iam modo
 in concilio Tridentino sessio. 5. in Prolo-
 go Canon. 5. decretum est, vt qui per Iesu
 Christi Domini nostri gratiā quæ in bap-
 tismate confertur, reatum originalis pec-
 cati remitti, negauerit Anathema sit. Et
 Sessio. 7. canon. 6. Si quis dixerit sacra-
 menta nouæ legis nō continere gratiā,
 quam significant, aut gratiam ipsam nō
 ponentibus obicem non conferre, quasi
 signa tantum externa sint acceptæ per
 fidem gratiæ vel iustitiæ, anathema sit.
 Cum ergo concilia hæc, vt catholicā ve-
 ritatē hanc cōstituerint: atq; adeo aduer-
 sus Lutherū, vt dictū est, fuerit cōtrarius
 articul⁹ dānatus, nullus sit reliquus am-
 bigēdi locus. Quocirca (vt ad propositū
 dubiū respondeamus) qui sub his verbis
 generalibus negauerit sacramenta esse
 causam gratiæ, nō poterit nō subinde te-
 meritatis reus fieri: vt pote patrū vniuer-
 sitatē abnegās: imò nec poterit nō habe-
 ri sacrilegus aduersum sacram scripturā
 sanctorū interpretamento explicatā: ac
 demū nec poterit ab heresi cōtra ecclesia-
 sticas definitiones excusari. Dixerim sub
 his generalibus verbis: quoniam si gra-
 tiam conferant disponendo: vel per vir-
 tutem quæ sit qualitas sibi inherens, vel
 abiq;

Senten. 2. giffer.

August. Innoc.

Concilium Flo-
ren.

Concil. Triden-
tinum.

Respondens

abſque illo: non eſt in ſacris definitum. Proximū ergo eſt vt de ſecundo mēbro dicamus: nempe, quomodo ſunt cauſa. De hac enim dubietate tres ſunt dicēdi modi. Vnus quippe eſt quem D. Tho. ſecunda conſuſione refutat: nempe, quod ſint cauſa, vt iſti loquūtur, ſine qua non: ſcilicet quod Deus ſtatuērit ad eorum præſentiam gratiam conferre. Quæquidem opinio eſt ferè omnium doctorum: puta Alexan. in. 4. p. q. 8. membr. 3. ar. 5. Et Bonauent. in. 4. d. 2. q. 3. Et Okam. in. 4. q. 1. & Richard. d. 1. ar. 4. q. 1. Et Scot. d. 1. q. 4. & 5. Et expreſſè Duran. ead. diſt. q. 4. Vbi ait nullum ſanctorum poſuiſſe in definitione ſacramenti, quod eſſent cauſa gratiæ præter ſolum Magiſtrum ſententiarum. Sed neſcio quo charactere hoc diſtum ſubnotè. Sanè cum tam multi citati autores, licèt non dicant ſacramēta eſſe cauſam, dicant tamen conferre, & donare gratiam, purgareq; & ſanare animā à peccatis, &c. Eſt etiam opinio Marſilij in. 4. q. 2. ar. 3. atq; aliorum inferioris notæ, quos citato minime opus eſt. Sunt enim veluti hedera aliorū ſequaces: Omnes ergo iſti vnica formidine tenentur. Nempe quod cum gratia ſit ſpiritualis ſupernaturaliſq; forma & qualitas, quæ idcirco nequit educi de potentia materiæ, ac ſubinde neq; niſi per creationem, vt anima rationalis, produci, impoſſibile conſeſſu arbitrantur quod creatura, qualia ſunt res ſacramentorum & verba, poſſit illā producere. Atq; hac de cauſa ſtatim in fronte Quarti libri, multas paginas de creationis materia compingūt: cum tamen his non fuerit illic locus. Cōcedit nanq; imò egregiè probat D. Tho. 1. p. q. 45. ar. 5. adeo eſſe propriū Dei, creare, vt hoc nulli creature nec tanquā creationis instrumento poſſit impertiri. Nā instrumentum non poteſt ad opus artificis eleuari, niſi aliquam circa eandem materiam habeat actionem propriam. Nequiret enim ſtatuarius in ſculpenda ſtatua aſcia vt i, niſi eādē poſſet ad lapidē admouere. Cum ergo creatio fiat ex nihilo, creatura autem ad nihilum ad moueri nequeat, ſed ad materiam, ſit vt neq; instrumentum eſſe poſſit creationis. Quauis ergo hoc agnouerit Sanct. Th. non tamen ideo metuit dicere ſacramen-

ta gratiā conferre ſanè quod ad hunc effectum non opus eſt vt creatura creet, quemadmodum inter eius explicandam opinionem patebit. Igitur vt ad prænaratam opinionem reuertamur: tametſi à tam multis deſeretur, tamen quod ſcripturæ ſacræ ſanctorūq; & patrum & conciliorum aſſertis nō ſatisfaciat, profectò planiſſimum eſt. Nam, vt ait Sanct. Th. nihil aliud ſacramēto iſti tribuūt, quàm quod ſit ſignum applicatæ fidei, quod profectò nec Lutherani negant. Cum ergo eccleſia contra illos ſanciuerit ſacramenta cōferre gratiam, aliud quidpiam altius ſenſit, nempe verè & propriè eſſe cauſam, & non præciſè Deum ex pacto illam abſq; vllō instrumento producere. Enimvero quod hoc nō ſit, ſacramētum cauſam eſſe gratiæ, profectò conſeſſio eſt quorundam ipſorum, qui opinionem ſuſtinent. Duran. namq; acutè hoc agnouit, & ideo dixit qd nemo vſq; ad Magiſtrum Sentent. dixit ſacramentum eſſe cauſam gratiæ, quod quàm ſit veritati etiam ſacri euangelij contrariū iam proximè monſtrauimus. Et Gabriel. in. 4. diſt. 1. q. 1. adeo idem plane ſatetur, vt quo ſacramentum ſuſtineat nihil efficiētiae habere circa gratiam, neq; in ratione instrumenti, ſubſequēter cum ſuo Aliaco id ipſum de omnibus cauſis naturalibus adſtruat. Ait ſiquidem nec ſolem illuminare, nec ignē calefacere, ſed Deum ſolum ad eorum præſentiam. Vide quomodo iſti vniuerſum rerum naturalium ordinem euertāt, ludibrioq; exponant. Profectò fruſtra, vt omnium eſt philoſophorum conſeſſio, Deus feciſſet & cælos, & elementa & omnes ſecundas cauſas, ſi eas reliquiſſet ocioſas, & nō potius ad agēdum aptas inſtituiſſet. Quocirca Commentator. 9. Metaphy. cōment. 7. huius opinionis patronos: (nā fuit antiquorū deliriū) nō arbitrabatur cerebrū habere ad philoſophiā idoneū. Et. 2. Senten. diſt. 1. artic. 4. D. Tho. ſtultitiam potius quàm opinionem cenſet. Nam vt alia omiſſa faciamus argumenta, ex hac opinione ſit planè conſeſſus non conſtare nobis ſolem eſſe lucidum, aut ignē calidū. Etenim ſi nec ille illuminat, nec hic calfacit, quomodo eorum natura à nobis percipietur? Mox cōſequitur hominem

minem eſſe cauſam creationis animæ rationalis, quandoquidem ad eius præſentiam Deus illam producit. Ac deniq; tertio pari leuitate deberent iſti concedere intellectum noſtrum aut volūtatem nullum actum producere, ſed Deum ad eius præſentiam. Ac ſubinde nec dum bonū volumus, nobis apponeretur ad meritū, nec dum mala per voluntatem proponimus, aut opere exequimur, imputaretur nobis ad culpam. Imò ſequeretur, quod Deus ad præſentiam voluntatis noſtræ produceret odium ſui ipſius. At ſuperuacaneum eſt de hoc quenquam ſollicitū eſſe, ſatis enim ſuperq; cum iſtis. 2. Phyiſic. digladiati ſumus. Scotus autē licèt non verbis, re tamen negat ſacramenta eſſe cauſam gratiæ. Ait quippe ob id dū taxat dici eius cauſam quodam modo actiua & instrumentale gratiæ, quod eorū ſuſceptio eſt diſpoſitio ad gratiæ inſuſceptionē neceſſitans, non quidem per formam intrinſecā, nec per diſpoſitionem, ſed per aſſiſtentiam Dei cauſantis illum effectum. At profectò modus iſte loquēdi nō altiùs eleuat ſacramentum, quam vt ſit merum ſignum: & quod Doctores citati aiunt, cauſa ſine qua non. Quoniā hoc pacto nil aliud facit ſacramentum quàm Dei aſſiſtentiam per certitudinem ſignificare. Cauſa autem ſine qua non, vt 2. Phyiſic. diſputabamus, niſi ad aliquod quatuor cauſarum genus reducatur: videlicet, niſi moueat, aut effectū recipiat, aut forma ſit, aut finis, nullatenus: niſi per abuſum, eſt cauſa, aut forſan per accidens, veluti ſi citharæduſ ædificet. Iſti autem nullam ſacramento efficiētiam tribuunt, ſed ſoli Deo: perinde ac dū dā mō cum malefico pacificatur, vt quoties certa protulerit verba, ipſe quippiam faciat miraculo ſimile. Tunc enim verba illa malefici nō ſunt cauſa, ſed ſignum. Dicere autem quod ſacramentum nihil efficiendo ſit cauſa: abuſus loquēdi eſt. Neque verò exemplum quod de motu, Scotus ſubiūgit: videlicet, quod licèt ſit cauſa reſpectu termini, tamen nullā habet actionem ad illum efficiendum, vlla eſt cōtra nos exceptio. Quoniam motus, ſi paſſiue accipiat, non eſt cauſa, ſed acquiſitio termini: calſieri enim eſt calor. Neq; verò ſi accipiat, acti-

uè proprie eſt cauſa, ſed ipſiſſima actio. Sunt enim tria & re & nomine diſtincta: nempe, cauſa, actio, & effectus. De merito autem, quod etiam aſſertit eſſe cauſam præmiij, & tamen nō cauſare actiue: illico dicemus. Ex his ſit conſeſſus reſponſa, quæ Scotus ad Magiſtrum & ad Augu. commiſcitur: nihil ad rē facere. Tribuit Magiſter ſacramento duo: ſcilicet, qd ſit ſignum gratiæ, cuius ſimilitudinem gerit, & cauſa eſt. Et reſpondet, Scotus, quod cauſam eſſe nihil aliud eſt, quàm ſignum eſſe efficax: & non ait efficax, hoc eſt efficiens, ſed certò ſignificans actionem Dei: cum tamen Magiſt. hoc in priori membro intellexerat. Ait item Aug. Quæ eſt iſta virtus aquæ, quæ corpus tangit, & cor abluit? Et reſpondet Scot. quod virtus illa nihil aliud eſt, quàm veritas ſignificandi. Et ad diſcrimē, quod ex Doctores ſanctis Magiſt. collegit inter ſacramenta veteris legis: & noſtra: nempe, qd illa non cōferrent gratiā, noſtra verò cōferunt, reſpondet, diſcrimen nō eſſe vniuerſale, ſed intelligi de aliquibus antiquis: nempe, de ceremonijs. Cum tamē patres generaliter diſcrimen ſtatuērint. Quare nec circunciſio, (vt Scot. arbitratur) qd inferiùs patebit, illam cōferrebat. Sed hoc tñ in Docto. ſubtili magis minor, qd vt fateri caueat ſacramentū eſſe instrumentū efficiēdæ gratiæ, negat instrumentū naturale actiue eſſe. Imò ait calor, quē ignis in aquā inducit, nō effectiue expellere inde frigus, ſed formaliter: quia ſunt formæ ſibi inuicem repugnātes. At verò maior repugnantia in dictis eſt, qd expellat & nō actiue, cū expellere actionem per ſe ſonet. Imò verò cum agens ſecundum Philoſophum non agat niſi per contactum, niſi calor virtus eſſet ignis, per quam frigus ſuperaret, nunquam illud expelleret. Quapropter licèt omnes formæ contrariæ ſint in eodem ſubjecto incompatibiles, non tamē ſe mutuò pellunt, quatenus formæ, ſed quatenus actiue & paſſiue. Albedo enim, quia nō eſt actiua qualitas, nunquam nigredinem expelleret, niſi ratione qualitatum primarum, quæ ſunt actiue. Quin verò ait, qd cū ad præſentiā vnus corporis, aliud eodem loco pellitur, intrās nō expellit aliud, niſi in genere cauſæ formalis. At verò

Prima triū
opinioni.

Lutherani.

Scotus impu
gnatur.

Durandus.

Gabriel.

Cauſa ſine
qua non.

Commentator.

Creatura
creare non po
teſt.

Reſponſa. ſe
ti infirma.

Comen. ſe.

Secunda opi.

verò quis neget, cum ego moueor motu meo interfecare acriem. Illa ergo opinione dimissa, in cuius confutatione longiusculè digressi sumus, secundus modus est, sacramenta esse causam gratiæ, nõ quæ illam attingant, sed quod subiectum disponant producendo aliam formam: nempe, characterem in illis tribus sacramentis, quæ ipsum imprimunt, vt sunt baptismus, confirmatio & ordo: cetera verò producant, vt aiunt, ornatum quæ consequitur gratia. Hanc opinionem primus eorum, quos viderim, docuit Alex. alen. p. 4. q. 8. memb. 3. ar. 5. & expressius. q. 19. memb. 2. quem subinde secutus est D. Tho. in 4. d. 1. q. 1. art. 4. quæ ceu priscâ refert & de veri. q. 27. ar. 4. ad. 3. Permansit autem apud Capreolum d. 1. q. 1. & apud Palud. eadē di. & quæst. & penes Thomistas alios præter Caeteranum. Isti autem præter auctoritatem, quam existimant esse sancti Thome, hac seratione communiunt, quod ista via sic fateri censent sacramenta esse causam gratiæ, vt simul concedere caueant, eam qualitatem ab illis creari. Et vtitur exemplo generationis hominum. Pater namque animam quidem prolis non gignit: vt pote quæ diuinitus creatur: disponit tamen ac præparat materiam in quam inducatur: id ergo sacramentalis actio secundum istos facit respectu gratiæ. At verò opinio hæc paulò quàm præcedens tolerabilior est. In primis enim constantissimum est D. Tho. neuiquam in illa, vt isti putant, perdurasse. Nam aliàs proculdubio eam hoc loco iterato affirmaret, cum tamen id non fecerit, sed asseruerit sacramenta gratiam absque villo intermedio efficere. Accedit quod duas quæstiones in præsentiarum distinxit: priorē scilicet hanc, vbi constituit sacramenta conferre gratiam, qua efficiuntur participes nature diuinæ ac subinde grati Deo: & posteriorē quæ subsequitur vbi idē de characterē adiecit, & tamen si character esset dispositio gratiæ, de illo sermonē præmisisset. Sed ratione arguitur. Character tam spirituale accidens est, quàm gratia, idemque diuinitus impressum: ergo si hac de causa sacramentum non potest gratiā conferre, eadem profectò nec characterem imprimere. Idemque argumentum de quacunque alia dispositione mili-

S. Thom.

Impugnatio secundæ opi.

1. Ratio.

tat, quam finxeris esse præuiam: vel ad gratiam vel ad characterem. Secundò character, vt quæstione proxima videbimus, forsan non est qualitas ab anima distincta: & quanuis sit, non tamē est sic dispositio gratiæ vt sint in eodē subiecto. Imò quanuis gratia vt Doctor sanct. 1. 2. q. 111. ar. 4. docet, sit in essentia animæ, tamen character non est nisi in intellectu. Vnde aliud argumentum colligitur: nempe, quod sicut potentia fluunt ex animæ essentia: sic character consequitur gratiam: licet dū obex opponitur, sine illa imprimatur, vt distin. sequenti explicabitur. Est enim potestas colēdi Christianam fidem, ad quam homo per gratiam baptismatis adstringitur: id autē quod posterius est, minime ad id præparat, quod prius infunditur. Quare sacramentum non potest ad gratiam disponere, characterē ante gignēdo. Dicitur autē character quodā modo dispositio ad gratiam, eò quod ad vsum gratiæ: nempe, ad culturā fidei requiritur character. Sed id quod de ornatu fingitur multò est minoris probabilitatis. Est enim absque vlla necessitate re superuacaneam multiplicare: quod. 1. Physi. Arist. antiquis vicio apponit. Equis enim credat sacramentum penitentia aut Eucharistiæ, ob id quod characterem non imprimi: ornatum impingere qui gratiæ in anima antecedit? Cum gratia per se sit ipsissimum animæ ornamentum & decus. Et secundò id confirmatur. Cum quis numine adiutus sese ad Deum per contritionem vertit, tunc Dei gratiam absque villo præuiō ornatu recipit: ergo & dum per sacramentum penitentia in eandem gratiam reuocatur. Frustra ergo nonnulli discipuli D. Tho. ista se opinione contorquent. Plurima namque eorum quæ super Magistrum Sententiarum, quasi aliena congerens, commentatus est, post maturius digesta collimauit in summa. Est ergo tertia opinio, vt arbitror, tum omnium sanctorū patrum, tum adeo D. Tho. quam si posteriori dexterè voluissēt intelligere, absque vlla, vt reor, renitētia amplexati fuissent. Igitur rei veritas est, sacramenta eo sensu conferre gratiam, quo hominem absque vlla intermedia dispositione Deo gratū accipiunt; faciunt: pro eo quod vel viuū

2. Ratio.

3. Ratio.

Contra orna.

Vera sententia.

mem

De gratia quomodo sentiendum.

sanus sensus

membrum Christi atque adeo Dei filium constituunt dum primam gratiam conferunt, vel dum illam augent ipsum arctiori amicitia cum Deo semper conglutinant. Et quoniam potissimum argumentum, quod contrarios autores ab hac veritate alienat, est, quod inde consequi censerent creaturam creare, animaduertendum est, quod ad hoc vt homo fit Deo gratus quantum ad rei naturam attinet, nihil refert id per gratiam fieri quæ sit distincta qualitas, aut absque villo, quod in nobis sit, tali accidente. Nam Deo quempiam esse gratum, nihil aliud est quam ab ipso esse dilectum atque ad coelestem felicitatem acceptum. Et inter homines ego non sum amico meo gratus, per aliquam, quæ in me sit, qualitatem, sed quia ab illo diligo, ac subinde obiectum sum dilectionis suæ, qua me profectum. Pariter ergo fieri possit inter nos & Deum: scilicet, vt ipse per suum amorem vt rei veritas est, me diligeret, & ego ipsum per meum, absque alia qualitate à qua denominarer gratus. At verò quoniam Deus eum quem diligit, participem cõsortemque, vt ait Petrus, facit suæ nature, confert illi formam illam, qua ad esse diuinum eleuatur. Tamen si Scot. quod non est præfentis speculationis, aliam qualitatem, quæ sit gratia præter charitatem non agnoscat, cum tamen distinctissimæ sint res (licet connexæ) quod ego Deum diligam, & quod dicor ab illo dilectus. Igitur qui sane intelligere cupit, quo modo sacramenta gratiam conferant, id primum constituat oportet, fingendo nullam eiusmodi qualitatem esse necessariam. Nam profectò patres nunquam de illa disputare cogitarunt, imò res est non adeo antiqua. Enim uerò in concilio Vienenfi, propter paruulos ante vsum rationis sacro fonte intinctos sanxerunt, vt probabilius: & nuper in Tridentino vt certi, qualitates illas quæ sunt gratia & virtutes, baptizatis infundi, sed hoc tantum à tempore apostolorum docti, docereque post modum posteros cõtendebant, quod sacramenta noue legis in hoc sensu gratiam conferrent, quod homines facerent Dei amicos siue per qualitatem id fiat, siue sine illa, vt inter homines accidit. Quare San. Tho. illius hinc qualitatis non meminit. Hoc ergo modo primum constituamus, sacramenta euan-

gelica gratiam conferre, & deinde ad argumentum respondebimus de illa qualitate, qualem sacramenta videntur creare. Arguitur ergo sic primò. Per sacramenta euangelica comunicatur nobis virtus passionis Christi, eò quod ex eius latere pendentes in cruce effluerunt, quod Moysaycis non conueniebat: virtus autem passionis est, nos membra Christi efficere, vt in baptismo per quæ in Christo cõplantamur, & tanquam eius membra nos vegetare, atque adeo facere vt tanquam filij cohæredes Christi diligamur à Deo: hoc autem est Deo nos facere gratos. Etenim vti omnes ob id in Adam peccauimus, quod in ipso veluti in seminario totum genus humanum cõtinebatur, ideoque eius volūtas fuit, vt nostra, reputata, ac subinde & nobis imputata: sic quotquot in Christo per baptismum renascimur in ipso sumus Deo grati. Sicut enim ille cum tota sua posteritate inuisus fuit Deo: ita & Christus cum sua sobole eidem cõplacuit. Quam quidem vocem propterea pater protulit in baptismo Christi, vt per idē sacramentum denotaret nos incorporari Christo, ac perinde fieri illi gratos. Quod si quis inde negauerit consequi sacramentum esse causam gratiæ, secundo explicando etiam num argumēti vim arguitur. Hæc causalis est vera: quia homo baptizatur, virtute operis fit Deo gratus, & qui alia sacramenta recipit fit gratior: ergo sacramenta sunt causa gratiæ. Tam vera enim est ista. Quia hic baptizatur fit filius Dei, atque adeo ei dilectus: quia ista, Quia Philippus à Carolo genitus est, fit ei filius, à quo subinde diligitur: quare sicut generatio carnalis est causa dilectionis paternæ, sic & baptismus est causa diuinæ gratiæ. Et hoc est quod patres iuxta testimonia sacra nos docuerunt. Nã disputare de illa qualitate, nihil ad hanc theologiã referebat. Quod si arguas de circūcisione pariter causalishæc verè enūciabatur. Quia hic circūciditur fit gratus Deo: & tamen in subsequenti- bus negabimus circūcisionem contulisse gratiã, ergo veritas huius causalis ad id non sufficit. Respondetur negata illa priori præmissa. Haud enim quia paruulus circūcidebatur, fiebat Deo gratus: quippe cum circūcisio non fuerit instrumentum

Primus ar-

simile.

Secundum ar-

Argumentum.

strumentum, vt diximus, passionis Christi, sed quia applicabatur ei fides per circumcissionem, quæ erat signum eiusdem passionis. Sed antequam argumentorum series longius procedat, arguitur contra. Iam constitutum est ab ecclesia hominẽ non fieri gratum nisi per qualitatem ei inherenter: ergo si sacramentum est causa faciendi hominem gratum, est subinde causa eiusdem qualitatis: illa autem nõ educitur de potetia materiæ, vt calor: sed est spiritualis supraque naturaliter per creationem producta: ergo si sacramentũ est causa illius: fit vt sacramentum verẽ creet, quod omnes & D. Thom. omnibus creaturis concenire negat, etiã in ratione instrumenti. Hoc argumentũ est, quod esse causam negocium nobis facessit. Ad quod docti quidã respõdent, sacramentũ nõ esse causam gratiæ ad modum causarum nature, vt ignis est causa caloris illum attingendo, hoc est producendo, sed per modum causæ moralis: quia Deum mouet, vt illam qualitatem producat: veluti qui alium prece aut precio aut consilio mouet ad aliquod conferendum beneficiũ. Quæ quidem sententia partim scopũ tangit, in hoc scilicet, quod ait non omnino accidere in sacramentis vt in causis naturalibus, sed quodam modo mouere Deũ. Quod autem id faciant ad modum causarum moralium, minimẽ rei consonat: Neque verò D. Tho. aut vllus sanctorũ patrũ talẽ vnquã similitudinẽ agnouit. Causã nãq; moralis nõ est instrumentũ illius, qui mouetur ad principalem effectũ, sed alterius, qui mouet ipsum. Preces enim aut precium, aut consiliũ vel metus quibus Petrus mouet Paulũ ad aliquod beneficium conferendum, aut ad aliqũd operandum, non sunt instrumenta Pauli, quibus beneficium conferat: quia nec sunt eius effectus, sed sunt instrumẽta Petri. In sacramentis verò contrarium accidit. Nõ enim Deum mouent ad conferendam, concreandãq; gratiã, quasi prius natura mouentia, quã ipse, sed sunt instrumenta eius instituta motaq; ab ipso, quibus gratum facit hominem concreãdo illam qualitã, quæ est gratia. Sicut enim ignis per calorem operatur, & artifex per instrumenta, sic Deus per sacramenta, dando illis virtutem agendi, ope-

Argumentum quod sacramentum creet gratiã.

Sacramentũ esse causam negocium reprobatur.

ratur gratiam. Quare in hoc potius similitudinem præ se ferunt causarum naturalium. Ait quippe D. Tho. vt paulò inferius art. 5. videbimus, gratiam à Deo deriuari in homines per humanitatẽ Christi tanquam per instrumentum coniunctum, & per sacramenta tanquã per instrumẽta separata. Atq; ex hoc elicitur tertium argumentum ad principalem conclusionem. Christus per suam humanitatẽ, quam in cruce obtulit, fuit nobis causa gratiæ, tanquam per instrumentum coniunctũ, idq; tripliciter, vt illic ait D. Th. scilicet, satisfactoriẽ offerẽdo illã in precium redẽptionis, & meritoriẽ, quia erat infinite gratus Deo: & tertio effectiue qui est tertius distinctus modus (vt. 3. par. q. 49. art. 1. explicatissimẽ ait autor ipse) in quantum caro Christi erat instrumentũ diuinitatis quod. q. 5. ar. 3. iterum contra Duran. & Scot. repetendũ nobis est. Ita que sicut illa voce, Lazare veni foras, instrumentali ter suscitauit mortuum: & tactu digitorum sanabat oculos, sua denique humanitate faciebat miracula. Et quod ad rẽ maximẽ facit, verbo illo Matthe. 9. Remittuntur tibi peccata tua: remissionis gratiã Paralytico largitus est, ita per eandem humanitatem fuit nobis efficiens causa gratiæ, ergo cum sacramenta ab eadẽ passione effluxerint, ipsis ceu instrumentis separatis vtitur ad reddẽdos nos Deo gratos. Nisi q; passio fuit causa vniuersalis gratiæ quantum ad sufficientiam: sacramentum verò est, per quod nobis eadem applicatur quantum ad efficaciam: videlicet, ad aliquẽ eiusdẽ gratiæ gradum adipiscendum. Et quarto ad idem arguitur. Sicuti Apocaly. 5. ait Ioã. quod lauit nos Christus à peccatis nostris in sanguine suo, & de martyribus capi. 7. q. lauerunt stolas in sanguine agni: & Paulus. 1. Corint. 1. sanguis Christi emundat nos ab omni delicto, sic & ad Ephẽ. 5. ad baptismum alludẽs ait mundans eã (scilicet ecclesiã) lauacro aque in verbo vitæ: ergo Christus sicut sanguine suo tanquam instrumento coniuncto, ita baptismo suo tanquam instrumento separato facit nos Deo gratos, quod quidem similitudinem potius naturalis instrumenti, quã causarum moralium gerit. Fateor equidẽ quatenus meritoriẽ Christus per passio-

Intra art. 5.

Tertium argumentum.

passionẽ nobis fuit gratiæ causa, similitudine habuisse nostrorũ moralium meritõrũ attamẽ sacramenta fluxerunt inde etiã quatenus fuit causa efficiens. Item ministros sacramentorum nõ nihil moralis similitudinis habere fateor cum ministris principũ, quibus facultatẽ conferunt negocium aliquod transigendi: sed tamen vt quæstio. sequent. de caractere vidimus, virtute characteris sacerdotalis aliquid altiũs habent. Igitur ad argumentum de creatione aliter hic Caietan. respondet, negando scilicet sacramentũ creare illam qualitatem, quæ est gratia, ideo quod illa, cum sit accidens, non producit, sed cõproducit ad productionẽ hominis grati: quare nõ fit ex nihilo atque adeo non creatur, sed concreatur. Et pari ratione eadem gratia per peccatũ nõ annihilatur, quia cum per se nõ desinat esse, sed ad desitionẽ hominis grati, non vertitur in nihilum. Et videtur esse respõsio. S. Tho. 1. 2. q. 110. ar. 2. ad 3. vbi ait quod accidentia non producuntur, sed cõproduciuntur ad esse subiecti, eorũ enim est produci, quorum est esse, accidentium autem, vt habetur. 2. Metaphys. nõ est esse, sed inesse. Ex hac autem respõsione subsequi videtur, quod licet sacramentum illam qualitatem non creet, cõcreat tamen faciendo hominem gratum. Ex quo rursum aliqui ex nostris inferunt nõ esse inconueniens, quod creatura aliqua creet in subiecto, licet illud nõ possit extra subiectum. Quod profecto ego nequaquam concederem. Nã creare aliquid in subiecto, est ipsum producere non educẽdo de potetia subiecti, quod esset producere ex nihilo perinde ac si fieret extra subiectum. At verò vt postremum hic verbum addamus, quanuis verum sit qualitã illam nõ creari à Deo sed concreari ab ipso (vt ibidẽ ait S. Th. dum per ipsum fit homo gratus, non tamen ita facillẽ concederem concreari à sacramento: neq; id vnquam dixit. S. Tho. licet instrumentaliter concurrat ad constituentum hominem gratum. Nam quãdo accidens educitur de potentia subiecti, quæcunq; causa producens subiectũ cõproducit accidens: vt sol generans plantam, congenerat eius accidentia: attamen cum illa qualitas nõ educatur de

Respõsio Cai.

S. Thom.

Creaturam creare in subiecto probatur.

Sententia auctoris.

potentia subiecti, sed sit supranaturalis: producta per concreationem à Deo, illa qualitatis productio non immediatẽ attingitur à sacramento, & ideo diximus non habere omnino similitudinem causæ naturalis. Dicamus ergo in summa, vt hic tandem insinuat Caietan. quod sacramentum est instrumentum Dei ad hoc immediatẽ attingẽs vt faciat hominem gratum, quod est esse causam gratiæ formaliter abstrahendo à qualitate, sicut inter homines, qui facit duos amicos, est causa amicitie illorũ, sed quia apud Deũ non necitur amicitia, nisi per eiusmodi qualitatem, idem sacramentum est consecutiue causa mediata, quod Deus faciẽdo hominem gratum concreet illam. Et hoc arbitror adeo esse planum, vt ægerri me possit impugnari. Suppeditat namq; natura nobis aliquod exemplum: homo enim neq; animam gignit, neq; cõcreat, sed creatur à Deo, verissimẽ tñ gignit hominẽ, cõ q; est causa coniunctionis animæ cum corpore. Pariter ergo sacramentum est instrumentum immediatum faciendi hominem Deo gratum, consecutiue autem & mediatẽ faciendi, vt Deus concreet illam: qualitatem quæ virtute sacramenti informat hominem. Quamuis sit discrimen, quod anima cum sit substantia per se existens, creatur, gratia verò, quia est accidens, concreatur. Quinto ad principalem conclusionem arguitur. Fac aliquot seculis contigisse amicitiam conglutinari inter homines & Deum absq; aliqua qualitate, vt fit inter homines, profecto nulla existeret difficultas in intelligẽdo, quomodo sacramentum esset causa gratiæ. Igitur si post modum institueret, vt cuiusque amico infunderet illam qualitatem nihilominus intelligitur esse causa eiusdem gratiæ & consecutiue illius qualitatis. Sexto ad eandem principalem conclusionẽ arguitur. Gratia est causa gloriæ non autẽ ex sua ipsius natura, quatenus qualitas est, sed ex institutione diuina, neque verò tantũ causa sine qua non, sed verẽ causa, vt cuiq; illã habet Deo conferat gloriam: pari ergo modo & sacramenta sunt causa sanctificandi hominem, quod fit per infusionem eiusdẽ gratiæ. Præterea & septimo, argumentum de merito.

Resolutio re- tus mate- rie.

Simile ex natura.

Quinto argu- mentum.

Sextum.

Septimũ ar- gumentum de merito.

meriti, quod Scotus putat nobis refragari, potius suffragatur. Ait quippe meritum esse causam præmij, & tamen non habere causalitatem eius actiuam. Et Caiet. negat antecedens. Nam meritum, inquit est à merente, præmium autem à præmiante. Gratiam enim & gloriam dabit Dominus. Ego verò illud lubens concedere antecedens, negarem tamen non habere causalitatem respectu præmij. Ecquis enim neget operas mercenarij causam esse mercedis? Nam & si soluens illam sit proxima eius causa, nihilominus mouetur ab opere mercenarij, ut illam repēdat. Et sic Deus profecto merita nostra, quæ ab eius gratia dimanant, in causam sui gloriosi præmij affert. Esuriui & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Ideo venite, &c. percipite regnum: sic ergo quia iste baptizatus est, sit Deo gratus perinde ac si nulla opus esset qualitate, quæ est gratia: in quo sensu verissimum est esse causam gratiæ. Quocirca Scotus concedens sacramentum causam gratiæ, veluti meritum est causa præmij, negare non debuit esse verè causam. **O**cta uo arguitur, quod sacramentum superno & ineffabili modo gratum Deo efficiat hominem. Verba sacramentalia, Hoc est corpus meum, modo ineffabili sunt causa instrumentalis transsubstantiationis panis in corp⁹. Neq; videre mihi videor cur hoc Scotus loco citato negauerit. Sunt namq; , vt omnes fatentur, verba practica, id scilicet quod significant efficiētia. Sicut enim Christus illis verbis consecrauit: sic & eisdem tamquam eis, in quibus sua inest virtus, nobis cōtulit vt cōsecraremus, quare multò efficacius, quàm ignis acrem in flammam, transformāt totā substantiam panis in corpus. Neque vlla (vt Scot. credit) illic accedit annihilatio, vel creatio: sed transsubstantiatio huius in hoc: quæ vltimo instanti prolotionis perficitur. Id quod in materia eucharistiæ apertius fiet: ergo eadem ratione Deus & dare potuit, & verè sua institutione sacramentis vim dedit organicam sanctificandi hominem, quod est ipsum facere Deo gratum.

De virtute sacramenti. **A**lteram argumentorum phalangem aduersarij D. Tho. obmoliuntur, arbitratum cum ita sacramentis virtutē adscripsit

se, ac si sit distincta qualitas perinde sacramēto inhærens inest atq; albor papyro, vt est videre apud Scotum, Duran. & alios. At verò ar. 4. vbi de hac virtute D. Tho. ex professo disputat: vim eorundem argumentorum facillimè diluimus: nimirum demonstrātes. S. Doctorem nunquā eiusmodi virtutem eo modo, quo isti ei imponūt, excogitasse. Sed satis est res & verba ad illud officiū Deum instituisse, & per eius ministrum ad eundem effectū applicari. Itaque vt vno exemplo cuncta deprehendas, virtus aquæ baptismalis non est nisi motus eius: scilicet, ablutio corporalis facta sub sacra verborum forma ad abluendam animam. Et pariter de vnctione olei in confirmatione, & extrema vnctione sentiendum. **S**ed arguit nihilominus Scotus sic in contrarium. Instrumentum non fit aptū ad opus per vsum, sed prius debet habere formā, quæ agat: serra nanque, nisi prius habeat dentes, non potest assumi in vsum ferrandi: pari ergo modo si sacramēta sunt instrumenta & causa gratiæ, debent prius habere virtutem: quam tamen D. Tho. assiggnare nequit. Respondetur quod aqua baptismi per hoc quod natura sua abluendis corporibus apta est, sit idonea, quæ ad similem spiritualem vsum animæ diuinitus assumatur. Atq; hoc insinuat Augustinus ait. Quæ est ista virtus aquæ, quæ corpus tangit & cor abluat? **V**eruntamen per hoc responsum non vsquequaq; vis argumenti enervatur. Respondendum quippe restat, quando sacramentum gratiam conferat. Nam toto tempore prolotionis verborū id facere nequit, eò quod gratia, cum res sit indiuisibilis, in vno temporis momento producit. Si dicas illam produci in instanti postremo, iam tūc verba elapsa sunt, quæ ideo nihil tūc operatur. Ad hoc autē, licet forsā vtrolibet modo dicas, eodem recidat, cōsideratius tamen respondetur verba simul cum ablutione toto tempore prolotionis illam conferre: quandoquidem non diximus sacramentum illam qualitatem immediatè attingere, sed hominem facere gratum: id autem fit per totam actionem sacramenti. Quare cōcedimus quodam modo illam qualitatem fieri antequam sit. Hoc est sacramentum antea applicari

applicari cuius virtute fit. Si autem actionem Dei consideres, in postremo verbo rō prolato infunditur. **V**t ergo dictorū summam colligamus. Sacramentum per se (quod aiūt) ex opere operato hoc est ratione ipsius operis, homini applicati confert gratiam, quæ dicitur sacramentalis, præter illam quæ meritò suscipiētis vel ministrantis sacramentum donatur. Itaq; si duo æquali prorsus animi motu baptismum sitiant, sed alter, quia non habuit copiam non suscepit, alter verò suscepit, hic assequetur aliquem gradū gratiæ, quo ille orbatur. Vnde in materia eucharistiæ admonendi maximè sunt sacerdotes, vt nisi euidēs in infirmo impedimentū demonstraretur, non cessent eucharistiā illi porrigere. Putāt enim idiotæ idem esse adorare, & suscipere: quod est erroneum, nisi quantum ad præcepti impletionem. Nam qui non suscipit, licet iusta id fiat de causa, sacramentali gratia non donatur. Hoc quippe sonat verbum, ex opere operato, quod est dicere, ratione realis applicationis sacramenti. Aliorsum enim tendunt verba Augusti. crede & manducaisti: vt illic explicabitur. **S**equitur secundo, nonnunquā ex sola vi sacramenti infundi gratiam, quæ sine eius applicatione nulla infunderetur: vt liquidò in puerorū baptismo constat ante vsum rationis. Quinuerò & adultos, dum attriti accedunt ad sacramēta, eo scilicet animi motu, qui ad obtinendam gratiam non sufficit, disputabimus infra gratia virtute sacramentorum suffundi. Sunt enim medicinæ per se salutē conferentes, nisi obicē inueniant. Sed de his, suis singulorū locis explicatio: adhibebitur elucidatio.

Primū argumentum S. Th. est. Signū & causa non videntur in idē concidere, nam esse signū, propriè cōuenit effectui respectu causæ: sacramēta sunt signa: ergo non sunt causæ. Respōsio est, quod causa principalis non est signū effectus: vt ignis nec est fumi signum, nec calor: licet calor esset occultus: sed econuersò effectus est signum causæ. Causa verò instrumentalis, quādo est manifesta, cum ipsa sit quodam modo effectus, eò quod mouetur à principali agēte, dici potest signū occultū effect⁹. Et ideo sacramēta euangelica sunt simul

& signū & causa gratiæ. Ex quo infert eadem nostra sacramenta, perfecte habere rationem sacramēti. Non dicit, verè, quoniam aliqua ex antiquis verissimè quoq; erāt sacramēta, vt nostra: vt quæstio. 60. art. 2. ad 2. expressè falsus est D. Th. sed nostra sunt perfecta propter efficaciam quā habent gratiæ. Nā veritas sacramenti in eo seruatur, quod sit sacræ rei signū, vt illic expressit. Perfectio verò in hoc quod sit eiusdem sacræ rei causa. **S**ecundum argumentū est. Corporale non potest agere in re spirituale, cum corporalis actio sit extensa, subiectū verò spirituale, indiuisibile. Quare, vt. 12. super Genes. ad litteram ait Aug. agens honorabilius est patiente: mēs autē hominis est subiectū gratiæ: sacramēta verò sunt corporalia. Responso est, quod cum duplex sit actio instrumenti, altera scilicet propria, vt quæ ei secundū propriam formā conuenit, vt securi scindere, altera verò quā recipit ex principali agēte, vt facere lectū, inquantū est artis instrumentū, tamen nequit instrumentalē actionē perficere, nisi exercēdo propriā. Securis enim scindendū facit lectū. Parimodo propria actio aquæ est abluere corpus: per virtutē autē Dei eleuatur, vt abluendo corpus animā emudet. Et hoc est quod ait Aug. Quæ est ista virtus aquæ, quæ corpus tangit, & cor abluat? Cū ergo hic audis duas instrumenti actiones: videlicet, propriā & quā recipit ab artifice, ne intelligas, priori actione posse per se moueri securim sine aliquo mouente. Sed hoc tantū quod forma securis in differens est ad faciendū lectū vel arcam vel aliud quoduis artificiatū, sed tantū est illi propriū scindere. Quod autē scindat sic vel sic, hoc recipit ab arte. Itaque non tā sunt duæ actiones, quā duæ rationes eiusdem actionis: & prior est materialis, & quā recipit ab artifice, est formalis priorē determinans. Et pariter in sacramēto, tactus aquæ est sicut materialis actio, fieri autē ad abluendū animā, est sicut formalis ratio determinans illum ad talē effectū. Hoc autē arti. 4. explicatius differendū est. **A**rguit autē Scot. in. 4. d. 1. q. 5. hoc non esse possibile in sacramentis, vt actio corporalis & spiritualis vnā cōcurrant: quoniam actio corporalis sacramenti indiget tēporis successu: virtus autem

Alia est veritas sacramenti, alia vero perfectio. Secundum argumentū S. Thom.

August.

Expositio.

Scot. arguit.

tem Dei est infinita quæ agit in instanti. Respondetur autem quod quemadmodum in causis naturalibus Deus utitur cæli motu ad producendos effectus, sic utitur actione successiva sacramenti ad producendam gratiam, hoc est ad faciendum hominem sibi gratum: licet id non perficiat vsq; ad finem prolationis verborum. Tertium argumentum est. Illud quod est proprium Dei non debet creaturæ attribui: gratiam autem largiri est proprius effectus Dei. Respondet ad mirum, quod efficere gratiam cui causam principalem est proprium Dei quod nemini participatur: efficere autem tanquam instrumentum potest ipse creaturæ impartiri: eo scilicet modo qui explicatus est.

Tertium argumentum S. Thom.

ARTICVLVS II.

Utrum gratia sacramentalis addat supra gratiam virtutum & donorum.



IRCA titulum quæstionis notandum quod gratia communiter dicta, est gratia gratum faciens nude considerata: ea scilicet præcisa ratione, qua facit hominem Deo gratum: cum qua simul infunduntur virtutes & dona in potentijs. Gratia verò sacramentalis dicit eandem gratiam gratum facientem in ordine ad effectum peculiarem sacramenti: qui est vel regeneratio, vt in baptismo, vel alimonia spiritualis, vt in eucharistia &c. Queritur ergo vtrum gratia sacramentalis alia sit ab illa virtutum & donorum, quidpiamq; illi addat. Et respondet D. Th. vnica conclusione bimembri. Sicut virtutes & dona addunt supra gratiam communiter dictam quandam perfectionem, determinatè ordinatam ad proprios actus potentiæ; ita gratia sacramentalis addit supra eandem gratiam communiter dictam & supra virtutes & dona quoddam diuinum auxilium ad consequendum sacramenti finem. Et per hunc modum gratia sacramentalis addit supra gratiam virtutum & donorum. Probatur vtrique pars conclusionis. Gratia secundum se considerata vt. i. 2. q. 110. doctor declarat, est habitus perficiens essentiam animæ, tribuens illi

Conclusio.

supranaturale quoddam diuinum esse iuxta illud. i. Petri. 2. Maxima & preciosa vobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ confortes naturæ. Vnde sicut ab essentia animæ ordine naturæ fluunt eius potentia, quibus operatur, sic quando gratia infunditur, simul tanquam ab illa diffluentes infunduntur virtutes: nempe, fides, spes & charitas & aliæ morales, ac subinde dona spiritus sancti, quæ existunt in potentijs, quas ad suos actus perficiunt. Quocirca gratia non est proximum principium operandi, sed essendi spiritualiter, & ideo non est in potentijs, sed in essentia animæ, virtutes autem & dona non sunt per se gratia gratum faciens, sed eius virtutes & instrumenta ad operandum. Dicuntur tamen gratia generali nomine, quia sunt gratuita dona: atq; hoc modo dicuntur addere supra gratiam. Sacramenta verò ordinantur ad alios effectus peculiare gratia vt baptisimus ad regenerationem spiritualem: confirmatio ad robur spirituale, & eucharistia ad alimoniam, vt infra. q. 6. patebit: ergo gratia sacramentalis aliquid addit supra gratiam communiter dictam & supra virtutes & dona: nempe, singularia auxilia ad certos effectus. Exempli gratia. Dū paruulus ante usum rationis, vel adultus per baptismum recipit gratiam, cuius effectus est regeneratio spiritualis, simul suffunduntur potentia virtutibus: dū tamen postea recipit sacramentum confirmationis recipit augmentum eiusdem gratia ad hominem corroborandum in fide, quasi tunc perfectam ætate spirituale recipiat. Cum autem recipit eucharistiam, augetur illi eadem gratia gratum faciens ad effectum spiritualis alimonie: qui quidem effectus sunt singulares præter virtutes & dona. Itaque licet sacramenta suos omnes effectus fortiantur infundendo vel augendo gratiam gratum facientem, ordinantur tamen ad diuersos effectus gratia, quos proprie significant. Confirmat autem D. Th. eandem conclusionem egregie. Nam si gratia sacramentalis nihil adderet supra gratiam communiter dictam & virtutes & dona, frustra tantus sacramentorum numerus esset institutus.

Quæstio hæc celebris est inter antiquos: sunt tamen de illa opiniones duæ. Vna, quod gratia sacramentalis eadem est profus

Expositio articuli.

sus cum gratia communitè dicta, neque quicquam illi addit. Nam gratia, quæ infunditur in sacramentis, non est nisi gratum faciens, quæ tam per virtutum officia augetur, quam per superuenientia alia sacramenta. Quam opinionem Pet. Palud. in. 4. dist. 1. quæst. 3. ait esse communem. In cuius confirmationem adducit quinque rationes. Quare secundum hanc opinionem gratia sacramentalis solo nomine differt à gratum faciente: scilicet, quia infunditur per sacramenta. Hæc tamen opinio sufficienter impugnatur ratione S. Thom. Nam si gratia sacramentalis nihil aliud esset profus, quam gratia gratum faciens nude considerata, nihil opus erat tanta sacramentorum frequentia. Sufficeret enim baptisimus, quod gratia cum virtutibus infunditur. Nam dicere quod solum sunt instituta ad augmentum eiusdem gratia, non satisfacit: tum quod satis posset augeri exercitio virtutum, tum maxime quod ad hoc satis erat vno sacramento, quod iterum atque iterum reciperetur. Profecto si baptismi effectus non esset alius, quam infundere & augere gratiam, nulla esset causa cur non posset iterari. Sed propterea non iteratur, quod est regeneratio spiritualis, quæ non debet esse nisi vna. Et pariter posset iterari confirmatio. Cū ergo Christus septem instituerit sacramenta, novos effectus prospexit in singulis. Verbi gratia. Qui confirmatur, vngitur in fronte chrismate: qui verò in extremis vngendus est, vngitur oleo in alijs membris: si autem sacramenta non seruirent, nisi ad augendam gratiam, quid opus esset illa diuersa ceremonia? Imò quid opus esset tunc aliud sacramentum ministrari sub forma ablutionis, atq; aliud sub forma absolutionis: & aliud sub forma cibationis? Secundo arguitur. Ille qui non est confirmatus, quantum per virtutum exercitamenta habere possit copiosior gratiam, quam confirmatus, nihilominus caret illo dono gratia, nempe robore adultæ fidei, quod est inconfirmato. Tertio arguitur. In statu innocentia fuisset gratia gratum faciens cum omnibus virtutibus: & tamen non fuisset gratia sacramentalis cum suis effectibus: ergo sunt quadam ratione diuersæ. Quarto denique, virtutes, quæ cum

Pe. Paludan.

Impugnatur opinio.

gratia infunduntur, sunt connexæ: nulla enim sine alia infunditur: gratia autem virtutesque sacramentales minime: quia quælibet seorsum producit. Vide quæti referat quæstionis huius solutionem perscrutari. Est ergo secunda opinio D. Tho. quod gratia sacramentales ad virtutes, auxilia quædam ad diuersos effectus. Hoc autem discipuli eius diuersimodè interpretantur. Petrus enim à Palud. loco citato, licet non adeo clare loquatur, tamen in vltimis verbis quæstionis subindicat, huiusmodi auxilia esse diuersos habitus. Itaque, vt cæset, præter gratiam & virtutes & dona in baptismo peculiaris habitus regeneratiuus infunditur, & alius in confirmatione corroboratiuus, &c. Hos verò habitus Capreolus in. 4. dist. 3. q. 3. non alios agnoscit, quam characterem in tribus sacramentis, quæ characterem imprimunt, & in cæteris ornatuni. Quocirca longius à mente S. Th. hac parte loquitur, quam Paluda. Primum quod vt in articulo præcedenti diximus, assertio illa ornatus, fictio est sine re, tum quod character ad aliud negocium ponitur quam fit ille, de quo in presentiarum loquimur. Effectus enim primus ac præcipuus sacramenti baptismi est hominem in nouam vitam regenerare, quod fit per gratiam. Character autem consequitur infusionem fidei in intellectu, ad distinguendum christianum à cæteris infidelibus, & nunquam infunditur sine gratia. Et pariter effectus præcipuus confirmationis est corroborare hominem ad profitendam fidem: character autem est signum illius roboris. Attamen neque opinio Paludani multo veri similior est. Primum, quod ponere alios habitus infundi per sacramenta, est res absque necessitate multiplicare. Enimvero baptismus non per alium habitum hominem regenerat, quam per gratiam gratum facientem: neque eucharistia per alium pascit, quam per eandem. Sed sunt diuersi effectus eiusdem gratia. Quapropter Caietanus certius attigit veritatem, quam bene ex verbo D. Thom. colligit. Nempe quod gratia sacramentalis nihil addit supra gratiam gratum facientem & virtutes & dona, quod fit habitus, sed solum concursum actualem Dei ad singularem effectum.

Secunda opinio D. Tho.

Paludanus.

Capreol.

Contra Petrum à Palud.

Caieta.

effectum. Hoc enim sonant verba D. Th. scilicet, auxilium quoddam. Enimvero loco citato. 1. 2. q. 110. ar. 2. gratiam generali nomine dictam diuidit in auxilium speciale, quod est actualis motio Dei gratuita, & gratiam gratum facientem, quæ est habitus essentia animæ. Quocirca hic auxilium vocat gratiam, quam sacramentalis addit supra comunem. Vnde fit, vanum esse, querere pro quo supponat gratia sacramentalis: sunt enim qui autumat supponere pro auxilio Dei actuali: imò sunt qui dicat supponere pro Deo: quia dicunt auxilium non distingui à Deo auxiliante. Veritas autem est, quòd supponit pro ipsa gratia gratum faciente sub ea conotatione, quòd eius virtute De⁹ sacramentum recipienti ad aliquem certum effectum subsidium affert. Itaque gratia confirmationis est gratia gratum faciens, quæ tunc vel infunditur vel augetur, virtute cuius Deus auxiliatur confirmato ad confitendam publicitus fidem. ¶ Sed contra. Inde sequitur esse, vt ait Paludanus, permanentem habitum: nam manet ille habilis ad plures actus postea quocumq; tempore exercendos. Negatur consequentia. Illud enim auxiliu nihil aliud est quam quòd virtute gratia confirmationis Deus est noua lege paratus ad opituladum illi in publica confessione fidei inter eius hostes: non q; sine confirmatione nõ possit illi auxiliari: sed quòd eius virtute adhibetur noua ratio subuenienti. Pariter virtute gratia ordinis paratus est Deus opem ferre sacerdoti ad exercenda sua ministeria: & virtute gratia matrimonialis ad dignè exercendam rem vxoriam, nisi homo eidem auxilio renitatur. Et hanc suam esse mentem aperit inferi⁹ D. Thom. quæst. 72. artic. 7. ad. 3. Vbi gratiam confirmationis ait, quantum ad comunem rationem gratia, addere nihil super baptismalem, sed quæ prius inerat augetur. Addit tamen aliquid effectiuu specialis effectus: nempe, auxiliu, & per hoc specie differt ab illa. Hanc arbitror fuisse Priscorum sententiam vt Alexandri Alis. 4. part. quæst. 8. membr. 4. artic. 1. vbi ait quòd gratia sacramentalis, quantum ad substantiam, eadem est, quæ gratum faciens, quam virtutes & dona subsequuntur: sed datur, quantum ad aliud

hoc est, aliud includit auxilium. Idem videtur sentire Bonauen. 4. libro. distin. 1. principali. quæstiuncu. 6. vbi ait, quòd sacramentalis gratia supra gratiam virtutum addit aliquem effectum. Idemq; sentit Richardus de media Villa. distin. 1. artic. 4. quæstiuncu. 4. licet parum differenter hoc explicet. Ait enim gratiam sacramentalem per se immediate ordinari ad sanadum naturam per originalem culpam læsam. Et sic per baptismum remittitur originalis labes: & per confirmationem corroboratur anima: & per eucharistiam cibatur. Eadem autem dicitur gratum faciens, ea ratione qua hominem facit gratum. Virtutes autem conferuntur potentijs, quibus perficiantur ad operandum.

¶ Argumentorum ergo primæ opinionis ad probandum eandem esse omnino gratiam communiter dictam & sacramentalem, primum est. Gratia communiter dicta & sacramentalis non differunt, nisi sicut sanitas, quæ fit per naturam, & illa quæ fit per artem. Quoniam sacramenta sunt medicina: eadem autem sanitas est, quæ fit per naturam & quæ per artē. vt. 7. metaphy. ait Aristo. ergo eadem est gratia. Respondetur ad maiorem, quòd non sic solum differunt: imò quauis per virtutes, quæ cum gratia communiter dicta infunduntur homo efficiatur habilis ad operandum, tamen gratia sacramentales adferunt nobis auxilia contra languorem naturæ. Itaque ad eadem opera concurrunt virtutes & illa auxilia, sed tamen diuersis rationibus. Exempli gratia. Ad fidem firmiter protestandam fides ipsa concurrat: imò & fortitudo, quæ est virtus moralis: sed insuper adhibetur per confirmationem auxilium, sicuti ad rem vxoriam dignè exercendam concurrat temperantia: sed gratia sacramentalis nouam fert opem. Alia sunt huius figuræ, quæ quisque potest apud Paludanu, videre & facile diluere. ¶ Contra hanc verò sententiam militare aliud videtur postremum hoc argumentum. Si gratia sacramentalis aliqua ratione à gratum faciente differt, sequitur, quòd ille qui plura sacramenta recepit, & per peccatum mortale à gratia cecidit, dū postea à peccato resurgit nõ solum ad gratia gratum

Bonauen.

Richardus.

Argumenta primæ opinionis.

Primum argumentum. S. Thom.

Secundum argumentum.

Argumentum aliud.

Sacramento rum auxilia

tum facientem resurgat, verum & ad sacramentales, secundum proportionem conatus, quo resurgit: quandoquidẽ nõ est maior ratio, vt resurgat ad vnã quam ad alias: consequens tamen videtur falsum. Sint enim, verbi gratia, Petrus qui non aliam recipit gratia quam gratum facientem in baptismo: Paulus verò fuit præterea confirmatus: sed nihilominus Petrus exercitio virtutū in gratia æquali gratum faciente existit cum Paulo: delinquant ergo ambo æquali culpa, resurgantq; postea æquali conatu, tunc clarum est ad gratiam æqualem gratum facientem ambo resurgere: ergo Paulus nõ recuperat gratia nouam virtute confirmationis: alias illa esset auctior: quòd si gratia confirmatio nis nõ recuperat, cū recuperet illam quæ est gratum faciens, fit vt inter se differant. Respondetur quòd licet ad gratia æqualem & amicitia Dei resurgant, nihilominus Paulus recuperat illam cum auxilio speciali gratia confirmationis quo caruit Petrus. Idemq; de alijs sacramentis sentiendum. ¶ Primum argumentum S. Thom. est Per gratia virtutū & donorum sufficienter anima perficitur & quantum ad eius essentiam & quantum ad potentias: Gratia autem non ordinatur nisi ad animæ perfectionem: ergo gratia sacramentalis superuacanea est. Respondetur ad maiorem, quòd gratia virtutū & donorum sufficienter animam perficit quantum ad generale ordinem studiosè agendi: sed tamẽ gratia sacramentalis addit singularia auxilia Dei respectu singularium effectuum modo exposito. ¶ Secundum argumentum est. Gratia ordinatur ad compurgandū animam à peccatis, ex quibus omnis defectus inserpit, per gratiam autem virtutū & donorum sufficienter excluduntur omnia peccata nullum est enim peccatum, cui nõ sit aliqua virtus contraria: gratia ergo virtutū & sacramentalis cum ad eosdẽ defectus tollendos referatur, eadẽ sunt. Responso autem est, quòd per virtutes & dona fati excluduntur peccata quantum ad præsens & futurum, vt pote per quæ oblistitur ne homo peccet. Sed tamen per sacramenta Deus fert nobis opẽ respectu præteritorum. Per baptismum enim remittitur nobis originale, & per confirmationem corroboratur debilitas, quã inde cõ

traximus: & per penitentiam remittuntur actualia peccata commissa: & per eucharistia cibamur ad reficiendū spiritua lem calorem, quem nobis peccata restinxerant: & per extremam vnctionem abstergantur peccatorum reliquæ: per gratiam ordinis adiuuamur aduersum torporem & segnitie, vt digne administremus sacramenta: ac deniq; per gratiam matrimonij speciali auxilio debilitatur mala concupiscentia. ¶ Tertium argumentum est. Omnis additio vel subtractio in formis, vt. 8. metaphy. Aristo. docuit, speciem variat. Si ergo sacramentalis gratia aliquid addit supra gratiam virtutū & donorum, æquiuocè gratia dicitur: vnde fit consequens, vt cū definitiuus sacramenta nobis conferre gratiam, non inde certiores facti simus, quòd aliqua Dei amicitia inde nobis accrescat. Est autem responsio notanda: nempe, quòd gratia sacramentalis nõ est profus diuersa à gratia communiter dicta: sed habet se sicut species ad genus: gratia enim communiter dicta idem est, quòd supranaturale donum, quòd est commune ad gratiam gratum facientem, & ad quæcunq; gratuita auxilia: gratia verò sacramentalis, vt expositum est, dicit infusione gratia gratum facientis, vel eius augmentum cum certo auxilio: & ideo habet se sicut homo ad animal.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS III.

Vtrum sacramenta nouæ legis continent gratiam.



VAESTIO hæc videri legenti potest superuacanea: nam postquam definitum est sacramenta nouæ legis gratiam conferre, inde fieri videtur consequens gratiam continere: si quidem effectus omnis in sua continetur causa. Mouetur autem ad maiorem explanationem. Est namq; modus loquendi sumptus ex Hugone loco supra citato lib. 1. de sacram. par. 9. c. 2. dicente, quòd sacramentum nouæ legis ex sanctificatione continet inuisibilem aliquam & supernaturalem gratiam, quem quidem loquendi

Hugo.

*Concilium
Florētinum.*

modum concilium Florētinum in instru-
 ctione Armenorum suscepit: vbi habe-
 tur, quod nostra sacramēta & continent
 gratiam, & dignè suscipientibus confe-
 runt. Quapropter supposita distinctio
 ne D. Tho. facilibus conclusionibus res-
 pondet. Distinctio est. Aliquid dicitur
 esse in alio multipliciter: scilicet, in loco
 vt conuentus D. Stephani est Salmanti-
 cæ: vel in tempore, vt qui viuimus, mo-
 dō fumus, ac multis alijs modis. Duo au-
 tem sunt ad propositum: quare duæ sta-
 tuuntur conclusiones. Prior est. Gra-
 tia continetur in sacramento nouæ legis
 tanquam in signo: eoq; per diuinam in-
 stitucionem est signum eius certissimū.
 Atque hoc pacto gratia quoque conti-
 nebatur in sacramento circuncisionis ve-
 teris legis: vt pote, quæ institutione di-
 uina certissimum erat gratiæ signum sub
 illa ceremonia collatæ. Quod autem res
 significata contineatur in signo, quando
 signum est certum, non est fictio, sed ve-
 ritas. Quando enim cuiusdam rex chiro-
 graphū confert, quo vel magistratū vel
 aliud quodpiam beneficium pollicetur,
 in illo signo beneficium illud cōtinetur.
 Cum ergo Deus sacramentum tanquam
 signum instituerit, sub quo gratiam pro-
 culdubio collaturus est, eadem gratia cō-
 tinetur in illo. Posterior conclusio. Gra-
 tia continetur in sacramento nouæ legis
 tanquam in causa instrumentali. Effectus
 enim cōtinetur in causa, quæ perfectè est
 causa, tanquam in eius virtute vnde emā-
 nat: sicuti arbor & seges in femine. Di-
 xerim autem in causa per se: nā effectus
 causæ per accidens non propriè contine-
 tur in illa. Cum enim citharædo est me-
 dicus, sanitas nō continetur in citharæ-
 do, sed in medico. Et cum fodiēs vineam
 inuenit infossam aurum, thesaurus ille
 non continebatur in fossione illa, vt po-
 te quæ ad illum effectum minimè refere-
 batur. Tripliciter autem cōtingit effectū
 contineri in causa. Vno modo tanquam
 in causa vniuoca: vt filius continetur in
 patre, qui est eiusdem speciei & ordinis:
 & hoc pacto gratia non continetur in sa-
 cramento, vt pote cum gratia sit spiritua-
 lis, sacramentum verò sensibile, atque
 adeo non sunt eiusdem speciei. Secundo
 modo tanquam in causa æquiuoca: vt, ho-

*Prior conclu-
sio.*

*Posterior con-
clusio.*

*Tripliciter
effectus cōti-
netur in cau-
sa.*

mo continetur in Sole, qui est alterius
 speciei & ordinis: nam sol & homo gene-
 rant hominem. Sed neq; hoc pacto gra-
 tia continetur in sacramento. Nam cau-
 sa æquiuoca formam habet propriam,
 permanentemq; agendi virtutem: sicut,
 sol per eminentem virtutem naturalem,
 quæ in ipso permanset, hæc in feriora pro-
 ducit. Quo vtiq; modo virtus gratiæ non
 est in sacramento. Quare hoc pacto gra-
 tia est in solo Deo, cuius propria virtute
 & autoritate, quæ altioris ordinis est,
 gratia in nos effunditur. Est ergo gratia
 in sacramento nouæ legis tanquam in vir-
 tute instrumentali recepta à superiori a-
 gente: sicuti lectus est in dolabra & in
 ferra. Per virtutem enim Dei sacramen-
 tum gratiam confert.
 Res est plana, in qua nihil immorandū
 est. Sed hoc tantum adnotandum, quod
 sacramentum non per accidens est cau-
 sa gratiæ, sed per se instrumentalis, ea-
 demq; ex institutione diuina certissima:
 quippe quæ ad illum effectum ordinatur
 vt instrumentum artis, & non sicut dice-
 bamus de fossione thesauri. Aliàs gratia
 non contineretur in illis.
 Primum argumentum D. Thom. est fa-
 cillimum. Gratia non est in sacramento,
 neque tanquam in subiecto, neque tan-
 quā in vase: quia vas est locus, & gratia
 cum sit spiritualis non est in loco: ergo
 nullatenus est in illo. Argumentū hoc fe-
 cit ad exponendum illud. Ezech. 9. Vnus
 quisq; vas interfectionis habet in manu
 sua, vbi vas nō accipitur pro loco, sed p-
 instrumento interfectionis. Et hoc pacto
 gratia est in sacramento, nō vt in subiecto
 aut in vase, si accipiatur pro loco, sed si
 accipiatur pro instrumento. Inde autem
 sumptum est, vt vas pro interfectionis
 instrumento accipiatur, q̄ gentiles in vase
 propinabāt reis lethale venenū. Secūdo
 arguitur. Sacramenta in hoc instituta
 sunt, vt per illa gratia recipiatur, Gratia
 autem non potest de subiecto in subie-
 ctum transire: ergo si postea est in ani-
 ma non erat prius in sacramento. Res-
 pondetur argumento concludi, gratiam
 non esse in sacramento tanquam in sub-
 iecto: alioqui eadem non transiret in a-
 nimam, sed quia infunditur à Deo in
 animam per sacramentum, est in Deo
 tanquam

*Expositio ar-
ticuli.*

*Primum ar-
gumentū D.
Thom.*

*Secundum ar-
gumentū D.
Thom.*

tanq̄ in causa principali, & in sacramen-
 to tanq̄ instrumentali, ac demum in ani-
 ma tanq̄ in subiecto. Tertio arguitur.
 Spirituale, etiam si sit in corporali, nō ta-
 men cōtinetur ab illo: vt anima nō cōti-
 netur à corpore, sed ipsum cōtinet: quia
 ipsum conseruat. Ergo & si gratia sit in
 sacramento, non continetur ab illo. Res-
 pondetur quod quando spirituale perma-
 nēter est in aliquo tanq̄ in subiecto,
 illud potius continet q̄ contineatur ab
 illo: quando verò est in illo secundū esse
 fluens, hoc est, emanat ab illo, aut fit per
 illud, non inconuenienter dicitur conti-
 neri in illo, tanq̄ in causa vel principali
 vel instrumentali.

ARTICVLVS III.

*Utrum in sacramentis sit aliqua virtus effectrix
gratiæ.*



T hic quoque articulus ad
 exponendum modum, quo
 sacramenta gratiam confe-
 rant, adhibetur, Tribus ergo
 conclusionibus respon-
 detur. Prima est. Illi qui ponunt sacra-
 menta nō esse propriè gratiæ causam ali-
 quid operadōsed tanquā signum ad cuius
 præsentiam deus illam solus opera-
 tur nullam in sacramento affirmant esse
 virtutem, præterquā illam solam, qua
 Deus est, sacramento assistens. Illam au-
 tem opinionem satis supra articulo pri-
 mo reprobata reliquimus. Secunda
 conclusio. Illis, qui affirmant (vt res ha-
 bet) sacramentū nouæ legis esse causam
 instrumentalem gratiæ, necessarium est
 simul fateri quod in illo sit quædam in-
 strumentalis virtus ad eundem effectum.
 Atq; hæc est assertio Augusti. super Ioan-
 nē vbi ait. Vnde tāta vis seu virtus aque,
 vt corpus tangat & cor abluat: & Beda
 super Lucā, Dominus, inquit, tactu suæ
 mundissimæ carnis vim regeneratiuam
 cōtulit aquis. Tertia conclusio. Virtus
 principalis agentis habet permanens &
 completum esse in natura: sicuti est vir-
 tus Dei ad conferendam gratiam: virtus
 autem instrumentalis: quæ est in sacra-
 mento, habet esse incompletum & tran-
 siēs ex vno in aliud: scilicet, à deo in ho-

*Prima con-
clusio.*

*Secunda con-
clusio.*

*Tertia con-
clusio.*

minem: velut motus est actus imperfe-
 ctus, & fluxus quidam ab agente impa-
 tiens. Probatur conclusio. Virtus enim
 instrumentalis eandem proportione ha-
 bet ad virtutem principalis agētis, quā
 habet instrumentū ad ipsum principale
 agens. Instrumentum autem, vt dictum
 est, non operatur nisi motum à principa-
 li: ergo virtus instrumenti, hoc est, sacra-
 menti non est nisi motus & fluxus tran-
 siens à virtute, quæ permanet in Deo ad
 animam suscipientis sacramentum.
 De hac virtute, vt D. Tho. docet, sunt
 duæ opinionēs. Prima Scoti & neoterico-
 rū ferè omnīū, quod in sacramento nulla
 est virtus præter diuinam illic assistentē.
 Sed tamen hæc opinio negat sacramēta
 ad gratiam concurrere, quod iam supra
 impugnatum est. Alia est. S. Tho. & anti-
 quorum opinionem, vt illic monstrauimus,
 quod sacramenta sunt instrumenta con-
 ferendæ gratiæ: ad quam fit consequens
 aliquam eis in esse instrumentalem vir-
 tutem à principali agente: nempe à Deo
 illis impressam. Quænam autem res sit
 hæc virtus discipuli. S. Tho. diuise sen-
 tiūt. Sunt enim tripartiti. Paludanus in
 4. dist. 1. q. 1. & Capreo. eodem loco arbi-
 trantur præter motum, verbi gratia, quo
 aqua baptismi abluat, inesse in ipsa &
 verbis quandā qualitatem diuinitus im-
 pressam, quæ sit virtus conferendæ gra-
 tiæ. Nisi quod Palud. existimat illam ex
 parte subiecti, & ideo arbitratur illā esse
 corpoream. Capreo. verò ex parte effe-
 ctus, qui spiritualis est, eam cōsiderans,
 ait esse spiritualem. Et in hoc similis lo-
 quitur & veritati & dictis. S. Tho. qui in
 primo argumento spiritualem eam ap-
 pellat. Contra hæc autem opinionem tā
 Durā. in 4. d. 1. q. 4. quā Scotus. d. eadem
 q. 7. multis modis argumētantur. Primū
 q̄ si est corporalis, non potest effectum
 spiritualem, qualis est gratiæ, attingere. Si
 verò spiritualis, nequit in subiecto cor-
 porali existere. Anima enim, quia est in
 toto corpore & in qualibet parte, intelli-
 gitur animare corpus: habitus autē vel
 actus spiritualis, cum sit impartibilis, re-
 cipi in corpore quāto nō intelligitur: si-
 cuti neq; corporale accidēs potest spiri-
 tuali subiecto inharere. Secundo, quia
 qua ratiōe inest rebus, quæ sunt materia
 E 4 sacramenti,

*Expositio ar-
ticuli.*

Paludanus.

*Cōtra argu-
Dnr. & Sco.*

sacramenti, deberet inesse verbis, imò & ministro, qñquidem omnia sunt de eius essentia: vnā autem virtutē in subiectis tam diuersis collocare, dissonū rationi est. Si autē in singulis singularē virtutes, iā nō vna virtus, sed plures essent, quæ esset maxima rerum multiplicatio. Imò de verbis arguitur, q̄ cum sint entia successiua, neq; vni dictioni cōtinuetur alia, neq; verò syllabæ syllaba, in qualibet deberet esse sua virt⁹. Quòd si dicas non esse nisi in vltima: eò quòd tūc confertur gratia, in contrarium facit, q̄ tota verborū forma concurrat ad gratiā: quare in tota deberet esse: quod tamen difficultimū intellectu est. Nam si illa virtus est permanens, non potest rei successiue inherere. Si autem est fluēs, sicut oratio, tūc fatis est illam virtutem esse motum aquæ, & verborū, quo institutione diuina, vt inquit Aug. corpus tangitur & cor abluitur. **H**æc autē atq; id genus plura argumenta Paluda. & quod suū ingenū est Capreo. multò fufius loco citato dissoluere cōtendit. Id autē in presentiarū superuacaneū duxerim, eò q̄ licet possēt vtcunq; dilui, arbitror tamen istā opinio nē neq; rationi neq; D. Tho. esse germanā. Est enim entitates, quas vocāt, nulla cogente necessitate multiplicare. **E**st ergo mens D. Th. vero consonatissima: quā Caiet. loco presentī sciēter exponit, Nēpe virtutē sacramētorum nihil aliud esse, quā motū, quē recipiūt. Hoc autē multis probatur. Primò, ratione cōmuni instrumenti. Prædixerat enim D. Th. ar. i. causam instrumentale non agere per virtutē suæ formæ, sed solū per motum, quo mouetur à principali agente: & hoc modo sacramētū esse causam: non ergo habet aliquā formā agendi præter naturalē virtutē abluendi, sicut serra non habet nisi dētes. Vnde sicut serra mota per artē non recipit aliā virtutē fabricādi leuē, quā motū ferrādi hoc vel illo modo: ita aqua baptisui nō recipit à Deo, autore gratiæ, virtutē aliā, quā motū, quo per eius ministrū ex sua ipsius institutione mouetur intētionē faciendi hominē ei gratū. Idē hic, prfus ait S. Th. Nēpe, q̄ virtus instrumentalis sacramēti habet esse transiens à Deo in hominē, sicut motus, qui transit ab agente in patiens.

Paluda.

Tercio opinio D. Thom.

Alludit huc autoritas Bedæ: scilicet, q̄ domin⁹ tactu suæ mūdissimæ carnis vim regeneratiuā contulit aquis. Vbi vox illa, vis, nō significat qualitatem aliquam aquæ impressam, sed tantū eius idoneitatem ad illū effectū: hoc est, quòd tūc aquā Christus ad illud destinauit officiū, quæ quidē quodāmodo fuit inchoatio virtutis: ergo cum postea reuera Christ⁹ eadē aqua ad eūdē effectū p̄ suū ministrū vtitur, nihil ei cōfert aliud, quā motū. **Q**uod si cōtra arguas. Dū quis emittit sagittā secundum opinionē magis communem, & Arist. 8. phil. magis allonantē imprimitur in ea impetus, aliās nequit sagitta, postquā à sagittante elongatur, moueri, cū motus ille sit violētus. Sacramētū autē videtur instrumentū separatū à Christo: nō enim est sicut man⁹ eius, aut calamus quē solo motu moueret: ergo pari modo imprimitur in eo aliquā virtutē. Respondetur autē per intertptionē minoris. Imò hoc argumentū rē elucidat. Cū enim artifex mouet instrumentū tactu cōiunctū, vt calamū vel ferrā, nihil aliud ille imprimit, quā motū: secus autē dū mouet instrumentū separatū, vt sagittam: respectu verò Dei omnia sunt instrumenta cōiuncta, eò potissimū q̄ Christus in quantum homo, exercet sacramētalem actionē per suū ministrum, cui ideo est instrumentum coniunctum. **A**rgumentorū solutionibus S. Th. veritatē apertius confirmat. Est enim primū id ipsum quod Sco. & Durā. faciunt. Virtus gratiæ collatiua est spiritualis, sicut ipsa gratia: virtus autē spiritualis esse nequit in corpore, neq; tanquā ei propria: quoniā cū virtus rei profluat ex eius essentia, sicuti potētia ab anima, non potest eandē essentiā transcendere, & tamen spiritus transcendit essentiā corporeā, neque sicut recepta ab alio, nā forma recipitur admodū recipiētis: quare spiritus nō est in corpore, nisi anima, quæ est in qualibet parte corporis. Respondet autē q̄ licet virtus spiritualis non possit esse in corpore per modum permanentis, potest tamen, qñ est instrumentalis, esse in illo, quatenus illud corpus mouetur à substantia spirituali ad effectū spirituale. Ecce illa virtus nō est nisi motus. Et subdit exemplū aptissimū. Sicut corporalis vox

Argu. cōtra

Primum argumentum S. Thom.

Exemplum eò q̄

Duplex motus instrumenti.

Secundum argumentum.

eò q̄ ab spirituali intellectu mouetur cū intētionē significādi, per illū motū generat quoq; spirituale effectū in mente audiētis. Idē est de musico qui fides pcutit lyre. Oportet enim meminisse illi⁹ duplicis mot⁹ instrumenti, quē supra denotaui mus. Quorū alter est eius, proprius, alter verò artificis, & prior est materialis respectu posterioris, posteriorq; priorē informat. Enimvero si quis absq; arte chordas lyre tēgat, nullā certē musicā, sed rudes tantū modò edet sonos, illarū, proprios: dū aut per artē mouētur, recipiūt motū artis q̄ est virtus faciēdi musicā. Idē est de calamo, si moueretur ab illo, qui scribere necit, tantū duceret ineptas lineas per propriū motū calami: dū autē mouetur ab illo qui est scribēdi peritus, delineat characteres. Pari ergo modo in sacramēto, verbi gratia, baptisui, si quis puerū ablueret nō intētionē Christi, & motu ab illo instituto, tantū ablueret corpus motu proprio aquæ. Quādo verò aquā illā mouet intētionē Christi, facit hominē Deo gratum. **E**odem tendit solutio secundū quod est hoc. Omne quod est, reducitur ad aliquod genus entis, & ad aliquē gradum boni, virtus autem sacramenti non apparet in quo prædicamento ponatur, quia neq; est substantia, neq; qualitas &c. Neq; apparet quo gradu sit inter bona. Sunt enim tres bonorū gradus in hac vita. Infima nāq; sunt bona temporalia, vt potē quæ non sunt ad æternā fœlicitatē necessaria, inter quæ non annumerantur sacramenta, quippe quæ sunt de necessitate salutis. Alia sunt media, vt potentia naturales animæ quib⁹ bene & male possumus operari, quibus neq; sacramenta connumerantur cū sint virtutes supernaturales. Alia sunt maxima bona vt gratia & charitas & reliquæ virtutes animæ, quæ tantum sunt ad bene operandū, ad quem utiq; gradum sacramenta non videntur attingere. Respondet autem persistēdo in eo, quòd huiusmodi virtus nō sit nisi motus diuinitus influxus. Motus autē non est per se in prædicamento, sed reducitur ad genus sui termini, tanquam imperfectum ad perfectum, vt alteratio ad genus qualitatis, & augmentatio ad genus quantitatis: quia illa, dum passiue accipitur, est imperfecta acquisitio qua-

litas, & hæc quantitatis. Eodē ergo modo virtus sacramenti non est propriē in aliquo genere, sed reducitur ad genus & speciem perfectæ virtutis: videlicet, qualitas in quo ponitur gratia & charitas & ceteræ virtutes, quæ virtute sacramentali infunduntur. **C**æue ergo, ne cōtēdas sanctum Doctorem redarguere, eò quòd q. i. assuerit sacramentum poni in genere signi, nunc autem dicat virtutem eius reduci ad genus qualitatis. Aliud enim est loqui, vt illic admonuim⁹, de sacramēto in genere & in vniuersali, quaten⁹ est cōmune nostris & antiquis, quod in eo consistit quod est esse signum: aliud verò de virtute sacramenti nouæ legis, quæ est productiua gratiæ. Præterea adnotato, quòd virtutes infusas collocamus in prædicamento qualitatis, vbi ponuntur acquisitæ. Tamen si quatenus sunt supra naturaliter infusæ, posset dici quòd transcendunt omne prædicamentū, sicuti Deus. **T**ertium argumentū est. Si talis virtus sacramentis inest, non efficitur nisi per creationem à Deo, inconueniens autem videtur, vt protinus peractō sacramento tam insignis virtus dispereat. Respondet quòd quia talis virtus non recipitur in sacramento nisi quatenus ipsum à Deo mouetur, hoc est, quaten⁹ & benedictione & applicatione ministri accommodatur ad vsum, nihil absurditatis est, vt vsu illo sacramenti transeunte, virtus simul diffluat, quæ erat eius mot⁹. Vnde Aug. dicit in quodam sermone de Epiphania. Nec mirum quòd aquam, hoc est, substantiā corporalē ad purificandā animā dicimus peruenire: puenit planē & penetrat cōsciētie vniuersa latibula. Quāuis enim ipsa sit subtilis & tenuis, benedictione tamen facta subtilior occultans vitæ causas, ad secreta mētis subtiliore pertrāsit.

Expositio S. Thomæ.

Tertium argumentum S. Thomæ.

ARTICVLVS. V.

Utrum sacramenta nouæ legis habeant virtutem à passione Christi.



Articulus hic optima consequentia superiori adiungitur. Enimvero quoniam dictum est sacramentis inesse virtutem diuinam, tanquā Dei instrumentis, consequens est inquire

revere vtrum illa virtus efluat à Deo secundum suam diuinitatem, seu virtutes naturales rerum, an verò à Christo in quantum est homo, & si ab ipso vtrum à tota eius vita efficaciam habuerit, quandoquidem per totam meruit nobis gratiarum Charismata, an verò à passione eius peculiariter, potiusquam à natiuitate vel à resurrectione. D. ergo Th. supposita distinctione duabus conclusionibus respondet. Prior est. Virtus salutifera à diuinitate Christi per eius humanitatem in sacramenta deriuatur. Probatur. Sacramenta vt dictum est, sunt velut diuina instrumenta: instrumentum autem respectu principalis agentis duplex est: vnum scilicet coniunctum tanquam eius membrum: atq; aliud separatum, vt baculus. Et per coniunctum mouet separatum. Vt homo manu mouet baculum. Causa autem principalis gratia, Deus est, & peculiariter filius: nempe, Christus: instrumentum verò sibi coniunctum est eius humanitas, per quam nostram operatus salutem: iuxta illud Pauli ad Romanos. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne: instrumentum autem separatum est sacramentum, atq; adeo sicut motus ab homine per manum pertingit ad baculum, sic & virtus gratia à Deo per humanitatem deriuatur in sacramenta. Posterior conclusio est magis particularis. Sacramenta ecclesie specialiter habent virtutem ex passione Christi, per que scilicet sacramenta virtus eiusdem passionis nobis quodammodo copulatur. Et est egregia demonstratio. Sacramentum enim vt à questione prima huc vsq; sæpe repetiimus, ad duo ordinem habet, videlicet & vt remedium sit & medicamen ad expianda peccata seu originalia: seu actualia, quæ transeunt actu & manent reatu, & præterea vt tanquam religionis ceremonie animam ad Dei cultum perficiant. Vtraque autem ratione specialiter deriuantur à Christi passione. Priori scilicet quia Christus præcipue per suam passionem liberauit nos à peccatis nostris, non solum efficienter & meritorie, sed etiam satisfactorie: posteriori verò, quia per eandem passionem inchoauit ritum Christiane religionis, offerens se ipsum, vt habetur ad

Prior conclusio.

Rem. 8.

Posterior conclusio.

Ephes. 5. oblationem & hostiam Deo. In cuius ideo memoriam præcepit nobis offerri quotidianum sacrificium missæ, ad quod vniuersa nostra sacramenta & sacrificia referuntur. Colligitur ergo conclusio, quod specialiter sacramenta à virtute passionis Christi habent efficaciam. In cuius signum ex latere Christi pendentes in cruce fluxerunt aqua & sanguis. Quorum prius pertinet ad baptismum, posterius verò ad Eucharistiam, quæ sunt potissima sacramenta.

Hic primum omnium adnotandum est instrumentum coniunctum bifariam dici, scilicet, aut per informationem, & continuationem vt membrum: aut per contactum. Vnde baculus dicitur separatim vt opponitur coniuncto priori modo: sed tunc dicitur coniunctum posteriori modo respectu instrumenti separati, id est, quod elongatum ab agente mouetur: vt sagitta. Quemadmodum, ar. 1. & 4. diximus sacramenta esse instrumenta Deo coniuncta per assistentiam, quibus ideo Deus non aliam imprimi virtutem, quam motum: sicut homo nullam aliam imprimi baculo. In præsentiarum ergo accipitur coniunctum, vt membrum & separatum vt baculus qui est per contactum coniunctus. Arguitur autem quod humanitas Christi non fuerit eius instrumentum. Etenim instrumentum coniunctum per continuationem non dicitur nisi membrum: vt oculus, manus, &c. humanitas autem est tota natura. Respondetur argumentum, probare in homine puro humanitatem non esse instrumentum: attamen quia Christus absque humanitate erat per se suppositum diuinum, dum illam assumpsit, in qua etiam homo subsisteret, quodam modo dicitur per eam tanquam per instrumentum humana opera exercuisse. Cæterum autoritatem illam glossæ ad Ro. 5. quod ex latere Christi effluxit aqua & sanguis, quibus potissimè sacramenta designantur, Hæretici iam pridem bifariam deprauare conati sunt, vt de celebr. missa. c. In quadam & clæ. de sum. trin. & fid. cath. refertur: videlicet, quod non aqua exierit, sed phlegmaticus humor, in quem ideo aquam calici infusam conuertit aiebant: propterea quod aqua pura ex homine exire non potest. Secundò censebant humores illos non

Expositio articuli.

Arguitur de humanitate Christi.

Ex latere Christi fluxit sanguis & aqua.

Canon.

exiisse de Christo mortuo: sed de viuente: nam à cadauere exire non consueverunt. Quare quod ait Ioan. cap. 19. quod cum milites vidissent eum mortuum: non fregerunt ei crura: sed vnus eorum lancea latus eius aperuit, non arbitrabatur eodem ordine gestum, quo Euangelista refert: sed per recapitulationem vulnus lateris retulisse, quod antea factum fuerat. Vterque autem est error duobus allegatis locis condemnatus. Imò verò Euangelista satis vtrunq; respuit. Ait siquidem aquam exiisse cum sanguine, idque post mortem. Nam cum dicat, non fregerunt ei crura, sed vnus militum, &c. coniunctio sed, continuationem significat. Quod autem aqua exierit, miraculo tribuitur, ad designandum sacramentum baptismi. Quale autem miraculum illud fuerit, infra. d. 3. ar. 4. vbi hoc rursus argumentum redibit, disputabitur. Hoc autem ex hac veritate argumentum emergit. Si fluxus ille defuncto iam Christo contigit, nequiuisset meritorius, sanè cum Christus, nisi quandoquid erat viator, mereri non potuit, gratiam autem sacramentorum Christus in cruce meruit, non ergo per illum fluxum collata est sacramentis virtus eandem conferendi gratiam. Ad hoc autem bifariam responderi potest. Primum quod cum tantum anima, quam corpus mansissent diuinitati coniuncta, potuit tunc diuinitas ipsa per illas partes humanitatis mereri. Hæc autem solutio non apparet legitima: nam cum anima esset à corpore separata, non erat tunc Christus homo, atque adeo nec viator, cuius proprium est mereri. Ideo secundò respondetur, quod Christus per suam passionem trifariam vt hic ait D. Tho. operatus est nostram salutem: scilicet, efficienter: quatenus humanitas instrumentum erat eius coniunctum omnium operum, quæ ipse fecit: ac meritorie, nam solus ipse potuit mereri alijs de condigno, & satisfactorie effundendo sanguinem in precium salutis nostræ. Post mortem ergo licet ille fluxus non potuerit esse meritorius, potuit tamen esse causa instrumentalis gratia, vel, si verbum D. Tho. spectes, potius signum paratæ salutis nostræ per passionem. Vbi enim dixit, consummatum est, significauit illa spiritus exhalatione mysterium re-

Argument.

Responsio.

demptionis perfectum in, in cuius signum effluxit aqua & sanguis, quasi tunc esset apertus fons, ex quo gratia sacramentorum scaturiret, ac subinde coelorum ianua, reclusa quò nos eadem sacramenta perducunt.

At verò contra hanc sententiam arguitur. Primum argumentum. Tota vita Christi, & singula eius actiones ab instanti suæ conceptionis fuerunt nobis meritoria: nam totam vitam pro salute nostra obtulit Deo patri, atque adeo per totam meruit nobis remissionem peccatorum, sicuti per passionem non ergo peculiariter à passione, quam à tota vita deriuata est sacramentorum virtus. Quod si dicas passionem fuisse magis meritoriam, hoc non satisfacit. Primum quia tunc satis esset dicere magis deriuari à passione, quam ab alijs mysterijs. Et tamen D. Tho. ait, quod specialiter deriuata est à passione. Si autem dicas, quod per passionem, quia erat opus poenale satisfactum, & non per alia opera, hoc falsum est: nam licet operibus poenalibus peculiare sit esse satisfactoria, tamen omnia meritoria sunt eo ipso satisfactoria. Præterquam quod Christus multa alia opera pertulit poenalia, vt: circūcisionem, ieiunia, sitim & famem, ac alios labores. Secundò arguitur. Secundum argumentum. Quodcumque opus Christi fuit infinite meritorium & satisfactorium: quia erat suppositum infinite gratum Deo: non ergo passio fuit opus magis meritorium, aut satisfactorium, quam aliorum quodlibet. Ad hæc argumenta responderi vno modo posset, vt in 3. d. 18. & 19. respondere videtur Durand. & alij: quod licet Christus quolibet opere meruerit nobis sufficienter, quia infinite: nihilominus per passionem meruit nouo actu: & ideo meruit aliud & alio modo, & fortè ampliori. Itaque id quod debebatur ratione prioris actus, debebatur nouo debito ratione subsequentis. Hæc tamen solutio profectò non ad plenum satisfacit, nam si quodlibet opus oblatum fuisset, & acceptum tantum totale meritum & precium redemptionis, superflua essent opera subsequenter. Præterea, non magis nos per passionem redemisset, quam per alia opera: cuius contrarium sacra testimonia affirmant: atque adeo nec sacramenta ab eadem passione potius quam ab alio quolibet eius opere

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Responsio.

Impugnatio.

*Responsio le-
gitima.*

re habuissent virtutē. Respondetur ergo quod de vita Christi, quātum ad eius meritum & satisfactionem attinet, ita sentiēdū est, ac si tota fuisset vnus actus ex pluribus partialibus actionibus constans, quæ quidem vita cōsummata fuit in passione. Enimvero cū Christus redēpturus nos esset à peccatis, quæ per Adā contraximus, & illi si de ligno scientiæ boni & mali ederet proposita fuerit pēna mortis. (Vnde Paul⁹. Per vnum hominem introiuit peccatum in orbem, & per peccatū mors) decuit vt Christus non nisi per suam mortem plenē satisfaceret à peccatis: quare hæc fuit potissima & sapientissima Dei constitutio. Ex hoc ergo fit cōsequēs, quod cordatissimē in præsentiārum animaduertendum est, Christum & si per quemlibet actum nobis meruerit, nullum tamen obtulisse tanquam plenarium meritum, totalemq; satisfactionem redemptionis nostræ: sicuti si per vnam actionē prolixam statuisset nos redimere, nō singulas partes obtulisset tāquam integrum pretium redemptionis, sed tāquam partem. Consequitur ergo, quod per passionem non solum magis meruit, aut satisfecit, quā per alium actum sed quod tunc expluerit, ac persoluerit redemptionis pretium. Quapropter vbiq; sacræ scripturæ passioni meritissimō attribuitur redemptionem nostram, vt citatum est ad Rom. 3. & Apocalip. 1. Dillexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et tunc fuimus Deo reconciliati, iuxta illud ad Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Et tunc fuimus redempti à maledictō legis, iuxta illud ad Galat. 3. Christus nos redemit de maledictō legis, factus pro nobis maledictū. Et tunc liberati sumus à potestate dæmonum, vnde Ioan. 12. imminente passione dixit Christus: nunc princeps huius mūdi eiicietur forās. Tūc demum aperta est nobis ianua cœlestis, secundum illud ad Hebræ. 10. Habemus fiduciam in introitum sanctorū, scilicet, cœlestium in sanguine Christi. ¶ Vnde ad argumēta in contrarium respōdetur, quod & si per quamlibet actionem Christus meruerit nobis, & quidem merito, quod ratione suppositi de se erat infinitum, quantum ad sufficientiam: tamen

valde notanda.

Effectus passionis.

quantū ad oblationē & applicationem nō fuit oblatū tanquā totale, sed tanquā pars illius, quæ erat in passione cōsummā dū. Vnde licet singula eorū meritorū fuerint quo ad sufficientiam infinita, tamē quo ad efficaciam quanto plura fuerunt tanto plus gratiæ confertur nobis per sacramēta. Volo dicere quod si tantū Deus passus esset, & nullū aliud fecisset opus, non tantum nobis impenderetur gratiæ quādo efficitur eius membra. Absurdū enim est negare, quī singulis operū Christi respōdeat in nobis singularis effectus gratiæ: aliās frustra quantum ad nos attinet tot fuissent exhibita, cum tamē totā vitam in nostrum commodum dispenderet. Ecce qua ratione virtus sacramentorum etsi generaliter à tota vita Christi, tamen specialiter ab eius passione deriuatur. ¶ Arguitur autem postremō contra hanc sententiam. Sacramēta fuerūt ante passionem instituta, vt Eucharistia in cœna Domini, & baptismus etiā Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. atq; adeo (vt inferiūs videbim⁹) iam inde habebat suum effectū mundandi ab originali: ergo eorum virtus non deriuatur à passione. Respondetur, quod etsi antea fuerint instituta, instituebantur tamen quasi post passionē tanquam eius instrumenta duratura, atque eius virtute efficaciam habitura. Eo vel maximē: quod (vt modō dicebamus) tota vita Christi reputāda esset sicut vna ei⁹ actio in passiōe cōsummāda, vnde iā ipso viuēte passio erat in fieri, atq; adeo virtute passionis dabat illis Christi vigorem. Nihilominus nec baptismus, nec aliud sacramētum aperiebat tunc ianuā cœlestē antequā passio esset exhibita, quare tunc sacramēta sunt plenariam virtutem sortita. ¶ Primum argumentū, S. Tho. sumitur ex Augustin. super illud Ioannis, verbum erat in principio apud Deum, vbi ait, quod verbum prout erat apud Deum viuificat animas, secundum autē quod factum est caro viuificat corpora. Passio autem Christi pertinet ad carnem: virtus verò sacramenti ad viuificādas animas, ergo talis virtus à solo verbo diuino emanat, & nō à passione. Responsio autem est, sensum Augustini esse, quod verbum, secundum diuinitatē est

*Primum argumentum.
S. Thom.*

agens

agens principale viuificādi animas, hoc est, effundendi gratiam in remissionem peccatorum: carnem autem & mysteria in ea peracta causam instrumentale, quæ ratione virtus sacramentorum effluxit à passione. Vita tamen corporalis Christi non solum tanquā instrumentum, sed tanquā causa exemplaris. fuit causa salutis nostræ docendo nos operari iuxta illud Ioan. 13. Exemplum meum dedi vobis, &c. & primæ Petri. 2. Christus passus est pro nobis, vobis reliquens exemplū, vt sequamini vestigia eius. Et eadem de causa, (vt ait Paul. ad Philippens. 3.) reformabitur in gloria corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ: & hoc est, quod ait August. q. caro factū viuificauit corpora nostra. ¶ Secundum argumentum plusculum difficultatis affert. Arguitur enim quod, licet virtus sacramentalis emanauerit à Christo, non tamen magis ab eius humanitate, quā à diuinitate, nec magis à passione, quā à natiuitate: imò quā à tota vita. Sacramēta nāq; à fide catholica pendēt, iuxta verbum Augustini supra citatum, verbum Dei perficit sacramentum, non quia dicitur, sed quia creditur: confessio autem fidei ad diuinitatem Christi primum refertur, ac perinde ad totam vitā, quam in humanitate transegit. Nihil ergo restat, cur magis à passione, quā à reliquis mysterijs deriuetur. Respondetur, quod aliud est loqui de virtute Christi absolute, & aliud de virtute peccatorum remissiuā. Virtus enim Christi simpliciter, sicuti & Christus ipse, formaliter copulatur nobis per fidem: nam vt ait Paul. ad Eph. 3. Per fidem habitat Christus in nobis. Quare credentes in eum incorporamur ipsi tanquam eius membra, virtus verò sacramentalis est causa instrumentalis peculiaris ad remittenda peccata, siue originalia, siue actualia, (vt dictum est.) Remissionem autem hanc Christus per passionem operatus est: secundum illud ad Rom. 3. Quæ proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Vbi fidem cum sanguine coniunxit in diuersis casibus, eò quod fides est causa formalis per quā illi copulamur, sanguis verò est causa instrumentalis eiusdem remissionis, quæ propriē à diuinitate (vt

*Secundum argumentum.
S. Thom.*

diximus) tanquā ab agenti principali, & à passione instrumentaliter deriuatur. ¶ Tertium demum argumentum est. Sacramēta ordinantur ad nostram iustificationem, secundum illud. 1. ad Corinth. 6. Abluti estis, iustificati estis. Iustificatio autem tribuitur resurrectioni, secundum illud ad Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: ergo ab illa potius quā à passione virtus sacramentorum emanauit. Responsio autem est, quod cū iustificatio duos dicat terminos, scilicet à quo, qui est peccatorum remissio, & ad quem qui est, noua vita per gratiam, prior attribuitur passioni, posterior verò resurrectioni. Quare Paul. ambos coniunxit dicens: Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Virtus autem sacramentalis est peccatorum remissoria.

*Tertium argumentum.
S. Thom.*

ARTICVLVS. VI.

Vtrum sacramēta veteris legis essent causa gratiæ.



Onstituto, sacramēta nouæ legis gratiā diuina virtute, tanquam Dei instrumenta, continere, & conferre: subsequitur articulus postrem⁹ de sacramētis antiqui testamenti, vtrū eandem habuerint virtutem, an potius in hoc fuerint à nostris differētia, & deficiētia. Et respondet D. Tho. tribus conclusionibus. ¶ Prima. Non potest dici, qd sacramēta veteris legis conferrent gratiam iustificantem per se ipsa, id est, propria virtute. Conclusio hæc similiter potest & de sacramētis nouæ legis affirmari. Nam si sacramentum aliquod, vel aliqua creatura virtutē ex se haberet iustificādi, superuacanea fuisset passio Christi, quam in hunc tantum effectum pertulit: vnde Paul. ad Galat. 2. si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est. ¶ Secunda conclusio. Nec dici potest, quod ex passione Christi virtutem haberent conferendi gratiam iustificandī. Probatio autem est pulcherrima. Supponitur enim tam veteres quā nos, imò vniuersos post peccatum Adæ per solam Christi passionem obtinere salutem iuxta illud

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

lud

Iud ad Rom. 5. Reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius. Cum autem nulla causavaleat, nisi per eius applicationem suū effectū assequi, nemo nisi per applicationē eiusdē passionis, salutē cōsequitur. Applicatur autem causa patienti dupliciter, scilicet: vel per solam internam intentionem, sicut finis, per quam movet agentem: aut per realem exteriorēque actionem, quemadmodū applicatur causa efficiens, quādo passum attingit. Ait ergo D. Tho. passionem Christi bifariā nobis: nempe, cunctis mortalibus copulari, nimirum & per fidem, (vt art. precedenti dicebamus) & per sacramenta. Difert tamē inter istas applicationes, quod applicatio p̄ fidē fit per actū internū animę, applicatio verò per sacramēta fit per vsum exteriorum rerum. Nihil autē prohibet, id quod est posterius tempore copulari per actum animę alicui pręcedēti homini. Finis nāq; antequam sit, concipitur ab agēte, & secundum quod est apprehēsus & desideratus, movet ipsum agentem. Id autem quod non est in rerum natura, nō potest movere secundū vsum exteriorum rerum, nam hoc habet rationem causę efficientis, quę non potest esse posterior effectu, sicut causa finalis. Ex his ergo colligitur conclusio. Nā passio Christi exhibita, quę tunc fuit causa nostrę iustificationis, potuit tanquam causa efficiens virtutē prębere sacramentis novę legis, vt eorum vsum cōferretur gratia, non autem sacramētis antiquis: quia cum nondum esset exhibita, nō poterat applicari nisi duntaxat tanquam causa finalis per fidem, per quam ideo illi patres iustificabantur, sicut & nos vbi non esset copia baptismi per actum internę fidei formata iustificaremur. Infert appēdix corolarium. Sacramēta ergo illa veteris legis non in aliud serviebāt, nisi vt essent protestationes eiusdem fidei, quatenus scilicet futuram passionem, eiusq; effectus pręsignabant. ¶ Tertia cōclusio. Patet ergo, quod sacramēta veteris legis nullam habebant in se virtutem, qua operarentur ad conferēdam gratiam iustificāntem, sed solū significābant fidem, per quā illi homines iustificabantur. Cōclusio colligitur ex superioribus: nam si neq; habebāt illam virtutem de se, neq;

Tertia cōclu.

tanquam instrumenta passionis Christi non restat quomodo aliter habuissent.

¶ Quęstio pręsens egregium aperiebat nobis locum disputandi de discrimine, non solū inter sacramenta nova & vetera, verū & inter totā legem illā Moysaycam, & euangelicam: pro eo, quod vt Pau. Rom. 3. & Gala. 2. affirmat, ex operibus legis (& loquitur cū Iudæis) non iustificabitur omnis viuens, & Hębr. 9. appellat illā iustitiam carnis. Vnde Ioan. 1. Lex, inquit, per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Quare illa vocatur lex scripta, nostra verò gratię. At verò quanuis locus pręsens in hęc nos disputationem euocare videatur, nequit tamē tā lucidē hic res tractari quā dist. proximē sequenti. Prior namque eius quęstio de circuncisione instituitur, in cuius ar. 4. ex professo disputatur, vtrum sacramentum illud conferret gratiam iustificāntem. Expectandum ergo nobis est locus ille: vbi hęc pro captu nostro elucidabuntur. Quare in pręsentiarum sicco pede prętereamus.

¶ Primum argumentum. S. Tho. est. Sacramenta novę legis habent efficaciam ex fide passionis Christi, fides autem eadem fuit illis nobiscū communis, iuxta illud 2. Corinth. 4. Habemus eundem spiritum fidei, ergo sacramenta illa perinde ac nostra conferebant gratiam. Responsio autē est, quod cum illis passio solū futura applicaretur, applicatio fiebat duntaxat per internam fidem tanquam causę finalis. Nobis autem applicatur passio per fidem tanquam iam exhibita, atque adeo tāquam causa efficiens, quę secundum realem vsum sacramentalium verum operatur. ¶ Secundum argumentū est. Per sacramēta veteris legis homines sanctificabantur, secundum illud Lenit. 8. Cum sanctificasset Moyses Aaron & filios suos in vestitu eius, &c, sanctificatio autem fit per gratiam: ergo illam conferebant. Respondetur, quod illa sanctificatio non erat per gratiam gratum faciētem, sed tātum figurā Christi, per quā ministri templi diuino cultui dedicābantur. ¶ Tertium autem argumentum totū vsq; ad distinctionem sequentem exponendum reseruat, vbi eiusdem prorsus verbis repetitur. In cuius solutione patebit

Expositio articuli.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

bit circuncisio gratiam non conferebat.

QVÆSTIO. 4. DE Charactere.

S. Thom. 3. par. quęst. 63.

ARTICVLVS. I.

Vtrum sacramentum imprimat aliquem Characterem in anima.



VARTVM capitulum in textu adiectum fuit de Charactere, qui secundus effectus quorundam sacramentorū novę legis existit, de quo ideo subsequitur q. 4. Cuius primus ar. non de hoc aut illo sacramēto, sed sub forma generali indefinitē proponitur. Vtrum sacramentū novę legis imprimat characterē in anima. Art. enim sexto disputabitur, quibus hoc peculiariter sacramentis conueniat. Et respondet D. Thom. vnica affirmatiua conclusione. Omnes fideles per aliqua sacramenta aliquo spiritali caractere insigniuntur. Probatur primò autoritate Apostoli. 2. ad Cor. 1. Qui vnxit nos Deus est, & qui signavit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Signare autē characterem importat, qui est signatio quędam. Autoritati autem subiungitur ratio, ex natura sacramēti desumpta. Sacramenta namque, vt sæpissime resumpsimus, præterquam quod sunt medicinę, quibus Deus nostram nobis confert salutem, sunt & ceremonię & officia, quibus ipsum colimus, ceu eius milites bellum aduersus dæmones carnisq; tentamenta sustinentes: in militia autem seculari illi, qui dant nomina sua, aliquo caractere insigniuntur, vt in militari religione apparet, vbi alij signantur cruce in pectore rubea, atq; alij alba: ergo cōsequens est, vt qui per sacramenta spiritali militię deputātur, aliquo in debili signo cōsignentur, quod characteris nomine appellatur. Confirmatur tertio eadem conclusio autoritate Augustini. 2. libr. contra Parmenianum, quā nos protinus ex

Conclusio.

August.

ponemus. Ait quippe. Si militię characterem in corpore suo non militans pauidus exhorruerit, & ad clementiam imperatoris confugerit, ac prece fusa, & venia impetrata militare sã cęperit, nunquid homine liberato atq; correcto character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? An fortē minūs hęrent sacramenta Christiana, quā corporalis hęc nota? ¶ Primum omnium de hac characteris assertionē dubium est, quā fuerit antiqua, quāq; subinde certa. Sunt enim qui putēt, neq; ita multū esse priscā neq; omnino creditū necessariam. Character enim, vt Hier. si eius est, lib. triformis interpretationis ait, Gręca vox est idē prorsus significans, quod signum, seu insigne quoddā, & figura. Tameñ quod illic habetur: videlicet, Character per, a, in penultima significare impressam formam: character verò per, e, significare ferum quo imprimitur, correptione forsitan indiget, vt pro, character, legendum sit cauterium. Nam character per, e, nusquam gręcè reperitur. Est autem character, nō quęcūq; forma aut signum, sed illa quę vel cauterio vel alia via, etiam per generationem imprimitur. Vnde ad Hębr. 1. vbi ait de Christo Paul. quod est figura substantię patris, gręcè est, character substantię. Et in Apocaly. cap. 13. & subseq. Bestiarum characteres nominantur, figura illę, quas in fronte vel in manu gestabāt. ¶ Scotus ergo in. 4. d. 6. q. 9. tenuissimam opinionem ostendit se habere de caractere. Contendit enim probare, huiusmodi assertionem neq; ē sacris literis, neq; ex sanctorum patrū testimonijs colligi posse, neq; verò per rationem naturalem. Et subiungit, quod cū neq; Magister Sententiarum, neque Gratianus de consecra. dist. 4. vbi sententias patrū de baptismo compilauit, de caractere mentionem fecerit, indicium est nō esse effectum ita multum necessarium. Quin verò idem argumentum facit de Augusto contra Donatistas, quem putat de caractere non meminisse. Quapropter conatur omnes autoritates Characteris infirmare, & aliorū glossare. Et arguit, (licet nomine aliorum characterem negantiū) quod non est ponenda in operibus Dei pluralitas sine necessitate, nulla autem vide

Expositio articuli.

Character.

Scotus.

videtur, inquit, necessitas ponendi characterem. Item arguit, quod si character esset ponendus, imprimeretur nonnunquam absq; gratia: vt in ficto, qui baptizari quidem vult, sed gratiæ obstaculū obijcit: consequens autem videtur Dei sapientiæ dissonum: videlicet, vt eius inimico tantum conferat beneficium. Nihilominus propter solam ecclesiæ auctoritatem tutum non existimat ipsum negare. Ad eundem modum loquuntur recentiores. Quare Durā. d. 4. q. 1. solum ait, omnes modernos confiteri imprimi characterem. Et addit, quod de characterē baptismi nulla est probabilitas, tametsi de characterē ordinis sit nonnulla, cuius rationes articulo proximo expendemus. Imò & hic Caie. exemplo ferè Scoti loquitur. Ait quippe è sacra scriptura characterem non elici, sed ecclesiæ auctoritate, non multum antiqua. Alludens fortè ad auctoritatem Innoc. in ca. maiores. De bapt. & eius effectu. vbi impressionē characteris affirmat vel ad tēpus, Aug. quo cū Donati. litigauit. Sed reuera nescio an hæc verba tam Scoti, quam Caie. & Duran. sint satis circumspecta. Et ideo pro constanti habenda est præsens hæc conclusio. Aliqua sacramenta nouæ legis characterem imprimunt. Quæ quidē tanquam veritas à tempore apostolorū ecclesiæ receptissima proculdubio est suscipienda siue talis character res sit ab anima vel ab intellectu distincta, siue secus. Enimvero si characteris dogma auctoritate ecclesiæ receptum est, vt Scotus ipse, & Caie. ac omnes affirmant, inde fit consequens ex sacris literis secundum apostolorum traditionem id recepisse. Nam res tanti momenti, quanti sunt sacramentorum effectus, non minori auctoritate fidelibus tradidisset, quam apostolorū dogmate instructa. Vnde Th. Valdēsis nobilissimus antiquitatum scrutator tomo 2. de sacramentis. cap. 109. erroris loco apponit Ioāni Vitcleff. q. aduersus Christianorum characterem obmurmurasset. Aiebat enim Hæreticus ille. 4. Trialogi. cap. 15. quod quidam multiplicant in ordinibus, & sacramentis characteres sine fundatione & fructu, & sine scriptura sacra. Cōtra quem ait. Docuit nos semper à primæua fidei institutione mater ecclē

fia, quomodo ex sacramentorum quorūdā acceptione relinquatur in Christi mēbris signaculum saluatoris, quod expresso nomine voluerunt appellare characterem. Quocirca verba Scoti non sine indignatione refert: nempe, quod hoc nō fundetur in sacra scriptura, sed in sola traditione ecclesiæ. Nam si August. (inquit) contra Hæreticos aliam non habuisset arguendi viam, nisi quia ecclesia tum superstes sic docebat, nullatenus eos deuicisset, nec tam prolixis disputationibus opus esset. Officium ergo theologorum est ecclesiæ dogmata in sacris eloquijs fundare. Rursus si oporteret semper patentissima scripturæ loca afferre, nihil catholicus posset contra Hæreticos proficere, quia rarissime sunt tam euidentes. Satis ergo est testimonijs secundum sanctorum interpretamenta vti. Quādoquidem vt. x. Ethi. autor est Philosophus, nō semper exigenda est demonstratio, sed vnūquodq; prout fert rei natura, exigēdū est. Et idē, inquit, VVald. de characterē sentiendum: nam quod vniuersa ecclesia olim sanxit, ab apostolis venisse credimus. Et profectō quando nullum aliud esset testimonium, id satis inde comprobatur, quod in ca. Maiores, & vbiq; apud antiquos habetur characteris memoria, non fit mentio tanquam rei, quæ tūc instituebatur, sed tanquā de re omni memoria hominū antiquiore. Sed multa præterea, eadēq; egregia illic VVald. in hanc sententiam recenset. Primū illud ad Eph. 4. Nolite contristare spiritū sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Super quo verbo Hieron. in annotationibus ait. Symbolum spiritus sancti in dei baptismi accepistis, nouum signaculū habere cœpistis. Et Haymo. Sigillati & assignati estis Deo in diē redemptionis. Quamuis hunc locum D. Tho. art. 3. de gratia interpretetur. Deinde illud. 2. ad Corinth. 1. quod hic refert S. Tho. Qui vnxit nos, Deus: & qui signauit nos, Deus, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Loquitur enim apostolus de vnctione, quæ fit per gratiam, ex qua duplex oritur effectus: scilicet, baptizatos consignari, quod est propriū characteris, & pignus accipere gloriæ, quod est ipsa gratia. Tametsi pignus pro arra

acc

Pignus & arra quid differant. accipiatur. Pignus enim, vt ait. 1. par. sermo. 21. Aug. est, quod dū non soluitur pretiū, apud creditorē deponitur, & pretio soluto repetitur. Arra verò est pars pretij, quæ non repetitur. Et talis est gratia, quippe quæ gloriæ inchoatio est, & cum ipsa permanet cōsummata. Expendēda ergo est vis prædictæ auctoritatis. Accidit enim hominē consignatū esse baptismi characterē absq; gratiæ pignore: nempe, quādo quis baptizari proponit & baptizatur, sed tamen obicē opponit gratiæ. Idēq; cōtingit dū per peccatū amittitur gratia, manente fide mortua cū characterē. Ecce ergo rationē cur sancti & ecclesia ab apostolis edocta characterē fateatur. Nēpe, vt cognoscatur, quis est Christi miles, etiā dum nō pro dignitate militat, sed peccando militiā deserit. Videlicet, vt sicut rex militē de infidelitate cōuincit, q. non secundū suum insigne militauit: sic Christus in die iudicij corruptos christianos inde cōdemnet, q. non secundū suū characterē hostiū incurfus sustinuerint. Nā qui non credit, id est, qui fidē nunquā suscepit (vt habetur Ioan. 3.) iam iudicatus est. Colligamus igitur, q. cum sacramēta duo habeāt, vt idē tidē cōmemorauimus: scilicet, vt sint tū peccatorū medicamina, tū & religionis cultus: ratione priori cōferunt gratiā, ratione verò posteriori nonnulla characterē. Hinc ergo sumitur ad rem secundū argumentum. August. enim, & antiqui patres aduersus Donatistas, nō aliunde argumenta petebant ad probandum, quod baptizati ab Hæreticis nō erant rebaptizandi, nisi quod hæreticus quāuis esset desertor militiæ christianæ, nihilominus dū nomine Christi baptizabat, christianum characterē baptizato imprimebat. Quapropter nō erat alter imprimendus, sed ille cōprobandus. Itaq; lis erat, quod illi dicebāt, baptizatos ab hæreticis, cōgratiā non reciperēt esse rebaptizandos: Catholici verò quod quia characterē christianū recipiebāt, si modo fuissent nomine Christi baptizati, non erāt rebaptizandi. Vnde illo loco, quē hic D. Tho. citat. 2. li. cōtra Parmenianū. c. 13. & refertur. 1. q. 1. canone. Quod quidā, elegātī similitudine characteris regij ad hoc propositū characteris baptismi vtitur, dicēs.

Collectio.

Secundū argumentum.

Lis cum Donatistis.

August.

Quod si desertor militiæ: nempe, hæreticus, priuatū aliquē nota militari signet, hoc est, characterē christiano quando eū baptizat (vtitur enim metaphora) dum postea ille signatus, id est, baptizatus ad clementiā imperatoris cōfugerit: videlicet, ad ecclesiam venerit, ac prece fusa, & impetrata iā venia militare cœperit, nūquid homine illo liberato atq; correcto character ille repetitur, id est, iterato baptismō nouus imprimitur? Quasi dicat nullatenus repetendus est: sed ille receptus ab hæreticis agnitus approbatur. Nō enim minus heret sacramēta christiana, hoc est, characteres per ipsa impressi, quā corporalis hæc nota, qua scilicet seculares reges suos milites insigniūt. Idē ferè repetit aduersus Cresconū li. 1. c. 30. & de baptismō cōtra Donatist. li. 6. c. 1. & cōcione super gestis cū merito Donatista, & super Ioannē tractat. 6. In quibus omnibus locis characterē baptismi Iē, qui esse sine gratia potest, affirmat. Et priori loco cōtra Parmenianū characterē itidē sacerdotale cōmonstrat, virtute cuius ait, sacerdotē hæreticū verē baptizare (vt eodē canone. Quod quidā refertur) imò & eucharistiā cōficere. Et. 3. par. sermo. sermone. 117. appellat oues dominicas, quōtquot habēt characterē dominicū, etiā si ab hæreticis fuerint baptizati: quia nō nomine Pauli aut Apollos, sed nomine Christi baptizatur. Idē in epistola ad Bonifaciū contra Donatistas, plus, inquit, habet iuris quia in eis (scilicet, baptizatis ab hæreticis) dominicus character agnoscitur. Et infra. Neq; enim si regio characterē quisquam assignatore desertore signetur, hoc est, ab hæretico, & accipiat indulgentiā, in aliqua eorū character ille rescinditur. Et li. 2. cōtra Petilianū. Destruimus, dū baptizatus ab hæreticis venit ad ecclesiam, perfidiā desertoris, nō destruimus characterē imperatoris. Hac demū homi. 4. super canonicam Ioānis. Videat, inquit, baptizatus quicūq; si habeat charitatē, vt tūc dicat, natus sum ex Deo: si autē illā nō habet, characterē quidē impositū habet, sed desertor vocatur. s. christianæ militiæ. Ob hæc ergo & similia testimonia Iuno. in c. maiores de bapt. & eius effectu, eos qui fidē baptizatur suscipere characterē absque gratia

F

gratia

Duran.

Caie.

Characteris assertio.

VValden.

Caist. gratia testatur, sed ait Caie. litem illā de nō baptizādis hereticis, nō esse anti quā, & inde ortā esse characteris assertionem. Imō verō est antiquissima: nēpe ante an nū. 40. ab orbe redēpto. Cæterū nec tunc cœpit characteris religio, quin potius tã quā res esset à tēporibus apostolorū è sa cra scriptura collecta, sic illos hæreticos Aug. assertionē characteris expugnabat. Quare idē VValdēsis ca. citato. 110. Dio nysij, q. apostolos vidit, autoritatē chara cteris affert quā S. Th. ar. seq. citat. Et Da masce. li. 4. ca. 10. ait, q. p. baptisma primi tius spiritus sancti accipimus, & initiū al terius vitæ fit in nobis. i. primitiæ regene rationis & signaculū & tutela & illumi natio. Scotus verō ait, idē esse regenera tionē & signaculū: cū tñ Damascenus in telligat p. regenerationē fieri sigillū, hoc est, characterē. Missa alia cōplura facim⁹ egregia loca, Isidori, Cypri. Ambro. An sel. & aliorū, quæ VValdēsis eodē loco in eandē sententiā cōgerit. ¶ Haud ergo fas est negare, quin aliqua sacramēta chara cterē imprimāt, si nolumus hæreticis ap plaudere. Eō p̄sertim, q. in cōcil. Florenti ā sancitū est, tria sacramēta: nēpe, Bap tismū, confirmationē, & ordinē characterē i. spirituale quoddā signū à ceteris distin ctū in aīa. imprimere indelebile. Quā obrē hæc tria sacramēta nō sunt iterabi lia. Alioqui nulla existeret causa cur nō vt cætera, iterū reciperētur. In cuius de mū postremā confirmationē accedit, q. hæc tantū tria vnctiōne chrismatis in frō te p. modum crucis, aut in vertice capitis celebrātur, p. quā vtiq. vnctiōne p̄dicta characteris imp̄sio designatur, licet non tūc, sed qñ sacramentū perficitur, impi ratur. Vnde Hiero. super illud citatū. 2. ad Corint. 1. Signavit nos, &c. Signavit, inquit, nos spiritus sancto, vel chrismate. Et Ansel. super illud ad Eph. 4. In quo si gnati estis, &c. Signati, inquit, estis. i. di uisi à grege diaboli p. spiritū sanctū signo crucis. ¶ Et de characterē baptismi cōtra Durandū est egregia ratio: nā per bap tismū necesse est signū imprimi, quo Xpī ani ab infidelibus dignoscātur. Gratia ve rō gratū faciens esse nequit huius distin ctionis signaculū: nā & esse potest hō in gratia antequā baptizetur, aut Xpīanus fiat, vt pote p. desiderii baptismi, & rur sum potest fieri Xpīanus sine accessione

gratiæ, vt patet in eo, qui obicē illi oppo nit. ¶ Respondetur ergo ad Scoti argumē ta, quod etsi in sacra scriptura non fiat expressa nominatio characteris, colligi tur tñ inde, tū per sanctorū interpretatio nē, tū per ecclesiæ morē ab apostolis vsq; deductū, cui ideō insanū est reclamare. Sed hoc est plusquā mirandum, q. neget Augustinū vllā apud Donatistas de cha ractere fecisse mentionē: cū tñ crebrō (vt modō dixim⁹) rē characteris cōtra ipsos in hac significatione inculcauerit, inde que conuicerit baptizatos ab hæreticis nō esse rebaptizādos. Quare ad illud cō mune dictū Scoti & aliorū, q. nō sunt res multiplicandæ sine necessitate, Respōde tur, q. nō est exigēda necessitas omnino simpliciter. Multa enim Deus fecit, quæ potuit aliter facere, sed suauius sic fecit, & satis est doctores ecclesiæ sic nos do cuisse. Nec verō ratio naturalis deest, q. characteri patrocinetur. Suffragatur en im ei similitudo & exemplū, quod à re militari D. Th. imō & sapissimē D. Aug. adducit. ¶ Postrema deniq. ratio, quā no bis obmolitur. s. q. fieret cōsequēs, vt De⁹ fictē accedēti ad baptismū beneficiū cha racteris cōferret, pariter cōtra eū ipsum militat. Negare enim nō potest, quin cui cūq. accedēti cū intētiōne suscipiēdi sa cramentū ecclesiæ, existēti tñ in peccato mortali, infundatur fides mortua, q. est etiā beneficiū supranaturale Dei. Pari ergo modo est concedendū, q. imprimi tur character, vt Aug. de illis q. ab hæreti cis baptizatur, frequēter repetit. Neque Gratianus rē characteris ignorauit, quip pe qui. 1. q. 1. ca. quod quidā. sententiam August. de characterē retulit. Neq. verō Magist. Sēt. de characterē subtrahit, imō distinet. 6. ex verbis Aug. adstruit, quod baptizati ab hæreticis seruato caractere Christi, non sunt rebaptizandi. ¶ Primum argumentū S. Th. est. Character significat signū distinctiuū (vt illico pate bit) mēbrorū Xpī ab infidelib⁹: distin ctio autē illa fit per æternā prædestina tionē, quæ nihil ponit in prædestinato. Dicitur enim. 2. ad Timoth. 2. Firmū fun damentum Dei stat, habens signaculum hoc, nouit Dominus, qui sunt sui: super uacaneus ergo est character. Responde tur, negando consequentiam: quoniam per prædestinationem distinguuntur homi nes

Respondetur Scoti.

Ratio c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Primum argumentum S. Thom.

Secundū argumentum S. Thom.

Tertium argumentum S. Thom.

Scotus.

nes quantū ad deputationē ad gloriam: sed tamē per characterē, quantum ad de putationē ad agēdas actiones religionis christianæ. Ex quo fit, quod vt multi fue runt prædestinati, quibus nunquā fuit impressus character: nēpe, qui in lege na turæ & scripta in gratia obierūt, & præ fertim boni angeli: ita nunc multi sunt Christiani characterē insigniti, qui non sunt prædestinati. ¶ Secundū argumentū est. Character est signum distinctiuū: signū autē debet esse sensibile, quod scilicet, vt. 2. de doctrina christiana autor est Aug. præter spe ciē quā ingerit sensibus, aliud facit in co gnitionē venire: sed nihil, qd est in ani ma est sensibile: ergo null⁹ illic extat cha racter. Prior responsio est, quod est signū sensibile non per se, sed per sacramentū. Posteriùs verō respōdet, q. non oportet characterē propriē esse signum, quia nec est sacramentum, sed res sacramenti scili cet effectus eius. Dicitur autem per se li gnaculū per quādam similitudinē, quia est quid animæ impressum ad configurā dum christianū suo redēptori, atq; ad di stinguendū illum ab alijs, qui non sunt eius membra. Et hæc secunda responsio videtur magis legitima. Tametsi prima fuit etiā necessaria: quoniam aliās fieret ar gumentū, quod cū character sit signū di stinctiuum Christiani gregis inter homi nes, debuit esse signū hominibus perce ptibile. Percipitur ergo per sacramentū: nam cū ait Pāu. baptizatos gratia bap tismatis vngi, ac subinde cōsignari: inde cō gnoscimus signatos esse eos, qui baptizā tur. Quāuis & si characteres in via nō co gnoscerem⁹, satis est, quod in die iudicij reuelabūtur nobis. ¶ Tertio arguitur. Si cut per sacramenta nouæ legis discernū tur fideles ab infidelibus, ita & per sacra menta veteris: sed per illa nullus imprimebatur character: ergo nec per nostra. Ad hoc argumentū Scotus in. 4. dist. 6. q. vlt. respondet; quod dici potest circūci sionem contulisse characterem. Cuius se quaces id etiā affirmatiùs aiūt. Et posset eorū opinio inde fulciri, quod sicut no ster baptismus professio est nostræ legis sic, & circūcisio illius Moisaicæ: quare si cut nūc characterē insignimur ad colen dū Deum secundū christianā militiā: sic

deberet ille populus insigniri ad obser uantiā suę legis. Nihilominus D. Th. abs que discrimine negat, vllū sacramentorū illius legis characterē impressisse. Et ratio est, quoniam vt ait Apostolus ad Heb. 9. Sacramenta illa erāt tantū iuititia car nis, quæ scilicet nō per se attingebāt ad mundandā animā. Atq; adeo neque vllā habebāt spirituales virtutes conferen di gratiā, vel aliud quidpiā spirituale. Et quod nullus esset character ordinis clarū est, siquidem sacerdotiū illud nō erat spirituale. Neque verō circūcisio erat ianua sacramentorū spiritualiū, sicut no ster baptismus, quare nō recipiebatur il lic potestas ad suscipiendū aliqua sacra menta spiritualia, sed ipsa carnis circūci sio, quæ (vt ait Pāu.) erat signaculū fidei erat perinde character, quo populus ille à reliquo orbe distinguebatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum character sit spiritualis potestas.



ABSOLUTA quæstione an est: nempe cōstituto cha racterē esse, subsequitur pe ripatetico ordine quæstio quid est? Videlicet vtrū hu iusmodi character sit substantia, an verō ex aliquo accidentium genere. Et respō det D. Thomas tribus conclusionibus. ¶ Prima. Character importat quandam potētiam spirituales ordinatam ad ea, quæ sunt diuini cultus. Et primō quod sit potētia, probat ex sufficienti diuisione, supposito quod non est ipsa essentia animæ, sed aliquod eius accidens. Quic quid enim est in anima, vt. 2. Ethic. Phi losophus docet, vel est potentia, vel ha bitus, vel passio. Passio autem facillē trā sit: quare character, quia (vt infra pate bit) indelebilis est, non est passio. Habi tus verō non est indifferens ad bene vel male agendum, sed ad vnam partem de terminatus. Neque enim vitioso habitu bene vtimur, neq; virtute male. Chara cterem autem & bene vtimur, cū adest vir tus: & male cum abest, sicuti intellectu & alia quauis potētia. Restat ergo vt sit potentia, quod autem huiusmodi potē tia spiritualis sit ad diuinū cultum exer cendū,

Prima con clusio.

endum, probatur. Sacramenta ea ratione characterē imprimunt, qua per ea (vt supra dictum est) homines ad Dei cultū, non vtcunq; sed secundum christianam religionem addicuntur. Vnde Diony. 2. capit. Eccle. Hierar. cū dixisset, quod Deus quodam signo tradit sui participationē accedenti ad baptismum, subiungit. Perficiens eū diuinum & communicatorem diuinorū. Diuinus autē cultus consistit vel in recipiēdo aliqua diuina, vel in tradendo: per baptismū enim disponimur ad suscipienda sacramenta, & per sacramentū ordinis creantur sacerdotes ad illa ministranda: ergo character est potentia, vel passiva ad suscipiendum, vel actiua ad conferendū res diuinas. ¶ Secūda conclusio. Character est potentia instrumentalis. Probatur. Nam virtus penditur ē natura subiecti, character autē est in ministro, q̄ secundū Arist. 1. Politic. est instrumentū quoddam. Ait enim, quod seruus & iumentū sunt instrumenta quaedam. Ait verō, quaedam, id est, quodammodo: quia nō sunt prorsum instrumenta, vt malleus, sed viuētia quę se mouent. ¶ Tertia conclusio. Character non est in predicamento directē tanquā genus vel species, sed reducitur ad secundā speciem qualitatis, quę est naturalis potētia vel impotētia. Probatur. Virtus sacramenti (vt. q. preced. art. 4. diximus) non est in predicamento directē, sed reducitur ad primā speciē qualitatis, quę est habitus, propterea quod est instrumentū, quo producuntur gratiæ & virtutes: sed pari modo character est potentia instrumentalis, ergo reducitur in eā speciē, quę est naturalis potentia.

¶ In primis postquā q̄stio hęc de quidditate characteris inicitur, supponēdū est qd est. Sed quia illa definitio ex autoritate Diony. elicitur, eādē pri^o autoritatē examinem^o. Hęc inquā Diony. autoritatē, q̄ hic D. Th. ad primā cōclusionē allegat, & vniuersi doctores ad idē ppositū citāt, refert illic. c. 110. VValdē. Scō. verō cui Durand. d. 4. q. 1. adheret, negat vllū habere sensum de characterē. Sed ait, quod illic fit mētio de signo, quo Hierarcha. i. pōtīfex manū illi, q̄ baptizabatur imponens signabat eū, adscribebatq; catalogo catechumnorū. VValdē. verō Scotū in simu-

Dionysius.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Expositio articuli.

Waldensis.

lat, q̄ locū Diony. perperā intelligat. Et reuera, si legitimus textus ē græco descriptus cōsultatur, sic habet. Eū verō: nēpe, ad baptismū accedētē diuina beatitudo (seu diuina maiestas) in suā participatiōnē recipit, & p̄prio lumine, tāquā quodam ipsi signo tradit: diuinū perficiens & cōmunicantem diuinorū partis & sacre ordinationis. Hactenus ergo non loquitur de Hierarcha, hoc est, de pōtīfice, sed planē de deo, qui baptizatū facit sui participē. Et ideo cū ait. Diuino lumine, manifeste significat gratiam gratū facientē, qua (vt ait Petrus) efficiamur diuinae confortes naturæ. Ob idq; dicēs, proprio lumine, tāquā quodā ipsi signo (vt quod sentio verē fatear) appositio est, & quā rhetorici dicunt definitionē. Quasi dicat proprio lumine gratiæ, quod est sibi signū, hoc est, sui similitudo: nam per hoc nos facit sui participes, quod nos facit sui similes. Et ideo subdit. Diuinum (scilicet hominē) perficiens, & cōmunicantē partis diuinorum, id est, efficit eum participem suorū bonorum, & sacre ordinationis, hoc est, religionis christianæ. Sed nihilominus appellatione luminis gratiā possumus intelligere, quatenus characterē nos consignat, & facit Christi grē, ac perinde diuinorū communicātes, hoc est sacramentorum participes. Quapropter (vt arti. subseq. patebit) gratia est signū, quo deputamur ad participatiōnē diuinorū in ecclesia triūphanti, & character, quo deputamur ad cultum in hac militanti. Vnde subsequitur in text. Quorū est symbolū (hoc est indicium) sacruū a Hierar. puta a pōtīfice aduenienti donatū signaculum, quod profectō arbitror intelligi de signo crucis in fronte, quod est characteris signaculū. Bene ergo. D. Th. subscribēte VValdē, inde elicit characterē esse, per quē homo fit apt^o cōmunicare diuina: scilicet, sacramenta: vt per sacramentum baptismi fiat homo aptus ad suscipiēda reliqua, & per sacramentū ordinis potēs ad eadē ministrāda. Atq; hinc colligitur definitio characteris, quā ponit D. Th. in solutione secundū. Est enim signū sanctę cōmunionis fidei, & sanctę ordinationis. i. quo fidē per sacramēta p̄fitemur. Articulus t̄ sequēti aliā prolixiorē subiūgemus definitionē.

Character quid.

De

De tertia verō conclusione: nempe, de constitutione characteris in predicamento adeo inter doctores cōtrouersatur, vt tot sint sensus quot capita, sup̄pudeatq; omnium opiniones recensere. Eo potissimū quod quæstio est in visceribus metaphysicis abstrusa, & ideo cunctis molestior, quā theologis necessaria. Haud tamen possumus sic silere, quin aliquid dicam^o. ¶ Prima opinio est Durandi lococitato dist. 4. q. 1. qui cum negauerit characterē, negat subinde in aliquo esse predicamento. Sententia ergo eius est, Characterem neque vllam esse quantitatem, neq; vllam prorsus rem, seu (quod aiūt) entitatē ab anima quoquo pacto distinctam, sed esse merum ens rationis. Itaq; sicut numisma, quādo princeps eius valorem vel auget, vel minuit, nihil prorsus acquirit, sed institutione regis fit huius aut illius pretij, quod est ens ratiōis ex mera regis volūtate resultans: sic qui qui baptizatur, nihil præter gratiam & virtutes acquirit, sed institutione Dei fit idoneus ad recipiēda alia sacramenta: & qui ordinatur fit potens illa conferre, & hoc est habere characterem. Commodius exemplum est. Cum Papa creat episcopum, vel rex, prætorem, aut scholasticum, magistrum, nullam prorsus rem, quę ipsi inhæreat, illi creaturæ accrescit: sed hoc duntaxat, quod per instructionem fit potēs aliqua facere, quę antea nō poterat. Probatio eius potissima est, quia, vt habetur Ecclesiast. 24. Qui sapientiam elucida vitam æternam habebit, hoc autem modo theologia fit plana & perspicua, illis verō entitatibus multiplicatis obscurefcit. Et confirmatur ex modo loquendi D. Thom. Ait quippe, eō quod homines deputantur ad ministeria Dei characterē insigniri. Deputare autem solum dicit actum voluntatis deputantis, atq; adeo solum est ens rationis in deputato. Accidētariū verō est, militi deputato ad militiam quod corporali aliquo insigni denotetur. Pari ratione negat virtutem sacramentorum ad conferendam gratiam. Sed contra characterem baptismi peculiarem informat rationem: nam character, inquit, etiam si poneretur, nō debet poni nisi potestas actiua. Baptizatus autem nihil potest agere erga sacra-

Prima opinio Durandi.

Duran. contra characterem

menta, quod non possit agere etiam nō baptizatus: nam nihil potest agere nisi baptizare, & hoc etiam potest nō baptizatus. Item aduersus sacramentum ordinis arguit. Quia sicut virtus, quę ponitur in sacramentis, non ponitur nisi per modum transeuntis, quę cessante sacramēto cessat: sic & character in ministro, qui (vt fatetur. S. Thom.) est quoddam instrumentum, nō deberet poni nisi pro articulo, quo sacramentum ministrat: ponitur autem ab omnibus indelebilis, sibi ergo ipsis repugnant. ¶ Hęc, fateor, opinio, quantum ad id quod ponit, characterem non esse rem distinctam à subiecto, nunquā mihi visa est à veritate ita multum aliena. Cum quodam tamen moderamine. Nam profectō, istarum rerum multiplicatio, vbi excusari potest, nullibi mihi arrisit. Moderamen tamen est, quod quanuis quispiam non censeat characterē rem esse ab intellectu distinctam, non tamen subinde negandum est sacramentum characterem imprimere, esseq; qualitatem secundę speciē. Enim uerō quanquam nominales negēt quantitātē distingui à re quāta, nō ideo negare debent, quantitatem esse aliud predicamentum à substantia, imō nec concedere debent formaliter, quod substantia sit quantitas, sed quod est res quę est quanta. Item neq; negare illis licet, quin motus augmētationis terminetur ad quantitatem & non ad substantiam. Nam per hoc quod res illæ habent diuersas definitiones, possunt huiusmodi diuersę enūciationes, vtcunq; verificari. Et quanuis dicāt potētiās re non distingui ab anima, nihilominus anima est substantia: intellectus verō & volūtas sunt in secunda specie qualitatis. Etenim quando sancti patres characterē dixerūt imprimi in sacramētis, forsan nihil cogitabāt, esset ne res distincta, an verō eadem cum anima: (sicuti superiori. quæst. de gratia adnotauimus) quādo dixerūt, quod sacramēta cōferunt gratiā. Quare si quis hoc modo sentire voluerit, nihil prorsus renuerim. Neq; verō argumēta in contrariū multū vrgēt, scilicet, Quod cū character sit terminus actionis realis, debet esse res realis. Itē, quod cū sit potestas agendi aliquid reale: nēpe, suscipiēdi, aut admini-

Sententia autem est, quod quanuis quispiam non censeat characterē rem esse ab intellectu distinctam, non tamen subinde negandum est sacramentum characterem imprimere, esseq; qualitatem secundę speciē.

Respondetur ad argumētum de characterē.

strādi sacramēta, non est merū ens ratio-
 nis. Eadē enim argumēta currūt de prae-
 tore & iudice à rege instituto. Institutio
 siquidē est actio realis, per quā facultas
 fit illi exercēdi reales actiones iuridicas,
 & tamē nihil acquirit nisi respectū ratio-
 nis: scilicet, quod est psona instituta ad
 illud officiū. Et cōfirmatur respōsio. Nā
 quando Deus ipse instituit Dauidem in
 regem, & quando Christus instituit Pe-
 trū in suum vicarium, prāter gratias &
 virtutes nihil resultauit in illis electis ni-
 si respectus rationis: nihilominus acqui-
 fuerūt potestates reales ad hūc sensum,
 quod fuerunt ad reales actiones realiter
 instituti. Eodē ergo pacto dici potest, eō
 quod per baptismum quis adsciscitur in
 christianā rem publicā, fieri potentē reci-
 piēdi eius sacramēta, & per hoc quod or-
 dinatur fieri potentē illa ministrare, & il-
 la potestates dicuntur characteres: licet
 nō sint ab anima realiter distincti. **¶** At
 verō cōsonantius sanctorū dictis est, ac
 perinde probabilius, quod character sit
 res distincta ab anima: nēpe, vt illi modi
 loquēdi, qui cum sint locutiones transiti-
 uę, vidētur distinctionē inter rē impressā
 & subiectū cui imprimitur insinuare, syn-
 cerius obseruētur. Videlicet. Characterē
 imprimi: qui indelebiliter intellectui in-
 est & similes. Item Deus operatur ad mo-
 dum naturā, ergo sicut potentia animæ
 secūdam Aristotel. distinguntur ab ani-
 ma: sic & potentia quas Deus infundit.
 Et quod maximum est omnium argumē-
 tum. Gratia per quam homo acquirit di-
 uinū esse, est qualitas ab essentia animæ
 distincta: & virtutes à potentijs: ergo &
 character, qui per modum potentia in
 intellectu insculpitur. **¶** Et per hęc ad
 argumēta contraria respondetur, quod
 operā Dei altiora sunt operibus homi-
 nū. Cū enim homo alterū diligit, nihil in
 dilecto exurgit prāter ens rationis: nē-
 pe, quod obiectū est dilectionis. Deus au-
 tē ei, quē diligit, gratiā infundit cū virtu-
 tibus, quæ quidē sunt distinctæ qualita-
 tes. Deū enim quēpiam amare, est bonū
 ei facere: ergo quāuis rex, cū prātorē in-
 stituit, aut Papa cū creat episcopū, nullā
 rē in eo nouā creet, quia nō potest, Deus
 tu qui potēs est, & omnia suauiter dispo-
 nit, quā hominem per baptismū signo sui

*Sentētia pro
babilior.*

*Argumen-
torū respōsa.*

gregis sigillat, aut sacerdotē instituit, cha-
 racterē illi imprimi. Quapropter, vbi. S.
 Th. inde quod homo deputatur ad cultū
 Dei, infert characterē recipere, loquitur nō
 de deputatione quacūq; sed de illa qua
 deputatus pficitur. Electio autē Petri in
 pastorē & Dauidis in regē nō requirebat
 characteris impressionē. **¶** Et ideo ad a-
 liud argumentū Durā. respōdetur, quod
 hoc est magis elucidare sapientiā. Neq;
 hac ratione res sine necessitate multipli-
 catur, est enim cōgruentia maxima. **¶** Ad
 aliud autē, quod addit cōtra characterē
 baptismi. Respōdetur, nō esse necessariū
 omnē characterē esse potentiā actiua. Cō-
 fert enim character baptismi tū ad confi-
 gurandū nos Xpo, tū ad discernēdū nos
 ab alijs, qui nō sunt sui gregis: ac demū
 est potestas passiva recipiēdi alia sacra-
 mēta, quæ nemo nō baptizatus recipere
 valet. Neq; ideo fit cōsequens (vt quidā
 arguūt) quod dicat imperfectionem, eō
 qd pati, impotētia est & imperfectio. Ete-
 nim pati, quod est imperfectio, nō est ni-
 si qñ subiectū contra suā naturā patitur,
 vt quādo aqua calefit. **¶** Ad postremū de
 niq; argumentū contra characterē ordi-
 nis, respōdetur, qd nō est necesse ministri
 potentiā trāseunter recipi, vt virtutē sa-
 cramentī. Sacramentum enim non est nisi
 merū instrumentū: quādiu apte applica-
 tur: quapropter sua virtus non est nisi
 motus. Minister autē etiā dū non opera-
 tur, retinet ministri potestatem: quia est in-
 strumentū viuēs ac per se operans. Quis
 enim dicat sacerdotē dū dormit non ha-
 bere sacerdotalē potestatem? **¶** Supposito
 autē characterē esse rē distinctā, nō sē re-
 stat, sit ne relatio aliqua realis, an verō
 res absoluta. Est ergo. 2. opinio Sco. loco
 citato in. 4. scilicet. d. 6. q. 10. characterem
 non esse nisi relationē realem. Probatio
 eius est, quod quando aliquid nobis oc-
 cultum saluare possumus minori posita
 entitate, qualis est relatio, nō op^o est gra-
 tis concedere esse rē absolutā: ad omnia
 autem, quæ de characterē dicuntur res-
 pondere possumus, si sit quædā relatio:
 ergo non est asserendum esse rem absolu-
 tam. Minor patet: nam character baptis-
 mi est quædam similitudo nostri ad Chri-
 stum, dissimilitudo autē ab infidelibus:
 Character autem sacerdotalis, quidā res-
 pectus

*Pati, non un-
quā est per
fici.*

*Secunda opi-
nio Sco. quod
character sit
relatio.*

*Argu. 3. D.
Tho.*

*Explicatio
relationis.*

*Aristo. 5.
phy.*

spectus eminentiæ sacerdotis ad subdi-
 tos. **¶** Hanc opinionē tangit D. Tho. ar-
 gu. 3. Character enim, inquit, est signum
 sanctæ comunionis fidei, signum verō
 est in genere relationis, nō autem in ge-
 nere potestatis: non ergo est potestas de
 secunda specie. In solutione autem con-
 cedit signū importare relationē ad rem
 significatam. Conceditq; perinde chara-
 cterē dicere relationem, nō autem quod
 sit ipsamet relatio, sed eius fundamentū.
¶ Ad intellectu autē solutionis, quæ cū
 sit metaphysica, non est adeo clara, ad-
 notandum est: relationem semper habe-
 re in suo subiecto fundamentū aliquod.
 Vt similitudo, quæ est oui ad ouum, vel
 in albore, vel in figura fundatur. Quocir-
 ca illo supposito fundamento, relatio il-
 lico consequitur in subiecto, si terminus
 existat: vt cum carbo rubere incipit, fit
 similis rebus alijs rubeis, sic & dū nigre-
 scit, fit similis nigris. Hanc obrem Philo-
 sophus. 5. Physic. text. 10. ait ad relationē
 nō esse per se motum duabus de causis.
 Primò, quia potest quid fieri simile sine
 mutatione sui: eo enim, quod alter fit al-
 bus, efficior ego sine mea mutatione. illi
 similis. Vnde argumentum sumitur, rela-
 tionem nō esse rem à fundamento distin-
 ctam. Secundò, quia ad positionem fun-
 damenti consequitur relatio: vt per hoc
 quod ego canescā sine alio nouo motu
 efficior similis alijs canis. Quocirca cum
 esse relationis, nō sit esse in se, sed esse ad
 aliud, propriè non producitur, sed simul
 cum suo fundamento nascitur. Ait ergo
 D. Tho. quod fundamentum relationis,
 verbi gratia, similitudinis, vel dissimili-
 tudinis, quam dicit character, nō potest
 esse anima ipsa, vel aliqua eius potentia,
 alias ipsa posita cōnasceretur relatio, &
 sic omnis anima seu omnis intellectus
 haberet relationē ad Christum & ad infi-
 deles, quam importat character: quod
 constat esse falsum: ergo fundamentum
 talis relationis nō est intellectus, qui est
 subiectū eiusdem relationis, sed aliqua
 res absoluta: nimirū supernaturalis po-
 tentia, quæ per actionem sacramenti in
 eodem intellectu producitur. Sicuti per
 actionē ignis producitur calor, in ligno
 qui est fundamentum relationis similitu-
 dinis ad alia calida. Et illa res est chara-

cter. Scotus vero ait substineri posse, qđ *Scotus.*
 character sit res absoluta, & probabilius
 quod sit relatiua: quoniam hæc, inquit,
 ratio D. Th. non concludit. Nā licet rela-
 tio intrinsecus adueniēs non acquiratur
 immediate per aliquē motū (vt ait Ari-
 sto.) sed per illū, quo producitur funda-
 mētum: tamen relatio extrinsecus adue-
 niens potest de nouo produci sine pro-
 ductione alicuius fundamenti. Appellat
 relationem intrinsecus aduenientem il-
 lam, quæ posito fundamento & termino
 illico exurgit, vt similitudo, æqualitas.
 &c. Extrinsecus autem aduenientem il-
 lam, quæ posito fundamento & termino
 nō statim profertur, & ideo producitur
 per nouum motum: & talis, inquit, est
 character. Hęc autem distinctio, si locus *Nulla est re-
latio extrin-*
 tio Scoti est, & petitio principij. Nulla *secus adue-*
 enim esse potest relatio extrinsecus ad-
 ueniens ad mentem eius secundum Ari-
 stotelicam doctrinā. Impossibile nanq;
 est esse relationem, & non cōsequi natu-
 raliter. ex eius fundamento & termino.
 Nam ipsissima relationis natura est esse
 habitudinem inter duo, quibus subinde
 positus ponitur. Et exempla sua manife-
 stē sunt contra Arist. Ait, inquam, Sco-
 tus, quod per motū localem acquiritur,
 vbi, quæ est mera relatio. Et sic stat mo-
 bile esse & locum, & non confurgere re-
 lationem, sed illam immediate acquiri
 per motum. At verò cū Arist. expressē
 dicat per motum localem acquiri, vbi,
 sicut per alterationē, qualitatem, & per
 augmentationem, quātitatem: & nihilo-
 minus dicat ad relationem non esse per
 se motum, sine distinctione intrinsecus,
 extrinsecusvè aduenientis, manifestissi-
 mē docet, vbi, non esse relationem, sicut
 re vera non est, sed est esse in tali loco, ex
 quo consequuntur relationes distantia-
 rum ad alia loca. Nec aliud exemplum
 de agēte, & patiente illi suffragatur. Ob-
 id enim quod stat ignem esse & aquā, &
 tamē non esse relationem actionis, arbi-
 tratur relationem illam acquiri imme-
 diatē per alterationis motum, atq; adeo
 esse extrinsecus aduenientem. Et tamen
 Arist. ipse ponit exemplū, quod ad actio-
 nē non est per se motus, eo quod est ipse
 met motus seu alteratio, seu augmenta-
 tio,

rio, &c. Et ideo fallitur Scotus attribuendo subiectis id quod est propriū fundamenti. Ignis siquidē & aqua nō sunt fundamenta relationis actionis, & passionis, sed subiecta. Fundamentū autem relationis actionis est ipsum agere, & fundamentum relationis passionis ipsum pati. Et ideo actio, est prædicamentū absolutū. Posita autē actione & passione nō stat, quin sequatur relatio, qua agēs denominatur agēs, & altera qua passum denominatur patiens. Idem dicendū de relatione dextri & sinistri in columna respectu hominis. Non enim fundamentū illius est homo, aut colūna, sed ubi & situs in quo est homo, qui quidē acquiritur p motū, in quo loco si ponatur homo, colūna fit dextra. Attēde ergo semper ad fundamenta, & nullā reperies relationē extrinsec^o aduenientē. **¶** Est igitur pfectō solidissima ratio. S. Th. quod si character esset relatio, non haberet aliud fundamentum, quā intellectū: & ideo posito intellectu poneretur illa relatio, quod cū sit falsum, fit vt character nō sit relatio, sed relationis fundamentum, quod actione sacramēti producitur, cum quo oritur relatio. Et ideo est relatiuū secundū dici, vt scientia: quod scilicet explicatur per relationē quam secū importat, sed non est relatio secundū esse. Imō verō (vt hoc vltimū verbum addā) Scotus, qui tā vrgenter harū rerum multiplicationē reprehēdit, debuisset distinctiones relationum à suis fundamentis condēnare, quippe quę, vt in prædicamentis, & 5. Physic. disputabamus, mera sunt figmēta. Habemus ergo cōtra primam opinionē, q̄ character est res distincta ab anima, & contra secundā, quod est res absoluta: vnde cū prædicamēta simpliciter absoluta sint tātum substantia, & quantitas & qualitas, inter reliquos omnes doctores conuenit nec esse substantiam, neq; quantitatem, sed qualitātē. Cū autē qualitas quatuor habeat species, adhūc lis non extinguitur. **¶** Est ergo tertia opinio Richardi in. 4. d. 5. art. 1. q. 2. quod character proprie nō est in prædicamēto, eo quod est qualitas supernaturalis, & Arist. in prædicamentis nō posuit nisi res naturales. Quare in secūda specie ponit naturalē potentiā vel impotentia. Habet nihilominus similitu-

Solida ratio S. Thom.

Tertia opinio Richardi.

dinē cum omnibus fermē speciebus, nēpe cū prima, quæ est habitus & dispositio, in quantū est habitus disponens ad gratiam, & cū. 2. in quantū est supranaturalis potentia, & cū quarta, quæ est forma vel figura, in quantum cōfiguratur nos Christo. **¶** Veruntamen hæc opinio nō tangit scopū: nā etsi Deus non sit in prædicamēto, ob id quod nullatenus limitatur: habitus autē supranaturales, quos infundit, non sunt eadē ratione infiniti, quin possint in eodē poni prædicamēto, in quo sunt habit^o acquiriti, vt supra de virtute sacramēti diximus sunt enim entitates finitæ. Et quāuis character aliarū qualitatis specierū imaginē præ se ferat, nihilomin^o inquirimus in quo eius quidditas cōsistat, & hoc est querere in quā specie ponatur. **¶** Igitur quarta opinio post tres recitata fuit, q̄ sit in prima specie qualitatis, vt scilicet sit habitus vel dispositio. Et hæc est opinio Alex. Alēsis 4. par. q. 19. mēb. 1. art. 2. Ratio eius est, q̄a (vt quæst. præced. diximus) persistit in hoc, quod potissima natura characteris sit esse dispositionem ad gratiā. Id quod Scotus cum distinct. 1. negasset, post distinct. 6. quæst. 10. approbavit. Hoc autem art. 4. monstrabitur esse falsum. Haud enim characteris natura est ad gratiam disponere. Neque enim est in essentia animæ, ubi est gratia, sed in intellectu: neque natura sua est prior quā gratia, sed consequitur fidem, quæ quando suo ordine viua producitur, posterior est quā gratia. **¶** Interim tamen contra hanc opinionē ratio. S. Th. satis habet efficaciq̄. In prima enim specie nō ponūtur nisi habit^o, qui natura sua determinati sūt vel ad bonū, vt virtutes, vel ad malū, vt vitia. Character autē quædā facultas est in baptizato ad verē suscipiendū sacramēta, siue dignē illa suscipiat, siue indignē. Qui enim in peccato recipit eucharistiā, verē sacramentū recipit, licet malē. Et pariter character ordinis facultas est ministrandi sacramenta, etiā si in peccato illa sacerdos ministrat. Ex quibus omnibus elicitur opinio S. Thomæ: nempe, characterem esse potentiam in secūda specie qualitatis. Nā potētia nō est nisi facultas operādi indifferenter ad bonū & ad malum. Ex quo fit, gratis Scotū cōcedere, quod potest

Impugnatio opinionis.

Quarta opinio Alex.

Reprobatio opinionis.

Quinta opinio S. Thom.

potest poni vel in prima, vel in secūda specie. Arguit quippe contra rationē D. Thom. Habitus enim, inquit, indifferens etiam esse potest ad bene vel male agendum, sicuti potentia. Nam possunt esse actus indifferentes, vt ambulare, & loqui, ex quibus similis habitus potest ingenerari. Respondetur autē, nullum esse actū in particulari indifferētem: nā si habeat bonum finem, bonus est, sin verō illo careat, malus: neque est dare medium. Atq; adeo multō minori probabilitate affirmantur habitus indifferentes. **¶** Vnum autem argumentum restat hic contra D. Tho. Cōtulit enim characterem cum virtute sacramēti, ex hoc scilicet, quod character erat virtus instrumentalis, inferēs non directē, sed reductiuē poni in prædicamento, sicuti virtus ponitur sacramentalis. Virtus autem sacramentalis (vt dictum est) reducitur ad primam speciem qualitatis, ubi est gratia & charitas, quas producit: ergo æqua ratione character debuit reduci ad primam. **¶** Respondetur autem. Id quod non ponitur directē in genere, sed reducitur ad genus, hoc habet ex eo quod est quodammodo imperfectum in illo genere. Hæc autem imperfectio alia, consideratur in virtute sacramēti, & alia in characterē. Virtus siquidē sacramēntalis dicitur imperfecta, quia est motus, sicut alteratio est acquisitio qualitatis, q̄ est in fieri, & ideo reducitur ad illā speciem, in qua est perfectus terminus. Character autē non habet illam rationē imperfecti, quam motus, habet enim esse permanēs & indelebile: sed sicut instrumentum habet imperfectā rationē causæ respectu causæ principalis, & ideo reducitur ad illam speciem, in qua est potentia naturalis, licet ipse sit supranaturalis. **¶** Sexta nihilominus opinio, vt ordinem argumentorum D. Thom. sequamur, est quod character ponitur in quarta specie qualitatis, quæ est figura. Quam quidem opinionem amplexatus est Marsilius in 4. q. 4. ar. 1. conclu. 7. Arguit igitur D. Th. primo loco. Character idem esse videtur quod figura: nā vt supra dictū est ubi ad Hab. 1. habetur. Figura substantiæ eius, græcē legitur character. Figura autem est quartæ speciei qualitatis. Responsio tamen. S. Tho. est egregia per distinctionē

Argumentum contra S. Th.

Egregia autoris respon.

Sexta opinio Marsilij.

Primum argumentum S. Thom.

Respon. opti.

maioris præmissæ, quod character dicitur figura, non per proprietatem, sed per metaphoram. Figura nanq; (vt ait Philo sophus) est terminus quantitatis, quare ubi non est quantitas, nec est proprie figura. Character autem res spiritualis est, & inuisibilis. Dicitur verō per trāslationem figura: quia per illum spiritualiter consignamur, tanquam membra Christi quæ sumus capiti nostro similia. Res autem non ponitur in prædicamento secū dum id, quod per metaphoram de illa dicitur. **¶** Septima opinio est, quod sit de tertia specie, ubi ponūtur sensibiles qualitates, color & calor, &c. Vnde arguit D. Tho. secundo argumento. Character est lumen quoddam, vt ex Dionysio iam citatū est. Lumen autem est sensibilis qualitas: nempe, obiectum sensus, ergo est in tertia specie. Respondet autem eodē modo, quo ad primum: quod character non est sensibile lumen, sed per metaphoram veluti gratia dicitur lumen: quemadmodum enim illa peccatorum tenebras abigit, sic & character quædā est intellectus lux ad colendum Deū. In tertia verō specie solum ponūtur qualitates sensibiles. **¶** Quod si quis contra arguat. Ad fugandas peccatorum tenebras sufficit gratia: ad illustrandum verō intellectum sufficit lumen fidei cum donis sapientiæ, & sciētia, & intellectus, ergo character nullatenus est lumen. Respondetur, quod dicitur esse lumen quoddam propter autoritatem Dionysij, non tamen est lumen sicut fides, quæ (vt ait Pau.) est cognitio rerum sperandarum: character nanq; nō est cognitio, sed dicitur lumen, quia est facultas colendi Deum in hac militari vita secundum cognitionem fidei, vt ar. 4. emunctius explicabitur. **¶** Quartum verō argumentum. S. Tho. est. In definitione characteris, secundum autoritatē Dionysij, ponitur signum (vt argumen. 3. citatum est) signum autem habet rationē effectus, vt fumus respectu ignis, potentia autem rationem dicit principij: ergo character non ponitur in secūda specie quæ est potentia. Respondetur ad maiorem, quod character secundum se non est sensibile signum, sed adiūctus sacramento sensibili: secundum se autem non habet nisi rationem principij. Igitur cum multa

Septima opinio. Secundū argumentum S. Thom.

Argumentum.

Responso.

Quartum argumentum S. Thom.

Epilogus.

multa characteri adscribantur, scilicet esse potentiam, esse signum & figuram, & relationem, necesse est, ut quæ dicta sunt summam colligamus. Character, inquam quantum ad suam quidditatem naturamque definitionem, est qualitas, quæ est supernaturalis potentia, est autem fundamentum proximum relationum, quibus efficitur similes Christo: dissimilesque infidelibus, est denique figura & lumen per metaphoram, ac demum contactus sensibili sacramento est sensibile signum. De singulis trium characterum dicemus articulo.6.

ARTICVLVS. III.

Vtrum Character sacramentalis sit Character Christi.

Sensus quæst.



ITVLVShic propter genitium, Christi, diuersos potest exhibere sensus. Vnus est. Vtrum character, qui est in nobis, sit eiusdem rationis cum illo, qui est in Christo. Et quæstio hæc non est disputabilis: nam Christus (vt infra ar.5. ait D.Tho.) vt nullum recepit sacramentum noue legis, ita neque vllum habuit characterem, nisi consubstantiali patri: qua utique ratione appellauit eum Paulus figuram substantiæ eius. Neque verò indiguit, quoniam suo iure eminente potestate capitis pollebat ad administrandum si voluisset sacramenta, (nam recipere non egebat) & ad diuinum fidei cultum instituendum. Alius sensus est, vtrum character noster imprimatur à Christo, tanquam à causa efficiendi principali. Et neque de hoc sensu ambigitur. Sensus ergo præsentis quæstionis est vtrum character sacramentalis sit, quo configuramur Christo, tanquam eius milites: sicut in bello crux alba dicitur esse character vnus regis, crux verò rubea, alterius. Nam cum per religionem & Deum colamus, quatenus Deus est vnus & trinus: & Christum in quantum hominem, & redemptorem nostrum, quæstio emergit, vtrum per characterem trinitati, cuius est nostra confessio, configuremur, an potius Christo. Ad quam quæstionem D.Tho. respondet supposita distinctione tri-

in Quart. Senten.

bus conclusionibus. Distinctio est, quod character est signaculum quoddam, vt ex ijs, quæ dicta sunt, patet, quo aliquid insignitur, ad aliquem finem ordinatum. Si cuti sigillum nummi, quo in vsum commutationum cuditur, & signum militum, quo ad militiam deputantur. Fidelis autem homo ad duo destinatur. Primo qui dem ad fruitionem gloriæ triumphantium. Secundo ad cultum fidei militantium.

¶Prima ergo conclusio est. Fideles deputantur ad gloriam signaculo gratiæ, iuxta illud Ezechi.9. signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium, & Apo. 7. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quousque; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. **¶**Secunda conclusio. Per characterem deputatur homo ad cultum huius militiae, quæ consistit in recipiendis, tradendis, administrandisque sacramentis. Quæ quidem conclusio iam satis supra demonstrata est. **¶**Tertia conclusio. Character sacramentalis specialiter est character Christi, cuius sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres. Probat, quoniam cultus Christianæ religionis à sacerdotio Christi deriuatur, qui sese primus sacrificium in cruce obtulit. Quapropter characteres nihil aliud sunt quam quædam participationes eiusdem sacerdotij Christi ab ipso deriuatæ. Confirmat eandem tertiam conclusionem altera characteris definitione, quæ superius data est. Est enim distinctio à characterem æterno impressa animæ rationali secundum imaginem confignans trinitatem creatam trinitati creati & recreanti, & distinguens à non configuratis secundum statum fidei. Vnde cum character æternus sit Christus, qui secundum Apostolum est figura substantia patris, sit vt character configuret nos Christo. Quod autem ait, consignans nos trinitati creati & recreanti, alludit ad professionem fidei trinitatis, quæ nos & in natura creauit, & in gratia recreauit. Colimus tamen illam characterem Christi insigniti.

¶Quæstio est facilima, quæ nullius eget discussionis, sed hoc tantum notandum quod conclusio tertia plus respondet, quam fuerat quæsitum. Interrogatum enim est, vtrum character sacramentalis esset character

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Expositio articuli.

Christi epistola.

Character Christi, & responsum est, quod est character Christi, non vt cuique, sed secundum eius sacerdotium. Christus enim caput nostrum, & noster redemptor fuit: & rex subinde regni coelorum, ac demum sacerdos, de quo Paul. ad Hebr.9. Christus, inquit, assistens pontifex futurorum bonorum, æterna redemptione inuenta. Et quatenus, rex posuit nobis leges, rediditque est bonis & malis, prout quisque; gesit in corpore. Sed quatenus sacerdos re & verbis constituit diuinum sacrificium sacramentorumque cultum, offerens se in cruce hostiam viuam Deo patri. Ob idque; virtus sacramentorum ex eadem passionem promanans & gratiam nobis instrumentaliter confert delectricem peccatorum, & characterem, qui est sacerdotij potestas ad colendum Deum, iuxta illud. 1. Petri.2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, &c. Omnes enim Christiani quatenus sese Dei cultu sacrificant, regales sacerdotes dicuntur à Christo rege. Illas autem auctoritates Ezechie. & Apoc. quas hic D.Tho. citat, VValdensis loco supra citato intelligit de characterem. At D.Thom. germanius arbitratur conuenire gratiæ, & ideo nos illas in.1.ar. prætermisimus. Gratia enim est, quæ velut Thau in fronte gementibus & dolentibus medetur, & quæ seruos Dei propriè secernit ab alijs. Nam stat quempiam habere characterem in peccato, quando est seruus diaboli, & e conuerso gratia absque; characterem in lege naturali & scripta faciebat seruos Dei.

Autoritates D. Tho. exponit.

Primum argumentum.

¶Primo argumento D.Th. pergit exponere illud ad Ephe.4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis: non de signo characteris, sed de signo gratiæ. Hæc siquidem est, quæ spiritui sancto attribuitur in quantum ex amore procedit, vt Deus nobis aliquid gratis largiatur. Amor autem attribuitur spiritui sancto, vnde. 1. ad Corint.12. Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus. Tamen si spiritui sancto etiam tribui potest, characterem insignire, quatenus gratiam consequitur. **¶**Secundum argumentum est. Character habet rationem signi: est namque; signum gratiæ, quæ per sacramentum confertur, gratia autem à tota trinitate animæ infunditur, secundum illud Psalmi,

Secundum argumentum.

Gratiam & gloriam dabit Dominus: ergo character non debet Christo attribui. Responderetur, quod character est res respectu sacramenti, hoc est eius effectus, sed est sacramentum respectu ultimi effectus, id est, signum quodammodo gratiæ. Et ideo dupliciter aliquid characteri adscribitur. Vno modo quatenus est quodammodo sacramentum: & sic est signum inuisibilis gratiæ, eo pacto quo arti.1.ad.2. expositum est. Alio modo secundum propriam rationem characteris: atque; hac ratione est signum configuratiuum alicui principi, penes quem est auctoritas eius, qui per characterem ad munus aliquod deputatur, sicuti milites insigniuntur characterem ducis: & hoc modo character sacramentalis est character Christi. Memeto hic illius, quod in calce præcedentis articuli diximus, nempe, characterem ratione sacramenti exterioris, quo designatur, esse quodammodo sensibile signum gratiæ, perse autem est figura Christi metaphorice. **¶**Tertio arguitur. Character imprimitur, vt eo homo ab infidelibus discernatur, saltem character baptismi: distinctio autem sanctorum ab alijs fit per charitatem, vnde filij perditionis characterem quoque; bestiarum, hoc est fatanæ (vt patet Apocali.13.) gestare dicuntur: charitas autem non attribuitur Christo, sed magis spiritui sancto secundum illud ad Rom.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, vel patri, secundum illud 2.ad Cori.1.vlt. Gratia Domini nostri Iesui Christi: & charitas Dei: ergo character non est Christo adscribendus. Responsum autem est, distinctionem seruorum Dei in ordine ad sempiternam gloriam à seruis diaboli in ordine ad postremum supplicium fieri per charitatem: distinctionem verò militantium in acie Christi in hac vita, siue sint membra viuia siue mortua, ab alijs qui Christum non adorant, fieri per characterem. **¶**Illud tamē adnotato, quod charitas attribuitur spiritui sancto, quatenus charitas ipsa est amor: patri verò, quatenus ipse est omnium bonorum principium sine principio. Character autem demonis non habet propriam rationem characteris, nam character proprius effectus est sacramenti, sed vel obstinata malitia, qua quis

Tertium argumentum.

Nota.

Character demonis.

quis est filius perditionis, vel professio idololatriæ cultus, quia opponitur characteri, dicitur abusive character.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum Character sit in potentijs animæ, sicut in subiecto.



ROSTquam visum est quid est character, proximum est explorare de eius subiecto. Cum enim sit spiritualis potestas, fit ut nec sit in corpore nec in sensu, sed in anima, vel in eius potetia. Queritur ergo, vtrum sit in essentia anime, sicut gratia, an in intellectu, sicut fides, an vero in voluntate, sicut caritas. Et respondet D. Tho. duabus conclusionibus. Prior est indefinita. Character non est, sicut in subiecto, in essentia anime, sed in eius potentia. Posterior est specialis in solutione tertij. Character est in intellectu. Probat prior conclusio duabus rationibus iuxta duas characteris qualitates. Est enim signum, quo Christo configuramur, configuramur autem trinitati non secundum essentiam anime sed secundum eius potentias: ergo character est in aliqua potetia, eod quod Christus vna est trinitatis persona. Secundo habet character, ut sit potestas colendi Deum vel suscipiendo vel tradendo sacramenta: iste autem cultus consistit in quibusdam actionibus: actiones vero exeunt proximè à potetia: ergo character est in potentia. Hinc fit gradus ad posteriorem conclusionem probandam. Isti enim diuini cultus ad fidei protestationem attinent, quæ fit per exteriora signa secundum definitionem characteris supra assignatam. Est enim signum sancte communionis fidei: ergo in eadem est potentia, in qua est fides: nempe, in intellectu.

Expositio articuli. **Quemadmodum de characteris quidditate, sic & de eius subiecto plurimæ variatur opiniones. Et quod ab ijs in quibus minor est probabilitas exordiamur, Prima opinio est Durandi, loco citato. d. 4. q. 1. quod character non est in anima, sed in potetia executiua administrandi sacramenta. Nullatenus enim characterè baptisimi agnoscit ob rationem iam suprâ re-**

probatam. Sed si aliquis, inquit, ponitur est in sacerdote: cuius ideo character hæret in lingua, & in manibus, quibus accipit, consecratq; species sacramentales. Et probat, quia character cum non sit cognitio, sicut fides: neq; hominè ad cognoscendum perficiat, non est intellectu, atq; adeo cum nec ipsum perficiat ad appetendum, non est in voluntate: sed quia est ad instrumentaliter operandum, scilicet ad ministrandum sacramenta, ponendus est in orâgis quibus illa administrantur. Idq; confirmat exemplo artis, quæ cum sit ad cognoscendum est intellectu: sed tamen virtus operatiua musici & scribentis est in manu, idq; per modum transeuntis, sicut est virtus in sacramentis. Itaq; non manet, inquit, nisi quoadiu lingua est in vsu administrandi sacramenta. **Est autè opinio hæc delira. Primum enim character est potestas spiritualis, sicut gratia: compertissimum ergo est esse in anima. Quare D. Tho. nõ reuocat in quæstionem: an sit in anima. Et concilium Florentinum, quasi confessionem omnium constantissimam affirmat, tria sacramenta characterem anime imprimere. Et exemplum artis nihil ei patrocinatur: nullus enim habitus vel virtus est in manu artificis, nisi forsitan agilitas ex vsu: sed tota virtus agendi est ars, quæ est in intellectu, illa enim mouet manus. Item character ordinis per ordinis susceptionem imprimitur, & indelebiter inest, non ergo per modum transeuntis, ut est omnium generalis confessio etiam concilio approbata. Ridiculum enim esset asserere, quod cum sacerdos ordinatur reciperet characterem, qui tamen non est in illo, nisi quando administrat sacramenta. Fieret enim consequens ut si nunquam administraret, nunq; esset in illo. Præterea ut in solutione. 3. ait D. Th. character post hanc vitam permanet, potetia autem corporea omnis corrumpitur, ergo nõ est in illa, sed in potentia in corruptibili. Ad hæc character vnus nõ potest esse in lingua & in manibus: deberent ergo esse plures: imò alius deberet esse in faucibus: atq; alius in palato: quæ sunt organa vocis. Sed quid immoramur cum homine contendere, qui asserit per sacramentum aliquid imprimi corporale, & extensum, & qui numerum negat ternarium**

Reprobatio opinionis.

Concilium Florentinum.

Respositio.

Secunda opinio Durandij.

Primum argumentum.

Quomodo character intelligatur esse dispositio ad gratiam.

narium characterum, quos ecclesia tradit? **Ad eius ergo argutionem respondetur, quod quauis character nõ sit habitus cognoscitiuus, ut fides, est tamè facultas ipsius fidei ad colendum Deum, sicut ipsa docet. Itaq; sicut ars est cognitio practica, ita fides characterem utitur ad opus, & ideo dicitur quoddam lumen, quod pariter est in baptizato ad suscipienda sacramenta, sicut in ordinato ad administranda. Quapropter ut in baptizato nõ potest esse in membro corporali, sed in anima, ita neq; in ordinato. **Secunda opinio, ut ordinem argumentorum. S. Tho. sequamur est eorum, qui putant characterem esse in essentia anime. Quæ opinionem sustinet Marfilus in. 4. q. 4. art. 1. In cuius fauorem arguit D. Tho. loco. Character dicitur esse dispositio ad gratiam: gratia autem est in essentia anime, ut. 1. 2. q. 110. visum est dispositio verò debet esse in eodè subiecto, in quo forma recipitur, ergo est in essentia anime. Respondet autè, quod character (ut monstrauit) est potestas ad colendum Deum, ob idq; proximè disponit ad illas actiones & receptiones sacramentorum, quibus Deus colitur, sed quia illas homo dignè exercere nõ valet absq; gratia (iuxta illud Ioan. 4. Eos, qui adorant Deum, in spiritu & veritate adorare oportet.) ex consequenti diuina largitas conferunt cum characterem gratiam ad dignè eodem actus exercendos, quare remore disponit ad gratiam. Nõ debet autem esse in illo subiecto, in quo est forma, ad quæ remore disponit, sed in eo, in quo est actio ad quæ disponit proximè. **Quare Alex. loco supra citato. 4. par. q. 19. quauis dicat, characterem esse dispositionem ad gratiam, collocat tamè eum in intellectu. **Hæc autem responsio nõnulla eget excusatione. Posset enim quispiam falli arbitratus gratiam sacramentorum non conferri nisi ex consequenti propter characterem ad dignè eius actiones explendas, quod est falsissimum. Nam gratia est primarius sacramentorum effectus, ut in capite præcedentis quæstionis. S. Tho. confessus est. Ordinatur enim (ut sæpissime diximus) sacramenta ad duo, scilicet & in remedium tamquam peccatorum medicina, & ad colendum Deum. Quorum prius potius est, & quæ peccata nõ remittuntur, nisi per gra-********

tiam, illa est effectus omnium sacramentorum potissimus, quem omnes alij consequuntur. Alioquin si gratia non conferretur, nisi propter characterem, non omnia illam conferrent, nisi tantum tria. **Ex ijs fit planè consequens, characterem nõ esse propriè dispositionem ad gratiam. Primum, quia nõ est in eodem subiecto. Secundò, quia consequitur fidem: est enim (ut eius definitione docemur) signum sancte communionis fidei, fides autem suapte natura consequitur gratiam. Enimvero ut nos D. Tho. 1. 2. q. 110. art. 4. sciētissimè docuit, quemadmodum ab essentia anime effluunt potetie, sic & à gratia, quæ perficit animam, essentia effluunt potetiarum virtutes, ut fides: & caritas. Quapropter ubi gratia cum virtutibus infunditur, prius natura ipsa, quam illæ, infunditur, atq; adeo quam fides, quam consequitur character. Ex quo fit, ut character non dispositio sit gratiæ, sed eius effectus. At verò quoniã consequitur fidem, siue mortuam siue viuam, accidentarium est, ut in illo, qui gratiæ obicem opponit sine ipsa imprimatur character ob id, quod siue gratia donatur fides mortua. Atq; eã ob rem nõ ait D. Th. quod character sit dispositio ad gratiam, hoc enim dixerat in. 4. qd' in summa deseruit, sed hoc ait hic dütaxat, quod cum vsus characteris sit Deum colere, quod siue gratia dignè fieri nõ potest, qui dat characterem, ex consequenti, dat gratiam, nõ quod ipsa consequatur ex characterem, ita quod effectus sacramenti prior sit character, quam gratia in non opponente obicem, imò prius natura dat gratiam ad remissionem peccatorum, quam characterem ad cultum, sed quod Deus prouidèter, dum dat characterem, qui est potentia operandi de se indifferens ad bene vel male agendum, tribuit gratiam non opponenti obicem etiã ad hoc: ut vsus characteris sit perfectus. Colligamus ergo, quod si characterem cum habitu gratiæ conferamus, nõ est eius dispositio. Si autem vsus characteris ad vsus gratiæ referamur, tunc in gratia duplex est vsus. Prior ad remittendum peccata, & iste suapte natura est prior, quam vsus characteris, qui est colere Deum. Posterior verò vsus gratiæ est, bene colere Deum, & ad hunc quodam modo disponit vsus characteris**

ris. Prius, inquam, natura est colere Deum simpliciter, quam bene colere, & hoc est ex consequenti ad characterem, conferre gratiam ad hunc usum. Et hac ratione character non secundum se, sed secundum suum usum quodammodo dicitur dispositio ad gratiam. Quocirca non opus est, ut sit in eodem prorsum subiecto. Ex quo fit: quod character, licet (ut arti. proximo dictum est) ratione visibilis sacramenti, dicatur signum gratiae, non tamen illam veluti sacramentum confert: imò tam ipse quam gratia est effectus sacramenti. ¶ Secundum argumentum D. Tho. eodem tendit. Potentia enim, inquit, animae non videtur esse subiectum, nisi tantummodo habitus vel dispositionis, essentia autem est subiectum potentiae: character verò, (ut dictum est) non est habitus vel dispositio, sed potius potentia: ergo potius est in animae essentia, in qua est intellectus, quam in ipso intellectu. Respondet autem per quam egregie per distinctionem minoris, quod character non est potentia naturalis, alias esset in essentia, sed supranaturalis, & idcirco sicuti gratia perficit animae essentiam dando ei esse supranaturale, sic character supranaturaliter perficit intellectum, quia est potentia naturalis, non autem perficit tanquam habitus. Nam habitus perficit potentiam determinando ipsam ad actus bonos vel malos: character verò perficit intellectum supranaturaliter simpliciter ad agendum siue bene siue male. ¶ Tertium quoque argumentum D. Tho. eundem habet scopum. Potentia enim animae vel cognoscitiua est, vel appetitiua: character autem neque est habitus cognoscitiuus, neque appetitiuus: ergo in neutra est, & multo minus in utraque: ergo est in essentia. Respondet autem concedendo quod neque proprie ordinatur ad cognoscendum, neque ad appetendum, sed ad operandum, scilicet ad protestandum fide, & ideo quia fides est in intellectu, illic est & character, ut iam supra expositum est. ¶ Et per hanc sententiam soluitur argumentum Marfilij, quo suam fundat opinionem. Character enim, inquit, est signum eorum, quae in sacramentis conferuntur: ea autem essentiam animae perficiunt, ut gratia & virtutes. Item quia anima est, quae per characterem adscribitur

ad cultum, ergo eius inest essentiae. Respondetur autem ad primum negando characterem esse signum eorum, quae per sacramenta conferuntur: sed facultatem protestandae fidei, quae est in intellectu. Et quavis anima, imò totus homo per ipsum deputatur diuino cultui, non tamen ideo esse debet in anima, sed in illa potentia, ubi est fides, quae nos ad diuinum dirigit cultum. ¶ Est ergo tertia opinio eademque verissima. S. Th. quod character est in intellectu. Vnum autem argumentum contra ipsum existit. Character (ut in eius definitione ar. proximo dictum est) consignat trinitatem creatam trinitati in creatura: & ideo in praesenti ar. primum argumentum cur fit in potentijs, & non in essentia animae, fuit, quod imprimitur animae secundum quod est imago: imago autem non sumitur secundum unam potentiam, sed secundum omnes tres: ergo est in omnibus tribus, scilicet, in memoria, intellectu & voluntate. Propter hoc argumentum D. Th. in 4. dist. 14. q. 1. ar. 3. dixit, quod quavis in intellectu: nihilominus est in alijs potentijs mouendo eas, sicut virtus vnius potentiae solet alijs imperare: quia omnes concurrunt ad cultum diuinum, atque adeo vtuntur illo. Hic autem non dicit nisi quod est simpliciter in intellectu. Rationem ergo hanc praeter superiores subscribere possumus, quod cum per tres omnes potentias trinitati configuremur, sic tamen quod memoria representat patrem in quo est generandi fecunditas: intellectus autem filium, qui per modum intellectus gignitur: voluntas verò spiritum sanctum, qui per modum voluntatis aspiratur, fit ut character quia est configuratio Christi, collocetur in intellectu, ipsum representante. Quocirca non probauit hic characterem esse in potentijs, eo quod imago trinitatis sit in ipsis, quasi volens characterem esse in omnibus, sed per analogiam. ¶ Quarta nihilominus opinio est in voluntate. Cuius duo sunt fundamenta. Vnum, quod est dispositio ad gratiam. Alterum verò quod gratia est idem quod charitas. Vnde cum charitas sit in voluntate, manifestè sequitur eidem inesse characterem. Et confirmatur, quoniam character est obligatio quaedam ad diuinum cultum

Tertia opinio
S. Thom.

Arguitur
aduersus D.
Thom.

S. Thom.

Assignatur
ratio.

Scotus.

cultum, voluntas autem quod id quod libera est, fit proprium obligationis subiectum. Vtrunque autem suorum fundamentorum falsum est, quoniam neque gratia est charitas, ut secundum D. Tho. 1. 2. q. 110. art. 3. solemus saepe repetere, neque verò character est dispositio ad gratiam, ut iam dudum disserebam. ¶ Aliter verò arguit Cae. Character est potestas colendi Deum ut dictum est: ergo pertinet ad virtutem religionis: virtus autem religionis, quoniam pars est iustitiae, voluntati inest, ergo ibidem est character. Ad hoc verò satis D. Tho. respondit art. 3. quod quia character non est potestas ad appetendum, non est in voluntate, neque verò determinat ad bene vel ad male operandum. In voluntate autem non sunt, nisi habitus determinati vel ad bonum, vel ad malum, & ideo religio quae determinatur ad bonum est in voluntate, character autem, licet ad religionem pertineat, attinet tamen ad illam mediante fide: est enim potestas protestandi mysteria fidei.

Argumentum
Cae.

ARTICVLVS. V.

Vtrum character insit animae indelebiliter.



DEMONSTRATO subiecto. i. cui nam potentiae character inheret, subsequitur constituere modum, quo in fit, nempe vtrum per modum passionis transeunter, ut sacramenti virtus: an verò permanenter. Et si permanenter, vtrum per modum habitus, ut charitas, quae quandiu gratia manet, durat, & illa corrupta, perit: vel vtrum sit diuturnior, quam gratia: nimirum sicut fides, quae abeunte gratia permanet mortua. Imò verò vtrum firmitus haereat, quam fides: nam haec per actum infidelitatis corrumpitur in heretico. Vtrum ergo in illo permaneat character, & in apostata & in caelo, & in inferno, ita ut nisi anima annihilata, non pereat? Respondet D. Tho. vnica conclusione affirmatiua. Quomodo in intellectu perpetuus est, & incorruptibilis, sic character, qui in illo existit indelebiliter manet in anima. Probat primo autoritate Augustini supra inducta aduersus Parmenianum. lib. 2. vbi ait, non minus ha-

Conclusio.

rere sacramenta christiana, quam militiam deferat, si reuertitur, non noua imprimitur, sed antiqua cognoscitur, & approbatur. Ratio autem sumitur ex sacerdotio Christi, cui per characterem configuramur. Character enim sacramentalis, ut ar. 3. dicebamus, est participatio quaedam sacerdotij Christi, nempe spiritualis potestas colendi Deum per sacramenta: quare Christo non competeat habere characterem: quia per se ipse absque villo sacramenti adminiculo plenissimam habebat omnium potestatem in caelo & in terra: vnde character noster deriuatio est potestatis illius. Sacerdotium autem Christi fuit aeternum, secundum illud Psalmi. 109. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: ergo & sacramentalis character est aeternus. Confirmatur ratio aliorum similitudine, quae inde deriuatur. Omnis enim sanctificatio, quae per Christi sacerdotium fit, est perpetua: ut consecratio templi, & calicis, & similes, dum subiecta non destruuntur, semper durat. Cum ergo anima, cui character imprimitur, sit perpetua, fit ut & ipse indelebiliter insit.

¶ Conclusio haec confessio vniuersalis est omnium doctorum, qui characterem agnoscunt. Quae quidem etiam concilij Florentini assertio est. Et ratio ex eius natura elicitur secundum autoritatem Augustini aduersus Donatistas. Inde enim (ut iam dictum est) colligebatur baptismum nequam esse iterandum, neque sacramentum ordinis, quod licet Christianus etiam sacerdos in peccatum incideret, aut in haeresin laboraret, per quam perditur fides & in apostasiam, semper in illo manet signaculum Saluatoris. Itaque cum gratia contrarium habeat quodcumque mortale crimen, per quod corrumpitur, & fides haeresin: character verò nullum contrarium patitur, per quod actione humana deleri possit. Dixit enim actione humana, nam si character res est distincta à subiecto, planum est per omnipotentiam Dei absolutam posse deleri manente intellectu. Sed conclusio asseritur de potentia Dei ordinaria. ¶ Est autem non nihil obscuritatis in ratione. S. Tho. ob id quod character deriuatur à sacerdotio Christi, inferre

Expositio ar
ticuli.

Explicatio
rationis San.
Thomae.

Secundum ar
gumentum.

Tertium ar
gumentum.

Respondetur
Marfilio.

tis esse indelebilem potentiam: nā & virtus sacramenti, est virtus instrumentalis eiusdem Christi, & tamen est corruptibilis. Respondet Caietanus, etiam virtutem sacramenti esse sacramēto coarvam, hoc est, tandiu durare, quoad ipsū durat: nam sacramentum non est, nisi dum applicatur. Character autem habet subiectum perpetuum, & ideo est perpetuus. At verò forsan & altera solutio adhiberi potest: nempe quòd character non solum inde est indelebilis, quòd deriuatur à potestate Christi, sed inde quoq; q̄ est quædam configuratio eius sacerdotij. Sacramentum enim (vt dudū dicebamus) est merum instrumentum: character verò est quædam potestas: qua efficiuntur cō sacerdotes Christi, atq; adeo sacerdotes in æternum, sicut est ipse.

Primum argumentum.

¶ Primum argumentum D. Tho. est. Quòd aliquod accidēs perfectius est, eò diuturnius: gratia autē est characterē perfectior ergo in apte natura diuturnior: & nihilominus deletur, ergo & character est delebilis. Responsio autem ad consequentiā dirigitur, quæ ideo negatur quòd nō sunt cætera paria. Gratia enim: quia inest animæ, non tanquam instrumentum, sed tãquam habitus, habens in ipsa esse cōpletum, insequitur naturam ipsius subiecti, scilicet animæ, quæ cum sit per liberū arbitrium mutabilis, in causa est, vt gratia adsit, & absit. Character verò non inest, nisi tanquam virtus quædam instrumentalis sacerdotij Christi, & ideo non sequitur mutabilitatem subiecti, sed æternitatem principalis causæ. Itaq; quòd sit indelebilis non prouenit ex maiori ei⁹ perfectione, sed ex natura principalis agentis. Neq; quòd gratia sit delebilis prouenit ex minori eius perfectione, sed ex natura subiecti. Et eodem recidit si dicas, q̄ gratia potest habere contrarium per liberum arbitriū: character verò minime.

Secundum argumentum.

¶ Eadem ferè solutio est secundi argumenti, quod est huiusmodi. Character est deputatio ad diuinum cultum, per apostoliam autem fit transitus ad alium cultum, vt si quis Christianus in sectam Mæhometricam transfugiat, ergo saltem illū apparet characterem amittere. Respondet autem cum Augustino eodem lib. 2. cōtra Parmenianum, quòd etiam in apo-

statis, & transfugis permanet character, & ideo cum respiciunt, ad ecclesiam regressi nō rebaptizantur. Et ratio est, quia virtus instrumentalis à solo agenti principali pendet, & non ex arbitrio subiecti: quare quomodocūq; se Christianus per voluntatē moueat, permanet character Christi. ¶ Tertium argumentum est. Cessante fine, cessat medium ad finem: aliās frustra maneret, sicuti frustra post resurrectionē esset matrimoniū, quia nulla est futura generatio, sed post hanc vitam nullus futurus est religionis cultus per sacramenta, ergo tunc non manebit character. Respondet D. Tho. quòd licet non manebit cultus, manebit autem ei⁹ finis, nempe sempiterna possessio & fructio Dei. Et ideo in bonis manebit character ad gloriam, in prauis verò ad ignominiam, sicuti in militia sæculari cōtingit. Nam & emeriti milites in signe semper seruāt militare, etiam si domi sedeāt, & qui militiam deseruerunt, eodem insigniuntur dum publicitus ad supplicium rapiuntur.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum per omnia sacramenta noue legis imprimatur character.



¶ QVONIAM haftenus non nisi indefinitè monstratum est sacramentum nouæ legis characterē imprimere, restat demū querere an vniuersum omnia sacramenta eundem sortiantur effectum. Et respondet D. Th. duabus cōclusionibus. Prior. Licet omnia sacramenta gratiam conferant, non tamen omnia characterē imprimunt. Probat, ad duo enim semper dicimus sacramenta esse instituta, scilicet & in remedium peccati, & in diuinum cultum. Prior autē ratio vniuersis congruit, vnde & cum peccata non nisi per gratiam remittantur, cūctis competit gratiam conferre. Non autem omnia directe ad diuinum cultum ordinantur, & ideo adhibetur posterior conclusio. Per tria tantum sacramenta character imprimitur, scilicet per baptismū confirmationem, & ordinem. Conclusio est omnibus in confesso, & sic determinatur

Prior conclusio.

Posterior conclusio.

Concilium Florentinum.

Sacramenta ad cultū diuinum trispartita pertinent.

Dionysius.

Baptismus aliorū sacramentorū ianua.

tur in cōcilio Florētino. Cuius prima potissimaq; ratio sumitur ex ritu ecclesiæ, secundum quem hæc tantum tria sacramenta non sunt iterabilia, cum reliqua quatuor iterentur. Atque adeo hæc tria chrismate celebrantur. Rationes verò singulorum quatuor particularium, cur scilicet characterem non imprimant, suis proprijs locis afferendæ sunt. Nihilominus hic D. Thom. summam & perfuntoriè nonnullas tangit, declarando hæc tantum tria sacramēta directe referri ad diuinum cultum. Pertinet enim sacramentum ad huiusmodi culturam tripliciter. Vno modo per modum actionis: scilicet quòd ipsamet susceptio vel administratio sacramenti sit diuinus cultus. Secundo modo per modum agentis: nempe, vt per talem actionem constituitur homo minister eiusdem cultus. Et tertio modo per modum patientis: videlicet, vt per eandem actionem fiat illa facultas exercendi eundem cultum. Et quidem per modum actionis vniuersa sacramēta pertinent ad Dei cultum: nam omnium susceptio & administratio est actus & exercitium diuini cultus. Quatuor autem nihil amplius habent, quam quòd ad cultum attinet per modum actionis, & ideo non imprimunt characterem. Venerabile, inquam, sacramentum eucharistiæ, tãdum consecratur, quãdum suscipitur, est actio diuini cultus. Haud tamen illic suscipitur noua facultas aut suscipiendi, aut administrandi alia sacramenta. Imò (vt ait. 3. capit. cœlestis Hierarchiæ Dionysius) est potius omnium sacramentorum consummatio & finis: sanè quo Christus ipse, in quo non est character, continetur. Pari ratione nec per susceptionem sacramenti poenitentia suscipitur noua facultas, sed restituitur homo in pristinam dignitatem gratiæ. Neque in sacramento extremæ vnctionis, vt potè quòd migrantibus iam iam ex hoc seculo confertur. Neque verò per matrimonium vlla spiritalis fit coniugibus potestas, sed fiunt duo in carne vna. At verò per sacramentum baptismi aperitur reliquorum ianua, & ideo illic fit potestas reliqua suscipiendi, atque adeo agendi ea secundum Christianam religionem, quæ ad propriam conferunt salu-

tem. Et in confirmatione recipit homo, quasi fide iam adultus, robur ad resistendum publicis hostibus fidei. Ac demum in ordine potestatem administrandi sacramenta. Fit ergo consequens, vt per hæc tria imprimatur character. Et hæc in presentiarum vsque ad singulorum loca sufficiant. Illam autem opinionem ornatuam, quam (vt quæst. præcedenti dicebamus) D. Thom. in. 4. distinctio. x. quæst. i. sustinuit: videlicet, reliqua quatuor sacramenta ornatū imprimere, post modū, vt illic diximus, re maturius perspecta, deseruit: cuius ideo in summa nullam mentionem fecit. Quare non opus est vt vllum contra illam verbum repetamus.

Opinio ornata.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

¶ Primum argumentum D. Thomæ est. Per omne sacramentum fit homo particeps sacerdotij Christi: sed character sacramentalis est participatio eiusdem sacerdotij: ergo per omne sacramentum imprimitur. Respondetur per distinctionem maioris, quòd per omne sacramentum fit homo particeps eiusdem sacerdotij: quia ipsa susceptio est cultus, per quam recipitur gratia virtute passionis: eius nō tamen per omne recipitur noua potestas, atque adeo neque character. ¶ Secundum argumentum est. Character est quædam animæ consecratio: sed per omne sacramentum consecratur anima: ergo omne sacramentum imprimit characterem. Respondet per distinctionem minoris: per omne enim sacramentū consecratur anima, hoc est à peccato emundatur per gratiam, non tamen si consecratio vsurpetur pro deputatione ad cultum ministrandum aut suscipiendum. ¶ Tertium argumentum est. Character est res & sacramentum: sed in omni sacramento nouæ legis est signare aliquid quod sit sacramentum, & aliquid quod sit res, & tertium quod sit vtrunque: ergo per omne sacramentum imprimitur character. Respondet negando consequentiā, quia licet character sit res & sacramentum: non tamen quicquid est res & sacramentum, est character. Dicitur enim aliquid res sacramenti, quia est effectus eius: & ideo character est res. Et dicitur sacramentum, quia signum gratiæ vbi nō op-

mentum.

mentum. In sacramento autem eucharistia, corpus Christi verum, est res, quia effectus sacramenti, & sacramentum seu potius virtus sacramenti, quia confert gratiam. An verò in omni sacramento si gnandum sit aliquid quod sit res & sacramentum, in singulis disputabitur.

QVAESTIO. 5. DE sacramentorum ministris.

S. Thom. 3. parte quaest. 64.

ARTICVLVS I.

Vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.



POST sacramentorum effectus, subsequitur ut de eorum causa disputemus. De qua re quintum erat capitulum textus. Est autem duplex, ut in illo loco dicebamus: scilicet, primaria, quae est Deus. Et secundaria, quae est minister de quarum utraque praesenti quaest. differendum est. Quocirca sicuti de vniuersis sacramentis definitum est, esse instrumenta Dei ad conferendam gratiam, sic in isto primo articulo propter ministrum interrogatur, vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti, an verò etiā minister. Vbi palam est sermonem fieri de sacramentis nouae legis, de quorum effectibus duabus praecedentibus quaestionibus disputatum est. Vnde & D. Thom. eadem distinctione (ut illic) supposita, duabus similibus conclusionibus respondet. Bisariam enim contingit quidpiam ab aliquo fieri. Vno modo tanquam à principali agente. Atque alio tanquam ab instrumento. **¶** Prima ergo conclusio fit. Solus Deus tanquam principale agens internum sacramenti effectum operatur.

Prima conclusio.

Probatur ratione duplici. Primò, quia nihil operatur vbi non est. Solus autem Deus potest intus in animam illabi, vbi sacramenti effectus infunditur, id est, solus illic per essentiam adesse, quia est vbiq; homo verò minimè: ergo solus ipse illic immediatè operatur, hoc est, tanquam causa, quae non ab alia dependet. Secundò, quia gratia est à solo Deo, iuxta illud Psalmi. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Et iuxta illud ad Roman. 8. Deus est, qui iustificat. Ac subinde character, qui pariter est res spiritualis inter animam inharens, ab illo solo produci potest. **¶** Secunda conclusio. Secundo modo, id est, ministerialiter homo potest ad eosdem internos effectus gratiae, & characteris pertingere applicando sacramenta. Nam eadem ferme est ratio sacramenti & ministri (ut supra dictum est.) Quapropter ut sacramentum, ita & minister suam virtutem à Deo principali agente recipit.

¶ Circa primam conclusionem adnotandum, auctoritatem Dei in conferenda gratia sacramentorum, quam hic D. Thom. appellat principalem causam, in hoc consistere quòd sit naturalis à nulla alia prorsus dependens, ut possit sine per modum meriti, siue per modum sacramenti, siue absque vlla creata causa illam infundere. Quemadmodum primo angelo, & primo parenti, & sanctificatis in vtero illam contulit, ad modum, quo mundum creauit. Conuenit enim hoc Deo, sicut soli lucere, & igni calfacere: quare potest gratum hominem facere siue intus cor mouendo, siue absq; vilo motu, ut infantulis illam influit. Quae ideo auctoritas, ut articulo 4. monstrabitur, per nullam Dei potentiam est pura creaturae communicabilis, esset enim facere alium Deum. **¶** Circa secundam autem parum immorandum est. Qui enim modum, quo sacramentum est causa gratiae quaestione tertia explicitum, intellexerit, facile & hunc subinde intelliget. Hoc tamen semper obseruato, quòd minister non est merum instrumentum; quod nullatenus mouetur, nisi ab alio motum. Est enim viuens quod se mouet, quauis à Deo sit institutus, & ad eius ministerium moueatur. Atque in hoc

Expositio articuli.

Minister quo modo est instrumentum.

Affertio euangelica.

Concilium Constantiense.

hoc habet similitudinem cum instrumento. Quod autem minister gratiam conferat, non solum assertio doctorum est, aut solius ecclesiae, verum apertius è sacris literis colligitur, quam quòd illa per sacramenta infundatur. Habetur enim Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata remissa erunt: peccata autem, nisi per gratiam, remitti nequeunt: ergo sacerdotes per eadem sacramenta ad gratiae infusionem concurrunt. Et ita in concilio Constantiensi conclusum est, & in concilio Florentino: vbi habetur, quòd sacramenta tribus perficiuntur: scilicet, materia, forma, & ministro. Patet praeterea conclusio ex forma sacramenti poenitentiae. Ego te absoluo, quae ex illis verbis colligitur Matth. 18. Quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligatae & in caelo: & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Verum est quidem secundum Magistrum Sententiarum (ut infra in materia poenitentiae videbimus) sensum esse. Ego ostendo te absolutum. Monstrabitur tamè illic, non esse nisi, Ego te absoluo tanquam Dei minister. Si ergo minister absoluit, concurrit ad gratiam sacramenti, per quam fit absolutio. **¶** Confirmatur deinde ex forma baptismi. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sensus enim non est praecisus. Ego te corporaliter abluo: sed certè spiritualiter in anima: aliàs non opus esset addere, in nomine patris, & filij, &c. hoc est, in eius potestate. Nam ad abluendum tantum corpus, diuina illa potestate minimè operatur. Nefas ergo esset negare, imò haereticum, ministrum ad internum sacramenti effectum concurrere. **¶** Huic tamen sententiae obijcere quis posset argumentum hoc. Sequeretur, non solum ministros administrandis sacramentis deputatos, verum & illos, quibus ex officio id non incumbit, ad gratiae effectum concurrere. Ut dū laicus puerum baptizat, nam pari modo & sacramentum applicat, & formam profert. Consequens autem inde apparet falsum, quòd nomine ministri solum illi comprehenduntur, qui ad id sunt diuina institutione conscripti, sicuti sunt sacramenta ad eundem effectum instituta. **¶** Circa hoc argumentum notato, quinque sacramenta non

Haeresis est negare ministrum concurrere ad gratiam. Obiectio.

Dilutio.

Notandum.

nisi à proprijs ministris, qui ordinis characterè ad id deputati sunt, administrari posse. Baptismus verò, quoniam sacramentum necessitatis est, potest tempore necessitatis à laico exhiberi. Sacramentum autem matrimonij, quantum ad necessitatem sacramenti, non habet alium ministrum quam ipsos contrahentes. Posset ergo quis forsitan tenere, quòd minister baptismi quando non est sacerdos, non concurrit ad gratiam, propterea quod non est diuinitus ad id institutus. At verò contrarium multò certius est, imò arbitror certissimum, ob id quòd eadè utitur forma, qua utitur sacerdos: scilicet, Ego te baptizo in nomine patris & filij, & spiritus sancti, quae ideo non intelligitur de ablutione corporali, sed certè de spirituali, ut subiuncta verba in nomine patris, &c. ostendunt. Atq; adeo si non ablueret animam, falsa esset forma. Vnde ad argumentum in contrarium respondetur, quòd quauis laicus non sic dicitur institutus, quòd sit ad id muneris consecratus, est tamè eatenus delegatus, ut in necessitate possit eodem munere fungi, quauis etiam si extra necessitatem sacramentum ministraret, licet delictum committeret, nihilominus baptizaret. **¶** Secundò ad id arguitur. Contrahentes matrimonij sine alio tertio ministro, verè conficiunt sacramentum: ergo recipiunt gratiam, & non nisi suo ipsorum ministerio: ergo ministri non consecrati conferunt gratiam. Probo primum assumptum si id forsitan quis negare contenderet dicens, vbi inter partes sine sacerdote aut alio ministro contrahitur matrimonium, non esse verum sacramentum conferens gratiam: propterea quòd in concilio Florentino, tribus assertitur perfici sacramentum: scilicet, materia, forma, & ministro. Quorum si aliquod defecerit, non est sacramentum. Arguitur, inquam, contra hoc. Minister matrimonij non est necessarius quando sponsos benedicit: nam tunc certè ratum est iam vinculum; matrimonium per mutuū consensum, quando quidem solennitas illa non est de necessitate sacramenti. Neque verò concurrunt ad gratiam, quando adesset sponsis praesentibus mutuū consensum interrogando vtrunq; alterum velit ca

Ministri in matrimonij ipsi contrahentes.

Secundum argumentum de matrimonio.

pere in cōiugem. Quoniam minister nul-
latus concurrens ad gratiam, nisi appli-
canda materia & formam sacramen-
ti: vt in baptismo. Ego te baptizo, & in
confirmatione. Ego te chrismo, &c. Vel
solam formam, vt in sacramēto poenitē-
tiæ. Ego te absoluo. Vel saltem sacramē-
ti virtutem, vt cum sacerdos consecratā
bucellam porrigit. Ille autem minister
in matrimonio neque formam applicat,
neque materiam, & ideo neq; virtutem.
Nam materia & forma sunt illa verba à
contrahentibus prolata. Ego te accipio
in meam, vel in meum. Atque adeò ipsi
proferentes sunt ministri applicantes
materiam & formam, ac subinde confe-
rentes sibi ministraliter gratiam. Quo-
circa concilium Florentinum non affir-
mat requiri consecratum ministrum, ad
sacramētum, sed ministrum. Vnde sicut
in baptismo laicus, qui applicat materiā
& formā, est minister, sic & in matrimo-
nio contrahentes ipsi. ¶ Profectò vrgen-
tissima sunt argumenta hæc, quòd mini-
ster non consecratus ad gratiæ collatio-
nem concurrat. Extat nihilominus in cō-
trarium argumentum. Sequeretur enim
inde quòd infidelis posset Deo coagere
ad conferendam gratiam. Patet si cum
intentione ecclesiæ baptizaret: nam (vt
artic. 9. videbimus) infideles possunt vt
que sacramētū baptisimi administrare.
Respondetur nihil absurditatis habere
consequens: nam veram etiam profert
formam. Ego te baptizo in nomine pa-
tris, &c. Maius autem dubiū esset, si quis
quam secularium, etiam infidelium, qui
consecrare nequeunt, consecratam ho-
stiam temerè porrigeret Christiano, ap-
paret enim illum non conferre gratiam:
nam & puer ante vsum rationis, eādē
posset porrigere: quinuero simia. Respō-
deri ergo potest talem ministrū non effi-
cere gratiā: quoniā non applicat formā,
sicut in baptismo, & in matrimonio: sed
solum corpus, quod per se est virtus con-
ferendæ gratiæ. Quod quidem corpus eā-
dem conferret, etiam si qui porrexit in-
tentionem non haberet ministrandi sa-
cramentum, dummodo suscipiens legiti-
mam haberet intentionem. Secus de sa-
cerdote, qui cum virtutem habeat conse-
crandi, quādo sacramētū administrat,

*Maius dubi-
tatio.*

ad gratiam concurrens. Hæc autem qua-
estio aliam suscitatur. Arguitur enim inde
fieri consequens, vt in quocūq; ministro
etiam non cōsecrato deberet esse virtus
cōferendi gratiam: siquidem ob id, quòd
omne sacramentum confert gratiam, in
quolibet virtutem diximus inesse. Con-
sequens autem apparet falsum: quoniam
in solis consecratis inest character, qui
est potestas administrandi sacramēta. P-
trus Palud. in. 4. d. 1. q. 1. cui Capreolus ea-
dē d. & q. subscribit, ait virtutē cōferen-
di gratiā existere in ministris cōsecratis,
nō autē in illis, qui nō consecratur. Alij
verò sunt qui putant ridiculum esse, ta-
lem virtutem ministris attribui, dicētes,
quòd illam isti ob id fingunt, quòd cen-
sent ministros attingere productionem
illius qualitatis, quæ est gratia, per mo-
dum causæ naturalis: sicut ignis attingit
ignem, quem producit in ligno. At
verò quanuis non illa ratione qualita-
tis illius productionē attingant, vt que-
stio. 3. de sacramento monstrauimus, ni-
hilominus negari non debet, quin in mi-
nistris consecratis sit virtus permanens
conferendæ gratiæ formaliter, id est, fa-
ciēdi hominem gratum Deo. Tota nāq;
q. præcedēti constitutū est, characterem
ordinis esse potestatem administrandi sa-
cramēta (idq; in materia ordinū est iterū
repetendū) sicuti character baptismalis
est potestas eadē suscipiendi. Cum ergo
per sacramēta gratia cōferatur, id est, ho-
mo fiat Deo gratus, cōsequitur, vt idem
sacerdotalis character sit potestas confe-
rēdi gratiā, sicut & character baptismalis
potestas est eiusdē suscipiendæ. Et hoc
est, quod ait D. Th. Ministrū fortiri inte-
riorē effectū ex virtute principalis agen-
tis, quod est Deus. Haud tamē displicet,
ministrū causam esse (vt quidā autumāt)
moralis similē, hoc est, familiari. Quem-
admodū enim quis facit potestatem ser-
uio redimēdi captiuū dādo illi redēptio-
nis pretiū: sic se quodāmodo habet mini-
ster sacramēti conferēdo sacramentum,
quod Christus in hoc remediū cōstituit.
Quāuis sacramēto, vt. q. 3. disputabam,
eadē similitudo nequeat tā propriè coap-
tari: quia nō est instrumentū viuum, cui
negotiū demādetur, sicuti ministri: sed
est merum instrumentū instar instrumē-
ti arti

*Alia que-
stio.*

Paludanus.

*Primum ar-
gumentum.*

Nota.

ti artificis, quod ab agente nihil recipit,
nisi motum, & applicationem ad opus
Sed tamen illa non obstante similitudi-
ne non est negandum, quin in sacerdo-
te existat ad id muneris vera virtus: nē-
pe, character. Iam enim supra discrimen
constituimus inter illum, qui ab huma-
no principe ad aliquod deputatur offi-
cium, & sacerdotē: nā in illo nulla vtiq;
à principe creatur virtus ad agendum,
in hoc verò dum minister sacramentorū
instituitur, character imprimitur. Imò &
quando applicat sacramentum cum in-
tentione Dei, illa etiam applicatio vir-
tus est instrumentalis Dei, vt pote mo-
tus sacramenti. Atq; hanc solam à Deo
recipit ille minister, qui per consecratio-
nem non est deputatus: vt laicus dum in
necessitate baptizat, atque illi, qui ma-
trimonium contrahunt. Et eo pacto sub
intelligi etiam potest verbum D. Thom.
quòd etiam isti ministri sortiuntur inte-
riorē effectum ex virtute Dei: quia eius
intentione & nomine sacramēta admi-
nistrant.

¶ Argumenta S. Thomæ procedunt ad
probandum, quòd non solus Deus, sed
minister ad gratiam concurrat. Et respō-
siones in hoc ipsum tendunt, vt conclu-
siones explicent: scilicet, quòd solus De-
us concurrens, vt causa principalis, mini-
ster verò minime, nisi vt instrumentalis,
applicando sacramentum. Est ergo pri-
mum argumentum. Interior sacramenti
effectus est, vt homo purgetur à pecca-
tis, & illuminetur per gratiam: ad mini-
stros autem ecclesiæ pertinet purgare, il-
luminare & perficere, vt. 5. cap. ecclesia-
stica Hierarch. autor est Dionysius: er-
go non solus Deus, sed etiam ministri
interius operantur. Responso autem est,
quòd purgatio illa nō intelligitur de in-
teriore per gratiam: sed diaconi dicun-
tur purgare, quoniam officiū suum est,
& immundos à coetu fidelium eijcere, &
eos, qui recepturi sunt sacramēta, cate-
chismis, alijsq; salutarib; monitis dispo-
nere. Similiter & sacerdotes illumina-
re dicuntur sacrum populum, non qui-
dem gratiam infundendo, sed sacramen-
ta gratiæ tradendo, vt illic ait Diony-
sius. Est autem hoc verbum apprimè ad
notandum in confirmationem illius, qd

quæstione. 1. constituimus, & nunc pro-
ximè retulimus, quòd sacramētum non
attingit immediatè infusionem qualita-
tis, quæ est gratia: aliàs sacerdos traden-
do sacramētum, illam quodammodo in-
funderet. Sed est causa hominis grati per
inde, ac si gratia nō esset distincta quali-
tas, mediate autem & cōsecutiue est cau-
sa: quare illam Deus faciendo hominem
gratum, concreet. Et eodem pacto mini-
ster suo gradu ad eandem gratiam con-
currit admouendo sacramentum. ¶ Secū-
dum argumentum plusculum secum dif-
ficultatis adfert. Est autem huiusmodi.
In collatione sacramentorum quædam
orationum suffragia proponuntur, vt ma-
ximè in baptismo cernitur: sed oratio-
nes iustorū acceptiores sunt apud Deū,
quàm aliorum quorumlibet, secundum
illud Ioan. 9. Si quis Dei cultor, volun-
tatem eius facit, hunc Deus exaudit: er-
go maiorē videtur effectū sacramēti ille
consequi, qui ipsum à bono recipit mini-
stro: atq; adeò & minister aliquid opera-
tur ad infusionem gratiæ. Intēdit autem
concludere, immediatè per autoritatem
sicut Deo, quod est falsum. Ob idq; inter
respondendum quinq; ait. Primū, quòd
preces illæ, quæ in sacramento fundun-
tur, offeruntur nomine ecclesiæ, quæ qui-
dem, licet minister non sit Deo gratus,
semper exauditur, secundum illud Mat-
thæ. 18. Si duo ex vobis consenserint su-
per terram, de omni re, quancunque pe-
tierint, fiet illis à patre meo. Quoniam
ecclesia semper est Deo accepta. Secū-
dum assertum est. Nihil prohibet quo-
minus deuotio viri iusti: nēpe, sancti mi-
nistri ad hoc aliquid operetur. Tertium
est, quòd sacramenti effectus non impe-
tratur oratione ecclesiæ, aut ministri, sed
ex merito passionis Christi, cuius virtus
operatur in sacramentis. Quod est dice-
re non datur ille per modum meriti, sed
virtute operis, quod vocant operatum.
Ex quo subsequitur quartum, quòd esse
ctus sacramenti nō datur melior per me-
liorem ministrum, vt ait August. contra
Cresconium, & refertur de consecra. di-
stinctione quarta, cano. Si inter bonos.
Subdit tamen quintò, quòd ratione deu-
otionis ministri aliquid recipiens sacra-
mentum potest annexum sacramēto re-
cipere

*Secundū ar-
gumentum.*

*Quinque D.
Tho. asserta.
Primum.*

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

cipere, quod tamen minister non per se facit, sed impetrat à Deo, ut ipse id ipsum donet. Circa hanc solutionem disputandum erat, vtrū baptizatis propter preces, aut parentum, aut ministrorū, aut alia quavis causa, copiosior gratia infundatur, dū baptizatur, cuius affirmatiuam partem & Scot. in. 4. distinctione quarta quaestione septima, & Caictanus sustinent. Extat tamen inferius distinctione sexta quaestione prima articulo sexto, quaestio in terminis, vtrū baptismus habeat in omnibus æqualem effectum: & ideo vsque ad illum locum expectanda est disputatio hæc.

At negatiuè illic de paruulis respōditur: scilicet, quod nemo illis potest mereri gratiæ augmentum: quia nemo alteri meretur huiusmodi gratiam, nisi de cōgruo merēdo illi bonū motum in Deū, quē tamen paruulus habere non potest: secus de adulto, cui amicus potest mereri talē motū, vt in Deū cōuertatur, sicut Stephan⁹ Paulo: & ideo exponendū est hic quid profint preces ecclesię & ministri: deinde quid nam est illud annexum, quod ait S. Thom. posse virtute talium precum adiungi, Respōdetur ad primū, preces ecclesię ad hoc prodesse, vt De⁹, si adultus recipit sacramentum, obicem eius tollat, vt effectum recipiat, & deuotionem ei augeat: Deinde (quoad paruulos) vt ad vsum rationis perueniētes pro dignitate gratiam officijs colāt, quātūc recipiunt, eosq; à dæmonum incurſibus protegat, atque alia quæ sine bono paruulorū motu illis tūc de cōgruo alij mereri valent. Ad quod etiam congruè deuotio boni ministri cōducere potest.

Cōsiliū est bonis vti ministris.

Quocirca non est vana religio bonos ministros, etiam baptismi, procurare, dū modo non credatur per malum non dari idem baptismi substantialis effectus, qui est gratia cū virtutibus & caractere. De ministerio verò mali ministri articulo quinto. Annexum ergo illud, quod S. Thomas ait prece ministri impetrari posse recipienti sacramentum, potest esse vel in adulto (vt dictum est) bonus motus, vel in paruulo aliqua egregiæ dotes: & gratiæ gratis datæ: sicut de Nicolao legitur, q̄ iam inde ab incunabulis aliqua abſtinentiæ, aliorumq; virtutis seminum documenta de se præstabat,

Nicolao.

Quinuerò & aliquod temporale beneficium & corporale: sicut de Constantino nonnulli referunt, qui fonte baptismatis (forſan Syluestri precibus) à lepra mundatus est. Tertium argumentum facillimū est. Homo dignior est re inanimata: aqua sacramenti ad gratiam concurret, vtpote quæ secundum Augustinum corpus tangit, & cor abluit: ergo & homo. In responsione tum similitudinem constituit inter sacramentum & ministrum, quod tam hic quàm illud virtute Dei ceu instrumentum cōcurrit: tum etiam dissimilitudinis nō nihil, quod sacramentum est sicut instrumentum mortuum, minister autem sicut viuum, quod applicando sacramentum concurret ad gratiam.

Constantin.

Tertium argumentum. S. Thom.

ARTICVLVS II.

Vtrum sacramenta sint solum ex institutione diuina.



IC titulus in primis intelligitur de sacramētis nouæ legis, quæ virtutem habent & robur sanctificandi. Et respondet vnica conclusione affirmatiua. Solus Deus est sacramentorum institutor. Probat primò, quia ille tantum rem instituit, qui robur & virtutem illi tribuit, vt exemplo patet instituentium leges. Etenim quia solus rex, (aut respublica) vim potest legi tribuere ad obligandū, ille solus potest eā instituire: sacramēto autē solus Deus impartiri potest virtutē sanctificandi: ergo ille duntaxat potest sacramentum instituire, quod talem habeat virtutem. Secūdo eadem ferè ratione, præterquam q̄ explicatior est, arguitur. Sacramēta instrumenta sunt spiritualium effectū: instrumentum autem virtutem habet à principali agenti: agens verò respectu sacramenti duplex est: scilicet, instituēs & vtens: virtus autem sacramēti ab eo, qui eo vtitur, derivari non potest: nam & ipse in virtute superioris agit, quandoquidem non nisi per modū ministerij operatur: fit ergo vt eadē virtus ab eo tantū derivetur, qui sacramentū instituit, Cū ergo (vt supra

Expositio articuli.

Distinctio notanda.

Prima temporum differentia.

(vt supra dictum est) eiusmodi virtus à Deo promanet, consequitur, vt ipse solus sacramenta instituat.

Quæstio hæc in duplici sensu disputari potest: videlicet, de possibili, aut in facti contingentia. In præsentiarum autē solum loquitur posteriori modo: nempe, quod re vera solus Deus instituit sacramenta nouæ legis: artic. autem. 4. disputabitur, an Deus eiusmodi potestatem potuerit suis ministris committere: & dabitur affirmatiuum responsum. At verò quoniam in prima ratione de possibili etiam hic concluditur, solum Deum hoc posse, ad conciliandum ambos articulos notandum est. Instituire sacramenta bifariā cuiuspiam cōpetere posse. Vno modo tanquam cause, cui suapte natura, suo iure & autoritate proprium est. Altero verò modo per commissionē. In præsentia ergo arti. probatur non modo q̄ solus Deus instituerit, verum q̄ nemo alius per se potuerit sacramenta instituire. Quocirca rationes præsentēs nō solum vt congruentiæ existimari debēt, verum vt demonstrationes, quas ratio fert theologa. Etenim sicut nemo legem instituire potest, nisi qui vim habet gubernandi: ita neque sacramenta, quæ instrumenta sunt gratiæ, nisi qui talem virtutem illis potest impartiri. Quamobrè contra hūc sensum nullum potest vllum argumentum obijcere, quod vllius sit momenti. Quinuerò eadem ratio nō modo apud D. Tho. concludit, & apud omnes, qui in sacramentis nouæ legis virtutem agnoscunt sanctificandi: imò & apud Scotum & alios, qui illam negant, sed aiunt signa esse certa assistentis iustificatricis virtutis Dei. Talia inquam, signa nemo nisi Deus instituire potest: nisi forte ex eius cōmissione vt art. 4. patebit. Colligitur ergo ex superioribus trina temporum differentia. In lege enim mera natura vsque ad Abraham nullum fuit (vt quæst. 2. disputabamus, sacramentum à Deo exterius institutum, sed hoc tantum quod vnaquæq; natio instinctu interiori, ac naturali, q̄ supernaturalis etiā lux fidei vtcunq; illustrabat aliqua religionis sacrificia instituebat, quibus fidem vnus Dei protestaretur, quæ subinde sacrificia erant de iure positio humano,

quemadmodum & nunc ecclesiæ leges. Et ratio erat: quia eiusmodi sacramenta non habebant virtutem conferendæ gratiæ, neque verò figurabant Christum nisi implicite & valde obscure. Abraham verò Deus circumcisionem imperauit, eod quod iam inde coadunandus erat vnus populus in Dei cultum, quod antea factum nondum fuerat. Ac subinde sacrificia veteris legis omnia fuerunt à Deo instituta, nō tamen illa ratione, qua nostra sacramēta: sed ob hoc tantummodò (vt supra diximus) quod prælagia erant veteri Mesiæ, quem populus ille naturaliter agnoscere, expectareque nequebat. Nostra verò sacramenta propter supernaturalem virtutem, quam habent sanctificandi, à solo Deo possunt, ceu à primario autore, institui. Vnde quod de sacramētis affirmamus, & de eorum partibus essentialibus sentiendū est, videlicet q̄ neq; materiam neque formam, nec ministrum necessarium potest ecclesiā, vel alius quispiam mutare, nisi sol⁹ Deus.

Nota.

Et nota, quod cum in conclusione solum Deum asserat posse instituire sacramenta, in solutione primi id ipsum de Christo asserit, respectu legis gratiæ quatenus Deus & homo est. Nam quatenus Deus primæuam supremamq; habet ad id auctoritatem, & in quantum homo iure proprio redemptionis id sibi cōgruit, iuxta illud Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes docete omnes gētes baptizātes eos, &c.

Dubium.

Dubitatio autem occupare forſan lectoris animū potest, vtrū omnia profertim sacramenta euangelica à Christo ipso fuerint instituta, & quo firmitatis gradu id credendum est. Et ratio hæsitandi inde descendit, quod potuit (vt artic. 4. videbimus) id muneris alijs committere. Possemus autem ab hac dubitatione in præsentiarū superfedere, eod quod de singulis in suis proprijs locis id ad amussim differendum est. Nihilominus in communi nonnihil dicendū eod quod hæretici in hac quaestione nobis aduersi sunt, & inter nonnullos catholicos non nihil variatur. Hæretici, inquam, vt Lutherani, vix baptismum ex omnibus sacramentis reliquum faciunt, negantes Christum vllum aliud instituisse, sed in

Lutherani.

uenta esse ecclesie. Igitur ut aliquo pro-
 positionum numero respondeamus. **¶** Pri-
 ma aduersus hereticos fuerit. Quis ex
 sacra scriptura non tanta euidetia, quam
 ipsi desiderant, sacramentorum numerus
 colligeretur, abunde id esset autoritate
 ecclesie, que spiritu sancto regitur, con-
 stabilitum. Nam & sacra euangelia, que
 ipsi recipiunt, non aliter quam autorita-
 te ecclesie tenemus, secundum illud Au-
 gust. Euangelio non crederem, nisi eccle-
 sia me moueret autoritas. Cum ergo sa-
 cramenta non sint minoris necessitatis,
 imo si ad eorum virtutem sanctificandi spe-
 ctes, maioris: satis esset ecclesie autoritas
 ad probandum illa a Christo fuisse insti-
 tuta, vel per eius commissionem ab Apo-
 stolis. **¶** At quoniam hic non est locus cum
 hereticis contendendi, sit secunda pro-
 positio. Quinque sacramenta adeo cer-
 tum est a Christo fuisse instituta, ut ex ca-
 tholicis nemo sit, qui neget. Enimvero
 de baptismo nec heretici negant, secun-
 dum illud Ioan. 1. Super quem videris spi-
 ritum sanctum descendentem, & manen-
 tem super eum, hic est qui baptizat in spi-
 ritu sancto. Et extat preceptum eius Ioan.
 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
 spiritu sancto, non potest introire in re-
 gnum Dei. Et illic legitur, quod omnes
 eius discipuli baptizabant. Et Matthae.
 ultimo prescripta est ab illo forma. Do-
 cete omnes gentes, baptizantes eos in no-
 mine patris, &c. Et de eucharistia Mat-
 thae. 26. extat testimonium, quando suum
 ipse corpus consecrauit, ut D. ipse Paul.
 1. ad Corinth. 11. exponit. Quod perinde
 qui negant, manifestari heretici habentur.
 Et illic, ubi subiunxit: Hec quoties-
 cunq; feceritis, in mei memoriam facietis,
 palam monstratur Apostolos, sacer-
 dotes instituisse, quod est sacramentum
 ordinis. Quapropter & ordinem sacerdotum
 non dubium, quin Christus in coena in-
 stituerit. Cui adiunxit & diaconos, quo-
 rum illico post ascensionem in Actis apo-
 stolorum creberrima fit mentio. De ma-
 trimonio autem habetur Matth. 19. ubi,
 quod Iudaeorum duritiam cordis denota-
 ret (quapropter concessus illis fuit libel-
 lus repudij) perpetuam unionem indis-
 solubilis matrimonij docuit, concludens:
 Quod Deus coniunxit homo non sepa-

*Secunda con-
 clusio de sa-
 cramentorum
 institutione.*

ret. Atque adeo illic sacramentum ma-
 trimonij instituit. At quoniam hae auto-
 ritates non omnes adeo sunt perspicue
 negocium concludentes. S. Thomas vs-
 que ad propria loca illas reseruauit. Poe-
 nitentiam autem non defuerunt qui di-
 cerent a Iacobo fuisse institutam capi. 5.
 ubi ait. Confitemini alterutrum peccata
 vestra. Id autem falsissimum est: institu-
 tum enim fuit illud sacramentum, tum
 Matth. 16. & 18. per illa verba. Quaecunq;
 ligaueritis super terram, ligata erunt &
 in caelo: & quaecunq; solueritis super
 terram, erunt soluta & in caelo: tum ex-
 pressius Ioan. 20. Sicut misit me viuens
 pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum
 sanctum, quorum remiseritis peccata re-
 missa erunt. Potestas enim illa remitten-
 di peccata, institutio fuit sacramenti poe-
 nitentiae. Vnde iam olim in quadam ex-
 tra uagante condemnatus fuit de hoc er-
 rore quidam Hispanus Osomensis, qui
 aiebat, sacramentum confessionis non esse
 de iure diuino. Quocirca de istis quin-
 que sacramentis probe statuitur secun-
 da conclusio. Hereticum scilicet esse nega-
 re, haec omnia instituta fuisse a Christo.
¶ Tertia. Non vsque adeo constat haere-
 ticum esse, negare sacramenta confirma-
 tionis & extremae unctionis fuisse ore
 Christi proprio instituta: esset tamen he-
 reticum negare esse de iure diuino. Nam
 etiam si admitteretur, Apostolos illa in-
 stituisse, id tamen ex Christi commissio-
 ne fecerunt. Prima pars conclusionis pro-
 batur: nam de confirmatione (ut in eius
 tractatu videbimus) fuerunt varia opi-
 niones. Nec apparet in scriptura expre-
 sus locus ubi ea Christus instituerit. Qua
 propter Alexander Aletensis quarta par-
 te quaestione vigesima quarta in conci-
 lio Meldensi credit fuisse institutum, cui
 videtur adherere Bonauentura in quar-
 ta distinctione septima quaestione prima,
 quod suo loco monstrabitur esse falsum
 Sacramentum vero extremae unctionis
 Hugo libro secundo de sacramentis par-
 te. 15. capitu. 2. ait institutum fuisse a Iac-
 obo, ut legitur cap. 5. quam sententiam
 ipsis eiusdem verbis amplectitur Magi-
 ster in. 4. d. 23. Secunda vero pars conclu-
 sionis, scilicet, hereticum esse negare esse de
 iure diuino probatur, quoniam Deus so-

*Tertia conclu-
 sio.*

Alexander.

Hugo.

lu 3

lius est, qui suapte autoritate sacramento-
 rum institutor exillit atq; adeo nisi ex ei-
 commissionem nemo illa instituire valet.
 Quapropter non est tuta (ut suo loco vi-
 debimus) opinio Alexandri, quod scilicet,
 neq; ab apostolis fuerit sacramentum
 confirmationis institutum. Nam licet con-
 cilium ecclesie generale instinctu spiri-
 tus sancti, utatur, non tamen dicitur fungi
 commissione Dei. Commissio enim son-
 nat uiam uocem, qua ad Apostolos Chri-
 stus utebatur. Quare Apostoli ipsi crede-
 di sunt idem sacramentum administra-
 se. **¶** Quarta conclusio. Iam uero profecto
 remerarium esset, negare omnia sacramen-
 ta fuisse a Christo instituta, nam sacramen-
 ta sunt ecclesie fundamentum, quod (ut
 ait Paul.) nemo alius ponere potest, nisi
 Christus Iesus. Eo potissimum, quod cum
 solus Deus (ut dictum est) uirtutem san-
 ctificandi possit illis tribuere, de quo ne-
 mo ambigit, neque citra insignem errorem
 ambigere potest, non est credibile, quod
 Deus eorum institutionem cuiuspiam com-
 miserit. Sed confirmationem promisit
 Ioan. 16. dicens, Si abiero mittam Para-
 cle tum ad uos. Qui quidem die Pentecostes
 illos confirmauit. Et deinceps, ut instru-
 sti ab ipso erant, coeperunt populos con-
 firmare. Et pariter dicendum est de extre-
 ma unctione, quod Christus illam insti-
 tuerit: licet eandem, sicuti & confirmationem
 Apostolis reliquerit propagandam
 ut autor est D. Tho. 4. dist. 23. q. 1. ar. 1.
¶ Primum argumentum D. Th. est huius-
 modi. Illa quae sunt de iure diuino in sa-
 cra scriptura traduntur: adhibentur ta-
 men multa in sacramentis, quorum nul-
 la est in sacra pagina memoria, ut oleum
 christina, & huiusmodi, non ergo solus Deus
 potest sacramenta instituire. Respondet
 duo. Primum, quod illa, quae institutione
 ecclesie adhibentur non sunt de ne-
 cessitate sacramenti, sed adiunguntur ad
 deuotionem excitandam hominum, &
 ad reuerentiam exhibendam Deo. Secun-
 dum est, quod omnia, quae sunt de essen-
 tia, a Christo sunt instituta, & quauis om-
 nia non sint in scripturis expressa, nihilo-
 minus ecclesia familiarum Apostolorum tra-
 ditione illa citra scripturam recepit: iux-
 ta illud. 1. ad Corinth. 11. Caetera cum ue-
 nero disponam. **¶** Contra primum autem

*Quarta con-
 clusio.*

*Primum ar-
 gumentum.*

*Argumen-
 tum.*

responsionis membrum arguitur. Eccle-
 siae donata est a Christo plenissima pote-
 stas remittendi peccata iuxta illud cita-
 tum Matt. 16. Tibi dabo clauas regni coe-
 lorum, & quodcunq; ligaueris super ter-
 ram, erit ligatum & in caelo: & quodcun-
 que solueris super terram, erit solutum, &
 in caelo. Et secundum illud Ioan. 20. Da-
 ta est mihi omnis potestas in caelo & in
 terra, sicut misit me uiuens pater, ego mit-
 to uos, accipite spiritum sanctum, quo-
 rum remiseritis peccata, remissa erunt, &c.
 Vbi nulla est adiecta eiusdem potestatis
 restrictio, ergo illa uirtute potest eccle-
 sia sacramenta vel instituire, vel variare
 ad remittenda peccata. Et confirmatur,
 quia eadem uirtute ecclesia instituit aquam be-
 nedictam, atq; alia sacramentalia ad re-
 mittendum uenialia, & indulgentias ad
 remittenda peccata quo ad poenam. **¶** Ad
 hoc autem respondetur, quod cum pec-
 cata mortalia non nisi per gratiam quo ad
 culpam remittantur, cuius quidem gratiae
 Deus est principalis autor, ex ipsa natu-
 ra rei constat, talem uirtutem remitten-
 di mortalia crimina, non esse datam apo-
 stolis nisi sacramentis alligatam, quorum
 uirtus a Deo ipso deriuatur. Secus de re-
 missionem uenialium, quae citra gratiae in-
 fusionem remitti possunt, ac de remissio-
 ne satisfactionis debita pro mortalibus,
 quorum poenae eadem ratione extra sa-
 cramenta condonari possunt. **¶** Secundum
 argumentum est. Sacramenta sunt signa que
 dam: res autem sensibiles naturaliter non
 nullae significant, nec potest dici quorum-
 da significationibus Deum praeter alijs dele-
 ctari: quandoquidem omnia, quae fecit, vi-
 dit esse bona: sed demones suis quibusdam
 signis illiciuntur, iuxta illud Augu. lib.
 21. de ciuitate Dei ca. 6. Illiciuntur demo-
 nes per creaturas, quas non ipsi, sed Deus
 condidit delectabilibus pro sua diuersi-
 tate diuersis, non ut animalia cibus, sed ut
 spiritus signis: non ergo uidetur Deus sa-
 cramenta instituisse. Responsio autem est,
 quod res sensibiles aptitudinem quandam
 habent ad significandos spirituales effe-
 ctus ex sui natura: sed ista aptitudo insti-
 tutione diuina ad speciale significationem
 determinatur: sicuti aqua ablutionem sua
 pte natura significans: institutione diu-
 na determinatur ad significandum ablu-
 tionem

Responsio.

*Secundum ar-
 gumentum.
 S. Thom.*

Hugo.

tionem anime à peccatis. Vnde Hugo supra citatus lib. 1. de sacramentis. par. 9. c. 2. sacramentum, inquit, est ex similitudine representans: & ex institutione significans. Quod ergo Deus has vel illas res ad sacramenta praelegerit, non est quod ipse ad alias inanimes prae alijs afficiatur: sed quod congruentius res significatior ad effectum sacramenti accommodetur. Illud autem quod de demonibus ait Aug. sic intelligitur, quod cum demones non sint carnales, neque cibis neque veneris, uti animalia, delectantur, sed ut spiritus oblectantur signis, quibus innotescunt. Vnde qui immunditiae & libidini praesunt, igne delectantur: quare in quodam Veneris fano lucerna legitur perpetuo igne daemonum incantamento olim arsisse. Et qui superbia praeficiuntur genu flexionibus oblectantur. Et huc in modum de alijs sentiendum. ¶ Tertium argumentum est. Apostoli vicem Dei gesserunt in terris, secundum illud. 2. ad Corinthi. 2. Na & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, id est, ac si ipse Christus donasset: ergo videtur apostoli sacramenta instituisse. Respondetur, apostolorum facultatem & eorum successorum non esse, nisi ut sint vicarii Dei quantum ad ecclesiae regimen, quae quidem per fidem fideique sacramenta constituta est. Vnde sicut non licet eis fidem aliam, aliamue ecclesiam constituere, ita neque alia sacramenta, quam illa, quae de latere Christi pendentes in cruce fluxerunt, quibus ecclesia fabricata est.

Tertium argumentum s. Thom.

ARTICVLVS. III.

Vtrum Christus in quantum homo potestate habuerit operandi interiorum effectum sacramenti.



N duobus superioribus articulis disputatum est de causa prima supremaque, tam sacramentorum, quam eorundem effectuum, qualis est Deus, qui suapte natura & autoritate, tum & sacramentorum gratiam operatur, tum & ipsa sacramenta instituit. Iam vero hinc sermo incipitur de ministris. At vero quoniam Christus vtrumque complectitur, nam quatenus

tenus Deus suprema causa est, & quatenus homo supremus minister, pulcherrimo ordine duos D. Tho. articulos de ipso interfert. Est ergo hic ordine tertius, vtrum Christus in quantum homo sit causa gratiae sacramentorum. Et respondet quatuor conclusionibus. Ad quarum intellectum adnotandum, triplicem esse potestatem sacramentorum, nempe supremam per propriam autoritatem, infimam per merum ministerium: & mediam per quandam ministerij excellentiam. Prima conuenit Deo. Secunda pariter hominibus. Tertia vero Christo, quatenus ecclesiae caput est. ¶ Est ergo prima conclusio. Christus in quantum Deus operatur in sacramentis per autoritatem. Erat siquidem verè Deus. Atque hanc forte autoritatem designauit Math. 19. Vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Quasi dixisset, ut sciatis quod filius hominis est ipsissimus Deus, quod per suam naturam virtutem habet, ut sibi libuerit siue per meritum aut sacramentum siue absque ulla prius creata causa peccata condonare. ¶ Secunda conclusio. Christus in quantum homo operatur in sacramentis interiorum effectum merito & efficienter. Hanc iam supra. q. 3. art. 1. & art. 5. demonstrauimus. Tripliciter namque diximus passionem Christi fuisse causam nostrae salutis, scilicet, meritoriam, effectiuam, & satisfactoriam. Tertius vero modus hoc loco, quia ad rem non facit, praetermittitur. ¶ Tertia conclusio. Christus quemadmodum in quantum Deus pollet in sacramentis autoritatis potestate, sic & in quantum homo fungitur potestate ministerij praecipui, hoc est, per excellentiam. Prior pars probata est, & posterior inde colligitur quod reliqui ministri, sicuti & sacramenta, quae administrant, sunt Christi instrumenta separata, ut baculus respectu hominis. Humanitas vero est instrumentum coniunctum, ut manus. Instrumentum autem coniunctum excellentius est. ¶ Quarta conclusio. Excellentia haec consistit in quatuor. Primum in hoc, quod meritum & virtus eius passionis operatur in sacramentis. Itaque sacramentorum virtus ab eius passione dimanat (ut supra dictum est) non autem ex aliquo reliquorum ministrorum merito. Secundum membrum eiusdem excellentiae

prima conclusio.

secunda conclusio.

tertia conclusio.

quarta conclusio.

cellentiae est, quod in nomine Christi sacramenta celebrantur & sanctificantur: non autem per inuocationem alius ministerij. Et ratio est: quod virtus eiusdem passionis per fidem Christi, quam inuocamus, copulatur nobis, secundum illud ad Romanos. 3. Quem proposuit Deus propiciato rem per fidem in sanguine ipsius. Vbi (ut supra diximus) tam causa formalis, quam instrumentalis eiusdem applicationis designatur. Tertio eadem excellentia in hoc consistit, quod Christus potuit instituire sacramenta. Et ratio est, quod cum non nisi per institutionem virtutem sanctificandi obtineant: & virtus illa ex eius passione derinetur, ad ipsum, quatenus per humanitatem redemptor est, pertinet ipsa instituire. Quarta denique excellentia Christi potestatis est, quod potest effectum sacramentorum sine ipsis praestare. Cuius ratio est, quod licet effectus dependeat a causa, ut sacramentum a Christo: causa autem non dependet ab effectu. Vnde sicut Deus sine causis secundis potest earum effectus producere, sic Christus sacramentorum gratiam absque eorum adminiculo. ¶ Circa primam conclusionem nihil notandum est, sed circa secundam hoc unum meditatione repetendum, quod bis iam antea tetigimus, scilicet. q. 3. ar. 1. & art. 5. nempe, quod passio Christi non fuit solum causa meritoria gratiae nostrae, sed efficiens & instrumentalis, contra quam Scotus dist. 2. q. 1. & Durand. d. 5. q. 3. senserunt dicentes non fuisse causam nisi meritoriam. Ob id enim, quod huc modum causae in Christo nunquam autores praeter D. Th. ut bona venia dixerim, intellexerunt, accidit illis, ut neque intelligere possent quemadmodum sacramenta essent verè instrumentalis causa gratiae. Quod autem Christus per passionem fuerit verè causa efficiens, videtur Ioan. cap. 1. docuisse, ubi ait. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Cum enim Christum cum Moyse contulit, de ipso quatenus homo loquebatur. Et cum ait, facta est, non solum meritoriam causam designat, sed quod etiam per passionem instrumentaliter in genere causae efficientis illam fuerit operatus, iuxta illud Apoca. 5. Lauit nos in sanguine suo.

Expositio articuli.

Contra opinionem Scoti et Durand.

Tenuissime ergo Durand. illic sentit de Christo dicens quod solum in quantum Deus operatur effectum interiorum sacramenti, & non in quantum homo. Hoc enim verum est tanquam per propriam innatamque autoritatem, ut. 1. conclusione dicebamus. Attamen & in quantum homo non solum meritorie (ut ipse ait) verum & effectiue per potestatem diuinitus susceptam fuit etiam causa gratiae. Quod patet ex illo Ioan. 20. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remissa erunt, &c. Cum enim dixit, data, non solum intellexit de illa aeterna: quam per diuinam habuit generationem, sed de illa, quam accepit in quantum homo. Efficientia enim haec (ut locis citatis explicuimus) in hoc consistit, quod sicut tactu oculorum caeci restituit ei visum, & sicut peccator manu pingit, sic & passioe sua per humanitatem tanquam instrumentum sibi etiam ad hoc officium unitum, fuit causa faciendi nos gratos Deo. Itaque illa passio quatenus suppositi infinite grati offerretis illam Deo, erat infinite meritoria quo ad sufficientiam, & quatenus per illam soluebatur precium erat satisfactoria, & quatenus instrumentum coniunctum Dei erat instrumentalis causa gratiae ad modum, qui. q. 3. ar. 1. de sacramentis expositus est. Illa enim qualitas, quae est gratia oculos multorum fascinauit ne adduci possent ut crederent vel sacramenta vel passionem esse causam gratiae, credentes inde sequi quod creatura illa crearet qualitatem. Passio ergo fuit instrumentum immediatum constituendum homines in gratia Dei perinde ac si nulla existeret talis qualitas. Consecutiue autem causa extitit mouendi Deum, ut creando homines gratos illa condiceret. ¶ Eadem conclusione quinq; suis argumentis D. Tho. comprobatur. Cum enim ut Ioan. 1. legitur, super quem spiritus sanctus descendit, sit qui baptizat in spiritu sancto, quod est, internam gratiam infundere, & spiritus sanctus descenderit super eum: non in quantum Deum, sed in quantum hominem, fit ut illa etiam ratione spiritum sanctum conferat, non quidem autoritatiue, (hoc enim habet in quantum Deus) sed per humanitatem instrumentaliter. Vnde flatu illo & voce Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum donum

Quinta argumentum s. Tho.

nūcius apostolis cōtulit ad remittendū peccata per gratiam. ¶ Secundo id patet ex illo Matth. 9. Sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terris dimittendi peccata. Quem locū finistrè illic Durā. intelligit .i. præcisè in quantum Christus erat Deus, & solū ministerialiter in quantum homo. Imò verò non solū fuit ratione humanitatis minister sacramentorū, verū. & autor gratiæ modo expōsito. ¶ Eòdem etiam pertinet tertium argumentum. Nam cum eidem competat sacramentorum institutio, cui competit operari, tanquam superiori causæ interiorē eorum effectū, & Christus in quā tum homo illa instituerit, sit vt eadē etiā ratione talem producat effectū. ¶ Quarto cum nullus possit absq; sacramēto ei⁹ effectum conferre, nisi propriam habeat virtutem in eundem effectū: & Christus in quantum homo remittat peccatum sine sacramēto, vt patet in Magdalena, sit vt secundū humanitatem possit etiam cōferre gratiam. ¶ Quinto idem ex eo confirmatur, quòd virtute passionis eius sacramenta habent efficaciam. Ex quo fit vt per eandem passionem sit causa gratiæ sub eisdem latentis. Omnia igitur argumenta ad hoc direxit, vt probaret, quòd Christus, in quantum homo per natiuam autoritatē operaretur interiorē effectum sacramentorum. Omnium autem solutionem cōmittit lectori ex cōclusionibus eliciendam: videlicet, id argumenta non concludere, vt patet in argumento, Sed contra, quoniā virtus: quæ in sacramentis secretius operatur salutē vt Aug. & Grego. aiunt. r. q. r. can. Multi. est diuina, quare non competit Christo nisi qua ratione est Deus. Concludūt autem quòd per autoritatē excellentiæ, quatenus homini sibi collatā, eundē effectū per humanitatem tanquam per propriū instrumentum producat. Atque eandem ob rem tanquam rem clarā nō curauit argumenta soluere, sed dixit omnium solutiones ex superioribus colligi. ¶ Circa secundam autem excellentiam est dubium: quomodo sacramenta sanctificantur in nomine Christi. Ad quod sunt qui respondeant vt Durand. loco citato, illud intelligi de more antiquo, quo apostoli vtiebantur baptizando in nomine Christi,

Dubium.
Solutio.

sti, qui quidem mos iam cessauit. At verò. S. Tho. non singulariter de baptismo sed vniuersim de omnibus sacramentis id affirmat, neq; rem arētat ad priscum tēpus, sed simpliciter de præsentī loquitur quare sensus non est ille, sed quòd vniuersa sacramenta nomine eius sanctificantur, hoc est, celebrantur, atq; inuocatione eius administrantur, quasi sacramentorum ministri eius fungātur vice & autoritate. Vnde emanauit illa reprehēssio Paul. r. ad Corinthi. r. qui sese iactabant vel à Paulo, vel ab Apollo baptizatos. Nūquid Paul⁹ pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quasi dixerit, non nisi solo nomine Christi. Atq; in hoc sensu ipse se. S. Th. argumēto vltimo exponit. Verū est tamē quòd ex hac generali conditione omnium sacramentorū, per reuelationē emanauit vsus ille priscus baptizandi in nomine Christi. ¶ Circa tertiā itidem excellentiam ad notandū, quòd Christo tanquam regi regni cœlorum competens fuit, cuncta remedia ad illum finē providere atq; adeò sacramēta instituire, quibus non solū per modum meriti, sed per modum causæ efficientis: vt dictum est, virtutē gratiæ effectricem elargitur. ¶ Atq; eadem ratione & quartam excellentiam, eodem plano sensu percipere oportet, quā Durand. loco citato, in eadem hærens salēbra, non p dignitate intellexit. Ait quippe quòd Christus nūquam sine sacramēto contulit effectum sacramenti, nisi in quantum Deus, sed in quantum homo duntaxat eundem effectū meruit. Haud ergo sic præcisè intelligendum est. Imò verò quando Magdalenæ dixit, remittūtur tibi peccata tua, per illa verba (tametsi non fuerint sacramēta) tāquam per instrumentum, contulit ei gratiam, sicuti per illud verbum Epheta, quod est aperire, cœco oculos: aperuit. Et sicut per cōsecratoria verba, Hoc est corpus meū, transubstantiatur panis in corpus.

ARTICVLVS. IIIII.

Vtrum Christus potestatem suam, quam habuit in sacramentis, potuerit ministris communicare.

Sub



VB SEQVITVR de ista potestate Christi, an potuerit illam alijs communicare. Et respondet D. Tho. sub distinctione duabus cōclusionibus.

Prior conclusio.

¶ Prior est. Potestatem autoritatis, quā Christus habuit in quantum Deus, nemini communicare potuit, sicut nec suam essentiam, quæ eadem res est, quæ sua autoritas: sit enim plana cōclusio ex illo, quod ar. r. dicebamus. Hæc siquidem diuina autoritas in hoc cōsistit, quòd sit Dei naturalis, à nulla alia causa dependens, vt gratiam conferre possit non solū merendo aut satisfaciendo, sed prout suo libito id efficiendo. Sicut enim sol illuminat, & ignis calcificat, sic ipse potest facere quæcūq; voluerit sibi gratum: quare hoc implicat contradictionem creaturæ communicari. ¶ Posterior conclusio. Potestatem excellentiæ, quam habuit in quantum homo, potuit ministris communicare quantum ad omnia, quatuor membra. Potuit, inquam, apostolis & subinde ecclesiæ tantam gratiæ plenitudinem impertiri, vt eorū meritum, ad sacramentorum effectum operaretur: & vt ad eorum inuocationem sacramenta sanctificarentur, & vt sacramēta possent instituire, & vt eorum effect⁹ absq; ipsis solo suo imperio producerentur. Et ratio est quia instrumentum cōiunctum, quanto fuerit fortius: tanto efficacius virtutem suam instrumento separato impingit, sicut manus baculo.

Posterior conclusio.

Expositio articuli.

¶ Conclusionem hanc, quòd redemptor potuerit potestatem excellentiæ apostolis cōmunicare Scholastici in verbis Aug. fundāt tract. 5. sup. Ioan. Quæ retulit Sentent. Magist. in. 4. d. 5. Ait quippe potuisse Dominum Iesum, si vellet, trāsferre à se baptizandi potestatem, constitue re; in aliquo seruo suo, & tantam vim dare baptismati trāsato in seruo suo quā tam vim haberet baptismata datum à Domino, sed noluit, &c. Idq; probat ex illo Ioann. r. Ego nesciebam illum, quod hic Diuus Thom. allegauit, & refertur de scō secula. dist. 4. can. Baptismus. Dicit enim quòd Ioannes non nouerat potestatem baptismi ipsum Dominum sibi retenturū (scilicet excellentiæ) si autem nō esset communicabilis non dubitaret Ioannes

an Christus illam non esset communicaturus. Accedit & glo. r. Corinth. r. quam Diuus Th. citat in solutione secūdi, quæ est hæc. Potuit Christus eis dare autoritatem baptismi, quibus contulit ministerium. Autoritas autem supra ministeriū non erat nisi potestas excellentiæ. Et subiungitur ratio hæc. Nihil, quòd Christo in quantum homini communicatum est cōmunicari puro homini repugnat, quādoquidem humanitas eiusdē speciei est in Christo & in cæteris hominibus, cum ergo illa potestas excellentiæ fuerit illi collata in quantum homini sit vt sit etiā alijs communicabilis. ¶ Nihilominus de singulis mēbris eiusmodi potestatis sunt qui ambigant, potuerit ne ea Christus communicare alicui. Et primum excellentia prima quòd potuerit communicare alicui, vt scilicet virtus sui meriti operaretur in sacramentis, non caret dubio, eodemq; non facili. Nam vt propriū meritū vnius personæ vim habeat in sacramentis necessariò exigitur, vt illi possit alijs de cōdigno mereri, qd' ad gratiā capitis spectat, qualis fuit in Christo, hoc autē nō est puro homini possibile, ergo neq; est cōmunicabile. Quinuerò si Durand. in. 3. d. 20. q. 2. & in. 4. d. 5. q. 4. audiendus est, neq; Christ⁹ ipse aut alijs, aut sibi ipsi de cōdigno mereri valuit apud Deū. Enimuerò meritū de condigno ex postulat & vt sit debito equale, & vt sit ipsū alijs in debitū. Nam si ego do quod alijs debebam, non satisfacio pro eo, quod modò debeo. Deo autem vt ait Arist. 8. Ethico. æquale reddere nō possum⁹, & quicquid ei tribuim⁹, prius illi pro beneficijs acceptis debebamus. Quare Christus per humanitatē, quæ finita erat, nequiuit Deo æquale reddere, & quicquid redderet, iā pro beneficio suscepto incarnationis debebat tāquam patri. ¶ At verò Durando illico de Christo respondebimus. Quòd autem purus homo non possit mereri alteri de cōdigno, atq; adeò neq; eius meritū possit operari in sacramētis pabili opinione tenet Pal. in. d. 5. q. r. Et probatur, quia nemo mereri valet sacramentorū virtutem, nisi potuerit satisfacere pro peccatis omnium hominū, eorūq; vniuersos grad⁹ gloriæ mereri. Hoc autē arguit infinitā potentiā, quæ pura creaturæ cōmunicari

Ratio concl.

Arguit de prima excellentia.

Durand.

Palud.

municari non potest. Et ad maiore elucinationem arguitur secundò. Id quod huiusmodi manitati Christi quatenus diuino verbo in vno supposito vnitate competebat, non potest purè creaturæ communicari, sanè cum talis coniunctio fieri nisi in persona diuina nequeat. Quòd autem Christus de condigno meruerit gratiam proque vniversis peccatis satisfecerit, conueniebat ei ratione eiusmodi vnionis, in quatum scilicet erat Deus & homo. Elicitur minor ex illo Ioan. 1. vidimus illud (scilicet incarnationem verbum) quasi vnigenitum à patre, plenum gratiæ & veritatis, hoc est, ideo plenum: quòd vnigenitum à patre, & ideo de plenitudine eius omnes accipimus. Vnde Leo papa in sermone de natiuitate. Nisi esset, inquit, Deus non afferret remedium. Et in Extrauagant. Clementis sexti. Vnigenitus, inserta in Clem. Dudum. de pœnit. & remissio. Non tantum, inquit, Christus guttâ sanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset, sed copiosum velut quoddam profluum noscitur effudisse. Sanguis ergo propter vnionem ad verbum fuit de condigno meritorius & satisfactorius. Et confirmatur, quia. S. Th. 3. part. q. 1. ar. 2. ad. 2. ait quòd puri hominis satisfactio sufficiens esse non potuit pro peccato, satisfactio condigna per adæquationem ad recompensationem culpæ commissæ. Et tandem ex his, quæ hæcenus dicta sunt, arguitur. Christus per humanitatem, quali per instrumentum diuinitati coniunctum operatus est redemptionem nostram: è cuius ideo passione effluxit sacramentorum ritus, habere autem naturam creatam diuinitati coniunctam non potest purè creaturæ communicari. Quapropter D. Tho. super illud Ioan. 1. lectio. 14. licet dicat Christum potuisse communicare Petro: vt nomine ipsius conferrentur sacramenta, tamen de alijs excellentijs sub dubio id enūciat. Apparet ergo neque esse vsque adeò certum quod hic affirmat. Igitur, vt veritas in presentiarum eluceat, notandum est duplex esse meritum atque adeò satisfactioem de condigno, vt D. Thom. loco proxime citato. 3. par. q. 1. adnotauit, alterum scilicet secundum perfectam rationem condigni meriti

ti & satisfactioem, quæ consistit in hoc quod adæquatio meriti ad debitum teneat se, non ex parte illius, cuius satisfactio, sed solum ex parte satisficientis. Et hoc modo nec mereri nec satisfacere villo modo potest purè creaturæ communicari, vt illic idem ipse ait. Ad hanc enim virtutem requiritur, vt ipse qui meretur & satisficit, per se sit infinite Deo gratus, atque adeò infinite valoris, quem possit suo merito, & satisfactioem tribuere, quod non potest nisi diuinæ personæ competere. Et hæc fuit causa incarnationis Christi. Nam etiã si nullam habuisset gratiam creatam, quia erat suppositum diuinum, & opera eius, licet exercita per humanitatem, quia actiones sunt suppositorum, erant infinite valoris satisfecisset. Quare hoc non conueniebat humanitati nisi quatenus verbo diuino coniuncta. Et hoc est quod argumeta à nobis creaturis communicabile, sed alia est ratio & meriti satisfactiois de condigno, non quidem simpliciter, absolute, & perfecte sed ex suppositione: nempe, supposita gratia Dei. Atque hæc ratio merendi & satisfaciendi de condigno est, quam hic asserit D. Tho. posse communicari ecclesiæ vel vni purè creaturæ, cui vnica hæc demonstratio sufficit. Quicquid non repugnat in rebus fieri, Deus per se facere potest: in hoc autem nulla est repugnantia, aut si vlla est aduersarius eam demonstrare tenetur. Quod profecto faciet nunquam. Potuit enim Deus (vt exempli gratia dicamus) gratiam capitis Diuo Petro, aut beatæ Mariæ impertiri, hoc est tantam largiri gratiæ plenitudinem, vt eius opera acceptarentur ad meritum & satisfactioem pro vniuersis piaculis humani generis. Hoc autem non se teneret simpliciter ex parte satisficientis, sed ex parte illius cui fit satisfactio, nam fundaretur in gratia, quam Deus ei prius contulit. Vt si meus mihi creditor pecuniam suppedicaret, quam illi pro debito persoluerem. Quare neque argueret infinitam virtutem, nec fieret per instrumentum coniunctum diuinitati, sed per gratiam diuinitus susceptam. Et eadem ratione possit tale meritum & satisfactio operari in sacramentis hoc est, vt sacramenta essent velut instrumenta applicandi meritum

indulta

indulta dimanaret, fit ergo Deum posse huiusmodi virtutem communicare, quinuerò & Christum ipsum in quantum hominem. Hic enim est sensus D. Tho. vt bene hic Caieta. adnotauit. Nam qua ratione ipse illam suscepit, eandem alijs participare potuit. At forsitan hic quispiam argutè inferat non solum per gratiam susceptam, sed quasi per propriam, quemadmodum Christus, posse purum hominem mereri de condigno: nam gratia baptismalis, quippe qua efficitur membra Christi, quodammodo nostra est, quod enim caput nostrum meruit nostrum reputatur. Quare Paul. 1. Corin. 1. Christus factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio. Potuit ergo tanquam membro Christi cuiuspiam communicari gratia capitis, vt de condigno mereretur alijs. Respondetur, quòd etiam si gratia postquam efficitur Christi membra, sit quodammodo nostra nihilominus nemo nascitur natura sua eius membrum, sed quòd in ipso renascamur est mera gratia: qua de causa semper nostrum meritum procedit ex suppositione susceptæ gratiæ. Ex his sequitur pariter potuisse communicare ecclesiæ vel alicui discipulo, vt eius nomine sacramenta sanctificarentur, atque adeò tertiam, vt ecclesia vel apostoli possent sacramenta instituere, non obstante quod Scotus in. 4. dist. 1. quæst. 3. art. 2. & Durandus. d. 2. q. 1. & Gabri. d. 1. q. 2. asseueranter adstruant solum Deum posse instituere sacramenta. Quorum ratio illuc tendit, vt nec hanc virtutem possit alijs communicare. Aiunt enim illius solius esse signum certum gratiæ instituere, cuius est eandem gratiam influere, solus autem Deus potest illam infundere. Subiungunt verò creaturam posse institutionem diuinam sacramenti promulgare vt Iacobus promulgauit institutionem diuinam sacramenti extremæ vnctionis. Et confirmatur istorum ratio, nam Magist. Sententi. in. 4. d. 5. inter exponendum verba Aug. de hac communicatione excellentiæ asseruit Deum posse communicare creaturæ, vt interna mudatione per gratiam cooperetur, Deo, & ex consequenti posse ei communicare, vt simul cum Deo ipso creet, nam plus est illam gratiam infundere, quam creare. In quo quidem Magist. Sententi. non tenetur, immò reprobat, ut

Pariter ergo reprobanda est hic sententia. S. Tho. nihilominus vera est assertio D. Tho. vt quæ ex verbi Aug. supra citati planè colligitur, quibus ait Christum suam potestatem baptismi, quam sibi retinuit, potuisse alijs impertiri. Idcirco ad istorum argumentum respondetur, non solum illi, qui propria autoritate internum sacramenti effectum operatur, posse sacramenta instituere verum & illi qui per gratiam capitis sibi participatam potest pro alijs de condigno mereri & satisfacere. Enim verò quemadmodum Deus statuit, vt ad presentiam sacramenti, quòd ipse instituit, statim per ipsum gratiam infunderet, potuit etiam sancire & pacisci, vt applicato quocumque sacramento, quòd ille sibi amicissimus & gratissimus homo institueret, propter eius meritum, quòd ex gratia, quam illi Deus ipse contulerat, procedebat, assisteret ad conferendam gratiam per idem sacramentum. Quare illud taceretur esset signum gratiæ, quam alia quæ ipse instituit, nam pariter etiã à sua diuina institutione & pacto promanaret. Ad id autem quòd de Magistro insertum est, forsitan quis dicet eum intellexisse, posse hominem concurrere cum Deo ad iustificationem, quasi per suam autoritatem. Itaque sicut Deus dedit igni virtutem propriam & naturalem calcificandi, ita posset homini impertiri, vt perse haberet virtutem iustificandi non solum merendo & satisfaciendo sed efficiendo vt Deus, quòd in prima conclusione asseritur à nobis esse impossibile: nam hoc esset facere illum Deum. Non est autem credendum sic fuisse Magistrum excœcatum. Respondetur ergo id duntaxat fuisse opinatum, quod posset homo vnica cum Deo immediate concurrere ad illam qualitatem, quæ est gratia, atque adeò concurrere ad creationem. Quòd vt ait D. Tho. in solutione secundi est impossibile. Et idcirco merito in hoc non tenetur. Aequa ratione potuit Christus communicare ecclesiæ, vel alicui iusto: vt gratiam sine sacramentis conferret per suum meritum de condigno merendo illam de condigno per suam gratiam capitis. Collige ergo quinque; Collectio sive maria. memborum sententiã. Gratiam quippe alteri conferre, hoc est hominem facere gratum accidit quinque modis: scilicet autoritativè, & effectivè, id est nec merendo illi, nec satisfaciendo

ciendo

Ioan.

Leo papa.

Clem. Dudum.

S. Thom.

Responsio.

Duplex ratio meriti condigni.

Interpretatio Magist.

Argumentum.

Scotus Durandus.

Magist. Sententi.

Collectio sive maria.

ciendo pro illo, sed faciendo eum gratum sicut ignis calcit. Et hoc ita est proprium Dei: ut sit impossibile creaturam communicare. Secundo modo applicando sacramenta, & hoc habent ministri ecclesiae. Tertio merendo alteri de congruo conuersionem in Deum, id est, quod ipse alter conuertatur. Et hoc pacto quicumque iustus potest alteri mereri gratiam, sicut Stephanus Paulus. Quarto modo merendo illi primam gratiam de condigno perfecte, & ad aequalitatem: ut dignitas se teneat simpliciter ex parte satisfaciendi. Et hoc proprie ita conuenit Christo ratione unionis ad suppositum diuinum, quod nemini id, ut diximus, possit communicare. Quinto merendo alteri de condigno primam gratiam & sic satisfaciendo pro peccatis, non quidem simpliciter: ut modo dicebam, sed ex suppositione, id est, supposita gratia capitis sibi indulta. Et haec potuit Christus creaturam communicare. At qui per haec patet solutio secundi argumenti. S. Th. quod est huiusmodi. Maius est ex impio iustum fieri, quam coelum & terram creari, ut August. super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, autor est, creare autem coelum & terram Deus non potuit creare creaturam, ergo nec iustificare impium, quod Christus fecit per potestatem, quam habebat in sacramentis. Respondet argumentum concludere quod nemini potuit communicare ut per potestatem autoritatis iustificaret, quod est proprium Dei. Tamen si potestas illa excellentiae per comparationem ad alios ministros dici etiam potest autoritatis, secundum glo. super illud. 1. Cor. 1. Diuisus est Christus: ubi habetur, quod potuit eis dare autoritatem baptismi, quibus contulit ministerium. Hoc supposito explorare superest utrum Christus hanc potestatem excellentiae alicui communicauerit, vel totam vel aliquam eius partem. Arguitur namque illam reuera communicasse. Ait siquidem Paul. ad Coloss. 1. Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea, quae desunt passionum Christi in corpore meo pro corpore eius, quod est ecclesia, supple re autem ea, quae desunt passionum Christi id esse videtur, quod sanctos per suas passionem mereri alijs de condigno, perinde atque meruit Christus per suam: ergo communicauit illis, ut proprium meritum ope

raretur in sacramentis. Et confirmatur, nam ex hoc capite, nempe, ex thesauro satisfactorum sanctorum fons excatur in indulgentiarum, ut in Extrauag. supra citata, vni genitus, de poenitent. & remissi. autor est Clemens sextus. Si ergo ille thesaurus applicatur nobis per indulgentias, applicari etiam nobis censetur per sacramenta. Respondetur nihilominus nullatenus potestatem excellentiae Christi ecclesiae vel apostolis, vel ulli creaturae communicasse: quoniam hoc eius dignitati maxime congruum erat, ut sibi illam proprie retineret. Assertio est expressa Dni August. loco supra citato, cuius aliquas adfert congruentias, quas in argumentis refert D. Tho. Arguit siquidem in primo loco argumento August. contra Maximam. Si potuit Christus communicare illam potestatem & noluit: ergo inuidus fuit: non autem fuit inuidus, ergo si non communicauit: est quia non potuit. Et respondet illam non communicasse, non quia non potuit, vel quia inuidus fuit, sed propter nostram utilitatem, videlicet, ut spem nostram ut ait August. non in seruo, sed in ipso Domino collocaremus, cuius ope & opera iustificamur. Si enim in seruorum inuocatione salutem consequeremur, illos potissimum coleremus. Qua ratione Apostolus. 1. Corin. 1. eos obiurgat, qui putabant se vel a Paulo vel ab Apollo, vel a Cepha baptizatos, quasi illi fuissent pro ipsis crucifixi. Quare alius se iactabat esse Pauli, alius Cephae, alius Apollo. Secundam autem congruentiam adducit argumento tertio, quod est huiusmodi. Christo quatenus caput est ecclesiae, competit, ut ab ipso gratia deriuetur in alios, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: hoc autem non videtur communicabile: nam tunc multa essent capita. Respondet autem argumentum non probare Christum non habuisse facultatem communicandi illam excellentiam, sed non fuisse congruum illam communicare, ne essent multa capita. Tunc enim diuersa a diuersis instituerentur sacramenta, ut vnum esset vnius apostoli, aliud alius. Quod si ex me scisciteris, quo gradu consistendum sit Christum talem potestatem excellentiae non communicasse, nec merendi pro alio, nec certe instituendi sacramenta, quae

sacra

August.

primum argumentum.

Tertium argumentum.

Dubium.

art. 2. procul dubio conclusimus a Christo fuisse cuncta instituta: Respondeo, licet non ausim contrariam assertionem haereticum error appellare, ob id quod neque in sacra pagina, neque in sanctis synodis hanc veritatem definitam sit reperire: tamen illam profecto negare, temerarium esset, hoc est, absque ulla ratione assertum, & contra auctoritatem August. supra adductam: imo periculosum & sacris literis aegerrime consonans, & ecclesiae professioni dissonum: quae certe nullam aliter cognoscit ministrorum potestatem in conferenda gratia quam per sacramentorum administrationem, secundum illud. 2. Corinth. 3. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, & 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo ut Dei ministros, & dispensatores ministeriorum Dei, quasi dicat nullam superioribus habentes potestatem, & ca. Ad abolendam. de haereticis. excommunicatur qui aliter de sacramentis, quam ecclesia Romana senserint. Et quod nemini fuerit communicatum quod eius nomine confertur sacramentum, patet, quoniam iussio Christi est, ut Apostoli non baptizarent nisi in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & quoties eucharistiam celebrarent, in eius memoria id facerent. In summa concilium iam Florentinum decreuit sacramenta conferre gratiam: ergo cum Christus fuerit eorum autor, plus quam temerarium esset concedere, quod alii praeter ipsum absque eius expressa commissione vel instituere possint sacramentum, vel materiam aut formam, quicquamve, quae ad sacramenti necessitatem pertineat, vilo pacto immutare. Ad illud ergo quod allatum est ex Paulo ad Coloss. 1. respondetur, latum interesse discrimen inter passionem Christi & Apostolorum seu cuiusque iusti: nam passio Christi fuit nobis causa gratiae meritoria, satisfactoria, & ut dictum est, efficiens per modum redemptionis, qua nos quo ad sufficientiam constituit iustos: sacramenta autem sunt remedia nostrae iustificationis, atque adeo instrumenta eiusdem passionis, per quae idcirco sola passio Christi applicatur. Neque hoc fuit sanctorum passionibus communicatum, ut potest qui non sunt nostri redemptores. Attamen ordinatione spiritus sancti eorum passiones in thesauro ecclesiae repositae sunt, ut nobis applicentur per indulgentias. Nam licet passio Christi infinita fuerit quo ad sufficientiam, tamen quo ad efficaciam non applicatur in sacramentis nisi secundum certum gradum,

Concilium Florentinum.

Responsio.

& deinde per nostra opera, secundum quod nos ipsos per Dei auxilium disponimus. Passionem autem sanctorum applicantur per auctoritatem ecclesiae ad id supplendum, quod nobis deest. Quare id minime ad potestatem attinet excellentiae.

ARTICVLVS V.

Utrum per malos ministros sacramenta conferri possint.

ROST quam duobus primis articulis de Deo visum est, qui principalis est autor virtutis sacramentorum, & in duobus sequentibus de Christo, qui potestatem eorum habuit excellenter, subsequuntur alij duo articuli, in quibus de qualitate ministrorum, quibus merum incumbit ministerium, disputatur. Queritur ergo quinto utrum per malos ministros sacramenta conferri possint. Ad quod respondet D. Tho. vnicam conclusionem. Ministri ecclesiae possunt sacramenta conferre, etiam si sint mali. Probatum auctoritate August. Loco citato tract. 5. super Ioan. dicentis, nouisse Ioannem potestatem baptismi Christum habiturum & si bi retenturum: sed ministerium transferri in bonos & malos. Et subdit. Quid tibi facit malus minister ubi bonus est dominus? Ratio autem est liquida, Ministri enim ecclesiae instrumentaliiter operantur: eadem enim est ratio, ut. 1. Politic. autor est Aristoteles. ministri & instrumenti: instrumentum autem non agit secundum propriam formam & virtutem, sed virtute eius, a quo mouetur, ob idque accidentarium est instrumentum in quantum est instrumentum, qualicumque habeat formam, praeter illam, quae instrumentalis est: sicut accidit corpori medici infirmum esse aut sanum, si modo intellectus arte medica poleat: acciditque subinde & fistulae, per quam aqua transit, argentea ne sit an plumbae. Quae praesens, quamquam iam nunc temporis nulli sit ambiguitatis, eadem quae asserta conclusio solenniter sit ab ecclesia receptissima fuit tamen olim propter haereticos molestissima. Ministrorum enim quae mali sunt, multi sunt gradus. Alij scilicet sunt abiectionissimi, ut infideles, qui fide nostram nunquam susceperunt. Mox apostatae, qui eam omnino abnegauerunt. Deinde haeretici & schismatici. Praeterea illi, qui licet non per haeresim sint praecisi, tamen per ecclesiasticam censuram sunt suspensi & irregulares. Ac demum in infimo

H gradu

Conclusio.

August. tract. 5. super Ioan.

Expositio articuli.

gradu sūt xpiani ministri peccato mortali irretiti. Et cōclusio p̄sens de vniuersis intelligitur in suo cuiusq; gradu. Itaq; & laic⁹ infidelis baptizās, verē baptizat, & sacerdotes h̄retici, schismatici, & apostata verē consecrant, & episcopi verē ordinant. Mal⁹ siquidē sacramēti minister bifariā intelligitur: videlicet, & cui id, qđ est de essētia sacramēti deest, & hic est illegitim⁹, vt si nō sacerdos cōsecrare p̄sumeret aut absolueret: aut si quis absq; legitima intētionē ecclesie aut sine forma aut vera materia baptizare tētaret. Atq; hunc, planū est, nō perficere sacramētum. Sed alia est malitia extra essētia sacramēti, ad mores scilicet pertinēs, & hęc ei non officit, quominus celebretur sacramētum. Ait quippe Philo. 2. Ethico. posse quēpiā esse bonū artificē, vt pote p̄itorē aut argentariū, licet nō sit bonus homo. Et per hoc soluitur argumentū, si cui occurrerit. Ineptū instrumentū artificis impedimento est, vt si ferra nō sit bene dētata, aut calamus malē tēperatus: ergo pariter ministri vitiiū sacramento officit. Respōdetur, inquā, qđ si minister habeat illa, quę sunt de essētia sacramēti, satis habet quoad integritatē instrumenti, quatenus est instrumentū. **C**A tq; hoc docet D. Th. argu. tertio, qđ est huiusmodi. Si desit aliquod eorū, qđ debitū est in esse sacramēto, non perficitur sacramētū, sed debitus minister est, qui caret macula, secūdu illud Leuitici. 22. Homo de semine tuo, qui habuerit maculā, nō offeret panes dñō Deo suo nec accedet ad ministeriū eius: ergo sacramētū illius vanū est. Respōdetur aut ad minorē, qđ bonitas morū in ministro non est de essētia sacramēti, sed ad decentiā ei⁹ pertinēs. **C**Qđ si cui appareat petitio principij dicere, qđ malitia morū est accidētaria & nō de essētia, attēdat bene autoritatē Aug. interpretātis verbū Ioānis. Cū enim Christus ipse sit, qui baptizat in spū sancto, internā scilicet gratiā infundendo, fit vt qualitas ministri, per quē sacramētū applicatur, accidētaria sit. Sicuti qđ hortorū aq̄ (qđ est illic exēplū Aug.) per lapides transeat, nō obstat quominus fruct⁹ eisdē proferat, quos si per canales aureos tranfret. Ad qđ maximē pertinet doctrina primi articuli p̄sentis quęstionis, vbi conclusum est, solū Deū tanquā

Conclusio sensus.

Minister bifariam

Philosophus.

Tertium argumentum.

Exemplum August.

principale agens ad gratiā sacramentorū cōcurrere: deuotionē aut ministri iusti nihil ad eundē effectū, qui confertur virtute sacramēti, attinere: & ideo ille nō datur melior per meliorē ministrū. Id qđ rarissus dist. 6. ar. 6. luculentius est demonstrandum. **C**A t quāuis veritas hęc iā sit catholica, duo tñ p̄cesserūt eius cōtrarij errores. Prior solēnissimus Donatistarū, qui aiebant, baptismū ab h̄reticis datū non esse legitimū, sed iterādū. Et ratio erroris fuit, qđ non discernerēt inter duos effect⁹ baptismi, qui sunt caracter & gratia. Pōt enim baptismus, vbi obicē gratiē inuenit in peccatore, qui baptizatur, caracterē absq; gratia imprimere, ac subinde mortuā fidē. Stat⁹ ergo litis erat, qđ Donatistę aiebant, quod cū h̄retici tam suscipientes, quā cōferentes sacramētū in peccato existerent, eorū baptismus non conferret gratiam, ob idq; nullius esset valoris. Aug. verō & catholici demonstrabāt factis esse, vt per caracterē verē faceret christianos, vt non denuō iteraretur, sed dum illi baptizati reconciliarentur ecclesie, & p̄nitentiā agerēt, tunc virtute sacramēti p̄suscepti reciperent remissionē originalem, atq; adeo omniū actualiū, iuxta verbū Aug. de cōsecra. dist. 4. Tunc valere incipit ad salutē baptismus, cū fictio veraci cōfessione recesserit. P̄terquam qđ si qui baptizatur ab h̄retico, aut nondum ad vsum rationis peruenit, aut catholic⁹ est sine mortali obice, gratiā pariter cum caractere suscipit. De hac ergo re plurimos August. conscripsit libros: nempe septem contra Donatistas in genere, contra Cresconium, contra Parmenianum, & aduersus Petilianum, de vnico baptismo. Atqui illo errore commaculatus fuit Cyprianus Carthaginensis episcopus: vir alioqui doctissimus, simulatque integerimus, postmodum martyr. Extat enim eius epistola ad Iubaianū, vbi eundem errorem compluribus sacrorum oraculis roborare contendit, vt per illud, Ite baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quam, inquit, confessionem, qui integram non habet trinitatis fidem, habere nequit. Et per illud, Accipite spiritū sanctum, quorū remiseritis peccata &c. Aliaq; eiusdē sententię adducit multa, quę omnia per ea, quę dicta sunt,

Donatistarū heresis.

Status litis.

Cyprianus.

Soluuntur

soluuntur. Qui enim baptizat in nomine trinitatis, in illo nomine & gratiam sacramēti confert: & fidem, licet ipsa careat, baptizat enim autoritate spiritus sancti, quem Christus etiam in hunc effectum eis contulit, qui eo carent. Neque verō primus autor eius erroris Cyprian⁹ fuit, sed Agrippinus quidā (vt Aug. lib. 3. de bapt. cont. Donat. refert.) Qui quidem error vsq; adeo deinceps succreuit, vt conciliū extet inter opera Cypri. octoginta episcoporū eiusdē dogmatis. Vtrū verō Cypri. viuens errorē illum deposuerit. lib. 2. contra Donat. c. 4. dubitat Aug. licet illico. c. 5. illuc annuat, quod in illo vsq; ad mortē perflerit. Sed tamē vbertate charitatis, vt dixerat lib. 2. c. 28. error ille compensatus ab illo est, & passionis falce compurgatus. Post obitum autem Cypriani coactum est conciliū Carthaginēse primum presidente Grato episcopo, vbi decretum est h̄reticorum baptismi, si fiat intentione & forma ecclesie esse omnino validum. Cuiusmodi concilio, vt idem ait Aug. si Cyprianus interfuisset, p̄ sua eximia humilitate & pacis desiderio in sentētia patrū venisset. Quo circa ablit, vt vllō vnquam fuerit tēpore ceu h̄reticus existimatus: nam sua etate nō erat ille error ab ecclesia condēnatus. Pōt verō tēporis ex eisdem Augustinia nis disputationib⁹, ex alijsq; subinde patribus multa decreta in. d. 4. de conse. relata sunt. Vnde quod baptismus a pagano collatus sit validus, habetur ex Ildoro ca. Romana. Et quod collat⁹ a Iudæo, habetur ex Nicol. can. Aquodā. Et quod h̄retici verē baptizent, si formam seruet trinitatis habetur can. Siqui. & Quāuis vbi decernitur quod h̄retici baptismū in suam perniciem accipiunt, nihilominus verum. In summa quod baptismus siue à iusto siue ab iniquo, siue à quocunq; conferatur, sit validus, habetur can. Si inter. & can. Baptismus, &c. r. q. 1. cā. Nō nocet. & multis alijs. **C**Has veruntamen sacrosanctas sanctiones non multū reueritus Erasmus, audi quę verba in p̄fatione super Cyprianū scribere ausus est. Porro qui diuersam, inquit, sententiā (scilicet catholicā aduersus Cyprianū) sequi maluerūt, mihi quidē nō tam argumētis vidētur cōmoti, quā fauillē ei par-

Agrippin.

Cyprianus.

Conciliū carthaginense.

Canon.

Erasmus.

ti, quę magis abhorreret à schismate. Et infra. Quod si res ab argumētis humanis p̄deret, & nisi concordia fauorē vbique mereretur, potius haberi poterat quod sequitur Cyprianus, qđ quod est receptū. Hęc ille. Erasmo nanq; anabaptistę (vt bona venia dixerim) nūquā satis displicuerūt. **C**Sunt autem nonnulli canones, vbi prima facie videntur huic catholicę sentētię aduersi, vt. r. q. 1. can. Non sanatur, qui est Ambrosij de catechizadis rudib⁹, vbi ait. Nō sanatur baptismus perfidorum, nō mundatur, sed polluit. Quod quidē verbum Scotus in. 4. d. 5. q. 2. arbitratur intelligi, quando quis extra ecclesiam baptismum suscipit, vt fiat discipulus baptizatis h̄retici. At reuera si legitima seruetur intentio ecclesie tam in conferente, quā in suscipiente, baptismus valet, licet baptizat⁹ velit esse h̄retic⁹. Et ideo dexterius intelligitur secundum Gratianum in can. statim proximo. Hi qui de baptismo, quē perfidi non seruantes formam ecclesie administrant, vel planius profecto glossari text⁹ potest, quod nō sanatur baptism⁹ receptus in h̄resi vel in peccato mortali, quia non confert gratiā. Et ad autoritatem Pauli, quę illic subiungitur ad Ro. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est, respōdetur posse tam collationem sacramēti, quam susceptionem esse peccatum, seruata substantia sacramēti, iuxta verbum Aug. r. q. 1. cā. Separati. vbi ait, qđ iniqui formam ecclesie habere possunt in baptizādo, virtus tamen in eis esse non potest, licet per illos in alios transeat. **C** Maiorem autem videtur habere difficultatē can. Qui p̄fectionē. ead. causa &c. q. vbi ait Innoc. Qui perfectionem spiritus sancti, quam acceperant, perdidērunt, nō dare alijs plenitudinem possunt. Sed tamen hoc intelligitur de plenitudine quoad executionē sacramēti suscepti. Vnde bene ait illic glo. quod episcopus quantuncunq; h̄reticus, & schismatic⁹ & apostata sit, tamē verē ordinatur, sed tamē ordinatus irregularis est ne possit exercere ordines. Atq; hoc pacto intelliguntur plures canones eiusdē causę & quęstionis, de ijs, qui per simoniā ordinātur. Sunt enim omnes ab administratione sacramentorū suspensi: & in hoc sensu dicuntur sacramēta con-

Canonē qui videntur vtrati aduersi.

Scotus.

Sententia autem.

Omne quod non est ex fide.

Can. qui perfectionem.

ferre non posse: veruntamen si ea adm-
nistrant, legitima sunt, præter sacramen-
tū poenitentiæ. Qui enim à iurisdictione
suspensus, vel quocūq; modo eos, qui nō
sunt ei subditi, absoluit, non perficit sa-
cramentum.

*Secundus er-
ror qui fuit
Vvicleff.* ¶ Post Donatistarū errorē, fuit etiā error
pauperū de Lugduno, quē Ioannes Hus
& Ioannes Vvicleff cōplexi sunt: vide
licet, q̄ Deus quencunq; prælatū, vel via-
torē suspēdit à suo officio vel ministerio
quando incidit in mortale. Verba sunt

Vvaldensis. Vvicleff, quæ refert Thomas Vvalden-
sis tomo. 2. de sacram. ca. 3. vbi per multa
capita eundē errorē impugnat. Quē etiā
D. Th. absurdū ostendit. 4. lib. contra gē-
tes ca. 77. Nā secundū istos hæreticos nō
solū sacramentum ab hæretico collatū,
verū & à quocunq;, qui mortali crimine
fordesceret, nullū esset. Simile huic dog-
ma tenet Armacha. li. 10. c. 4. nēpe. quod

*Armacha-
nus.* tēporale dominiū per quocunq; morta-
le delictū perditur, siue regnum sit, siue
quodcūq; inferius. ¶ Quamplurimis au-
tē iaculis delirium hoc confoditur. Pri-
mum enim si similitudinē naturalīū, uti

*Impugnatio
horum erro-
rum.* Basilius ait in hexamero, spectes, Deus
soli virtutē fulgēdi tribuit, & cœlis mo-
nēdi terręq; & animalibus generādi, quę
perpetuō in illis permaneret, quā utiq;
virtutē ob nulla mortaliū scelera & fla-
gitia rebus naturalibus adimit, sed solē
suum oriri facit super bonos & malos, &
pluit super iustos & iniustos: debuit au-
tē multo consultius, atq; adeo certius no-
bis in rebus spiritalibus prospicere: fir-
miore ergo ratione ministris ecclesię per-
petuā cōtulit potestātē, quæ quantūvis
mutatis eorū moribus nunquā mutaretur.
Quare & characteres ordinis, qui fa-
cultates sunt administrandi sacramenta,
indelebiles sunt. ¶ Et aperitur secundō
huius rationis radix. Dona spiritus san-
cti, quæ nō in vtilitatē eorum, quibus cō-
feruntur, sed in publicū omnium cōmo-
dū Deus suæ reipublicæ donat, ea quidē
propter perditos eorum mores minime
subtrahit, ut patet de dono prophetię, &
sanitate, &c. Vnde, ut Matth. 7. legitur
multi iniqui dicent in die iudicij: Domi-
ne, Domine, nonne in nomine tuo pro-
phetauimus, & in nomine tuo virtutes
multas fecimus? Quibus Christus respō-

Secundum.

Matth. 7.

debit. Nescio vos: potestas autē admini-
strandi sacramēta in communem vsū
Christianæ reipublicæ tribuitur mini-
stris: ergo ex moribus possidentiū neuti-
quā pendet. ¶ Et tertio ad maiore huius
explicationē arguitur. Effectus sacramē-
torum sunt supernaturales, ad quos ideo
producendos nulla bonitas ministri, suf-
ficat: ergo neq; vlla malitia, quę bonitati
est contraria, potest illos cohibere quo-
minus à Deo producantur. Maledictus
enim homo, ut Hier. 17. legitur, qui con-
fidit in homine: si autē ex ministrorū bo-
nitate nostra dependeret salus, multum
fiducię nostræ in hominē esset iactandū,
quod Deo, in quo tota est collocāda, in-
iuriosum esset. ¶ Accedit quarto in ean-
dem rationem, q̄ characteres, ut q. præ-
cedenti dicebamus, nō imprimuntur ut
habitus virtutū & vitiorū, qui potentias
determināt, perstringuntq; ad bene vel
malē agendū, sed per modū potētiarum,
quæ sunt ad vtrunq; indifferentes. Quare
sicut character baptismalis potentia est
suscipiēdi sacramēta siue bene siue malē
ita & character ordinis potestas est vtro-
libet modo administrādi. ¶ Ad hæc quin-
to. Sacramētum, ut supra dictū est, virtute
operis gratiā cōfert, quod alij dicunt
ex opere operato: ergo hoc fit virtute di-
uina, quę à bonitate ministri nullatenus
depēdet. ¶ Præterea sexto. Effectus non
debet assimilari instrumento, sed princi-
pali agēti, ut domus nō debet assimilari
dolabræ aut ferræ, quæ est instrumentū,
sed arti, quæ est in mente artificis: ergo
quāvis minister sacramēti gratia careat,
nihilominus Deus per sacramētum illā
confert, per quā suscipiens similis ei fiat
non ministro. ¶ Iam septimō in eandem
sententiā Aug. eod. tract. 5. super Ioā. ad-
ducit illud Apostoli. 1. Cor. 3. Ego planta-
taui, Apollo rigauit, Deus autē in cremē-
tū dedit. Neque qui plantat est aliquid
neq; qui rigat, sed qui incrementum dat
Deo. Ex quo loco analogia exurgit, q̄ si
morū malitia nihil naturalib⁹ fructibus
obstat, ita neq; supra naturalibus, quos
Deus ingenerat. Legitur enim Ioā. 4. dis-
cipulos Christi baptizandi munus exer-
cuisse, inter quos non dubiū quin nequā
Iudas idē obierit officiū. Quapropter ait
Angu. aduersus Donatistas (quod refer-
tur

Tertium.

Quartum.

Quintū.

Sextū.

tur. 1. q. 1. cā. Dedit.) Dedit baptismū Iu-
das, & nō baptizatus est post Iudā: dedit
Ioannes, & baptizatus est post Ioannem:
quia qui datus est à Iuda, baptism⁹ Chri-
sti est, qui à Ioanne, Ioannis erat. Non Iu-
dam Ioanni, sed baptismū Christi etiam
per Iudæ manus datū baptismō Ioannis
rectē præponimus. ¶ Insuper & octauo
arguitur. Nemini iurisdictione ob peccatū
mortale subtrahitur, tametsi isti hæreti-
ci negent. Iubet enim Petrus. 1. Pet. 2. di-
cens. Filij obedite præpositis vestris nō
solū bonis & modestis, sed etiā discolis.
Imō & Christ⁹ ipse Matth. 23. De antiq;
Phariseis, de quib⁹ minor extabat ratio.
Super cathedram, inquit, Moysi federūt
Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcun-
que dixerint vobis seruate & facite, secū-
dum autem opera illorū nolite facere: vr-
gētiore ergo ratione in peccatoribus no-
ui testamenti manet iurisdictione & pote-
stas. ¶ Et nonō arguitur. Consecrationes
batilicarū, altarium, & vasorum ecclesiæ
perpetuæ sunt, tandiu scilicet permanē-
tes, quandiu ipsæ durant: cum ergo hæc
in ministerium sacerdotum sint cōsecre-
ta, congruentius & eorū consecrationes
sunt indelebiles. ¶ Deniq; & postremo ar-
guitur. Si vera esset istorū vesania, cūcūta
essēt spiritalia in ancipiti & ambiguo:
peccata nanq; mortalia non modō secre-
tissimē cōmittūtur, verū & intereo ipso
aetū cordis, de quo homines iudicare nō
possunt: si ergo quouis crimine ecclesia-
stica potestas ministris deperiret, nemo
esset certus an verē à suo prælato absol-
ueretur, aliave sacramenta legitimē reci-
peret: quæ cum sint causa gratię, maxima
conturbatione & confusione vexarentur
fideles. Quo igitur ecclesiæ autorita-
te cuncta concludamus meritissimō eius
modi hæresis in concilio Constantiensi
fessi. 8. contra Ioan. Vvicleff, & fessi. 15.
aduersus Ioan. Hus fuit anathemate con-
demnata. ¶ Argumenta cōtrariæ opinio-
nis ad hæc ferē reducuntur, quæ facit S.
Tho. Quorum primū est. Sacramenta no-
uæ legis ordinantur ad emundationem
culpæ & collationem gratiæ: peccator
autem immundus est & gratia caret: er-
go neq; aliū mūdare valet secundū illud
Ecclesiast. 34. Ab immundo quis munda-
bitur? Neque gratiā cōferre, quia nemo

Octauum.

Nonum.

Decimum.

*Primum ar-
gumentu m.
S. Thom.*

dat quod non habet. Vnde Paul. Ro. 7.
Minor, inquit, à maiore benedicitur. Res-
pōdetur autē q̄ minister nec per se mun-
dat, nec gratiam cōfert nisi per applica-
tionē sacramenti, quod est Christi illam
infundētis. ¶ Et pariter respōdetur ad se-
cūdū quod est huiusmodi. Qui charitate
caret præcisus est à Christo, ut potē per
quam, ut habetur. 1. Ioā. 4. Et in Deo ma-
nemus, & ipse in nobis: præcisus autē nō
potest esse instrumentū causæ, à qua præ-
scinditur. Respōdetur, inquā, q̄ etsi ille,
qui charitate orbat, mortuus sit, ut ha-
betur. 1. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in
morte, atque adeo sit præcisus, potest ta-
mē Christus vti instrumēto mortuo. dū-
modò sit ei cōiunctum per intentionem
ecclesiæ id administrādi, quod ipse insti-
tuit. Quare ad autoritatē Pauli respōde-
tur, q̄ satis est eū, qui benedicit, esse ma-
iore dignitate & officio, quā eū qui bene-
dicitur, licet probitate & merito apud
Deū sit inferior. ¶ Quod si cōtra aduersa-
rij illud nobis obiecerint Ioann. 20. Vbi
Christus apostolis potestātē remittendi
peccata nō contulit, nisi simul eis donan-
do spiritū sanctū. Accipite enim, inquit,
spiritū sanctum, quorū remiseritis pecca-
ta, &c. Respōdetur prouidentissimū Deū,
cui⁹ perfecta sunt opera, nemini potesta-
tē impertiri administrādi sacramēta, cui
nō simul & gratiā infundendam, curet ut
quod sanctū est factē perficiat: si autē ille
ob suā culpā eadē gratia caruerit, nō id-
circo De⁹ suis sacramētis deest, quomin⁹
p ea internū fructū in suscipientib⁹ ope-
retur. Vnde Aug. eod. tract. 5. super Ioan.
& refertur de cōsecre. d. 4. can. Baptism⁹.
Ego dico & nos dicimus omnes, quia iu-
stos oportet esse oēs, per quos baptiza-
tur: iustos oportet esse tanti iudicis mini-
stros, si ministrare iuste voluerint, si autē
noluerint esse iusti, qui in cathedra Moy-
si sedent, securū me fecit magister meus,
de quo spiritus eius dicit. Hic est qui ba-
ptizat. Itē nō timeo adulterū, non ebrio-
sum, nō homicidā: quia colūbā attēdo, per
quam mihi dicitur. Hic est qui baptizat.
¶ Postremū autē istorū argumentū, quod
ipsi vrgentissimū existimāt, est huiusmo-
di. Peccatores administrantes sacramēta
mortaliter peccāt, iuxta illud Diony. 1.
c. Eccle. Hierar. Malis nō est fas nec tan-
H 3 gere

*Secūdum ar-
gumentum.*

Obiectio.

*Tertium ar-
gumentu m.*

gere symbola, id est, sacramentalia signa: Deus autem nemini cooperatur ad malum: nam ut ait Iacobus cap. x. Deus interator malorum est: ergo Deus ad illas actiones non concurrat, atque adeo nec illis tanquam instrumentis suis utitur ad conferendam gratiam. Respondetur vero ad consequentiam per distinctionem consequentis: illa quippe ministerii actio considerari potest aut tanquam humana, quare ratione est peccatum, atque hac ratione ad illam Deus non coagit peccatori. Secundo modo potest intelligi tanquam supernaturale diuinumque instrumentum ad conferendam gratiam, qui est proprius effectus Dei. Et hoc pacto nihil absurditatis est Deum illa ad bonum effectum uti. Nihil enim repugnat, quin Deus licet non sit causa peccatorum nostrorum, illis tamen utatur in bonum, quemadmodum peccato hominis utitur tum ut illum pudore confundat, ac subinde ad poenitentiam inducat, tum ut alios a simili peccato deterreat.

ARTICVLVS VI.

Utrum male ministrantes sacramenta peccent.

ROSTQVAM definitum est sacramenta per malos ministros exhibita, esse valida, consequens est inquirere. An eisdem ministris delictum sit illa exhibere. Apparet enim cum diuinum ministerium exercent, non peccare. Respondetur nihilominus duabus conclusionibus. Prior. Non est dubium, quin mali exhibentes se ministros Dei & ecclesie in dispensatione sacramentorum peccent. Probatur, nam operari id quod iustum est non secundum quod oportet, ut Philoso. lib. 2. Ethic. autor existit, peccatum est. Ministri autem Dei, qui ei, dum eius ministerium exequentur, non assimilantur, operantur non ut oportet, iuxta illud Leuitici. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum: & Ecclesiast. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: ergo tunc peccant. Posterior conclusio. Eiusmodi peccatum genere suo est mortale. Probatur, quoniam licet sacramenta secundum se ipsa incontaminabilia sint,

Prior conclusio.

Posterior conclusio.

illa tamen indecens eorum administratio ex parte ipsius ministrantis, & ad contaminationem sacramentorum pertinet, & subinde ad irreuerentiam Dei, quae genere suo est mortalis. Confirmatur pariter ambae conclusiones ex Dionysio. 1. cap. Eccles. Hierarc. dicentis, quod malis non est fas nec tangere symbola, id est, sacramentalia signa. Et in epistola ad Demophilum ait. Talis (scilicet peccator) audeat videtur sacerdotibus manus apponens, & non timet, neque verecundatur diuina preter dignitatem exequens, & Deum putans ignorare, quae ipse in semetipso cognouit, & decipere aestimat falso nomine patrem ab ipso appellatum, & audeat immundas infamias (ne dicam orationes) super diuina signa Christi formiter enunciare. **Q**uestio haec nonnullas offert dubitandi causas, & primum omnium inter malos ministros discernendi sunt illi gradus, quos art. praecedenti distinximus: de apostatis, haereticis, & quacunque ratione ab ecclesia praecisus: nepe, siue excommunicati sint siue suspensi, siue irregulares, aut degradati. Et inter non praecisos alij sunt publici peccatores, alij occulti. Praeterea diiudicandum est utrum solenniter illa administrent tanquam ex officio, an vero priuatim baptizando. Rursus utrum sese ingerant, an necessitate cogantur. Nam secundum huiusmodi qualitates augetur minuiturue peccati quantitas dum sacramenta administrent. Ob idque conclusiones praesentes in genere constituitur: nepe, administrationem sacramentorum in peccato, peccatum esse, idque genere suo mortale. Postmodum namque ad singula descendendum est, utrum nonnunquam excusari possit a tali culpa. **E**t quidem conclusio prior, quod sit aliqual peccatum in dubium euocari non potest: nam id, quod sanctum est, indignè tractare ratio ipsa naturalis statim admonet esse peccatum. Peccatori namque, ut est in psalmo. 49. dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Si enim lingua res sanctas tangere delictum est, manu illas & officio contrectare, grauius erit. Et Deuter. 16. Iuste quod iustum est exequeris. **A**t vero secunda, quod sit mortale genere suo, non appareret vsque adeo certa. Etenim (ut art. proximo

Expositio articuli.

Conclusio prior probatur.

Contra secundam conclusionem.

ximo

ximo visum est) morum probitas ministri non ad essentiam, sed ad decentiam attinet sacramenti: omittere autem, id quod non est de essentia, non est vitare sacramentum, sed non illud meliori modo possibile tractare: eiusmodi autem omisio non est cur censetur mortalis. Si quis enim non oret, aut eleemosynam eroget quam bene possit, non ideo mortaliter delinquit, ut si sacris cooperto capite, aut indebitè recubans, aut garriens interficit. **D**octa hic distinctioe Caietanus respondet. Exhibitio liquidè sacramenti bifariam consideratur. Vno modo ex opere, quod aiunt, operato: scilicet, ex obiecto tanquam opus exhibitum, hoc est, tanquam Dei instrumentum, quo ipse utitur ad gratiae infusionem: & secundum hanc rationem probitas ministri non est de eius essentia, ut potè sine qua suum sortitur effectum. Sed altero modo consideratur, ut opus operantis: videlicet, ut actio humana exiens a ministro: atque illa ratione requirit, ut reuerenter fiat: eo quod cum homo tunc sit minister Dei ipsi coagens debet simili sanctitate, qua ipse, operari. **I**n contrarium autem videtur argumentum militare, quod primo loco facit S. Thom. Quemadmodum Deo in sacris ministratur, sic & per omnia opera charitatis, secundum illud ad Hebraeos. vltim. Beneficentiae & communicationis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus: peccatores autem non peccant, si in peccato opera charitatis aliarumque virtutum exercent. Respondet autem sapienter, quod reliqua virtutum officia nulla sunt consecratione sanctificata, sed sunt partes iustitiae, quas si iustus iuste exequatur, iustificatur adhuc, sin minus, peccator extra gratiam per eas disponitur, ut illam suscipiat. Sacramenta vero in se ipsis quandam habent mysticam sanctificationem, & consecrationem: quare genere suo exigunt similem sanctitatem in ministro, ut suo ministerio respondeat, qua idcirco sanctitate si careat indignè se ministrum exhibet. Pespice duas S. Thomae rationes, antea enim monstrauit peccatum esse mortale ex genere suo propter irreuerentiam ministri respectu Dei, quia non se praestat illi conformem: modò autem id pro

Responsio.

Primum argumentum S. Thom.

Responsio.

Adrianus.

Aliud argumentum.

Paul. 1. Cor.

bat ex obiecti sanctitate similem in ministro exposcente. Confirmatur praeterea utraque ratio ex autoritate superius allegata Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Christus enim suis ministris gratiam impartitur, ut patet in collatione sacramenti ordinis, ut sua munera dignè administret, sicut eandem confert in baptismo, ut baptizati eadem sacramenta dignè suscipiant. Itaque collatio illa gratiae obligationem insinuat tum dignè ministrandi, tum dignè suscipiendi sacramenta: quare propter indignè id exequi, peccatum est. **S**ed roges. Cur mortale? Nā tractare indignè sacra non semper est mortale (ut supra diximus) ut osculo tangere hostiam consecratam in peccato, aut indignè illam adorare, aut sacrorum vasa & velles indignè contrectare. Respondetur haec omnia esse sacrilegia, sed tamen ex obiecti quantitate pensandum est, quando sit mortale, ut in furto. Sacramenta enim quia sunt, non utcunq; sancta, sed dum exhibentur, per Dei virtutem sanctificantia, suapte natura & ingenio ostendunt indignam eorum collationem esse genere suo lethalem. Secus de alijs sentiendum, quae minutiora sunt. Quocirca quāuis Adria. in quaest. de baptismo artic. 3. in 2. part. existimet, quod eleuare consecratam hostiam de terra aut luto in peccato mortali, sit etiam mortale, non est verò simile: nā illuc nulla est administratio sacramenti, nec illud est opus, ad quod ministris conferatur gratia, ut teneantur peccata deponere antequam illud praestent seruitium. Quare potius credo illud esse opus religionis atque adeo virtutis, si non adsit sacerdos alius, qui dignius possit illam leuare, & reuerenter fiat. **A**ccedit in confirmationem conclusionis argumentum. Sacramentum indignè suscipere, ut pote obiectè accipiendae gratiae opponendo, est mortale peccatum. Qui enim, inquit, Paul. 1. Corinth. 11. m. Paul. 1. Cor. ducat & bibit indignè, iudicium sibi m. ducat & bibit, non diiudicās corpus domini: scilicet, quia non discernit cibum illum ab alijs profanis, sed veluti ad mensam secularem, sic ad contremendum altare accedit. At neque minister, qui sacramentum in mortali exhibet, perinde

Confirmatur conclusio canonibus sacris.

actionem illam exercet, ac si esset profana & secularis: ergo pariter est cõtamina tor sacramenti, atq; adeo lethali ter facrile gus. Hęc conclusio latè comprobat D. Aug. lib. 2. contra epistolã Parmeniani Donatistæ. Congerebant nanq; hæretici illi complura sacrorũ testimonia, q; improbi ministri ministrãtes sacramenta contra Dei nutum id facerent, atque adeo per illa Deus neminẽ iustificaret. Et respondet Aug. eiusmodi testimonia id tãtũ cõprobare, quod illi lethale sacri legiũ committerent: nihilominus sacramenta ipsa solida permanerent Dei instrumẽta ad iustificandũ. Atq; ex eius libris multa cõgesta sunt decreta. i. q. i. vt cano. Per Esaiã. vbi citatur illud Esaię vltim. facinorosus, qui sacrificat mihi vitulum, quasi canẽ occidat, & qui coquit similaginem, quasi sanguinem porcinũ, & qui offert thus in memoriã quasi blasphemus. Et canon. Omnia. Omnia, inquit, sacramenta obsunt indignè tractãtib; profunt tamẽ per eos dignè sumẽtib; . Et canon. Quod quidam. Separãti, inquit, nõ dubium quin dare possint sacramenta, sed tamen illa perniciosè tradunt. Idem in cano. Remissionem, & canon. Necessè est. Munda, inquit, sit manus, quæ sordes diluere curat: scriptum enim est Esaiã. 52. Mundamini qui feris vasa domini. Et de consecra. distinct. 4. canon. Baptismus. paulo ante citato. Iustos, inquit, oportet esse tanti iudicis ministros si iustè ministrare voluerint. Et Leuit. 22. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel domino, in quo est immũditia, peribit coram domino. Et exodi. 19. Sacerdotes, qui accedũt ad dominũ Deum, sanctificentur, ne forte derelinquat eos dominus. Si ergo sacerdotes antiquæ legis, qui egeña illa sacramenta, vt ait Paul. nullatenus sanctificãtia tanta cũ sanctitate ad altare accedere iubebantur, quãtò grauiori sacri legio sacerdotes euangelici commaculãti creditur, dũ sacramenta, quæ de latere Christi ad sanctificandũ animas effluerunt, non pro dignitate contrectãt? Vnde de temporib. ordi. cap. Quæsitũ, admonitũ est, vt sacerdotes, qui sũt in crimine, sub interminatione diuini iudicij sint obte-

standi, vt in testimoniũ suæ dãnationis in susceptis ordinibus non ministrent. Ex his fit consequẽs, quod quãto quis maiore culpa, aut magis præcisus est, ab surdus peccabit, vt apostata q; hæreticus, & hæreticus q; suspẽsus: & degradatus q; simpliciter excõmunicatus, & publicus peccator, q; occultus. Idẽ ex parte sacramenti grauius sacri legiũ esset eucharistiã celebrare, q; aliud administrare sacramentũ: nã propter reuerentiã corporis Christi illic cõtenti ait peculiariter Paul. Probet autẽ se ipsũ homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Haud enim tãtũ edere & bibere, verũ & cõsecrare in peccato mortali lethale esset: nã est actus ille excellẽter hierarchicus. Tametsi q; cõfite tur se celebrasse in mortali, ambo vno verbo cõfiteretur. Dicitũ est autẽ administrare sacramentũ in peccato mortali esse mortale ex genere: nã ex imperfectione actus nõ erit mortale, vt si quis fureretur ouũ. Hęc autẽ imperfectio potest attẽdi ex parte obiecti, vt si quis in peccato cõtrectaret vasa sacra. Itẽ licet cõtrectaret sacramenta non tũ actione pfecta. Quocirca dubiũ est de diacono & subdiacono in sacramento altaris ministrãtib;: nã ex vna parte, apparet esse mortale, si in peccato admistrant: confertur nanq; eis dum ordinãtur gratia: vt dignè administrant. Quare (vt supra diximus) obligatio inde resultat dignè administrandi. Ex altera verò parte durum profectò apparet, illos tam acriter condẽnare. Ad hoc in primis respõdetur q; cõtate in peccato epistolã in ecclesia etiã publicè ei, qui nõ est subdiaconus, nullum est peccatum: mos enim est sacristarũ. De diacono autem & subdiacono vbi solẽniter administrant, qui dixerit propter argumẽtũ factũ peccare mortaliter, nihil affirmauit quod sit improbabile. At verò lubẽtius dicerẽ nõ esse mortale, nã & si gratiã ad hoc recipiãt, tamẽ imperfectio actionis admonere videtur, nõ esse tam strictam obligationẽ, quã in sacerdote, siquidem per illam lectionem Euangelij & suam administrationem nullam operãtur sanctitatẽ, nisi, vt dictũ est, imperfectè. Ex administratione sacramenti gradum hic fecit Caiet. ad prædicatores, vt trũm prædicare in peccato mortali, sit mortale. Quæ quidẽ ambiguitas

Corollarium

De diacono & subdiacono

De prædicãtib; in mortali.

Caiet.

Ambrosius

biguitas ex duplici capite dirimẽda est. Primo ex obiecto, vt trũm illud sit officiũ alicui ordini annexum, vt ad id munus exequendum gratia conferatur. Secũdò ratione effectus & fructus prædicationis qui impeditur, dum fit in peccato mortali. Et ratione prioris capituli ait hic Caiet. esse mortale: quia prædicare, inquit, est actus, ad quem minister consecratur: nã eius, ait, minister ex officio est Episcopus primo, & secundo sacerdos. At profectò ex isto capite non est cur officiũ prædicandi, dũ fit in mortali, sit mortale. Nã primũ ex iure diuino prædicare nõ est officium annexum ordini sacro, imò propheta antiquitus prædicatores erant, essentque modò si existerent: & heremitæ patres prædicabant in heremo, nec tamen erant sacerdotes, neq; ideo mos ille reprobatur. Quinverò Gregor. i. dialogorum libro. quendam laicum Equitium nomine laudibus cõmendat, quod prædicaret populo. Adde quod in ordinatione sacerdotũ nulla fit mentio prædicandi, neque illis deceret absq; maiori examine parem facultatẽ impartiri. Nã de diacono iam supra diximus, quod datur ei potestas legendi Euangelium, & docendi articulos fidei. Tametsi Ambrosius super illud ad Ephe. 4. Dedit quosdã Euangelistas, dixerit nomine euangelistarum comprehendere etiam diaconos, quibus olim euangelizare licuit sine cathedra. At verò iam non possunt sine episcopi facultate. De iure autẽ positivo prædicare omnes prohibentur, nisi sint sacerdotes, vt. 27. q. 1. ca. Ad iur. est videre. Et de Hæreticis. cap. Sicut præcipitur. cohibentur laici prædicare. Et cap. Excommunicationis sententia prohibetur prædicare nisi cui ex officio, vel cõmissione incumbit. At verò neque hinc sequitur omnibus sacerdotibus ex officio id competere, neque ipsis solis. Quod enim non omnibus, patet ex decretis concilij Constantiensis sessione. 8. & 17. vbi condemnatur Ioan. VVicleff, & Ioã. Hus dicentes, vniuersis sacerdotibus virtute suã ordinationis incumbere officium prædicandi. Imò requiritur episcoporum licẽtia, iuxta illud Paul. ad Rom. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Verum est tas

men quod vbi sacerdoti confertur beneficium, cui annexa est animarum cura conceditur subinde ei prædicandi munus. At verò etiam diaconi ex cõmissione episcopi prædicare possunt: imò episcopi non sacerdotes. Igitur ex isto capite prædicare in peccato mortali non est mortale, quia non est officium, ad quod per ordinẽ sacrum cõfertur gratia. Atq; re perfectiõ perspectiva, id ipsum tenet ipse Caiet. in summa, verbo. Prædicatorũ peccata. Alterum verò caput maiore infert difficultatẽ. Vnde subdit illic Caiet. prædicare in peccato mortali esse mortale propter iniuriam, quæ fit prædicationi, iuxta illud Psalmi. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meum per os tuum? Existimasti inique quod ero tui similis, quasi bona iubes, & mala faciẽs? Arguam te, & statuã cõtra faciẽ tuã, id est, te ipsũ tuis proponã oculis, vt in te cernas, vt rũ tua prædicatione tuis sit moribus congruẽs. Et Pau. ad Ro. 2. Qui prædicas non furandum, furaris, &c. At verò hoc moderamine Caiet. suam sententiam mitigat, vt intelligatur, dum prædicator prædicat studio & animo prædicãdi indignè: nam si cum tremore & reuerẽtia malens prædicare dignè, officiũ exercet, non esset, inquit, peccatum mortale. Sed forsã aliter æquius distinguendũ est, vt si sit peccator publicus, prædicare profectò non posset absque mortali crimine: nam tunc propter scandalum directè fructui prædicationis obstat, iuxta verbum Gregor. in pastorali. Necessè est cuius vita despicitur, eius prædicatione cõtemnatur. Et Arist. 10. Ethicorum. Dum sermones, inquit, moribus dissonãt, contemnantur, & veritatem interimũt. Quare vt Paul. loco citato ad Ro. 2. ait per huiusmodi prædicatores, qui prædicant nõ furãdũ, & publici sũt latrones nomẽ Dei blasphemari inter gentes. Quando verò quis est occultus peccator, quod nullũ si nistrum dedit exemplum, & tunc maxime quando ex officio incumbit, nõ esset peccatum cum timore & reuerentiã prædicare: nam posset sua prædicatione esse fructuosa. Cõtẽptus verò dẽ semper est mortalis. Vt si quis tam impudenter prædicationem vilipenderet, vt indignum nõ putaret illam in peccato exercere.

Alterũ est

Dona distinctio

Greg. Arist.

Et

*Secundum ar-
gumentum.
S. Thom.*

¶ Ut ad rem igitur redeamus, ordinemq; D. Tho. sequamur, quæritur secundo argumento, vtrum simili se culpa conuoluât, qui ab huiusmodi nequam ministris sacramenta suscipiunt. Arguitur enim. Qui alicui in peccato communicat reus ipse eiusdem sit sceleris, secundum illud ad Roma. i. Digni sunt morte non solum ij, qui talia faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: si autem mali ministrando peccant, illi qui ab eisdem sacramenta suscipiunt, illis communicant in crimine: ergo & peccant, quod apparet inconueniēs. Respondetur autē sub distinctione. Dupliciter siquidem contingit ministrū esse malum: scilicet, aut dum toleratur ab ecclesia, aut dum nō toleratur, sed est ab ipsa præcisus: videlicet, quia degradatus est, vel suspensus, vel excommunicatus. Duæ igitur constituuntur conclusiones. Prior. Si minister ille nequam toleratur ab ecclesia, tunc licet ab illo sacramenta suscipere, neq; vllum delictum est. Et est ratio, quia cum permittente ecclesia suo quisque vtatur iure, non censetur tūc homo communicare scelesto illi ministro in quantum delinquens est, atq; adeo nec eius sceleri, sed functioni ecclesiæ, cuius minister existit. Posterior conclusio. Si autem ab ecclesia non toleretur, sed sit vel degradatus vel suspensus, vel excommunicat^o, nō licet ab eo sacramentū suscipere, imō est peccatū. Cui^o ratio est quia tunc qui sacramentū ab eo suscipit, facit contra obedientiam ecclesiæ. ¶ Vtraque autem istarum conclusionum non nihil adfert difficultatis. Prior scilicet, quia si tam generaliter veritatem contineret, sequeretur qd liceret etiam peccatorem nō præcisum inducere ad conferendum sacramentum. Et pariter si secunda tā strictim esset intelligenda, sequeretur quod nec in extrema necessitate fas esset a præciso sacramentum expetere. Quorū vtrūque cōsequens videtur rationi dissonū. Igitur vt ab argumētis absteinamus, per spectius per octo subsequentes propositiones ambas cōclusiones elucidabim^o. Videas nanque inter doctores tanta confusione & perplexitate rē hāc pertractari, vt vix inde certi qdpiā venari queas. ¶ Prima itaq; propositio sit. A quocūq; sacramentorum ministro: nō præciso sed

Prior conclu.

*Conclusionū
elucidatio.*

tolerato ab ecclesia, dummodo paratus sit sacramentū ministrare, licet cuiusq; illud suscipere, siue in necessitate siue extra, si modo ex officio aut priuilegio posset illud ministrare: nam nisi vel prælatus sit, vel delegatus, nemo potest extra mortis articulum sacramenta exhibere. Exempli gratia, licet mihi per diplomatis priuilegium, quem malucro confessarium eligere, sunt plures ad audiendas confessiones sedentes, quorum Petrum ego scio in cōcubinato viuere, tūc quanuis possim eligere aliū probum, licet etiam mihi eligere Petrū. Imō verō si ille est doctior, qui sapiētius valeat meā conscientiam discutere, consultius fecero, si eum præ alijs elegero. Verū est qd si in cæteris omnes sint pares, nonnulla culpa erit illum præoptare, nunquam tamē erit mortalis, nisi forsitan esset publicus peccator, vt mea eiusmodi cōfessio scandalum offerret populo. Scot. autem in. 4. d. 5. q. 2. dicit, cæteris paribus semper eum esse eligendum, cui id ex officio incumbit. Quin etiam dum occurrent extrema necessitate baptismi laicus prob^o adest, & sacerdos improbus, citius eligendus est sacerdos, qui baptizet, quam laicus. Quod quidem (cum tunc baptizare sine solennitate in peccato nō sit peccatum, vt infra videbimus) verū est. Si autē solenniter esset baptizandum potius eligendus est ille, qui creditur sine peccato suo functurus munere. Cōclusio hæc vniuersis est citra controuersiam assertissima, atque hunc sensum facit prior propositio. S. Tho. quam & eius ratio induta demonstrat. Qui enim sic suscipit sacramentum nullo modo cooperatur peccato alterius: solum enim ille dicitur cooperari alteri, qui eius peccati causa est, in hoc autem casu cum conferens sit paratissimus, & suscipiens nullatenus eum moueat sit vt neq; ei^o peccati simul causa. Eō potissimē, quod non postulat vt alter peccet, sed vt sacramentum det, quod potest respiscendo iuste facere. Adhibēt nonnulli rationem, quod cum quisq; sit bonus existimandus, ille, qui petit, existimare debet peccatorem illum mente conuertendum antequam officium suū præstet. At verō hæc existimatio non est necessaria. Quinimō quanuis petēs sciat quod

Scotus.

quod ille non sit contritionem habiturus, nil refert, quia alter sibi solus est causa sicuti dum quis ab exposito vsurario mutuum sceneratō petit. Textus est expressus 15. q. 8. can. Sciscitantibus, vbi Nicolaus ad consulta Bulgarorum eadem conclusionem decernit: scilicet, vt à quocūq; sacerdote siue adultero, siue alia sinistra fama resperfo (quousque iudicio episcoporum reprobetur) communicatio percipiēda sit. Quoniam mali ministrando se tantummodo lædunt, &c. fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, alijs vero lumen in tenebris administrat, & vnde alijs commodū exhibet, inde sibi dispendium præbet. Hęc ibi. ¶ In contrariū autem militare videtur. tex. in can. Siqui sunt. 81. d. vbi Grego. cohibet oēs officijs eorū presbyterorum interesse, qui sunt in publico concubinato. Respondetur, canonem intelligi de notoriē cōcubinarijs, qui olim suspensi erant ab officio, & ideo interdicebatur populus ne eorum sacra audiret, vt patet can. Nullus, & cā. Præter. d. 32. Iam verō arbitror illud non esse in vsu quousq; per sententiam condemnētur, imō si postea corrigantur nō sunt ipso iure suspensi, vt habet gl. in dicto can. Nullus. ¶ Aliter autem contra ea, quæ dicta sunt arguitur. Sequeretur inde licitum esse ab eo sacerdote, qui paratus est sacramentum simoniacē videri, illud mercari. Item quanuis quis crederet per suam auricularem confessionē confessarium, vel in libidinem concitandum, vt si honesta puella ipsi confiteretur: vel in homicidium irritandum, vt si qui patrem sacerdotis occidit, nō alium nancisci posset, cui confiteretur, quam eius filium qui timeretur mortem patris simili damno vindicaturus. Respondetur neutiquam huiusmodi consequētias valere. Et quidem de baptismo, an scilicet, propter eius extremam necessitatem in periculo mortis infantuli liceat eum à simoniaco emere, non ad hunc locum disputare pertinet, sed ad materiā simoniæ. Quare D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. ad hoc respondit, & nos satis copiosē lib. 9. de iustitia & iure. q. 6. ar. 1. id discussim^o. Sed alia emere sacramenta omni procul dubio nullo modo licet: hoc enim qui faceret non solum cooperaretur flagitio ministri, sed

per se ipse scelestus esset: quoniam sacramentum, non solum vendere: verum & coemere, peccatum est. ¶ Respondetur ergo presentem conclusionem solum intelligi de peccato præcisē, quod est administratio sacramenti, hoc enim ille qui petit, dum minister paratus est, euitare nō cogitur. Secus de alijs adiūctis. Haud ergo puella in tali casu aut homicidē licet cōfiteri eiusmodi sacerdoti, vt in. 4. d. 17. q. 3. ar. 3. autor est. S. Tho. Neque hoc indubium venire potest, vt illic fufius disputabimus. Nam (vt ait Bernar.) quod pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet. ¶ Secunda propositio. Nemini licet eiusmodi improbum ministrum non paratum, neq; offerentem sacramentum ad id inducere, nisi vel petentem necessitas cogat, vel exhibentem officium obliget. Probatur quia quempiam in peccatum inducere, peccatū est, eō quod sit causam dare peccandi. Et sicut de damno ait regula iuris sic & qui causam culpæ dat, culpam dedisse videtur. Quemadmodum neq; licet eum, qui ad id non est paratus ad muruā dum cum scenore inducere. ¶ Quod si cōtra vt superius, arguas. Ille qui sacramentum postulat non inducit alium vt delictum faciat, sed vt sacramentum conferat, quod respiscens ipse exhibere iuste potest. Respondetur, quod si ille qui inducit scit, aut credit alium non esse conuertendū licet non cōcurrat formaliter ad eius peccatū, cōcurrit tamē materialiter ad illud opus, quod scit in illo fore peccatum. Vt si quis delectationis gratia, & non vt faciat malum, succederet ignem, quo scit arsuras alienas segetes, neutiquam à culpa eximeretur. Secus quando ille est paratus, quia tunc petēs neq; mouet ad crimen formaliter, neq; materialiter. ¶ Tertia propositio. Licitum est eum qui non est præcisus, & quem scio indignē administraturum sacramentum, inducere si sit meus prælatus. ¶ Quarta. Licet etiam eundē inducere, quāuis non sit meus prælatus, ego tamen sim in necessitate sacramenti constitutus. Has duas cōclusiones adstruit in præfentiarū Caiet. & (vt credo) probē & rectē. Probatur ergo tertia, Prælatus meus, etiam extra necessitatem, tenetur mihi nisi ab ecclesia cohi

*Secunda pro
positio.*

*Argumen-
tum.*

*Tertia pro
positio.*

*Quarta pro
positio.*

cohibitus sit, quoties petiero sacramentū ministrare, ergo dum peto, & induco, & cogo, meo vtor iure, qui autē vtitur iure suo vt est in. c. Cū ecclesia Vulterana. de electio. & in. l. Iniuriarum. ff. de iniurijs. nemini iniuriam facit: ergo licitum est petere. Eodē prorsus modo arguitur ad quartā conclusionē, quoniā dū qs extreme me subest necessitati, vnusquisq; ei, si potest tenetur opē ferre, atq; adeo id petēs ius habet vnumquemlibet inducēdi ad ministrandū sacramētum. Quōd si arguas. Inducere ad malum de se est malū, ergo nullo casu licet. Respondetur, hoc non esse propriē inducere ad malum, sed inducere ad id quod ius est petētis: quod quidem alter facere tenetur, atque adeo bene facere, quare si non vult se in gratiam Dei recipere vt id faciat, sua erit culpa. Et idem est in extrema necessitate. Secus extra hos duos casus: nam tunc non habeo ius inducendi ad collationem sacramenti. ¶ Hic autē non præteribo hæc moderari necessitatem. Hæsitabit enim lector, vtrum solūm necessitas implendi præceptum ecclesiæ, etiam citra articulū mortis, faciat sibi ius inducendi peccatorem nō paratum, vt ei administret sacramentum. Exempli gratia. Sub articulū Paschatis confiteri teneor, habeo indulgentiarum gratiā, vt possim eligere confessarium, vtrum possim inducere nō paratum? Respondetur si sit meus prælatus, ius habeo illum virgendi. Alium verò ministrum minime: nam licet priuilegium mihi facultatem faciat quemlibet eligendi: nemo autem, qui meus non est prælatus, tenetur meam audire confessionem: quare ego non habeo ius compellēdi atque adeo nec inducendi, sed solūm in extrema necessitate mortis: quia cum confessio & absolutio hominē possit facere ex attrito contritū periculū est ac perinde, vbi sacerdotis copia haberi potest nefariū crimen absq; sacramento absolutionis de vita decedere. Et multo equius sacramentum baptismi, in extrema necessitate à quocunq; quantunuis peccatore exigitur. Atq; hæc de malo ministro non præcisō. ¶ In transitu autē ad præcisos præmittenda est constitutio Constantiensis concilij paulō post tempus

Conclusiois Moderatio.

De ministro præcisō. Concilij Constantiensis.

D. Tho. celebratum, vbi ad consulendū timoratis conscientijs indultum vniuersis Christianis est, vt possimus cum quolibet excommunicato communicare; tã in sacris etiam recipiēdis, quàm extra sacra, duobus præcisē exceptis casibus, videlicet si sit aut nominatim excommunicatus aut manifestus clericus percussor. Tametsi tex. ille non sit in concilio Constantiensis, sed in Basiliensi. At verò vt D. Antoninus. 3. par. tit. 25. ca. 2. refert, decretum illud in concilio Constantiensis fuit definitum, & statim in Basiliensi sub Martino quinto receptū. Adr. autē in. 4. in. q. de confessione. ar. 3. de clauibus ait conciliū Basiliense excepisse super Constantiensē vniuersos notoriē excommunicatos ob quodcunq; crimen, quod nulla possit tergiuerfatione celari, & ita ipse dictum decretum sustinet. At verò hoc esset timoratas conscientia: illaqueare, quibus Constantiensis synodus consultum voluit. Nam sepe in dubio versatur vtrum crimen sit vsque adeo notorium. Quapropter vsus ecclesiæ tam amplam exceptionē non recepit nisi illam dūtaxat cōcilij Constantiensis quam quidem cōstitutionem (vt Antoninus inquit) Papa Martinus viua voce in perpetuū confirmauit. ¶ Hac ergo præiacta cōstitutione subiicitur quinta conclusio. Aquocū que per simplicem excommunicationē præcisō (si non fuerit nominatim excommunicat⁹, aut manifestus percussor clericorū) sitq; parat⁹ sacramentū ministrare licet cuiq; tam in necessitate, quàm extra, sacramentum percipere perinde ac si non esset præcisus. Si autem fuerit nominatim excommunicatus, aut manifestus clericorum percussor, minime licet. Cōclusio hæc nulla indiget, præter auctoritatem concilij, alia probatione. ¶ Dubiū autem hinc emergit vtrum eiusmodi excommunicatū nō nominatim liceret perinde inducere ac si non esset præcisus in duobus superioribus casibus scilicet vel quo esset inducentis prælatus, vel quo inducēs esset in extrema necessitate sacramēti. Et ambiguitatis ratio est, qd qui nō est excommunicatus per solam animi contritionem licite potest conferre sacramētum, ad quōd inducitur. Si autem sit excommunicatus, quanuis nō nominatim, etiam

D. Anton.

Adrianus.

Quinta propositio.

Dubium.

etiam si sit in gratia, non potest iuste id perficere antequam absoluat ab ecclesia, quare alter inducit eum ad id, quod sine culpa facere nequit, quod apparet nefas, eo præsertim quod in dicto concilij decreto subditur. Per hoc autem nō intendimus ipsos excommunicatos in aliquo releuare: aut eis quomodolibet suffragari. Propter quod verbum Adria. in q. de bapti. ar. 3. in. 2. argumento ad oppositum tenet huiusmodi excommunicatos ministrando sacramēta peccare, quāuis alij licitē eadem ab illis recipiāt. Paluda. autem in. 4. d. 5. q. 2. ait excommunicatum in extrema necessitate baptizandum non peccare, propter necessitatem illius sacramenti, de ceteris autem silet. ¶ His tamen nō obstantibus addiderim conclusionē sextam. Licet eiusmodi prælatum excommunicatum sed non nominatim etiam extra necessitatem, ad sacramēti collationem inducere. Primò enim quispiam probare hoc posset dicens, qd quāquā ipse minister iniq; agat nihil ad inducentē, qui vtitur iure suo, sicuti qui petit iuramentū ab infideli, quē certissimo scit iuraturū per falsos Deos. At quoniam nimis est rigidum hominem compellere, qui non possit ab excommunicatione absolui, ac perinde (vt Adria. putat) nec sine peccato ministrare, secundo id efficacius probatur. Illi, inquam, citra nominationē excommunicati ministrantes sacramenta casu, quo petēs habet ius petendi, & inducendi, nempe quia parcianus eius est, si modo per internū animi motum conterantur, nulla inficiuntur culpa in excommunicatione ministrando sacramenta. Hoc enim ex dicto concilio colligitur. Cum enim consulendo timoratis cōscientijs in bonum petentiū concessit illam communicationem cum excommunicatis, ex rei consequentia cōcessit ipsis excommunicatis vt sacramēta præberent quādo aliās tenerētur. Alio qui non satis fuisset petentibus consultū nam tunc illi ministri perplexitate complicarentur, vtrinque scilicet, siue sacramentum præberent, siue secus, peccatum timentes. Imò possent se iuste defendere allegantes se non posse id facere sine scelere, quod nulla prorsus de causa vlli fas est committere. ¶ Huic ergo conclusio-

Adria.

Paluda.

Sexta propositio.

Sententia Auctoris.

Septima propositio.

ni septimam adiunxerim. In extrema necessitate pariter licet quencunq; inducere, etiam excommunicatum non nominatim, nec clericorum percussorem. Quæ quidem conclusio eodem rationis vigore comprobatur, quandoquidē tūc quisque potest cum quocunq; taliter excommunicato communicare. Itaq; quo rē cōcludamus, idē est prorsus de illis permisis in concilio Cōstantiensi. quod de alijs superioribus, toleratis ab ecclesia. Hanc igitur ob rē cum audieris, toleratum ab ecclesia, intellige non nominatim excommunicatū, nec percussorem clericorum. Cum verò audies præcisos, intellige nominatim excommunicatos, aut percussores clericorū atq; alios, quos prinus explicabim⁹. Quod ergo cōtinuō in cōcilio subnectitur. Non intendimus eos tamē releuare, &c. eatenus intelligitur, quod illi excommunicati nec possunt suscipere sacramenta, nec ad ea cōferenda sese ingerere, nisi iure compulsi. Quare si non sint prælati, aut petens in extrema necessitate, nullo modo nec à quouis requisiti debent sacramenta ministrare. Neq; verò in hisce casib⁹ excusantur, nisi per contritionem apud Deum emēdati, quoniā ministrare in peccato extra necessitatē baptismi, vt confestim videbimus, semper peccatum esset. ¶ Octaua deniq; conclusio. Ab illis, qui præcisī sunt videlicet aut per excommunicationem pronūciati & nominati, aut per notoriam clericorum percussorem excommunicatione condemnati: ne utiquam licet sacramentum suscipere, neque eos inducendo, neque etiam si ipsi sint parati dare, neq; si sint prælati. Hoc patet, quia esset contra obedientiam ecclesiæ, & hic est sensus secundæ conclusionis. S. Tho. in hac solutione. 2. Sed censendū est de illis quantū ad hoc ac si non essent sacramentorū ministri. ¶ At verò animaduertendum est quod nomine excommunicatorum nominatim veniunt hæretici, scismatici, & apostatæ, si sint hæresis, apostasiæ, aut scismatici condemnati, atque etiam simoniaci atque adeo omnes qui per sententiam fuerint pronūciati & condemnati aliquis criminis, cui annexa est excommunicatio: & præterea quicūque proprio nomine propter aliquod aliud delictū fuerit

Notare conclusionem.

Postrema propositio.

rit

rit pronunciatu excommunicatus. Pariter nec licet à degradatis, qui in perpetuum præcisus sunt, nec ab alijs, qui per publicam sententiam sunt suspensi, nec ab irregularibus, quoniam concilium solum permittit communicationem cum ijs, qui nõ acriori censura tenentur, quàm excommunicatione. Vtrum verò ab hac generali conclusione vllus sit excipiendus casus extreme necessitatis noua quæstio est, quam iam iam excutere properamus.

Tertium argumentum S. Thomæ. Est ergo tertium argumentum. S. Tho. Nulla in lege Dei cõtingit perplexitas quia sic homo cogereetur desperare, quasi non potens peccatũ euadere: sed si mali peccarent sacramenta tradendo, essent perplexi, quia etiam quandoque peccarent si sacramenta non traderent, puta cum officij necessitas eos cogit. Habetur enim. i. Corin. 9. Vt mihi si non euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit. Quandoq; etiam propter periculum, vt si infans periculo mortis subiectus peccatori baptizandus offeratur: ergo peccator non contrahit nouam culpã sacramentum administrando. Responsio autem est trimembris. Primum enim ait, qd peccator dum necessitas officij occurrit potest per internam pœnitentiam gratiam inire cum Deo, & tunc iuste ministrare. Ad huius autem & subsequentiũ intellectum supponenda est illa superior distinctio mali ministri, qui esse potest, aut præcisus ab ecclesia, aut toleratus. Et quidem D. Tho. absq; vlla hic restrictione loquitur, tametsi de illo sermonem videtur facere, qui non est præcisus: nam dicit prælatum, dum officij necessitas occurrit, per pœnitentiam cõtritum posse exhibere sacramentum. Et tamen si esset præcisus, hoc non sufficeret, vt rite id faceret, nisi absolueretur ab excommunicatione. Interpretandũ ergo hoc est iuxta illius tenorem, quod diximus in sexta conclusione proxime posita. Quod si peccator vel nulli subest ecclesiasticæ censure, vel est toleratus iuxta tenorem concilij Constantiensis, scilicet, quod nõ est nominatim excommunicatus, &c. tunc sufficit ei interna pœnitentia, vt recte ad ministrat. Secus si sit omnino præcisus.

Secundum dictum.

Secundum autem dictum. S. Tho. est, qd

in articulo necessitatis nõ peccaret qui existens in peccato baptizaret, in casu, in quo laicus baptizare posset: quia tunc non se exhiberet ministrum ecclesie, sed necessitatem patienti subueniret. Neq; hic distinguit inter præcisum & non præcisum. Per hoc autẽ quod dicit in casu, in quo posset etiam laicus baptizare, in sinuat, quod etiam si sit sacerdos potest in tali casu inculpate baptizare. Durandus autem in. 4. d. 5. q. 2. quorundam opinionem refert, quamuis illam non retineat, quod nullus peccator sine discrimine inter præcisum, & non præcisum sacerdotẽ vel laicũ quamuis extrema ingratat baptismi necessitas, potest absq; culpa baptizare. Et rationes opinionis sunt duæ, his, quas D. Th. insinuat, cõtraria. Prior quod nunquam occurrit necessitas baptizandi in peccato: nam in potestate cuiusq; est se in gratiam per Dei auxilium constituere, vt recte baptizet. Secundo quia nemo potest baptismũ administrare nisi vt minister ecclesie, nam in tanta necessitate omnes sunt ministri, quare qui tunc in peccato baptizat omnino peccat. Nihilominus vera stat sententia D. Tho. quæ omnino, etiam Durandi, confessio est, qd quamuis solenniter baptizare in peccato, nemo absq; noua culpa valeat, tamen in necessitate absq; solennitate nõ est peccatum. Et ratio capitalis est: quia tunc homo non se exhibet vt minister in hoc sensu, quod gratiam ad id muneris susceperit, quod quidẽ per hoc ostenditur, quod laicus etiam tunc baptizat. Quare cum omnes tunc sint ministri, nullus propriè destinatur. Atque hinc emergit secunda ratio, quod cum necessitas vniuersos homines tunc cogat baptizare, durissimum creditu est omnes tunc in eas angustias cogere, vt teneantur pœnitentiam habere peccatorum: quod reuera sepe difficilimum est, non solum vt exploretur discutiaturque conscientia, ad quod in illo momento necessitatis tempus non suppeteret, verum neque vt legitima semper habeatur in genere scelerum detestatio. Dubium autem, quod hic non nihil videtur habere difficultatis, est, an videlicet ista sententia vsq; ad præcisos etiam illos, qui neque à concilio Constantiensis, tolerantur, protenda-

Durandus.

Probatu sententia S. Tho.

Dubium de præcis.

tur, vt baptizando non peccent. Scotus namq; & Palud. d. 5. q. 2. ac subinde Adri. in. q. de bap. ar. 3. quorundam referunt opinionem tenentium, quod nõ liceat ab huiusmodi ministris nec sacramentũ baptismi in extrema necessitate recipere. Imò si ille, qui baptizari optat, adultus est & alius non adest minister, baptismi flaminis sit contentus. Si verò pater cupit suum infantulum baptizari, nec ipse tamen habet manus aut linguam, vt id nato suo præstet, neque alium sortiri potest ministrum, quam præcisum, potius debet inquit, illum mori permittere, aternaliter periturum, quam illo vtatur ministro, quia vbi non est nisi minister præcisus, perinde est, ac si nullus adesset. Sed reuera nullum talis opinionis autorem legi: citatur enim in illa sententiã in margine Scoti Ricard. in. 4. d. 5. art. 3. q. 3. vbi expresse contrarium tenet, sicut hic. S. Th. qui etiam illic cum eo allegatur. Nõ ergo in quæstionem vertitur, vtrum ab eiusmodi præcisus sacramentum suscipere liceat, quando quidem art. præcedenti constitutum est, ab ipsis hæreticis baptismi posse celebrari. Et qd in tanta maxime necessitate sit eiusmodi susceptio laudabilis, est expressa sententia Aug. lib. 1. de vnico bap. & refertur. 24. quæ. 1. can. Si quem forte. vbi quendam laude commendat, qd in articulo mortis baptismũ ab hæretico & petijt, & suscepit. & Adri. refert Chrysostomũ (vt allegatur, inquit in li. can. pœnitentialium) in hæc verba. Si qui infirmitate detetus morti appropinqua uerit, & sacerdos vel clericus defuerit, tunc ab alio in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizari poterit: pœnitentia autẽ & communio à nullo suscipienda est, nisi à catholico. Quasi dicat, baptismũ vero etiam ab hæretico. Rationem autem huius veritatis subdit Scot. quod præceptũ superioris plus obligat, quam inferioris. In necessitate autem Deus præcipit baptismum suscipi, nullum determinando ministrum: ergo prohibitio ecclesie cohibetis præcisos ab illo mure in hoc casu cessat. Quod si ratio hæc alicui petitio appareat principij, eò tpe cum ecclesia diuino spiritu regatur, dicere ille posset, præceptum diuinum intelligendum esse secundum ecclesie determinationem, atq;

Aug.

Crisost.

adeo si ipsa prohibet à præcisus in necessitate baptismum suscipi, Deus id approbat. Formatur sic argumentum, quod cõsultissima ecclesia in illo arctissimo casu quo paruulo aliter succurri nõ potest nullatenus creditur vetuisse: quominus à quouis possit sacramentum suscipi: nõ etsi præcisus communicare cum ceteris prohibeat, tũ in tẽporalibus, quãdo quis extremam patitur necessitatem, aut famis aut morbi, minime eum verat ad præcisos recurrere, qui ei subueniant. Quod si contra ex dicto Sancti Tho. arguas fanẽ qui in solu. 2. absolute dixit, nõ licere, ab illo qui nõ toleratur ab ecclesia, sacramentũ suscipere, quia hoc esset eius peccato communicare, vbi insinuat tã peccare eũ, qui suscepit, quàm ipsum qui cõfert. Respondetur, vt bene hic ait Caie. ipsũ subintellexisse exceptionem, quã expressit in. 4. d. 5. q. 2. ar. 2. quæstiu. 5. scilicet in extrema necessitate baptismi quãdo etiã à pagano & Iudeo suscipi potest. Si autẽ adultus in articulo mortis desiderio ardet baptismi, tunc vt illic ait Scot. non caret dubio, an possit à præcisus suscipi, dum non est alius ministri copia, pro eò quod tunc cum baptismus flaminis sufficiat, nõ videtur extrema necessitas ingruere. Omnibus tamen, inquit, pensatis melius esset, vt susciperet. Hæc ille. At verò si tunc potest, proculdubio, vt bene ait Adri. tenetur suscipere. Alias baptismus flaminis nihil ei prodesset. Res ergo, quæ postremam dubitationem offert, est, vtrum ipsi præcisus in illa extrema necessitate sine solennitate baptizãdo vbi nullus alius adest minister, peccent: nam postquam absolutè absque vllõ moderamine præscinduntur videtur peccare. Nihilominus respondetur tunc, non peccare. Nam si tunc ecclesia illos cohibere cogitaret nõ satis puidet baptismi necessitati prospiceret, quoniã cũ nõ sint faciẽda mala, vt inde eueniãt bona, iuste se illi à functione tunc baptizãdi excusarent, vt pote quod sine culpa præstare nequirẽt. Quocirca, puidetissima ecclesia quãuis hæreticos, atq; alios absolutè præscindat, neutiquã tamẽ huc casum cogitat cõprehendere. Imò vt superius de concilio Constantiensis, ita & nunc dicimus, quod permittens nõ bis in extrema necessitate baptismum à præci-

Dubium vlt.

præcisus suscipere subinde permittit ip-
 sis illum conferre. Quare hoc secundum
 dictum. S. Tho. absolute de quolibet ma-
 lo ministro præciso siue non præciso in-
 telligitur quod scilicet non peccat bap-
 tizando. Ex quo demū amplissima col-
 ligitur cōclusio. Vniuersos mortales ne-
 mine excepto ministros esse baptismi in
 extrema necessitate, si modo defectus na-
 turæ non obstat: nam (vti ait dist. 6. quæ.
 1. Scotus) cum tria sint ad baptismum ne-
 cessaria: nempe materia, forma, & inten-
 tio & manum habere debet, qua aqua af-
 figit linguā q̄ formā pferat & sanā mētē
 qua id facere intēdat qd' ecclesia iubet.

Tertium di-
ctum. S. Th. Tertium dictum eiusdem. S. Doctoris
 est quod vno excepto baptismo, in ceteris
 sacramentis, quæ non sunt tantæ neces-
 sitatis, non sunt excusandi eiusmodi pec-
 catores, si in peccato eadem ministrēt.
 Imò neque illa sacramenta fas est ab ip-
 sis suscipere. Vtrū verò ab eiusmodi præ-
 cisus ubi nullus haberi potest alius mi-
 nister, in extremo articulo mortis sacra-
 mentū poenitentiæ suscipere liceat, in ma-
 teria de confessione examinandū restat.

Sacramentum
matrimonij. Sacramentū autem matrimonij in pec-
 cato cōtrahere, propterea peccatum est
 quod opponitur obex recipiendæ gra-
 tiæ, non autē ex altero capite: eo scilicet
 qd' cōtrahētes (vt supra dixim⁹) sunt mini-
 stri: quoniam non sunt ministri cōsecra-
 ti, sed sicut laic⁹ in necessitate baptizās.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum angeli possint sacramenta ministrare.



ROSTRYAM homi-
 nes definitum est esse sacra-
 mentorū ministros, sequi-
 tur de angelis, tam damna-
 tis, quā beatīs, de quibus
 D. Tho. quatuor conclusionibus respon-
 det. Prima. Ad homines pertinet dis-
 pensare sacramenta, & in eis ministrare,
 non autem ad angelos. Probatur præci-
 pue ex illo ad Heb. 5. Omnis pōtifex ex
 hominibus assumpt⁹ pro hominibus cō-
 stituitur in ijs, quæ sunt ad Deum (qua-
 lia sunt sacramenta) angeli nanque non
 sunt ex hominibus. Et subiūgitur ratio.
 Tota sacramentorum virtus à passione

prima concl.

Christi deriuatur quam pertulit inquan-
 tum homo, cui in natura homines simi-
 les sumus, non autem angeli: imò secun-
 dum eandem passionem, vt legitur ad
 Hebr. 2. modico ab illis minoratus est:
 ergo homines ministri esse debent illius,
 non angeli. Secunda conclusio. Nihilominus ipse potest Christus angelis virtu-
 tem tribuere, eadem ministrandi sacra-
 mēta. Probatur, quia sicut virtutem suā
 sacramentis non alligauit, quin possit si-
 ne ipsis eorum effectum largiri, ita neq;
 alligauit eā ministris, quominus possit
 eandem functionem alijs committere.

Secunda conc.

Tertia conclusio. Si constaret aliquod
 sacramentale ministerium à bonis ange-
 lis perfici, habendū esset pro rato: quip-
 pe cū, vt nomen angeli sonat, nuncijs sint
 veritatis, constaret subinde volūrate di-
 uina id perfecisse: sicut constat templa
 quædam angelico ministerio cōsecrata.

Tertia concl.

Quarta conclusio. Si verò dæmones eius-
 modi sacramentale ministerium exhibe-
 rent, non esset ratum existimādum, quia
 cum sint spiritus mendaces, timendum
 esset ne fallere contenderent.

Quarta con.

Quæstiuncula hæc facillimæ expedi-
 tionis est. Quauis Caiet. inter D. Tho.
 & Scotū litē intexere cōtendat, quæ for-
 san nulla est. Ait quippe Scotum tenere
 d. 5. q. 1. angelum posse sacramentū bap-
 tismi cōferre, quia potest loqui & immer-
 gere puerum cum intētionē ecclesiæ. At
 verò cum duplex sit sacramentorum mi-
 nister, alter ordinarius, scilicet perlatam
 à Christo legem constitutus, de quo Sā-
 ctus Th. primam adstruit conclusionem
 quod ille sit solus homo, alter verò per
 commissionem, de quo subdit in secun-
 da, quod possit esse angel⁹. Scotus nihil
 discrepare videtur, sed similiter ait, qd' si
 bonus angelus baptizaret, credēdum ef-
 set diuino præcepto id facere, atq; adeò
 baptismum tenere. Etenim sicut in festo
 Michaelis legitur, quod phibuit ne ho-
 mines ecclesiam in mōte Gargano dedi-
 carent, quippe quod sibi illud officium
 diuinitus esset commissum: ita Deus po-
 test sacramentum baptismi per angelū
 perficere. Nemo ergo est q' neget via or-
 dinaria non nisi homines institutos à
 Christo sacramentorum ministros. Pri-
 mum propter autoritatem illam ad He-
 bræ.

*Expositio ar-
ticuli.*

bræ. 5. Omnis pontifex ex hominibus as-
 sumptus &c. Secūdo qd' Christus Matth.
 28. solis hominib⁹ dixit. Ite, docete om-
 nes gentes, baptizantes eos in nomine
 patris, &c. Tertio propter congruentiā
 egregiam, nam Christus, vti ait Pau. nun-
 quā angelum assumpsit, sed hominem
 in quo humanum genus redimeret, qua-
 re & hominibus eum decuit sua commit-
 tere ministeria. Imò hac ratione id non
 commisit nisi viatoribus. Nempe vt mi-
 nistri, & quibus ministratur, eiusdem es-
 sent militiæ, vel actu vel potentia: nā bap-
 tismi, vt dictū est, quilibet homo potest
 esse minister. Quare dum in cōcilio Flo-
 rentino sancitur tribus perfici sacramē-
 tum, scilicet materia & forma & persona
 ministri, homo illic designatur. Verū-
 tamen his nihil obstantibus potest idem
 redemptor noster similem extraordina-
 riè potestatem angelis bonis committe-
 re propter aliquam excellentiam perso-
 næ, quæ baptizatur, tanquam egregiū mi-
 raculum fidei, sicuti de Clodouæo Fran-
 corū rege in vita Remigij legitur, quod
 cum ad fidem conuersus sacro fonte tin-
 geretur: neque haberetur copia chris-
 matis, columba rostro illud in ampulla
 aduolando attulit. Igitur Caiet. illud ar-
 gumentum, quod Scoto obmolitur, tene-
 tur ipse in fauorem D. Th. dissoluere. Ar-
 guit quippe Caiet. angelū propterea non
 posse baptizare, quod non potest loqui,
 vt homo, sed æqui uocē: nam locutio ho-
 minis est actio uiuentis: cum autem An-
 gelus in assumpto corpore loquitur, nō
 nisi linguam mouet corporis vita caren-
 tis. Respondetur autem satis esse, vt ange-
 lus, tanquā Dei minister, baptizet, quod
 voces humanas nutu Dei efformatas p-
 ferat, quibus Dei mentem cuius potesta-
 te loquitur, significet. Veluti de rubo, vt
 Exo. 3. legitur, locutus est Moyfi. Ego sū
 Deus patris tui, &c. Quin etiam eadē ra-
 tione nihil obstat, quominus animabus
 beatīs possit idem Christus committere
 vt resūptis corporibus id perficiāt. Imò
 si D. Petrus huc rediret, posset sine noua
 commissione ratione characteris, quem
 habet indelebilem sacerdotale sacramē-
 ta ministrare, sicuti dū erat viator, vt ex
 solutione. 2. colligem⁹. De demonibus
 autem damnatis maius esset dubium. In

*Concilium
Florentinū.*

De Clodouæo

*Argumen-
tum Caiet.*

De demone.

primis ergo licet constaret à dæmone hō
 minem aliquem baptizatum, nō esset il-
 lud sacramentū habendū pro rato, quia
 cum sint illi patres mendacij, nō esset cre-
 dedum legitimam habuisse intentionē.

Nota.

Quid autē si certissima reuelatione cō-
 staret habuisse legitimam intentionem
 ecclesiæ, adhibuisseque veram materiam
 & formam? Apparet quidē inde, tunc ve-
 rum resultasse sacramentum, vt pote vbi
 omnia cōuenerant, quæ sunt de essentia
 sacramēti. Ad hoc Alex. 4. par. q. 16. mē-
 bro. 4. ait, neque illud esse pro sacramēto
 ducendum. Et ratio est, quod cum lege à
 Christo hætenus adita, nullus sit mini-
 ster sacramentorum, nisi homo institutus
 nullus angelorū, nisi ex eius speciali dis-
 pensatione est minister. Quare etsi quidō
 constaret conuenisse illuc materiā & for-
 mam & intentionem, deesset nihilomi-
 nus legitimus minister, nisi apertissima
 reuelatione cōstaret id dispensatione &
 iussione Dei fuisse factum. Nunquam ta-
 men credendum est, Deum talibus sacra-
 mentorum ministris, vsurum quibus ho-
 mines sanctificat.

Alex. Alē.

Argumenta S. Tho. facillima sunt. Pri-
 mum est. Angeli secūdo Diony. de cō-
 celesti. hier. superiores ministri sunt quā
 homines: quicquid autē potest inferior,
 potest superior: ergo angeli sūt sacramē-
 torum ministri. Responso autem est, ar-
 gumentum concludere, ea quæ homines
 more suæ naturæ per sensibilia sacramē-
 ta faciūt, angelos superiori modo effice-
 re: purgando scilicet, illuminando & per-
 ficando. Secundum argumentum est.
 Homines sancti vt habetur Mat. 22. sunt
 in cælo similes angelis: aliqui verò eorū,
 qui fuerunt præbyteri ratione characte-
 ris sacerdotalis, quem habent indelebi-
 lem, possunt sacramenta conferre si huc
 redirent: ergo & angeli. Negatur conse-
 quētia: quia licet sint hominibus in glo-
 ria similes, non tamen sunt in materia &
 sacerdotio. Concedit ergo D. Th. qd' bea-
 ti possunt, vt nouissime diximus, pote-
 state ordinaria sacramenta ministrare.

*Primum ar-
gumentū. S. Th.*

*Secundum ar-
gumentum.*

Tertium argumentū est. Homines ma-
 li possunt sacramēta ministrare, ergo &
 diabolus qui est: malorū caput. Negatur
 consequentia: quoniam homines peruer-
 si non per maliciam, per quam sunt mē-
 bra

*Tertium ar-
gumentum.*

bra diaboli, sed per Dei institutionē con-
ferre possunt sacramenta.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrum intentio ministri requiratur ad perfectio-
nem sacramenti.



AD tractatū ministrorum at-
tinet de eorum intētionē in-
quirere, an sit necessaria. Ad
quam quæstionē D. Tho.
unica respondet conclusio-
ne. Oportet in ministro esse intentionē,
per quā id intendat facere, quod per for-
mam significatur. Probatur primò, quia
sacramentalis actio debet esse humana,
hoc est iudicio deliberata: ergo debet ex
intētionē ad proprium effectum dirigi, si-
cut actio artificis. Quæ enim absq; inten-
tione fiunt, vt. 2. Phy. ait Philosophus, ca-
sualia sunt, & fortuita, quòd actioni, quæ
fit à ministro Dei maximè derogaret. Se-
cundò, id quod ad multa indifferēs est, per
aliquid debet ad vnum determinari. Illa autē
ablutio, quæ fit in baptismo ad multa or-
dinari potest, vt ad corporalē munditiē,
ad sanitatem, & ludum &c. ergo opus est
ad illum vnum effectū baptisimi per mi-
nistrum determinari, vt scilicet baptiza-
re intēdat baptismo ecclesiæ: quemadmo-
dum id per formā significat. Ego te bap-
tizo in nomine patris, &c.

Expositio ar-
culi.

Conclusio præsens non solūm intelli-
gitur quantum ad decentem sacramen-
ti ornatū: imò intētio de ei⁹ existit essen-
tia quæadmodū in cōcilio Florētino de-
claratū est. Quinuerò est de iure diuino,
nam vbi Christus apostolis dixit Matt.
28. baptizantes, ea intentione eis iussit
munus exequi, qua ipse sacramentum in-
stituerat. Et idē de eucharistia. Hæc quo-
tiescunq; feceritis in mei memoriam faci-
etis. Et de poenitentia. Accipite spiritū
sanctū, quorum remiseritis peccata, &c.
In sūma ea ratione discipulos suos sacra-
mentorū ministros sibi substituit, vt sua
ipsius intētionē huiusmodi obsequia per-
ficeret. **C**At verò quoniā non sat est theo-
logis, dicere, sic Deus instituit: imò cū ille
cūcta suauiter disponat, rationē eos red-
dere condecet, cur sic Deus institu erit.

Alex. 4. par. q. 1. 3. mēbr. 1. ar. 1. dicit ratio-
nem esse, propter reuerentiam sacramen-
ti. Attamen si intentio non esset necessa-
ria, vel nulla, esset irreuerentia illā omit-
tere, vel saltem sine illa sacramētum per-
ficeretur. Ob id ergo. S. Tho. aliam ratio-
nē adducit quāuis eā paulò differēter po-
fuerat in. 4. d. 6. q. 1. ar. 2. cum Richardi ea-
dem. d. ar. 1. hoc modo. Vbi plura ad vnum
effectum concurrunt, oportet per vnum
coniungi, vt aliquo modo vniatur: in sa-
cramento autem concurrunt & materia,
& forma ad vnā sanctificationē, oportet
ergo vt vna intentione ministri coniun-
gatur. Scot. verò. d. 6. q. 5. hanc rationem
impugnat, dicēs, satis esse, vt illa plura in-
stitutione Dei instituentis faciant vnum
signum & causam. Attamē impugnatio
hæc multò minùs videtur habere effica-
ciā, quā ratio: quoniam minister habe-
re potest intētionem aliam, quā fuerit
diuina institutio, & idē requiritur in eo
intentio similis intentioni Dei. Exactius
nihilominus illam hic rationem D. Th.
explicat, dicēs q; opus est illi actionē sa-
cramenti, quæ de se indifferēs est ad plu-
ra, per intentionem ministri determinari
ad illum effectum, ad quem Deus illā in-
stituit. **C** Quòd si in contrarium arguas.
Superius D. Tho. q. 60. ar. 7. docuisse per
verborum formam determinari materia-
lē actionem ad illū effectū, ac p̄inde nō
opus esse alia intētionē. Negatur conse-
quentia: quia illa verba. Ego te baptizo
nisi illa essent intētionē vestita faciēdi,
quòd facit ecclesia, nunquā ablutionē
ad sanctificationem referret. Itaq; inten-
tio proximè determinat formam, & per
formam materiam.

Scotus.

Argumentū.

CHoc autem explicatius. S. Thom. in so-
lutione primi exponit. Arguit siquidem
Minister in sacramento non operatur ni-
si tanquam instrumentum: actio autē nō
perficitur secundum intentionem instru-
menti, sed secundū illam, quæ est in prin-
cipali agente mouente in instrumentum, ergo
sufficit intētio Dei sine alia ministri.
Respondetur secundam præmissam so-
lūm habere locum in instrumentis inani-
matis, quæ non agunt per cognitionem:
calamus nanque non propria, sed sola
intentione scribentis mouetur. Minister
autem, vt sape diximus, non est merum
instru-

Primum ar-
gumentum.

instrumentum, sed animatum, vt pote
qui licet moueatur imperio directionēq;
superioris, nihilominus etiam suum ad-
hibet cōsensum, & ideo requiritur in ip-
so intētio similis principali agenti, vt sci-
licet intēdat facere, quod facit Christus
& ecclesia. **C** Circa hoc tamen postremū
verbū adnotandū est, de huiusmodi in-
tentione trinam esse ambiguitatem. Pri-
ma versatur circa eius obiectū, quid nē-
pe debeat minister intendere: & hæc tā-
gitur præsentī verbo. Secunda circa eius
existentiam, videlicet an semper requi-
ratur internus mētis actus, an verò sola
sufficiat externa verborum prolatio: &
hæc tangitur in. 2. argumēto. Tertia, vtrū
ille actus debeat esse præsens, dum sacra-
mentū cōfertur, an verò sufficiat esse in
habitu vel in virtute. Et quidē de primo
membro. S. Th. nihil aliud dicit, quam qd
requiritur intentio faciendi quod facit
Christus & ecclesia. Atq; id in concilio
Florentino sub eisdem verbis determina-
tū est. Et profectò hoc satis est ministris
nosse. Scotus verò ad huius luculentiorē
explicationē in. 4. d. 6. q. 5. distinguit de
obiecto huius intentionis. Potest enim,
inquit, quis primo intendere abluere ho-
minē. Atq; hanc primā intentionē ait ef-
se requisitam, aliā non esset actus huma-
nus, vt supra dictum est. Secundo inquit
potest ferri intētio in finem illius ablu-
tionis, aut supremum, qui est facere ho-
minem Dei filium per gratiam, per quā
acceptatur ad gloriam: aut proximū, qui
est facere illum Christianum, hoc est mē-
brum Christi seu viuū seu mortuū, qua-
le fit sine gratia per fidē informē. Ait er-
go non requiri intentionem: quæ feratur
in illum supremum finem: quoniam pa-
ganus dum baptizat, haud credit per il-
lam ceremoniam baptizatum illum diui-
nitus acceptari in vitam æternam: requi-
ritur tamen, vt feratur in proximū finē.
Et quidem cōclusio hæc quantū ad prio-
rem partem certissima est ex iure cano-
nico, nā. 1. q. 1. can. Spiritus sanctus. refer-
tur historia ecclesiastica de puero Ana-
stasio, qui fingēdo se episcopū ludo bap-
tizabat pueros intendens Alexandriæ E-
piscopum representare, hoc est: id facere
intendens, quod ille solebat. Quos ipse
Alexander verè baptizatos celsit, & ta-

Dubitatio.

Conciliū Flo-
rentinum.

Scotus.

men puer ille tūc nihil de vita æterna co-
gitabat. Et can. Non illud. de consecra. d.
4. ait ad Bonifaciū Aug. quòd licet quis
non propter fidem vitæ æternæ, sed pro-
pter aliquem temporalē finem, baptizet
suos paruulos, verum est sacramentum
(intellige si fiat cū intentione ecclesiæ.)
Quin imò vt ar. 10. apud D. Tho. patebit
licet quis intentione peccandi mortali-
tēr baptizaret, intendendo scilicet adul-
terium vel homicidium, si tamē vnā intē-
deret facere, quod ecclesia facit, esset ba-
ptismus. Quòd autem requiratur intētio
faciendi hominem Christianum: non ali-
ter probat Scotus, quā vt illa lotio distin-
gueretur ab alijs profanis, & fieret intē-
tione Christi, qui id intendit. Nihilomi-
nus neque ista requiritur expressa & in
particulari, sed confusa & ingenere faciē-
di qd Christus & ecclesia facit, quicquid
illud sit. Quare nec duæ requiruntur ex-
pressæ, scilicet, vna abluendi, & altera hu-
ius effectus, sed hæc sola generalis modò
dicta. Ob idque prudēter. S. Tho. de nul-
la præterea meminit. Neque verò concilium
Florentinum, sed hanc omnino D. Tho. ait
sufficere. **C** Cōtra hoc autē argui-
tur. Inuestigando vtrum requiratur intē-
tio faciendi quod facit ecclesia Romana
vel catholica. Hæretici nanque nō habēt
huiusmodi intentionem, imò neq; Græci
ad Romanam ecclesiam specialiter af-
ficiunt. Respondetur, quòd neq; hoc ex-
primere opus est, sed sufficit generalissi-
ma intentio faciendi quod Christus in-
stituit, vel orthodoxa ecclesia, quæcunq;
illa sit. Quare licet hæreticus erret sit ne
sua ecclesia vel alia, verè baptizat. Imò
nec requiritur vt formaliter dicat, qd fa-
cit ecclesia, sed satis est si intēdat talē ce-
remoniā in remissionem peccatorū face-
re, vel quod per illam Deo sit ille dedica-
tus. Imò, vt statim de Anastasio puero
dicemus, satis est intendere id facere, qd
facit episcopus vel sacerdos, hæc enim
omnia eandem habent virtutem. **C** In se-
cundo argumento tangitur secunda dif-
ficultas. Arguitur enim. Nemini esse po-
test nota alterius intentio: si ergo inten-
tio ministri ad sacramenti substantiam
sit necessaria, tūc ille qui suscipit certus
esse nequit an susceperit: & cum aliqua
sint sacramēta ad salutem necessaria, vt

Non requiri-
tur expres-
sio huius vel
illius eccle-
siæ.

Secundum ar-
gumentū. S.
Thom.

baptismus, nemo certitudinem habere potest suae salutis. In responsione autem impugnata una opinione, sequitur altera. At si quidem quorundam opinionem fuisse, quod & si mentalis intentio ministri sit necessaria (audiri quosdam legere specialis, sed si ad literam attendas, nullatenus legendum iudicabis nisi, mentalis) tamen ubi illa deest, defectum illum in pueris, qui baptismum flaminis habere nequeunt, supplet Christus, qui interiori baptizat: adultis vero, baptizari cupientibus, sua fides & deuotio sufficit. Reprobatur autem hoc D. Tho. dicens, quod licet id sustineri posset quantum ad gratiam iustificantem, non autem quantum ad characterem, qui verè facit christianum: nam ille per solam deuotionem suscipientis sine sacramento in re non imprimitur. Solutio ergo vera est, quod cum minister in persona totius ecclesiae agat, cuius est minister, prolatio formae satis exprimit intentionem ecclesiae, quae ad susceptionem sacramenti sufficit, nisi contrarium exterius vel ex parte ministri, vel ex parte suscipientis exprimat. **¶** Ut autem ab hoc postremo verbo exordiamur, videtur hic D. Tho. insinuare nullam exigi intentionem ministri interiori in mente, sed satis esse exteriorè verborum prolationem. Quam quidem opinionem Palud. dist. 6. q. 2. art. 3. vt probabilè recitat, non tamen tanquam S. Thomae sed aliorum ea nomine refert. Aiebant enim illi, quod in sacramentis, ubi minister non est principale agens, sed merum instrumentum, non requiritur mentalis intentio faciendi, quod Christus vel ecclesia facit, sed solum applicandi illam materiam, & proferendi illam formam, tunc enim intentio ecclesiae sufficit. Nam dum dominus per seruum rem suam vendit, licet seruus ille minimè intendat transferre rei illius dominium, non vitiat contractus. Et dum quis per interpretem confitetur, aut per nuntium contrahit matrimonium, quanquam interpretis aut nuntius nihil intendat nisi proferre verba, sacramentum & contractus tenet. Et dum quis stuppam applicat igni, quanuis non intendat illam inflammare, nihilominus inflammabitur. Et apparet eidem opinioni verbum Aug. patrocinari, 5. tract. super Ioan. quod refertur. 1. q. 1. can. Dedit, ubi ait. Non tim-

Exponitur
mens D. Th.

Palud.

meo ebriosum in actu baptizandi. Ebrius autem nequit intentionem habere. Item illa historia can. spiritus sanctus. ea. causa & q. de puero Anastasio, qui ludo baptizabat pueros, ubi idcirco nullam videbatur habere intentionem ecclesiae, cuius tamen baptismus Alex. ratum habuit. In matrimonio autem, dicebat illa opinio, requiritur intentio contrahentium: quoniam contrahentes non sunt mera instrumenta, sed principales causae ipsum contrahendi. Et pariter omni suscipiente sacramentum: quia suscipiens non est instrumentum, sed ille qui sanctificari intendit. **¶** Dur. autem. d. 6. q. 2. hanc opinionem impugnat, atque Adri. in. q. de bap. ar. 3. quaestio. 4. Nisi quod Dur. non recitat eam tanquam S. Thomae, sed Adri. est, qui ei ipsam propter haec verba impugnat. At profectò vt est falsissima, ita nullatenus est. S. Th. Primum enim si nulla esset intentio necessaria faciendi, quod facit ecclesia, vana esset assertio doctorum, & concilij Florentini, qua definitur requiri prae ter materiam & formam, intentionem ministri: nam in hoc, quod dicitur materia & forma intelligitur, quod velit tantam materiam applicare quam formam: actus enim exterior & volitio interior pro eodem reputantur. Cum ergo insuper addatur requiri intentionem, alia intelligitur. Item quia tunc si quis mere iocando alium baptizaret, non intendendo facere quod facit ecclesia, sed solum volendo applicare materiam & formam quas ipse applicat, esset verus baptismus: quod est erroneum. Ad haec si intentio suscipientis requiritur, vt infra. d. 5. ar. 7. patebit, ob id quod ille est subiectum recipiens, multo efficacius requiritur in ministro: nam actio potius pensatur ex parte agentis, quam ex parte passivi. **¶** Et quod illa non sit opinio. S. Th. palam hic est manifestum. Ait enim, quod requiritur intentio (quod quidem nomen sonat actum mentis) quo determinantur materia & forma ad tale effectum. Requiritur ergo secundum eum intentio non solum applicandi materiam & formam, sed ipsius effectus, quae subinde explicat in solutione primi, dicens quod licet in instrumento inanimato non requiritur intentio, requiritur tamen in eo, quod est animatum: atque adeo requiritur in ministro intentio faciendi, quod facit Christus & ecclesia. Non ergo credendum

Dur. et Adri.

Est sententia
S. Tho.

Ad argu-
menta con-
traria opini.

De Anasta-
sio puero.
Hugo.

Exponitur.
S. Thom.

est illico in solutione. 2. sibi contradixisse. Quia propter Palud. hanc etiam censet opinionem. S. Tho. **¶** Unde ad argumentum alterius opinionis respondetur, quod quando dominus vult, per voluntatem & prudentiam serui negotium trahigi, profectò eius intentio etiam requiritur: Christus autem voluit per ministros sacramenta administrari, tanquam per illos, quibus negotium demandabatur, & ideo requiritur in ipsis intentio faciendi quod ipse instituit. Ad illud autem Aug. Non timeo ebriosum, respondetur, non dixisse ebriosum, qui est ille, qui actu caret rationis vsu. ille enim non magis potest baptizare, quam mente captus: ebriosus autem habere quandoque potest rationis lumen, vt baptizet. Ad aliud autem de historia Anastasij respondet bene Hugo. lib. 2. part. 6. cap. 13. quod hominem quidpiam facere ioco, stat dupliciter. Vno modo, fingendo se facere quod non facit: vt cum quis in comordia fingit se lugere & non luget: & per talem fictionem non fiet sacramentum. Altero modo verè id faciendo licet ioco: scilicet modo faciebat ille Anastasius: ludendo enim intendebat facere quod episcopus faciebat, non solum applicare materiam & formam: sed facere quicquid ille intendebat, quod perinde valebat, ac si habuisset intentionem faciendi, quod facit ecclesia. Secus si per merum iocum id fieret. Ait enim Aug. lib. 7. contra Donatistas cap. 53. & refertur de consecra. d. 4. ca. Solet. quod ubi totum ludice & nunciat & ioculariter ageretur, vtrum approbatus esset ille baptismus, diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum esset expectandum. Hec ille. At verò ubi res esset dubia, non opus esset miraculum expectare, sed denuò iterandum esset sub conditione sacramentum. **¶** Adem ad Adri. qui arbitratus est illam reprobata opinionem fuisse. S. Tho. respondetur cum Caietano, quod ex eius argumento debuisset eius mentem expiscari: argumentum enim instituebatur non de intentione si requiratur, sed solum de certitudine suscipientis: & ideo non somniauit dicere sufficere in ministro prolationem verborum sine mentali intentione faciendi, quod facit ecclesia, sed illam prolationem sufficere ad conscientiam suscipientis pacam

dam: nempe, vt certò credat ministrum talem habuisse intentionem: nisi contrarium alia via certò constiterit. **¶** Sed ais. Illa non est euidentis certitudo. Fatemur equidem ingenuè, sed nec requiritur euidentis, sed illa satis est ad conscientiae quietem: quoniam neque semper certitudinè habemus an ministri sint verè sacerdotes, sed cum videmus homines probos vti forma & materia ecclesiae: credimus sanas etiam, Christianasque habere mentes dum sacramenta ministrant. **¶** Grauius tamen profectò dubium emergit ex primo membro solutionis, ubi videtur D. Tho. consentire, quod, si desit intentio ministri Christus in pueris supplebit defectum, saltem conferendo gratiam. Hoc enim vsque adeo non est certum, vt sit temerarium credere. Id quod vbiq; locus occurrerit, ad monere non cessabo. Est enim opinio, quam (vt Grabri. refert) ex Alex. 4. par. q. 13. membro. 1. ar. 1. solutione ad. 4. multi eliciunt. Quam & Du. loco citato. d. 6. q. 2. pro certa affirmat. At verò Alex. in illa non persistit, nec verò potuit. Nam vt. d. 6. q. 1. art. 6. late disputabimus, nemo alteri primam gratiam meretur, nisi merendo illi bonum motum in Deum, quo se per Dei fauorem ad illam praeparet. Hoc enim soli reseruat est Christo. Alioqui non redderet Deus vnicuique secundum opera sua, & prout gessit in corpore. Cum ergo paruulus ante vsu rationis talem motum habere nequeat, & sacramentum ei nullum applicetur, nihil illic Deus supplebit. Stat enim lex generalis. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum. Quare ille peribit propter peccatum originale. Alias confiteri debet, quod etiam si nulla applicaretur puero exterior ceremonia baptismi Deus suppleret defectum siue id esset ex incuria parentum, siue secus: nam puer nihil fecit cur non saluetur. Ex quo rursus sequeretur quod baptismus non esset ad salutem necessarius: quod est manifestè haereticum. Praeterea confirmatur quoniam sequeretur, vt si postea constaret ministrum non habuisse intentionem, non opus esset illum puerum baptizare saltem propter gratiam illi infundendam, nisi propter praecipuum paratum: quod est falsum. Ac demum sequeretur, quod d

Dubium graue

si sacerdos non intēderet cōsecrare, pariter Deus suppleret defectum, quod est asertu temerarium. De hoc autem. d. 5. art. 2. latius. D. ergo Th. in præsentiarum noluit id dicere, quod prima facie sonat, ut ab alijs allegatur. Cum enim illam opinionem recitaret quo ad supplementum gratiæ in puero & in adulto, postea tamē in impugnatione nihil resumpsit de puero, imò quia nō erat hic locus de illo disputādi id, prætermisit: sed de solo adulto resumpsit q̄ licet per deuotionem recipiendi sacramentum, possit suppleri defectus sacramenti: ut infundatur gratia, non tamen ut imprimatur character. Nimirum insinuans, quòd de puero non habente deuotionem neq; quo ad gratiam suppleri possit. ¶ Tertium tandem argumentum tertiam ambiguitatem eneruat. Arguitur enim. Intentio hominis nō potest esse circa id, ad quod nō est attentus: illi autem, qui sacramentum ministrat, quandoq; ad id non attendit propter mentis diuagationem: ergo tunc non perficitur sacramentum. Respondet autē, sufficere habitualem intentionem, ut scilicet cum sacerdos accedit ad baptizandū id intendat facere, quod ecclesia præcipit. Vnde si dum est in officio, mēs aliorum rapitur in virtute prioris intentionis perficitur sacramentum. ¶ Hic autē animaduertendum est secundum Scotū. d. 6. q. 6. triplicem esse intentionem, scilicet, habitualem, & actualem: & mediam virtuale. Habitualis est habitus, qui est in dormiente, quādo de re nihil cogitat. Vnde prima sit hic propositio. Habitualis intentio non sufficit ad sacramentum quoniā sacramentalis actio ut supra diximus: debet esse actus humanus iudicio deliberatus: habitus autem solus nō sufficit facere actum deliberatū, nisi aliqua interueniat mentis aduertentia. Habet quis habitum misericordiæ, sed fortè nihil de illa virtute cogitans projicit pecuniam, quā pauper colligit, ille actus non est misericordiæ, imò potest esse indeliberatus. Item medicus artem habet, qua sibi mederi potest, tamen nihil de sanitate meditans deambulat & sanatur: illud tunc exercitium nō fit ex arte. Pariter si quis habens habitum baptizandi, qui hoc die semper fuit mente alienatus, licet for-

Tertium argumentum.

Triplicis intentio.

Prima prop.

tè materiam & formam applicet puero nō esset baptismus defectu intentionis. Et confirmatur hoc. Dormientes & amētes vice versa ex habitu multa faciunt in somno & in amētia: nam habitus, ut ait Aristo. operatur ad modum naturæ: atq; adeò nonnunquā ex impetu absq; deliberatione: quare dormiēs profecto posset ex habitu baptizare: qui tamen baptismus defectu intētionis non esset baptismus, imò nec actio libera. Requiritur ergo, ut aliquis mentis actus ministri præcedat in sacramēto. ¶ Secunda propositio. Neq; actualē intentionē functioni sacramenti adesse requiritur propter rationē D. Thomæ. Obligaret enim nos Deus ad possibile: quādoquidē humanū in geniū adeò est lubricum, ut cogitationem nō diu in re vna retinere possit. Vnde Aug. in lib. de libero arbitrio. Non est, inquit, in potestate nostra, quin visis tangamur. ¶ Ex his ergo colligitur propositio tertia. Requiritur semper aut actualis intentio aut saltem virtualis. Probatur à sufficienti diuisione: quia si habitualis non sufficit, & actus non semper requiritur, fit ut absenti actu requiratur & sufficiat virtualis intentio. Hæc autem est quando præcessit intētio actualis, quæ mouit potentias ad agendū, qui quidē motus cessante priore intentione semper durat, nisi per cōtrarium actum interrumpatur. Triuiale exemplum est, dum quis proponit visitare apostolorū limina, & in medio itinere edormit, atq; alia cogitat, manet enim tunc virtus primi propositi. ¶ Est autem deridicula opinio ut illic bene ait Scotus, dicentium illam primā intentionē imprimere virtuti motiue membrorum virtutem illius finis, ad quē mouentur, qui durat postea sicut projectorum impetus. Est inquam ludicra opinio, quoniam nihil, aliud est manere in virtute, quā in initio mouisse membra ad illū finem. ¶ Forfan ergo quispiā D. Thomā remordeat, quòd hic dixerit habitualem intentionem sufficere. Enimuero, ut hic ait Caie. non ipsum latuit differētia hæc imò licet dixit habitualem, expressit tamen virtualem, dicens sufficere, quòd sacerdos accedens ad baptizandum intendat facere, quod facit ecclesia, in cuius intentionis virtute postea operatur. At vocauit

Secunda propositio.

Tertia prop.

Bona dubitatio.

Res dubia.

Responso notanda.

cauit habitualem, quia fortasse tempore suo non sic vocabatur: quoniam operatur ad modum habitus permanenter absente actu. Imò posset esse virtualis intētio sine habitu. Ut si quis modò inciperet sacramenta ministrare, nondum genito firmatoq; habitu. ¶ Ac forsan hic quispiam pulsaret animum, quāta scilicet in tercapedo temporis sufficiat, ut illa, quæ præcessit intētio, neque in virtute duret. Planū enim est, quòd si sacerdos illa die, qua nascitur infans, proponat illū baptizare, sed tamen in toto die non ostendat nūquam amplius de eo cogitet, sed sicut dum quis barbam absq; vlla cogitatione fricat, sic illum fortuito octauo die baptizet, profecto videtur baptismus ille absq; legitima intētionē fieri. Ad hoc autem non opus est alia respōsione, quā verba. S. Th. repetere. Ait nāq; virtuale intentionē requiri, ut quādo sacerdos ad sacramentū ministrandum accedat, tunc intendat facere, quod facit ecclesia. Itaque requiritur tam proxima intentio, ut illa moueat membra, vel ad eundem in ecclesiam, vel ad preparandū se, &c. ita ut tota illa actio sit actus humanus in virtute prioris deliberationis. ¶ Multò autem vrgentiū mouet, quòd sunt multi sacerdotes, qui nunquam cogitant facere, quod facit ecclesia: imò forsan qui in tota vita sua nunquam illam intentionē sub illa forma habuerunt. Propterea dicunt aliqui, exigi quidem vel actualem, vel virtualem intentionem ad applicandam materiam, & formam in baptismo, vel ad præfata verba in eucharistia, &c. ut tales actiones sint humanæ, sed tamē de fine illo faciēdi, quod facit ecclesia sufficere habitualem intentionem. Sed tamen si hoc nomine intelligatur habitus genitus ex pluribus similibus actibus, forsan neq; hic requiritur, quia fortassis sacerdos neque huiusmodi actus vnquam habuit. Respondetur ergo, quòd non requiritur semper intentio formalis huius quod est facere quod facit Christus, vel ecclesia, sed aliqua cōfusa, in qua hæc includitur. Dixerim exempli gratia, quòd si quis ordines sacros suscipit intētionē, ut sit sacerdos, & minister ecclesiæ, & postea consuecit celebrare, & alia ad ministrare sacramenta, neq; vnquā per actū

cōtrarium cogitat aliter ministrare, quā Christus ecclesiæ iubet, illa consuetudo, quæ nominari potest habitus, sufficit, ut quoties per actus humanos administrat, intendere censetur facere, quod facit ecclesia. ¶ Ex his ergo fit consequens neq; dormientem, neq; amēte defectu intentionis posse sacramentum cōferre. Quòd si contra arguas. Siquis dum iuit dormitum vel in amētia lapsus est, habuit intentionem suscipiendi baptismū illumq; postea in amētia vel in somno suscipiat, baptismus tenet, ut in cap. Maiores. de bapt. ait Inno. ergo & pari ratione si quis, dum iuit dormitum, vel incidit in amētia, propositum habebat conferendi sacramentum, illud erit ratum, licet in somno vel amētia illud cōferat. Negatur consequentia: quoniam recipiens non est agens: cui ideo hoc duntaxat est necessariū, ut obicem non opponat, ut illic ait Innoc. cōferens verò est agēs: qui ideo tenetur per operationem humanā sacramentum ministrare. ¶ Postremum deniq; dubiū est de errore, qui contingere assolet in intentione, ut si cui cæco ministro, qui putat se baptizare Petrum supponeretur Ioannes, quem ille pro Petro baptizaret. Apparet enim nullū esse sacramentum, tum quòd cum dicit te, intentionem nō dirigit ad illum, tum etiā quòd matrimoniū errore personæ qualificatur, ut si quis putans ducere Mariam, ducat Annam. ¶ Syluest. verb. Baptismus 3. §. ut refert Hostiensis dicentem, quod error in sexu, ut si quis intendens singulariter baptizare masculum, cui nomen Petrus imponit, baptizaret puellam, sacramentū tolleretur. Secus si intenderet baptizare hunc. Tūc enim vtriuslibet eum sexus putaret, baptismus valeret. At verò vana hæc est in præsentiarū sexus distinctio. Quin imò, ut audiui, nonnunquā perniciofa. Fertur namq; accidisse Lusitanix, quod cuidam iam pronecta atate, qui semper fuerat foemina existimatus prominuerint foras viri membra, quæ illuc vsq; habuerat ventre inclusa (sepe enim contingere solet) qui ideo iterū fuit baptizatus. Quod quidem error fuit sacrilegus rebaptizationis: sed tantum fuerat illi commutandum per episcopum nomen foemininum in masculinum. Fuit er

Dubium.

Hostiensis.

Nota historiam.

go consilium eorum qui theologiam nō ex proprijs rationibus, sed mera extraneorū autoritate tractant. Abiecta ergo huiusmodi distinctione, quæ ad rē nihil pertinet, obseruandum hoc documentū est, q̄ si quis haberet intētionē singularē baptizādi Petrum. s. filium regis cū exclusionē cuiuscunq; alterius, videlicet vt si mente diceret, si non est filius regis nō te baptizo, tunc si quem alium baptizaret, seu masculum seu fœminam sacramentū nō esset validum: quia nō interfuit intentio baptizādi illū, qui baptizatur. Sed eiusmodi minister sacrilegus esset, suo scilicet abutens ministerio: debet enim quisq; prius explorare quem baptizat, & intētionē dirigere ad hunc. Et tunc licet cogitatione speculatiua arbitretur esse Petrum, sit tamen alius quicumq; siue masculus, siue fœmina: baptis- m^o tenet, quia in intētionē illa practica, qua scilicet applicat huic baptismum, cōtinetur intētio ecclesię. Secus autē de matrimonio, vt ait D. Tho. in. 4. d. 30. q. 1. ar. 1. ad. 3. quoniam character baptismi nō im- primitur ex intētionē baptizantis dire- ctē, sed ex sacramento, quare intētio il- lic ministri solum seruit ad applicandū sacramentū quod cuiuscunq; baptizato illū imprimi. Vinculum autem matrimonij directē oritur ex consensu vtriusq; par- tis, quare qui non intendit ducere Ma- riam, sed Ioannam, si substituatur Maria vti Iacob accidit, nullum contrahit ma- trimonium. Iniurium enim esset, vt quis arētissimo illo vinculo illam sibi copula- ret, cuius nunquam habuit affectū. Ad- monet demū in calce. S. Tho. vt licet hęc vera sint, nihilominus studiose minister fatagat conseruare actualem intētionē in funētionē sacramēti, idq; potissimum in sacrosancto eucharistię mysterio, vt il- lic iterum admonebimus. Tamen si illud nō sit semper in hominis potestate. Qua- *salutifera* *ministra.* propter conquirebatur Psalmista dicēs. Cor meum dereliquit me. Hęc autem ac- tualis intētio non sic est intelligenda vt minister semper mente dicat, intendo facere qd̄ facit ecclesia, aut intēdo bap- tizare, sed vt mēte operi assistat: scilicet, attendat quomodo consecret, & quomo- do abluat puerū in remissionē peccato- rū quomō illic Deus spirit^o facti gratiā in

fluat quomō in eucharistia panē in corp^o transubstantiet, & vinū in sanguinē in memoriā Christi passī. Atq; his similia mēte quā maximē attēdē queat, reuoluat.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum fides ministri sit de necessitate sacramēti.



QUONIAM intētio sa- cramenti videtur in eo esse nō posse, qui eiusdem sacra- menti nullam habet creduli- tatem, meritō queritur vtrū ad habendam huiusmodi intētionē nec- cessaria sit fides. Et respondet D. Th. vni- ca negatiua cōclusionē. Non requiritur ad perfectionem sacramēti fides eius (sci- licet sacramenti.) Probat̄ autoritate Aug. contra Petilianum. Mementote sa- cramenti Dei nihil obesse mores malo- rum hominum, vt illa nō sint, vel minus sancta sint. Et subiicitur ratio, q̄ cū mi- nister solum instrumentaliter operetur, non agit in virtute propria, sed in virtu- te Christi: virtus autem ministri propria est tam fides quā charitas: ergo sicut non requiritur in eo charitas, nam & peccato- res possunt sacramēta ministrare, ita nec requiritur fides, imō & infideles quoq; possunt esse sacramentorum ministri.

Conclusio.

Præhabitis illis, quæ art. 5. & 6. pertra- ctata sunt nihil hic superest adhibendū, nisi vt intelligatur conclusio non solum de fide infusa, quæ non est necessaria, ve- rū & de actu circa aliquem articulū fidei. Mox discretio sacramentorum fiat. Bap- tismū nanq; etiā infideles, qui nunquā fidē nostrā susceperūt, exhibere possunt vt ca. Romanus. & ca. Aquodā. de conf. d. 4. decretū est. Reliqua verō sacramēta quia nō nisi à sacerdote conferri possunt & qui baptismatis vnda nō est lotus, sa- cerdos esse neq; sit vt nisi ab illo, q̄ fidē suscepit, ministrari nequeāt. Possunt tū ab hæreticis, qui fidē amiserūt, cōfici, ita vt sint valida, præter sacramentū pœnitē- tię, quod iurisdictionem exigit. Tamen si ipsi ministrātes peccent. Matrimonium autem licet inter infideles contrahatur, non est in illis sacramentum. Hęc omnia ex superioribus aperte eliciuntur.

Expositio ar- ticuli.

Est autē. 1. argu. S. Th. fides vt ait cōtra Iulian. Aug. intētionē dirigit, q̄ enim in Deum

Deū non credit, neutiq; potest in ipsum officia sua referre: intētio autem neces- saria est: ergo & fides. Respondetur, quod potest contingere defectus fidei in vna veritate & non in alia: potest enim quis errare credens nullū esse licitū iuramen- tū, & nihilominus rectam habere fidem circa sacramentum: quare huiusmodi ho- mo dū sacramentum ministrat, dirigere intētionem valet. Si verō circa ipsum etiā sacramentū erret, arbitratus per illā ceremoniā nihil fieri, nihilominus crede- re potest christianam ecclesiā per illas ce- remonias intēdere mysterium aliquod: quare id genus homo, licet infidelis sit prorsus, nihilominus per illam actualē credulitatem potest id intēdere, quod ecclesia facit: per illam enim intētionē applicatur fides ecclesię, credentis salui- ficam gratiam per sacramentū infundi. Sed rogas quid si nulla existeret in to- ro orbe fides? Respondetur casum esse le- gi euangelicæ reluctantem: nempe, pol- litationi illi Christi Luca. 22. Orabo, p- re, vt non deficiat fides tua. Quare non amplius duraturus est mundus, quā si des. Attamē licet id per impossibile ad- mitteretur, si modo memoria maneret christianæ ecclesię, intētio faciēdi quod Christus instituit, aut quod ecclesia chri- stiana, dum superstes erat, faciebat, suffi- ciens esset ad baptismum. Collige hinc ergo, q̄ non solum non requiritur fides aut in actu, aut in habitu alicui^o articuli verū neq; vlla sacramentalis virtutis credulitas, sed quauis quispiam quic- quid facit ecclesia arbitretur esse ludi- crū, si tamē id faciat quod ipsa intēdit, verē baptizat. Sed saltē vtrū illa cog- nitio requiratur, quam S. Tho. exigi af- firmat: scilicet, q̄ baptizans nō ignoret, ecclesiā catholicam intēdere per ea quæ exteriū aguntur sacramentum præbere. Respondetur neq; hoc esse necessarium: Imō licet putaret ecclesiam huiusmodi ceremonias nō ferio tanquam res vtilēs, sed ioco facere, dummodo ipse intētio- nem ad hoc dirigeret, vt quicquid ipsa si- ue ioco siue serio, vel quomodocunq; faceret, hoc ipse perficeret, verū esset sa- cramentū: nam profectō omnia concurrunt, quæ sunt de necessitate sacramēti. Sed ob hoc id S. Th. dicit, quod qui igno-

Dubitatio.

Dubitatio.

raret ecclesiam id facere tanquā sacramē- tum, nunquam id curaret facere cum in- tentione ecclesię, sed iocādi gratia. Quin- etiam de suscipiente dicēdum est, quod & si crederet ecclesiā ioco id facere, dum modō id intēderet suscipere, quod ec- clesia intēdit, susciperet sacramentum, eiusq; characterem, nō tamen gratiam: quoniam error ille intellectus peccatum ei esset, atq; adeo obex gratiæ. Secun- dum argumentum est. Qui vera fide ca- ret hæreticus est: hæretici verō inania fal- saq; sacramenta conferunt, secundū ver- bum Leonis papæ in epistola ad Leonē Augustum, & refertur. 1. q. 1. can. Manife- stū, ergo fides est necessaria. Respondetur autē hæreticos, qui non seruant formam ecclesię, nullū conferre sacramentum, vt supra dictum est: qui autem illā seruant, sacramentum quidem conferunt, nō tamē gratiam, iuxta verba Aug. ad Petrū, & refertur. 1. q. 1. can. Firmissime dicētis, extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiā non redierint, baptismum cumulari perni- ciō. Ait verō S. Tho. hoc intelligi de hæ- reticis manifestē præcisīs: nam tunc qui sacramenta ab illis suscipiunt, peccant, atq; adeo obicem gratiæ ponūt. Excipe tamē casum necessitatis baptismi in qua neq; qui ab eis baptizantur, neq; ipsi ba- ptizātes peccāt, si absq; solēnitāte id faciāt, vt ar. 6. dictū est. Sūt præterea qui ec- clesię rit^o peruertūt: & de istis loqueba- tur Leo quorum vesania in Alexandrina sede omnīū cœlestium sacramentorū lu- men extinguebatur: scilicet decor: licet vera sacramēta cōferrēt. Meminit S. Th. de Cypriano, qui & vt supra diximus, er- rore illo fuit affectus, quod hæretici nō possent sacramenta conferre, secundum quæ subsequebatur, vt fides sit ministro necessaria. Sed ait Aug. li. 1. cōtra Donati- stas, q̄ luce charitatis, si quid in eo pur- gādum erat, passionis falce sublatū fuit. Ait verō, Si quid in eo purgandum fuit, quoniam cū ille error, vt art. 5. dixim^o, sua ætate non fuisset condemnatus, nō solum nō fuit pertinax, verū nec forsan peccauit mortaliter. Similē exceptionē facito in solutione tertij argumēti de ex- cōmunicatis, qui licet ratione caracte- ris sacramēta conferant, peccant tamen conferendo. Et pariter qui ab illis reci- piunt,

secundum ar- gumentum.

Cyprianus.

Tertium ar- gumentum.

piunt, nisi in necessitate baptismi, aut quia ignorant esse excommunicatos. Præterea illos excipe, qui sunt excommunicati non nominatim, iuxta sanctionem concilij Constâtiensis art. 6. expositam.

ARTICVLVS. X.

Vtrum intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.



VM fuerit cōclusum, intentionē in sacramento esse necessariā necessū est scire de eius qualitate, an recta etiā exigatur. Et respōdet D. Th. sub diuin. duabus cōclusionibus. Vno enim modo potest intentio non esse recta, quando minister non intendit sacramentum perficere, sed deridere & fallere. Et de hac sit prima conclusio, q̄ talis peruersitas tollit veritatē sacramenti, quia tollit essentiam sacramenti, cum eius obiectum tollatur, quod est facere, quod facit ecclesia. Moderatur autē cōclusionē dicens. Præcipue quando suam intentionem exterius manifestat. Non quod si talis adsit intentionis peruersitas, sub dubio sit esse sacramentum, imò nullum est, sed q̄ quando exterius non propalatur, ambigitur, qualis fuerit intentio, & ideo præsumitur fuisse legitima. Alio modo potest intentio ministri accidentariè peruertere, quantum ad id, quod sequitur sacramentum, vt si quis intendens verè baptizare, simul intendat peccatū aliquod, vt ab usum puellæ, quam baptizat, aut sub speciebus, quas consecrat, venenum alicui porrigere. Et de hac ait secunda conclusio, q̄ talis intentionis peruersitas veritatem sacramenti nō tollit. Et ratio est q̄ cum intentio conficiendi sacramentum ab altera nō pendeat, fit vt neque propter ipsam desinat esse legitima.

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Res est clarissima, quā iam supra art. 8. tetigimus. Si enim quis dum aliū baptizat, intendit facere, quod facit ecclesia, quanq̄; aliam illi cōiungat scelestissimam impientissimamq̄; intentionem, sacramentū conficit, etiam si finem proponeret supremo sacramenti fructui ex diametro cōtrarium. Vt si Satanicus ho-

mo quempiā baptizaret, vt postea Christianus ille peius nomē Dei blasphemaret ab illoq̄; apostataret. Eiusmodi autē minister, qui nefarias intentiones sacramentali adiungeret, grauissimū scelus committeret, idq̄; duplex. Vt si per sacramentum intenderet homicidium, esset homicida & sacrilegus: & si fornicationē, fornicator & pariter sacrilegus: nam illa intentio esset contaminatrix, violatrixq̄; sacramenti, per quam scilicet foedissime pollueretur.

Grave sacrilegium.

Primum argumentū S. Tho. est. Intentio ministri debet esse conformis ecclesiæ intentioni: sed hæc semper est recta: ergo & in ministro talis esse debet. Respondetur intentionis ecclesiæ duas esse rectitudines. Vnā scilicet conficiendi sacramentum, & hæc est sacramenti essentialis ipsum perficiēs. Alterā verò quantum ad sanctum usum, quæ in meritū cedit. Et ideo minister, qui priorē sine posteriori habet rectitudinem, perficit quidem sacramentum, sed caret merito, imò demeretur supplicium. Secūdo arguitur. Peruersa intentio deterior esse videtur, quā iocosa: sed iocosa tollit sacramentū: ergo & peruersa. Possit quidem responderi ad maiorem nō semper in sacramento aliam peruersam intentionem peiorem esse quā iocosa: imo qui vt fidei Christi subsanaret, mimicè ceremonias sacramenti representaret, peius quā fornicator peccaret. At quoniā neruus in hoc non consistit, negatur consequentia: quoniam iocosa intentio tollit substantiam intentionis necessariā, peruersa verò non. Tertio arguitur. Peruersa intentio totum opus vitiat, iuxta illud Lucę. 12. Si oculus tuus fuerit nequā, totum corpus tuū tenebrosus erit: sacramentum vero secundum Aug. cōtra Petilianum, per malos homines non vitatur: ergo vbi est peruersa intentio nullum est sacramentum. Respondetur per iniquam intentionē vitari functionem sacramenti, quatenus est opus ipsius ministri: est enim ei delictū, non tamen quatenus est opus Christi gratiam cōferentis. Sicuti si seruus sinistra intentione pecuniam domini erogaret pauperibus, quam ipse bono animo illi cōmiserat vt iustè disponderet.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quæstio

QVAESTIO. 6. DE numero & necessitate sacramentorum.

S. Thom. 3. part. quæst. 65.

ARTICVLVS. I.

Vtrum debeant esse septem sacramenta ecclesiæ.



OSTREMVM capitulum text⁹ fuit de sacramentorum numero, de quo presenti quæstio. per quatuor articulos disputatur. Quorū primus est, plura ne sint, paucioraue quā septem. Et quantum hæc sit tituli forma, tamen non quæritur de numeri certitudine: illa siquidē ecclesiæ traditione & vsu citra disputationē constātissima est. Sed de eius conueniētia, hoc enim est theologi officium vt ait Petrus apostolus. 1. Pet. 3. rationē reddere eorū dogmatū, quæ ecclesia per spiritū sanctū fanciuit. Cōclusionē ergo vnica respōdetur huiusmodi. Cōuenienter septē sacramenta ecclesiæ ponuntur, Quā quidem cōclusionē ex duab⁹ illis celeberrimis qualitatib⁹ sacramentorum quas ab initio per totū decursū, ceu duo lumina præ oculis adduxim⁹, probatur. Sunt enim tū religionis ceremoniæ, qui bus nos ad Deum colēdum perficimur, tum medicamina, quibus Deus vicissim depulsi nostris spūalib⁹ morbis nostrā operatur salutē. Ex quorū vtroq̄; capite mirificè pfectō D. Th. eiusmodi cōgruentiam ac decentiā deducit. Nā quantum ad primū instar corporalis vitæ in spūali perficimur. In corporali verò, cū homo sit ciuile animal & sociale, duab⁹ rationibus perficitur. s. & quantum ad propriā personā, & respectu aliorū quatenus reipublice membrū. Respectu autē proprię psonę bifariā: nimirū tā per se acquirēdo, quæ sibi conueniūt, q̄ per accidēs ea quæ nocēt obstacula ppellēdo, vt morbos, atq̄; alia id gen⁹ incōmoda. Per se autē sibi cōueniētia acquirunt tria. Primū. s. per generationē esse & viuere, q̄ aliorū est oīm

Conclusio.

primum fundamentū. Atq̄; huic in vita spiritali respōdet baptismus, quod (vt ad Titū. 3. ait Paul.) est lauacriū regenerationis. Vnde Christus Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, non potest introire in regnum Dei. Secūdo per augmentū acquirunt homines iustam ætatē, ac subinde viriū virtutumque robur ad exercēda opera vitæ. Atq̄; huic augmento in vita spiritali respōdet cōfirmatio. Vnde baptizatis Apostolis dictū est Lucę vlt. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Tertio deniq̄; requiritur in homine nutritio per quotidianū cibum, sine quo tēporalis vita cōsistere non posset. Et vicē huius in vita spiritali gerit eucharistia: secundū illud Ioā. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis. Ecce tria, quæ homini ideo per se conuenire dicuntur in vita tēporali, q̄ si illā haberet perpetuā, vt in statu naturę integrę, nullo alio indigeret, imo hæc tria illi sufficerēt. At quoniā ex peccato multa incurrit detrimenta, tā corporalia q̄ spiritalia in vtraq̄; vitā indiget duobus aliis remediis, vno. s. ad sanitatē cōparandā quādo incidit in morbū, & locū huius in vita spiritali tenet pœnitentia, iuxta illud psalmi, Sana animam meā, quia peccauit tibi, atq̄; altero ad recuperandā pristinā valetudinē ex languore per dietam & exercitiū. Cui in vita spiritali respōdet extrema vnctio, quæ remouet peccatorū reliquias, hominēq̄; adeo ad iter cælestis gloriæ capessendum paratum reddit. De qua re Iacobi. 5. Et si in peccatis est, remittentur ei. Ecce quinque sacramenta, quæ homini quantum ad suam propriam personā congruentia sunt. Respectu autē humanæ societatis duobus præterea modis homo perficitur: vno scilicet suscipiendo potestatem administrandæ rei publicæ. Et imaginem huius in vita spiritali gerit sacramentum ordinis: secundum illud ad Heb. 7. Sacerdotes hostias offerunt non solum pro se, sed etiam pro populo: altero modo quantum ad naturalem propagationem, quod fit per matrimonium in vtraque vita. Est enim & officium naturę & sacramentum gratiæ, quo idcirco licet generetur homines naturaliter

turaliter filij iræ in hoc tamē procreātur ut renascantur filij gratiæ. ¶ Eisdem ferè rationibus colligitur idem numer⁹ si sacramenta cōsiderentur quaten⁹ sunt medicina, & remedia contra peccatū. Nam baptismus institutus est cōtra carētiā vitæ, quæ fit p peccatū originale. Cōfirmatio verò contra infirmitatē: & imbecillitatē, quæ est in nuperrimè natis, hoc est in neophytis incipientibus christianam vitam. Sed eucharistia contra labilitatem, quam ex originali cōtraximus ad assiduè cadendū, recidendūq; identidem in peccata. Sicut enim in vita tēporali humidum, quod per continētē caloris actionem consumitur, per assiduos cibos recuperamus, ita fit per sumptionem sacri alimenti altaris. Pœnitētia verò valet cōtra actualia peccata post baptismum cōmissa. Ac demū extrema vnctio contra reliquias peccatorum: nempe, contra corruptos habitus & inclinationes, quæ nobis ex vsu peccandi relinquuntur. De his enim peccatorū effectibus latè doctēq; D. Tho. 1. 2. q. 85. differit. ¶ Subdit autem hoc loco quosdā numerum sacramentorū venari per quandam adaptationē eorum ad septem virtutes tres scilicet theologas, & quatuor cardinales, & contra tria peccatorū, quatuor autem pœnalitatum genera. Cum enim Christ⁹ ab omni nos culpa & pœna per sacramentorum gratiam, & virtutes liberauerit, & ex culpa originali præter labilitatem in mortale & veniale, omnis potentia per aliquam pœnā fuerit læsa ut intellectus per ignorantiam, & voluntas per malitiam, & irascibilis per infirmitatem, ac deniq; irascibilis per concupiscentiam, virtuti fidei respondet baptismus contra culpam originalem. Spei verò extrema vnctio contra venialem. Charitati autem eucharistia contra malitię pœnalitatem, charitati contrariam. Sed ordo coaptatur prudētiæ: cōtra pœnam ignorantia, & iustitiæ pœnitentia contra peccatum mortale. Temperatiæ autem matrimonium contra pœnā concupiscentiæ. Ac demum fortitudini confirmatio contra infirmitatem.

Expositio articuli.

¶ Conclusio præsentis articuli, ut initio dicebamus, nō est solum doctorum assertio, sed ecclesiæ orthodoxæ catholi

ca fides: quam ideò negare hæreticū est. Hunc enim numerum cōcilium Florētīnū in instructiōe Armenorū exprefit, unde & Tridētinum postea eundē suscepit numerū. Et in cap. ad abolendā. de here. tāquā hæretici excōmunicātur q aliter de sacramētis ecclesiæ senserint, q docet ecclesia Romana. ¶ Igitur ut De⁹ septē dierū curriculo mūdū creauit, sic & Xpus septē sacramētorū ordine recreationis mysteriū nobis impertitur, q illum inādis pficiēdisq; nostris septē virtutibus cōtra septē splēdissimę planetarū stellę sub fidei firmamento nobis irradiarent, nostrisque medendis sceleribus, quę per septem plagas Aegypti, designātur salutarifera essent medicamina. Rationem autem huius numeri Alexan. 4. parte. q. 8. mēbr. 7. art. 2. quem ferè omnes doctores sequuntur, hoc secundo modo, quem in calce D. Tho. subiunxit, explicat, quare illo duntaxat idem doctor sanctus in 4. distin. 2. contentus fuit. Hic verò alterū excogitauit modum multò luculentius rem exprimētē: quem deinde Duran. dist. 2. q. 2. complexus est. Quocirca qui S. Thomam, nō in summa, vbi deberent, sed in quarto legunt, sine causa eundem modum Durando attribuunt: connumerantes D. Thomam cum reliquo vulgo in opinione Alexandri. In secundo autem modo scias id quod dicitur, sacramentum extremæ vnctiōis ordinari cōtra culpam venialem, postmodū in eius proprio loco examinādum esse, imo reprobādum: quia non ordinatur nisi contra languores, qui criminibus nostris & delictis relinquuntur.

¶ Primum argumentum S. Tho. est. Vna est diuina virtus, vnaque Christi passio, qua Christus, ut habetur ad Hebræ. 10. vna oblatione cōsummauit nostrā salutem: ergo vnicū debuit esse sacramentum. Negatur autem consequētia: quia vna causa principalis ad plures effectus pluribus vtitur instrumētis, qualia sunt sacramenta. ¶ Secundum argumentū est. Sacramenta instituuntur contra defect⁹ peccati: illi autem sunt tantum duo, scilicet culpa & pœna: ergo duo tantū sufficiebant sacramenta. Respondetur ad minorē, q licet culpa sit vna genere, habet tamen plures species: & pariter pœnæ sunt

Alex.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

sunt diuersę, ut in postrema parte articuli dictū est, quare sacramenta condecuit esse plura. ¶ Tertio arguitur. Sacramenta pertinet ad actiones hierarchicas, ut Dionysius libro ecclesiasticę hierarchię autor est: illa autem sunt tantū tres, scilicet purgatio, illuminatio, & perfectio: ergo tria satis erāt sacramēta. In responsione autē addit tertium modum colligendi septenariū sacramētorum numerum considerando illa quantū ad ecclesiasticam hierarchiā. In hierarchia namq; considerātur & illi, qui sacra tribuūt, & illi qui illa suscipiunt, atque actiones ipsarū. Quantum ad agentes ministros institutum est sacramentum ordinis, per quod potestatem conferendi sacra accipiunt, & quantū ad suscipiētes, sacramentum matrimonij: per quod homines ad Deiculturam generantur. At verò quantum ad actiones purgatio sola non potest sacramento nouæ legis congruere. Purgatio enim est illa, per quam homines præparatur ad sacra, quod in veteri lege fiebat per legales sacramētalesq; purgationes: sacramēta verò nouæ legis, quia gratiam conferunt, non illo præcisē modo purgant, sed expurgant animas à peccatis, simul illuminādo per infusam fidem. Atq; hoc potissimū pertinet secundum Diony. ad baptismum, & propter reciduum relabentium in actualia, ad pœnitentiam, & extremam vnctiōnem. Perfectio autem quantū ad robur virtutis ad ambulandum in via Dei, conuenit cōfirmationi, sed quātum ad assequentiē finis spiritualis omnium sacramentorum in hac vita cōpetit sacrosanctę eucharistię. ¶ At verò contra hoc D. Thomæ respondētur est argumentū, quòd Diony. illic non recensuit sacramentū matrimonij, neq; verò pœnitentiæ: quare tantum explicuit quinq;. Respondetur autem cum D. Th. in 4. dist. 2. q. 1. art. 2. quòd Dionysij intentio illic non erat, omnia pernarrare sacramēta, sed actiōes hierarchicas, per quas homo & consecrat, & consecratur. In baptismo namq; cōfirmatione, ordine, & extrema vnctiōne, per vnctiōnem consecratur homo, & in eucharistia consecratur corpus & sanguis. In pœnitentia verò & matrimonio nulla fit cōsecratio. Prudentia tñ D. Thomę fuit, hæc ca-

dem duo sacramēta ad illā hierarchiam reducere. Atqui Durādo negāti, ut dist. 1. diximus, matrimonium esse sacramentum, in eius proprio loco respondēbitur. ¶ Quarto arguitur ex August. qui lib. 19. contra Faustum ait, sacramēta nouæ legis esse numero pauciora quàm sacramēta veteris: illic autem et si circūcisio baptismus respondeat, & esus agni paschalis eucharistiæ, & consecrationes sacerdotum ordinibus, & expiationes peccatorum pœnitentiæ, ac demū erat matrimonij: nullum tamen erat sac. amētum respondens aut extremæ vnctiōni, aut confirmationi. Egregia profectò est responsio, videlicet, quòd quia per confirmationē datur spirit⁹ sancti robur, quòd illi legi nō cōpetebat, quā nō abudabat sacramētis cōferentibus gratiā sicut nostra, in qua est plenitudo spirit⁹ sancti: & extrema vnctio præparat hominem ad cœli ingressum, cuius ostium nondum erat apertum: non fuit tunc sacramētum indultum, quòd istis responderet. Nihilominus propter multitudinem sacrificiorum & ceremoniarū illius legis septē nostra sunt illis pauciora. ¶ Quinto deniq; arguitur. Luxuria nō est peccatorū grauissimū: ergo cū in remediū aliorū nullū fuerit institutū sacramentum, fit vt nec debuerit in remediū concupiscentię institui sacramentum coniugij. Responderi quidem in superficie posset, q quia matrimonium erat necessarium officium naturæ, factum est sacramentum contra luxuriam. At verò quia argumētum probare contendit satis fuisse vt maneret tanquam officium naturæ & virtutis temperantiæ, nec fuisse necessarium institui tanquam sacramentum, respondetur idcirco fuisse institutum sacramentum gratiæ, quòd fomes ille concupiscentiæ ex originali culpa relictus, nō solum personam, sed naturam humanā inficit. Ob hoc enim originalis culpa dicitur peccatum naturæ, quare abluta persona per baptismū à culpa traducitur ille fomes cū natura per generationē. Secūdo quia cōcupiscentiæ propriū est plurimū iudiciū absorbere rationis: quare cū inter omnia officia naturæ, matrimonij sit maximè necessariū, decuit ad illā ex orbitantiā reprimendam illud statui sacramen-

Quantum argumentum.

Quantum argumentum.

*Aliud argu-
mentum.*

sacramentum, quod esset gratiæ efficac.
 ¶ Ecce argumenta quinque soluta, qui-
 bus conceditur, nō debuisse tot sacramē-
 ta institui. Possum⁹ autē & hoc adhibe-
 re. Sacramēta sunt in remissionē peccato-
 rum genera, vt originale, mortale & ve-
 niale: ergo dūtaxat baptismus, pœniten-
 tia & extrema vnctio formaliter distin-
 guuntur in ratione sacramēti. Argumen-
 tum est Guilielmi cuiusdā de Rubione,
 quo cōuictus ait sola hæc tria sacramen-
 ta formaliter distingui: reliqua verò ma-
 terialiter, tāquam dispositiones aut per-
 fectiones horū. Vt ordo est dispositio ad
 omnia conferenda, & matrimoniū quo-
 dam modo ad omnia suscipienda: eucha-
 ristia verò finis est omniū, sed confirma-
 tio est baptismi perfectio. At verò opinio
 hæc iā est extincta. Imò sacramenta oīa
 formaliter distinguntur ex suis ppriis pe-
 culiaribusq; effectibus. Sicut enim in vi-
 ta tēporali alia est species motus, vel mu-
 tationis generatio, qua acquiritur esse,
 & alia augmētatio, qua acquiritur quan-
 titas, & alia nutritio, qua cōseruatur esse
 & alia fanitas, qua pellitur morbus, atq;
 alia vegetatio contra debilitatē valetu-
 dinarij: sic in vita spirituali formaliter di-
 stinguntur baptismus, confirmatio, eu-
 charistia, pœnitentia & extrema vnctio.
 Inter ordinis autem sacramētum & ma-
 trimonium, quorum hoc ad procreādos
 naturales filios, illud verò ad propagan-
 dos spirituales instituta sunt, liquida est
 differentia. ¶ Sunt deinceps & argumen-
 ta alia, q̄ debuerint esse plura. Primum,
 (q̄d apud S. Th. est sextū) Sanctificatio-
 nes altaris & vasorū ecclēsiæ, atq; aqua
 benedicta videntur esse sacramenta. Ne-
 gatur tamē, imò cōsecrationes illæ sunt
 dispositiones ad sacramenta perficiēda,
 vt ad eucharistiam & reliqua. Aqua ve-
 rō benedicta, ait S. Tho. valet tūm cōtra
 dæmonum insidias, tūm etiam ad remis-
 sionem venialiu, ac perinde ad idoneam
 sacramentorum tam collationem, quā
 susceptionē: & ideo dicitur aqua lustra-
 lis, id est purificatoria, & expiatoria. Atq;
 hoc pacto intelligēdus est can. Aquam
 de consecra. dist. 3. qui est Alexan. 5. vbi
 ait aquā sale conspersam valere ad coin-
 quinatorum sanctificationem & purga-

*Primum ar-
gumentum.
q̄d sunt plu-
ra.*

*Aqua bene-
dicta.*

*De con. d. 3.
can. Aquā.*

tionē. Ex quo nonnulli scioli sibi viden-
 tur elicere esse sacramētum. At vero ipse
 se exponit, sanctificationē vocans pur-
 gationem à venialibus. ¶ Sed arguis. Il-
 lum habet effectū ex opere operato: er-
 go est sacramentum, Conceditur antece-
 dens. Haud enim tātūm per modū meri-
 ti, vt reliqua virtutis officia, quę augen-
 do charitatis feruorē & meritum, remit-
 tunt venialia, sed virtute operis illa a-
 bluit ad modum sacramenti. Negatur ta-
 men consequētia, qua infertur esse sacra-
 mentū, vt D. Tho. q. 60. art. 2. docuit: quo-
 niam nec est signū, nec causa gratiæ: atq;
 adeò nō perfectam sanctitatē, sed dispo-
 sitionē operatur. Si enim esset sacramen-
 tum nō potuisset ab ecclesia institui: ea
 tenus enim penitus protenditur eius fa-
 cultas, vt possit sacramēta alia instituire.
 ¶ Septimo arguit S. Tho. ex Hugone, cō-
 ponens enim ille oblationes, & decimas
 & sacrificia veteris legis ait omnia tria
 fuisse sacramenta: ergo sicut sacrificium
 altaris est sacramētum, pariter sunt & de-
 cimę & oblatiōes. Respondetur tam obla-
 tiōes, quā decimas sub vtraq; lege, na-
 turæ, & scripta eo fuisse habita loco sa-
 cramentorum, q̄ erant nostrorū figuræ.
 Quare, cum in nostra lege desierint esse
 figurę, fit vt nec sint nomine sacramenti
 digna. ¶ Octauo arguitur. Tria sunt
 peccatorum genera: sed contra origina-
 le sunt instituta sacramenta baptismi &
 pœnitentiæ: ergo contra veniale debuit
 aliud adhiberi. Hoc argumentum non
 currit cōtra alios doctores, quippe cum
 pleriq; omnium censeant sacramentum
 extremæ vnctionis ordinari cōtra venia-
 le. At quoniam S. Tho. non dicit nisi va-
 lere cōtra reliquias peccatorum, respon-
 det, q̄ cum ad delectationem venialis non
 requiratur gratiæ infusio, qui est effectus
 sacramentorū nouæ legis, nullo op⁹ fuit
 sacramēto ad eius remissionē, sed remit-
 titur per lustralē aquam, & tunctionē pe-
 ctoris, atq; alia id genus sacramentalia.
 ¶ His autē alia appenduntur minutiora
 argumenta. Primū. Multa sunt ordinum
 sacramenta, vt diaconatus, & subdia-
 conatus, imò verò episcopatus cense-
 ri potest ordo: multò enim magis apparet ra-
 tioni consonum, vt episcopo conferatur
 gratia & character ad administrandam
 suam

*Septimū ar-
gumentum.
S. Tho.*

*Octauum ar-
gumentum.*

*Alia mino-
ra argumen-
ta.*

Responsa.

suam diocesim, quā sacerdoti: ergo
 plura sunt quā septē. ¶ Secundò. Cor-
 pus Christi sub speciebus panis cōsecre-
 tis est sacramētum, quod adoramus: nem-
 pe, continens rem sacram, & pariter san-
 guis sub speciebus vini: præterea sum-
 ptio eiusdē corporis & sanguinis est sa-
 cramentum conferens: & in ma-
 trimonio consensus amborū sunt sacra-
 mentum: nā per illos gratia confertur: &
 postea dicitur manere sacramentum ma-
 trimoni, quia manet vinculū: ergo sunt
 plura, quā septem. ¶ Tertiò. Marty-
 rium est sacramentum: nam virtute ope-
 ris gratiam confert non ponēti obicem,
 sicut baptismus. ¶ Hæc autem atq; his si-
 milia nō est hic disputādi locus, sed suis
 singulorum sedibus. In materia nanque
 ordinum d. 24. videbimus diaconatū &
 subdiaconatū ordines esse pariales, qui
 cum sacerdotio in vnum cōiunt sacra-
 mentum, & de episcopatu videbimus di-
 stin. 24. non deesse, qui eum velint face-
 re sacramentum conferens gratiam, con-
 numerantes illum sacris ordinibus, pro
 eo quòd plus, inquit, gratiæ episcopo
 ad suam administrationem necessarium
 est, quā sacerdoti ad suam. At verò, vt
 illic D. Th. q. 3. art. 2. autor est, neutiquā
 hoc dici pōt: quia episcopus nō accipit
 nouā potestatem supra corpus Christi, ad
 quod omnes ordines referuntur, sed so-
 lum supra mysticū. Quare gratia episco-
 po necessaria non est noua, præter illam,
 quam accepit in sacerdotio. Et licet ali-
 quam potestatem indelebilem recipiat,
 non tamen propriè characterem, nisi di-
 cas characterē sacerdotis amplius in epi-
 scopo extendi ad cōferenda noua sacra-
 menta: scilicet, confirmationem & ordi-
 nes. ¶ Pari modo de sacramento altaris,
 vt suo loco videbimus, dicendū, corpus
 sub speciebus panis, & sanguinē sub spe-
 ciebus vini duo esse parialia sacramēta,
 ex quibus vnum constat. Est enim vnum
 conuiuū, quod ex cibo & potu fit inte-
 grum. Sumptio autem nō tam dicitur sa-
 cramentum, quā sumptio sacramenti,
 neq; illa propriè gratiam confert, sed cor-
 pus ipsum, quod sumitur, sicut neq; con-
 secratio est sacramētum, sed species cor-
 poris & sanguinis. Est enim discrimen
 inter eucharistiā, & alia sacramenta, quę

consistunt in vsu. Aqua enim baptismi
 non habet in se virtutem sanctificandi,
 sed illa virtus est in vsu per modum tran-
 seuntis: quare baptizatio ipsa est, quæ
 gratiam confert, sicut chrismatio in con-
 firmatione, &c. Sacramentum autem eu-
 charistiæ nō est eius vsus, sed species cor-
 poris & sanguinis: quapropter res istæ
 contentæ sunt virtus per quā gratia con-
 fertur. In matrimonio verò cōsensus mu-
 tui sunt sacramentum: ibi nanque gra-
 tia confertur, sed postea manet insolubi-
 le vinculum, quod non est sacramētum,
 sed effectus sacramēti. ¶ Martyrium au-
 tem non esse sacramētum distin. 3. artic.
 vlt. disputabitur, vbi monstrabitur esse
 baptismum sanguinis. Haud enim gra-
 tiam confert tāquam signum eius ad id
 institutum, sed per modū meriti tāquam
 actus fortitudinis. ¶ Quòd si arguas. Se-
 cundū illam opinionem, quæ tenet sa-
 cramenta non aliter conferre gratiam,
 quā in genere signi, videtur paritatio
 ne non solum martyrium, sed omnia of-
 ficia, quæ ex charitate procedunt esse sa-
 cramenta, quandoquidem propter illa
 nobis Deus gratiam impertitur. Respon-
 detur primò illam opinionem esse fal-
 sam. Secundò, etiam secundū eam est
 lata differentia: nam sacramenta sunt si-
 gna ex institutione diuinæ gratiæ, quæ
 sub illis confertur. Opera verò charita-
 tis non sunt hoc modo diuinitus institu-
 ta tanquam signa gratiæ, sed suapte na-
 tura tanquam virtutum officia, si modo
 ex gratia fiant, sunt merita apud Deum
 ex pacto ipsius conducentis operarios
 in vineam suam, vt quod iustum fuerit
 reddat eis.

*Argumen-
tum.*

ARTICVLVS II.

*Virum sacramenta secundum ordinem prædi-
 ctum in priori parte præcedentis articuli con-
 uenienter ordinentur.*



ROST sacramentorum nu-
 merum sequitur de eorum
 ordine: nam ordo in nume-
 ro est, & numerus ordine lu-
 cet. Et respondet D. Th. vni-
 ca conclusione. Debitus ordo septem sa-
 cramentorum est huiusmodi, Baptismus,
 confirma-

Conclusio.

confirmatio: eucharistia, poenitentia, extremunctio, ordo & matrimonium. Probatio autem triplex habet membrū. Primum cum vnitas naturaliter sit multitudine prior, illa quinq; sacramenta, quæ ad perfectionē cuiusq; personæ attinent priora suapte natura sunt, q̄ ordo & matrimonium, quæ respectu multitudinis sunt instituta. Ordo autē quia ad filios procreandos gubernandosq; spirituales refertur, prior est matrimonio, per quod generantur filij naturales, & carnales. Secundo inter illa, quæ ad perfectionem vnus cuiuslibet personæ diriguntur, illa tria naturaliter precedunt, quæ per se vitæ spirituali competunt, quam poenitentia & extrema vnctio, quæ per accidens illi ad remouendum noxia adiunguntur. Poenitentia verò, per quam sanitas recuperatur, prior natura est quam extrema vnctio, per quam conseruatur. Tertio deniq; inter tria illa priora manifestum est primum esse baptismum, per quem fit regeneratio, acquiriturq; spirituale esse. Mox confirmatio, per quam virtus augetur, roboratur, & perficitur. Deinde eucharistia, in qua finis in hoc seculo totius christianæ vitæ consistit.

Expositio articuli.

Primum argumentum. Res est clarissima, quæ nulla indiget discussione, si hoc duntaxat animaduertas, q̄ hic nō explorat perfectionis ordo inter sacramēta, de hoc enim art. proximo dicendum restat. Neq; verò ordo generationis eorum accidētarius. Nam præter baptismum, qui necessariò primum requiritur, quippe sine quo nullum aliud potest recipi, inter reliqua nullus est necessarius ordo. Potest enim poenitentia recipi ante confirmationem imo & eucharistia. Rursus & matrimoniū potest esse validum absq; eucharistia vel poenitentia. Sed constituimus ordinem, qui ex natura rei colligitur. Et post baptismū vt vsu primitiue ecclesie docemur, illico si episcop⁹ aderat, neophytus confirmabatur, ac subinde porrigebatur eucharistia: quia qui post baptismum non incidit in mortale, nullo indiget sacramento poenitentiae. Errāt ergo qui sacramentum poenitentiae ordine administrationis eucharistiae præferunt.

Primum argumentum.

Primum igitur argumentum D. Tho. est secundum Paul. 1. Corinth. 15. prius

in Quart. Senten.

quod animale est, deinde quod spirituale: per matrimoniū autem generatur animalis homo: ergo prius est quam baptis mus, quo regeneratur spiritualis. Respondeatur, quod matrimonium quatenus ad vitam animalem ordinatur, nihil habet spiritualitatis, sed est officium naturæ: hac igitur ratione non habet certum ordinē inter sacramenta. Quatenus autem est sacramentum: quia minimum habet spiritualitatis, collocatur vltimum.

Secundum argumentum.

Secundo per sacramentum ordinis suscipitur potestas administrandi alia sacramenta: agēs autem prius est actio: ergo ordo est prior baptismo, & ceteris personalibus. Respondetur, q̄ agens debet esse prius in se perfectum, quam alia perficiat: & ideo sacramenta, quæ personam propriè exornant, priora sunt illis, quæ respectū habent ad aliorū perfectionem.

Tertium argumentum.

Tertio. Eucharistia est spirituale nutrimentum, confirmatio verò comparatur augmento: nutrimentum autem est causa augmenti: ergo prior est eucharistia confirmatione. Inter respondendū concordia conciliat inter Dionysiu, & Magistru Sentēt. Diony. nanq; lib. de ecclesiast. hierarch. antepōnit eucharistiā confirmationi, Magister verò in. 4. in initio distinctionis. 2. præponit confirmationē, & vterq; est sustentabilis. Nam nutrimentum antecedit augmento, sicut causa effectui: augetur enim homo per nutrimentum. Subsequitur verò augmentationem sicut conseruans hominem, in quantitate & virtute perfecta. Priorē ergo rationem secutus est Diony. posteriorem verò Magister: cuius opinio à pluribus est recepta. Tametsi ead. dist. D. Th. q. 1. art. 3. aliam subiunxerit rationem: nempe, q̄ Diony. ordinem magis aspexit dispensationis, quam effectui. Nam eucharistia, inquit, in primordiis ecclesie illico conferebatur baptizatis, non autem confirmatio. Hoc autem intelligendum arbitror, quia episcopus non præstō aderat vnus cuiusq; baptismo: nam quādo erat præsens crediderim, vt supra diximus, q̄ protinus baptizatu ad min⁹, si erat adultus, confirmabat, & fortè antè quàm eucharistiam sumeret. Infantulis autē conferebatur eucharistia, vt q. de sumptione eucharistie, adnotabimus. Et forsan si

ne

ne confirmatione. Nam confirmatio aliqualē cognitionem in suscipiente exigit, vt dist. 7. videbimus. Hanc igitur ob causam prius de cōfirmatione: quàm de eucharistia à doctoribus tractatur. Quibus & alia adiūgitur ratio, vt infra apud S. Tho. q. 73. ar. 1. videbitur, quod augmentum est perfectio intrinseca quantitatis hominis, mutatio verò fit per sumptionē extrinsecus cibi, intrinseca autem perfectio dignior est. **Quartum** argumentum est. Poenitentia præparat hominē ad eucharistiam: ergo est prior. Respondetur ad antecedens, quod illa præparatio nō est per se necessaria, sed per accidens: nā si homo innocēter sine peccato mortali viueret, nulla indigeret poenitentia, iuxta illud. 2. Paralipo. vlt. Tu domine iustorū non posuisti poenitentiam iustis, & ideo consequētia nō est valida. **Hic** ergo ad notandum vbi non est peccatum mortale, nullam esse necessariam cōfessionem neq; propter præceptum ecclesie semel in anno: quoniam illud nō est nisi determinatio iuris diuini: iure autem diuino sacramentum poenitentiae non est institutum, nisi ad recuperandam gratiam & amicitiam Dei, iuxta illud Luca. 13. Nisi poenitentia habueritis, omnes simul peribitis: per peccatum autem veniale neq; amicitia perditur, neq; homines pereūt. Quare præcedenti articulo dixit D. Th. ob peccatum veniale nullum esse sacramentū institutum, saltē de poenitentia (quicquid alij de extrema vnctione dixerint) certū est. Et reuera si peccata venialia cadunt sub præcepto ecclesie, nunquam canon iussisset, vt vnusquisq; omnia sua peccata confiteretur: quandoquidē de venialibus id non sit humano more possibile. **Quintò** deniq; arguitur. Extrema vnctio, quæ non datur nisi iam iam decessuris, propinquior quàm reliqua sacramenta est vltimo fini beatitudinis: ergo est sacramentorū vltimū. Respondeatur cōclusionē cōsequi, si intelligatur de sacramētis quæ ad vnā psonā spectāt. Ordo autē & matrimoniū sūt postrema.

Quartum argumentum.

Nota.

Quintū arg.

ARTICVLVS. III.

Vtrum sacramentū eucharistie sit potissimū inter sacramenta.



ROST ordinem sacramentorum, sequitur eorum exploranda comparatio in perfectione. De qua re D. Tho. duabus conclusionibus refert. Prior. Sacramentum eucharistie est inter omnia sacramenta potissimum. Probatur tripliciter. Primò ratione eius rei, quæ cōtinet: est enim sub eius speciebus Christi corpus substantialiter. In reliquis verò non nisi quedam eius virtus participata, vt quæst. 3. visum est. Id autē quod est per essentiam præstātius est eo, quod fit per participationem, vt ignis, quàm alia calida. Secundo quia sacramentum eucharistie, vt hætenus crebrò diximus, est cæterorum finis. Sacramentum siquidē ordinis ad ei⁹ cōsecrationē institutum est: baptismus verò ad eius susceptionem ordinatur, ad quam etiam perficitur homo per confirmationem. Poenitentia autem & extrema vnctio est, sicut præparatio ad eius sumptionem. Matrimonium saltem sua significatione hoc etiā sacramentum attingit, quatenus cōiunctionem significat Christi & ecclesie cuius vnitas per sacramentum eucharistie designatur, ea ratione qua Christo illic p nostrā incorporationē vnimur. Vnde Pau. ad Ephes. 5. Sacramentū hoc (scilicet matrimonij) magnum est. ego autē dico in Christo & ecclesia. Tertio, id probatur ex sacramentorum ritu, nam vt. 3. cap. ecclesiast. hier. autor est Diony. pleraq; sacramēta in eucharistia consummātur. Ordinati nanq; illico communicant & etiā baptizati si sint adulti. Imò & in primitiua ecclesia, (vt in. q. de suscipientibus eucharistiam patebit) etiam paruulis porrigebatur eucharistia. **Posterior conclusio.** Aliorum sacramentorum comparatio adinuicem potest esse multiplex: quare secundum diuersas qualitates habent se, sicut excedēs & excessum. Nam si necessitatē spectes, baptismus est omnium potissimum. eò q̄ si ne illo, neq; poterit esse salus, neq; vllum aliud recipi sacramentum. Si verò perfectionem consideres, ordo post eucharistiam alijs præcellit. Deinde cōfirmatio. Post verò poenitentia & extrema vnctio ob id qd nō per se, sed per accidens, vt dictum est, sunt necessaria ad remouendas

K incident

incidentes culpas. Et inter hæc duo poenitentia est maioris necessitatis ad delenda peccata, extrema verò vnctio est maioris perfectionis: quia purificat etiã peccatorum reliquias. Refertur enim ad poenitentiam: sicuti confirmatio ad baptismum. Nam sicut absterfa per baptismum originali culpa augetur per confirmationem gratia: licet respectu actualium delictorum vsu venit in poenitentia & extrema vnctione. ¶ Per spicua hæc omnia sūt & cuiusq; peruia. Sed si quis arguat nõ eucharistiam, sed baptismum omnium esse simpliciter perfectissimum, eò quòd cum sacramenta ordinentur in nostram salutem, illud apparet simpliciter perfectissimũ, quod est simpliciter necessarium: negatur, ex necessitate argui simpliciter perfectionem, imò ex ipsa rei substantia æstimanda est: substantia autem sacramenti est id, quod in se continet. Et ideò eucharistia est simpliciter perfectissimum, baptismus verò secundum quid. Aliàs eadem ratione diceres poenitentiam esse pariter perfectiorem, quia existeti in peccato magis est necessaria. Et quòd fortitudo est magis perfecta quàm iustitia, quia in bello est magis necessaria. In summa quòd pecunia est magis perfecta sapientia, quia pauperi est magis necessaria. Quæ omnia falsissima sunt. ¶ Sed si rursus in D. Th. insurgas, vbi ait, poenitentiam & extremam vnctionem esse dispositionem ad eucharistiam: eò quòd tunc sequeretur prius esse infirmum vngendum, quã consecrata viatica bucella ei porrigeretur. Respondetur, quòd extrema vnctio non perinde est præparatio ad eucharistiam, vt poenitentia, sed quo dammodo quantum ad effectum. Sanitas enim animæ est præparatio, vt vniamur Christo & quia extrema vnctio perficit illam sanitatem, dicitur præparatio ad eucharistiam. At verò ad illam suscipiendam sufficit poenitentia, per quam remouentur peccatorum culpa. Postmodum verò per extremam vnctionem remouentur eorum vestigia & cicatrices, vt digne accedentes in cælo ad illam mensam, quam Christus nobis disposuit, edamus & bibamus supra cælestem eucharistiam, hoc est, eius glorioso corpore & sanguine facie ad faciẽ saturamur iuxta illud eius verbum Matt.

Expositio articuli.

26. Non bibam amodò de hoc genimine vitis, vsq; in diem illum, quo illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.

¶ Primum argumentum. S. Thom. est de matrimonio, quod inter respondendum prætermiserat. Bonum commune præstantius est particulari, vt. i. Eth. Arist. autor est, matrimonium autem ordinatur in bonum commune propagationis humani generis, eucharistia verò in fructum peculiarem sumentis: ergo illud præstantius est. Respondetur priorem præmissam esse veram cæteris paribus: matrimonium autem ordinatur in bonum naturale & temporale, ordo verò sacramentorum æstimatur penes rem spiritualem, qua utiq; ratione eucharistia est maximum, & matrimonium minimum. ¶ Secundò. Illa videtur digniora sacramenta, quæ superiores expostulant ministros: confirmatio autem & ordo non nisi per episcopos conferuntur: ergo sunt digniora, quàm sacramentum eucharistia, quod simplex sacerdos conficit. Negatur maior præmissa, ordinem enim & confirmationem, non quia digniora, sed quia per ipsa instituuntur ordinati & confirmati ad publica officia, principibus, quales sunt episcopi, conferre incumbit, instar reipublicæ humanæ. Sacerdotes quippe ordinantur ad ministranda populo sacramenta: per confirmationem autem Christiani instituuntur ad propugnandam fidem aduersus publicos hostes. Quòd si arguas, aquã baptismalem, cum valeat ad colendam fidem, valere quoq; ad illam tuendam. Respondetur, gratiam baptismalem opem ferre contra peculiare hostes fidei in propria persona, scilicet, contra infestationem carnis, & dæmonum: gratia autem confirmationis ad defendendum illam aduersus publicos hostes: nempe, aduersus hereticos, tyrānos, & infideles. Idcirco per illam constituitur homo publicus miles fidei.

¶ Tertio arguitur. Illa sacramenta sunt potiora, quæ vehementiorem habent virtutem, tria ergo sacramenta characterem imprimunt perfectiora sunt quàm eucharistia. Negatur utiq; consequentia: nam per characteres configuamur sacerdotio Christi: maior autem virtus inest eucharistia per quam ipsi Christo incorporamur. ¶ Quarto deniq; arguitur. Illud est præminen-

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum arg.

præminentius sacramentum, ex quo aliud pender: sine baptismo autem non potest eucharistia suscipi: ergo est præminentior. Respondetur argumentum solum probare præminentiam baptismi respectu necessitatis. Imò inde præstantia eucharistia arguitur, quòd est posterior generatione, posterius enim viuunt foetus anima rationali, quàm sensuali. Subdit autem D. Tho. quòd sicut ordo & confirmatio sunt digniora sacramenta ratione ministrorum quo conferuntur, sic & matrimonium ratione significationis est dignissimum, significat enim, vt ait Paul. ad Ephes. 5. coniunctionem Christi & ecclesiæ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.



VPEREST demum post sacramentorum perfectionem & circa eorum necessitatem perferuari, an omnia sint necessaria. Et respondet D. Tho. sub distinctione duabus conclusionibus. Necessarium enim, vt. 5. Metaphys. text. 6. ait Philosophus, multis modis dicitur. Accipitur enim & pro naturali, vt necesse est graui si permittatur, deorsum ferri: & leui: sursum, & pro violento, vt necesse est iaculum proiectum moueri, & quod ad rem pertinet respectu finis, atq; id dupliciter. Vno modo, simpliciter, vt sine quo finis obtineri nequit, vt cibus est necessarius ad vitam. Atq; alio modo secundum quid, vt sine quo attingi commodè non potest, quemadmodum itinere longo peragendo necessarius est equus. ¶ Est ergo prior conclusio. Primo modo necessitatis tria sunt sacramenta necessaria licet diuersimodè. Baptismus enim est per se simpliciter & absolute cuiusque singulari personæ necessarius, poenitentia verò per accidens, supposito scilicet peccato mortali: sed sacramentum ordinis est quidem simpliciter necessarium, non tamen singulari personæ, sed ecclesiæ in communi, hoc est: fidelium vniuersitati, imò cuiusq; prouinciæ. Probatur, quia sine sacerdotibus, & episcopis non posset diuinus cultus administrari, iuxta illud Prouerb. 11. Vbi non est gubernator

prior concl.

populus corruet. ¶ Posterior conclusio. Secundo modo necessitatis reliqua quatuor sacramenta sunt necessaria. Probatur, quia confirmatio, vt supra diximus, quodammodo perficit baptismum: sicut extrema vnctio, poenitentiam. Matrimonium verò ecclesiæ multitudinem per propagationem conseruat. Sed eucharistia est spiritualis alimonia ad reficiendam virtutem, quæ assidua infestatione dæmonum & sensualitatis quotidie deturatur. ¶ Neq; hic quippiã est, quod nos debeat remorari, nisi quòd forsan quis dubitet cur matrimonium non est in priori conclusione collocatum. Quandoquidem sicut ordo, sic & ipsum est rei publicæ necessarium. Respondetur, quòd ratione spiritualitatis, quatenus est sacramentum non est simpliciter necessarium, sed quatenus officium naturæ, quod illi in lege naturæ pariter competebar, & ideò non connumeratur inter ea sacramenta nouæ legis, quæ sunt simpliciter necessaria. ¶ Primum igitur argumentum D. Tho. iam est solutum, quòd est hoc. In operibus Dei nihil est superfluum, quia esset frustra: id autem quod non est necessarium est superfluum: ergo omnia sacramenta sunt necessaria. Respondetur nanq; ad minorem negando, id quod non est simpliciter necessarium, esse subinde superfluum. Satis est enim quòd sit secundo modo necessarium ad finis commoditatem. ¶ Sed in secundo argumento maior inest difficultas. Sicut de baptismo Ioan. 3. legitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: ita Ioan. 6. de eucharistia. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: ergo sicut baptismus, ita & eucharistia est sacramentum simpliciter necessarium. Respondet breuissimè, quòd illud verbum eucharistia secundum Augustinum in commentarijs eiusdem loci, intelligitur de manducatione spirituali, & nõ de sacramentali. ¶ Contra hanc autem solutionem est argumentum & ad rem & ad hominem. Nam sumptio eucharistia est in præcepto diuino, quòd ecclesiæ determinat fieri semel in anno: atque ipsum D. Th. infra. q. 80. ar. 11. in hoc testimonio Christi fundat: ergo manducatio eucha-

Posterior conclusio.

Expositio articuli.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Argumentum.

ritiæ non solum spiritualis, sed realis est simpliciter necessaria priori modo necessitatis. Ad huius intellectum animaduerendum est, aliquid esse necessarium simpliciter bifariam. Vno modo necessitate finis & altero necessitate precepti. Id dicitur necessarium necessitate finis, sine quo finis obtineri non potest. Et isto modo tria sacramenta prioris conclusionis sunt simpliciter necessaria, & eucharistia quantum ad manducationem spiritualement per fidem vt docet Aug. & nos infra distin. 8. artic. 3. declarabimus. Vbi eadem quaestio mouebitur, vtrum eucharistia sit ad salutem necessaria. Etenim quia ipsa est proprius finis baptismi, ad quem ille ordinatur, per fidem que recipitur in baptismo, suscipitur eucharistia in voto. Et hoc est quod ait Augustinus. crede & manducasti. Necessitate autem precepti sumptio eucharistiae in re est necessaria. Quare Dicitur Thom. quaest. 73. artic. 3. Tam baptismus, inquit, quam eucharistia sunt sacramenta necessaria, diuersimode tamen. Quod si regas, cum verba citata de vtroque sacramento sint simillima, vnde illa discrepantia fingitur, illic eruemus causam ex natura rei. Nam baptismus est necessarius ad inchoandam spiritualem vitam: quare sine illo in re vbi copia eius adest, non possumus inire primam gratiam cum Deo, quod est esse necessarium necessitate finis. Eucharistia autem est necessaria sicut consummatio baptismi, & ideo sumptio eiusdem eucharistiae in voto sufficit ad gratiam, licet vis maneat precepti vt tempore ab ecclesia destinato suscipiatur in re. Tertium argumentum est. Sine baptismo potest quis assequi salutem, nisi adsit eius contemptus, vt distin. 3. artic. 11. patebit: sed omnium sacramentorum contemptus pariter nocet salutem: ergo omnia sunt pariter necessaria. Respondetur, omnium quidem contemptum esse delictum, sed differentia est, quod alia sacramenta non suscipere, etiam si adsit copia illorum, non est contemptus vt de ordine & matrimonio patet: imò & de eucharistia & poenitentia, quando non viget preceptum ecclesiae. Baptismum autem, vbi adest oportunitas, non suscipere contemptus est. Atque hoc arguit ip

Tertium argu.

sum esse solum sacramentum simpliciter necessitatis. Et haec de sacramentis in genere. De qua re, distinctio prima fuerat instituta-

DIS T I N
ctio secunda de
circuncisione &
baptismo
Ioannis.



RÆMISSIS Textus.

in prologo, quæ de cap. j.
sacramentis in genere prænotanda occurrebant, ordo nos docendi commone videbatur tractatum illico Christiani baptismatis exordiri. At quonia duæ antiquitus ceremoniae: nempe circuncisio & Ioannis baptizatio illustris huius nostri sacramenti præambulae antecesserunt, decet, vt hac prius secunda. d. legentiu oculis proponantur. Vt enim circuncisio præparatorium sacramentum nostri baptismi extitit, ita & Ioannis baptisma sacramentalis quaedam fuit eiusdem dispositionio. ¶ In priori ergo parte distinctionis huius quatuor de circuncisione nosse oportet. Fuit enim, si definitionem cupis, sacramentum applicandæ fidei in remissionem originalis. Seu incisio præputij tamquam signaculum, vt ait Paul. iustitiæ

Definitio eius circuncisiois.

Damas.

stitiæ fidei fuitque, vt libro quarto Orthodoxæ fidei Damascenus ait signum distinguens Israel à reliquo orbe.

Cap. ij.

¶ Instituentæ autem circuncisionis causa multiplex refertur. Prima namque princepsque fuit: vt ex Hugone lib. 1. de sacram. par. 11. colligitur, quod crescente ex vna parte scelerum colluue, ex altera verò Christo iam aduentate, caractere illo membri generationis oportuit tum originis labem, quæ radix omnium malorum fuit, tum etiam fidem generandi ex illis patribus Christi, qui vnica fuit nostræ salutis causa, apertius significari. Quapropter congruentissimè in patriarcha illo Abraham (vt Genes. 17. legitur) pacto preceptoque Dei sacramentum illud fuit institutum. Tunc enim & flagitia ardentius flagrabant, & fides Christi ex eius semine venturi in patre illo quam firmissimè viguit. Propter quod ait ad Romanos Paulus. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, ac proinde illi duntaxat eiusque semini huiusmodi sacramenti preceptum iniunctum est.

Genes. 17.

Paul. Rom. 4.

Cap. iij.

¶ Sed & eius ritus congruentissimi fuerunt. Primum, vt tantum in masculino sexu, illoque fieret membro per quod & originis lues deriuatur, & Christi generatio ex illo semine denotabatur futura. Atque

octaua die, vt & circuncisionem spiritualement, quæ fit in anima per gratiam Christi, & omnimodam spoliationem mortalis carnis, que in resurrectione perficienda est, præsignaret. Vtraque enim, spiritualis scilicet & gloriosa circuncisio, octaua die fit. Nam cum lex vetus vt libro sexto contra Faustum auctor est Augustinus, nomine sabbati, quæ septima dies est designatur, lex gratiæ per dominicam significatur. Qua ideo Christus resurrexit, tum gratiam nobis impertitus, tum & resurrectionis pollicitus gloriam.

Aug. lib. 6. contra Faustum. cap. 3.

Cap. iij.

¶ At quauis sub circuncisionis signaculo gratia ad remissionem originalis culpæ infunderetur, non tamen eam circuncisio, vt noster baptismus, sed fides illo sacramento applicata præstabat. Nam Paul. ad Galat. 4. indiscriminatim cuncta illius temporis sacramenta infirmæ egenaque; elementa censet, quasi nihil gratiæ ad salutem conferentia. Eademque adeo sola fides ante circuncisionem in lege naturæ contra eandem originis maculam vnicum remedium erat, iuxta verbum Gregor. 4. lib. Moralium. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui ex Abraham stirpe prodierunt, mysterium circuncisionis.

Greg. 4. lib. moral. de cõsecra. d. 4. c. Quod apud.

Cap. v. ¶ In altera distinctionis parte duo itidem de baptismo Ioannis sunt contemplanda. Fuit quippe decen- tiffimum, vt ritus ille ante Christi baptisma Deo inspirante impera- teq; institueretur, iuxta illud Ioã. 1. Qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit, &c. Nempe, vt illic tactu suæ mundissimæ carnis (vt ait Beda) Christus aquas ad suum baptismum consecra ret, ac perinde populo innotesceret, tanquã il- le, qui futurus erat in spiritu san- cto baptizatus. Sed & Iudaici quo- que illius populi causa eundẽ ritũ institui decuit, vt lotionis illius af- fuetudine ad euangelicum baptis- ma afficeretur, & pœnitentia, quã illic Ioannes prædicabat, ad eun- dem idoneè suscipiendum præpa- raretur. Vnde redemptor ipse Matt. 21. Baptismus, inquit, Ioanis vnde erat è cœlo, an ex hominibus? qua- si dicat, è cœlo.

¶ Veruntamen baptismus ille gra- tiam iustificantem nemini contu- lit, testante id ipso Baptista Mat. 3. Ego enim inquit, baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est, fortior me- est, cuius non sum dignus calcia- menta portare, ipse vos baptiza- bit spiritu sancto & igne. Imò ve- rò nec sacramentũ fuit propriè, sed sacramentale quoddam nostri bap- tismi. Ex quo fit consequens, vt qui in Ioannis baptismo (vt A-

ctuum. 19. legitur) essent baptiza- ti, iterum Christi baptismo tene- rentur intingi.

DISTINCTIONIS

2. Quæstio. 1. de circũ- cisione.

S. Thom. 3. par. quæst. 70.

ARTICVLVS. I.

Vtrum circuncisio fuerit præparatoria & figura- tina baptismi.



ISTINCTIONEM præsentem in duo parti- tumus. Prior nãq; pars tractatum circuncisionis continet, posterior verò disputationem baptismi

Ioannis. Nã etsi D. Th. de circuncisione in calce tractatus de baptismo quæstionem subiungat, visum tñ mihi est tũ q̄ anti- quius sacramentum, tum quod ad nostrũ baptismum quasi præambulum fuit, sermo- nem eius antepone, cumq; illo, qui est de baptismo Ioannis coniungere: vt iste ambæ ceremoniæ adytum nobis ad ma- teriam baptismi aperiant. Est ergo quæ- stionis primæ articulus primus. Vtrum circuncisio fuerit præparatoria. Ad quã hac affirmatiua conclusione D. Tho. res- pōdet. Circuncisio fuit præparatoria figu- ra baptismi, quam probat autoritate A- postoli ad Colos. 2. Circuncisi estis circũci- sione nõ manu facta in expoliatione cor- poris carnis, sed circuncisione Iesu Christi cõsepulti ei in baptismo. Vbi baptismũ Apostolus ob id circuncisionẽ appellat quod per antiquam circuncisionem præ figurabatur scilicet veritati ipsi nomen figuræ accomodans propter eiusdem culpæ remissionem, quæ illic fiebat per fidem, & hic per sacramentum. Rationẽ præterea ex eodem. Diuo Aug. hic Sãct. Thomas, firmissimam subiungit. Fides

Actuum. Paul. ad Ce- lessen. Conclusio ar- ticuli.

nanque antiquorum patrum & nostra, eadem est: nam ea, quæ illi futura crede- bant, nos facta confitemur iuxta illud. 2. ad Corinth. 4. habentes eundem spiritũ fidei credimus: circuncisio autem erat eiusdem fidei protestatio, & professio, si- cuti apud nos baptismus: secundum il- lud ad Galat. 5. Testificor omni homini circuncidenti se, quoniã debitor est vni uersæ legis faciendæ. Vnde ad Roma. 4. Paul. Abraham, inquit, accepit circunci- sionem, tanquam signaculum fidei, quo scilicet homines tunc cœtui fideiũ ag- gregabãtur, veluti modo per baptismũ: fit ergo consequens, vt fuerit illa huius præparatoria figura.

¶ Animaduertendum est in præsentiarũ Manichæos in circuncisionem absurdĩ- simè fuisse blasphemos. Aiebãt enim nõ- quam bonum Deum & honestũ in illo depudendo membro regenerationẽ sui filij præsignasse, sed inuentum fuisse ma- li turpissimiq; Dei: qui pueros illo vul- nere cruciare constituit. Quam quidem blasphemiam D. Aug. libr. 6. contra Fau- stum cap. 3. retundit, dicens, quod secun- dũ Paulum ad Titũ. 1. omnia sunt mũda mũdis, ac potissimũ Deo: qui ideo decẽ- ter ea parte potuit tum originis labem, tum & Christi genituram designare. At præter Manichæos etiã Pelagiani, quia vitium originale non agnoscebãt, subin- de sacramentum circuncisionis tanquã eius remediũ abnegabant. Contra quos idem Augustinus libro. 6. contra Iulianũ capitulo tertio cõclusionem hanc Diui Thom. affirmat Cuius gratia Sanct. Do- ctor præsentem articulum scripsit. ¶ Vi- deri tamen hic cuiquam potest Diuum Thomam initialem articulum prætermi- sisse: debuisset nanq; prius necessitatem circuncisionis declarare. Nã cum vt quæ- stione. 2. distinctionis præcedentis osten- debamus, omni tẽpore legis naturæ fue- rint aliqua sacrificia cõstituta, quæ suo modo erant sacramenta, etiam in reme- dium originalis culpæ, nulla apparet ne- cessitas circuncisionem adhibendi. Hãc tamen necessitatem supra eadem quæst. 61. artic. 3. ad secundum explicuit. Nam cum processu temporis quantò plus hu- manum genus à suo elongabatur initio

Paul. Gal. 5.

Paul. Rom. 4.

Expositio ar- ticuli. Manichæorũ blasphemia.

Pelagianorũ hæresis.

Aug.

Contra. S. Th.

peius peccata rationis lucem obscuraf- sent, & quantò propius aduentus Chri- sti appropinquasset, tantò debuissent fi- dei sacramenta explicatiora institui, de- cuit, vt tempore Abrahæ sacramentum institueretur, quod explicatiũ tum ori- ginalem maculam, tum etiam aduentan- tis Christi generationem luculentius de- clararet. Sententia est Hugonis libr. 1. de sacramentis parte. 11. capitu. 6. ac deinde Alexandri Alenis quarta parte quæst. 7. membro secundo & Diui Thomæ. in. 4. dist. 1. quæst. secunda. Quocirca neces- sitas circuncisionis non fuit simpliciter ad delendum peccatum: nam antea etiam debebatur per fidem Christi, vt paulò in- ferius explicabitur; aliter applicatam, sed vt eadem fides ad illam abstergendã maculã expressiori signo applicaretur.

¶ Contendit hic Alexander, & D. Tho- mas circuncisionis definitiones accumu- lare, quæ diuersas eius qualitates expli- cant. Fuit enim, si ad primariũ eius effe- ctum attendas, circuncisio signaculum curationis ab originali. Sed in hoc non differebat à baptismo, nisi intelligamus fidei signaculum duntaxat & non cau- sa gratiæ iuxta verbũ citatũ Pauli ad Ro- manos quarto. Nam baptismus sic est si- gnaculum, vt sit etiam causa gratiæ. Fuit etiam signum: vt ait libro quarto Dama- scenus. capit. 26. distinguens Israel à re- liquo gentiliũ orbe. Hic enim fuit se- cundarius eius effectus. ¶ At verò nos in textu exactius forsan sacramentum hoc duobus modis definiuimus. Nam cum sacramenta, vt distinct. 1. quæst. 1. articu. 1. monstrauius, & generaliter signa sint & peculiariter actiones quædã & passio- nes, vtraque ratione commodissimè dif- finiuntur. Primò, vt sacramentum ponatur loco generis, loco autem differentiæ effectus peculiaris eiusdem sacramenti. Et secundo modo si illa actio vel passio fungatur vice generis. Priori ergo ratio- ne circuncisio est sacramentũ applican- de fidei in remissionem originalis culpæ & posteriori, est incisio præputij tanquã signaculũ iustitiæ fidei. Ambabus enim rationib; definitio generalis sacramenti scilicet, sacre rei signum, ad hoc singula- re adaptatur. Et quoniã illic fiebat pro-

Hugo. lib. 1.

Alex. Ale.

Definitiones circuncisionis.

Damas.

Definitio le- gitima auto- rib.

fectio fidei, cōferebaturq; gratia ad eius culturā, illic imponebatur circumcisonomen, quasi ille tūc nomen suum daret in illam religionem. Quare licet angelus atulerit de cœlo nomē Iesus, nō illud ipse ei imposuit, sed iussit Iosepho vt sic eum vocaret, qđ ipse in die circūcisiōis fecit.

Primum argumentum.

¶ Sed est primum argumentum Sancti Thomæ. Figura similitudinem aliquā cū figurato habere debet: circumcisio autē nullam videbatur habere baptismi: sane cū illa ferro, hic autē aqua fiat. ¶ Ad hoc argumentum aliter in. 4. quā hic respōdet. Non enim tantū similitudinem cū baptismo decuit habere, verum & expreffio-

Similitudines circumcisiōis baptis.

fiorem significationem tū originalis culpæ, tum curationis à Christo exhibendę. Culpam autem designabat, primo quia in mēbro generationis sculpebatur, per quam contrahitur. Secundō quia circulariter fiebat, ad denotandū quod prius persona Adę infecit naturam, quę quidē natura singulas postea personas commulcat. Et tertio, quia dolorem contra delectationem concupiscentiæ excitabat. Sed in sanguinis effusione significabat passionem, qua Christus vitiū illud erat curaturus, cuius vtiq; generatio caractere quoq; illius mēbri designabatur. Quę potissima eius institutionis causa fuit: videlicet, vt tam celebri sacramento nasciturus Messias mentibus illius gentis impingeretur. Hic autē duntaxat adducit similitudinem cum baptismo. Nam præter effectū spiritualē remissionis culpæ, forma ipsa sacramenta erat quædā imago baptismi. Etenim sicut in circumcisiōne auferebatur carnalis pellicula, ita & in baptismo expoliamur à carnali conuersatione. Et est doctrina Diui August. loco supra citato contra Faustum libro 6. & Damasceni loco proximē allegato. Illic enim quod generationi necessariū erat, non amputabatur, sed membri operculum, quod superfluam voluptatē gignit. Et pariter in baptismo non expoliamur à conuersatione carnis, quę est vitæ necessaria, vt cibo, & potu, & ceteris. Sed relinquere tūc profitemur superfluā concupiscentiam, quæ ex originali culpa succreuit. Quocirca vt comprehēsim mysteria circumcisiōis colligamus, fuit

Aug. et Damasc.

Circūcisiōis mysteria.

signum in primis distiactiuū illius populi à reliquis gentib⁹, memoratiuū originalis culpæ: ac suo modo eiusdem purgatiuum, quatenus per fidem illic applicitam diluebatur: figuratiuū baptismi, allegoricum Christi, morale, quo admonebantur homines castitatem seruare, atq; anagogicum deponendę corruptibilitatis carnis & sanguinis in postrema resurrectione glorificatorum corporum.

Secundum argumentum.

¶ Secundum argumentum facile est. Paulus. 1. ad Corinth. 10. potius meminit maris, per quod priscus populus per desertum transiuit, & nubis, qua fuit protect⁹ tanquam figurarum baptismi, dicens, qđ in nube, & mari fuerunt baptizati, ergo illę potius res, quā circumcisio fuerant figura. Respondetur, quod res illæ quantum ad materiam baptismi, eiusque virtutem expreffio-

Tertium argumentum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum circumcisio fuerit conuenienter instituta.



I ergo necessaria fuit modo exposito circumcisio, scire restat, vtrum tempore congruo fuerit instituta. Nam arguitur, quod institui debuerit illico post peccatū, vt potē in cuius remedium instituebatur: vel si institutio

tutio eius differri debuit, oportuisse videtur, vt in lege Moyfi fieret, cuius legis sacramentum erat: & tamen non fuit instituta nisi tempore Abraham. Respondet nihilominus Diuus Thomas vnica vt apparet conclusione: videlicet. Conuenienter circumcisio instituta fuit in Abraham. Sed est notādum, quod non solum ait, tempore Abraham, sed in Abraham, duas scilicet innuens cōclusiones. Vnam, quod tempus Abraham fuerit huiusmodi institutioni aptum. Alteram verō, quod ipsi tantum, suoq; semini inter mortales fuerit præcepta. Et primō probat simul ambas: quia institutio fuit facta à Deo Genes. 17. cuius perfecta sunt opera. Secundo sic, Duplex fuit ratio instituenti circumcisiōis: videlicet, vt esset professio fidei Christi, & vt per illam singularis populus, vnde Christus erat nasciturus, à reliquo fecerneretur orbe. Vtraq; autem ratio reperta fuit in Abraham: nā & ipse primus iussus à Deo fuit egredi de terra sua, & de generatiōe sua, vt Genes. 12. legitur. Ipsiq; postmodum, vt Genes. 22. habetur, prima facta fuit pmissio nascituri Christi ex suo semine, in quo omnes gentes benediceretur: ergo in ipso fuit congruentissimē illud circumcisiōis sacramentum institutum.

Prima cōclusio.

Secunda conclusio.

Genes. 17.

Expositio articuli.

Initium idolatriæ per Ninum.

¶ Hic primum circa tempus Abraham aduertendum est, illud fuisse initium tertie ætatis mundi. Durauit enim mundi infantia vsq; ad diluuium annis. 1656. Pueritia verō inde vsq; ad Abraham fermē. 300. annis. Ortus enim fuit anno mundi. 1948. Cū autem. 75. esset annorum, vt legitur Genes. 12. iussus est egredi terra sua, & cognatione sua, quippe quæ in generationibus Nembroth plena iam erat spurcitia, & idololatria. Paulō enim ante eius ortū Ninus in Babylone idolatrię initiū fecerat: vt pote qui Belo patri diuinos honores instituerat. Et quoniam cū idololatria semp nefandū vitiū succreuit, illo etiā tēpore viguit Sodorum, Gomorreorumq; spurcitia. Deinde eum. 99. annorū esse coepisset, vt legitur Genes. 17. fœdus pepigit cū Deo seruandę fidei venturi Messie, atque adeo in signum fœderis præceptum accepit circumcisiōis, quo à reliquis gentibus discer-

neretur. Instituta fuit ergo circumcisio anno ab orbe cōdito. 2048. Deinde effluxit tertia mūdi ætas: nēpe, adolefcentia quadringētis annis, & eo ampli⁹ vsq; ad latam legem per Moysen. Atq; inde processit quarta vsq; ad David, & quinta vsque ad captiuitatem Babyloniæ. Et sexta vsque ad Christum, qui initium fecit septimæ anno mundi. 3960. Vnde fit vt inter ortum Abraham & ortum Christi interfluxerint duo annorum millia adiectis. 12. ¶ Hæc ergo ad intellectū articuli huius adnotare opus fuit. Per hæc nā que primum, & secundum argumentum D. Thomæ facile diluuntur. Haud enim illico post peccatū Adæ necessaria fuit circumcisio, vel ad explicandam originalem maculam, vel ad exprimendam veritatem fidei venturi Christi. Nam Adā ipse vtriusque diuinitus doctrina imbutus erat, quam suam posteritatem viuua voce docebat. Sed illa fides propter succrescentia in dies gētium scelera tempore Abraham, vt dictum est, obnubilabatur & tenebrescebat. ¶ Secundū argumentum est, quod cum per circumcisiōnem, vt ait Paul. ad Galat. 5. fieret legis professio condecere videbatur, vt nō in Abraham, sed in Moyse, per quem lata est lex, institueretur. Respondetur autem potius fuisse congruum, & ad rem necessarium, vt populus ante in vnam religionem coadunaretur, quā illi scriberetur lex: nam legis fundamentum, religio est, quippe cum lex ad bonum publicum populi sit aliquo signo sensibili. Nam, vt ait saepe citatus August. libr. 19. contra Faustum, non potest sine signo sensibili coadunari religio. Quapropter decuit peculiarem illum populum illo caractere ante legem insigniri. Addit autem illos patres, qui fuerunt ante legem, familias suas de diuinis per modum paternæ admonitionis instruxisse, iuxta verbum domini de Abraham Genes. 18. Scio quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini. Hoc autem verbum in duplici sensu legi potest. Primo modo vt solum intelligatur de patribus succedentibus inter Abraham, & legem, vt de Isaac, Iacob, &

Instituta circumcisio quæ do.

Primum argumentum. D. Thom.

Secundum argumentum.

Genes. 18.

& reliquis. Non enim ait ante circūcisio-
nem, sed ante legē, vt tacitæ obiectiōni
respondeat. Si enim circūcisio tanto tē-
poris curriculo ante legē fuit præcepta,
& non fuit scripto promulgata: quo mo-
do potuit durare in memoria hominum
vsque ad legem? Et respondet, quod vi-
ua voce parentum ad filios, filiorumque
ad nepotes. Et hic est legitimus sensus
huius literæ. Nihilominus verum est, qd
ante circūcisionem etiam patres edoce-
bant suas familias de diuinis viua voce,
& quantum ad notitiam originalis cul-
pæ, & quantum ad fidem, per quā remit-
tebatur, licet ante tempus Abrahæ iam
illa notitia contenebretur.

*Tertium ar-
gumentum.*

¶ Tertium argumentum maioris est pō-
deris: nam esto tempore Abrahæ debue-
rit circūcisio institui, non tamen appa-
ret eius soli femini præcipi debuisse: imò
cum figura esset baptismi, qui vniuersis
populis conferendus erat, debuit & ipsa
pariter vniuerso orbi iniūgi. Et quidem
D. Thom. hoc tantum respondet, quod
cum baptismus perfectionem in se salu-
tis contineat, ad quam Deus vniuersos
mortales euocat, iuxta illud. 1. Timoth.
2. Qui vult omnes homines saluos fieri,
debit vniuersis exhiberi, circūcisio ve-
rò non erat nisi figura quædam Christi,
qui ex illo singulari populo nasciturus
erat, & ideo non debuit nisi illi populo
iuberi. ¶ Quo autē respōsio apertior fiat
adnotanda sunt institutionis verba. Ge-
nes. 17. Sunt enim huiusmodi. Hoc est pa-
ctum meū, quod obseruabitis inter me,
& vos, & semen tuum post te. Et loque-
batur Deus peculiariter Abrahæ. Circū-
cidetur ex vobis omne masculinum, &
circūcidetis carnem præputij vestri, vt
sit signum fœderis inter me, & vos. Vbi
pronomina illa secundæ personæ toties
repetita designant præceptū soli illi gē-
ti positum. Sed est præterea notandum
discrimen inter sacramentum circūci-
sionis, & alia, quæ fuerunt iuris naturæ.
Illa enim, vt distin. x. q. 2. dicebamus, nō
fuerunt determinata præcepto diuino
exterius, sed tantum erat obligatio inter-
ior, vt aliqua fieret fidei pteſtatio, quā
singulæ nationes suis proprijs sacrificijs
designabant, quoniam sola fides paren-

*Circūcisio-
nis institutio*

*Discrimē in-
ter circūci-
sionē, & sa-
cramenta le-
gis naturæ.*

tum, quocunq; signo etiam interiori ap-
plicita, vt infra patebit, delēdæ origina-
li culpæ sufficiebat. De circūcisione au-
tem fuit positum peculiare præceptum.
Et hoc est, quod ait venerabilis Hugo li.
1. de sacramentis. part. 12. cap. 2. videlicet,
sacramenta antiquiora secundum volū-
tatem hominum fuisse instituta, circūci-
sionem autem præcepto Dei, idq; adeo
fuit primum, quod de sacramentis in sa-
cra pagina reperitur. Itaque verbum il-
lud circūcidetur ex vobis, &c. æditio-
nem præcepti designat. Ad cuius vtique
vehementiorem exaggerationem subdi-
tur. Masculus, cuius præputij caro cir-
cūcisā non fuerit, delebitur anima illa
de populo suo, quia pactum meum irri-
tum fecit. ¶ Verbū autem delere, bifariā
exponi solet, quemadmodum nomē pa-
cti de duplici pacto intelligi valet. Nā
si delere, ad perpetuam animæ damna-
tionem referatur, sic nō quadrat, quod
pactum intelligatur de illo tūc cū Abra-
ham inito: nā cū paruulus ante vsum
rationis nō circūcisus pactū illud non
frangeret, quia culpam non committe-
bat, non erat cur idcirco damnaretur. Et
ideo Aug. 16. de ciuit. Dei. cap. 27. ad illā
deletionem alludens, ait, nomē pacti re-
ferendum esse non ad illud, sed ad aliud,
antiquum, Adæ propositum. In quacun-
que hora comederis ex eo, morte morie-
ris: scilicet, spirituali, & mortalitate cor-
porali. Itaque sensus sit, anima cuiusque
incircūcisus peribit ob peccatum origi-
nale, quod ab Adam frangente Dei pa-
ctum contraxit. Et hūc sensum sequitur
Hugo loco citato, & antiqui patres. A-
lijs autē violētus apparet eiusmodi sen-
sus: videtur enim litera de pacto præsen-
ti loqui, & deleri animam de populo po-
tius alludere ad vitam corporalem, quæ
in sacris literis vocatur anima: vt sit sen-
sus, capite pleſtetur homo ille. At profe-
ctò si circūcidi legatur passiuè, nō qua-
drat interpretatio hæc: nā paruulus ob
id, quod non circūcideretur nullā me-
rebat corporalem pœnam. Sed tamen
Hebraicè legitur circūcidere actiuè, pu-
ta clausus (sic enim vocabatur incircūci-
sus) qui nō circūcidet carnē præputij
sui, peribit, &c. Et sic legit Aug. Et tūc po-
test

*Circūcisio-
nis præceptum.*

Delebitur.

*Aug. 16. de
ciuit. cap. 27.*

Hugo.

test verbū adaptari ad adultos, qui nisi
suā carnē suorumq; liberorum circūcide-
rent, pœnam subirent mortis. Et profe-
cto vtraq; lectio sustineri potest. Imò ar-
bitror vtrunq; simul sensum in illis ver-
bis contineri. Nam quod absque circūci-
sione nulli tunc masculo illius populi
post octauum diem pateret salus certissi-
ma fides est. Quod autem supplicium ca-
pitis esset adulto, non se, aut suum filium
circūcidere, non est dubitandum: nam
idem supplicium extat nunc Christiano
& Christiani filio si baptizari se, aut pro-
lem suam renueret. Et confirmatur ex il-
lo Exodi. 4. vbi legitur, quod Deus vo-
luit Moysen perimere, eo quod proles
suas masculinas non circūcidisset. Stat
ergo sententia, quod circūcisio fuit soli
femini Abrahæ a Deo ante legem præ-
cepta.

Argumenta.

¶ Arguitur nihilominus contra singulas
particulas. Primū sequeretur præceptū
illud potius censendum esse legis natu-
ræ, quàm scriptæ, eo quod pluribus quā
quadringētis annis ante scriptam legem
fuerit positum. Consequens tamen vide-
tur falsum: nam cū per circūcisionem
fieret professio legis scriptæ, vt ait Pau-
lus ad Galatas quinto. & solis Hebræis
fuisset posita, & cessante lege cessauerit,
apparet porius præceptum legis Mosay-
cæ. Respondetur autem, præceptum il-
lud quodammodo dici posse legis natu-
ræ quantum ad tempus institutionis: cō-
modius autem & significantius dicitur
præceptum legis scriptæ, propter ratio-
nes modò tactas. Præcepta nanque natu-
ralia vniuerso orbi sunt posita: circūci-
sio verò solis Hebræis mandata, tanquā
præparatio quædam ad legem scriptam,
vt dictum est. Et hoc est, quod Christus
docuit Ioann. 7. Moyses dedit vobis cir-
cūcisionem, non quia ex Moysse est, sed
ex patribus, scilicet, Abraham, & sua so-
bole. Imò verò hoc etiam circūcisio à
lege Moyſi differebat, quod ipsa à solo
Deo immediatè p angelū fuit præcepta,
lex autem per Moysen data. Et ratio dif-
criminis fuit, quod verum sacramentum
conferens gratiam (vt supra diximus) à
solo Deo debet institui, qui autor est gra-
tiæ: quare Christus solus nostra instituit
sacramenta: morum autem leges condit

Ioann. 7.

Deus per legislatores, iuxta illud Prover-
bio, octauo. Per me reges regnant, & le-
gum conditores iusta decernunt. ¶ Secū-
dò arguitur contra solutionē D. Thomæ
quod quia baptismus perfectionem con-
tinet salutis, debet dari vniuerso orbi,
circūcisio verò, quia tantum erat figura
Christi, non nisi illi populo. Nam post
quam circūcisio ad delendū originale
instituebatur, quod vniuersos mortales
infecerat, semper viget argumentum, qd
quanuis esset figura Christi, nihilominus
deberet vniuersis proponi. ¶ Tertio Hie-
remiæ. 9. legitur, Ecce dies venient, dicit
dominus, & visitabo super omnem, qui
circūcisum habent præputium, super
Aegyptum, & super Iudam, & super Edō
& super filios Ammon, & super Moab,
Vbi ait Hieronymus omnes illas gentium
nationes habuisse in more circūcisionē
licet non essent Israelitæ. ¶ Quarto con-
firmatur ex historia Ismael, qui circūci-
sus fuit, vt legitur Genes. 17. ergo sua so-
boles eadem lege tenebatur, & tamen
fuit exclusus præcepto domini à familia
Abrahæ, vt legitur Genes. 21. Eijce ancil-
lam, & filium eius. Idemque fit argumē-
tum de Esau, qui separatus est à fa-
milia Isaac, iuxta illud Pauli ad Roma.
9. Iacob dilexit, Esau autem odio habuit
ergo non solum semen Abrahæ teneba-
tur circūcidi. ¶ Et quinto arguitur Abra-
ham non solum iussus est filios circūci-
dere, verum & seruos tam vernaculos,
quàm emptitios, qui non erant de sua fa-
milia, eisdemque præceptum exequens
circūcidit vt Gene. 17. legitur: ergo non
sola Abrahæ generatio lege circūcisio-
nis obligabatur.

*Secundū ar-
gumentum.*

*Tertium ar-
gumentum.*

Quartū arg.

Quintū arg.

Ad secundū

¶ Ad secundū respondetur, quod cū fi-
des venturi Messie tam esset sublimis, &
creditū difficilis, non eā illico Deo in vni-
uersum orbem euulgauit, quoniam non
erat tāti mysterij capax, sed selegit præ-
stantissimum tunc omnium mortalium
Abrahā, cui mysterium seorsum cōcredi-
dit. Et quia credidit ex Sarra iā sterili su-
per naturam suscepturum prolem, quæ
erat mysterium Christi ex virgine nasci-
turi, patrem eum tum secūdū spiritū, vt
ait Pau. Ro. 4. omniū credētū elegit. Ob-
idq; iussit eum exire de domo, & cogna-
tionē

tione sua, vt in regione illi consignata se motus à reliquo orbe, illo circūcisionis caractere insignitus, tanquam seminarium Christi vitam degeret. Quare & in ditum est illi nomē, Abraham, quod est, pater multorum. Vnde ad formam argu menti respondetur, quod circūcisio duo habuit. Fuit enim & remedium contra morbum, & præceptum: & tanquam remedium fuit vniuersaliter proposita gē tibus cunctis, quæ illam sua sponte vel lent recipere, vt legitur Exod. 12. Si quis peregrinorum in vestram voluerit trāsire coloniam, & facere Phasc domini, circūcidetur prius omne masculinū eius, & tunc rite celebrabit, eritq; sicut indigena terræ. Sed tamen quia non solum propter originale, vt diximus, sed propter mysterium generandi expectandiq; Christi potissimū instituebatur, illi populo peculiariter fuit in præceptū, atq; adeo in illo generationis membro. Reli quo vero orbi sufficiebant sua sacrificia vt antea. Ad tertium respondetur, Gētes illic commemoratas religionem circūcisionis suscepisse, non tanquam sacramentum, quod iuxta verbum Pauli, professio erat seruāda legis Iudaicæ, sed propter imitationem, quia placebat eis illa ceremonia. Qua ratione etiam Mahumetus suæ familiæ illam iussit: quare per illam non mundabantur ab originali, velut si modo aliqua gentes baptizaretur absq; intentione profitēdi legem euangelicā. Et ideo Deus pposuit illas gentes in exemplum Iudæis, dicēs, quod eum ipsi, scilicet Iudæi, incircūcisi essent corde, legem præuaricantes, non plus illis proderat circūcisio, quàm Amonitis, aut Moabitibus. Ad quartum verò respō detur, quod descendentes ab Ismael, qui dicuntur Agareni ab Agar eius matre, & descendentes ab Esau, qui dicuntur Idu mæi, licet primi eorum parentes fuissent circūcisi, tamen quia iussu Dei fuerunt exclusi à familia Abraham, non teneban tur lege circūcisionis, sed saluari pote rant in lege naturæ. Secus de decem tribus censendum est, quæ sub Ieroboā fecerunt à reliquis duabus vt refert hi storia. 3. Regum. 12. nam illa non fuit ex clusio à familia Abraham, sed diuisio vni⁹ populi in duos: quare illi, qui secesserunt,

Circūcisio duo habuit.

Ad tertium.

Ad quartum.

3. Reg. 12.

nomen retinuerunt Israelitarū. Quod si me roges, vtrū si quis illius populi per apostasiam transfret ad gentilitatem, teneretur nihilominus filios suos circūci dere. Responderetur, quod reuera teneba tur, sed postmodum lapsu longi tempo ris possent sui posterii laborare ignorantia inuincibili legis Mosaycæ, & ideo possent saluari sicut reliqui in legē natu ræ. At verò quintum argumentum maioris est momēti, tā de vernaculis, quàm de emptitijs seruis. Sūt enim qui teneāt affirmatiuam partem: videlicet, quod Abraham, & quicūq; Iudæus teneretur circūcidere famulos, & seruos suos, etiā inuitos. Cuius sententiæ fuit Caieta. su per eodem loco Genes. 17. propterea quod ait textus, Abraham circūcidisse omnes vernaculos domus suæ, id est, qui in do mo sua nati erāt, vniuersosq; quos eme rat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ. Vnde infert, quod etiam pa store, & procuratores suos, & eorū filios circūcidere tenebatur. Abulensis verò super Genes. 17. & super Exodi. 12. quæst. 56. distincti⁹ loquitur. Ait quippe, quod tenebatur Iudæi circūcidere emptitios seruos, non autē alios, qui liberē serui ebant. Eo qd seruus, vt ait Philosophus Ethic. 5. & Poli. 2. est possessio domini, & ideo sicut de equo suo, ita valet de illo li berē disponere. Respondetur ergo pri mū qd reuera amplitudo opinionis Ca iet. de mercenarijs neutiquā sustineri po test: nā cum illi, qui nō descendebant ex femine Abraham, nō teneretur lege illa cir cūcisionis, nullū erat iuseos cogēdi. Imò verò neq; opinioni Abulēsis meo calcu lo suffragarer, quinuerò arbitrator nec ser uū nec liberū, qui nō descēderet ex femi ne Abraham, vigore illius legis fuisse inui tū circūcidendū. Et ratio est, quia lex il la semini dūtaxat Abraham, vt ait Hugo lib. de sacram. par. 12. cap. 2. posita fuit, vt distingueretur à reliquis mūdi gētibus: igitur si quis seruus vel bello caperetur, vel emeretur pretio, nō subinde obliga batur illi legi, atq; adeo nec poterat vi vlla circūcidi, nisi sua se sponte vellet eidem religioni mancipare. Et confirma tur hoc planē. Qui circūcidebatur, vt ait ad Galat. Paul. debitor efficiebatur vni uersæ legis faciendæ: nemo autem inui tus

Dubitatio.

Ad quintū

Caietanus.

Abulensis.

Aristoteles.

Sententia au toris.

Hugo.

tus potest legibus alicuius reipublicæ, cuius ille non est membrum, vinciri. Ad de quod si inuiti illi circūciderentur, nō recipere gratiam remissionis origina lis, sicut neque modò qui coacti & recla mantes baptizarentur. Iniuria ergo illis irrogaretur maxima si circūciderentur inuiti. Neque vlla ratione credendū est, qd domini deberent seruos ob id solum circūcidere, vt dignoscerentur esse suæ familiæ: nam cum illa ceremonia esset in stituta ad applicandam fidem vēturi, & ad suscipiendam illam legem, illi, qui re nuebant illam suscipere, non erant caractere illo consignandi: aliās esset mien dax signum. Et sequitur præterea, quod si inuitus circūciscus vellet postea sua sponte fieri Iudæus, neutiquam illi pos set applicari sacramentum: quia nullum ei restaret rescindendum præputiū. Mul tō ergo minus tenebantur domini circū cidere mercenariorum infantes, & ver naculos descendentes ex hominibus li beris, nisi consentientibus parentibus, si illos haberent. Qui autem nascerentur domi ex ancillis vel seruis iam Iudæis, iure poterant circūcidi: nam & qui mo dō filij sunt Christianorum ad baptisma cogendi sunt. Itē infantuli ex seruis non Iudæis nati, si essent parentibus orbat, possent ante vsum rationis à dominis cir cūcidi, eò quod haberent eorum curā, sicut modò possent baptizari. Si quis autem contendere pergat, quod Iudæus non deberet admittere mercenarios in domum suam, nisi se vellet circūcidere, gratis loqueretur. Cur enim non pos sent admittere famulos incircūcisos? Præ terquàm quod Exodi. 12. expressè habe tur, qd advena, & mercenarius non debe rent edere paschalem agnum, quia non erant circūcisi. Vnde colligitur, in domi bus Iudæorum fuisse famulos incircūcisos. Ad legem ergo illam Gen. 17: qd vernaculi, & emptitij serui erant circū cidendi, respondetur intelligendam esse cōditionaliter, si vltro ipsi vellēt. Et ita tenet Alex. 4. par. q. 7. membro. 3. art. 2. Et colligitur hic sensus ex verbis illis Exo di. 12. de esu paschali. Omnis autē seruus emptitius circūcidetur, & sic comedet. Hoc est, si comedere voluerit, circūcida tur prius, sin minus ad conuiuium mini

Notandum.

Exclusio can illi.

Exo. 12.

Expositio le gis circūci sionis. Alexander

mè admittatur. Atq; hac ratione Gen. 17. bis ponitur, Circūcidetur, vt prius sit ab solutū præceptum, polterius verò cōdi tionale: Infans octo dierū circūcidetur in vobis, omne masculinū in generatio nibus vestris. Hactenus est præceptum. Tam vernaculus, quàm emptitius circū cidetur, & quicūq; non fuerit de stirpe vestra. Hoc est conditionale, si vellēt. Nā cum hæc tria postera mēbra sub eodem contextu connectantur, & eos, qui non erant de stirpe, manifestum sit nō potuif se cogi, planum fit idem esse, tum de ver culis tumetiā de emptitijs sentiendum. Quocirca dum præceptū resumitur: Mas culus, cuius præputij caro circūcisa nō fuerit, delebitur anima eius de populo suo, quia pactū meum irritum fecit, nihil resumitur de vernaculis, aut emptitijs, aut alienis ab illa stirpe: quia non erat illis simpliciter necessaria circūcisio, sed soli semini Abraham, cum quo pactū ini tū erat. Quod autē Abraham circūcideret vniuersos mares familiæ suæ, ait Bo nauentura lib. 4. dist. 1. fuisse opus super abundantis iustitiæ. Haud tamen credi derim vllum renitentē circūcidisse in uitū, sed cum esset vir integerrimus, & eximia autoritatis apud suos, omnibus religionem illam persuasit, & sic circūcisi sunt vniuersi. Quartum denique ar gumentū D. Tho. est de sexus distinctio ne. Spiritus circūcisio: nempe, baptis mus indiscriminatim vtriq; sexui conue nit: nā autore Paulo ad Galat. 3. in Chri sto Iesu non est masculus, & fœmina: fi gura autē debuit veritati congruere, in cōgruē ergo solis masculis data fuit. Hic nota, qd si quæretur cur circūcisio sub ra li forma fieret in masculis, & non in fœ minis, ridicula fit quæstio: nam fœmi nis accommodari non poterat. Sed ta men quæstio est, cur fuerit institutum il lud sacramentum, quod solis masculis posset accommodari. Respondet igitur D. Thom. duas rationes illius distinctio nis. Prior est omniū potissima: nempe, quod data fuerit in signum fidei, quem iam supra diximus masculum Abraham suscepisse vēturi: Christi ex femine suo, Qua de causa ait Paul. ad Galat. 3. Credi dit Abraham Deo, & reputatū est illi ad iustitiam: & ideo masculis peculiariter

Nota egre giam expō sionem.

Donauentura

Quartum ar gumentum. S. Thom.

Nota.

congruebat. Item quia data fuit ad expulsiōem peccati originalis, quod peculiariter ex prauaricatione viri Adæ cōtraximus: nam licet Eua prior deliquerit, tamen si ipse non peccasset, nos originale labem non contraxissemus, dicit Paulus. Omnes in Adam peccauerunt, ideoq; masculis, & in mēbro generationis signata est. Baptismus verò, quia virtutem continet Christi, qui est vniuersalis causa gratiæ, & salutis omnium, vtriq; sexui adaptatur. Hugo autem lib. 1. de sacram. part. 12. cap. 2. aliam comminiscitur causam: nēpe, quod sacra scriptura per masculinum sexum, animam: per mulierem vero, carnē significare solet: & ideo, vt ostēderetur circūcisionē aīabus cōferre salutē, sed carni nō auferre corruptiōnem, iussa est masculis. Adde & quartam, ad temperandam libidinem, vt supra diximus: foemellis ergo relictum est beneficiū legis naturæ: videlicet applicatio fidei per illud sacrificiū, vel actum ante Abraham consuetum.

ARTICVLVS. III.

Vtrum ritus circūcisionis fuerit conueniens.



Concluditur institutione circūcisionis sequitur de eius ritu, vtrum fuerit conueniens. Ad quod D. Thom. breuissimē affirmatiua conclusio respōdet: nēpe, fuisse cōuenientē: fuit enim instituta in signū fidei, cui idcirco explicandæ omnia seruiēbant, quæ illic exercebantur. Nā erat institutio Dei, cuius sapientiæ non est numerus, determinare autem omnia conuenientia ad finem opus sapientis est. Ritus verò ille refertur in gloss. super illud ad Roma. 4. signum accepit circūcisionis.

Restat nihilominus mēbratim singulas eius ceremonias ordine argumētōrū D. Tho. exequi. Prima erat, quod fiebat in membro generationis. Arguitur ergo. Circūcisio erat quædam fidei professio, vt dictum est: sed fides est in intellectu, cuius operationes sunt in capite: ergo in capite debuit fieri. Nam eadem ratione nobis tanquam effigies characteris eius dē fidei, crux chrisimate signatur in fron-

te. Respondet D. Thom. triplici de causa fuisse in membro generationis. Primò, quia signum erat fidei, qua Abraham credidit ē suo semine nasciturū Christum. Secundò, quia erat in remedium peccati originalis, quod per actum generationis traducitur. Et tertio, quia fiebat ad reprimendam concupiscentiā, quæ operculo illo ardētius cōcitatur. Adde quartò secundum Aug. libr. 6. contra Faustū. ca. 3. quod quia circūcisio significabat expoliatiōem carnis per vitam spiritua-

lem in via, & mortalitatis per gloriā in patria, congruē fiebat in parte, ex qua affectus & carnalis, & mortalis exoritur. Nihilominus contra solutionē arguitur. Est, deberet sacramentum illud originale culpæ in membro illo consignari, apparet non debuisset per circūcisionem fieri, sed satis fuisse aliqua vnctio, sicut fit nobis in frōte. Benignitas enim Dei pœnam sensus nemini, nisi propter actualem propriam culpā, infligit: quapropter pueri absq; sacramento decedētes non nisi pœna dāni plectuntur: alioqui si propter peccatum Adæ illud pendebant suppliciū, filius (contra id quod habetur Ezechiel. 18.) portaret iniquitatem patris. Cū ergo paruuli nullum cōmississent peccatū, dura apparet lex, quæ illa plaga tenellos infantes affligebat. Atq; eo potissimum quod, foemellæ nullo percutiebantur vulnere. Neque verò in lege naturæ aut gratiæ vllum fuit aut est sacramentū molestiam inferēs. Quāobrem Sephora (Exodi. 4.) quia cū Iudæa esset, cogebatur propter maritum Iudæum circūcidere suos pueros, conquirebatur apud ipsum dicens. Spōsus sanguinum tu mihi es. Ad hoc respondetur, quod cū Deus sit autor tam naturæ, quàm gratiæ, liberè potuit sacramentum fidei, cuius applicatione conferebat gratiam, cum aliquo detrimento naturæ instituire. Sed tamen quoniam suauiter cūcta disponit, id non caruit cōgruentissimis causis iam supra explicatis. Respondetur ergo, quod etsi infantes ante vsum rationis non habeant personam actuali culpa maculatam, contra hunt tamen vitiatā naturam, iuxta illud Paul. ad Ephes. 2. Natura sumus filij iræ: ratione cuius mortalitati, atq; adeo varijs

morbis

morbis nascuntur obnoxij: & ideo nulla fiebat eis iniuria, si ad delendum peccatum originale tantillum illud doloris, & vulneris paterentur. Vnde hoc non est prorsus filium portare iniquitatem patris. Imò cū omnes, vt ait Paul. in Adā fuerint prauaricati, pœnam pendebant suæ culpæ: sicuti cū aliis corporum calamitatibus affligimur. Atq; illic locum quodam modo habere poterat sententiā illa Exodi. 20. Ego sum Deus Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios. Secus autē de pœna sensus, quæ infligitur in alio seculo. Nam peccato originali solūm respondet pœna damni quoad animam, & mortalitas corporum, quæ consequuntur infirmitates, & calamitates temporales huius vitæ, quibus a numerabatur circūcisionis plaga. Pœna verò sensus æterna nemini, nisi ppter eius actuale delictum decernitur. Atque inibi habet verum, qd filius non portat iniquitatem patris. In lege autē naturæ quia non erat tanta explicatio necessaria aut originale culpæ, aut vcturi Christi, neq; tale sacramentum erat necessariū, & multò minùs in lege gratiæ, cuius onus leue est, & iugum suauissimum.

Secundum argumentum. S. Thom. Culter lapideus secundū Magistrū necessarius.

Secundum argumentum.

Non erat necessarius.

Hugo.

Secunda ceremonia circūcisionis erat, quod fiebat cultello. Et sunt, qui putant, vt refert Hugo lib. 1. de sacram. part. 12. addendum esse petrimo. Huic sententiæ apud Magist. in. 4. d. 1. propterea, qd Sephora vxor Moyfi, vt Exodi. 4. legitur, illo instrumento circūcidit filiū suū, & Iosue. 5. eodem iussus fuit populus circūcidi. In cōtrarium autem est solutio argumenti secundi Diui Thomæ, illud enim instrumentum erat tunc circūcisioni aptius, cuius frequentior erat vsus, sicut nūc est aqua in baptismo, & panis in eucharistia. Culter verò ferreus est magis in vsu, quàm petrinus, & sic concluditur petrinū non fuisse de necessitate circūcisionis, neq; tale præceptū legitur, neq; creduntur illo Iudæi fuisse vsi: quare in hoc non tenetur Magister. Vnde Hugo loco citato ait Sephoram ob festinationē petram illam arripuisse, quia videbat mortē marito imminere, eo quod filios nō circūcidisset. Iosue verò ob tyrum, & figuram veri Iesu Christi, quem Paul. 1. Corinth. 10. petram appellat, il-

lud instrumentum elegit. Tertia ceremonia erat de tempore. De signabatur enim eidem sacramento octa uis dies, iuxta verbū legis. Infans octo dierum circūcidetur in vobis. Arguitur ergo tertio contra. Circūcisio perinde ac baptismus erat remedium originale culpæ: baptismus autem nullo tempore differtur, dum necessitas poposcerit, ne puer damnationem incurrat. Itē potest ultra octauū diem differri: non ergo erat cur circūcisio necessariò fieret in octauo die. In responsione D. Tho. tria dicit. Primum quod octauus dies designabatur duplici de causa, vna propter mysterium. Locupletius tamen Hugo loco proxime citato. libr. 1. par. 12. hanc rationem edisserit. Sunt enim tres circūcisiones. Prima sacramentalis in carne exteriori manu facta, vt ait Paul. Secunda spiritualis in anima, quæ fit per gratiā Christi, quam vocat idem apostolus non manu factam. Tertia deniq; gloriosa, quæ erit in patria per expoliatiōem mortalitatis. Et tam secūda, quàm tertia fiunt octauo die: nam lex vetus (vt autor est Aug. lib. 6. contra Faustū ca. 3. & 16. de ciui. ca. 26.) nomine Sabbati designatur, quod est septima dies. Lex verò gratiæ designatur per diem dominicam, quæ est octaua. Per quam etiam denotatur finalis resurrectio post septem ætates mūdi. In quorū testimonium Christus die dominica resurrexit. Igitur cū circūcisio illa carnalis figura esset duarum sequentium, iussa fuit die octauo fieri, ita vt neque præueniri, neque præteriri posset. Secunda causa est literalis propter tēditudinem infantilis carnis, quæ ante illū diem egerrimè ferret tantum dolorem. Vnde etiam & de alijs animalibus Leuitici. 22. cauebatur, ne ante diem octauū offerrentur. Ait quippe lex. Bos, ovis, & capra cū genita fuerit, septem diebus erit sub vberē matris suæ: die autē octaua, & deinceps offerri poterūt domino: & si dilataretur tempus, durities forsan carnis dolorem auget. Secundò ait D. Thom. quod octauus dies erat de necessitate præcepti propter significationem mysterij: nam illa erat forma legis. Infans octo dierū circūcidetur in vobis: ita vt illam præterire esset peccatum mortale, quanuis

Hugo.

Conclusio.

Primum argumentum. D. Thom.

Aug. 1.

Exo. 20.

Obiectio.

D. Thom.

Hugo. Tres circūcisiones.

Secunda causa.

Leui. 22.

quantis occurreret in Sabbato, iuxta illud Ioan. 7. Circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non pretereatur lex Moyfi. Itaque illa non censetur violatio Sabbati. Tertio addit quod non erat de necessitate sacramenti. Nam pretermisso octauo die semper manebat preceptum circumcisionis, atque adeo erat verum sacramentum. Quarto denique addit secundum quosdam propter periculum imminens mortis potuisse diem illum preueniri. Quam sententiam amplecti videtur licet sub dubio Sententiarum Magister in 4. distin. 1. Sicuti modo preuenitur baptismus. At vero in hoc non tenetur, imo sequenda est sententia Hugonis loco citato lib. 1. de sacram. par. 12. cap. 2. videlicet, non licuisse vlla necessitate illum diem preueniri propter significationem mysterij. Vnde super illud Prover. 4. de Salomone. Vnigenitus eram coram matre mea, ait glo. alium Bethsabee paruulum, eo non fuisse computatum, quod ante octauum diem mortuus, nomen non accepit, atque adeo non fuit circumcensus, quia in circumcisione debeatur nomen. Saluabantur ergo tunc masculi vita ante octauum diem defuncti, per fidem parentum applicatam, sicut tunc foemellae: atque omnes vtriusque sexus in lege naturae. Secundo de baptismo, qui quolibet die ministrari potest. Dubium autem hinc duplex emergit. Vnum scilicet, vtrum illa applicatio fidei deberet fieri per aliquem actum exteriorem admodum sacramenti. De quo dubio illico articulo sequenti in solutione. 2. videbimus, vbi de sacramento legis naturae dicendum nobis est. Alterum vero est hic dubium peculiare, vtrum, si in lege Moyfi puero ante octauum diem nullatenus periclitanti, sed sano applicaretur fides parentum per sacramentum legis naturae, valeret ad delendum originale. Arguitur namque pro parte affirmatiua. Illa applicatio ante legem scriptam quocumque die fieret, esset valida, & per legem Mosaycam non fuit reuocata: nam mansit in foemellis, quibus cum primum nasceretur, posset applicari: ergo si eodem tempore applicaretur masculis valeret. Secundum. Applicatio illa virtute operis conferebat gratiam ad modum sacramenti: ergo quod

puer esset in periculo mortis, an vero sanus, nihil ad rem referebat. Forsan quispiam propter hanc argumenta diceret, applicationem illam etiam sano puero valuisse, sed nihilominus octauo die fuisse circumcidendum ratione precepti, ut fieret Iudaeus. At vero solutio haec nulla probabilitate sustineri potest: nam cum sacramentum illud circumcisionis institutum esset pro masculis ad remissionem originalis, certum est, ut sicut modo non nisi per baptismum illud remittitur, ita nec tunc nisi urgente necessitate per aliud remittebatur. Et ideo dicendum omnino de illa ceremonia legis naturae, sicut nunc de sacramento extremae unctionis. Itaque sicut materia huius sacramenti non est homo quicumque, sed ille qui grauius infirmatur, cui mors timetur, ita quod si sano applicaretur, non esset sacramentum: pari modo in lege Mosayca si ante octauum diem sano puero applicaretur fides ad modum legis naturae nullam ei gratiam conferret. Vnde ad argumentum primum respondetur, modum illum applicandi legis naturae fuisse per legem circumcisionis reuocatum pro masculis, nisi extrema necessitas urgeret. Referebat ergo esset ne puer sanus, an in periculo mortis. At vero scrupulus non profus extinguitur. Demus illud applicari puero ante octauum diem, cui mors timebatur, vtrum omnibus periclitantibus indiscriminatum remitteretur originale? Apparet enim non omnibus: nam si postea illi viueret circumcidendi erant, dum periculum euaderent: ergo euadentibus illis non ante ea, sed per circumcisionem expurgabatur originale. Marfil. in 4. q. 2. art. 1. ait fidem applicatam puero ante octauum diem contulisse tunc ei gratiam, si esset moriturus: si autem victurus, minimè. Hoc autem non est vero simile: tunc enim collatio gratiae dependeret ex futuro contingenti: cum tamen Deus non nisi simpliciter eam conferat. Item forsan etiam si moriturus esset negligentia medici, posset nihilominus superuenire alius, per cuius diligentiam superuiueret: imò id fortasse per miraculum accidere posset: non tamen deberet infusio gratiae ex tot fortuitis euentis pendere. Indubie ergo respondendum est, quod dum pueri secundum iudicium prudentium

Reprobatur solutio.

Solutio vera.

Alia dubitatio.

Marfil.

Resolutoria responsio.

dentium periculo imminentis mortis laborabant, applicanda erat fides sicut in lege naturae, & tunc vniuersis conferebatur gratia, sicut nunc omnibus infirmis per extremam unctionem, licet sint euafori. Si autem superuiuerent, circumcidi erant, ut fierent Iudaei, sicut nunc baptizandi etiam essent, si qui in maternis vteris sanctificarentur. Restat tamen ambiguitas circa secundum dictum. Vtrum in preceptum illud octauum diei aliqua de causa caderet dispensatio, ut procrastinaretur. Apparet enim inde pars negatiua quod qua ratione non poterat preueniri: nec posset differri: nam etiam per dilationem violaretur significatio mysterij. Sed tamen ab altera parte est argumentum, quod si fortasse octauo die infantulus aliqua teneretur aegritudine, quae periculum mortis offerret, si circumcideretur nimis esset rigida lex, quae paruulum propter circumcisionem in tales periculi angustias conijceret. Et augetur dubium. Populus in deserto, ut legitur Iosue. 5. quadraginta annos oberrauit incircumcensus. Qui quidem (ut articulo sequenti videbimus) ob incertum tempus praeliandi, quia deberent semper esse parati, excusatus fuit. Pari igitur ratione poterat miser infirmus excusari. Quod si dicas elapso sine culpa octauo die, post modum puerum saluari in sola fide parentum sine circumcissione sicut ante octauum, nulla est veri similitudo, quae ante octauum praeventio mortis excusabat eum a circumcissione, qui tamen esset post octauum diem superstes, si per negligentiam culpam esset incircumcensus, semper tenebatur precepto obnoxius, ut probè autor est Hugo loco citato: ergo pariter si iusta de causa non esset tunc circumcensus. Fit ergo profecto consequens, dubium non esse, quin infirmitatis causa liceret diem octauum differre. Et ita certò credo aliam crudelissima esset lex, imò vero crediderim, quod si semper praesentaneum esset propter circumcisionem periculum mortis, liceret infantem sinere in circumcissum mori quocumque tempore post octauum diem, & tunc saluaretur, sicut ante octauum: nam propter significationem mysterij, non esset interficiendus puer. Cum autem fieret a morbo liber esset sub precepto circumcidendus, sicut circum-

fus est populus Iosue. 5. & quacumque aetate circumcidebantur profelyti ex gentibus venientes ad Iudaismum. At per ceterum quispiam, vtrum qui essent in vtero sanctificati tenerentur ad circumcisionem, ut Hieremias, & Ioannes. Apparet enim fuisse lege circumcisionis solutos sane cum propter remissionem originalis fuerit instituta, quam gratiam illi iam habebant. Respondetur proculdubio fuisse eidem legi subiectos, sicuti etiam si quis modò sanctificaretur in vtero teneretur ad baptismum, quia est preceptum profelsionis legis, & tale erat illud. Quare Ioannes circumcensus fuit, & illic suscepit nomen. Etenim sicut modò in baptismo, sic in circumcisione debeatur nomen profitentibus tunc legem. Christus autem nulla lege ad circumcisionem tenebatur, quae neque virili semine, quo originale contrahitur, genitus erat, ac subinde neque linea masculina naturalis, erat filius Abrahæ. Suscepit autem (ut autor est. 3. p. D. Th. q. 37.) sicut sua voluntate mortem nostram, sic & sua sponte circumcisionem. Primò ut se ostenderet veram habuisse carnem contra Manichæum, atque adeo legalem fuisse filium Abrahæ per Ioseph, naturalem vero per virginem. Mox, ut circumcisionis ritum re ipsa approbaret, excusationemque subinde Iudæis tolleret, ne ipsum tanquam incircumcissum repudiarent. Deinde, ut obedientiam virtutem suam nos exemplo doceret. Ac denique ne qui similitudinem carnis peccati assumpserat, remedium carnalis peccati respiceret, & sic legis onus sustinens ab onere legis liberaret, secundum illud ad Gal. 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant redimeret.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum circumcisio conferret gratiam iustificantem.



ANDE M disputandum de circumcisionis effectu, vtrum perinde atque baptismus gratiam conferret. Et quauis de sola gratia propositum quæstio. respondetur etiam de charactere. Et in quaestione D. Th. duo expedit. Primum enim **L** excludit

Obiectio.

Dilucio.

Christi circumcissionis.

Ioan. 7.

Magister. 4. li. d. 1. reprobutur.

Hugonis.

Prover. 4.

Veritas dubium.

excludit tres opiniones circa hoc errantes, ac deinde tribus conclusionibus veritatem docet. Ad intellectum autem rei presentis adnotandum: neminem unquam antiquorum theologorum ausum fuisse adaequare virtutem circumcisionis virtuti baptismi ob id, quod Paul. ad Gala. 4. vocat sacramenta antiquae legis egena, & infirma, & ad Galat. 2. quod primo argumento hic refertur, ait quod ex lege, cuius professio erat circumcisio, non erat iustitia. Hoc autem discrimen inter circumcisioem, & baptismum vel potest fingi in effectu ipso gratiae, qui non sit equalis, vel in modo eandem gratiam conferendi. Igitur quotquot discrimen in modo non agnouerunt ob id constituerunt illud in effectu. Conuenerunt ergo omnes in illum effectum, quod in circumcisioe auferretur peccatum originale: fuit enim haec confessio patribus semper omnibus receptissima, quorum illico testimonio recitabimur. Dicebat ergo prima opinio, quod circumcisio solum auferbat peccatum, non autem conferebat gratiam. Et haec videtur fuisse Magist. Sent. in 4. circa finem. 1. d. Est tamen opinio, quae ut errornea repudiatur. Culpa enim non potest nisi per gratiam remitti, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Ob idque alij moderatius dixerunt, circumcisioem contulisse gratiam quantum ad effectum remissionis culpe, non autem quoad effectus positivos implendi mandata legis, ne fateri cogentur legem antiquam fuisse sufficientem ad iustitiam, atque adeo superfluum fuisse aduentum Christi. Sed neque ista positio sustineri valet: tum quod illic conferebatur gratia sufficiens ad perueniendum ad gloriam, qui est ultimus effectus gratiae & legis, tum deinde quod sequendo modum naturae effectus formales, & positivi priores sunt negatiui. Prius enim natura in genere causa formalis inducit gradus caloris in aqua, quam similis gradus frigoris expellat: licet in genere causae materialis prius sit expulsio unius quam introductio contrarij, quare gratia in genere causa formalis, prius natura quam expellat peccatum facit amicum. Tertij igitur dixerunt, quod in circumcisioe conferebatur gratia quantum ad illum effectum posituum, qui est fa-

1. opinio.

2. opinio.

3. opinio.

cere amicum, dignumque; vita aeterna, non autem quantum ad reprimendam concupiscentiam, quae impedit impletionem mandatorum. Atque haec opinionem tenuit D. Th. in 4. d. 1. q. 2. ar. 4. quaestione 3. quia nondum rei punctum coniecerat. Diligenter tamen considerando eam postmodum opinionem meritisimam reiecit. Minima enim gratia, si adsit, valet cuicumque concupiscentiae resistere, omnemque vitare mortalem legis transgressionem: nam & minima charitate, quae gratiam comitatur plus diligitur Deus, quam cupiditas desideret millia auri, & argenti, atque omne temporale bonum. His ergo refutatis erroribus ad quaestioem respondet tribus conclusionibus, veram constituendo differentiam inter circumcisioem, & baptismum, non in re ipsa gratiae, sed in modo illam conferendi. Prima conclusio. In circumcisioe conferebatur gratia quo ad omnes eius effectus. Haec reliquit tanquam superioribus rationibus confirmatam. Secunda. Aliter conferebatur in circumcisioe gratia quam in baptismo. Probat. Nam in baptismo confertur gratia virtute ipsius baptismi, qua utique virtute pollet tanquam instrumentum passionis Christi iam exhibitae. In circumcisioe vero conferebatur gratia, non ex virtute circumcisiois, sed ex virtute fidei passionis Christi cuius signum erat circumcisio. Itaque circumcisio illo signo profitebatur se tunc suscipere huiusmodi fidem, vel adultus nomine paruuli. Confirmatur ex illo Paul. ad Rom. 4. Abrahamam accepit signum circumcisiois signaculum iustitiae fidei: quia scilicet iustitia proveniebat ex fide significata, & non ex circumcisioe eam significante. Tertia conclusio bimembris est. Baptismus imprimet characterem, quem circumcisio non imprimebat. Et ratio est, quia baptismus, cum sit instrumentum passionis Christi, incorporat nos Christo. Character autem est signum membri Christi. Circumcisio vero erat tantum signum fidei venturi Christi cuius nos eramus futura membra, & ideo non imprimebat spirituales characteres, incorporantem illos veteres Christo, sed ipsamet circumcisio erat corporalis character, profitentium eius fidem. Secunda pars est, quod eadem ratione baptismus

1. conclusio.

2. conclusio.

3. conclusio.

Expositio articuli.

Tria genera operum legis.

Moralia.

Scotus.

tismus confert copiosorem gratiam, quam conferebatur sub signo circumcisiois, nam instrumentum Christi iam passio efficacius est, ac virtuosus, quam fides veteri. Presentem materiam distinct. precedenti q. 3. quae apud D. Thomam est. 62. ar. 6. tetigimus, sed in hunc eius proprium locum reposuimus. Et quidem opiniones antiquorum negantium sub circumcisiois ceremonia gratiam fuisse conferri solitam quoad omnes eius effectus satis a Divo Thoma reprobatae sunt. Superfuit nihilominus recentiorum scita, quae D. Thomae aduersantur, perpendenda. Vbi tria primum omnium supponendum est, fuisse operum genera in veteri lege: nempe Moralium, iudicialium, & ceremonialium. Moralia enim fuerunt eadem ipsa, quae in lege euangelica: scilicet, decem praecipua Decalogi. Iudicialia vero alia diuersa, ut de vxoribus ducendis: videlicet, ut nemo vxorem nisi de sua tribu sibi copularet, ut Num. vlt. legitur, & quod frater illius qui absque liberis defunctus esset vxorem eius duceret. Quae quidem lex extabat Deuter. 25. atque alia id genus ceremonialia. Sed erant numero quam plurima. Ut eius agni paschalis, oblationes, vnctioes, lotiones atque huiusmodi reliqua. Igitur quantum ad moralia, nullum extat prorsus inter ipsos, & nos discrimen. Haud enim ratione operis gratiam conferebant, nisi per modum meriti, sicut apud nos, dum modo procederent ex fide, Christi formata aliis essent quidem moraliter bona, non tamen grata apud Deum. Hoc enim est, quod Paul. prioribus octo capitibus ad Roma. & ad Gala. disertissime constituit, quod nullius opera legis valuerunt unquam nec valent sine fide Christi placere Deo. Et quia illam gratiam (ut arti. proximo dicebamus) in sua passione uniuersis meruit, dicitur nostra lex gratiae: iuxta illud citatum Ioannis. Lex per Moysen data est, quae scilicet duntaxat iubebat, non autem iuuabat. Gratia vero, & illarum figurarum veritas per Iesum Christum facta est. Idem etiam prorsus de iudicialibus sentiendum est. Decere monialibus vero Scotus in 4. d. 1. q. 6. quem Durand. d. 1. q. 5. & ferè omnes eius posterij sequuntur, distinguit. Ait enim solam circumcisioem gratiam virtute operis contulisse, veluti no-

ster confert baptismus. Reliquarum autem ceremonialium nullam tali viguisse virtute, sed omnino perinde ac reliqua opera quando fierent in gratia, illa per modum meriti auerent, & quando in peccato essent tantummodo opera moraliter bona. Et quantum ad reliquas ceremonias facile D. Thomas, & uniuersi in eandem sententiam consentiunt. Sed tamè de circumcisioe est inter nos, & ipsum discrimen, quod ex ijs, quae d. 1. q. 3. ar. 1. disputauimus, ortum habet. Scotus enim, & Alexander, ac plerique alij quos ibidem citauimus, non agnoscunt sacramenta nouae legis esse gratiae causam, nisi tanquam signum, ut illic expositum, expugnatumque reliquimus. Quocirca neque vlla illis virtute tribuunt agendi, sed solum significandi, ut ar. 4. illic retulimus. Si autem sacramenta euangelica, hoc tantum haberent, nullatenus a circumcisioe differerent nam & illa etiam eatenus erat verum sacramentum, quatenus erat signum certissimum gratiae, quae illic conferebatur. Qui ergo tenuerit sacramentum conferre gratiam, non esse aliud, quam illam significare, fateri consequenter cogitur circumcisioem gratiam contulisse. Itaque quod Scotus, & Durand. & eorum consortes dicunt circumcisioem contulisse gratiam id non est, quia agnoscat fuisse verè causam, sicut D. Thom. & nos in tota illa q. 3. demonstrare de euangelicis contendebamus. Et quando nos negamus sacramentum illud gratiam contulisse, in re non negamus quod Scotus affirmat: nempe, fuisse signum, sed negamus id sufficere, ut censeatur fuisse causa conferens gratiam. Quapropter totum dissidium est de ratione conferendi gratiam, in quo consistat. Neque verò verbalis est tantum controuersia, sed vere realis. Ob idque nihil opus est hic noua disputatione, praeter illam, quam tota illa quaestio produximus ad probandum, quod nostra sacramenta verè sint causa instrumentalis passionis Christi, atque adeo conferendi gratiam, non autem antiqua. Apostolus namque absque villo discrimine omnia illa sacramenta, ut etiam circumcisioem comprehendat, appellat egena, & infirma elementa, quasi de se virtute operis nihil gratiae praestantia. Cui consonantissime concilium Florentinum L. 2. loquitur

Status litis inter S. Th. & Sco. & alios.

Discrimen inter S. Th. & alios.

loquitur decernens illius legis sacramēta non contulisse gratiam, unde non modo circūcisionē non excipit, verū & illā notare videtur. Quā ideo Pau. Ro. 4. solū modo appellat signaculū iustitiæ fidei. Hoc est gratiæ iustificantis, quæ per solā fidē cōferebatur, quam ideo iustitiam iā ante circūcisionē, vt ibidē ait Apostolus suscepit Abraham per fidem. Quo circa vt legi idem Paulus nunquam attribuit iustificationem patrum, ita nec vlli sacramento, sed soli fidei. Vnde ad Heb. 11. Sicuti Abel, Enoch, & Noe circūcisionem præcedentes, per solam fidē, ait, fuisse obediētes Deo, ita & de Abrahā, qui circūcisionem recepit, fide, inquit, obediuit in locū exire & fide Iacob moriēs filios benedixit, & fide Ioseph, & fide Moyses & fide denique oēs ait Deo placuisse. ¶ Conuenit ergo in præsentiarum inter D. Thomam, & Scotum ac suos confortes in prima conclusione. scilicet quod in circūcisione conferebatur gratia. Differt autē in secūda qd̄ illam gratiā circūcisio non exhibebat, vt noster exhibet baptisimus, sed sola fides. Et hoc pacto diximus distinctione præcedenti. q. 1. posse circūcisionem dici signum practicū, eō quod per fidem sub eo velatam conferebatur gratia. Alia verò quæ propterea, dicebatur sacramenta, vt esus agni paschalis quod gratiam per Christum conferendā prænuñciabant, non poterant dici signa practica.

*Argumento
nō mēs notā
da.*

¶ Est autem mens argumentorum. S. Th. notanda, ne lector decipiatur. Videtur enim arguere ad probandum partem negatiuam, scilicet circūcisionem sua virtute non contulisse gratiam, quasi partē affirmatiuā ipse teneat, quod est falsum. Igitur, cum ait, videtur quod circūcisio non conferret gratiam, intendit arguere contra primam suam conclusionē, quod neq; illic conferebatur. Ait enim Paulus ad Gala. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est, id est, sine causa. Sed circūcisio erat quædam obligatio legis implēda, vt idē apostolus Gal. 5. refert, ergo eadem ratione si ex circūcisione esset iustitia, Christus gratis mortuus esset, qd̄ quidem consequēs est hæreticum. Nam vt ait idem Apostolus ad Ro. 8. quia impossibile erat legi iustificare, misit Deus

filium suū, &c. Sed vide quā sit breuis responsio. Ait quippe quod argumentū procederet, si aliter ex circūcisione esset iustitia, quā per fidem passionis. Quasi dicat. Non cōceditur, qd̄ ex circūcisione quasi ex sua virtute esset iustitia sicut virtute baptismi, hoc enim reprobatur apostolus: sed ex circūcisioe, id est, ex fide passionis per circūcisionē applicata, qd̄ qui dē nihil necessitati passionis obstat.

¶ Videntur autē plura sanctorū testimonia à parte Scoti aduersus Diuum Tho. depugnare. Vt est illud Aug. quod præfenti art. allegat D. Tho. & refertur de cōsecra. d. 4. can. Ex quo. Extat autem lib. 2. ad Valeriū de nuptijs. ca. 11. Verba sunt hæc. Ex quo instituta est circūcisio in populo Dei (quæ erat tunc signaculum iustitiæ fidei) ad significationem purgationis valebat paruulis originalis, veterisq; peccati, sicut & baptisimus ex illo valere cepit ad innouationē hominis ex quo institutus est. Haud enim legendū est, ad sanctificationem, vt referri solet, sed ad significationē, vt habet verus textus. Nā in sanctificatione purgationis nō coherēt verba. Respondetur ergo comparationē non esse omnimodam. Baptisimus siquidem valet, vt instrumentum, circūcisio verò vt signū, vt ipse se Aug. exponit dicens valere ad significationem, vt signū iustitiæ fidei. Pariter D. Tho. q. 62. art. 6. ad 3. glossauit simile Bedæ testimonium in homilia circūcisionis, quod refert & Hugo lib. 1. de sacramen. pa. 12. c. 2. & Magister Sent. in. 4. d. 1. Idem salutifera curationis auxiliū circūcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptisimus agere reuelata tempore gratiæ consuevit. Haud enim docet, circūcisionem virtutē habuisse efficiendi gratiam, sed fuisse signum fidei necessarium ad remissionem originalis, sicut nūc est baptisimus. Et pariter intelligitur illud Gregorij, quod protinus ar. 2. hic adducitur, videlicet, pro ijs, qui de Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circūcisionis hoc egisse quod apud nos agit baptisimus. In summa, vt hoc discrimen perspectum sit, differentia est, quod baptisimus & sacramenta euangelica sunt verè causæ instrumentales conferendæ gratiæ, vt calamus scripturæ: circūcisio verò nō nisi appli

August.

*Bedæ.
Hugo.*

*Tertium ar-
gumentum.*

applicatio causæ. Admotio enim ignis ad stupā nō est causa inflammationis, sed ignis ipse q̄ applicatur. Itaq; applicatio nō est agēs, sed cōditio agentis, vt agat. ¶ Secundū argumentū, quoniā latioris est disputatiōis in calce subiicitur. ¶ Tertiu verò sumitur ex historia Iosue. 5. per quā cōstat populū Israel illis incircūcis, qui illic nascebatur, quadraginta annos per desertum diuagatum fuisse. Si ergo circūcisio ad delēdū peccatū necessaria erat, consequens fit: vt totus ille populus in sempiternū perierit. Respōdet autē quatuor. Primum, quod poterat ille populus citra contemptum mandatum circūcisionis prætermittere, tum quod cum nutu Dei mouerentur, nesciebant quando essent castra mouenda, aut illis etiam cōtra hostes bellandum, quod sine periculo nuperrimè circūcisorum paruulorū fieri nequibat. Tū etiā quod, vt ait lib. 4. Damasc. ca. 26. Cum in solitudine ab alijs gentibus semoti tūc viuerent, nullo op̄ habebant distinctionis signo. Secundò ait, quod cum Augustinus nihilominus eosdem incircūcisos appellet inobediētes, vt patet in glossa illius loci, quæ extat lib. 6. quæst. vet. testamen. cap. 6. necesse est verbū illud intelligi de illis qui sic per contemptum fuerunt incircūcisi. Tertio ait fortasse illic nullum fuisse mortuum in circūcisum, secundū illud Psalmi. Non erat in tribubus eorum infirmus, sed soli illi cēsentur illic mortui iudicio Dei, qui ex Aegypto egressi fuerant, quia omnes erant circūcisi. At quia textus nō ait solos illos in deserto perisse sed omnes inde egressos, præter quos forte alij in deserto nati mortui ibidem sunt, additur quod si quis forsan eorum, qui in deserto nati sunt, mortē illic obiit, saluatus est per fidem parentum signo legis naturæ applicatam, sicut paruuli ante octauū diem. At verò in ingressu terræ promissionis omnes circūcidi iusi sunt petri nis cultris in figuram Christi, qui est per metaphoram petra, cuius virtute vnuer si cælestem patriā ingressuri sumus. Quare illa illic vocatur secunda circūcisio videlicet, solennis totius populi post illam qua Abraham suam, totam familiam circūciderat. Itaq; prima fuit propter solennem cōfessionem fidei Abrahæ, qua

Damas.

August.

2. circūcisio.

fideles viam huius seculi percurrimus, & secunda propter significationem patriæ. quam per eandem fidem ingrediemur. ¶ Quartū argumentū petit differentiā aliam inter circūcisionem & baptismū. Arguitur enim. Introitus cælestis regni non nisi per peccatum occluditur. Circūcisus verò ante Christi passionem nō patebat ad regnum aditus: nō ergo recipiebant remissionis gratiam. Respondetur, quod in circūcisione auferebatur originale peccatum (nusquam ait per circūcisionem, sed in circūcisione) ex parte personæ, quia persona manebat grata, tamen remanebat impedimentum intrādi regnū ex parte totius nature, quod fuit sublatum per passionem Christi. Et ideo neq; baptismus viuentē Christo aperiebat regnum cæleste. Et vice versa in circūcisione, si in suo vigore post passionem permanisset, idem aperiretur. ¶ Est autē ratio hæc D. Th. non vsq; adeo perspicua, nam pariter in baptismo licet originale peccatum personæ remittatur, nihilominus natura manet infecta, vt baptizatus eandem sic infectā traducat per generationem in prolem. Quare non apparet huiusmodi differentia satis solida. Respondetur nō in hoc differentiam consistere, quā D. Th. constituit, sed in impedimento ingrediendi regnum. Post baptismum nāq; licet natura maneat infecta quantum ad eius traductionem in proles, tamē persona a deo manet grata, vt protinus baptizatus euolet in cælum si de vita protinus decedat. eō quod Christus pretium redemptionis totius nature humanæ in cruce persoluit, cælorum que subinde valuas aperuit. Sed in lege veteri quāq; persona Deo esset grata, tamen quia tota natura manebat in debito, detinebatur in limbo, quasi in deposito quousq; pro ea Christus pretium peteret: iuxta illud Paul. Rom. 3. Quem p̄posuit Deus propitiatorem per fidē in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentiū delictorum (nempe ab orbe cōdito) in sustentatione Dei, (qua scilicet illos in limbo sustinebat) ad ostensionē iustitiæ ei in hoc tēpore. Quasi tēpore passionis, generalis fuerit toti nature redemptio peracta quoad sufficientiā pro illis, qui

4. arg. S. Th.

*Contrariatio
nem. S. Tho.*

Rom. 3.

vellent baptismum suscipere. ¶ Quintū argumentum. S. Tho. est. Peccatum originale non dimittitur sine actuali, quia (vt ait Aug.) impium est à Deo dimidiā sperare veniam, sed nusquam legitur, quod per circumcissionem remitteretur alicui actualē delictum: ergo neque remittebatur originalis macula. Respondet D. Th. quod adultis remittebantur simul cum originali oīa actualia, vt modò per baptismū, non tamen omnis pœna, quoniā baptismus, eò q̄ est instrumentū passionis iam exhibitæ, copiosiore gratiam influit, quā circumcisio, non modò quā tū ad intētionem, vt theologi loquūtur, verū & extensiuē quātū ad remissionem pœnæ secundum illud ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spirit⁹ sancti, quē effudit in nos abūdē. Per baptismū enim renascimur spiritualiter, iuxta verbum Christi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō intrabit in regnū cœlorum. Renasci autem est in nouam vitā resurgere. Ethoc significatur cū dicitur. Non intrabit in regnum cœlorum. Quasi per baptismum, valux cœlorum pandantur absq; trāsitu per purgatorium. In circumcissione verò, cum non esset nisi signaculum fidei, non tam affluēter infundebatur gratia. Vnde, quod ait Aug. hic citatus contra Iulianum, circumcissionem valuisse ad expurgationem originalis, si cut nunc valet baptismus: non dicit omnimodam valoris æqualitatē, sed quod tunc remittebatur originale per fidē circumcissione applicitam, vt nunc per baptismū. ¶ At verò sentētia hęc. S. Thomæ profectò ambiguitate non caret, scilicet quod adulti, quando circumcidebantur, consequebantur remissionem, non solū originalis, sed etiam actualium peccatorum. Videtur enim, id non solū sentire ratione meriti, sed etiam ratione fidei in star sacramenti, quatenus per circumcissionem applicabatur. Hoc enim petebat argumentum. Nam aliās etiam si non circumciderentur in Deum, licet tenerētur postea præcepto circumcissionis. Item sentire videtur, imò ita credo, sentit, q̄ adulti præter gratiam merito respondētem reciperent gradum illum virtute applicatæ

Dubitatio egregia.

fidei per sacramento, quem paruuli recipiebant. Attamen in contrarium militat non infirmum argumentum. Sequere tur enim, quod si quis cum fide, quæ tūc requirebatur Dei & Mesiæ non nisi attritus sic ad circumcissionem accederet, vt sacramētum vellet suscipere in remissionem peccatorum, reciperet gratiam, sicuti. d. 6. dicturi sumus de accedēte ad baptismum. Probat, quia consequenter dicendum, est illam fidem sic applicatā iustificare eum, qui non opponeret obicē. Et reuera. S. Tho. non aliud discrimen cōstituit inter baptismum & circumcissionē quam quod in circumcissione non tam copiosa conferretur gratia, nec fieret remissio totius reatus pœnæ: ceterū actualia omnia remitterentur. Profecto arbitror hanc esse opinionem. S. Thomæ. ¶ Sed arguitur cōtra. Illi, qui attritus accedebat, per circumcissionem non augebatur fides neq; circumcisio gratiam cōferebat: neq; ipsa per se fides vim habet ad modum sacramēti remittēdi peccata: ergo si illa fides sola cū attritione nō sufficiebat ad iustificationē, fit vt neq; cum circumcissione. Item paulò nos inferius dicturi sum⁹ quod in lege naturæ adulti neutiquam poterant obtinere remissionem, nisi per verā contritionē & conuersionē: quia fides non poterat aliter eis applicari, quā per proprium actum: ergo cum circumcisio non cōferret gratiam: idem de Iudæis dicendū videtur. ¶ Respondetur ad primū, q̄ licet fides per circumcissionē non augetur, nihilominus aliter applicabatur per illud sacramētū, atq; eā ob rē ex pacto Dei, qui illud instituerat, conferebatur gratia. Et est simile, si opinionē Scoti & Durandi spectes dicentium, baptismum non conferre gratiam, nisi tanquā signū, ad cuius præsentia ex pacto Dei confertur. Quare nihil discriminis inter ipsum & circumcissionem ponunt. Similiter ergo nos dicimus, quod ad præsentia circumcissionis virtute fidei sic applicatæ Deus conferret gratiam. Nos enim circumcissioni nihil, quod isti tribuūt auferim⁹. Ad aliud respondetur diuersam esse rationem: quoniam in lege naturæ nullū erat peculiare sacramētum diuinitus institutum applicandæ fidei. ¶ Sequitur in calce secundum argumentum, quod egregiam

Opinio. S. Th.

Argumenta.

Responsio.

Secundum argumentum.

gratiam

giam tangit difficultatē de sacrificio expurgandi originalē culpā in lege naturæ. Quod est huiusmodi. Ante institutionē circumcissionis sola fides ad iustificationem sufficiebat, secundū sententiā Grego. 4. lib. Moralium, quæ refertur de consec. d. 4. c. qd' apud. Quod apud nos, inqt, valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres p̄ paruulis sola fides. Respondet D. Thomas, in hoc fuisse similitudinē legis naturæ & scriptæ, quod sicut ante circumcissionem sola fides iustificabat tam paruulos, quā adultos, ita & data circumcissione. Sed erat differentia, quod ante circumcissionem nullum requirebatur signū eiusdem fidei protestatiuū. Et ratio erat, quia nondū homines fideles seorsum ab infidelibus ad cultum vnius Dei cœperant adunari. A tempore tamen Abrahæ necessaria erat protestatio fidei per circumcissionem. Probabile tamen est, inquit, quod etiam in lege naturæ parētes fideles pro paruulis natis, & maximè in periculo existētibus aliquas preces Deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberēt, qd' erat quoddā signaculū fidei, sicuti adulti pro se etiam preces & sacrificia offerebant. ¶ Hic ergo celebrem illam quæstionem examinemus, quam d. 1. q. 2. ar. 3. hic polliciti sumus eunclare de sacrificio delēdi originalis, quod erat in lege naturæ. Et primum ait. S. Tho. solam fidem tunc iustificasse, sicuti in lege scripta. Vnde illud theologorum axioma ortum habuit quod tūc paruuli saluabantur in fide parentum. Atqui fides illa erat, de qua ad Hebr. 11. Pau. ait. Accedentem, ad Deum oportet credere, quia est, & quia remunerator est. Et nomine remuneratoris intelligit Christum, de quo legitur Actū. 4. Non est datum aliud nomē sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Illud enim de tota mortalium vniuersitate à lapsu primi parentis vsq; ad finē mundi intelligendum est. Requisita fuit ergo in omni seculo naturæ corruptæ, vt loco citato cōstituim⁹, supernaturalis aliqua mediatoris cognitio, licet cōfusa, vt D. Thom. 2. 2. q. 2. ar. 7. luculenter docuit. ¶ In præsentiarū igitur solū duo sunt exploranda. Vnum scilicet, quomodo illa fides erat applicanda tam paruulis, q̄

Expositio articuli.

Nota de fide

Duo quæstia

adultis. s. vtrūm actus fidei requiretur, an verò habitus sufficeret vel applicantis, vel ecclesiæ, alterum verò, vtrūm necessarium esset sacrificium aliquod exterius, quod esset sicut sacramentum, quo illa fides applicaretur. Ad hoc vtiq; ne nos opinionum turba conturbet, prima responsionis cōclusio fit hæc, de qua nullatenus controuertitur. Nullus habitus fidei charitate formatus erat in applicante necessarius. Imò etiā si in peccato mortali esset, sicuti modò qui baptismum cōfert nihil nocebat paruulo. Assertio est D. Tho. in. 4. d. 1. q. 2. art. 6. quoniam fides tunc, virtute propria quodam modo velut sacramentum absq; merito applicantis iustificabat. ¶ At verò vtrūm requiretur fides tunc formata ecclesiæ, cuius ministrum ille agebat, qui eam applicabat ambigitur. Durand. quippe in. 4. d. 1. q. 8. id putat fuisse requisitum: quoniam arbitratus est, fidem tunc non sanctificare per modum sacramenti, quia, inquit, in lege naturæ nullum erat. Et ideo necesse est, inquit, dicere, q̄ iustificabat per modum meriti & suffragij. Meritum autē sine charitate nullum est, & ideo eam vim illa applicatio habebat ex fide formata ecclesiæ. At profectò neq; illa charitas tunc in tota ecclesia requirebatur, vt bene ait Palud. ead. d. q. 5. ar. 5. quoniā & nunc etiam si per impossibile nulla esset charitas in tota ecclesia, baptizans intendens facere, quod facit ecclesia, verū conferret sacramētum. Fallitur ergo Durand. in suo merito & suffragio: imò tūc applicata fides instar sacramenti, vt illic ait D. Tho. iustificabat. ¶ Secunda cōclusio. Neq; requirebatur in applicante vllus habitus fidei formatus, neq; informis. Nam sicut modò infidelis baptizās verū confert sacramentum, ita & tūc qui applicabat fidem. Par enim militat ratio Eandem probat illic D. Th. egregiè, quoniam fides tunc erat medicina totius naturæ, & ideo non iustificabat, qua ratione erat actus personæ, sed ratione obiecti, quæ scilicet, erat fides Christi. Ceterū addiderim cum Paludano contra Durand. quod etiam si nullus habitus fidei esset in tota ecclesia, satis esset vt applicans intenderet facere, quod ecclesia faceret, quando vera Dei cognitione pol-

1. conclusio.

S. Tho.

Durandus.

Reprobatio.

2. conclusio.

Paludan.

lebat. Idem enim, vt supra diximus, nūc in baptizante sufficeret. Quod si rogites Quid ergo erat dicere, in fide parentum si neque in illis requirebatur? Respondetur axioma inde traxisse originem, q̄ parentum cura est proles suas religione instituire, & mortales nō alia lege liberos imbuunt, quā ipsi profitentur. Nihilominus si infidelis in vera fide infantulū Deo offerret, quanuis nullis esset fidelibus parentibus ortus, valeret oblatio, siue suus ille filius esset, siue alienus. ¶ Ex his ergo colligitur tertia conclusio. Requiritur, sufficiebatq; in applicante aliquis actus fidei: nempe, cognitio aliqua, qua puerum illum Deo offerret, qui est omnium remunerator. Quē quidem actū nemo poterat per naturam cōsequi sed vel per reuelationem peculiariter illi factam, vel per aliorum suggestionem & doctrinam, quibus talis fuisset facta reuelatio. ¶ Atqui ex his cōsequitur, in omni republica bene instituta viguisse tūc etiam cognitionem aliquam originalis culpæ, aliā neq; vlla irradiare potuisset mediatoris fides. Quæ quidem cognitio vt lib. 2. de natura & gratia. ca. 11. dicebamus, nequit esse naturalis, sed fuit per reuelationem suscepta, & per ora parentū in filios deriuata. Disperso verō per orbem humano genere, vbi lex naturæ more & vsu seruabatur, semper fiebat quibusdam proceribus aliqua reuelatio expressa Christi seruatoris, vt. S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 7. exemplo Iob, Sibyllarumq; & aliorū mōstrat, quibus à deo illa originalis lues innotescebat, quā alijs prædicabant. Minoribus verō satis erat habere Christi fidem in diuina prouidentia implicitam, credēdo. D. Th. Deū esse liberatōrē hominum, vt illic subdit. Quare dum suas proles sub hac fide Deo dicabant, satis erat ad delēdam originalem maculam: tamen si illam non expresse nouissent.

¶ Alterum verō dubium plusculum ambiguitatis offert: videlicet, vtrum in lege naturæ aliquod esset signum extrinsecus necessarium, per quod ad modum sacramenti applicaretur fides. Scotus nāq; in 4. dist. 1. q. 3. & explicatius. q. 7. partē sustinet affirmatiuam, cui eadem dist. subscribunt Duran. q. 8. & Palud. q. 5. Et intelligunt, si verba eorum expendantur, fuisset

se illud necessarium ex institutione diuina atq; adeo propriè sacramentū, vt erat circumcisio. Ratio enim eorum est, quod nunquā Deus pro sua immensa bonitate humanum genus destituit, quominus remedium illis præberet ad delendū originalem culpam. Illud autem debuit esse certum signum gratiæ: certum autē esse non potuit, nisi esset à Deo institutū homo enim talem certitudinem habere non posset, nisi ei constaret signum illud à Deo fuisse acceptatum, qui solus remissor est condonatorq; culparum. Hinc etiam colligunt debuisse esse sensibile, si cuti fuit circumcisio & sunt nostra sacramenta. Nā homines viatores, nisi p̄ huiusmodi sensibilia signa nō possumus certiores fieri gratiæ, quæ nostros sensus laetet. ¶ Secundo arguunt tam Scot. quā Duran. Adultus, qui vsu rationis pollebat, poterat quidem per propriam fidē quanuis informem mereri sibi de congruo primam gratiam, qua ei remitteretur originale, iuxta illud Roma. 4. Credit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: at verō fides vnus non potest alteri prodesse, nisi per aliquem actū applicetur. Et quod actio illa debuerit esse sensibilis, probat Durandus secundum suam opinionem: quoniam prodesse alteri nō poterat applicatio illa nisi per modum meriti aut suffragij. Quare debet inquit per illū actū applicari fides ecclesiæ, quæ semper est informata charitate: fides autem ecclesiæ nō potest applicari nisi per actum exteriorem, quia nihil ipsa de occultis iudicat. Quod si dicas non per modum meriti, sed instar, vt dictum est, sacramenti applicationē tūc temporis valuisse, tunc validius istorum opinio irroboratur. Illud enim, quod illā vim habet, vt illo posito infundatur gratia, nō potest purus homo instituere, sed solus Deus. Hac enim ratione d. r. quæst. 5. monstrauimus solū Deum posse instituere sacramēta. Quod si illud Deus instituit, profectō apparet vt ad modū naturæ humanæ, quæ sensibilis est, fuerit sensibile signum, vt in lege scripta & nostra vsu venit. Enimvero dist. 1. q. 1. art. 4. monstrauimus ob id sacramēta esse debuisse sensibilia signa, quod nos nostra parte natura per sensus cognitionem de rebus

bus absconditis mendicamus, & Deus vniciq; secundum suum ingenium prouidit. ¶ Ad hæc. Quicquid tunc remittebat originale: quia id instar sacramenti faciebat, idem esse decebat pro paruulis & adultis: pro adultis autē fatetur Gregorius valuisse virtutem sacrificij: ergo illa erat etiam pro paruulis necessaria.

Responsio.

¶ His tamen nihil obstantibus D. Thom. in præsentiarum partem edocet negatiuā, dicens, q̄ ante institutionē circumcisio nis nō requirebatur aliquod sensibile signum protestatiuum fidei. Idemq; explicatius in. 4. distinct. 1. quæst. 2. artic. 6. quæstiuncu. 2. vbi recitat opinionē contrariam, quod requiretetur signum exterius, qua repulsa, ait probabilius alios dicere, quod sufficiebat sola fides sine vllō exteriori signō. Hic autem non ait probabilius, sed assertissimè illud affirmat. Et ratio potissima sua vtrouque est verbum Gregorij: scilicet, pro paruulis sola fides. Nam glossa Scoti quod sola fides intelligitur cū actu exteriori ipsam protestate, manifestè aduersatur textui: quoniam tunc non esset differentia secundum Grego. inter paruulos & adultos, cum tamē Grego. dicat, pro paruulis sola fides, pro maiorib⁹ autē virtus sacrificij. Quapropter Duran. cuius ingenium est liberè loqui, ingenue fatetur Gregorium non posse in aliū sensum glossari: & ideo ait opinionē suam fuisse, non requiri actum exteriorē, sed non oportet, inquit, eum teneri. ¶ At præter autoritatē Gregorij, quæ certè nō debet ita temerè repulsa pati, arguitur sic. Illa, quæ expressa autoritate ecclesiæ, vel scripturæ non constant, maximè si supernaturalia sunt, nō debent nisi ratione certa constitui: cum ergo in lege naturæ nullibi legatur illiusmodi sacramenti institutio, recurrendum est ad eius necessitatē, quæ certè nulla est: nam cū fides tantundem deberet paruulo apud Deū applicari, cui soli peccatorum culpas remittere competeat, fit vt per actum interiorem tam commodè applicaretur, quā per exteriorē: nam illa applicatio nō erat nisi paruulū illū Deo offerre, quod actu mentis cōmodissime fieri poterat. Itē quia circumcisio ob id instituta fuit, vt significaret Messiam descensurū ex semine Abraham, cui data

iussaque fuit, quæ quidem necessitas antea non habebat locum. ¶ Ad hæc Aug. sæpe citatus. 19. lib. contra Faustum nullam aliā necessitatem huiusmodi signaculorum visibilibus allegat, nisi quod in nullū nomē religionis homines possunt coadunari, nisi aliquo signaculorum visibilibus consortio colligentur: tunc autem nulli mortalium erāt coadunati in verā religionē Dei, sed erant per orbem dispersi: ergo nullum tunc extabat eiusmodi visibile signū diuinitus tanquam certum & singulare ad id necessariū institutū. Hęc enim fuit alia causa institutionis circumcisionis, vt scilicet populus ille antequā legem susciperet per illud signaculum circumcisionis coadunaretur. Itaque, vt mentem S. Thomę vno verbo deprehendas, memento, in lege nature nullum fuisse sacramētum necessarium, in singulari diuinitus institutum, vt distinctione prima quæstione secunda articulo. 3. latissimè demonstrauimus: licet fuissent sacrificia, in vnaquaque natione diuersa, quibus per suos sacerdotes verum Deum colebant. Loquimur enim de illis hominibus, in quibus cognitio veri Dei vigeat. Cōtraria verō opinio tenet fuisse certum sacramentum diuinum applicandē fidei ad remissionem originalis culpæ.

Mens. S. Tho.

¶ Potissimum autem omnium, quæ me aduersus illam opinionē mouent, arguuntur. Illud enim signū exterius aut erat ex institutione humana, aut diuina: non ex humana, vt autores contrarię opinionis plane confitentur: quia tunc non haberet illam certitudinem, quod illo posito conferretur gratia: imò essent apud diuersas nationes diuersissima, quod nō congruit sacramentis, in quibus præter meritum cōfertur gratia. Si autem esset institutum à Deo, vt ipsi contendunt, illud profectō deberet esse vnum in toto orbe, sicut in lege scripta fuit vnum in populo Israel, & apud nos vnus baptisimus. Cum enim esset supernaturale, & ad applicandam fidē supernaturale, nulla erat ratio, cur De⁹ aliud institueret in vna natione, atque aliud in alia. Quin uerō si sacramētum erat diuinitus institutū, atq; adeo ad salutē necessariū, ad eandem

Potissimū arguuntur.

Durand.

Conclusionis confirmatio.

3. conclusio.

Cognitio originalis culpæ.

Præcipua.

Scotus.

dem opinionem cōsequitur, vt esset sub arctissimo præcepto vniuerso orbi propositum: nam sacramentum ad salutem necessariū semper habet annexum præceptū, vt de circuncisione patet, & nostro baptismo. Si autē detur fuisse vnum sacramētum, idemq; sub præcepto constitutū, fit vt non potuerit in vniuersum euulgari nisi scripto: quod esse falsum inde patet, q̄ tunc illa lex nō diceretur naturæ, sed scripta, sicut lex Moyfi. Præterea vel in aliqua ethnicorum historia memoriæ id proditū fuisset, vel saltem Moyfes, qui Dei numine omnia ab orbe condito scripsit, illud enarrare non prætermisisset. Nam si apud aliquos vnum illud sacramētū fuisset celebratum, id maximè in illa patrū linea ab Adā vsq; ad ipsum, quos ipse percensuit. Accedit demū autoritas Hugonis li. 1. de sacra. p. 11. cap. 3. vbi ait sacrificia in lege naturæ nō fuisse necessitatis, sed pro voto quæuis natio sua instituebat. Et S. Tho. (vt supra visum est.) q. 61. ar. 3. dicit, in lege naturæ nō fuisse homini præfixū, quib⁹ sacramētis vteretur. Ad hæc tādē accedit, q̄ interrogati illi neophiti ex Iudæis, q̄ in Hispania morabātur, imò & illi ipsi, q̄ in eadē caligine pseuerant, quos ego Venetijs & Romæ, & in Germania vidi, vtrūm aliquod signum ad modum sacramēti legis nature applicent suis foemellis, ridentes respōdent, nunquā talem ritum inter eos fuisse auditum, sed tantum eas offerunt Deo nullo signo certo seruato. Et tamen (vt modò dicebam) si in aliqua natione signum illud debuisset durare, erat in illa vnde Abraham gen⁹ duxit. Imò verò si tale fuisset illucifque sacramētum, quando circūcisionem Deus illi indixit, eum pariter admonuisset, vt in foemellis idem legis nature sacramētum perpetuò obseruaret. Quod cum non admonuit, coniectura fit nullū fuisse. Præterea solutiones argumentorum contrariæ opinionis rem dilucidius illustrant. Ad primum enim, cōceditur, q̄ Deus nunquam humanum genus sine remedio destituit: remediū autem fuit in lege nature non quidem sacramētum vllum, sed sola fides mediatoris, iuxta illud Actuum. 4. Non est datū aliud nomen sub cœlo hominibus, in quo oportet

Hugo.

Ad argumēta contrariæ opinionis.

teat nos saluos fieri: applicationem autem illius, (quia non erat sacramētum) non opus erat tunc à Deo institui singulariter & determinatè, vt in lege scripta vel gratiæ: sed satis erat, vt instinctu naturali, instigante etiam fide ipsa, vt dist. 1. quæstio. 2. art. 3. declarabamus, vnus quilibet suas offerret proles Deo. Quapropter necessarium opus erat eius modi certitudinem ab aliquo signo exteriori venari. Ad secundum respondeatur, falsissimum esse adultum de cōgruo potuisse sibi per fidem informem mereri primam gratiam (vt libr. 2. de natura & gratia capit. 4. pro meo captum me constituisse arbitror.) Tametsi ad rē modo parum referat. Imò sicut ille modò, qui est in peccato mortali per auxilium speciale debet se disponere conuertendo se in Deum, cui Deus gratiam sine merito infundat, aliàs (vt ait Paul.) gratia non esset gratia, ita & tunc adultus motu fidei per auxilium speciale Dei, tum intellectu illustrante, tum voluntate alliciente conuertebatur in Deum, iuxta illud. Ne mo potest venire ad me nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Quare dispositio illa quæ ratione in genere causæ materialis natura præcedit gratiam, nullius habet rationem meriti. Et illud ad Roma. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, peruersè profectò ad meritū congrui allegatur: quando enim illum actum credendi habuit Abraham iam erat in gratia (vt illic libr. 3. capit. 1. explicuimus) quare reputari illi ad iustitiam, fuit reputari ad meritum de condigno: illud enim solū apud Deum dicitur suo gradu iustitia. Ad rem autem concedimus illo modo fidem nō potuisse paruulis prodesse, sed instar sacramenti applicata. Enimverò cum originis labes ex aliena parentis culpa contrahatur, misericordiam Dei concedet, vt per eius fidem aliena actione applicatā eam debeat. Attamē cum illa applicatio tunc temporis non esset sacramentum, nec opus erat, vt esset sensibilis. Ad aliud Durandi iam supra responsum est. Negauimus enim illam applicationem habuisse rationem meriti aut suffragij: quare illa ratione non oportebat applicari fidem ecclesiæ per actum exterior

Nullum est meritum de congruo respectu primæ

Ioan. 6.

Credidit Abraham Deo etc.

rem

rem, sed fidem Christi, quæ dicitur ecclesiæ, per quencunq; actum, quo Deo paruulus offerretur. Ad aliud, iterum atq; iterum negatur, quod applicatio illa instar sacramenti tunc operaretur. Hic enim latet anguis, qui autores istos vbi que mordet: sed fides ipsa illum habebat effectum quomodocunq; applicaretur, etiam interiori mentis actu. Atqui eodem mucrone iugulatur aliud argumentum, q̄ sacramenta debuit semper Deus nobis instituere sensibilia ad modū nostræ nature. Id enim nos libenter concedimus, sed negamus illam applicationē fuisse villo pacto sacramentum, nec illa quicquam operabatur, sed applicata fides: sicuti ad motio ignis ad stupam non calcacit, sed ignis ipse ad motus: vt supra de circuncisione dicebamus: nisi quod illa erat sacramentum, vt puta signum cōferendæ salutis per Christum, & ideo erat sensibilis. Ad aliud, cōceditur, quicquid tūc remittebat paruulis originale, remississe & adultis: nempe, vnicam fidem, vt expressè loco citato in. 4. dist. 1. quæst. 2. art. 6. quæstiu. 3. astruit S. Thom. Ait quippe, q̄ sicut modò adultis, vbi nō est copia aquæ, sufficit actus fidei (scilicet baptismus fluminis. Ita & tūc imò à fortiori, sola fides sufficiebat, nisi quod paruulis valebat applicata instar sacramenti, adultis verò non nisi per modum conuersionis in Deum, vt nuperrimè explicabamus. Haud enim adultis poterat applicari fides per alienum actum. Et hoc est irrefragabile argumētum, nullū tunc fuisse sacramentum necessariū applicandæ fidei pro paruulis, alioqui valuisset etiam adultis vt circuncisio olim, & modo baptismus. Quod ergo addit Grego. pro maioribus virtus sacrificij, nō id dixit, quasi sacrificium exterius illis necessarium esset ad applicandam suam fidem, sed q̄ postea habita opportunitate fides ipsa instigabat, vt se aliquibus signis exterioribus demonstraret, quæ essent protestationes eiusdem fidei. Illa autē signa inquit, D. Thom. quando adhibebātur, non erant efficacia remissionis culpæ, id enim sola fides perficiebat: quare neque erant sacramenta. Ex quo fit cōsequens quod tūc nullatenus adultus potuit fieri ex attrito contritus: quia illis tunc fi-

Neque in adultis requirebatur nisi fides.

Nota.

Grego.

Optimū collarium.

des non per modum sacramenti conferrebat gratiam, neque vllum erat, quod talem effectum præstaret, qualem nobis baptismus. Quare contraria opinio tenēs aliquod tunc fuisse propriè sacramētum subsequenter dicere habet, non exegisse aliud in suscipiente adulto, quā quod nō opponeret obicem. Quod profectò falsissimum est, cum adulto nullū posset applicari sacramentum, nec verò fides per alienum actum.

Ex his ergo quæ de circuncisione dicta sunt, atque adeò de sacramentis antiquæ legis, colligere discrimen operæpretium est inter leges illas & nostram. Nempe, vt frequentia scripturæ loca, & præcipue Pauli dextrè intelligamus, quibus latissima interualla inter legem veterem & nouam constituuntur. Posset enim quispiam arbitrari, vbi Paul. ad Roma. 3. & Galat. 2. ait, hominem non iustificari ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi, & vbi ait Ioānes. c. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, hoc discrimen inter legem illam vetustam & nostram constitui, neque verò aliud quā hoc sacramentorum, quod scilicet illa non conferret gratiam, nostra verò illam efficerent, quod reuera falsum est. Igitur ad rectum horum similiumq; intellectum primū omnium animaduertenda est conuenientia inter omnes leges. Hoc enim à lapsu primi hominis commune semper fuit omni legi & seculo, vt non nisi per vnicam fidem mediatoris, magis minusve implicitam vel explicitam, pateret vlli vnquā mortalium salus, iuxta citata testimonia Actuum. 4. & ad Hebræ. 11. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, &c. & accedentem ad Deum oportet credere, &c. Atqui hoc est, quod Paul. ad Roma. 3. vsque ad 8. & ad Galat. 2. vsque ad 5. caput. constituere contendit. Quare cum ait, Arbitramur iustificari hominē per fidem, & non ex operibus legis, non intendit peculiare interstitium inter legem veterem & nostram constituere, vt nonnulli falsò arbitrantur, dicentes de operibus legis antiquæ illic propriè haberi sermonē: scilicet, de illis ceremonijs obseruationibusq; legalibus. Imò vt August.

Discrimina latissima inter legem veterem & nostram.

Notabilis conuenientia omnium seculorum.

August.

nè docet de omnibus moralibus operibus, & Decalogi præceptionibus id intelligitur. Cū enim populus ille de hoc sese iactaret, quod per opera legis, quam diuinitus susceperat, & virtute propria circūcisionis amicitiam Dei promerisset, contendit aduersus illos probare, quod nullius gentis opera, neque gentilium neque illorum, neque verò ipsa circūcisio, nisi quatenus fide Christi erant subnixæ, digna erant gratiæ apud Deum, & vitæ æternæ. Idemque de nostris pariter dixisset quibuscunque operibus, si per se considerentur, absque fide Christi & diuina ope. Itaque non constituēbat differentiam inter legem & legem, sed inter opera cuiuscunque legis, siue naturalis siue scriptæ, quamuis diuinitus conditæ, siue humanæ, & fidem Christi: scilicet, quod sola fides per Dei auxilium tribuit quibuscunque operibus totius mundi, ut sint Deo grata, atque ad vitam æternam accepta. In summa errorem illum illic Paulus condemnat, qui postea Pelagium excæcauit dicentem, posse hominem viribus naturalibus propriisque meritis gratiam Dei promereri. Sed roges. Quid ergo discriminis inter legem veterem & nostram interest? Respondeatur, non vnum, sed multa. Prima enim eademque omnium fundamentum, excellentia legis nostræ est hæc, quam modo insinuabamus: scilicet, quod illam virtutem & gratiam, quæ causa fuit, ut opera cuiuscunque; mortalium post hominis lapsum Deo essent grata, nemo vnquam nisi solus Christus autor nouæ legis, operatus est, iuxta illud ad Hebræ. 9. vbi ait Paulus mortem Christi intercessisse in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento: ut remissionem, inquit, accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. Vnde quod ait Ioan. De plenitudine eius nos omnes accepimus, ad vniuersos mortales à præuaricatione Adæ vsque; ad finem mundi refertur. Et hoc est, quod subdit. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, vbi secūda adnotatur excellentia ex parte datoris vnius, & conditoris alterius legis. Enimvero, Moyses non condidit, sed dedit legem, quam Deus condiderat, quæ per se non iustificabat. Gratia autem, per

quam illa iustificabat, per Iesum Christum non solum data, sed facta est. Et pariter veritas: nempe, lex euangelica, quam non tantum ipse dedit, sed fecit, quæ idcirco dicitur veritas: quod illa Moysæ erat eius vmbra. Et hoc est, quod ait Paulus ad Gala. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est (id est, sine causa.) Et hæc est ratio quare illa dicitur scripta ad differentiam legis naturalis: nostra verò lex gratiæ. Videlicet, quod Christus eius dator, qui summa fuit gratia mundo collata, legem utique condens, qua nos doceret quid agere deberemus, gratiam simul contulit, qua illam dignè apud Deum implere possemus. Et propterea ait Paulus ad Rom. 7. quod lex vetus iubendo docebat cognitionem peccati: nostra verò iuuando iustificat. At qui hinc colligitur tertia excellentia: videlicet, quod lex illa, scripta fertur in tabulis lapideis, nostra verò in cordibus, iuxta illud Hieremiæ cap. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, Lex enim euangelica non fuit primò tradita in scripto, sed diuino ipso ore Christi viua viuificanteque; voce vsque ad audientium corda penetrante, vbi adiutricem gratiam, qua illam impleamus, instillat. Vnde. 2. ad Corin. 3. Paulus Epistola, inquit, estis Christi ministrata à nobis, & scripta, non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Ex eadem prima excellentia, subsequitur & quarta quantum ad sacramenta: videlicet, quod in lege naturæ nullum fuit singulare institutione Dei determinatum, & præfixum, atque adeo nullum extitit propriè sacramentum illius applicandæ fidei. In lege autem scripta fuerunt quidem propriè sacramenta: nempe, verè signa gratiæ per Christum promerendæ & efficiendæ: in hoc enim ratio propriè sacramenti consistit. Nullum tamen gratiam contulit. Quare nullum fuit perfectum, sed omnia infirma (ut ait Paulus) & egena. Nam etsi circūcisio fuerit sacramentum necessarium ad applicandam iustificatricem fidem. Tamen de illa perinde atque de lege probat Apostolus Rom. 4. neminem iustificasse, sed tantum fuisse signaculum iustitiæ fidei. Lex verò euangelica non solum

Tertia excellentia.

Quarta excellentia.

ad remissionem originalis, verum & ad alios gratuitos effectus sacramentis affluit, quæ tum propria, tum etiam perfecta sunt: utpote quæ gratiæ non tantum signa sunt, verum & instrumentales causæ. Atque hæc etiam de causa lex gratiæ dicitur: nempe, quod tam multis abundet instrumentis, quibus illam suis cultoribus dispensat. Quinta hinc subsequitur excellentia, quod lex illa ianuam cæli non aperiebat, sed id solus autor nostræ euangelicæ præstitit. Vnde modus tunc loquendi de mortuis erat, quod in infernum descenderent, ut Iacob Genes. 37. Descendam, inquit, ad filium meum luens in infernum. Et Iob. 17. Infernus domus mea est. Nempe, quod quatuorvis essent gradu in amicitia Dei, ad limbum nihilominus descendebant, ut illic aduentum Christi præstolarentur. In lege verò euangelica, bonam, inquit Paulus, voluntatem habemus peregrinari à corpore & præsentem esse ad Dominum. Et ad Philipp. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo: quasi inter egressum huius vitæ & ingressum cæli nulla intersit remora, nisi quam nostra fecit culpa. Vnde Christus ad latronem. Hodie mecum eris in paradiso.

Quinta excellentia.

Sexta excellentia.

Sexta subinde additur excellentia, quod cultores illius legis non plenè & perfectè merebantur filiorum Dei nomen: nam quamuis essent regni hæredes, non tamè in eius possessionem admittebantur, atque adeo seruum habebatur loco, iuxta verbum Pauli ad Galat. 4. Quantum tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo, &c. Ita & nos cum essemus paruuli sub elementis mundi huius eramus serui. At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, &c. ut adoptio nem filiorum reciperemus. Quæ utique ratione ait de Christo Ioan. cap. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, &c. Non quod non omnes ab Adam vsque per eandem fidem gratiam recepissent, sed quod post Christum passum filij in paternam hæreditatem fuerint admissi. Vnde Paulus Roma. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum (scilicet sub antiqua lege) in timore (scilicet seruitutis) sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater: ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui

nostro, quod sumus filij & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Qui quidem cum antea non fuisset incarnatus, non erat antiquitas digna, ut mortales tunc eius dicerentur cohæredes.

Septima ergo excellentia, ut rem concludamus, euangelicæ legis est, quod eius gratia perfectum obtinuit, absolutumque; & completissimum nomen gratiæ, quod quidem gratiæ legis antiquæ in hac sublimitate non competebat. Non dixerim antiquitas non viguisse inter patres propriam rationem gratiæ apud Deum: id enim sacræ pagine aduersaretur. Fuerunt siquidem multi sancti patres sub illo testamento in amicitia Dei, tum viuentes tum etiam morientes. Propria enim ratio gratiæ in eo consistit, quod hominem acceptum faciat ad vitam æternam, siue illico post mortem, siue aliquo post tempore conferendam. In qua ambigere non licet, quin fuerit innocens Abel, cuius viuentis munera, morientisque patientia Deo placuerunt. Et de Abraham Genes. 15. legitur, quod credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Qui igitur, ut habetur Iacobi. 2. amicus Dei appellatus est. Et de Moysè legitur Ecclesiastici. 45. quod fuit Deo dilectus, & de multis alijs id adstruit Paulus ad Hebræ. 11. Et de Ioanne Baptista egregium encomium contexit Christus, vbi inter natos mulierum maiorem neminem fuisse pronunciauit. Quinverò in lege naturæ etiam Iob legitur fuisse iustus & rectus & timens Deum. Et de alijs compluribus id creditur. Sacratissimam autem virginem eo hic inter patres illius legis non connumeramus, quam tamen cælestis paranymphus gratia plenam pronunciauit, quod cum non esset ante Christi passionem mortem obitura: fit ut nec deberet ad limbum descendere, sed illico super choros angelorum euolare, quare ad gratiam noui testamenti pertinet. Illa ergo hic prætermissa, quod gratia illorum seculorum ad completum, absolutum perfectumque; gradum gratiæ non pertigerit, argumentum est, quod amici, illi quidem sunt, quibus ea omnia sunt communia, in quibus ius amicitie fundatur: ea verò in quibus amicitia inter Deum & homines fundamentum habet, sunt illa cælestia sempiterna

Septima excellentia.

na

Pelagius.

Excellentia prima legis nostræ super veterem.

Ioan. 1.

Secunda excellentia.

ad

nae vitae : illa autem ante Christum passum nemini Deus concessit: ergo homines illorum temporum non erant in gratia Dei absoluta & consummata. Profecto si quis ob crimen aliquod laesae maiestatis suis esset multatus bonis, quauis postea veniam principis obtineret, quousq; illum in integrum honorem, & statum pristinum restitueret, non diceretur, in eius amicitiam perfectam reconciliatus, sed potius semper esse in debito, ac subinde in deposito seruari quousq; pretium illius patratu sceleris alius pro illo persolueret. Hoc autem exemplo ait Paul. Roma. 3. Christum remissionem praecedentium delictorum suo sanguine fecisse, eorum scilicet omnium hominum, qui illucisq; fuerant in sustentatione Dei. Ergo quousq; Christus gratiam redemptionis, ex qua illi pēdebant, meruit fecitq; in cruce, non erant in perfecta gratia Dei. **Accedit, quod si perfecte fuissent grati & amici, loco filiorum fuissent tractati: nam amicus Dei, filius subinde eius est, atq; adeo in hereditate paternam fuissent recepti. Inter homines namq; ob id filius, nisi mortuo patre, hereditatem non adit, quod temporale patrimonium vtriusq; non sufficit: regnum autem infinitum Dei mundis infinitis sufficeret, & nihilominus uti ait Paul. sicuti paruuli sub tutore continebantur patres illi ut serui, quousq; more humano (ut ad Heb. 9. Paul. ait) morte intercedente Christi hereditate adirent. Quin uero & in hoc etiam habebantur ut serui, quod secreta diuina non illis communicabantur, ut in lege noua. Quare Christus ad eorum differentiam ait euangelij cultoribus. Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos: quia quaecunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Secreta si quidem prudentissimus quisq; non seruis concedit, sed amicis pandit. Gratia ergo illius legis non ad iustum suum culmen ascēderat. Qua vtriusq; ratione (quod rem maxime confirmat) nomen gratiae apud Deum in hac euangelica significatione vix vno aut altero loco in toto testamento veteri reperias, sed solum nomen iustificatricis fidei, qua Paul. ad Hebrae. 11. (ut paulo ante dicebamus) omnes iustos tam in lege naturae, quam in scripta ait Deo obedientiam praestitisse.**

Ioan. 15.

Secreta.

Gratia raro antiquitus nominata.

Sic ergo cultores illius praelegis eo templari licet, ac si ciues qui regis maiestatem laesissent, veniam ab illo deprecantes, nec repulsam omnino paterentur neq; verò omnimodam obtinerent indulgentiam, sed expectare regium filium iuberentur, qui eorum veniam apud ipsum promereretur.

Contēplatio patrum anti qua legis.

QVAESTIO. 2. DE baptismo Ioannis.

S. Thom. 3. part. quaest. 38.

ARTICVLVS. I.

Vtrum fuerit conueniens baptismum Ioannis ante baptismum Christi diuinitus institui.



DE baptismo Ioannis D. Th. hic in summa in hoc sacramentorum tractatu nihil meminit, propter ea quod superius dist. 38. inter enarrandam vitam Christi de illo satis praedixerat, vnde nos articulos quaestionis huius desumpsimus, eo quod exactius illic quam in. 4. re definierit. At verò quoniam D. Thom. saepe numero solet maioris elucidationis gratia materias in minutissimos articulos dispertiri, nonnunquam in subsequens eos, qui facillimi fuerint, in breuius compendium perstringemus. Igitur licet sex septemve ipse multiplicet, quatuor nobis, quibus illos comprehendamus satis erunt. **Primo ergo de eius institutione quaeritur, an fuerit conueniens. Et arguitur a parte negatiua. Omnis sacramentalis ritus ad aliquam legem pertinet, ut patet in antiquis & nostris: Ioannes autem non fuit alicuius legis institutor, nec in illo vlla incoepit lex noua, sed, ut Luca. 1. habetur, fuit tantum propheta altissimi: prophetarum autem non fuit ritum, aliquem introducere nouum, sed ad legis positae obseruationem populum inducere: ergo nihil opus erat baptismate illo, eo potissimum quod populus ille tanta baptismatum superfluitate redundabat, ut amplior multiplicatio nocua appareret. Legitur**

prae dixerat, vnde nos articulos quaestionis huius desumpsimus, eo quod exactius illic quam in. 4. re definierit. At verò quoniam D. Thom. saepe numero solet maioris elucidationis gratia materias in minutissimos articulos dispertiri, nonnunquam in subsequens eos, qui facillimi fuerint, in breuius compendium perstringemus. Igitur licet sex septemve ipse multiplicet, quatuor nobis, quibus illos comprehendamus satis erunt. **Primo ergo de eius institutione quaeritur, an fuerit conueniens. Et arguitur a parte negatiua. Omnis sacramentalis ritus ad aliquam legem pertinet, ut patet in antiquis & nostris: Ioannes autem non fuit alicuius legis institutor, nec in illo vlla incoepit lex noua, sed, ut Luca. 1. habetur, fuit tantum propheta altissimi: prophetarum autem non fuit ritum, aliquem introducere nouum, sed ad legis positae obseruationem populum inducere: ergo nihil opus erat baptismate illo, eo potissimum quod populus ille tanta baptismatum superfluitate redundabat, ut amplior multiplicatio nocua appareret. Legitur**

gitur enim Marci. 7. quod Pharisei & Iudaei non manducabant, nisi crebro manus lauant, abundabantq; baptismatibus calicum, & vireorum, &c. **Secundo, quod non fuerit diuinitus institutus ex ipso proprio nomine constat, si enim a Deo fuisset institutus non diceretur baptismus Ioannis: propterea enim baptismus Christi non dicitur Pauli nec Apol. Io. vt. 1. Corinth. 1. ait Apostolus cum tamen Christus ipse Matth. 21. Ioannis ipsum appellet, interrogans, a caelo an ex hominibus fuerit. Sed praeterea tertio id inde confirmatur quod nullum fuit vna diuinum sacramentum, quod non aliquibus miraculis esset confirmatum. Ob hoc enim Dominus (ut Exod. 4. legitur) Moyse potestatem dedit signa faciendi. Et ad Hebrae. 2. ait Paul. fidem nostram, dum principium accepit, coestante Deo, signis & prodigijs fuisse confirmata. Item sacramenta diuinitus instituta, ut quaest. praecedenti dicebamus, praepo aliquo debent esse proposita: de baptista autem legitur Ioan. 10. quod signum fecit nullum: neq; verò de eius baptismo vllum extat in euangelio praepo: ergo nec fuit diuinitus institutus. **In contrarium est locus ille Ioannis. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, &c. **Ad hanc quaestionem tribus conclusionibus respondetur. Prima. Conueniens fuit, ut ritus ille baptizandi Ioannis baptismum Christi antecederet. Probatur rationibus quatuor. Prima est Aug. super Ioan. tract. 5. quia oportebat Christum ab illo baptizari, ut tactu suae mundissimae carnis vim regeneratiua conferret aquis, quae essent materia baptismi sui. Secundo, ut illic Christus innotesceret populo, iuxta verbum ipsius Baptistae, ut manifestetur in Israel propterea veni ego in aqua baptizans. Confluentibus enim ad eum turbis eum annunciabat esse Messiam, qui baptizaturus erat spiritu sancto & igne, atque adeo agnum, qui tolleret peccata mundi. Id quod ut super Ioan. cap. 1. ait Chryso. conmodius fiebat, quam si Ioanni per singulos vicos & domos discurrendum esset. Tertio ut suo baptismo assue faceret homines ad baptismum Christi. Vnde Gregor. in quadam homilia, ideò Ioannes, inquit, baptizauit, ut praecursio-******

Prima conclusio.

Chryso.

Gregor.

nis suae ordinem seruans, qui nasciturum Dominum nascendo praenauerat, baptizando quoq; baptizaturum praeniret. Quarto, ut ad poenitentiam homines inducens eos ad dignè suscipiendum baptismum Christi praepararet. Vnde Beda super Ioan. an. cap. 1. Quantum, inquit, catecumenis nondum baptizatis prodest doctrina fidei, tantum profuit baptismus Ioannis ante baptismum Christi. **Secunda conclusio. Baptismus Ioannis partim fuit a Deo, partimq; ab ipso Ioanne. Nam si ritum baptizandi consideres, familiari spiritu sancti reuelatione ad id Ioannes fuit missus, ut verba citata monstrant. Qui misit me baptizare, &c. Si autem effectum, nihil in eo fuit, quod Ioannes ipse non posset praestare. Quoniam, ut illico dicturi sumus, gratiam non conferebat, sed tantum abluebat corpora. **Tertia conclusio. Baptismus ille non fuit sacramentum. Contra-****

Beda.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Expositio ar ticuli.

Congruentia

baptismi Ioannis

zantiq; Christo fabri filio, auscultarent. Et ideo oportuit, vt Ioannes de genere sacerdotum, quibus oportebat circuncisionis ceremoniam tueri, illo baptizandiritu ab illa diuerso populū demulceret, & ad baptismum Christi inclinaret. Hac ergo ratione tam prima, quam secunda conclusio probatur: nempe, & quod ritus ille fuit decens, & q̄ ideo fuit Deo inspirante institutus. *Adnotanda est tamen differentia inter illum ritum & circuncisionē & nostra sacramenta. Nā circuncisionē Deus ipse instituit, iussitq; nostra sacramenta Christus. Ritum tamen illum Ioannes instituit, licet diuinitus affusus. Aliud est enim Deum ipsum per se aliquid instituere, aliud verò hominē diuinitus afflatum. Nā sacramēta Deus instituit: sacramentalia verò, atque alias ceremonias ecclesia per appulsū spiritus sancti. Quare sacramenta dicuntur de iure diuino, sacramentalia verò & leges ecclesie de iure pontificio. Ob idq; nō est dicendum simpliciter baptismum Ioannis fuisse de iure diuino, sed cū moderate (vt ait S. Th.) fuisse à solo Deo in quantum Deus in homine operatur. Sed arguis. Ergo isto modo ceremonie sacramentales, quas ecclesia instituit, possent dici de iure diuino. Negatur consequentia: quia ecclesia solū vtitur speciali inspiratione in genere & manutenētia quadam, ne in suis sanctionibus erret. Ioannes autem specialem & expressam reuelationem ad modum prophetæ suscepit illius ritus: neque verò solam reuelationem & instinctum, vt id faceret, sicuti de Christo legitur, quod fuit ductus ab spiritu in desertū, sed vt credibilius est præceptum etiam audiuit diuinum vel mente vel certe voce, hoc enim sonat & admonet verbum. Qui misit me. Quam obrem D. Thom. bene ait in. 4. distin. 2. quæst. 2. art. 1. quod Ioannes suum baptismum instituit præcepto diuino, vnde institutio ipsius fuit à Deo per autoritatē, & à Ioanne per ministerium. Itaq; Ioannes non fuit nudus minister, vt ministri sacramentorum Christi, qui nihil faciūt nisi applicare sacramenta. Sed fuit institutor, præcepto tamen Dei. Quorum vtrūq; simul docuit nos Christus Matth. 21. dicens, Baptismus Ioannis vnde erat,*

à coelo, an ex hominibus? Quasi dixisset, Ioannis erat tanquam institutoris & ministri, coelitus tamē præceptū acceperat. *Ad primum argumentum.* **U**gitur ad primum argumentum in capite factum respondetur, q̄ etsi in Ioanne nulla lex coeperit, cuius ipse fuerit lator, coepit tamen noua, cuius fuit dispositor. Vnde Matth. 11. Prophetæ & lex vñ que ad Ioannem: ab eius tamen diebus regnum coelorum vim patitur. Quare ritus ille nullatenus ad antiquam legem pertinebat, sed ad euangelicam. Nō quidem tanquam sacramentum, hoc enim constituere legis latori reseruabatur, sed tanquam dispositio & præparatio. Ad proinde ad id quod subditur, respondetur, Ioannem non tantum fuisse prophetam, sed plusquam prophetā. Vnde August. super Ioā. tract. 1. baptizare inquit nulli vnquam prophetarum aut iustorū concessum fuit, vt eius diceretur baptismus, sed soli Ioāni, qui sic fuit terminus antiquæ legis, vt initium esset nouæ, tanquam homines ab illius ceremonijs & ritibus auertens, ad huiusque obseruantiam subinde conuertens. Quapropter eius baptismus nō est ea trutina pendendus, quo illa Iudeorum inania baptisimata, quæ præter corporis mūdiciam nihil aliud egregium præstabant. *Ad secundū.* **A**d secundum respondetur, baptismū Ioannis ob id fuisse permissum ministri nomine appellari, quod sola corpora abluebat, nō animam secundum illud Matth. 3. Ego baptizo vos in aqua, ille baptizabit in spiritu sancto: quare nihil faciebat, quod homo non posset facere. Baptismus verò Christi intus mundat animam: quare non potest tribui ministro, vt Paulo, Cephæ, aut Apollo, sed Christo, qui autor est gratiæ. Secūda ratio est, vt ait in. 4. S. Th. quā hic declarauimus: nepe, q̄ Ioannes institutor fuit illius baptismi. Quinverò ipse solus eius promulgator solusq; minister, quantum ad vsum, quippe cui peculiariter fuit commissum ministeriū, vt nemō alius illo ritu baptizaret. *Ad tertium.* **A**d tertium respondetur, quod cū tota Ioannis doctrina & operatio ad Christum ordinaretur, qui & suam ipsius prædicationē & Ioānis, signorū multitudine cōfirmavit, nō decuit eundē Baptistā villo clarere miraculo, ne homines in illum,

Ad primum argumentum.

Ad secundū.

Ad tertium.

ficuti

ficuti in Christum oculos conijcerent, sed omnes ad solū Christum attentionem dirigerent. Vnde Ioānes quærentibus quis esset, non miraculis, sed solo Esaiæ testimonio respondit, vox clamantis in deserto, &c. Tameſi eximia vitæ sanctimonia p̄ multis miraculis valeret ad suam autoritatē adstruēdam. Mirabile enim erat, vti ait illic Chrysoſtomus, in humano corpore tantā poenitentia videri. Præcepto autē illius baptismi nō oportuit publico, quod in sacram scripturam postmodum referretur, eò quod nō erat nisi per exiguo tēpore duraturus, sed satis erat per intrinsecam reuelationem inditum fuisse Ioanni. **Q**uod si arguas. Si Ioannes tenebatur baptizare, consequitur, vt & populus etiā baptizari obligaretur, atq; adeo necessarium erat præceptum publicum. Negatur populum peculiari præcepto diuino obligari tūc ad illum baptismum: quia nullum eiusmodi extat mandatum, neq; ille erat ad salutem necessarius, sed forsitan iure naturæ conuincēbatur, vt viro tanta morum doctrinæq; claritudine splendenti audientes essent.

Nullum erat præceptum.

Circa tertiam conclusio.

Hugo.

Responsio ad tertiam.

Circa tertiam verò conclusionem hoc certum est, neminem illum ritum cōsumisse perfectum sacramentum, vti sunt euēgelica: quia, vt illico patebit, gratiam nō conferebat. Quod tamē esset propriè sacramentum, sicut illa veteris legis, est argumentum: quod ratio sacramenti in hoc consistit, vt sit signum gratiæ, vt erat circūcisio, & esus agni paschalis: baptismus autem ille perinde erat signum baptismi Christi, atque esus agni paschalis signū erat cœnæ dominici altaris. **S**ecundò arguitur. Illic erat vera materia, & vera forma. Ait enim Magist. in. 4. d. 2. Ioannē baptizasse in nomine vèteri: nihil ergo deerat quominus verū esset sacramentū. Item Hugo. li. 2. de sacram. par. 6. ca. 6. appellat eum sacramentum, dicens, in baptismo Ioannis per intinctionem aquæ solū sacramentum dabatur. **I**gitur propter hoc verbum Hugonis omnes antiqui consenserunt, illum fuisse propriè sacramentum eo modo, vt ait Alexander quart. par. quæst. 9. membro secund. quo sacramentum dicitur sacræ rei signū, eò quod fuit signum baptismi. Idemq; asse-

ruit Mag. in. 4. d. 2. ac perinde ibidem. S. Th. At verò multò doctius id negauit in summa. Ad rationē enim sacramenti nō sufficit, vt sit signū significans sacramentum nouæ legis. Nam illo modo etiam trāsitus maris rubri diceretur propriè sacramentum, quod tamen dist. 1. q. 1. art. 1. inter cætera nō nominauimus, sed debet significare, vt illic dixit. S. Thom. actio nem aliquam ipsius Christi sanctificantis, sicut esus agni paschalis significauit eius passionem qua nos sanctificauit, & pariter cœnā, quam ipse cum apostolis cœnauit, eos sui corporis communionem sanctificans, quod baptismo Ioannis nō conueniebat. Item licet, ille ritus significaret baptismum Christi, non tamē fuit propriè ad id significandum institutus, sed ad præparandum homines ad ipsum recipiendum, sicut catechismi, & exorcismi. Quare Beda super Ioā. supra citatus. *Beda.* Quantum catecumenis, inquit, nondum baptizatis prodest doctrina fidei, tantū profuit baptismus Ioannis ante baptismū Christi, vbi baptismum Ioānis catechismis comparat, quorū similitudinem art. proximo explicabimus.

Id autem, quod de forma subiunctum est, multò minùs mouet. Nam profecto ingenuè me fateor nō intelligere, cur doctores tam assertè dixerint, Ioannē baptizasse in nomine venturi. Tameſi opinio fuerit Hieronymi & Ambrosij. Collegerunt enim illud ex illo. Actuum. 19. vbi Ephesij à Paulo rogati in quo essent baptizati, responderunt, in Ioannis baptismate, quibus Paulus, Ioannes, inquit, baptizauit baptismate poenitentiae populum, dicens, in eū, qui venturus esset post ipsum, vt crederent. Inde nanque Hiero. super Iohelē cap. 2. & in epistola de viro vnus vxoris, ait Ioannem baptizasse in nomine venturi. Idēq; Ambr. lib. de spiritu sancto. Ex quibus Hugo loco citato lib. 2. par. 6. cap. 6. & Magist. Senten. d. 2. & Alex. de Ales & S. Tho. non solum in 4. sed in 3. par. q. præsent. ar. 6. ad 5. argumentum eandem opinionem ebiberunt. At verò (vt Durand. in. 4. distin. 2. q. 3. bene ait) profecto quicquid sit de conclusione. tamen ex illo loco illa forma non colligitur. Quoniā ibi nō dicit Paul Ioānem vsum esse illa forma, sed quod inter

Beda.

De forma baptismi Ioan.

Hiero. Ambr. Hug.

Durand.

M baptizā

baptizandum ut ait super Matth. Christi solto. homilia. 4. prædicabat, ut crederet in eum, qui esset venturus. Nam & si iam in carne venisset, erat nihilominus veterus ad baptizandum in spiritu sancto, suamque laturus legem, quam nondum tulerat. Et ideo aiebat. Qui post me veterus est, ante me factus est. Idest, qui post meam prædicationem & baptizandem in aqua prædicaturus baptizaturusque est in spiritu, remissurusque adeo peccata. Et confirmatur, quod non vteretur illa forma. Eodem modo baptizavit Christum quo alios Christum autem non est credibile baptizasse in nomine venturi, quando quidem eundem ipsum esse cognoscebat. Item circumcisionis, quæ erat verum sacramentum, sub quo per fidem conferebatur gratia, nulla legitur certa forma, ergo multo minus necessaria erat in baptismo Ioannis. Profecto multo fuisset congruentius, ut Iudæi in sua circumcissione illa vterentur forma: qua tamen non utebantur. Merito ergo illic Duran. & in eodem loco Scotus aiunt fortasse Ioannem nulla fuisse vsum forma. Quod sane ratione deinde optima confirmatur. Fuit namque ritus ille medius inter sacramenta nostra & vetera: in materia siquidem conveniebat cum nostro baptismo: cum antiquis vero in hoc quod gratiam non confererat. Et quia forma in hoc tantum adhibetur, ut exprimat effectum interiore anime, qui a ministro per Dei auctoritatem procedit, & illic nihil fiebat, quod purus homo non posset præstare, non opus erat dicere in nomine veteri. Ob id enim nos dicimus in nomine patris & filii, &c. ut trinitatem exprimamus, in cuius virtute confertur gratia. Quare si pariter Ioan. baptizaret in nomine venturi, denotaret, illic gratiam infundi: quod proprium erat veteri beneficii. Neque quod illic continuo subditur. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu, illi opinioni suffragatur. Nam cum veterus, & dominus Iesus, idem esset, non bene verba cohererent, ut propterea quod erant baptizati in nomine venturi, baptizarentur in nomine Domini. Imò quia Ioannes in forma baptismi nomen Domini non nominaverat, illo sunt nomine baptizati. Fateor auctoritatem Hierony. & Ambro. quos tam multi sequuntur, gra-

Optima ratio.

uissimam esse: verum tamen coeesturæ sunt istæ in contrarium nihilominus urgentes.

ARTICVLVS. II.

Utrum in baptismo Ioannis gratia daretur.



DE effectu illius baptismi quaeritur qualis fuerit. Apparet enim contulisse gratiam. Primo ex illo Mar. 1. fuit Ioan. in deserto baptizans, & prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, eiusmodi quippe remissio non fit nisi per gratiam. Secundo ex illo ibidem loco & Matth. 3. vbi habetur, eos qui a Ioanne baptizabantur, confiteri peccata sua: confessio namque peccatorum ad eorum indulgentiam: quæ fit per gratiam, ordinatur. **C**In contrarium est illud ibidem apud Matth. Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam, &c. **C**Ad quaestionem duabus breuissimis conclusionibus respondetur. Prima est negativa. Baptismus Ioannis gratiam non confererat. Probatur, quoniam tota doctrina eius & operatio, preparatoria erat ad Christum, sicut inferioris ministri est preparare materiam ad formam, quam induitur est principalis artifex. Vt in extruptione ædium ministrorum non est nisi lapides quadrare, quibus secundum artem architecti construendum est edificium. Gratia autem conferenda erat hominibus per Christum, secundum illud Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Cauillari autem quis posset ratione hæc quæ. S. Thomæ est, dicens, tantum probare quod Ioannes non per propriam auctoritatem conferret gratiam, non autem, quod nec tanquam minister Dei eam conferret: quæ do quidem eius baptismus diuinitus erat institutus. At verò ratio bene intellecta, bona est. Non enim tantum huic nititur fundamento, quod Ioannes non erat nisi minister Christi, nam & eius ministri postea per sacramenta conferebant gratiam. Sed in hoc fundatur, quod non erat minister nisi tanquam preparans materiam, eò quod antecessit Christum, eiusque baptismi institutionem. Quare suus baptismus non erat ad gratiam conferendam institutus. Et est quidem ratio duntaxat conclusionis expositoria: nam conclusio non indiget

Prior conclusio.

Aug.

2. conclusio.

Ad primū argumentū.

indiget ratione, quæ probetur, quippe cum sit de fide loco citato Matth. 3. Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est, &c. ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Quasi dixisset, virtus quidem mea ad corpus tantum aqua materiali pertingit, sed virtus, quæ fortior est, Christi spiritu & igni usque ad animam penetrabit. Vnde Greg. in quadam homilia eundem locum exponens. Ioannes, inquit, non spiritu, sed aqua baptizat, quia peccata solvere non valebat. Et Ioan. 2. vbi idem Baptista cum negasset se esse Messiam, interrogatur cur in aqua baptizaret, respondit. Ego baptizo in aqua, quasi dicat non in spiritu, &c. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem, & super eum manentem, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Vnde Augustin. in enchiridio, quod de consecra. d. 4. refertur. Non regenerabantur, inquit, vel renascebantur, qui baptizabantur baptismo Ioannis, sed preparabat viam Domino Christo, in quo solo renasci poterant, qui parabantur. **C**Secunda conclusio. Effectus baptismi Ioannis erat preparare ad gratiam per Christum conferendam. Hæc iam supra probata est, vbi diximus baptismum illum fuisse quodammodo sacramentale baptismi Christi. Quare citatus illic Beda comparat illum doctrinæ catechumenorum. Nam sicut catechumeni ante baptismum prius & quantum ad intellectum per catechismum erudiuntur de fide, quam professuri sunt ac deinde quantum ad affectum peccatorum redarguntur, ad monenturque renunciare diabolo, ac demum peccatorum remissio illis promittitur. Sic & Ioannes ad monebat, ut in Christum crederet, & peccatorum populum redarguens remissionem illis per Christi baptismum pollicebatur: atque assuefaciebat populum illo laudari ritu ut paratior ad baptismum Christi fieret. Et ideo sicut catechismi & exorcismi sunt dispositiones proximæ & quodammodo intrinsecæ baptismi. Sic baptismus Ioannis erat dispositio remotior, & quodammodo extrinsecæ. **C**Vis autem primi argumenti, quod contra fecim, in expositione illius loci Marci consistit. Fuit Ioannes baptizans & præ-

dicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. At bifariam legi potest. Vno modo, quod baptizaret baptismum suo prædicando eundem esse baptismum poenitentiae: non quod esset sacramentum poenitentiae, sed quod inducebat ad poenitentiam: eò quod qui illum suscipiebant profitebantur se poenitentiam acturos, ad quam baptismus ipse alliciebat, per hoc quod lotio illa corporalis munditie animam significabat, quæ fit per poenitentiam. Itaque, ut ait illic Hieron. gratia, quæ per baptismum Christi danda erat quodammodo per paranymphum initiabatur. Secunda autem lectio esse potest, quod erat baptizans baptismate suo, prædicans autem baptismum Christi, qui est baptismus poenitentiae in remissionem peccatorum. Prædicabat enim dicens. Ille vos baptizabit in spiritu sancto. **C**Secundus autem locus apud Matt. plusculum diffinitatis habet, quomodo scilicet, illi ad baptismum Ioannis confluentes, confitebantur peccata. S. enim Tho. in hac. quæ interpretatur, nihil aliud ait, quæ confessio illa peccatorum non fiebat ad eorum remissionem statim per baptismum Ioannis exhibendam, sed consequendam postea per poenitentiam & baptismum Christi, ad quem poenitentia preparabat. Concedit ergo aliquam illi fieri confessionem, quam verò facerent, non explicat. Et hic inferius. q. 68. ar. 6. ait quod accedere ad baptismum Ioannis confitebantur peccata, ut secundum qualitatem peccatorum eis poenitentia determinaretur. Vbi in superficie videtur sentire, quod esset illa confessio sacramentalis. Quod autem penitus id non sentiat, manifestum hic fit, vbi ait, quod in baptismo Ioannis nulla recipiebatur gratia. Quod si baptismus, sacramentum non erat, fit ut neque illa confessio. **C**Atque eam ob rem. Caiet. in expositione illius loci super Matt. ait, quod non confitebantur voc aliter, sed per id ipsum quod abluantur, confitebantur se esse peccatores. Itaque ablutio illa erat confessio. Interpretatio tamen illa non videtur consona textui, utpote cum tanquam duo illic connumerentur, baptizari, & confiteri peccata. Et est præterea contraria Diuo Thomæ dicenti, quod secundum qualitatem peccatorum imponebatur eis poenitentia

Hieron.

De confessione antiquæ legis.

Caiet.

Abulensis.

nitentia. ¶ Abulensis autem super eundem locum dicit, quod confitebatur vocaliter, non tamen exprimendo peccata sicut nos. Attamen præterquam quod etiam in hoc contradicit. S. Thomæ, qui ait qualitates peccatorum illos tunc exprimere, aduersatur verbo confessionis. Nam confessio generalis, putà cum quis dicit. Ego sum peccator, non est propriè confessio peccatorum, hæc enim sonat expressionem aliquam, ut iudex de illis iudicat. ¶ Thomas igitur VValdensis tomo 2. de sacramentis cap. 136. monstrare nititur in lege veteri apud Iudæos in more fuisse peccatorum confessionem expressam. Confitebantur scilicet, inquit, graua peccata, potissimum tria, adulterium homicidium, & blasphemiam, nõ tamè peccata cordis. Attamen nullum profectò eorum, quæ adfert, testimonium id planè conuincit. Nam maximè illud Leuitic. 16. vbi legitur quod oblatò hirco emissario sacerdos imponens ei manus orabat pro peccatis populi. Vnde colligit VValdensis iam tunc sacerdoti, per confessionem clanculum fuisse narrata? At reuera consequentia nulla est: nam illa confessio non erat nisi generalis, sicut sacerdos modo in ecclesia orat pro peccatis populi. ¶ De hac ergo re vnum certissimum est, quod in lege antiqua non fuit confessio sacramentalis, in qua conferretur gratia. Sola enim circūcisio erat eiusmodi gratiæ signum ad delendū originale. Aliud autem sacramentum ad remissionem actualium, error esset concedere fuisse in illa lege. Et ratio est, quæ sacerdotibus illi clauis spirituales nõ habebat, quibus dictū à Deo esset. Quorum remiseritis peccata remissa erūt. Quare nihil in illis sacramentis spirituale reconditū latitabat præter cultū religionis, & corporis ablutiones in figurā spiritualiū quæ in lege Christi erāt futuræ: iuxta illud Paul. ad Heb. 9. Sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus (hec enim erant ceremoniæ expiandi piacula) inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, hoc est, ad tollendas irregularitates, quæ ex peccatis contrahebant. Obligare autem Hebræos illos ad detegenda sua occultissima crimina sacerdoti minori præmio quàm nobis propositum est, vt. f.

Th. VVald.

Leuit. 16.

Sententia auctoris.

Heb. 9.

per eundem sacerdotem vice Dei fungētis omnia remitterentur, durissima esset lex. ¶ Alterū, quod hic subiicimus, est, quod Notæ. forsan illi genti moris erat confiteri sacerdotibus in tēplo peccata publica, vt sacerdos pro delinquēte oraret, & fortasè clanculum etiam aliqua cōfitebantur non vt gratiam tanquam per sacramentū suscipere, sed vt aliqua salutaria monita & consilia à sacerdote audirēt, & illis forsan castigatorias aliquas pœnitentias imponerent, vt ait D. Th. Nam erāt tunc quàm plurimæ oblationes animalium legales pro expiatione diuersorum peccatorum constitutæ. Atqui eiusmodi confessiones fuisse tūc consuetas, exprēdictis verbis Mat. non tenuiter cōfirmatur. Cū enim ait euangelista eos, qui baptizabantur à Ioanne confiteri peccata sua non solūm hoc dicit propterea quod Ioannes pœnitentiam prædicabat præparatoriam baptismi Christi, sed quod forsan mos ille solēnis erat illis quoties ad aliquam rem sacram accederēt. Eadē autem confessio multū ex verbis Lucæ. 3. innotescit. Ait enim quod homines diuersæ sortis & status diuersa documenta à Ioāne tunc suscipiebant. Diuites enim quærebant quid facerent. Et respondebat, quod qui haberet duas tunicas daret vnā nõ habenti. Publicanos verò idem quærentes cōmonebat, vt nihil aliud reciperent quàm constitutum eis esset. Sed & militibus imperabat, ne quempiā concuterēt, neque calūniam facerēt. Et hoc est quod ait euangelista, Ioannem prædicasse fructus pœnitentiæ. Et D. Tho. eis pœnitentias fuisse determinatas.

Notæ.

Lucæ. 3.

ARTICVLVS. III.

Vtrum conueniens fuerit vt Christus inter alios baptismo Ioannis fuerit baptizatus.



VAESTIONIS titulus duo implicat, vnū an fuerit condecens Christum baptizari. Alterum, an fuerit cōgruens vt non ille solus, sed alij præterea eodem baptismate intingerentur. Duabus ergo conclusionibus respondetur. Prima. Conueniens fuit Christum baptizari baptismate Ioannis. Nam suo

1. conclusio.

4. cognitiua.

5. cognitiua.

Sexta.

suo ipsius non solūm superfluum fuisset verum & valde indecens. Fit enim ille in remissionem peccatorum, quorum nullum ipse contraxit. ¶ Et posset quidem statim conclusio generalibus rationibus demonstrari. Qui enim pro nobis factus est homo, nec dedignatus est vsque ad mortem crucis obediens esse, semper voluit in officijs religionis, ceu vnū quē libet de plebe se exhibere, nisi quod egregiè id faciebat. Quare & circūcidi se permisit, & offerri in templo. Atque adeo cū populus tūc religionis gratia ad baptismū Ioānis cōuolaret, profectò quādo nulla alia interuenisset ratio, simul cū alijs concurreret. Sed deinde par erat, vt ritū illū, qui suo diuino appulsu erat institutus, suo ipse opere approbaret. Præterea etiam oportebat, vt honorem illum Ioāni ad augendam eius auctoritatem deferret. Quæ quidem auctoritas, vt paulò antè dicebamus, ad perhibendum testimoniū de ipso erat eidem Ioāni necessaria. ¶ At præter has tres congruentias, quarta eademque inter particulares potissima sumitur ratio sui baptismi, quæ iam supra explicata est, scilicet, vt vim regeneratiuam (quod ait Beda) conferret aquis, in qua materia suum confessim institueret baptismum: nempe, vt verus ipse baptismus alteri extēplo succederet: qui fuerat ei præparatio vnde Ambro. super Luc. cap. 2. Baptizatus, inquit est Dominus non mūdari volens, sed mundare aquas, vt ablutæ per carnē Christi: qui peccatū non cognouit, baptismatis vim haberēt ad abluenda peccata. ¶ Quinta congruentia sumitur ratione assumptæ humanitatis, quæ licet nõ in illo, in nobis tamè peccatrix est. Etenim sicut Chryf. in imperfecto hom. 4. ait. Quāuis ipse nõ esset peccator, tamen naturā suscepit genere suo peccatricem, in similitudinem carnis peccati: propterea & si pro se baptismate nõ indigebat, tamen in alijs carnalis natura eo opus habebat. Vnde Greg. Nazian. baptizatus est Christus vt totū veteranū Adā immergat aqua. ¶ Sexta fuit ratio, vt nostrā captaret obedientiam. Vt enim ait Augu. in sermone de Epiphania. Facere id voluit prius, quod faciendum omnibus imperauit. Et hoc est, quod ipse dicit Sic decet nos implere omne iustitiā, iux-

ta verbum Ambros. eodē loco super Lucam. Hæc est iustitia, vt quod alterum facere velis, prior ipse incipias, vt tuo alios horteris exēplo. ¶ Hanc autem decentiū nisi aliam septimā esse velis, egregiè differt Aug. super Ioan. tract. 4. Voluit nāque nobis exemplum obedientiæ relinquere, quam suo baptismo singulari obligatione debemus. Est enim eius baptismus tantę necessitatis, vt vbi eius opportunitas datur, nulla sanctitas sine illo sufficiat. Voluit ergo quāuis innocentissimus baptismate illo, qui figuram præ se ferebat pœnitentiæ, subiici, vt omnem excusationem baptismi sui cuiuscūque præscinderet. Cōtingere enim posset, quod quis ante baptismum, vt Cornelius & Paulus singulari morum probitate polleret, & fide etiam apud Deum, tūcque idcirco diceret nullo indigere baptismate, quod nullum in se agnosceret peccatum. Admonitos ergo voluit Christus vniuersos baptizari se volens, nullum prætextum innocentie homines ab eius baptismate excusare. ¶ Secunda cōclusio. Alios etiā decuit ante & post Christum eodem Ioānis baptismate baptizari. Primò patet ex historia euangelica, quæ cum sancto flamine gubernetur, non potuit non esse decentissima. Legitur enim Matth. 3. quod postquam alij baptizarentur à Ioāne, tunc venit Iesus, vt baptizaretur. Et Ioānis. 3. refertur quod baptizat⁹ Iesus morabatur in Iudæa, & ibi baptizabat & tunc Ioannes baptizabat in Aenon iuxta Salim. Plures huius conclusionis congruentiæ præcedentibus articulis positę sunt, scilicet: vt Iudæi per doctrinam Ioannis & pœnitentiam & assuetudinem ad baptismum Christi suscipiendum præpararētur. Sed aliam illic super Ioannē affert Aug. videlicet, quod si solus Christus illo baptismate fuisset. locus, facile existimari posset, fuisse præstantius baptismate eiusdem Christi: vt potè quod nemo præter ipsum fuisset dignus illum recipere. Quod autem illico baptizato Christo non debuit Ioannes à baptizando cessare, consilium fuit primò ne plebs existimaret illū zelo id vel ira facere, eò quod videret Christū per suos discipulos baptizare, & ne ipsi discipuli Ioannis acriori inuidia vrerentur, sed Ioannes eos eru-

Septima.

2. conclusio.

Aug.

diret ac deliniret, mittēs eos ad Christū. Præterea, quia illud baptismatum confirmum non debuit fieri in puncto, sed suauiter: vt aliquantulo tēpore ambo cōcurrerent, quousq; Christus satis esset populo manifestus. Atq; adeo sicut in morte Christi incipiente euangelica lege synagoga non fuit derepente sopita, sed deicit eius ceremonias tantisper seruari, vt cum honore sepeliretur, sic & de baptismo Ioannis censendum.

*Argumenta
in contrariū
soluuntur.*

¶ Sunt autem contra has cōclusiones tenuissima argumenta. Contra priorē quidem, quia debuit Christus honori suo cōfulere: suscipiēs autem cum reliquo vulgo baptismum illud pœnitentiæ, quod homines confitentes peccata recipiebant, videbatur sese peccatorem profiteri, cū tamen esset innocentissimus agnus, qui ad tollendū venerat peccata mundi. Nā si circumcidi se permisit, id fecit vt legis vinculum, licet illo non esset obligatus, impletur, ne si violator illius esset: repudiaretur à populo. Baptismi autem Ioannis nulla erat obligatio. Imò si exemplū à rerum natura ducamus, sicut primum cœlorum mouens, immobile est, sic illū, qui fons erat, baptismi baptizari nō deuit. ¶ Respondetur autem, quod vt dictū est, nō fuit baptizatus vt aquis ablueretur, sed vt illas ablueret. Et licet in aliquam veniret sinistram suspicionem, nō tamē ob id ea debuit prætermittēre, quæ per ipsum fieri cōueniebat. Omnes enim eiusmodi suspensiones post resurrectionē erant diluendæ. Vnde sicut debuit circumcidi, vt vetustā legē impletur: sic & baptizari, vt nouā suam ritē & rectē inchoaret. Postremum autem argumenti verbū hoc tantum cōcludit, quod cum fons fuerit & caput baptismi euangelici, qui sit in spiritu sancto, non debuerit illo baptizari. ¶ Contra secundam verò cōclusionem arguitur. Baptisma Ioannis, vt Aug. ait super Ioan. tract. 4. & 5. in hoc institutum fuit, vt Christus baptizaretur: ergo ille solus debuit baptizari, saltem post ipsum nemo: nam vt ipse fatebatur Baptista, vt Christ⁹ manifestaretur in Israel venit in aqua baptizans: manifestatus autem fuit: dum fuit baptizatus, & illic eius capit baptism⁹: ergo illic debuit baptismum Ioannis cessare. Imò id videtur

*Argumenta
contra 2. cō-
clusionem.*

loco citato. Aug. asserere dicit. Baptizat⁹ est Christus, & cessauit Ioannis baptismum. ¶ Præterea, si ob id conueniebat, alios illud recipere baptismum vt ad Christi sacramentum præpararentur, quotquot erāt baptismum euangelicum suscipiendi debebant illud antea recipere, & tamē nulli aut ex gentilibus, aut ex pueris legitur illud suscepisse. ¶ Ad primū iam responsum est quod licet vt Christus illo ritu baptizaretur, vna fuerit eius institutionis causa, non tamen sola. Et quanuis dum baptizatus, est fuit manifestus: non tamen satis quousq; ipse per suos discipulos baptizasset. Quare, quod ait Aug. Baptizauit Christus, & cessauit Ioannis baptismum: non intelligitur eodem temporis momento, sed paulo post cum Ioannes Herodis iussu captus esset. Vnde Chryso-
Chryso.

stomus eodem loco super Ioan. Existimo, inquit: propter hoc permissam esse mortem Ioannis, vt eo sublato de medio Christus maximè prædicare inciperet, vt omnis affectio ad Christum transfiret, & non ultra his, quæ de vtroque erāt, sententijs scinderetur. Ad postremū deniq; respondetur, quod ob eandem allegatam causam, scilicet quod ille baptism⁹ erat præparatio sacramenti Christi, pueri, qui ante usum rationis nec erudiri poterant, neque ad rem aliquam affici, non debebāt illum suscipere. Neq; verò gentes Iudeorum ritu erant ad viam salutis præparandæ, sed soli Christo, qui vt legitur Genes. 49. erat expectatio gentium, munus illud referuabatur. Eo vel maximè, q̄ cū Christus ipse inhibuerit apostolis ante resurrectionem in viam gentium declinare, multò minus congruebat, vt eosdē ethnicos Ioannes ad suū baptismū admitteret.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum baptizati baptismo Ioannis deberent postea baptismo Christi baptizari.



V A E S T I O hæc satis per cōclusionem articuli secundi decisa erat. Nam si baptismum Ioannis gratiam non conferebat, sacramentū Christi nō excusabat, quin esset post recipiendum, sed propter quorūdam errorem

Opinio Mag.

rorem denuo mouetur. Inter respondendum ergo reselletur primò erronea illa opinio duabus rationibus. Et tandē vnica cōclusionem affirmatiua respondetur. Opinio illa prima fuit Magist. Sentent. in. 4. d. 2. vbi illos, qui à Ioanne baptizati erant, sic distinguit. Illi enim, inquit, qui nescientes spiritū sanctū esse, in illo baptisinate spem suam posuerunt, baptizati postea tenebantur baptismate Christi. Et de illis intelligitur loc⁹ ille Actuum 19. vbi baptizati à Ioanne, denuo baptizati leguntur in nomine Domini Iesu. Illi verò, qui spem non posuerunt in baptismo Ioannis, & patrem & filium & spiritum sanctum credebant: non fuerunt postea baptizati, neque verò indigebāt, sed impositione manuum apostolorum spiritum sanctum receperunt. ¶ Hæc autem secunda pars huius assertionis erronea est, & (vt inquit, D. Tho.) irrationabilis, in qua ideo non tenetur Magist. Imò generaliter ponitur cōclusio. Quotquot baptizati essent ab Ioanne erāt postea baptismum Christi baptizandi. Patet primò autoritate Aug. tract. 1. super Ioā. vbi ait. Qui baptizati sunt baptismate Ioannis, oportebat, vt baptizarentur baptismate Christi. Et probatur ratione duplici. Primà quia baptismum Ioannis, vt dictum est, neque conferebat gratiam, neq; characterem imprimebat, sed erat solum in aqua, vt ipse ait Mat. 3. ergo quantumuis quispiam spem suam in illo non collocaret, sed fidem haberet certam Christi, in quem suam iactaret spem, nō posset per solam illam fidem & spem villo modo characterem Christi recipere, imò verò fortè nec gratiam, nisi adiucto proposito recipiendi baptismum Christi, quē tunc Ioannes prædicabat baptizaturum in spiritu sancto. Sicuti modo quis potest per baptismum flaminis illā recipere. Dixerim fortè, quia si quis inuincibiliter ignorasset statuendū à Christo post resurrectionē baptismū sub præcepto, posset per modū meriti subiiciendo se Ioannis prædicationi, gratiam consequi, quandoquidē baptismi obligatio nō cepit currere nisi post resurrectionem. Secūdò, quando aliquid in sacramento omittitur, quod est de eius necessitate, non satis est suppleri, quæ de fuerunt, sed oportet totaliter innouari,

*Reprobatur
opinio Mag.*

Conclusio.

vt si quis baptizatur in vino cum debita forma, non satis est vt postea tingatur aqua sine forma, sed totum debet integrari: substantia autem baptismi Christi nō tantum in hoc cōsistit, quod fiat in aqua sed potissimum in spiritu sancto, iuxta verbum Christi Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Baptismus verò Ioannis non fiebat in spiritu sancto, sed, vt ipse ait Matt. 3. solum in aqua: ergo postea non satis erat supplementū illud spirit⁹ sancti per manus impositionem adhibere, sed totum erat innouandum, vt scilicet homo tingeretur aqua in nomine patris & filij & spirit⁹ sancti. Aut sicuti illic Actuum. 19. legitur, in nomine domini Iesu. ¶ Res est satis clara, sed si aliqua sunt emergentia dubia argumentis examinantur.

¶ Arguitur ergo primò. Ioannes nō fuit Apostolis inferior, quippe de quo ait Christus Ioan. 11. Inter natos mulierū nō surrexit maior: qui autem ab apostolis, imò ab alijs discipulis baptizabatur, nō rebaptizabatur, sed vt de baptizatis à Philippo legitur Actuum. 8. per impositiones manuum apostolorū recipiebant spiritum sanctum: ergo idem de baptizatis à Ioanne sentiendum est. Ad hoc autem, quod Magistrum Sententiarum mouere potuit, respondet Aug. super Ioā. tract. 5. & refertur de consecra. dist. 4. can. Aliud. & 1. q. 1. can. Dedit Iudas, dicens, post Ioanem baptizatum esse, quia non dabat baptismum Christi, sed suum, post Iudā verò minimè, quia dabat baptismū Christi. Nā baptismus talis est qualis est ille, in cuius potestate datur, nō qualis ille, cuius ministerio datur. Et idē erat de baptizatis à Philippo, idēq; esset de baptizatis à quouis infideli. Manuū verò illa impositio, quæ apostolis super baptizatis fiebat, nō denotabat nō recepisse gratiā in baptismo, sed erat cōfirmatio, quæ, ideo quādo nō erāt alij episcopi, ab alijs fieri nō poterat quā ab apostolis: si cut modò nō datur nisi per eorū successores episcopos. Illo verò tēpore descēdebat spiritus sanctus visibiliter super apostolos. ¶ Secundū argumentū est. Multi ex apostolis baptizati sūt baptismum Ioannis, quia multi fuerant eius discipuli, &

1. argumētū.

Aug.

2. argumētū.

tamen non leguntur baptizati postmodum baptismo Christi: ergo baptisma Ioa. non opus erat baptisimi Christi. Ad hoc etiam idem Aug. respondet epist. ad Seleuc. dicens. Intelligimus discipulos Christi fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis sicut nonnulli arbitratur, siue (quod magis credibile est) baptismo Christi. Hoc autem d. 5. art. 2. pressius dilucidabimus, coniectantes fuisse baptizatos Christo in mortali carne viuente. Quinuerò & Ioannes ipse, ut ibidem simul cum Chrysolto mo & Hierony. adnotabimus fuit etiam eodem Christi sacramento intinctus.

3. Argumentum.

¶ Tertio arguitur ex allegato loco. Actuum 19. argumento Magistri. Sent. legitur namque ibidem, quod Ephesij interrogati an spiritum sanctum acceperint credentes, responderunt, neque si spiritus sanctus est, audiuius. Et rursus requisiti in quo essent baptizati, dixerunt in Ioannis baptisma. Et illico sequitur. Baptizati sunt iterum in nomine Domini Iesu. Tota ergo causa, quare oportuit eos denuo baptizari, fuit, quia non receperant spiritum sanctum, iuxta verbum Hierony. super Iohalem. c. 2. & in epistola de viro vnius uxoris dicentis. Qui spiritum sanctum nesciebant cum baptismum à Ioanne receperunt, iterum baptizati sunt baptismo Christi. Et idem ait Ambro. in lib. de spiritu sancto. Quorum testimonio hallucinatus Magist. dixit, non omnes baptizatos à Ioanne oportuisse à Christo baptizari, sed eos duntaxat, qui spiritum sanctum non acceperant, quia spem in Ioanne collocauerant. Respondetur autem quod Hieron. & Ambro. non faciunt illam diuisionem, sed intelligunt quod omnes baptizati à Ioanne denuo baptizati sunt, quia virtute illius baptismi, eo quod non esset bopismus Christi, non receperant spiritum sanctum. ¶ Postremum argumentum posset adhiberi, quod si baptizabat in nomine vetrici, non erat iteradus baptismus in nomine Domini Iesu: quia idcirco. Nos autem iam supra nostram opinionem declarauimus, quod fortè credibilius est, illa forma non fuisse usum: cuius vnū argumentum hoc ipsum fecimus. At verò D. Th. & alij contra riu opinantes respondēt, in hoc, quod dicebat, vetrici, insinuasse non baptizare baptismo Christi, quod non dū fuerat institutus.

Postremum argumentum.

in Quart. Senten.
Distinctio. 3. de baptisimi definitione & eius partibus.



IS ergo præiactis ad baptismum sacramentorum primū descendamus. Est enim baptismus,

vt ex Christi verbo Ioan. 3. colligitur, sacramentum regenerationis ex spiritu sancto. Et vt Apostolus ad Ephesi. 5. insinuat, lauacrum seu ablutio aquæ in verbo vitæ ab originali culpa. Quod doctores explicatius aiunt. Baptismus est ablutio corporis, exterius facta sub præscripta verborum forma. Vnde Aug. tract. 15. super Ioan. Tolle, inquit, aquam, non est baptismus: tolle verbum, non est bapismus. Et tract. 80. verbo baptisma conseratur. Detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbū ad elementum, & fit sacramentum

Cap. j.

Definitio baptismi.

Paul. Ephe. 5.

Augu. tra. 15. super. Ioa.

Augu. tra. 80.

¶ Christus autem seruator noster hoc sacramentū illic instituit, vbi vim ei tribuit sanctificandi: nempe vbi baptisimate Ioannis intinctus vim regeneratiuam (vt ait Beda) contulit aquis. Vnde Augu. in sermone Epiphanię. Ex quo Christus, inquit, in aqua mergitur, ex eo omnium peccata abluuit aqua. Eius autem necessitatem vniuersis mortalibus postquam resurrexit indixit: vti apostolos in orbē dimittens ait. Docete omnes gentes, &c.

Cap. ij.

Aug. in sermone Epiph.

Ma

Cap. iij. ¶ Materia ergo necessaria baptismi est aqua simplex: neque, quæ legitima aquæ speciē seruet: admonete Christo, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Hinc quippe elementū, vt quo viuientia præcreatur regenerandis mortalium animis aptū erat, præterquam quod adeo vbi que peruiū est, & comune, vt exuberantissima eius copia necessitati baptismi maximè congruat.

Cap. iij. ¶ Forma autem verborū illa est, quæ Christū docuisse iussisseque; modo dicebamus. Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Vbi confessio expressa fit trinitatis cuius fidē baptismate perfitemur. In huius. n. testimoniū in baptismate christi tres oēs trinitatis personæ comparuerunt: videlicet, pater in voce, filius in carne, & spiritus sanctus in effigie colūbe. Vnde Zacharias papa. c. in synodo. de cōse. d. 4. Perfectus inquit, christianus nemo est nisi in nomine patris et filij & spiritus sancti fuerit baptizatus. Nam si quis vnā de trinitate personam in baptismate non nominaret, illud baptismate verū esse non posset. Tametsi apostoli, vt in actis apost. crebro legitur, flamine sancto aspirati, vt nomen Christi celebraret, in tempore vsi sunt forma baptizandi in nomine Christi, quæ usum iam pridē ecclesia dimisit.

Cap. v. ¶ Formaverò actionis solēnissima est immersio, qua Christi sepultura commemorat, iuxta verbū Apostoli ad Rom. 6. Quicumque baptiza-

ti sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Vnde Chryso. sup Ioan. cap. 3. Sicut in quodam sepulchro in aqua submergentibus nobis capita verus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, deinde nouus rursus ascendit. Quinuerò olim in honore sanctæ trinitatis, vsus trinae merfionis fuit celeberrimus, vt inter canones apostolorum can. Siquis presbyter, extat. Hæc autem forma non est de necessitate, quinuerò trinae merfionis vsus quæ rarissimus est. Caterum quantum vnica merfio, vbi commodè fieri potest obseruanda sit, tamen iustis de causis nonnunquam licet prætermittitur.

¶ Atqui cum autore ad Ephe. 4. A-

Chryso. super Ioan. c. 3.

Cap. vj. Paul. ad Ephe. 4.

De cōse. dist. 4. can. Rebaptizare.

¶ Veruntamen licet vnicū sit baptismi sacramentum, tria tamē hoc nomine denotantur propterea quod & baptismus tam sanguinis quæ flaminis sacramenti baptismi vicem suppleat. Nam & martyriū Apocalyp. 7. illis designatur lotio nis verbis. Hi sunt qui venerunt ex magna

Can. in synodo. de consec. dist. 4.

Paul. Rom. 6.

Apoca. 7.

magna tribulatione & lauerūt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni. Et baptismū flaminis insinuauit Esaias cap. 4. dicens. Si abluerit Dominus sordes filiarū Siō, & sanguinē Hierusalē lauerit in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Horū autē baptismatū excellentissimū est sanguinis, iuxta verbum Domini Ioan. 15. Maiorē hac dilectionē nemo habet, quā vt animā suā ponat quis pro amicis suis.

DISTINCTIONIS tertiæ Quæstio vnica. De baptismi substantia & partibus.

S. Thom. 3. part. quæst. 66.

ARTICVLVS. I.

Vtrum baptismus sit ipsa ablutio.



MATERIA baptismi, qui primum sacramentorum est, atq; adeo eorum initium & caput, quatuor distinctionibus, vt in textu propositum est, absoluetur. Prima est de essentialibus partibus baptismi: quæ vnica quæstione, per duodecim articulos distributa elucidabitur. Proponitur ergo primus articulus de definitione baptismi. Nam licet interrogatio nō fiat, nisi de eius genere, sit ne ablutio, an ipsa aqua, totam tamen definitionem perscrutatur. At quoniam in baptismo tria est cōsiderare: videlicet, id quod est sacramentū tantū, & id quod est res & sacramentum, ac denique id quod est res tantū, tribus conclusionibus, respondetur. Id enim, quod est sacramentum tantū, est signum sensibile exterioris interioris effectus: in hoc enim con-

sistit propria ratio sacramenti. De hoc igitur asseritur prima conclusio. Baptismus est ablutio corporis exterior, facta sub forma præscripta verborū. Quæ quidem definitio à Magist. Senten d. 3. constituitur. Fuit enim inter Hugonē & ipsum nōnulla, saltem verbalis, differētia. Definiuit in quā prius Hugo sacramentū in genere, li. 1. de sacra. p. 9. ca. 2. vt. d. 1. q. 1. visum est, qd esset corporale vel materiale elementū, &c. Et postmodū lib. 2. p. 6. c. 2. subsequēter dixit, qd baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata. Vnde quidā collegerūt, sacramentū esse actionē, sed materiā ipsam, s. aquā. Ex actius autē Magister dixit esse ablutionē, seu actionē seu passionem. Quod patet primo ex illo Eccles. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterū tēgit mortuū, quid proficit lauatio eius? vbi baptismus dicitur lauatio. Secundò id confirmatur ratione. Cū sacramēta nouæ legis sanctificationē operentur, ibi perficitur ratio sacramenti, vbi perficitur sanctificatio: in aqua autē nō perficitur sanctificatio, tamen in aqua virtus instrumentalis in fit, non permanens, sed fluēs in hominē, qui sanctificationē recipit, vt. d. 1. q. 3. explicatū est: sed sanctificatio perficitur in vsu & applicatione ipsius aquæ, quæ est lotio: per quā virtus aquæ effluit in hominē: ergo sacramentum baptismi est lotio. *Secūda conclusio.* Res & sacramentū est character: est enim res per externā ablutionē significata, est tamen signum, vt. d. 1. q. 4. expositū est, internæ gratiæ. *Tertia cōclusio.* Gratia ipsa iustificās, seu iustificatio, quæ per ipsam fit, est res tantū, significatur enim & nō significat. *At quoniā variæ definitiones tā ab antiquis patribus, q̄ à neotericis scholasticis baptismō adscribūtur, notandū est, rē quālibet ex omnibus eius partibus, causis, & effectib⁹ posse, aut definiri, aut quodāmodo circūscribi.* Vnde Damas. li. 4. c. 26. propter argumentū primū, quod hic affert D. Th. videlicet qd baptism⁹ debet manere in baptizato: ablutio autē nō manet, definiuit ipsū ab effectu, dicēs, qd est regeneratio & sigillū & custodia & illuminatio: quæ vtiq; oīa pmanent in baptizato. Atq; hac ratione Altisiodorē li. 4. tract. 3. cap. 2. dixit baptismum nō esse solam

solam ablutionem, sed aggregatum ex ipsa & caractere manente in anima. At verò cum character sit effect⁹ baptismi, nequit eius esse pars. Respondetur ergo ad hæc, quòd baptismus quantum ad id, quod est propriè sacramentum tantū, non est res permanens, sed actio trāsiciens. Dicitur enim quisq; baptizatus, quia ablutus in forma ecclesiæ: permanent autem illi effectus, quos exprimit Damas. Quare illæ prædicatiōes, baptismus est regeneratio, & sigillū, &c. non sunt idem ptiçæ, sed causales, id est, baptismus est sacramentum, per quod fit regeneratio & sigillatio, &c. Ac si dicas. Ignis est calfactio. Permanent inquam duo eius effectus: scilicet, character indelibiliter, iustificatio verò amissibiliter. Character namque est sigillum, vt dist. 1. q. 4. expositum est, quo discernuntur christiani ab extraneis. Ac subinde est animæ custodia. Nā suapte natura ipsam custodit, nisi per suam libertatem homo illā amittat. Gratia autem iustificās, seu ipsa iustificatio ob id dicitur regeneratio, qd est inchoatio spiritualis vitæ. *At verò quoniā, vt distin. præcedenti circa circuncisionem dicebamus, baptismus & sacramentum est, & actio quædam vel passio, utroque modo aptissimè definitur adiiciendo loco differentiæ id, quod proprius eius effectus est.* Vnde definitiones duas, quas in textu posuimus exactè puto esse constructas: scilicet, Baptismus est sacramentū regenerationis ex aqua & spiritu sancto: & est ablutio aquæ in verbo vitæ ab originali culpa. Quarum prior ex Christi verbis: posterior verò ex Paulo colligitur. Vbi autē ait D. Th. Baptism⁹ est ablutio corporis exterior sub certa verborum forma. Verbo illo, exterior, significatur id, quod est tantū sacramentum: nam res sacramēti est ablutio animæ interior, iuxta illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Nascimur enim ex Adam, vt ad Ephes. 2. ait Paul. naturā filij iræ, & per baptismum renascimur in Christo filij misericordiæ: secundū illud Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credūt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis (scilicet, vt ex Adam) sed ex Deo nati sunt. *Perpēde*

quo nos honore dignetur Deo plenus euangelista. Non enim satis duxit vocare nos filios adoptionis, vt crebrò Paulus, sed (quod Christus est per naturam) ex Deo nos per gratiam appellauit natos. Dicitur etiam baptismus illuminatio, eò quòd illuminatio fit per intellectualem fidem, cuius baptismus sacramentum est, & protestatio. Vnde ad Hebræ. 10. Apostol⁹, Rememoramini, inquit, pristinos dies (scilicet dum baptizati estis) in quibus illuminati magnum certamē sustinistis passionū. Alijs etiam nominibus nuncupat hoc sacramentū Chrysostomus in illa oratione ad baptizatos quæ incipit. Quam dulcis (vt est ipsa dulcissima.) Dicitur enim expurgatio: nā p baptismū, vt ait Paul. expurgamus vetus fermentum, vt simus noua conspersio. Appellatur & sepultura & plātatio, & crux Christi: nam omnia hæc insinua uit idem Apostolus Roma. 6. dicēs, quòd complantati, & consepulti sumus Christo per baptismū, & quòd illic vetus homo noster crucifixus est, vt destruat corpus peccati. *Arguitur autē contra rationem, qua baptismus dicitur esse illuminatio: nēpe, quia baptismus est protestatio fidei. Vniuersa sacramenta, vt. d. 1. q. 1. constituimus, sunt quædā protestationes fidei. Diximus enim esse religionis ceremonias, quibus fidē colimus: cōfidentes sub huiusmodi signis beneficia nos gratiæ suscipere: ergo omnia essent illuminationes. Respondetur, cætera sacramēta, generaliter dici protestationes fidei. Quia mēbratim per singula profiteamur peculiaria gratiæ munera suscipere. Vt per eucharistiam, spiritualem pastum: & per poenitentiam sanitatem ab actualiū peccatorū morbis. Cæterum baptismus peculiari sua natura & per antonomasiā est, diciturq; sacramētum fidei, vt episto la. 23. ad Bonifacium ait Augustinus. Et refertur de consecratione dist. 4. can. Nihil est: quia per ipsum confitemur profiteamurq; totam fidem, illam suscipientes familiæq; nos Christianæ mancipantes obligantesq; nos adeo ipsos ad obseruā tiam totius christianæ legis. Et ideo est regeneratio & introitus ad fidem. Quocirca vbi ait S. Th. quòd est protestatio fidei, intelligit nouā totius fidei professionem*

Definitiones legitime.

Ioan. 1.

Altisiodorē li. 4. tract. 3. cap. 2.

solam

Paul. sionem & susceptionem ac subinde illuminationem. Erasmus enim, inquit, Paulus, aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Per alia verò sacramenta eandem fidem per partes colimus, quam in baptismo totam suscepim⁹. ¶ Potest itē baptismus per causam finalem circūscribi, quæ admodum Dionysius ca. 2. eccles. Hierar. ipsum definiuit dicēs esse quoddam principium sanctissimorum mādatorum sacræ actionis, ad eorum susceptiuam opportunitatem formans nostros animales habitus. Est siquidem finis baptismi, proximus adaptare nos ad reliqua suscipienda sacramenta, ut potē quæ nō nisi baptizato exhiberi valent. Finis verò vltimus eius est vita æterna: & ideo subdit, ad supercælestis quietis anagogē (hoc est, ad excelsam cōtemplationē) nostrum iter faciens. Quod autem subiungit. Sacræ & diuinissimæ nostræ regenerationis traditio, effectus est proximus, ut dictum est, baptismalis gratiæ. ¶ Potest præterea definiiri per causam materiale. Sed duplex est eius materia: scilicet, remota, ut aqua, qua fit ablutio, & proxima, quæ est ipsa ablutio, quippe cui proximè adiungitur verborū forma: ego te baptizo. Hugo igitur definiuit per materiam remotam, dicens: baptismus est aqua diluendis criminibus per verbum Dei sanctificata. Quapropter, ut in solutione secundi ait D. Tho. aut auscultandus nō est, aut est certè glossandus in sensu causali, hoc est, Baptismus est ablutio quæ fit per aquam. Nam quod non sit aqua, sed ablutio, nomē ipsum in primis palam clamat. Est enim baptismus græcè verbale nomen, idem significans, quod ablutio, seu tinctio. Et deinde ratio quā modo tetigimus. Substantia enim baptismi est illa, quæ explicatur per formā: forma autem est: ego te baptizo: hoc est ego te abluo: ablutio ergo est baptismus, qui est res successiua: aqua verò est res permanens. ¶ Ad hæc sacramētum, ut distinctio. i. questione prima explicuimus significat, nō simpliciter gratiā, sed eius actionem: scilicet, iustificationem hominis, quæ est ablutio animæ: illa autem nō per aquam, sed per externā abluionem significatur: quæ fit per aquā, sicuti iustificatio, per gratiā. Ablutio ergo est sacra-

mentum baptismi. Et confirmatur præterea autoritate apostoli ad Ephelios. 5. Mundans eam lauacro aquæ. Vnde Augustinus tracta. 15. super Ioannē plane infert nihil aliud esse baptismum, quā lauacrum: & tracta. 80. colligit, quod baptismus est tinctio in aqua verbo vitæ sanctificata. Quare illud quod subdit: accedit verbum ad elemētum, & fit sacramētum, non sic intelligitur, ut ipsum elemētum aquæ fiat sacramētum, sed ut Magister dist. 3. ait, ipsa ablutio facta in elemēto fit sacramētum. Seu potius ut hic in solutione ad. 3. explicati⁹ ait. S. Tho. in ipso homine per vsum aquæ fit sacramētum. ¶ Ex quo fit, ut scite ait Ricardus in. 4. dist. 3. & Scot. d. 6. q. 2. quod & si actio & passio secundum philosophū. 3. physicorū idem sint motus, diuersas connotantes relationes, ut motus ad calorem est actio, quatenus procedit ab igne, & passio, quatenus in ligno recipitur, tamen baptismus potius est ablutio, quatenus passio recepta in homine, qui abluitur: quandoquidem in ipso recipitur sacramētum. Sunt enim sacramenta, ceremoniæ illæ quibus iustificamur, atque adeo actiones quatenus in nobis recipiuntur. Vnde si quis simul eadē aquæ aspersione plures baptizaret, tot multiplicarentur baptismata, quot essent homines illa recipientes. ¶ Ceterū quāuis hæc vera sint, maiori etiā opus habent elucidatione. Arguitur ergo primò contra rationem. D. Th. nempe, quia sacramētum nouæ legis operatur iustificationē, actio ipsa exterior est sacramētum. Circūcisio non cōferebat gratiā, & nihilomin⁹ non culter, sed ipsa preputij incisio erat sacramētum: ergo illa nō est adæquata ratio. Respondetur, quod licet hoc D. Tho. ad maiore explanationem afferat, satis tamē est ad rationem sacramenti, quod sit signum iustificationis: & ideo, quia non per cultellū, sed per illam expoliationē pelliculæ significabatur purgatio originis culpæ, actio illa erat sacramētum, sicuti modo ablutio. ¶ Secundò arguitur, sacramētum altaris post cōsecrationē & ante summptionē dum latet in pixide est sacramētum: tamen non est actio. Respondetur, nō intelligi conclusionem sic vniuersaliter, quod omne sacramētum

con

consistat in actione. Est enim sacramētum id quod cōtinet sacrum: interest autem, ut infra. d. 8. q. 1. videbimus, inter eucharistiam & reliqua sacramenta, quod reliqua nō habent in se virtutem vllam sanctificandi, nec significandi, nisi in ipso vsum: & ideo actiones ipsæ, seu passiones recipientium sunt sacramenta: scilicet, ablutio, vñctio, &c. Species verò cōsecratæ significant virtutem, quam continent: nempe, corpus & sanguinem, quæ sunt sanctificandi virtutes: ideoque verè sunt sacramenta. Cōsecratio verò & sumptio dicuntur non tam sacramenta, quàm cōsecratio & sumptio sacramēti, ut illic patet. ¶ Tertio arguitur. Baptismus, ut d. 1. q. 1. tetigimus & infra est iterum repetendum, constat ex materia & forma, quæ sunt ablutio & verborum prolatio: supponit ergo pro toto cōposito: sicuti homo pro coniuncto ex materia & forma, atque adeo non est ablutio, sed totum aggregatū. Scotus in. 4. dist. 3. q. 1. licet vtraque partem probabilem existimet, gratius tamē huc propendet, quod baptismus supponit pro toto aggregato, eo quod relatio significandi sacramētalis in toto fundatur. Et Marfi. in. 4. d. 3. ar. 1. affirmati⁹ id asseuerat. Sed vera & theologia & philosophia vna voce reclamant. Vnde D. Thom. ac subinde Ricardus de media Villa eadem dist. & quæst. secundum veram philosophiam Arist. 2. phys. respondent quod baptismus non est velut cōpositum in genere substantiæ, sed sicuti res artificiatæ, cuius tota substantia est ipsa materia. Statua enim non supponit pro aggregato ex ere & forma, veluti homo pro corpore & anima, sed pro ære, habet talem formam: sicuti album nō est compositum ex papyro & albedine, sed corpus habens albedinem. Sic ergo baptismus, cum idem sit quod ablutio, ut nomen sonat, de qua rogo alia re, quàm de abluione affirmetur? Ecquis enim dicat, dū mulier, ait, ego lauo linthea, abluionera esse aggregatū ex abluione & verbo? Arbitratur autem Scotus subiectum relationis sacramēti: scilicet, significandi esse totū aggregatū, & ideo totum esse materiam, pro qua supponit sacramētum: quod profectò est falsum: nam forma nō est pars materiæ, sed ablu-

tio facta sub illa forma est tota materia suscipiēs formā. Sed quid pluribus opus est? Cum ipse in definitione dicat: baptismus est ablutio hominis, &c. vbi eadē res per subiectum & prædicatum significatur, quo pacto dubitare potest quomodo baptismus pro sola abluione supponat? Hoc autem verissimum est quod supponit pro abluione cōnotatō fieri sub tali forma. Nam ut ait Augustin⁹: si detrahas verbum ab elemēto, nihil manet nisi mera aqua & ablutio secularis & profana. Igitur indubitanter debet Scotus affirmare relationem significandi non in aggregato ex abluione & verbis fundari, sed in abluione, quatenus sub illis fit verbis. Nā ut hoc physico demus, duplex est fundamentū relationis, alterū remotū, quod ab illa denominatur, alterum verò proximū, quo mediante illa relatio inest, sicut homo est, qui denominatur pater mediante actu generandi. Pariter ergo ablutio est, quæ denominatur baptismus, significans effectum gratiæ mediante verborū forma, quæ idcirco à philosophis nūcupatur, fundamentū quo. ¶ Per hoc soluitur aliud argumentū, quod sit quartum. Dicitur est. d. 1. sacramētum poni in genere signi: species autē & genus in eodē esse debet prædicamento: baptismus ergo nō est actio vel passio sed signū. Respondetur in quā cū D. Th. in. 4. d. 3. q. 1. quod quauis ratio cunctis sacramentis communis sit esse signū latētis gratiæ, qua ratione habet, ut sint sacramenta, nihilominus rationē illam fortiuntur à forma, in qua ut diximus. d. 1. consistit perfecta ratio significandi: At tamen res artificiatæ non ponuntur in genere ratione formæ, sicut species substantiæ, sed ratione materiæ, quæ est tota eorū substantia. Statua enim & domus nō collocatur in genere qualitatis, nisi secundum quid ratione formæ. Simpliciter autem sunt in genere substantiæ, vbi sunt ligna & lapides. Pariter ergo baptism⁹ inquantū sacramētum quidē est in genere signi, sed simpliciter in genere actionis vel passionis. Posset utique definiiri rōne formæ sic: baptism⁹ est sacramētum abluionis, &c. Sed tamen aptius per materiale genus, quod est proximū definitur. ¶ Quintum argumentum est nominalium

Paul.

Dionys.

Duplex materia baptismi.

Hugo.

Baptismus est ablutio.

August.

Ablutio passio.

Tertium.

Scotus.

Primum argumentum.

Secundum.

Quartum.

Quintum. narium. Ablutio nihil aliud est, quam aqua ipsa qua res abluatur: ergo eodem recidit dicere: baptismus est ablutio, & dicere, est aqua. Bernardus super ca. De trahe. prima quæst. prima citat Gandulphum quendam dicentem, baptismum esse aquam: ex quo infert asinum posse bibere sacramentum. Quam utiq; quæstionem Scotus in. 4. distin. 6. q. 3. merito appellat asininam. Alij verò recetiores autunt, quòd asinus sacramentum bibere potest, non tamè potest bibere sacramentum. Sunt autem in theologo futilia hæc verba: Et quando concedendum esset ablutionem esse aquam, libentius dicerem, nò esse nisi hominem, qui abluatur. *Legitima solutio.* Iam enim dictum est, ablutionem in præsentiarum usurpari passiuè. Legitima autem solutio est, nec ablutionem actiuam esse aquam, necq; verò passiuam, hominem, sed ablutio est actio & passio. Nam si prædicamenta realiter distingantur, res est plana. Et quanuis non distinguerentur tanquam res & res, licet in sensu idètico motus & actio & passio, essent eadè res, quæ est substantia, nihilominus in sensu formali falsissimum est, substantiam esse actionem vel passionem. Quàdoquidè ad veritatè huiusmodi sensus nò fat est, quòd sint eadem res, siquidem ob solam diuersitatem definitionum substantialium Arist. appellauit propositiones immediatæ veritatis, negationes illas in quibus vnum generalissimum negatur de alio: vt substantia non est qualitas, neque relatio, neq; actio. Quocirca si quis insisterit quærens quæ nam res est ablutio? respondetur nihil aliud quam quòd est actio vel passio. Ob id enim Arist. constituit decem prædicamenta, vt cum responsio peruenerit ad vnum generalissimum, illic interrogatio sistatur. Quapropter ineptius alij distinguunt, baptismum accipi dupliciter: vno modo pro aggregato ex ablutione & verbis: alio modo pro sola ablutione: isti nanque vt clare loquantur, inepta proferunt. Nihilominus esto baptismus sit ablutio arguitur sexto, quòd definitio nò sit satis plena. Si enim quis seipsum baptizaret, aut certè alium, sed tamen vel inuitum, vel iam baptizatum, vel sine legitima intentione, esset ablutio sub certa verborum

forma, & tamen non esset baptismus: ergo definitio curta. Propter huiusmodi argutias Scotus in. 4. dist. 3. quæst. 1. longiorem hæc comminiscitur definitionem. *Sextum.* Baptismus est ablutio hominis aliquantulum consentientis, facta ab alio in aqua, verba simul certa cum intentione debita proferente, significans efficaciter ex institutione diuina ablutionem animæ à peccato. Et Gabriel addit, quòd sit ablutio hominis viatoris, facta in aqua elementari fluida ab alio, cum legitima intentione &c. Huiusmodi autem commatas definitiones, iam diximus dist. 1. q. 1. esse à peripatetica definiendi arte alienas: quippe quæ suffarcinationes potius existunt vniuersorum, de quibus sigillatim disputandum est, quam definitiones: quæ communes esse debent animi cõceptiones, atq; adeò nil dubietatis continent. Enimverò vtrum quis possit seipsum baptizare, aut si requiritur consensus positiuus baptizati, & similia, in disputationem postmodum sunt proferenda. Præterquàm quod Gabriel plurima in definitione inculcat non necessaria. Ecquis enim dubitet non posse nisi viatorè baptizari, cum in patria nò sint sacramenta? Itè quòd opus est dicere, in aqua elementari & fluida? Quàdoquidè quæ nò est elementaris, non est aqua, neq; verò nix aut grãdo. Vno ergo verbo possumus ad omnia respondere, dicentes, vt paulò ante tetigim⁹, in definitione intelligi genus, quod est sacramentum: hoc est, baptismus est sacramentum lotionis, &c. Quàdo autè aliquid eorum, quæ in præfactis argumētis tanguntur contingit, non est sacramentum, atq; adeò nec baptismus. Secundò respondetur, omnium solutiones cõprehendi, cum dicimus, Baptismus est ablutio sub certa forma verborum, quæ quidè postmodum peculiaribus articulis est explicanda: vt potè, ego te baptizo. Quam quidem formam falsò proferat qui seipsum baptizat, & qui baptizat in aqua, quæ nò sit vera aqua: nã illa non est ablutio: & qui sine legitima intentione baptizat: quoniã verba debent esse cõceptuum signa, vt ait. 1. perihier Arist. & qui inuitum vel iã baptizatum baptizat: siquidem accusatiuus, te, non solùm alium significat à baptizante, verum illum præcise, qui legitima est materia baptismi.

Artic

ARTICVLVS. II.

Vtrum baptismus fuerit institutus post Christi passionem.



DOST definitionem baptismi, quæ eius substantiam explicat, prius subsequitur disputatio de eius institutione. Supponim⁹ enim ex. d. 1. quæst. 5. omnia sacramenta nouæ legis à Christo esse instituta, & idcirco quæritur: vtrum baptismus ante eius passionem, an verò postquam resurrexit instituerit. Ad quòd D. Tho. sub distinctio ne respondet duabus cõclusionibus. Aliud quippe est loqui de institutione baptismi, vt saluificam haberet virtutem: aliud verò de vsu eius necessitate. Est ergo prior conclusio. Baptismi sacramentum fuit institutum à Christo seruatore nostro ante eius passionem. Tunc scilicet quando in Iordane baptismate Ioannis intinctus fuit. Probat ratione. Sacramenta nouæ legis ex sua institutione, vt dist. 1. quæst. 3. ostensum est, gratiam conferunt iustificatricem: baptismus autem illam tunc virtutem suscepit, quòd Christus baptizatus fuit, iuxta illud Bedæ in homilia Epiphaniæ. Tactu mundissimæ suæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis: ergo tunc institutus est. Accedit & testimonium Augustini in quodam sermone eiusdem celebritatis. Ex quo Christus in aqua mergitur, ex eo omnium peccata abluuntur aqua. *Secunda conclusio.* Necessitas vtendi sacramento baptismi indicta fuit hominibus post passionem & resurrectionem. Probat primò, quia cessatio vnius legis fuit obligatio alterius: figuræ autem antiquæ legis, atque adeò eius vinculum in Christi passione & resurrectione sopita fuere: ergo tunc coepit obligatio nouæ, cuius baptismus professio est. Secundò, per baptismum configuramur, vt ait Paulus, passioni & resurrectioni Christi, quatenus tunc peccato morimur, & ad nouam iustitiæ vitam resurgimus: ergo oportuit prius Christum pati, & resurgere à mortuis, quàm indiceretur hominibus necessitas configurandi se illi: siquidem exemplaris causa prior esse debet effectu. *Vtraq; verò conclusio* grauem offert disputationem. Quo-

circa, vt à prima exordientes id quod est notissimum supponamus, negari nequit, baptismum fuisse ante passionem Christi institutum. Sed forsitan quispiam in introitu statim hæsitet, quidnam opus erat circuncisionem aboleri, vt eius vice subrogaretur baptismus: quandoquidem sub circuncisione originalis culpa deleteretur? Ad hoc respondetur, ex illo fundamento supra iacto Hugonis lib. 1. de sacram. part. 1. cap. 6. & lib. 2. part. 6. cap. 3. Quòd Christi humanatio propinquius aduentabat: tantò debebant esse sacramenta suæ fidei clariora. Vnde sicut circuncisionem oportuit in lege scripta institui, vt figura veteris: sic, imò, multò congruentius, decuit in carnato iã Deo in lege gratiæ sacramenta gratiæ ab ipso gratiæ autore institui. Primum ergo omnium baptismus in hoc circuncisioni præstat, quod, vt d. præcedenti dictum est, illa erat huius figura: hic autem illius veritas. Secundò, quia illa erat peculiari populo & sexui indicta: hic autem omnibus gentibus & sexibus vniuersalis. Christus siquidem vniuersorum redemptor vnã totius orbis ecclesiæ cõpegit. Tertiò quòd ad efficaciam, illa erat tantum signum gratiæ, quæ nec omnem poenã condonabat, vt proxima dist. visum est, nec characterem habebat annexum: hic autem non solum signum, sed instrumentum passionis Christi est, gratiam conferens in remissionem omnium culparum & poenarum, ianuamq; subinde cœli aperiens, atq; adeò perfectissimam amicitiam Dei cõciliat. Sunt enim amici, vt philosophorum axioma admonet, quibus omnia sunt cõmunia, in quibus amicitia fundatur, bona autem in quibus fundatur amicitia Dei, sunt dona cœlestia, quibus per baptismum, nisi obstaculum nos ipsi opponamus, illico vita defuncti petimur. Quapropter circuncisionis forma non tam expressè exprimebat gratiam, nisi per modum expoliatiõis à peccato: baptismus autem per modum perfectæ ablutionis. Ac proinde illa non dicebatur simpliciter regeneratio, sicut dicitur baptismus, vt patet Ioã. 3. Nisi quis renatus, &c. Ac demum postrema differentia est, quod illa cum dolore applicabatur: hic autem fit in aqua, cuius tactus suauissimus est. Ad tempus autem vt reuertamur, si Alexandrum Alensem. 4. part. quæst.

Dubitatio.

Ergo.

Baptismi excellentia.

Prima conclusio.

Vera responsio.

Secunda conclusio.

Sextum argumentum.

Expositio articuli.

Quæst. 12. membro. 3. & Richardum in. 4. dist. 3. art. 5. in speyeris, pluries aiunt institutum fuisse baptismum, secundum eius diuersas qualitates. Haud tamen opus est tam multis incisionibus rem confundere, sed satis est dicere fuisse institutum quantum ad vim generatiuam ante passionem, & quantum ad obligatiuam post passionem, ut hic ait D. Thom. & Hugo. lib. 2. de sacra. part. 6. cap. 4. Gessit se nanque in hac re Christus instar medici, qui prius apud pharmacopolam salutiferum conficit pharmacum, virtutem habens quoscumque sanandi, qui illo utantur. Post modum verò præcepto iubet ægrotis illo uti, tanquam eis ad salutem necessario. Enimvero quod passionem præcesserit tam institutio, quam usus baptismi Christi, in dubium reuocari non potest. Ait quippe redemptor ipse Ioan. 3. ad Nicodemum. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Et dicit ex aqua & spiritu sancto, ad designandum suum baptismum. Nam Ioannes, ut ipse cap. 1. fatetur, solum baptizabat in aqua non iustificante, sed in penitentiam. At de Christo super quem descendit spiritus sanctus, hic est, inquit, qui baptizat in spiritu sancto. Et quauis necessitas illa, nisi quis renatus fuerit, non nisi ad tempus post passionem referatur, quando cœpit obligatio, tam saltem ostenditur quantum ad virtutem iustificantem iam fuisse institutum. Quia verisimile est, hoc illum discipulum admonuisse, ut eodem se baptismo regeneraret, quod & ipse fecisse creditur. At qui illo verbo: non potest introire in regnum Dei, significatur introitus cœli, quæ circumcisio non præstabat. Accedit & testimonium ex usu. Nam illico eodem capitulo subiungitur, quod ipse baptizaret & omnes venirent ad eum. Quauis capitulo. 4. dicat Euangelista, quod non Christus, sed discipuli eius baptizabant. Nec dubium est quin baptismum Christi, ut disertè Augustinus docet in epistola ad Seleucianum, quæ est. 108. Nam præter eius auctoritatem accedit ratio. Quoniam cum ipse non baptizaret, sed discipuli eius: si illud esset baptismum Ioannis, potius Ioannes quam Christus diceretur baptizare. Neque verò discipuli Ioannis

Hugo.
1. primum ex
plum.

Ioan. 3.

usus baptis-
mi Christi an
te eius passio-
nem.

vsque adeo conquererentur, quod Christus plures baptizaret, nisi diuersum esset baptismum. Ad hæc cum illos ad prædicandum dimisit, ut Matth. 10. & Luc. 10. legitur, fortasse & baptizandi munus illis etiã demandauit. At verò etsi certum sit, ante passionem institutum hoc sacramentum fuisse, non tamen ita perspicue constat, quando. Quinimò Scotus in. 4. dist. 3. quæst. 4. Sub dubio articulum illum temporis relinquit. Nam quando Christus baptizatus est, non usus est (inquit) baptismum suo, neque eius forma, sed Ioannis: quare tunc solum videtur designasse aquam in materiam baptismi. Et quando dixit Nicodemo: Nisi quis renatus, &c. non est verisimile, quod tam celebre sacramentum tunc in conclauis coram priuata persona instituerit. Respondetur autem, postquam constat institutum fuisse ante passionem, non ita multum referre quando. Secundo adijcimus cum D. Th. & Magistro Sententiarum distinct. 3. qui eandem tenet opinionem, quod illud instituerit, cum baptizatus fuit in Iordane, eo quod tunc vim contulit aquis. Quam opinionem videtur amplexus Hugo loco citato. Quod si arguas, virtutem baptismi non esse permanentem, sed transeuntem, atque in usu & applicatione aquæ consistentem: quare tunc nulla fuit aqua impressa qualitas. Respondetur, esto ita sit, nihil fecius tactus ille, quo aqua designauit in materiam baptismi, dicitur quodammodo virtus: atque adeo facto ipso consecrauit ipsum usum aquæ in illum effectum, facto inquam, non Ioannis baptizantis, sed suo proprio tangentis aquam. Tametsi D. Thom. non dicat factum solo sacramentum instituisse. Imò credendum est, illic explicuisse formam sui baptismi, quia (ut ait Ioannes) multa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in euangelio. Quare tunc apparuit trinitas: nempe, vox patris, persona filij, & columba spiritus sancti, cuius quidam trinitatis nomine consecratur baptismum, apertique sunt cœli, ad quos nos transmittit. Et quoniam datum fuerat Ioanni signum, ut super quem videret columbam descendentem, ipse foret, qui baptizaturus erat spiritu sancto, consequens fit, ut illico Christus formam sui baptismi præscriberet. Quinque

Scotus.

Tempus insti-
tutionis.

1. argumen. Quinq; autem extant argumenta, quibus argui potest, baptismum ante passionem institutum, atque adeo illum quo discipuli tunc temporis baptizabant, non fuisse Christi. Tria sunt D. Tho. Primum hoc. Sacramenta nouæ legis efficiunt gratiam virtute passionis Christi, ex cuius latere, ut ait glossa ad Eph. 5. effluerunt. Et præsertim baptismus, dicente ad Rom. 6. apostolo. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: causa autem debet effectum præcedere. Cum ergo tunc temporis passio non fuisset exhibita, baptismus non conferebat gratiam, ac subinde nec erat baptismus Christi. Et confirmatur autoritate Chrysostomi homilia. 28. super illud Ioannis. 7. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Vbi ait, quod ante Christi resurrectionem non fuit datus spiritus sanctus in sacramentis. Quam utique opinionem sequitur Theophilactus super cap. 3. Ioannis. Secundo arguit D. Thomas. Sacramenta nouæ legis efficaciam habent ex mandato Christi: mandatum autem Christi non est nisi post passionem positum. Matt. vlti. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, &c. ergo baptismus non fuit ante passionem institutus. Tertio. Baptismus est sacramentum necessitatis, ergo ubi primum fuit institutus cœpit obligare, sed ante passionem non obligabat, eo quod circumcisio suam retinebat virtutem: ergo neque ante passionem fuit institutus. Quarto deinde arguitur. Forma baptismi in nomine patris & filij & spiritus sancti nusquam in euangelio legitur, nisi post resurrectionem loco modocitato. Baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Quare nunquam videntur apostoli antea illa fuisse vsi. Quinto. Ministri proprii baptismi sunt sacerdotes: apostoli autem non fuerunt sacerdotio initiati, nisi in cœna Domini: antea ergo non baptizabant baptismum Christi. Propter hæc argumenta non deerunt forsitan qui dicant baptismum Christi non fuisse institutum, nisi post eius passionem. Matth. 28. Quo videtur alludere Leo Papa in episto. 62. ad Episcopos Sicilia, quæ refertur de cœnæ d. 4. can. Proprie. Cuius verba sunt. Qualitas docet celebrandæ generaliter

Leo Papa.

gratiæ (scilicet baptizandi catechumenos diem legitimum eum esse (videlicet Paschatis) in quo orta est & virtus, & species actionis, quando Dominus postquam resurrexit discipulis eius formam, & potestatem tradidit baptizandi, dicens. Euntes docete omnes gentes baptizantes, &c. De quo utique eos & ante passionem potuisset instituire nisi proprie voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione capisse. Et cæ. Si quis statim proximo. ait quod Christus regenerationis potentiam sanxit quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismi. His veruntamen non obstantibus nequam aliud defendi posset, quam quod apostoli ante passionem baptizarent baptismum Christi. Non solum propter auctoritatem Augustini & Bedæ, verum propter rationes factas, & communem omnium opinionem quæ ex euangelio colligitur. Et est præterea glossa super illud Lucæ. 3. Baptizato Iesu. Baptizatur Dominus non mundari indigens. sed tactu munda carnis aquas mundans ut vim abluendi habeant. Vnde ad primum argumentum respondet hic D. Th. quod baptismus etiam ante passionem Christi efficaciam habebat ab ipsa passione: scilicet in genere causæ finalis, quia nondum erat in re. Aliter tamquam sacramenta veteris legis: nam illa erant figuræ tantum baptismus autem virtutem habebat à Christo institutore. Etenim si passio ab ipso habuit virtutem, quæ efflueret in sacramenta, ipse potuit eandem virtutem dare baptismum ante passionem. Eo vel maxime quod tunc viuente Christo passio quodammodo erat inchoata, tota enim eius vita fuit nobis meritoria. Quare cum per baptismum illa merita applicarentur, erat quodammodo instrumentum passionis. Tametsi ianuam cœli tunc nequaquam aperiebat: hoc enim non habuit quousque Christus resurrexit à mortuis. Et ad auctoritatem Chrysostomi respondet D. Tho. super Ioannem dicens, illud testimonium Ioannis. Spiritus nondum erat datus, sic intelligi, quod ante passionem non dabatur in signo visibili, sicut postmodum (ut infra patebit.) Ad secundum respondet D. Tho. quod cum homines non deberent ceremonijs duarum legum coar-

Responsio.

Responsio ad
1. argumen.

Ad secundum.

ctari, & circūcisio durasset vsq; ad passio-
nē noluit præceptū baptismi ponere vsq;
post passionem, vt esset tam Iudæis, quā
gentibus generale nihilominus tamē an-
te præceptū voluit ipsum instituire in e-
xercitium, præcipue in populo Iudeorū
vt illi sacramento assuefierent, ob idque
extunc adeo habuit efficaciam conferē-
di gratiam. Sententia est Hugonis loco
citato lib. 2. par. 6. ca. 4. ¶ Ac perinde re-
spondet ad tertium, quod cum sacramen-
ta non sint obligatoria nisi à tēpore posi-
ti præcepti, nihil vetat baptismum fuisse
institutum ante passionem, & nō obli-
gare nisi post eam. ¶ Ad quartum de for-
ma, qua tunc temporis utebantur Apo-
stoli, nulla est in euāgelio scripta memo-
ria. Neq; verò tenuem egomet mihi con-
iecturam fecerim, quod fortē tunc bap-
tizassent in nomine Christi, de qua forma
dicturi sumus arti. 6. Et coniectura mea
est, quod cum Ioannes, vt Actorum. 19.
legitur baptizaret dicens, vt in eum, qui
uenturus esset post ipsum crederent, for-
san docuit illos Christi⁹ baptizare in no-
mine suo ipsius, vt se illum ipsum osten-
deret de quo loquebatur Ioannes. Atq;
hac fortasse ratiōe acriori inuidia remor-
debantur discipuli Ioannis: ideoq; misi
sunt ab illo sciscitatu à Christo, an esset
ille, qui vterus erat. Ac proinde forsan
(vt ait Leo) primū data est forma bap-
tizandi in nomine patris, &c. Matth. 28.
postquam Christus resurrexit. Magister
verò Sent. in. 4. d. 3. ait, q̄ illā formam il-
lis tradiderat ante passionē, q̄ forte est
probabilius, vt pote quod videtur D. Th.
alludere hic inferius in calce ar. 6. Nec de-
sunt rationes. Prima quod Ioanni reue-
latum fuerat eum baptizaturum in spiri-
tu sancto. Secunda quod illic tota, vt di-
ximus, comparuit trinitas. Tertia quod
si Christus, vt illico dicemus, quempiam
apostolorum baptizauit, non est creden-
dam dixisse. Baptizo te in nomine meo,
sed in nomine patris, &c. ¶ Ad autoritatē
autē Leonis respondetur quod cum pas-
sio antequam esset exhibitā non potuif-
set esse causa efficiens gratiæ, sed solum
finalis, & baptismus non habuerit perfe-
ctam rationem sacramenti regeneratio-
nis, vt cœli claustra reseraret, nisi per pas-
sionem, ideo ait, quod illuc vsq; non fuit

institutum sacramentum in sua plenaria
potestate, ac subinde cū vi obligatoria.
Ad quod etiam alludit illud. 1. Petr. 1. Re-
generauit nos in spem viuam per resur-
rectionem Iesu Christi ex mortuis. Atq;
illud ad Eph. 5. Tradidit semetipsum pro
ea (scilicet ecclesia) mundans eam laua-
cro aquæ in verbo vitæ. Et ista plenaria
potestas sacramentorū dicitur effluxisse
de latere Christi in genere cause effi-
cientis. ¶ Ad quintū demum responde-
tur; non opus fuisse proprios ministros
baptismi institui ante ipsum sacramen-
tum. ¶ Ex his colligere poteramus alte-
rius quæstionis solutionem, quam, dist.
proxima tetigimus: vtrum scilicet apo-
stoli fuerint baptizate Christi ante pas-
sionem initiati. Sed tamen eā vsq; ad. d. 5.
arti. 2. reponimus, vt pote quod illi loco
vbi de suscipientibus baptismum magis
congruit. ¶ Secunda conclusio amplius
nobis negotium exhiberet disserendi de
tēpore cessatiōis legalium, obligationisq;
legis nouæ, nisi quod hanc materiā pro-
priè D. Th. prima secundæ tractat. quæst.
103. & nos latissimè lib. 2. de Iustitia & iu-
re ventilauimus quæst. 5. ar. 4. Sunt nihi-
lominus hic tum aliqua inde accersenda
tum nonnulla etiam propriè adhibenda
Tria quippe tempora secundum Augu-
stinum distinximus: videlicet, tēpus anti-
quæ legis vsq; ad Christi passionem & re-
surrectionem, quo scilicet tota lex etiam
legalia, & ceremonialia viuā erāt, & obli-
gantia. In quo etiam Hieronymus cum
illo conuenit. Secundū ab ipso articulo
passionis & resurrectionis, à quo lex ve-
tus extincta fuit, & mortua, & lex nostra
cepit obligare, in quibus duobus etiam
cōsentit Hieronymus. Addit autem Au-
gustinus, quod nō illicō vt mortua fuit, erat
quoq; mortifera, sed licebat eam vsq; ad
promulgationem euāgelij seruare, mi-
nimè autem spes in ea erat collocāda, sed
vt synagoga honorificè sepeliretur. Et
hoc est secundum tempus Augustini, in
quo dissentit Hieronymus dicens, proti-
nus vt fuit mortua, fuisse mortiferam. Ec-
clesiæ verò vsus, & Concilium Flo-
rentinum sententiam approbat Augustini.
Tertium tempus fuit post promulgatio-
nem euāgelij ex quo iam lex vetus est
mortifera. ¶ Ex his secundum D. Thom.
colligi

colligimus quatuor documenta. Primū
q̄ etli ab institutione baptismi fuerit in
cōsilio vsq; ad passionem & resurrectionem,
nihilominus circūcisio cum tota
lege veteri manebat tunc in præcepto.
Secundum, quod statim à passione Chri-
sti & resurrectione, vt tota lex vetus to-
tam suam vim perdidit, & iustificandi, &
obligandi, adeo vt nec sub consilio ma-
neret, ita baptismus & tota lex noua cæ-
pit esse, non solum in consilio, verum &
in præcepto, licet illi, ad quos nō pertin-
geret promulgatio, ignorantia excusare
tur. Tertium dictum est, quod nihilomi-
nus (vt ait Augustinus) nō nullo tempore
post passionem licebat mortuam legem
veterē seruare, vt synagoga cum honore
sepeliretur. Quartum denique assertum
fuit post sufficientem promulgationem
nulla prorsus ratione legem veterem ci-
tra impietatis crimē seruari posse. In his
omnibus vniuersi fere cum Diuo Tho.
consentiunt. ¶ Scotus autem in. 4. d. 3. q.
4. quodammodo discrepat in tribus. Pri-
mum quantum ad baptismum videlicet
quod ab eius institutione, non solū vsq;
ad passionē (vt nos dicimus) verū vsque
ad sufficientem promulgationem euā-
gelij mansit solum in consilio, & non in
præcepto. Itaq; sub articulum passionis
aut resurrectionis nihil discriminatum
est de illo, sed cæpit esse in præcepto post
sufficientem promulgationem. Secundo
differt quātum ad legalia: nam quicquid
fit de alijs, ait circūcisionem nō man-
sisse in præcepto vsq; ad passionem, sed
vsq; ad institutum baptismum, & inde-
cucurrisse sub consilio cū baptismo. Ne-
que verò ait illud consilium circūcisio-
nis extinctum in passione, sed perduras-
se vsq; ad sufficientem promulgationem.
Et hoc est tertium, in quo differt à Diuo
Thoma, dicēs quod ab institutione bap-
tismi vsq; ad sufficientem promulgatio-
nem, neque baptismi, neq; circūcisionis
erat præceptum, sed apud Iudæos vnus
quilibet eorum libere poterat circūci-
di, vel baptizari. ¶ Asserta autem Diui
Thom. illic satis corroborauimus. Enim
verò quod legum confinium, quo vetus
quātū ad vim obligandi expirauit, noua
que obligare cæpit, fuerit articulus pas-
sionis, & resurrectionis, inde palam con-

stat, quod vetus illa lex figura erat & vim
bra futuræ Christi redemptionis per pas-
sionem, & resurrectionem, vmbra autem
per lucis præsentiam aboletur. Vbi ergo
Christus dixit consummatum est, & ve-
lum tēpli in duo fuit discissum, vetus ex-
tinctā est, & noua emicare cæpit quoad
vim obligandi, instar naturalium, quo-
rum utiq; corruptio vnus, generatio est
alterius. Quo alludit illud redemptoris
Matt. 5. Non veni soluere legē, sed ad im-
plere. Fuit enim sub illo temporis articu-
lo vetus impleta. Accedit illatio Pau. ad
Rom. 7. vbi ex eō quod sumus liberati à
peccato, infert, nos pariter esse iugo legis
exemptos: liberati autem prima in mor-
te fuit ergo & secūda. Et subiungit aptif-
simum exemplum coniugatæ mulieris.
Quemadmodum enim illa morte viri li-
bera fit matrimonij lege, ita & synagoga
morte Christi à legis vinculo. Deinde ad-
hibetur & aliud planum testimoniū eius-
dem Pau. Heb. 7. Trāslato sacerdotio ne-
cesse est vt legis translatio fiat: in morte
autē trāslatum fuit sacerdotiū priscū in al-
terū Christi: tunc enim Christus assilēs
pontifex futurorum bonorum introiuit
in sancta, æterna redēptione per sui cor-
poris hostiam inuenta. Tuncq; confirma-
tum est eius sanguine testamentū nouū
quod, vt eadem epistola c. 8. legitur, vete-
rauit prius. Hæc demum confirmat auto-
ritas tam Augustini, quā Hierony. qui
licet aliter disideat, tamen (vt est videre
in epist. 19. Augusti.) in hoc vnanimis cō-
sentiunt. Verba Augustini sunt. Venit fi-
des, quæ primis illis oblationibus prænu-
ciata est, post mortem, & resurrectionem
Domini reuelata: & tunc illa sacramen-
ta vetera amiserūt vitam officij sui. ¶ Ad
de contra Scotum, quod si reliqua anti-
quæ legis mādāta vsq; ad passionē obli-
garunt, cur non & circūcisio, quæ pro-
fessio erat totius legis, non illuc vsq; per-
durasset sub præcepto? Nam reuera eius
argumentum nullius est vigoris. Arguit
siquidem. Præceptum baptismi totaliter
aufert circūcisionē, ergo & consiliū eius-
dē baptismi tollit circūcisionis necessita-
tē, relinquendo eā sub consilio. Hæc au-
tem collectio solum illic haberet locum,
vbi præcepta illa secum pugnarent. Cui
enim præcipitur virginitas, omnino in-
N 2 terdicū-

Ad tertium.

Ad quartum.

1. Petr. 1.

Ad quintum.

2. conclusio.

Scotus.

Tria tempora
de cessatione
legalium.Concilium Flo-
rentinum.Probatum opi-
nio D. Tho-
& communis.

Matth. 5.

Pau. Rom. 7.

Heb. 7.

August.

Argu. Scot.

terdicuntur nuptiæ, & ideo consiliū virginitatis tollit necessariū nuptiarū præceptum. Consiliū autem baptismi perinde secum patitur præceptum circumcissionis, vt in quadagesima consiliū orationis simul esse potest cum præcepto ieiunij. Quapropter licet Iudæus vellet suas proles baptizare, quæ per baptismū donarentur gratia remissionis originalis nihilominus, quia tenebatur Iudaica lege vsque ad passionem, tenebatur perinde masculos charactere circumcissionis insignire. Veluti, licet quis modò aliunde gratia perfunderetur, nihilominus tene retur sacro baptisate initiari. **¶** Quæsi quis nobis illud obijciat Christi Mat. 11. Omnes prophetæ, & lex vsq; ad Ioannē prophetauerūt. Vnde colligi videtur in Ioanne ante Christi obitum cessasse legē veterem. Respondetur, nullā ibi fieri mentionē de cessatione legis, sed de prophetia: nempe, quod Ioannes fuit vltimus prophetarū antiquæ legis, in quo subinde caput prædicari noua, vt Luc. 16. legitur. Lex, n. inquit & prophetæ vsque ad Ioannē. Ex quo regnū Dei euāgelizatur. Ipse enim primus cæpit prædicare poenitentiam: quia appropinquaret regnum cælorum, quod illuc usq; prophetarum vaticinijs, legisque figuris fuerat præsignatum. Quare & illud fuit Christi prothema: & tūc baptisina suum, quod erat suæ legis initium, instituit. Itaque confinium prædicationis fuit in Ioanne, qui Christum digito indicauit, qui fuit veritas Mosaycæ legis. Cōfinium autem castatæ obligationis vnus legis, alteriusq; exortæ fuit in morte & resurrectione. **¶** Quæ autem in concilio Florentino habetur, legalia veniente Christo cessasse, non intelligitur cum primum natus fuit, sed veniente, & per passionem & resurrectionē legem complente: iuxta illud ad Heb. 6. Sacrificium & oblationem noluit: tunc dixi, ecce venio: corpus autem adaptasti mihi: per quod scilicet oblatum in cruce sacrificia vetera expirauerūt. **¶** Firma ergo extat hæc pars, quod lex tota Mosayca durauit vsq; ad passionem. Quod autem nou. inde cæperit obligare noua: duplici via arguitur. Primū enim apparet ante passionem fuisse obligationem, ex illo Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex

Obiectio.

Dilutio.

Concilium Florentinum.

Heb. 6.

1. argumētū.

aqua, & spiritu sancto nō potest introire in regnū Dei. Quod si cum D. Thoma in solutione ad. 3. sic exponas, q; respiciat futurum tempus post passionem, videtur primū omnium Augustinus reclamare lib. de fide ad Petrum. cap. 3. dicens, ex illo tempore, quo dixit Christus. Nisi quis renatus, &c. fit vt nemo possit sine baptismo introire in regnū Dei. Vbi videtur insinuare, quod ex illo tēporis articulo cucurrit baptismi necessitas. **¶** De cūdō id apparet ex verbo adiūcto. Oportet vos nasci denuo. Oportet, scilicet de præsentī, non oportebit. Et confirmatur quia Nicodemus quærebat salutis remedium & legem, qua posset saluari, responsio ergo illa Christi videtur, id tanquā iam tunc necessarium illi proposuisse. **¶** Deinde tertio arguitur. Alia præcepta Christi obligabant ante passionē, vt præceptum adhibendæ fidei eius dictis. Illud enim Ioannis. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum nō haberent, palam edocet, quod tunc quādo prædicabat tenebantur audiētes illi credere. Quare & illud Luc. 22. Hoc (scilicet celebrationē eucharistiæ) facite in meā cōmorationē ex illo momēto vim habuisse videtur obligadi. **¶** Præterea quarto. Si id, Nisi quis renatus, &c. non fuit præceptum tunc positum, sequitur, nulli extare præceptum baptismi in euāgelio expressum: nam illud Matt. 28. Docete omnes gentes baptizantes eos, &c. potius apparet præceptum apostolis inpositum, vt munere fungerentur, tum docendi, tum etiam baptizandi, quā populis propositum suscipiendi baptisina. **¶** Ad hæc quinto. Sub articulum passionis & resurrectionis nullam Christus edixit legem: ergo ab illo articulo non cæpit obligare lex noua, sed vel antea, vel postea. **¶** Postremo deniq; & sexto arguitur. In passione dixit Christus. Consummatum est: ergo tūc abolita est lex vetus, ac subinde inchoauit obligatio noue ante resurrectionem: non ergo debuit dicere. S. Thom., quod necessitas indicta fuit post resurrectionem. **¶** Secūda via arguit Scotus loco citato, quod lex euangelica non cæpit statim obligare à resurrectione Christi. Nullus enim, inquit, aliter senunc habet ad aliquā legem, quā prius nisi

Aug.

2. argumētū

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Scotus.

nisi quia est sibi aliter promulgata, sed post passionē Christi neminifuit lex euāgelica promulgata, quousq; apostoli eā diuulgauerunt: ergo illuc usq; nullus tenebatur baptismi lege aliter quā ante passionem. Et pari ratione sibi habet persuasum Iudæos vsq; ad eiusmodi promulgationem solennem, quæ Hierosolymis facta fuit die Pētecostes, atq; in alijs subinde locis alijs temporibus, legi circumcissionis obnoxios fuisse: eo nempe quod illis nondum erat lex euangelica euulgata. **¶** Ad hæc autem suo ordine responderetur Ad primum scilicet, quod cum Augustinus ait. Ex illo tempore, nō intelligit ex illo momento, quo Christus id dixit Nicodemo, sed ex illo Christi tēpore. Cōparat enim illud ad tempus legis veteris quorum vnum cessauit alterūq; cæpit in morte & resurrectione Christi. Simili nā que phrasi dictum est Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis: & tamen liquidū est minimē ex illo tēporis momento obligasse. Sane cum tunc nondum esset sacramentum eucharistiæ institutum. **¶** Ad secundū. Respondetur, verbum, oportet, non significare necessitatem inde incipientem, sed conditionem legis euāgelicæ, quā ille prædicabat, cuius vinculū ligaturū erat post passionē. Quasi, dicat oportet eos qui legē meā fuerint professi dū vim obtinuerit obligadi, nasci denuo. Quare tunc Christus Nicodemo non id tanquam præceptum ex tūc obligans edixit, sed legem futuram docuit. Vnde Hugo lib. 2. de sacramen. par. 6. ca. 5. Quando Christus, inquit, Nicodemo dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. amico reuelatum est consilium. Quando verò postea dixit. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, &c. informandis omnibus expositum est præceptum. **¶** Ad tertium negatur præceptū vllum peculiare euangelij ante passionē obligasse, tametsi Christo homines credere tenerentur. Illa enim obligatio non oriebatur ex præcepto euāgelico, sed ex lege veteri: nempe, ex illo Deut. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Qui autem verba eius audire noluerit, qui loquetur in nomine meo, ego vltor existam. Item proueniebat ex ora-

Responsio ad primum.

Ad secundū.

Hugo.

Ad tertium.

culis prophetarum, & figuris illius legis quæ Christum prædixerant fore Messiam, atque adeo Deū, qui vt lex etiam docet naturalis, mētiri nescit. Itaq; cū dixit. Nisi quis renatus fuerit, &c. adhibenda illi erat fides in sensu, quo id loquebatur. Illud autem. Hoc facite in meā cōmemorationē, nō obligabat, nisi pro tēpore quousq; essent apostoli sacrū illud facturi, quod nō erat nisi postquā corp⁹ fuisset traditū, sanguisq; eius effusus. **¶** Propter quartū autem argumentum sciolus forsā quispiā suspicabitur, nō extare in euangelio præceptum baptismi: esset tamē error absurdissimus: nam quando non essent nisi illa duo loca in argumento adducta, abunde rem comprobant. Cum enim ait Christus. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Vbi necessitatem baptismi pro tempore suę legis orientem expressit, palā fit consequens aut tunc, aut aliās eiusmodi posuisse præceptū. Enimverò cū in baptismo fiat legis professio, & sit catholica fides, ad suam ipsius legē vniuersum orbem perstrinxisse, planum euadit, præceptum baptismi aliquando posuisse. Idemque ex altero loco colligitur. Docete oēs gentes baptizantes eos in nomine patris, &c. Quo enim præcepto illos docere, baptizareque iussit, alterū includitur, quo audiētes cōstrinxit vt crederēt, & baptizarentur. Vnde subditur. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Quemadmodū vbi Ioan. 20. potestate largitus est apostolis remitti peccata præceptū inclusit sacramenti cōfessionis. **¶** Ad quintum. Cōceditur in passione nullam fuisse legem à Christo indictam. Ad argumentum verò inde collectum vno modo responderi posset, non omnia euangelica mandata fuisset per Christum ante suam passionē posita, sed nonnulla post resurrectionem, vt mandatum baptismi Matt. 28. atq; alterum de sacramento poenitentię Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur & eis, &c. Quod si verum est non tota lex euangelica ab articulo statim passionis & resurrectionis vim obtinuit obligandi. Atq; huc alludere videtur D. Tho. in. 2. argumēto. Ego verò pro mea ingenij tenuitate crediderim (nec. S. Thomæ sententia

Ad quartū.

Ad quintū.

Sententia dicitur.

tię hoc repugnat) Christum ante passionem, saltem verbo priuatin, proposuisse omnia suę legis mandata, quę erant ad salutę necessaria, qualia potissimū sunt sacramenta: licet forsan nō omnium formas & ritus tunc expresserit. Et coniectura mea est, q̄ ante passionem ipse munus predicandi perfecit, ex quo consequi apparet & totā suam legem instituisse, per quā abolēda erat antiqua, idq; insinuasē cum in cruce dixit: Cōsummatum est. Quā obrem D. Thom. 1.2. quęst. 103. ar. 4. in passione & resurrectione ait mortuū fuisse antiquam legem nouamque subinde inchoatam: id quod nos loco citato de Iustitia & iure locupletius confirmauimus. Insinuauit tamen omnia illa tunc posita mandata tanq̄ ab articulo passionis & resurrectionis vim obligandi obtētura. Quapropter cum dixit. Ite, docete omnes gentes, &c. non expressit mandatum gentium obediendi apostolis, quasi illud iam apostolis ipsis constaret a tempore passionis vigore habuisse. At quia ante passionē nō fuerāt permissi ad gentes diuertere, sed ad oues dūtaxat ire quę perierāt domus Israel, iā tunc fecit illis facultatem liberē quocunq; gentium peragrandi. Ob idq; consultō subdidit Mat. 28. Docētes eos seruare omnia quęcunq; mandauit vobis, quasi iam antea totā tulisset legem. Atq; idem de pœnitentia cōiectandum. Crediderim enim quando sacramentum eucharistię instituit sacramentum pœnitentię tradidisse, sed tamē postea peculiariter tradidit eis spiritū sanctū, vt illo perfungerēt munere. Ad sextum deniq; argumentū, respondetur quod etsi moriens protulerit. Cōsummatum est, referendum est tamen ad resurrectionem, vbi completa est redemptio & iustificatio nostra, atq; adeo lex vet̄. Habet enim iustificatio duos terminos, scilicet a quo, qui est, mori peccato, & ad quē qui est in nouam vitam resurgere. Vnde Apostolus Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostrā. Ob idq; lex vetus nō solum passionis, verum & resurrectionis figura erat, quę idcirco illucisq; nō erat perfectē completa. Atq; hanc ob rem sancti patres totum triduum passionis & resurrectionis pro vno duxerunt puncto,

Ad sextum

De veritate an notatio.

quo testamentum vetus antiquatum est & nouum exortum, id quod in presentia rum D. Tho. scientissimē docuit. Ad alteram verō arguendū viā, qua Scotus cōtēdit, nec legem veterem cessasse, nec nouam obligasse nisi post sufficientem promulgationē in vna qualibet prouincia, negatur quod nullus aliter quā prius se habeat ad legem, anteq̄ illi sit promulgata. Imō verō cū primū pōtiffex, vel rex edicit publicitus in curia legem, vniuersos obligat: tametsi illi, ad quorū notitiā nō peruenit, excusentur per ignorantia. Etenim dum p̄eco in ciuitate distante a curia euulgat legem, non ponit illā, neq; tunc obligat, sed declarat positā esse, tollitq; adeo ignorantiam excusantem. Pari modo dum apostoli promulgabant legem, nō erāt legislatores, sed legē a Christo conditam enunciabant, atq; adeo tollebant ignorantia excusationem. Ac perinde Iudæi post resurrectionem nō erāt obstricti simpliciter circumcisionis lege, sed erat obligatio ex ignorantia procedens, quia scilicet nō putabant extinctā suam legē. Et re vera contra assertū Scoti quo ait, Iudæos tunc liberē potuisse aut baptismo, aut circumcisione vt, existit in eluctabile argumentum. Aut enim loquitur de Iudæis, qui inuincibiliter ignorabant euangelium, aut de illis, qui illud vel sciebant, vel culpabiliter ignorabāt. Si de prioribus, falsum est potuisse baptizari, & non circumcidi: nam ex sua ignorantia obligabātur circumcidi. Si de posterioribus, itidem falsissimum est, nam simpliciter tenebantur baptizari. Cum eis iam esset lex euāgelica promulgata. Nullo ergo potest assignare Iudæos, q̄ post resurrectionem possent alterutrum sub consilio eligere. Reliqua loco citato. 2. li. de Iustitia, & iure amplificantur.

Ad argum. Scoti.

Contra. Sco.

ARTICVLVS. III.

Verum aqua sit propria materia baptismi.



DEFINITIONE institutioneque baptismi cōstabilitis, subsequitur, vt de eius partibus dicamus in duobus scilicet articulis de materia, atq; in alijs quatuor de forma. Quæritur ergo tertio.

Au

An materia baptismi sit aqua. Distincta nanque supra nobis est duplex materia baptismi. s. proxima, & remota. Proxima quidem est ablutio, vt satis probatū est. Quæritur ergo modo de remota: nempe in quo liquore debeat ablutio baptismi fieri. Et respondet D. Tho. vnica affirmatiua conclusione plus asserente, quā quę situm est. Ex institutione diuina aqua est propria materia baptismi. Non ait hæc vel illa aqua, sed omnis & sola illa quę re & nomine verē sit aqua. Probat vtrinq; partem ex illo citato Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Vbi diuina institutio explicatur. Quocirca conclusio est de fide, expressa in euangelio, ac subinde per ecclesiam receptissima, vt capit. In quadam. de celebratione Missarum. vbi Innocē. probat veram aquā exiuisse de latere Christi ad significandum non nisi in vera aqua posse fieri baptismum. Et in concilio Florentino habetur, quod vera & naturalis aqua sit huius sacramenti materia. Ad ducit autē D. Tho. quatuor conueniētiās, sed si vis eas locupletius amplificare, lege Hieronymum in Epistola ad Oceanū, vbi aquas ad hoc propositum permultis laudibus accumulatur, atq; Ambrosio lib. 1. secundoq; de sacramentis. Prima ergo conueniētia sumitur ex natia ipsa baptismi ratione quę est regeneratio spiritalis, cui idcirco aqua congruit, eō q̄ viuentiū generare accomodata est. In ipso namq; mundo primordio ante quā terra quicquā proferret, luxq; emicaret de cœlo, sed dū tenebrę informem rudemq; illam molē operirent, spiritus Domini ferebatur super aquas. Quasi mundus ex aqua, & spiritu formandus esset, qui in homine ex aqua itidem & spiritu sancto erat reformandus. Adde quod, vt inibi ait Hiero. primū viuentiū sensibiliū ex aqua egressum fuit: quinta quippe die dictum est. Producant aquę reptile animę viuētis & volatile. Quemadmodum baptismus sensata pennataq; profert animalia, in celum euolantia. Atq; adeo illic insinuatū est, cuncta viuētia, vt hīc ait D. Tho. ex humidis feminib; progigni, a quoq; humore coalescere, & vegetari. Vñ Thales Milesius (vt. i. Phis. retulit Arif.) primū omnium rerum principium posuit aquā

Cœli. fidei.

4. conueniētia

Hierony. ad Oceanum.

Genes. 1.

Thales.

Hūc etiam pertinet, quod plātata illa paradiso terrestri fons illico in quatuor celeberrima flumina ad quatuor mūdi plagas erupit, qui diuersam illic arborū varietatem procreando viuificaret. Veluti sacrosanct; ecclesię fons ad quatuor mūdi partes promanās cunctis nationib; vitā perhibet sempiternā. Hac nāq; ratioe in benedictione sacri fontis illorū fit mentio quatuor fluminum. Atq; in huius figuram Ezech. c. 47. aquas egredi conspexit subter limen domus ab oriente, ad quas vniuersi venientes, sanabuntur, inquit, & viuēt. Quapropter in Paschate ecclesia sup baptizatos visionē illā egredientis aquę de templo canit. Secūda conueniētia sumitur ex effectib; baptismi: quibus aquę proprietates cōpetūt. Est. n. effectus baptismi primus animam per purgare, aqua verō inter oēs liquores obtinet, vt rē ab eis omnib; emūdet. Oleū nāq; vinūq; & sanguis & reliqui nō mūdant, sed polluūt. Aquā verō vniuersis fordibus abstergendis aptissimā natura produxit. Et per hoc soluit D. Th. secundū argumentū: nā licet vinum alijq; humores nōnunq; in vsum abluēdi assumatur, saltem odore rē inficiunt, quę aqua diluit. Cuius instar aqua baptismi omnem culpę maculā & pœnā profus abluendo aufert. Secundō aqua sua frigiditate superfluitatē tēperat caloris: quæ ratione etiam competit baptismi, cuius secundus effectus est ardorē concupiscētię mitigare, & sedare. Tertiō aqua sua diaphaneitate est luminis susceptiua: cōuenit ergo sacramento fidei, per quod illuminamur. Atq; hæc sacramentalis aquę su præcælestis dignitas designata videtur in ipsa mūdi conditione. Haud enim modo sub firmamēto Deus aquas condidit verum & super ipsum cœlū congelatas alias, ac subinde instar crystalli præcætes. Et Ezech. ca. 1. quasi aspectū crystalli horribilis super euangelistarū capita cōspexit, ad significandū sacramentū fidei quæ suo lumine super cœlos nos euehit. Ac per hoc D. Tho. soluit argum. 1. Apparet enim ex hac parte cōgruētius debuisse fieri baptismū in igne, qui est elementū illuminans: potissimū cū Ioann. prænunciās Christi baptismum dixerit. Ille vos baptizabit in spū sancto, & igne.

2. conueniētia

Ad. 2. argumētū. S. Th.

Ad. 1. argumētū. D. Th.

Respondet, inquam, quod baptismus nō est illuminans, sed sacramentum fidei illuminantis, & ideo facit nos aptos ad sciipiendum lumen. Quare ignis potius de signat fidem illuminatē, diaphaneitas verō aque aptitudinem baptismi. Quod autē dixit Ioānes. Baptizabit vos in spiritu sancto & igne, aut intelligitur secundum Hiero. de ipso spiritu sancto, qui in linguis igneis apparuit, aut de igne tribulationis, ut ait super Matthæum Chrysoftomus. Nam tribulatio fidelium & peccata purgat, & concupiscentiam restinguit. Aut secundum Hylarium, quia baptizatis in spiritu sancto superest iudiciū ignis. ¶ Tertia conuenientia quare materia baptismi est aqua, est ad significandū mysteria Christi, quæ in eo celebrantur. Ait enim Paul. Roma. 6. consepeliri nos per baptismum, complantariq; Christo. Hæc autem significatio nec per terrā fieri posset propter suam densitatē nec per aerem propter suam raritatem, nec per ignem, quia nos combureret. Fit ergo (ut Chrysoft. super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. annotauit) commodissime per aquam baptismi. Quocirca Paulus ad Colossen. secundo inquit. Consepulti ei (scilicet Christo) in baptismō, in quo & resurrexistis. In aqua nanque uelut in quodam sepulchro submergentibus nobis capita uetus homo sepelitur, ut ait ibidem Chryso. & submersus deorsum occultatur, & deinde rursus nouus ascendit. ¶ Quarta denique conuenientia aque in baptismō est ratione suæ cōmunitatis. Cū enim baptismus generale sit sacramētum uniuersis necessarium, debuit eius materia ubique esse in prōptu. ut absque ullo dispendio aut temporis, aut pretij applicatu esset facillima. Accedit & demum ratio si euangelij cultores cum patribus uetustæ legis conferamus. Illi siquidem cū ut ait ad Galat. 4. Paul. ueluti carnales serui essent in timore seruientes ferreo illo aut petriño circuncisionis sacramento congruē exercebantur, quod ulcere illo eos remissæ culpæ admoneret. Nos autem, qui, ut ait idem Apostolus ad Romanos. 8. non accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorū non quidem talibus instrumentis, sed

Baptizabit
vos igne.3. conuenien-
tia aque.

Chryso.

Paul. Colo. 2.

4. conuenientia

suauissimo sacramēto, quod fit in aqua, donari debuimus: quæquidē aqua de latere Christi exiuit, qui est uera petra, quā (ut Exod. 8. refertur) Moyses uirga fidei percussit, aqua manauit, ut populus in deserto sitibundus potaretur. ¶ Vnde responsio colligitur ad 3. argumentū. S. Thomæ, quod est eiusmodi. Sacramenta ecclesiæ fluxerunt è latere Christi pendētis in cruce, inde autem non aqua solū, sed etiam sanguis manauit: ergo utroq; debet fieri baptismus. Potissimum cum sanguis passionem eius repræsentet, cuius uirtuti nititur baptismus. Vnde Apocal. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Respondetur, inquam, quod ex latere Christi effluxit aqua ad abluendū & sanguis ad redimendū. Et ideo aqua conuenit baptismō, & sanguis sacramēto eucharistiæ in quo fit passionis memoria. Aqua uerō baptismi à sanguine uirtutem habet, ob idque apud sanctos patres dicitur aqua sanguine rubricata, ut Inno. ait ca. maiores. de bapt. Quocirca in utroque dicimur abluti. In sanguine, scilicet tanquam in instrumento coniuncto Christi: atque in aqua tanquam in instrumento separato. Quartum quintumque argumentum nullam præ se fert ambiguitatem.

ARTICVLVS. IIII

Vtrum ad baptismum requiratur aqua simplex.



NON satis est nosse aquam esse baptismi materiam, nisi ueteri doceamur, quæ nā eius mutatio in habile reddat, ut sit materia. Ideo queritur, utrum requiratur aqua simplex & pura. Et respondet D. Tho. duabus conclusionibus in calce articuli. Prior. Quæ litera; transmutetur aqua, dum modo non soluatur species aquæ potest fieri baptismus. Si uerō soluatur species aquæ non potest fieri baptismus. Ambas autem conclusiones uno simplici uerbo probat. Propria materia baptismi est aqua: ergo ubique seruatur aqua, est baptismus, ubique uerō non seruatur nō erit baptismus. Nomine autē aque intelligitur simplex & pura: hoc est, ubi seruatur species aque. Ad cuius intellectū

Tertium ar-
gumentum.

Prior cōclu.

Posterior con-
clusio.

no

notādū, aquā suā puritatē & simplicitatē bifariā posse amittere. s. & p admixtionē alterius corporis, & per alterationem quorum utrumque tam accidere potest per artem, quam per naturā. Ars autem per se in hoc deficit à natura, quod non potest formam substantialem præbere, sed accidentalem: ut est forma statuæ, uasis, &c. Quando autem per artem applicatur agens naturale suo passo, potest mutare speciem: quare panis coctus forsan differt specie à massa, ut cineres à ligno, & magi Pharaonis, ut Exod. 8. legitur applicando corruptibilia uirgis & aque, fecerunt serpentes & ranas. Fit ergo ut ubi non fit transmutatio in aqua nisi per puram artem, tūc nō soluatur species aquæ, quare in tali aqua potest fieri baptismus. Ut si per artem mutaretur color, aut odor, aut sapor aque: aut si ei gutta uini admisceretur. Nisi forsan admixtio fieret tanta, ut esset potius res admixta, quam aqua. Ut si aquæ apponas plurimum uini aut terræ, in uino illo lymphato fieri nequit baptismus, ac multo minus in luto. Similiter per naturam transmutatio soluit speciem, sicut aqua irrigans terrā calore uitis, uertitur in uinum, & calore oliuæ, in oleum. Quare in illis fieri non potest baptismus. Aliquādo autem huiusmodi naturalis mutatio nō soluit speciem: siue per alterationem fiat, ut dum aqua calefit: siue per admixtionem, sicut in aqua turbida, aut in falsedine maris, quæ secundum Arist. per admixtionem fit terrestrium partium. Quapropter in eis fieri potest baptismus. ¶ Hic primum omnium ad diluenda minutiora dubia, quæ hoc loco plurima submoueri solēt, unico opus est breuissimo fundamento: nempe quod omnis & sola aqua pura et simplex, uidelicet quæ retinet substantiam aquæ, legitima est materia baptismi. Quæuis accidentalē puritatem & simplicitatē nō habeat. Veluti si sit calida, uel amara, uel turbida, &c. Vnde quæuis omnes ferè adstruat debere esse elementalem, tamen D. Thomas prudenter illud subicit: quia forsan quis contenderet aquā, quæ est purè elementū specie ab aqua maris, & ab alia nostra uisuali ob id distare, quod purū elementū à quibus cunq; secundis qualitibus purū est: u-

Expositio ar-
ticuli.

ualis uerō aqua illis plurimū est infecta. At uero siue specie differat, siue conueniat, impertinēs est ad nostrū propositū, Nam cum tam elementalē, quam nostra uere sit aqua, utraq; sufficiens est ad baptismum, quamuis nostra nō esset elementalē. Enim uero (ut in materia eucharistiæ uidebimus) siue uinum rubrū & album eiusdē sint speciei, siue specie differant, in utroq; potest eucharistia celebrari, quia utrumq; est uerè uinū. Quare, ut bene ait Scot. d. 3. q. 3. differentias nosse specifice rerū, nec theologo incūbit, nec de creatorū prudētī, sed physico. ¶ At fortasse hic quispiam addubitet, fieri ne possit ut una aqua differat specie ab altera, si utraq; sit uera aqua. At qui nominales nihil hæsitant id fieri posse, quia aiunt, id omnipotentia Dei minime repugnare duas aquas creare specie differētes. Loquūtur autē superficie tenus, uiscera philosophiæ minime penetrātes. Enim uero si aqua nomen est speciei specialissimæ, ut hic D. Th. sapiēter arbitratur, repugnantia est manifesta Deū id posse facere: nā species specialissima nō est p aliā differētiā substantialem cōtrahibilis: quare Deus homines duos specie differētes nequaquā cōdere potest. Aut. n. uterq; esset præcise animal rationale. & tunc nō differēt specie, aut alter eorū præter rationalitatem aliā ueteri substantiæ differentia haberet & tūc ille certè nō esset hō, sed quippiam aliud. Quare bene ait S. Th. q. ubi soluatur species aquæ p aliā substantialem differētiā, nō esset uere aqua. Arbitratur quippe aquā esse speciem specialissimā. Qui autē diceret elementū aquæ, & aquā maris, aut quālibet aliā differre specie, fateri teneretur aquā esse specie substantialem, sicut est canis, quæ in plures species distitur. ¶ Primum igitur argumentum D. Thomæ est. Aqua, quæ apud nos est, non est pura, hoc est, purum elementum, potissimum aqua maris, & alia, quæ sunt qualitibus secundis affectæ, & tūc in his nostris fieri potest baptismus. Respondet, alterationes aquæ, quæ sunt apud nos, non mutare speciem aquæ substantialem, & ideo esse ueras aquas. Bifariam enim hoc potest contingere. Primum ut falsedo maris, & alig similes aquæ infectiones non insint aquæ, sed particulis terrestribus illi commixtis.

Scotus.

Dubitatio.

Primum ar-
gumentum.

Solutio.

mixtis. Atq; huc videtur alludere Arist. & hic S. Thomas, dū ait, id fieri permixtione terrestriū partiū. Sed secūdo nihilofecius probabiliter dici potest, vt ait Palu. d. 3. q. 3. q̄ etsi elementū ab intrinseco habere nequeat qualitates secundas nativas, nihil vetat quominus forinsec⁹ possit eas peregrinas recipere. ¶ De niue autē, & gelu & gradine diuersa est ratio. Sūt enim qui arbitrētur nō differre specie ab aqua, sed ob id tantū nō posse in illis celebrari baptisma, q̄ non sunt liquida. At re vera hęc non est causa, quia in niue bene posset puer madefieri. Causa ergo est, quod nix & grando re vera non sunt cōpletē aquę: & ideo nec sunt lotio ni aptę. S. verō Thomas cēseret differre specie, idq; ego crediderim, vt spissitudo & dēstas manifesto sūt documēto. At verō quoniā sunt species imperfectissimę, facillima alteratione trāsmutantur in aquā. Et ideo in illa aqua, in quam nix & grādo resoluitur, baptismus fieri potest: sicuti in vapore & rore eleuato à terra, dū ad iustā condensationem aquę peruenit. ¶ Secundū argumentū est. In sacro fonte admiscetur chrisma: quo puritas synceritasq; aquę videtur amitti, & nihilominus illic fit solēnis baptism⁹. Respōdetur, p̄ illā admixtionē nō solui specie aquę: sicut neq; soluitur per elixationē carniū, aut pisciū in aqua: quare in huiusmodi aquis fieri quoq; valet baptismus. Nisi forsan tāta fuerit resolutio corporū elixatorū, vt liquor plus illius pinguedinis habeat, q̄ aquę, ita vt illa nō sit verē aqua. Si autē rursus aliqua arte posset inde exugī, exprimiq; pura aqua, esset sacramēto idonea, sicuti & illa, q̄ exprimeretur ex luto. Et pari ratioē si à vino lymphatoposset p̄ artē extrahi aqua: siquidē anteq̄ immisceretur, erat aqua. ¶ Tertio arguitur. Aqua fluens ex latere Christi pēdentis in cruce fuit signū baptismi, & tamē nō videtur fuisse aqua pura sed flegma: nā in corpore mixto non sunt elemēta in actu: ergo nō requiritur aqua pura. Respōdetur, illā nō fuisse humorē phlegmaticū, vt quidā dixerūt, q̄ in tali humore nō potest fieri baptism⁹, sicut neq; in sanguine, neq; in vino. Fuit ergo aqua pura miraculosē egrediens à corpore mortuo, sicut & sanguis, ad cō-

Paluda.

Nix & grādo.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum. de aqua ex latere christi fluere. solutio.

probandā veritatē dominici corporis cōtra Manichæorū errorē: vt per aquā cōprobaretur, fuisse mixtū ex quatuor elementis, & per sanguinē ex quatuor humoribus. Hęc est sententia Innoc. vt. d. r. q. 3. ar. 5. dicebamus, in ca. citato. In quadā. de celebra. missa. adducētis illud. r. Ioan. 5. Tres sunt, qui testimoniū dāt in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus: & tres sunt, qui testimoniū dāt in terra, spūs, aqua, & sanguis. Testimoniū. s. q̄ Christus esset ver⁹ homo cōstans ex anima & corpore. Per hoc. n. q̄ inclinato capite voce magna tradidit spiritū, testat⁹ est habuisse animā. Per hoc verō q̄ manauit aqua & sanguis, testatus est habuisse corpus non phantasticū, sed verū. ¶ Sub dubio tamē relinquit vtrū fuerit naturalis, an verō miraculosa de nouo creata. At verō q̄ nō fuerit de nouo creata, validissimū est argumentū: tunc enim non esset testimoniū veritatis corporis Christi: nā etiam in phantastico miraculose potuit creari, veluti & in aere. Quapropter extusille aquę nullū praberet documētū solidi corporis. Arbitror igitur argumētū perurgere, miraculum nō fuisse illud, vt aqua crearetur: sed prorsus hoc, vt ait D. Th. q̄ exiret de corpore mortuo. Vbi annuit, q̄ de viuēte sine miraculo posset exire. Poterat enim siue in stomacho, siue in venis existere. Et ideo ait deinde Inno. p̄ miraculū fuisse corpus ex elemētis cōpositum in illā aquā resolutū: sicuti viuēs sudorem emisit, quasi sanguinis guttas. Sanguis autē fortassis citra miraculū manare è corpore potuit tā recēter defuncto, vigēte adhuc in eodē sanguine calore, vt exiliret. Amputato nāq; homini capite sanguis cū impetu profilit. ¶ Hic autē adnotato opus est, q̄ sudor & lachrymę nullatenus aquę sunt ad baptismū idoneę: nā etsi sint resolutiones corporum, nō tamen aquę purę, vt illa, quę de latere Christi exiuit. Et multominus vrina, est enim digestionis egestio. ¶ Quartū argumentū est. Lixiuū, atque sulphureorum & balneorū aquę non vidētur esse purę, vt ex amara proprietate calcificandi, & exiccandi cōiectura fit: & tamē apparet baptismū in ipsis posse celebrari. Respondet autem cōcessa minori: quoniam sunt verē aquę: transitus enim

Innoc.

Aqua illa an fuerit nouo creata

Notato.

4. Argu.

enim illę per cineres, aut per illas venas non prorsus substantiā aquę destruit. Paluda. verō presentī dist. q. 3. contrarium censet. At re vera absq; ratione. Tametsi non negauerim, quin tantū possit cōmisceri cinerum in aqua, tātūq; exustionis fieri, vt lixiuū alia sit species quā aqua. De ceruisia verō & ptisana, atq; id gen⁹ potabilibus liquoribus, quorū in multis partibus frequens est vsus, ambigere nō licet, quin sint alię species ab aqua, in quibus idcirco sacramētū baptismi perfici non potest. Quoniā neq; illi, qui voto adstricti sūt ieiunare in pane & aqua. possunt huiusmodi potibus vti. Nisi q̄s de ptisana dubitet, propterea q̄ non est nisi aqua ex ordeo, quod est frumentū, expressa. Sed tamen neq; illā in tali ieiunio admitterem: nam verē est potus ab aqua differēs. Imò neq; si ex pane cocto calido distillaretur aqua, vt solet officio ignis, admittenda esset in baptismo: quoniam non est certum esse veram aquam. ¶ Est veruntamen hic adnotāda regula, q̄ cum in quibusdam non satis deprehēdi valeat, sit ne vera aqua, dum res est dubia, cauendum est ne in eiusmodi liquoribus quispiā baptizetur, q̄ si forsan fuerit baptizatus, solenni remedio vtēdum est, vt huiusmodi puer sub illa cōditione baptizetur, si non es baptizatus, &c. ¶ Quintum argumentum est de aqua rosacea, ac de alijs herbarū succis, deq; alchimicis aquis: sed de istis nulla extat dubitandi ratio. Palā enim est non esse aquas: tametsi cum addito propter apparentiam sic equiuoce appellentur: sed sunt expressiones omnium humorū, ex quibus herbę componuntur. Ars verō alchimica nūquam ad hoc pertingit, vt possit formam veram substantialem auri, vel aquę, ceu natura ipsa, pducere.

Paluda.

Ceruisia &c.

Notanda regula.

Quintum argumentum.

ARTICVLVS. V.

Vtrum hæc sit cōueniens forma baptismi. Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Forma baptismi duplex



XPLICATA materia baptismi subsequitur de altera eius parte, quæ est forma. Est autē forma duplex, Altera verborum, quæ est de essentia baptismi: at-

que altera actiōis, vt pote mersionis. De priori disputatur in duobus articulis, ac de altera in alijs duobus. Quæritur ergo quinto vtrū forma baptismi conueniens sit illa, quæ exprimitur Matth. 28. Et respondet D. Tho. vnica conclusione. Hęc est conueniens forma baptismi. Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Probatur ex Christi institutio- ne loco citato. Euntes docete omnes gētes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Subiungit autem subinde rationem. Baptismus per suam formam consecratur, secundum illud ad Ephes. 5. Mundans eam lauacro aquę in verbo vitę. Et Augustinus lib. de vnico baptismo ait, baptismum verbis euāgelicis consecrari. Cū autem consecratio huiusmodi à causa efficiēti deriuetur, cōsequens sit, vt in forma debeat eadem causā efficiens exprimi. Illa autē est duplex: scilicet, principalis, quę est trinitas & minus principalis, quæ est minister. Vtraq; ergo debet ibidē explicari. Quare illa est legitima forma. ¶ Hic primum omnium meminisse oportet illius asserti, Sco. d. p̄fen. q. 3. & 4. dicētis, formā propriē baptismi non esse nisi relationem significandi, qua baptismus est formaliter sacramentum. Et quia ipsa relatio, vt ipse probabilius iudicat, sū datur in ablutione simul & verbis, tam ablutio quam verba, inquit, dicitur materia: tametsi verba respectu ablutionis quodāmodo dicatur forma. Quod quidē assertū non ita multum theologū est. Nā relatio nō est forma de qua in præsentia rū loquimur: licet sit ratio, qua ablutio denominatur signū ac perinde sacramētū. Neq; verō verba nisi ineptissime dicitur materia: imò vt diximus d. r. q. 1. ar. 6. eò q̄ determināt cōtrahuntq; ablutionē ad significandū talē effectū gratię, omnino sunt, dicūturq; formę: inlar formę in naturalibus, quæ determinat materiā. Quocirca relatio illa significandi, vt art. 1. mōstrauimus, nō sū datur in verbis, ita vt verba simul cum ablutione denominentur baptismus, sed fundantur in ablutione mediantibus illis verbis. Nā satis illic demonstratum est, quod baptismus, hoc est, ablutio nō supponit prototo aggregato ex ablutione & verbis, sed

Conclusio.

Expositio articuli.

sed pro ablutione, quæ est materia proxima, sicut statua pro arc habente formam. **Secundo** adnotandum est, quatuor in baptismo discerni: videlicet, actum ipsum, deinde personam recipientem, præterea causam principalem, ac deum ministrum. Quæ idcirco omnia cõgruit, vt in forma exprimantur: & ideo quatuor sunt membra formæ. Ego, te, baptizo, in nomine patris, &c. Quapropter conclusio præfens de congruitate intelligenda est, non autem, quantum ad omnia de necessitate.

Primum argumentum. s. Thom.

Igitur, vt ordinẽ D. Thomæ imitemur primo argumento queritur an pronome Ego, sit de essentia. Arguitur enim. Actus potius principali agenti, quam instrumẽto adscribitur: in sacramento autem minister est vt instrumẽtum, vt dist. x. dictum est, & qui principaliter baptizat est Christus, secundum illud Ioan. x. Super quem videris spiritum descendentem, & manẽtem, hic est, qui baptizat: ergo incõgruẽ ait minister. Ego te baptizo, sed deberet dicere Christus te baptizat. Et confirmatur. In verbo, baptizo: intelligitur pronome ego: ergo eius expressio superfluit. Præsertim cum Christus Matth. 28. illius pronominis non meminerit. Atq; iterum confirmatur. Græci non apponunt illud pronomen, sed aiunt. Baptizetur seruus Christi, & tamen, vt in concilio Florentino sancitum est, verè baptizant: ergo pronomen illud nõ est de essentia. **Ad hoc** respondet D. Tho. quod minister etsi sit causa minus principalis, est tamen causa proxima, & immediata: nam causa principalis concurrat tanquã id, in cuius virtute fit actio: & ideo cõgruẽ minister ponitur tanquam exerceas actum. Et hoc expressit Christus dicens, Baptizantes, vbi exercitium attribuit discipulis, Cũ autem adhibetur. In nomine patris, &c. exprimitur princeps causa in cuius virtute fit opus. Græci autem metuẽtes diffidium illud, de quo Apostolus. 1. ad Corinth. x. meminit, qd alij gloriabatur baptizari ab Apollo, alij a Paulo, &c. cauẽt in forma explicare ministrũ, & ideo baptizant per tertiam personam dicentes. Baptizetur seruus Christi, &c. At quoniam exprimunt actum baptizandi, qui reuera ab ipsis ministris cum inuocatione trini-

tatis exercetur, vere baptizant. **Collige** ergo de essentia baptismi esse, vt exprimitur actus, qui exercetur a ministro, cum inuocatione Trinitatis, vt habetur in concilio Florentino nam illic virtualiter subnotatur minister. Quando autem per primam personam exprimitur actus, illic virtute ipsa locutionis subintelligitur minister. Vt si quis dicat baptizo te in nomine patris &c. in verbo subintelligitur pronomen: quare, ego, non est de essentia sed de congruitate ad maiorem expressiõnem, Quod si cõtra hoc postremum assertum obieceris illud Alexandri tertij. de baptismo & eius effectu cap. Si quis puerum, vbi ait quod si quis puerum in aqua immerferit in nomine patris &c. & nõ dixerit. Ego te baptizo, nõ est puer baptizatus. Respondetur, vim illic quæstionis non consistere in pronome ego, sed in expressiõne actus. Vnde ergo. definire pontifex, quod licet quis mergat in nomine patris &c. non exprimitur verbo actum baptizandi, non baptizat. Si verò dicat. Baptizo te, sufficit ad essentiam. **Quod** si scisciteris quanta esset culpa baptizare sine expressiõne pronominis, profecto censẽo nõ esse mortale, nisi fortasse graue suboriretur scandalum, quod nunquã, arbitror posse tam magnum oriri. **At** contra illam Græcorum formam est argumentum qd non sit valida. Si quis in forma sacramenti inducere contendat errorẽ, non perficit sacramentum, vt si Arrianus diceret. Baptizo te in nomine patris maioris, & filij minoris &c. aut si Lutheranus diceret. Hoc est quodã modo corpus meum, intendens non esse re, sed in figura. Græci autem intendunt per illam formam inducere errorẽ: nempe quod nos attribuentes ministro actum baptizandi diffidium ferimus, quod abominatum est Paulus, atque adeo a nobis non celebrari legitimum baptismum, sed esse rebaptizandos eos, qui a nobis baptizantur, vt habetur de baptismo, & eius effectu cap. finali: ergo illi non cõficiunt sacramentum. **Ad hoc** nos iam satis supra dist. x. q. i. art. 7. & 8. respondimus. Duas ergo ex illis articulis generales regulas repetam: vnã scilicet de intentione ministri, quæ formam vitare potest: atq; alteram de verborum

De essentia baptismi.

Secunda regula.

borum mutatione. Prima. Quocunq; errore ille qui baptizat infectus sit, illum autem in forma nõ inducat, sed legitimam intentionem ecclesiæ, & necessaria formæ verba seruet, verè baptizat. Si autem illum errorem in forma induxerit, error tamẽ ille intentionem ecclesiæ secũ permittat, & necessaria verba proferat, verè perficit sacramentum: aliàs minimè. Quocirca qn̄ ille error toleratur ab ecclesia vt loco citato art. 6. expresse ait D. Tho. nihil eiusdem ecclesiæ intẽtioni officit. **De** mutatione autem verborum colligitur secunda regula. Dum mutatio, siue sit additio, siue demptio, siue transpositio, siue corruptio, verba necessaria non corrumpit, seruata legitima intentione, sacramentum perficitur. Si autem quidpiam verborum, quod necessarium est, destruxerit, cassum fit. Cum ergo ecclesia errorem Græcorum toleret, ferat scilicet, vt credant perperam nos baptizare, nil repugnat, quin illi habeant legitimam intentionem faciendi, quod ecclesia facit, & cum verè ponat in forma omnia, quæ sunt de essentia, sit, vt verè baptizent. Secus autẽ si Luteranus dicat. Hoc est quodãmodo (hoc est in figura) corpus meum: nam ille error non secum patitur intentionem ecclesiæ: quæ quidem intendit consecrare verum corpus. Et pariter Arrianus, licet ipse crederet patrem esse maiorem filio, vbi tamen errorẽ non induceret in forma, posset quidem habere intentionẽ ecclesiæ. Si autẽ in forma diceret, patris maioris, intẽtioni ecclesiæ aduersaretur, quæ baptizare intẽdit in nomine, & fide triũ personarum æqualium. Pari modo si quis baptizaret in forma. cap. Retulerunt. de consec. dist. 4. In nomine patria & filia, intendens Deũ habere filiam, non baptizaret, secus si ex balbutie pro, filij, diceret, filia. De his autem in citatis articulis amplissime dixim. Hoc autem præterea admonuerim, quod forsitan error Græcorum non illucis que protenditur, vt putent, nos non baptizare: nam citatum capit. finale nihil aliud refert, quã quod Græci eoufq; coeperunt abominari Latinos, vt baptizatos ab ipsis ausu temerario rebaptizare præsumerent. Forsan quia nos pro hæreticis ducebant, & cum Donatistis existimabant

baptizatos ab hæreticis esse rebaptizandos. **Percontaberis** autem, quid si latinorum quispiam apud nos Græcorum forma vteretur, vtrum verè baptizaret: qd si sic baptizaret, quantam committeret culpam. **Ad** primum membrum Innoc. alioqui vir doctissimus, in. ca. x. de bapt. & eius effectu respondet, qd si quispiam apud nos baptizaret sub hac forma. Baptizet vel baptizat te Christus, vel Petrus, vel sacerdos, se demonstrato, vel baptizeris a Christo, vel a tali homine, nõ baptizaret, quia non seruaret formam latinam. Verũtamen in alia prouincia, quæ nostram formam nunquam recepit, verè baptizaret. Et alludit ad Græcos verè baptizantes. **Multa** hic tamẽ complicat Innoc. Primum quod apud Græcos idẽ est dicere baptizetur seruus Christi, ac si diceretur, baptizeris a Christo, vel baptizet te Christus. Atque hoc probe quidẽ: nam ipsi non intendunt dicere baptizetur seruus Christi a me, aliàs pariter dicerent. Ego te baptizo, sed baptizetur seruus Christi ab ipso Christo. Quare similiter dicere possent baptizet te Christus. De hoc autẽ quod subdit, baptismum sub illa forma si apud nos a latino vsurparetur, non fore tunc baptismum, merito profecto, salua tanti viri autoritate, reprehẽditur ab Adriano in. 4. q. 1. ar. 3. id quippe nullam habet probabilitatẽ. Enimverò cũ vbiq; seruantur omnia, quæ sunt de essentia sacramenti, fiat sacramentum, & in illa Græcorum forma seruentur omnia, aliàs nec illis esset sacramentum, sit vt etiam apud nos sit sacramentum. Vnde fit consequens, vt quicquid est sacramentum apud aliquos, sit pariter apud omnes. Quoniã ecclesia nequit formas apud diuersas nationes variare quãtum ad suam essentiam, ac proinde nec quãtum ad hoc quod teneat in vno loco & nõ in alio. Sed vbiq; exprimitur actus baptizandi cum persona baptizati, & inuocatione trinitatis, vt habetur in concilio Florentino, sit baptismus. Secus quãtum ad culpam baptizantis si non seruat formam ecclesiæ. Neq; verò obstat illa forma per tertiam personam. Baptizet te Christus: nã si per passiuam quis dicere potest baptizetur seruus Christi a Xpo Iesu vt intelligunt græci, cur nõ poterit verbũ verti in vocem

Dubitatio.

Innoc.

Adrianus.

Confirmatio cernit actiuam? Eò præsertim quod in cõ-
Cæsantini. firmatione Constantini imperatoris, vt
 patet in prologo ante Synodum Nice-
 nam, vsus est Syluester illa forma. Signat
 te Deus sigillo fidei in nomine patris &
 filij, &c. Qua vtique ratione & in sacra-
 mento pœnitentiæ, licet quis diceret ab-
 soluit te, vel absoluat te Christus verè ab-
 solueret. Quauis peccaret. Nam & for-
 ma extremæ vnctionis est, indulgeat ti-
 bi Deus quicquid peccasti p̄ visum, &c.
 In summa si expressio solius ministri suf-
 ficat, vt exercentis actum, Ego te bap-
 tizo, cur non sufficiat expressio Christi,
 qui per suum ministrũ baptizat? Sed
 forsã quis arguat. Hæc forma videtur
 excludere actionem ministri, quasi ipse
 non baptizet, quam quidem actionem
 Christus ministris attribuit dicens. Bap-
 tizates eos: sicuti & actionem remittendi
 peccata eis pariter adscribit, tanquam
 ministris Ioan. 19. Quorum remisistis
 peccata, &c. ergo forma hæc non est legi-
 tima. Secundo, quia in verbo, baptizo,
 intelligitur non solum ablutio interior,
 verũ & exterior, illam significans, iuxta
 verbum Augustini. Quæ est ista virtus a-
 quæ, quæ corpus tangit, & cor abluit?
 Christus autem, vt libri. 3. contra literas
 Petilia. cap. 49. idẽ ait Augu. non abluit
 exterius, sed interius. Sacerdos, inquit,
 exterius tangit corpus, & Christus inter-
 rius abluit, secũdum illud Ioan. 1. Super
 quẽ videris &c. ipse est qui baptizat in
 spiritu sancto: ergo necessum est personã
 ministri vel exprimere, vel subnotare.
 Respondetur quod vtrãq; ablutio fit & à
 Christo per ministrum, & à ministro vice
 Christi. Quare non solum est verũ quod
 Christus baptizat interius, sed etiã exte-
 rius. Nam cum Ioan. 3. affirmatum esset,
 quod Christus baptizaret: statim capit.
 4. declarat Euangelista, quod ipse non
 baptizabat, sed discipuli eius. Baptizat
 ergo Christus exterius per discipulos, &
 vicissim internam gratiam mediante a-
 ctione discipulorum infundit. Augu. er-
 go hoc duntaxat vult dicere, q̄ Christus
 per se quidem tãgit cor, non autem per
 se corpus. Igitur vt summam cuncta cõ-
 prehendamus, si quis in forma actionem
 ministri excluderet dicens, Baptizet,
 vel absoluat te Deus, vel Christus quem

Argument.
contra.

Summa ref-
ponsonis.

ego nullatenus baptizo, aut quẽ ego nõ
 absoluo, profectò non baptizaret, quia
 aduersaretur intentioni Christi, & eccle-
 siæ, sed si illa non fiat exclusio, sufficiens
 est forma exprimendo solum Christum
 qui intelligitur per suum ministrum ba-
 ptizare. Quo fit, vt si forma Græcorum
 esset, Baptizetur seruus Christi à Chri-
 sto, & nullatenus à me, certè ecclesia illũ
 errorẽ non toleraret, sed tolerantur sub-
 ticere nomen ministri, cuius tamẽ actio
 illic intelligitur. Longè autem minus
 probabilitatis habet aliud quod Innoc.
 subdit: videlicet, q̄ non esset baptismus
 si quis diceret. Ego Petrus, aut ego sacer-
 dos baptizo te, & baptizetur seruus Chri-
 sti à me Petro sese designando. Quia hic
 nihil fanè de essentia formæ variatur.
 Imò quauis baptizans crederet illam
 esse necessariam formam, ita quod sine
 illa expressione forma nõ esset sufficiens,
 illa ignorantia non tolleretur veritatẽ sa-
 cramenti: quia licet esset contra scientiã
 ecclesiæ, potest tamen cum illa ignoran-
 tia extare legitima intẽtio faciendi quod
 facit ecclesia. De culpa verò mutantiũ
 formas ecclesiæ: vt si Latinus apud nos
 vteretur forma Græcorum, re vera ge-
 nere suo esset peccatum mortale. Nam
 postquam ecclesia dicitur illos tolerare,
 signum est grauem esse errorem creden-
 tiũ nos perperam baptizare: & ideo qui
 apud nos vteretur illa forma intendens
 illum errorem, grauissimo delinqueret
 peccato. Quinverò licet eundem errorẽ
 non intenderet, sed pro libito suo vellet
 vti illa forma, vix posset propter scanda-
 lum & suspiciõẽ eximi à mortali. Quã-
 uis fortasse secluso scãdalo in secreto nõ
 esset grauius quã veniale. Nihilominus
 ecclesia grauius sacerdotem ob suspicio-
 nem puniret. Vtrum autem Græci pec-
 cent Scot. præsentis dist. q. 2. art. 2. dicit q̄
 aliquando eis fuit licitum propter per-
 missionem ecclesiæ. Si autem postea ec-
 clesia latina, id prohibuit peccat. At ve-
 rò nusquã talis phibitio legitur, & ideo
 non peccat: imò forsã peccarent vtẽdo
 nostra forma, ppter scandalũ, qd̄ apud
 illos oriretur. Alia vero additio. Ego
 Petrus vel ego sacerdote baptizo nihil
 culpe aut q̄ minimũ affert. De mutatio-
 ne autem verbi, baptizo, in alia equipol-
 lentia

Ego Petrus
&c.

De culpa mu-
tantiũ for-
mas.

Scotus.

lentia, an scilicet dicere liceat. Ego te a-
 bluo, tingo, mergo, &c. non parum inter
 doctores controuertitur. Innoc. enim lo-
 co citato in capit. 1. de bap. ait, non esse
 baptismum, si quis dicat balneo, vel ab-
 luo. Et glossator Decreti super cã. Multi
 de cõsecrat. dist. 4. ait nõ esse sacramen-
 tum, si quis dicat. Ego te mergo. Et ex
 theologis. Alexã. 4. parte. q. 13. membr. 3.
 art. 3. idem sentit. Et Gabriel dist. præsen-
 ti. q. vnica circa finem: quia, inquit, hæc
 verba nõ sunt synonyma cum verbo, ba-
 ptizo, eò quod, baptizo, nõ quancunq;
 ablutionẽ significat, sed hæc sacrã. At
 verò iam supra dist. 1. de his satis superq;
 dictũ est. Licet enim vti verbis loco ver-
 bi, baptizo, exprimentibus eundẽ actũ,
 & effectum: nã tũc nihil mutatur, quod
 fit de essentia sacramenti. Quãdoquidem
 etsi Christus Hebraicè protulerit illam
 formam, nihilominus ecclesia retinuit
 verbum Græcũ, baptizo, rationibus per
 nos illic allatis. Et Hierony. eodem loco
 super Matth. pro, baptizates, semper le-
 git, tingentes. Et August. baptismus, in-
 quit, est tinctio aquæ, &c. Tutius ergo
 possumus dicere, abluo, vt pote quod dex-
 plicatius significat naturam baptismi,
 quã tingo. Eò potissimũ, quod cum v-
 nusquisq; possit in sua lingua baptizare
 atq; adeò nomina patris & filij maternis
 vocibus pronuntiare, nõ est cur non &
 verbum baptizo possit alia voce expri-
 mere. Ad hæc, cum Apostolus ad Ephes.
 5. baptismum appellet lauacrum aquæ,
 nullus sit reliquus metus, quin pro, ba-
 ptizo, dicere liceat, lauo sicuti seculares
 in extrema necessitate baptizates dice-
 re nonnunquã consueuerunt. Imo vt
 articulo. 7. videbimus, cum quis per ef-
 fusionem, vel asperionem baptizat,
 quamuis non dicat nisi. Ego te aqua vel
 infundo, vel aspergo, erit baptismus.
 De verbo autem, mergo, obscurius esset
 dubium: quia mergere non tam propiè
 significat abluere, aut intingere, cũ fiat
 etiam ad suffocandũ, & ad aliõs effectus.
 Attamen ex accõmodatione vsus quan-
 do fit sub illa forma, idem valet quod a-
 bluo. Imò, baptizo, omnia illa significat.
 Vnde quãuis verba non sint omnino sy-
 nonima, eodẽ prorsus modo significãtia,
 satis est vt eũdem sanctũ effectũ ex vsu

Mergo.

accommodatione representent. Quo-
 circa si quis diceret. Ego te balneo, non
 ita tuto alserere auderẽ esse baptismum:
 quia balneare alium effectum significat.
 Multo autem minus si quis diceret. Ego
 te mitto, aut conijcio in aquas: nõ enim
 vsq; adeò laxanda est licentia. Quare hoc
 modo baptizatos consiliũ esset sub con-
 ditione denuo baptizare. Qui autem di-
 ceret, Ego te mundo ab originali, nõ ba-
 ptizaret: quia baptismus non quomodo
 cunq; mũdat, sed per formam ablutiois;
 quæ ideo explicanda est. Sicut in sacra-
 mẽto pœnitentiæ nõ licet dicere Ego te
 abluo a peccatis tuis, sed Ego te absoluo.
 Quod autem pro, baptizo, posset dicere
 episcopus baptizamus, & pro te, vos, si
 regẽ baptizaret, iã d. i. satis id affirmau-
 mus vbi de omib; formæ mutationibus:
 videlicet, additionibus, detractionibus,
 transmutationibus, corruptionibus, &
 interpollationib; adeò copiose disertũ
 à nobis est, vt nihil aliud quã fastidi-
 um generaret eorũ repetitio. Quo loco
 & intellectum can. Retulerunt. de con-
 secra dist. 4. interpretati sumus.
 Secundum argumẽtum D. Thomæ est.
 Eum, qui actum quempiã exercet, non
 oportet illum exprimere: vt qui docet,
 nõ indiget dicere. Ego vos doceo: quia
 actũ ipso docendi id exprimit. Sicuti illi
 qui se munit signo crucis, nõ opus est,
 vt dicat. Ego me signo, sed faciendo sig-
 num se signat. Quinverò in sacramẽto
 eucharistiæ consecrans non dicit. Ego cõ-
 secro corp; . Ergo vbi Christus dixit. Do-
 cete baptizates, non præcepit, vt id dice-
 rent, sed vt id facerent. Respondet D. Th.
 nõ esse idẽ de alijs actibus, & de actioni-
 bus sacramentorũ: nã actio sacramenta-
 lis debet significare id, quod fit interius.
 Ablutio autẽ in aqua ad multos effectus
 fieri potest, & ideo nisi per formã acõm-
 modaretur ad significandum hunc pecu-
 liarem, vaga, cõfusaq; esset significatio.
 Et ideo, vt habetur cap. 1. de bap. quã-
 uis quis puerũ mergat in nomine patris
 & filij & spiritus sancti, nisi explicet cũ
 intentione actum baptizandi nõ bap-
 tizat. Nã cũ etiã in oĩbus actionibus pro-
 phanis, vt ad Coloss. 3. refert Paul. de bea-
 tus inuocare nomẽ Dñi, fit, vt neq; il-
 la inuocatio sola, in nomine patris, &c.
 satis

Non est laxã
da licentia.

Secundum ar-
gumentum.

fatis exprimeret sacramentalem actionē De sacramento verò eucharistiæ diuersa est ratio: nam illud non consistit in vsu & applicatione sacramenti, sed in consecratione, quæ fit per verba. Hoc est corpus meum. ¶ Tertio argumēto quæritur de pronomine, te, an sit necessarium. Sæpe nanque baptizatur surdus, imò plurimum puer nihil audiens: at vt Eccles. 32. legitur, vbi nō est auditus frustra sermo effunditur: ergo non opus est sermonem ad baptizatum dirigere, dicendo, Ego te &c. Responso autem est, illa verba non solū proferri, vt apud baptizatū significant, sed ad explicandam sacramenti efficaciam, quæ illi applicatur. Quæ utique ratione etiam ad creaturas irracionales solet exorcismus dirigi: vt cum dicitur. Exorcizo te creatura salis. ¶ Ex hac ergo solutione collige necessariū esse personam, cui sacramentum applicatur, exprimerē. Quapropter decretum Florentini cōcilij, vbi habetur satis esse ad essentiā sacramenti, vt actus ministri baptizantis cum inuocatione trinitatis exprimat: sic intelligendū est, vt exprimat actus & eius applicatio ad recipientem: quia non satis exprimitur actus, nisi exprimat subiectum in quod terminatur. Neque de hoc controuersia est, sed est firma sententia, quæ quidem primum colligitur ex verbis Christi, baptizantes eos. Item ex natura ipsius sacramēti eruitur quæ consistit in vsu, & applicatione materiæ ad subiectum: quare nisi illud etiā exprimat in forma, non satis exprimitur actus. Atque idem patet in sacramentis confirmationis, pœnitentiæ, & extreme vnctionis. Non enim satis esset dicere. Ego chrismo, vel absoluo, nisi adderes te. Pari modo non esset baptismus si solummodo diceres. Ego baptizo in nomine patris, &c. Potest tamen per passiuam exprimi. Tu baptizaris à me, licet culpa esset formam sic mutare, vel in tertia persona sub communi nomine, velut Græci dicunt, baptizetur seruus Christi. Quocirca pariter esset baptismus, si quis loco pronominis diceret. Baptizo hūc, vel Ioannem, vt loco citato ait Gabriel. Nam illa expressio tāta est, quanta quæ per pronomen fit. ¶ Sed contra hoc fit argumentum. Si liceret loco, te, dicere Pe-

Tertium argumentum. D. Thom.

Necesse est exprimerē personam que baptizatur.

Argument.

trum, sequeretur quod si putās baptizare Petrum, baptizaret Ioannem, vt si baptizans esset cæcus, cui traderetur alter p altero, nō esset verus baptismus: quia non baptizat eum, quæ in intendit. Quæ admodum & in matrimonio si quis putans ducere Mariam, duceret Ioannam, non esset matrimonium. Consequens tamen est falsum: nam intentio ecclesiæ est baptizare hunc, quisquis sit. De hoc satis supra diximus. dist. 1. quæst. 5. artic. 8. Et ideo hūc sat est cōsequentiā negare. Quæcunq; enim sacerdos arbitretur baptizare, semper in illo virtute manet intentio ecclesiæ, quæ est baptizare hunc, siue dicat hunc, siue te, siue Ioannē. Quæ quid nanque sacerdos intellectu putet, non habet intentionem negatiuam, vt si non sit Ioannes, eum non baptizet, alio qui sacrilegus esset & sacramentum non perficeret. Debet enim determinatē baptizare hunc. Secus autem in matrimonio, quod quidem cum sit vinculum perpetuæ cohabitationis, errore substantiæ personæ vitatur. Reuise quæ illic adiecit. ¶ Ex hac solutione colligitur neminem posse se ipsum baptizare, vt ait D. Tho. in solutione ad. 4. & decernitur in cap. Debitum. de baptis. & eius effectu. Exigitur enim distinctio inter baptizatum, & baptizantem, aliā forma. Ego te, &c. esset falsa. Quare & Christus etiā ab alio: scilicet, à Ioāne voluit baptizari. Addit nihilominus Innoc. in eodē ca. quod Iudæus, qui se ipsum in aquā sub forma baptismi immergit, si absque alio baptismi de vita decessisset ad patriam protinus euolasset propter sacramēti fidem: at non propter fidei sacramentum. ¶ Igitur de. 4. argumento D. Thomæ. An scilicet vnus possit plures simul baptizare, vnusve à pluribus, nihil hic amplius, quoniam dist. sequenti art. 6. peculiaris de hoc redibit quæstio. ¶ Neq; verò quintum magni est momenti: quo arguitur, eò quod baptismus virtutem habet à passione Christi debere eius mentionem in forma fieri: nam etsi virtutem inde recipiat (quare ipsa passio principalior est causa, quā baptismus) tamē quia eadem passio instrumentum est trinitatis, non opus est, vt exprimat vel ipsa, vel Christus nisi in nomine filij. Ad de,

Nemo se preest baptizare.

Quantum argumentum.

Quintum argumentum.

de: qd si quis baptizaret in nomine patris & Christi & spiritus sancti, verū esse, baptismus. Si autē diceret Christi in quantum hominis, volendo eū tali ratione equare trinitati, baptismū vitaret: nam Christus quatenus homo nō infundit gratiā propria autoritate, id est increata, sicut in quantum Deus. Si autē quis post tria nomina trinitatis adderet, & Christi, intelligens per suam humanitatē instrumenta liter infundere gratiā baptismi, verū perficeret sacramētū: sicuti si adderet, & beatæ virginis, intelligens non nomine eius sed eius precibus gratiā donari, sed non nulla esset culpa illa verborū superfluitate vti. ¶ Sextum argumentū est. Nomen designat proprietatē rei: sed tres sūt personarum proprietates. sc. paternitas, filio, & spiratio passiuæ: ergo tria nomina. Atq; ad eò dicendū est, nō singulariter, in noīe, sed pluraliter, in nominib⁹. Respondeo, qd etsi sint tria nomina personalia, est tamen vnum essentiale Dei: & cū virtus, quæ in baptismi operatur, pertineat ad essentiā: nam vt est theologorū axioma. Opera trinitatis indiuisa sunt ad extra. dicendū, est in nomine, & nō, in nominibus. ¶ Apparet nihilominus respōsio hæc nō satis lucida. Emergit siquidē dubium, vtrū dicere in nomine, sit tantū de precepto baptizantis, vt nō peccet, an verò de essentiā baptismi, vt si dicat in nominibus, nullū sit baptismus. Et ratio dubitandi est, quia si quis diceret repetēdo. In nomine patris, & in nomine filij, & in nomine spiritus sancti, profectō baptismus esset: quia idem repetitur nomē: cur ergo nō, si dicat, in nominibus? Itē quæritur quid hic voce nominis intelligitur: si enim intelligitur inuocatio, quid obstat trib⁹ in uocationibus inuocare personas? Si autē intelligitur autoritas, aut virtus, quid nā vetat illam pluraliter inuocare, postq̄ est in omnibus personis? Quod si dicas intelligi nomen Dei prout est cōmune trib⁹, deberemus tūc dicere in noīe Dei. ¶ Hūc locū egregiē tractat. Hug. libr. 2. de sac. p. 6. c. 2. vbi ait, qd cum nomen idē sit, quod notamē, fit vt nomen designet notitiam rei: quare qui latissima fama nomē suū celebravit, magnum dicitur habere nomē, iuxta illud Psal. Quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Notitia verò

6. argumen.

Dubitatio.

In nomine.

Dubitatio. 2

Hugo.

Dei habetur per fidē: ergo idem est dicere in noīe, qd in fide patris & filij, &c. Et quoniā eadem est fides trium personarū, dicendum est in nomine, & nō in nominibus. Atq; huic expositioni maximē illud cōsonat euāgelicū. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Vbi fides cū baptismi, quasi forma cū materia cōiungitur. Atq; illud deinde ad Ephes. 4. vnus Deus, vna fides, vnū baptismus. Imò nomen nō solū internā fidē significat, verū illā ore confessam, vnde ad Rom. 10. Pau. Corde, inquit, creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutē: quasi salus illa, quā baptismate cōparamus, fidei cōfessione nobis obuēniat. Vnde baptism⁹ dicitur sacramētū fidei, id est, quo fidē inuocatione trinitatis profitemur. Quapropter nō illa perplacet Magistri interpretatio. d. 3. vt in nomine, idē sit quod in inuocatione, & confessione trinitatis: nam hoc ipsum dicere in noīe patris, &c. est ipsa inuocatio & confessio. Inuocatio autē nō fit inuocatio. Designat ergo fides Dei vni⁹ & trini, quæ habet quidē diuersos articulos personarū, sed tamē ad vnā primo terminatur essentiā quæ cōmunis est tribus. At verò quanuis expositio hæc legitima sit, quā Alex. 4. pa. q. 13. mēb. 3. 2. & D. Tho. præf. d. in. 4. ar. 2. secuti sunt, nihilominus nō ineptē exponi etiā potest in nomine, hoc est, in autoritate, potestate, & virtute patris & filij, &c. qd in præsentiarū D. Tho. insinuat. Quæ admodū prætor id quod facit nomine, id est, autoritate regis facit. Enimverò non solū hac cōfessione Deū trinū cōfitemur, verum & eius potestate & fauore salutē atq; nos ei⁹ gratiā per baptismū consequi. Id qd etiam designamus dicētes in nomine patris, &c. secundū illud Psal. 19. Hi in curribus & hi in equis, nos autē in nomine domini Dei nostri inuocabimus. Atq; illud Deus in nomine tuo saluū me fac. Quod quidē nomē omnipotentiæ Dei significat. ¶ Vt ergo ad dubiū respōdeam⁹ Marf. q. 3. arti. 4. ait qd si quis, saltem ex ignorantiā, vel lapsu linguæ, pro eò qd est, nomine diceret, nominib⁹ nō audeat definire nō esse sacramentum, si intentionē habeat ecclesiæ: nam fortē, inquit, Deus ratū haberet. At verò cōtra facit, qd si ille, qui sciēs & prudēs sic loqueretur, nō perficeret sacramētū

Ephes. 4.

Rom. 10.

Magist.

Alexan.

Respō. dubij. Marf.

mentum, profectò neq; si ex ignorantia id proferat. Igitur cū Magistro Sent. præse. dist. responderetur particulā, in nomine, esse de essentia sacramenti, ita ut si dicatur in nominib⁹ nullū erit. Atq; adeò hic est sensus. S. Thomæ in præsentiarū. Ait. n. Hiero. super illud ad Ephl. 4. vnū baptisma, q̄ non baptizamur in nominibus patris, &c. sed in vno noīe, quod intelligitur Deus: qui. s. vnus est. vbi Hier. docet nomē in præsentiarū nō accipi persona liter, sed essentialiter. ¶ Vnde ad argumētū fateor, q̄ licet quis diceret in nomine patris, & in nomine filij, & in nomine spiritus sancti, perficeret quidē sacramentū quia nō ideo asserit esse plura nomina, si cut qui diceret in nominibus, sed idē essentiale Dei nomē repetit cōmune trib⁹. Quocirca qui diceret in noīe hoc, quod est, pater, & in nomine, quod est, filius, & in nomine, quod est, spiritus sanctus, nō baptizaret, bene tamē, qui diceret in nomine Dei patris, &c. quia nomē nō referatur ad illa personalia, sed ad hoc essentiale. Qui autē nō diceret, in nomine, sed in virtute patris, &c. ait Inno. in c. l. de bap cum non perficere sacramentum, quia virt⁹ nō dicit totū quod nomē. Et forsan verū ait. Nam si hic D. Tho. vim huius quod est nomē, per id quod est virtus exprimat, tamē cum nomē suo ambitu & fidē sonet & virtutē, & autoritatē, & potestātē, &c. nefas esset aliquod illorū loco hui⁹, quod est nomē, subrogare. Imò præterq̄ q̄ esset crimē, nequaquam esset tutū illud existimare sacramētū. Imò deberet sub cōditione iterari. ¶ Septimū argu. D. Th. plusculū ambiguitatis habet. An videlicet liceat personas trinitatis per alia exprimere nomina, quā patris, &c. Arguitur. n. Persona patris multis alijs nominib⁹ significatur: nempe, innascibilis: genitoris, & persona filij nomine geniti, & verbi: & persona spiritus sancti nomine procedētis, & paraleti, & amoris, &c. ergo satis est dicere, in nomine genitoris & geniti, & paraleti. Respondet, q̄ sicut in materiā baptismi assumitur aqua, eò q̄ eius cōmuniō est vsus ad abluendū ita ad significandas personas diuinas assumūtur illa nomina: quę magis sunt in vsu in lingua, in qua fit baptismus. Hęc autem sunt pater, filius, & spiritus sanctus, qua-

re in alijs, inquit, non perficitur sacramētū. Hic primū omnīū supponit D. Tho. baptismū (id quod in 4. d. præsent. art. 2. ad. 4. expresse affirmat) in nomine trinitatis, nisi personæ exprimantur, nō esse sacramentū, quæ quidē (præterquam Caietani, quę ar. seque. cōfutabimus) omnīū est generalis confessio. ¶ Hoc ergo interim nūc supposito suboritur dubiū, utrū per alia nomina satis sit easdem personas exprimere. Et quidē sententia est omnīū concors doctorū, non esse sacramentū, nisi si his nominibus exprimantur personæ. Fuit. n. sentētia Altifio. loco citato lib. 3. trac. 3. c. 4. quæst. 4. Alex. 4. p. q. 13. mēb. 3. ar. 3. Bona. d. præse. q. 5. & Ricar. ar. 3. q. 3. & Sco. & Duran. q. 2. Marfi. quæst. 3. art. 4. ac subinde aliorū minoris notę quos nō op⁹ est allegare. Bene ergo ait Gab. d. p. f. esse opinionem omnīū Theologorū. Cōtrariū tenet glo. in can. Multi. sunt. de cōsecr. d. 4. Ex Theologis autē Pal. d. præse. q. 1. hæsitare cæpit. Caiet. verò audēter affirmat non annullari sacramētū si quis dicat, in noīe genitoris & geniti, & procedentis ab vtroq; . Et adducit rationes q̄nq;. Primū autoritatē Nicolai de cōse. d. 4. can. Aquodā. vbi ait in nomine Christi ideo valere baptismū, quia vnū & idē est significatū ac si dicatur, in nomine patris, &c. vbi? subinde docet satis esse explicare personas nominibus æquipollētibus. Genitor autē & genitus & procedens easdē personas significant, quas pater & filius & spiritus sanctus. Neque obstat, inquit, argumentum in contrariū, quod genitor significat actum notionalem de formali, scilicet, generationē, pater verò relationem paternitatis: nam non est, ait, habenda ratio significati formalis, sed materialis, puta personæ, quæ vtroque nomine significatur. Et confirmatur ratio quoniam supra distin. 1. quęstio. 1. articu. 7. dictum est, satis esse vt nomina ex accommodatione vsus idem significant: vt si dicat quis baptizamus, pro baptizo, aut in nomine patria, pro patris: genitor autem & genitus & procedens ab vtroque ex accommodatione vsus idem significant, quod pater & filius & spiritus sanctus: quoniam neque nomina patris, &c. virtute significationis propriē significant personas diuinas

In noīe trinitatis non fit sacramētū.

Altifio.

Caiet.

nas, sed generatim vniuersos etiā patres, & filios creatos, sed vsu loquendi significant propriē illas personas, & pariter genitor & genitus. Secundū testimoniū est autoritas Ambrosij in lib. de spiritu sancto ca. 3. vbi ait q̄ nomine Christi, quod est vnctus intelligitur pater, à quo vnct⁹ est, & spiritus sanctus, in quo est vnctus. Multo autē explicatius eadem personę explicantur nomine genitoris & geniti. Tertia autoritas est concilij Florentini, vbi decernitur q̄ si exprimatur actus qui per ministrum exercetur cum sanctæ trinitatis inuocatione perficitur sacramentum. Et. 4. quia si quis inuocet trinitatem nomine genitoris & geniti & procedentis, tam perfectē eā inuocat, ac si dicat patris, & filij & spūs sancti. Et qui fidē eiusdem trinitatis per illa nomina confiteretur, legitime illam confiteretur. Et quinto arguitur, quia si quis diceret in nomine patris & Iesu Christi & spiritus sancti plenum administraret sacramentum: cur ergo non si dicat geniti? In summa ait, q̄ Christus iubens baptizare in nomine patris, &c. non coarctauit ministros ad illa verba, quod est dicere, nō accepit illa materialiter tanq̄ necessaria, sed solū vt exprimerentur illæ personæ legitimis nominibus. ¶ Et quidem fateor argumenta ista nonnullam præ se ferre probabilitatem, eo vel maxime, q̄ sacramentum pœnitentiæ, quod Christus instituisse videtur sub illis verbis. Quorum miseritis peccata, ecclesia administrat sub illo verbo absoluo. Ac demum arguitur. In quacūq; lingua licet proprijs nominib⁹ personarum vti: esse tamen potest aliqua, in qua non est proprium nomen patris, sed per periphrasin explicatur. Sicut Cantabri non dicunt Deum, sed supernum Dominum, & Galli non dicunt auū, sed magnum patrem. Quare baptizantes in illa lingua nō dicent patris, & nihilomin⁹ perficiēt sacramentum. Cur ergo non liceat dicere genitoris. Atq; ob id potissimum quod etiam Latini sæpe pro patre dicunt genitor. At verò quoniam in verbis sacramentalibus nō licet ad libitum loqui, neq; forsan tam rationibus enitendum est, quā testimonijs sacris secundum vniuersorum Doctorum interpretationem expofitis: profectò non esset sa-

tis tutū singulari opinioni Caietani, cōtra vniuersalē Doctorū adherere. Nā primū glossa, quā assertiōi D. Thomę assuere cōnititur, nulla prorsus est. Ait quippe sensum. S. Thomę non esse, q̄ alijs nominibus non perficeretur sacramentum quantum ad sacramenti essentiā sed quantum ad præceptum. Itaq; peccatum esset mutare illa nomina, nihilominus valeret sacramentum. Glossa hæc, inquam, manifestē aduersatur textui. Nam vbiq; aiunt Doctores non perfici sacramētū, intelligunt nullum esse. Quare D. Thom. voluit tenere cum toto cætu Doctorum. Neq; arbitratus est hoc cadere in dubiū. Et ratio Altifiodorēsis est, quam omnes sequuntur, q̄ forma sacramenti virtutem habet ex Christi institutione: constituit autem Christus virtutem hanc in forma baptismi illis peculiariter verbis imperiri, quæ hypostasēs personarum significant, ideo quod cū illa in omni lingua habeatur tanq̄ propria personarū nomina, concedētissimū ergo fuit, vt sacramētum, in quo professio fit fidei ad confessionem sub illis nominibus esset coarctatū. ¶ Igitur argumenta Caiet. nō sunt tanti vigoris. Ad id enim, quod adducit ex can. Aquodam. respōdetur, non concludere q̄ nomine Christi possit nunc conferri sacramentum, sed tunc quando erat dispensatio, vt art. sequenti videbimus. Et eodem pacto respondebitur ad Ambrosium. In vtroq; enim Caiet. diuersus est à D. Thomā. s. q̄ valeat baptismus in nomine genitoris, & geniti, & quod modo valeat in nomine Christi. Neq; illud de accommodatione vsus tātā vim habet in proposito: nam quando Christus instituit formam sacramenti, siue fuerit tunc Matt. 28. siue ante, quādo fuit baptizatus, nulla erat forma ex accommodatione vsus significans propriē & singulariter personas trinitatis, sed ipse instituit illa, quæ sunt propria. Personæ nāq; nō constituuntur per actus notionales, qui significantur nomine genitoris & geniti: sed per relationem patris & filij & spirationis passiuæ, quā importat spiritus sanctus. Quare illa habentur pro nominib⁹ proprijs, sicut si pater appellaretur Petrus, & filius, Ioannes. Quod autem adducitur ex cōcilio Florentino nullius est

Non est satis tuta opinio Caiet.

Ad arg. Caietani.

vigoris: nā quod dicitur sub inuocatione trinitatis, intelligitur sub expressis nominibus, vt in verbis proximè præcedentibus fuerat explicatum. Ad quartū verò respondetur, q̄ et si extra sacramentū abundè quis confiteatur trinitatem sub illis nominibus genitoris & geniti & procedentis, non tamen in sacramento propter Christi institutionem. Ad quintum autem iam supra diximus, q̄ si loco filij quis dicat Iesu Christi non coarctando ad id, quod est in quantum homo, plenū est sacramētum: quia Iesus Christus etiā est nomen personæ diuinæ, sicuti filius, sed in quantum homo habet creatam potestatem, quæ non est illa essentialis cōmunis tribus, & ideo non esset sacramentū. Ad aliud negamus Christum nō coarctasse ad illa verba: nam quanuis non accepit illa materialiter, tamen iussit illo pacto exprimi personas. Ad aliud de sacramento penitentiae respondetur, q̄ nō solum per verbum, remitto, sed per verbum absoluo Christus dixit. Quodcūq; solueris super terram erit solutū & in cœlis. Eò præsertim q̄ actionem sacramenti liberius possumus per verba æquipollentia efferre, quam personas trinitatis, quarum est necessaria confessio. Ad postremum respondetur, q̄ qui non habent nomen proprium patris, aut filij, non coguntur vti nisi illo, quod pro proprio ducunt. His ergo vtrinq; iactatis, vel (quod tutius est) opinionē cōmunē doctorū cōtra Caietanum sustinendam omnino cēsuferim, vel saltē problema eousq; relinquatur dubiū, vt si quis sub alijs nominibus quam patris & filij & spiritus sancti baptizaretur, esset iterato sub cōditione baptizādus.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum in nomine Christi possit dari baptismus.



QUAMVIS articulo superiori satis constitutū sit personarū trinitatis expressionem necessariam esse in baptismo: tamen propter vsum Apostolorum priscum qui (vt legitur Actū. 8.) nomine Christi baptizabāt, quæritur peculiariter, vtrū in nomine Christi possit dari baptismus, sic vt verū esset; licet modò quis illa forma vteretur. Nā

de culpa nemo dubitat, qn ab eo qui hoc tēpore baptizaret committeretur. Et D. Th. non respondet in forma, sed tamen vnicam conclusionē negatiuā constituit, quæ in virtute alterā continet refponsalē. Cōclusio est. Quicquid desit ad plenā inuocationē trinitatis tollit integritatē baptismi. Probat conclusionē dupliciter. Primò ratione sic. Sacramēta, vt supra dictū est, ex institutione Christi habēt efficaciam: ergo si aliquid præmittatur eorū, quæ ipse circa baptismum instituit, efficaciam caret: nisi fortè speciali ei⁹ dispensatione, qui suā virtutē sacramentis non alligauit, illa fiat præmissio: Christus autē instituit sacramentū baptismi dari in nomine trinitatis, expressis personarū nominib⁹: ergo si aliquid eorū omitatur nō erit baptismus. ¶ Respondet autē tacitæ obiectioni, quæ ex verbis Ambrosij in lib. 1. de spiri. sanct. c. 3. emergit. Verba autē eius hæc sunt. Si patrē dicas, & filiū eius, & spiritū oris ei⁹ pariter indicasti. Et si spiritū dicas, & Deū patrē à quo procedit spiritus, & filiū q̄ filij quoque est spirit⁹ nūcupasti. Quare vna persona plata, si integra sit int⁹ fides: plenū est, inquit, sacramētū. Et accedit autoritas euāgelij. Vos autē baptizabimini spiritu sancto. Vbi vna sola persona nominatur. Cōcludit ergo Ambro. q̄ propter horū nominū mutuas relationes vna nominata persona: si in mēte sit omniū fides, satis est ad sacramentū. Hic autē Ambrosij loc⁹ magnū antiquis negotiū interpretandi facessit, quoniā neq; Magist. neq; vllus vnquam hoc concedere ausus est ei vt prolatio vnus personæ in baptizando sufficiat. Vnde Altisio. lib. suæ summæ. trat. 3. c. 4. q. 2. quē Alexan. atq; oēs post sequuntur, bifariā assertū hoc glossat. Vno modo, q̄ intelligat plenū tunc esse sacramētū, hoc est plenā fidē eius, qui sacramentū administrat, nō autē q̄ sacramentū sit integrū. Sed glossa hæc nō est nisi merū diuerticulum: nā Amb. videtur de sacramento plenitudine sermonem habere. Et ideo idem adhibet glossam secundam videlicet quod intelligatur plenū sacramētū in tēpore necessitatis: vt pote si vnā plata psona moriatur puer⁹, aut baptizās obmutescat. Tūc. n. inqt. Deus supplebit quod omissum est. Attamen secunda hæc

expo-

expositio multò præ se fert min⁹ autoritatis vt. d. 1. q. 5. ar. 1. & 8. visum est & in fra. d. 5. ar. 2. latius. Sūt. n. vt ar. 11. patebit, tria baptismata, quorum vnum est necessarium. Quādo autē non concurrunt integra, forma nullus est baptismus sanguinis baptismus autem flammis fieri nequit, nisi per actum mentis proprium ipsius, qui gratiam est consecuturus. Quare cū paruulus talem actum habere nequeat, sine integra forma baptismi nullum habet remedium nisi baptismū sanguinis quod modò ad rem non pertinet: & ideo tunc nō modò nulla est certitudo, quod Deus suppleat id, quod deest, verū neque id tutum est, imò temerarium asserere. Expressè enim enunciauit redemptor Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum. Ob idq; sapienter venerabilis Hugo lib. 2. de sacra. par. 6. cap. 2. non audet illud fictitium supplementum approbare. Igitur cū D. Tho. vidisset sententiā Ambrosij per nullam glossam posse tutò defendi, prudētī modestia tacito eius nomine, eius rationem dissoluit. Et potuisset quidem negari q̄ nomine patris intelligatur spiritus sanctus: nam nomen patris solum refertur ad filium. Hoc tamen præmissio respondet, q̄ licet in nomine patris implicite intelligatur filius, nō tamen id sufficit ad perfectionem sacramenti. Quoniam sicut requiritur visibilis materia, ita non sufficit interna trinitatis fides, nisi sensibilibus verbis exprimentur personæ: vt scilicet forma, quem admodum diximus art. præcedenti, confessioni respondeat illius, qui baptizatur, credentis in nomine patris & filij & spiritus sancti. Corde enim, inquit Paul. creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Confirmat deinde. S. Th. cōclusionem autoritate euangelica: nā in baptismo, quo baptizatus fuit Christus, tres personæ distinctæ sensibilibus apparuerunt: nempe pater in voce, filius in carne, & spiritus sanctus in columba. Tunc ergo D. Tho. insinuat fuisse formam trinitatis institutam, sed Matt. 28. repetitā & iussam. ¶ Ex hac ergo cōclusiōe oritur altera, quæ in hac virtualiter continetur videlicet. Baptismus in nomine Christi tantum nunc temporis non est validus.

Probatur, quia in tali forma non exprimitur trinitatis personæ more per Christum instituto. Confirmatur præterea cōclusio duobus testimonijs. Prius est Pelagij Papæ ad Gaudentium de consec. d. 4. can. Si reuera. cuius verba sunt. Si ij, qui in locis dilectioni tuæ vicinis commorari dicuntur, se solum modò in nomine Domini baptizatos fuisse confitentur, sine cuiusque dubitationis ambiguo eos ad fidem catholicam venientes in sanctę trinitatis nomine baptizabis: cui respōdet, & can. Multi. eiusdem pontificis. Accedit & testimonium Didymi in lib. de spiritu sancto. Licet quis enim, inquit, possit existere mente alienus, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus (scilicet triū personarū) præmittat, tamē sine perfectione baptizabit. ¶ Sententia hæc D. Tho. de nomine Christi perplexa etiamnum magis est, quàm illa præcedens de genitore & genito, propterea quod plures, maioreq; autoritatis aduersarios sustinet. Quanuis habeat quidē præcipuos patronos, quales sunt Altisiodorē lib. 3. tract. 3. c. 4. q. 2. & Alexand. 4. par. 9. 3. memb. 3. art. 2. & Bonauē. præsentī d. 9. 3. & Palud. q. vnica, & Marsili. q. 3. atq; alij iuniores. Ricard. nanque præsentī dist. art. 2. q. 3. neutram partem definire audet. sed ait baptismatum nomine Christi sub conditione esse rebaptizandum. Atq; sub eodem dubio vacillat Scotus ead. dist. q. 2. Aduersariorum autē tenentium baptismum in nomine Christi valere primus fuit (nisi Ambrosium primum censeas) Athanasius in libr. de trinita. & spiritu sancto, & Cypria. epist. ad Quirinum, Beda super Luc. c. 2. atque autor imperfecti homilia. 3. super Matt. Deinde venerabilis Hugo lib. 2. de sacra. par. 6. cap. 3. & secundum ipsum Magist. Sent. præsentī dist. quos sequuntur Canonistarū glossę in ca. Aquodam & can. Multi. de consecra. d. 4. Sed inter omnes hęc Caietanus asseueranter id adstruit, quem Adrianus Papa. q. 1. ar. 3. quæst. 2. imitatur. Ac totus quidē neruus opinio- nis. S. Tho. ex Christi verbo suum habet robur: scilicet. Baptizantes eos in nomine patris, & c. vnde colligit absq; ei⁹ speciali dispensatione non posse huiusmodi expressionem præmittit. Caiet. au

tem cōtendit auctoritatem hanc infringere, dicens eiusmodi Christi institutionē non coarctari ad voces, sed ad eorum significata. Quare satis est, inquit, si implicitē & confusē significantur, sicut significatur nomine Christi, imō, ut ipse vult, nomine trinitatis. **¶** At profectō, ut cum bona venia loquar, vix pōt glossa hęc à nota nescio quali excusari. Vnde ut pri^o de nomine trinitatis disputemus, nō modo D. Tho. in. 4. d. presenti. ar. 2. quæstiū. 2. atq; omnes, quos hic proximē in eius sententiā de nomine Christi citauimus, omni proculdubio negant nomine trinitatis, sic prolatę: perfici sacramentum, verum neq; Ambrosius contrarium dixit, neq; vllus, eorū qui nomine Christi propter Ambrosij auctoritatem sufficere arbitrantur, de nomine trinitatis id vel opinari ausi sunt, vt est videre apud Hugonem, & Sentē. Magistrum, atq; alios. Iussit Christus baptizare in nomine patris, & filij & spiritus sancti, vbi singularum personarum nomina exprimuntur, atq; eadem, quę relationes significant, quib⁹ hypostases constituuntur, quo ergo ausu quis sufficere dicat, vt confuso nomine trinitatis personę implicitē denotentur, ac si nihil inter expressissimam illā plationē, & generalissimā trinitatis vocē interfit? **¶** Accedūt expressa sanctorū testimonia, vt est illud Fulgentij celeberrimum. **¶** Mysterium enim, inquit, illud redēptionis nullo modo habetur si patris & filij & spiritus sancti nomen subtrahatur. Atq; illud Didymi in libr. de spiritu sancto. Si quis ita baptizare conetur, vt vnum ex prædictis nominibus omittat: scilicet, patris & filij & spiritus sancti, sine perfectione baptizabit. Atq; sententia omnium expressissima Zacharię pōtifficis in ca. In synodo. supra citato. Vbi ait, qd perfectus Christianus nemo est, nisi in nomine patris, & filij & spiritus sancti fuerit baptizatus. Et subdit, qd si quis vnam de trinitate personā in baptismo non nominaret, illud baptisma verum esse non posset. Sed vide lepidam Caietani glossam: ait quippe Papam ibi intelligere, si quis trinitatem explicitē vel implicitē non nominauerit. Ait Papa nō esse verum Christianum nisi qui baptizatur in nomine patris & filij & spiritus sancti, &

*Impugnatur
C. de noie
trinitatis.*

*Sancti est
nominis.*

Caiet. Glossa.

quod si vna præmittatur persona, nō est verū baptisma vbi planē docet sigillatim singulas trinitatis personas necessariō exprimendas, & reclamatione Caietanus fat esse eas implicitē nominare. Adiungitur demū & auctoritas iuris canonici, vbi cūq; enim ibidem legitur, in nomine trinitatis, intelligitur personarum expressio. Id quod prudens Innoc. de sum. trinitate. & fide catho. ea. firmiter. sapiēter admonuit, dicens, sacramentum baptismi, quod ad Dei inuocationem (alludēs ad illud, in nomine) indiuiduę trinitatis videlicet patris, & filij & spiritus sancti, cōsecratur in aqua, &c. Vnde quod can. Aquodā de conse. d. 4. Nicolaus Papa in nomine sanctę trinitatis valere baptismum, inquit, id in can. Multi. ea. d. explicat Pelagius dicēs, qd Christus nos admonuit in nomine trinitatis mergere, dicēs, in noie patris, & filij & spiritus sancti. Atq; idem lib. 4. cap. 10. docuit Damascē. Quocirca si apud aliquem sanctorum inueniatur baptismū in nomine trinitatis sufficere, vt allegatur Bernar. in quadam epist. intelligitur expressis tribus nominibus, vt bene ait Marfi. q. 3. ar. 4. **¶** *Ratio concl.* Iam verō rationē huius veritatis subijciam⁹. Eninuerō cū sacramentū baptismi sit sacramentū fidei, necesse est in illo integrā fidē cōfiteri & profiteri: sub nomine autē trinitatis solū significatur personarū numerus, nō autē ordo & habitudo earū, & proprietates. Nō. s. exprimitur an personę sint fratres, an verō nullū habētes ordinē. Ad fidē autē non modō necessariū est confiteri esse tres, verū & eo ordine distinguere, vt sint pater & filius & spiritus sanctus. Vnde si arguas. *Obiectio.* Nominē trinitatis earū virtus exprimitur, imō nomine vnus personę tota auctoritas, quę est in singulis: ergo sufficit nomē vnū personarum confiteri, aut vnā personā. *Dilutio.* Negatur cōsequētia: quia opus est exprimere quo modo illa virtus & auctoritas participatur à singulis. Qui enim diceret in nomine patris tantum, quantum in ipso denotaret filiū, non tamen cōfiteretur, equalem esse eandem potestatem in filio, veluti cū ait, in nomine patris & filij, &c. Hęc demū oīa planissimo Aug. testimonio. ad Neophytos qd refertur de cōsec. d. 4. can. Prima igitur, ac deniq; celeberrimo

Innoc.

Ratio concl.

Obiectio.

Dilutio.

*Aug. & c.
de f. & s.*

rimo ecclesię vsu confirmatur. Interrogatur enim, inquit Aug. ter ille, qui baptizatur, proximē ante mersionē, an credat in patre, & an credat in Iesum Christū, & an credat in spiritū sanctū. Et postquā ad singula disūctim respōdet, credo, baptizatur in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ad denotādū qd sicut aperta sigillatimq; distincta personarū trinitatis cōfessio requiritur in baptizato, ita earundē expressio exigatur in forma. Et hoc est, quod ait D. Tho. requiri formā sensibile, sicut materiā. *Gloss. Caieta.* Quare glossa Caiet. nulla est. s. satis esse sensibile nominationē trinitatis, licet cōfusam. Debet enim exprimi forma, vt à baptizato, vel eius susceptore audiatur expressa fides, quā confitetur. Quod autē in interrogatione subditur, **¶** Credis in sanctam ecclesiā &c. nō perinde sumitur (vt ibidē ait Aug.) atq; credere in Deū. Ecclesiā siquidē nō est primus autor salutis nostrę, sed credimus illā esse sanctā, quę in Deum credit, & ideo nō est de necessitate formę, vt ecclesię nomen proferatur. Et quantum dicamus credere in Iesum Christū, propter eius incarnationis mysteria, nihilominus in forma nō ponitur nisi nomen filij, vt secundū diuinitatē eum nominemus, quę sibi cōmunis est cū patre & spiritu sancto. Igitur de baptismo in nomine trinitatis nullatenus arbitror hęc sitandū, sed negandū prorsus validū esse. Quare ego sic baptizatū non sub cōditione, vt in re dubia, sed absolute tanquā nō baptizatū baptizare. **¶** Sed & de nomine Christi sunt validissima hęc eadem argumenta, quę modo desumpta sunt tam ex euāgelio, quā ex his canonū textibus, atq; ex sanctorū aliis. Ad hęc autē adhibētur & duo canones Pelagij ad Gaudēt. eadem epistola, qui referūtur de conse. d. 4. can. Si reuera. & can. Multi sunt. In quorum priori ait Papa baptizatos in nomine Dñi sine cuiusque dubij ambiguo esse rebaptizandos in nomine trinitatis. Et in posteriori ait, qd cū multi in nomine Christi vnica mersione se asserant baptizare, euāgelicū nihilominus præceptū admonet vt trina mersione fiat baptismus in nomine patris & filij & spiritus sancti. *Innomini
Dnomini.* Glossa autē Caieta. est, pontificē non negare baptismū in nomine Christi valere, sed in nomine Dñi. At reuera glossa hęc

ingratissima est textui. Eninuerō nunquā ad pontificē delatū est aliquos baptizatos fuisse præcise in nomine Dñi. quia nullus vnq; talis extitit vsus apud apostolos, sed semper in nomine Iesu Christi vt patet Actuum. 2. & 8. 10. At quoniā mos erat apostolis solennis, Christū appellare Dominū, vt cum post resurrectionē apparuit eis. Dñs, inquit, est. Pōtiffex pro eodem accepit, in nomine Iesu Christi, & in nomine Dñi. Quod autē actū. 2. & 19. allegatur quosdā baptizatos in nomine Dñi Iesu, vel intelligitur Iesu Christi: vel si satis eis erat dicere in nomine Domini Iesu, eadē est cēsura quę de nomine Christi. Itaq; quouis te veritas pro eodem accipit pōtiffex nomen Domini, & nomē Dñi Iesu, seu Iesu Christi, & neutrū censet sufficere iam modō ad baptismū. Nam glos. in. c. Multi, dicēs nō prohiberi baptismū in nomine Christi. contraria est textui. Et pariter glossa Caiet. dicētis, qd solū illic pōtiffex præfert baptismū in nomine patris & filij & spiritus sancti illi, qui fit in nomine Christi, Cū enim dicat pōtiffex licet multi vnica mersione in nomine Christi baptizent, nihilominus euāgelicum esse præceptū baptizare in nomine trinitatis. s. patris & filij & spiritus sancti, etiā trina mersione, nō solum præfert hoc illi, sed dicit hoc esse necessariū: nēpe, de præcepto. Neq; verō illo modo stare potest glossa, solū illic eos reprehēdi, qui vnica mersione baptizabant: siquidē præceptū euāgelicum, nec est de vna, nec de trina mersione, vt arti. sequenti patebit, sed de forma baptizandi in nomine patris, &c. Vnde expresse pontifex nō ait, nisi qd euāgelicū præceptū dicente & tradēte Dño, solū nos admonet, vt in nomine patris baptizemus. Quod autē subdit, etiā trina mersione, non refertur ad præceptū, sed ad congruū stilū baptizandi qui tūc more celebrabatur. Profectō & prior apertus est textus, & posterior apertissimus, in fauorē. S. Tho. Nec video quomodo eorum sensus valeāt aliorum diuertiri. Quibus præterea Florentinū conciliū adiungitur: nam cū illic Græcis præscribatur forma baptismi, permittaturq; illis dicere. Baptizetur seruus Christi, sed nihilominus admonēatur, vt nō nisi in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizent;

Gloss. Caieta.

egregium est testimoniū non cenferi legi-
timū baptisimū sub nomine Christi: alias
cuius inibi fuisset adiecta mentio.

*Primum argu-
mentum.*

¶ Fundamenta ergo contrarię opinionis
sunt tria hæc, quæ tribus hic argumentis
D. Tho. tagit. Primum scilicet ex more apo-
stolorū, qui (vt A. 1. 8. & reliquis allega-
tis locis legitur) baptizabant in nomine
Iesu Christi. ¶ Vbi ante respōsum D. Tho-
me, id nō silebo, quod mihi semper vero
simillimū visum est, videlicet, q̄ nūquam
apostoli solēnem formā euangelij bapti-
zantes prætermiserint. Id quod non pro-
pter autoritatē Amarcani affirmauerim,
qui lib. 8. de quæstionibus Armenorū. c. 3.
& infra eandē opinionem sequitur. Scio
enim non esse de ecclesia tā benemeritū,
vt tanta sit dignus autoritate, sed quod
aliis coniecturis adducar. Coniicio enim
morem illū apostolicū baptizandi in no-
mine Domini Iesu causa baptisimi Ioānis
fuisse introductū. Fuerant enim Hebræi
& Samaritani, atq; alij circumiacētes sic
ad illud baptisima affecti, vt multi forsan
illo baptisimate tincti reuerent baptiza-
ri baptisimo Christi, atq; alij nō baptizati
peterēt baptizari baptisimo Ioānis. Præ-
terquā quod alij iactabantur se baptiza-
tos, vel à Paulo, vel ab Apollo, vt. 1. Cor. 1.
docet Apostolus. Et idē admonebāt eos
quos baptizabāt non baptizare alio ba-
ptisimate, quā Dñi Iesu. Non q̄ dicerent,
Baptizo te in noīe Iesu, quasi illa esset
forma, sed q̄ admonebant eos baptizare
baptisimate Dñi Iesu, & in nomine & po-
testate eius. Sed tñ sub illa forma, In noīe
patris & filij & spūs sancti. Atq; ad hoc al-
ludit illud A. 1. 19. Cum enim Paulus ve-
nisset Ephesum, quæsiuissetq; in quo es-
sent baptizati respōderunt, in Ioānis ba-
ptisimate. Tūc ait illis Paulus, Ioānes ba-
ptizauit baptisimo pœnitentię populū, di-
cēs, in eū, qui vēturus esset post ipsum, vt
crederēt, hoc est, in Iesu. Atq; his auditis
baptizati sunt in noīe Dñi Iesu Christi,
hoc est, sicut Ioānes non baptizabat sub
illa forma. Baptizo te in noīe venturi, sed
dū baptizabat, admonebat, vt crederent
in eum, qui vēturus esset, sic baptizare in
nomine Dñi Iesu erat baptizare in fidem
eius, sicut ait ad Cor. Paul. Quotquot ba-
ptizati estis, in Ch̄o Iesu baptizati estis.
Et ad idē pertinere videtur illud A. 1. 8.

*Consideratio
ansoris.*

A. 1. 19.

de eunuchō, qui cū interrogatus an cre-
deret ex toto corde, respōdisset, Credo fi-
lium Dei esse Iesum Christū, baptizauit
eū Philippus in nomine forsan eiusdē Ie-
su Christi modo exposito. Et forsan huius
sententię applaudit Damasc. lib. 4. c. 10. di-
cēs q̄ baptizari in Christo significat, cre-
dentes in Christū abluī, confesionem ta-
men edoētos in patrē & filiū & spiritum
sanctū, quasi hæc sit forma baptisimi. Qua
propter Apostoli remotas gētes fortē nō
baptizabant, nisi simpliciter in nomine
patris & filij & spūs sancti. Illa. n. forma
Abdias Babylonicus eps refert Thomā
apostolū Indię regē baptizasse. ¶ Quod
si hæc interpretatio nō omnib⁹ arrideat,
faltē vehementer opinor nomē Iesu Chri-
sti ipsi formæ solēni immiscuuisse, dicētes.
Baptizo te in nomine patris & filij Iesu
Christi, seu, qui est Iesus Christus & spiri-
tus sancti. Etenim ad cōmendandū nomē
Iesu Christi nihil opus erat formā solē-
nem prætermittere. Imō ad eius cōmen-
dationē maximē referebat docere eundē
esse patris filium, qui erat Iesus Christus,
quē ipsi prædicabāt. Atq; adeo hoc inde
forfan in vsum ecclesię relictū est, vt cate-
chumeni postquā interrogātur, an credāt
in Deū patrē omnipotentē, interrogētur
an credāt in Iesum Christū: licet iā nō po-
natur in forma nisi fili⁹. Atqui scdm istā
interpretationē nō opus est recurrere ad
reuelationē, vt potē sine qua illi poterāt
eiusmodi dictionē facere. Neq; verō du-
biū est, quin id ipm modō liceret. Quini-
mō in insulis, vel inter infideles, vbi no-
ua fieret euāgelij prædicatio, nō solū nul-
la esset culpa, verū forte esset operæ præ-
ciū baptizare dicēdo. In noīe patris & fi-
lij, q̄ est Iesus Christus & spūs sancti. ¶ Ve-
rūtamen ppter autoritatē & honorē mul-
torū patrū, qui arbitrati sunt apostolos
quādoq; baptizasse in nomine solū Iesu
Christi subtacitis aliis trinitatis psonis.
Accedit tertia solutio D. Thomæ quæ est
ferē generalis omnīū: videlicet, illum eos
morē speciali reuelatiōe Christi suscepisse,
vt eius nomē, quod Iudæis erat scanda-
lum, gētibus autē stultitia, ob id honora-
bile, amabileque redderetur, q̄ ad eius in-
uocationē spūs sanctus visibiliter descen-
debat. Cōtraria verō opinio ait, eiusmodi
reuelationem merū esse cōmentum, quia
nec

Damasce.

*Abdias Ba-
bylonicus.*

*Solutio Dni
Thom.*

nec legitur vbi facta fuerit, neque vbi fu-
erit reuocata. Neq; verō Ambrosius mo-
rē illum ad illā reuelationē refert, sed ad
mysterium: quia nomine Christi omnes
personæ denotātur. Status ergo cōtrouer-
siæ in hoc puncto consistit: nam si solūm
ex reuelatione fiebat, vera est opinio. S.
Th. q̄. 1. iā cessauerit, postquam Ecclesia
vsum illū baptizandi iā modo repudiauit
Si autē nō ex reuelatione sic baptizabāt
sed quia nomē Christi tantū valet, quan-
tū nomē patris, & c. cū nunc idē nomē eā-
dem retineat significationē, sit cōsequēs,
vt si talis baptisimus modō fieret, solidus
esset. ¶ Hoc autē nō possumus liquidis ra-
tionibus cōmostrare, sed solū coniecturis
suadere. Igitur q̄ solū tunc ex reuelatio-
ne id facerent, si tamē sic baptizabāt, pri-
mū argumentū est, quod D. Tho. satis ef-
se putat. Christus præcepit baptizare in
nomine patris & c. contra institutionem
autē Christi, cū sit diuina, nemo nisi ex
eius dispēsatione agere potest: ergo tūc
erat dispensatū. ¶ Secundū autē argumē-
tum adhibebo. Iam modō nō licet bapti-
zare in nomine Christi, imō pfecto esset
peccatum mortale, & tanquā tale puni-
retur ab Ecclesia. Nam quicquid sit pro
tēpore Nicolai autoris canonis. A quodā
Iudæo, iam ab illo tēpore inauditus est
talis baptisimus. Et cū tam multi auto-
res negent baptisimum tali modo iam va-
lere, sacrilegiū certe esset solēni forma om-
missa, quæ certa est, dubiā vsurpare. Hoc
ergo supposito, quod credo nullus con-
trarię opinionis negaret, sic arguitur. Ec-
clesia nullam fecit prohibitionem huius
specialem, sed censet talem baptisimum
fieri cōtra præceptum Christi, vt expres-
sē habetur in dicto can. Multi sunt: con-
tra quod quidem præceptum non fiebat
tempore apostolorum: hæc autem varie-
tas esse non potest, nisi quia tunc erat dis-
pēsatum, & modō nō. ¶ Tertio arguitur.
Si apostoli illo seculo non ex dispensa-
tione & iussu Christi illa forma vteban-
tur, sed quia æquipollebat alij euangeli-
cæ sibi propositæ: cōsequitur, vt promi-
sue vterentur vna aut altera, ita vt quan-
doq; baptizarent in nomine patris, & c.
& tamen illo tempore, quod refertur in
actibus apostolorū propē ascensum Do-
mini, nūquam leguntur baptizasse, nisi

*Status cōtro-
uersiæ.*

*Primum ar-
gu. S. Thom.*

in nomine Iesu Christi: ergo signum est
aliquo tempore habuisse mandatum sic
baptizandi, quo fortē ipsis viuētib⁹ so-
lēniter baptizare in nomine patris, & c.
Et quartō tandē cōfirmatur, quia si tūc
ille vsus nō ex dispensatione manabat,
sed quia idē est in nomine Christi, & in
nomine patris, & c. re vera nulla apparet
ratio cur ecclesia nūc non permittat abs-
que vllō discrimine vtrāq; formā. Bapti-
zabāt ergo sub illa forma ex reuelatiōe.
¶ Secundū fundamentum eiusdē opinio-
nis, est Ambrosij li. 1. de spiritu sancto ca-
3. quod est secundū argumentū D. Tho-
mæ. Ait quippe, nomē, Christus, idē esse
quod vnctus, quare eodē nomine intelli-
gitur pater, à quo vnctus est, & spūs san-
ctus in quo vnctus est. S. verō Tho. respō-
det neutiquā D. Ambrosiū assignare ab-
solutā rationē, vt forma in nomine Chri-
sti de se tantū valeat, sicut in nomine pa-
tris, & c. sed eatenus hoc dixisse, vt expli-
caret, quod illa dispēsatio nō erat omni-
no cōtraria præcepto baptizandi in nomi-
ne patris, & c. quia faltē in illa intelli-
biliter. i. implicite quātūm ad mysteriū
includebātur tres personæ. At verō nisi
dispēsatio adsit nō est sufficiens de se for-
ma ad sacramentū: vt potē, quod earūde
personarū sensibilem exigit expresionē.
¶ Verūtamen expositionē hanc cōtraria
opinio adscititiā & fictā arbitratur, pro-
eo q̄ Ambrosius nihil de dispēsatiōe me-
minit, sed tantū ad significationē nomi-
nis recurrit. At verō licet de illa non me-
minerit, necellū tñ est eius sententiā vel
sic interpretari, vel certē subterfugere, vt
videtur S. Th. fecisse. Enimvero si tāta ef-
set fides in hac parte Ambrosio arrogan-
da, nō solū in nomine Christi, verū & in
nomine solius patris, aut solius filij, aut
solius spūs sancti esset legitimus baptis-
mus, quoniā in vna, inquit, persona cete-
ræ intelligūtur. Quod tñ nullus vnquā
voluit hætenus illi cōcedere, nisi solus
Adrianus, qui tortuosissimè glossat ca-
nonē, In synodo, dicēs, q̄ intelligitur no-
mine vnus psonę nō perfici sacramentū
quā baptizās intēdit solā illā psonā cōfi-
teri, & nō alias. Quæ quidē expositio pfe-
cto iniuriosa est textui, & sacramēto. Re-
quiritur. n. scilicet oris expresio psonarū
qualis

*Secundum ar-
gumentum.*

*Nota de
Ambro.*

Adrianus.

qualis corde creditur, iuxta verbū sępe citatū Pauli. Corde creditur ad iustitiā, ore aut cōfessio fit ad salutē. Si ergo neq; Hugo, neq; Magist. nec vllus antiquorum Ambrosio de hac re subscribere ausus est, nihil mirū si neq; in expositione de nomine Christi, simpliciter sustineatur, sed vel glossetur, vel cū omni veneratione eius autoritas dissimuletur, postq̄ euāgelium, & dicta aliorū sanctorū reclamant. Et enim q̄ in nomine Christi intelligatur pater vngens, & spiritus in quo vngitur, nimis recōditū mysteriū est. Primum. n. quāuis nō esset vnctus à patre, sed vel à propheta, vel ab angelo, fuisset verē vnctus. Et psalmus nō dicit, nisi. Et vnxit te Deus, Deus tuus oleo laticię, nihil inter patrē & spiritū sanctum distinguens, quāuis actū. 10. dicatur, quē vnxit Deus spiritu sancto. Imò quicquid charismatū vel vnctionis Christus in quantū homo percepit, à tota Trinitate suscepit, cuius opera sunt extra indiuisa. Ad hęc demū fortasse nō opus erat apostolis exprimere nomē, Christus: nā vt habetur Actū. 2. & 19. & aliis locis, etiā sępe habetur, q̄ baptizabāt in nomine domini Iesu. Quicquid autē de hoc fit, certē nō baptizabāt in nomine Christi, propter mysterium illud, sed vt amabile illud nomen redderetur: atq; adeo ex dispensatione id faciebant. Tertium fundamentum, atq; adeo Achilles cōtrarę opinionis est autoritas Nicolai papę ad cōsulta Bulgarorum de cōsecra. dist. 4. cā. Aquodā Iudæo, quam S. Tho. tertio argumento refert. Et fateor hoc esse maximum eorum molimen. Ait quippe pōtifex. Qui in nomine tantū sanctę trinitatis, vel tantū in nomine Christi (sicut in Actibus apostolorū legitur) baptizati sunt, (vnū quippe, idemq; est, vt S. ait Ambrosius) rebaptizari non debēt. Planē ergo censet, baptismū in nomine Christi esse validū, non propter dispensationē, sed quia idē est, vt ait Ambrosius, quod in nomine patris & filij & spiritus sancti. Respondet autē D. Tho. nihil aliud, quā q̄ cum Nicolaus dictū suum ex duobus pręmissis confirmet: scilicet, ex vsu apostolorū, & autoritate Ambrosij: eisdem solutionib; fit illi satis. Hęc autem responsio à patronis cōtrarę opinionis elusio potius iudicatur, quā di-

Tertium argumentum. S. Thom. de can. A quo dicitur Iudæo.

Impugnatur Thom.

lutio autoritatis. Nam vel vult sentire q̄ determinatio Nicolai ad tempus apostolorū referēda sit, ita vt dicere voluerit tūc tēporis valuisse baptismū. Et ita Durā. & Palud. presenti dist. q. 1. interpretantur. At profectō glossa hęc nihil habet amicitię cū textu. Quoniā Nicolaus per quingentos & plusquā quinquaginta annos distauit ab ascensu Domini: quare si apostoli per solā dispensationē sic baptizabāt, iam diu illa dispensatio cessauisset, & tamē tunc suo tēpore baptizatos sub nomine Christi approbat. Vel vult dicere. S. Tho. q̄ Nicola' ratū habuit baptismū ministratū ab illo Iudæo ob id, q̄ eandem habuisset reuelationē, q̄ apostoli. Et hęc est interpretatio Marsilij, At vero neque ista glossa textui est grata: quoniā papa nullā facit reuelationis mētionem, sed ait, ordinario iure valere baptismum quia illa forma equipollet alteri in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Et ideo apparet hic, & quādoq; mihi etiā apparuit inextricabilis nodus cōtra D. Tho. Sed tamē sensu respōsionis eius cōsideratius perpēso, nō adeo apparet difficilis. Videtur. n. dicere, q̄ postquam Nicolaus soli vsui apostolorū, & autoritati Ambrosij subnixus est, noluit papa maiorē sibi arrogare fidē, quā habuit Ambrosius: & ideo licet re vera arbitrat' fuerit pōtifex q̄ tēpore suo valeret baptismus in nomine Christi, non hoc decreuit tāquam articulum fidei, sed solūm tanquam opinionē, quā putauit esse Ambrosij. Et ideo non obstāte sua assertionē teneri potest, & debet contraria opinio, quę autoritate euangelij, & aliorum pontificum, & sanctorum patrum validius comprobatur. Nā re vera si textus Zacharię, & Pelagij perpēdas, multo vehementius rē vrget quod eiusmodi baptismus nunc tēporis nō valeat in nomine Christi, quā verba Nicolai ostendāt voluisse cōtrariū definire tanq̄ de fide: sumi nāq; pōtiffices quod extra conciliū decernūt, nō semper cōstituūt tāquam articulum fidei. maxime quando autorem citant, sicuti si dispensarēt in voto solenni, & in matrimonio rato non consummato, non propter ea condemnant contrariam opinionem tanquam erroneam, sed sequuntur illam opinionem, quā alij fortē pōtiffices nō sequerentur.

Mens S. Tho.

sequerentur. Optimē ergo se excusat D. Tho. aliam solutionē Nicolao tribuere, quā q̄ apostoli baptizabant in nomine Christi ex dispensatione, sicq; fuisse intelligendum Ambrosium. In summa ergo, aut nulla profectō est in cōtraria opinione pbabilitas, aut certe tenuissima. Quare non solūm qui modō baptizaretur in nomine Christi rebaptizandus esset, vt Ricard. & Scot. aiunt, verū fortasse etiam tanquam non baptizatus absq; adhibita conditione. Ex quo fit consequens, vt postquam ecclesia tam multis retroactis seculis illam formam respuit, & sola, quę exprimitur in euangelio, vti rur, procul dubio esset nunc lethale facinus sub prædicta forma in nomine Christi baptizare.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum immersio in aqua sit de necessitate baptismi.



HACTENVS de forma verborum disputatum est, nūc sequitur de actionis figura, vtrū necessaria sit immersio, an verō aspergio sufficiat, vel effusio. Ad quod D. Tho. duabus conclusionibus respōdet. Prior. Quāuis tutius sit baptizare per modum immersionis: quia hoc communior habet vsus, potest tamen fieri baptismus per modū aspergionis, vel per modū effusionis ex vase. Ait quippe Paul. Heb. 10. Accedamus cum verō corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. Et Ezechiel. 36. Effundam super vos aquā mūdā. Quā vtiq; forma Laurentius legitur baptizasse. Ratio autem conclusionis est, q̄ cum aqua in sacramento assumatur ad ablu-tionem corporis, ablu-tionē animę significantem: ablu-tio verō nō solūm immersione fieri possit, vno quolibet istorum modorum celebrari potest baptismus. Subiūgit autem causas quatuor, ob quas nō immersione, sed alijs modis fiat. Prima scilicet propter magnam baptizandorū multitudinem. Leguntur nanq; Actuum, 2. & 4. vna die tria millia, altera verō quinquę millia baptizati, quod per immersionē

Prior conclusio.


fieri nequiuerat, sed vel aspergione, vel effusione. Secunda necessitas esse potest inopia aquę nō sufficiens ad immersionē. Et tertia languor baptizantis, sustinere non valentis baptizandum. Atque adeo quarta baptizandi morbus, cui à immersione periculum immineret. Posterior conclusio ex hac priori colligitur. Immersio nō est de necessitate baptismi, sed de congruitate. Atque hęc in solutione primi argumenti confirmatur, quod est hoc. Sicut vna est fides, ita & vnū baptismus, vt habetur ad Hebr. 4. plurimū autē baptismus nō fit nisi per immersionem: ergo nullus est alius admittendus. Responsio autem est, in baptismo aliquid esse de essentia, vt ablu-tionem, iuxta illud ad Ephes. 5. vbi Apostolus baptismū appellat lauacrum aquę: aliud verō accidētarium: nēpe, vt ablu-tio hoc, vel illo modo fiat. Ex his igitur cōclusionibus collige immersionem esse in baptismo vsque adeo congruentem, vt nisi ob aliquā causam necessariam, vel saltē honestam & rationi consonam, non debeat aliter fieri. Si autem absq; vlla prorsus causa fiat vel per aspergionem, vel per effusionem, erit nihilominus sacramentum, culpam tamen baptizans committet. Tametsi in nullo casu crediderim esse mortalem. Neq; verō hęc solę causę quas hic D. Th. recēset, excusare à culpa non mergendi possunt: nam & honestas excusabit. Et enim dū vir adultus baptizatur nō est immergens, sicut Christus non fuit immersus, sed per effusionem baptizatus. Imò si filij principis eodē honore baptizētur, nulla esset culpa. At verō non ob quancūque causam est immersio prætermittēda. s. quia infantulus nimis est parētibus dilect', ne frigeat, aut ne ploret, &c. Quod ergo ait D. Th. tutius esse mergere, intellige extra articulū necessitatis & honestatis: nā dū infantulus infirmatur tutius est nō mergere: & cū adultus baptizatur, decētius est ei aquā superfundere. Tametsi, vt ait ad Neophytos Aug. & refertur de cōsec. d. 4. can. Prima. Toti tunc honestē nudi intingebātur in fōte: Cōtra hoc autē est argumentū. 2. D. Thomę. In sacramento baptismi cōsepelimur Christo, iuxta illud Apof. Rō. 6. Quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte

Posterior conclusio.

Primum argumentum.

Notandum.

Secundum argumentum. S. Thom.



re ipsius baptizati sum⁹, cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: sepultura autem significari nō potest nisi immersione. Ait quippe Chryso. super illud Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Sicut in quodam sepulchro submergentibus nobis capita vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, deinde nou⁹ rursus ascēdit: immersio ergo videtur necessaria. Et cōfirmatur permultis autoritatibus sacrorum canonum de cōsecrat. dist. 4. videlicet cā. De trina. & cā. Eodem modo, per quos constant ritum mergēdi fuisse semper in ecclesia solēnē. Imo & canon. Multi sunt, asserere videtur hoc esse pręceptū euangelicū. *Respo. S. Tho.* Respo. D. Tho. in virtute tria. Primum enim fatetur necessariam esse in baptismo aliqualem Christi sepulturę representationē. Et hęc est multo cordatior locutio, quā Paluda. dist. pręsent. q. 3. aliorumq; dicentium, nō semper opus esse in baptismo talem apparere representationem. Secundō subinde confitetur ob testimoniū Pauli, & sacrorū canonum vsque adeo esse merisionem magis, tum vniuersalem tum laudabilem, vt citra causam (vt modo dicebamus) non sit pręmittenda. Tertiō denique iudicat in alijs duobus modis nonnullā extare sepulturę representationem: nam siue aspersio fiat, siue effusio aquę, dum illis subiicitur vel caput, vel alia pars hominis, fit quasi sepultus illa aqua. Canon autē. Multi iam supra expositus est: videlicet, pręceptum euāgelicum illic nō referri ad trinam merisionem, sed ad formā verborū in nomine trinitatis. Cypri. lib. 4. epistolarum epistola. 7. & refertur de consecra. dist. 4. can. Nec quenquam meminit aspersiois & pfusionis aquę: attamen potius de aspersione aquę benedictę super egros videtur loqui, quā de aqua baptismi. *Argument.* Sed arguitur contra eiusmodi baptismatum figuras. Sequeretur, quod si dū quis mergendo baptizat, diceret. Ego te aqua aspergo, vel cōuerfo dū aspergeret, diceret. Ego te immergo, non verē baptizaret, quia mentitur. Ad hoc imprimis responderetur, qd si dum mergit dicat. Ego te immergo, & dum aspergit. Ego te aspergo, & dum effundit,

in Quart. Senten.

Ego te aqua infundo in nomine patris, &c. est verē baptismus, sed nonnulla erit culpa mutare formam solennem. Ob id enim diximus dist. 1. q. 1. inter alias causas retentum esse in ecclesia verbū Gręcum, baptizo, quod omnes illas formas comprehendit, & pariter latinum, abluo. Aspergo autem & infundo tantum posset dare scandalum, vt esset culpa mortalis. Qui autem dum mergit dicit aspergo vel cōuerfo, mendax est: quoniam tamen mēdaciū illud non attingit sacramenti substantiam, nam vtrunq; verbū ex accommodatione vsus tantum valet sicut baptizo, fortasse erit verū sacramentum: tamen si non vsq; adeo id asseruerim, quin forsitan propter scrupulum sit sub conditione iterādum. *Tertium argumentum.* Tertium argumentū D. Thomę est huiusmodi. Si si merisione totius corporis posset fieri baptismus, quamlibet corporis partem sufficeret aqua perfundi, originale autē peccatum, cuius ablutioni baptismus deseruit, in toto est corpore: ergo citra merisionem nequit fieri commodē. Respondet quod si totum corpus perfundi commodē non potest, oportet caput perfundi, in quo principium animalis vitę manifestatur. Est enim externorum mēbrorum pręcipuum, vt potē in quo vigent tā interni, quā externi sensus. Vnde licet per generationis membra tradatur originale, tamē quia baptismus illum translationis actum non abluo, sed pollutam animam, cōmodius caput, in quo sensus sunt animę, quā illa membra, abluo. Patres autem antiquę legis, quia spe Christi pendebant ex suis lumbis procreādi, in illis membris sacramentum remittendi originalis susceperunt. *De conf. d. 4. can. postignā.* Hanc formam tingendi caput in sinuat Chryso. loco proximē citato, & Aug. homilia super Ioannem capit. 9. & refertur de consec. dist. 4. can. Postquam. Postquam enim inquit, vos credere promissistis, tertiō capita vestra in sacro fonte demersimus. Quocirca nisi causa id legitima prohiberet, legitim⁹ baptismi ritus est caput intingere: quare absq; causa id pręmittere peccatum est. Imō si consultō quis baptizans nollet intingere caput, sed brachium, aut tibiā, tātum posset scādalum dare, vt mortaliter delinqueret,

Distinct. 3. Quęst. vnica. Artic. 7.

linqueret, & hoc sonat verbū D. Tho. oportet. Nō autē tantā importat necessitatē, quin etiā si pter caput bona pars corporis intingatur, sit integrū sacramentum: *Si minima pars tingat.* Sed arguis. Ergo quātū ad integritatē fatis esset intingere digitū vel manū vel pedis. Respondetur, qd quātū ad culpā res attinet, quāto minor pars intingeretur, maior esset, sed quātū ad necessitatē sacramenti quandoque esset certum, vt si totū pectus, aut scapulę infunderentur: aliquando verō dubium. Vnde si solus digitus intingeretur, profectō non esset res certa, sed esset eius modi sacramentū sub conditione iterandum. Videbimus nanq; dist. 5. art. 11. apud D. Thomam, dū infans ex vtero matris extrahit nō caput, sed solam manū, in illo mēbro esse baptizādū, nihilominus postquā totus in lucē prodierit, esse sub conditione rebaptizandum. *De aquę quā titate.* Atq; idem de aqua respondendū, si quis hęsitauerit an sit certa quantitas necessaria, respondendū, in quam illam esse necessariā, quę sufficit, vt homo dicatur abluo. Si autem tam exiles essent, tamq; pauca guttę, vt reuera non censeretur ablutio, non esset sacramentum. Et aliquando etiā maneret res dubia, vt esset sub conditione iterādum. *De capillis.* Ecquid autem si tantum capilli capitis aqua perfundatur, quę neq; ad carnem neq; ad faciē, neque omnino ad cutem corporis descēdat, apparet enim ex vna parte esse baptismum, quoniam vulgari idiomate caput tunc dicitur abluo: ex altera verō apparet nō esse baptismum, eō qd aqua verē corpus nō tangit: & tamen Aug. ait. Quę est ista virtus aquę, quę corpus tangit, & cor abluo? Reuera hęc nō sūt vsq; adeo certa, vt absq; vllō scrupulo definiri queant. Crediderim tamen esse baptismū: quia capilli suo modo partes sunt capitis: nā licet sint eius excrementa, viuunt tamen sine sensu, quando quidē crescunt. Non tamē omnino scrupulosum hominē condemnare, si cū conditione eiusmodi baptismatum rebaptizaret. *Dubium.* Dubium autem grauioris solutionis est dum aqua vel effusa, vel aspersa nullā corporis partem attingit: neque verō capillos, sed duntaxat vestes, vt potē si quis obtectis manicis manibus, & psonata faciē omnino contactus baptiza-

retur siue aspersione, siue immersione, siue effusione. Apparet enim huiusmodi homo verē baptizatus: nam vulgo verē dicitur aspersus, & immerfus, & effusus aqua. Sed tamen ab altera parte pugnat, quod, vt modo citatus August. insinuat, debet aqua corpus tangere, tamen hoc pacto nō tangit. *Sentētia dicitur.* Reuera res est quodāmodo anceps. Et licet quis forsitan possit in partem affirmatiuam vergere, tutior mihi apparet negatiua. Nam pręter autoritatē citati Augustini, baptizare idē est, qd abluere siue aspersione, siue quacunque alia forma fiat: & tamen ille, qui vnde quaque contactus intingitur, propriē non abluo. Vnde S. Tho. infra q. 68. art. 11. de necessitate baptismi, inquit, est, quod corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur. Item arguitur. Si quis in culeū infusus, hoc est, in bouino vtre inclusus baptizaretur, taliter vt aqua, nullatenus eum tangeret, non esset baptismus, vt Gabr. dist. 4. q. 2. asseruit, quauis non fortasse ob illationem, quam ipse facit: ex eo scilicet, quod in vtero matris non potest foetus baptizari. Etenim ratio huius non est, ob id solum, quod aqua non pertingit ad foetum, sed ob id pręsertim, quod etiam si viuat, non est omnino per se suppositū, sed reputatur aliquid matris. Attamē alia ratione, ille, qui sic in bouino vtre inclusus mergitur nō cēsetur baptizatus: videlicet, quia verē ille non abluo, quare falsa esset forma. Ego te baptizo, aliās deberes cōcedere, qd etiā inclusus in lignea capsā posset baptizari, qd esset absurdū. Colligam⁹ igitur quod si quis sit inclusus in ligno, vel corio, vel ferro, vt si sit cataphractus, vel certē obuolutus panno (indifferens enim est ad substantiā sacramēti) nō est sacramentū. Saltem crediderim huiusmodi hominē sub cōditione baptizandum. Quod si mihi aēta Apostolorū obieceris ca. 2. & 4. quibus referuntur tot hominū millia vno die baptizata, vbi apparet p aspersioem fuisse celebratū baptismū, atq; adeo nō attigisse aquā oēs, nisi vsq; ad vestes. Respondetur, nullatenus credēdū, ita temerē fuisse aspsos, sed trāsibant corā ministro (nā plures erāt ministri) bini & bini, aut fortē terni, vel quaterni, vt sup singulorū capita certo iactu, vel effu-

fione caderet aqua, sub illa forma. Ego te, aut vos baptizo in nomine patris & filij, &c. Quod enim Paludanus ait. dist. 1. quæst. 1. prope tertiam conclusionem: videlicet, quauis aqua nullatenus tangat eum qui baptizatur, Deū id supplere, temerè dictum est & arbitror peius esse quàm falsum, quod. dist. quæst. 5. art. 2. latius disputabimus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum trina mersio sit de necessitate baptismi.



ON modò à primordijs ecclesie celebratus vsus fuit mersionis in baptismo, verum & solènisimum trina mersione ipsum perficere.

De qua ergo trina mersione quaeritur vtrum sit necessaria. Respondet D. Thom. tribus conclusionibus. Prima. Quatum ad necessitatem attinet baptismi accidètarium est, & nihil referens vnica, an trina mersione fieri. Primò conclusio probatur autoritate Gregorij ad Leonardū episcopum, quæ refertur de consecra. d. 4. ca. De trina. Reprehensibile enim, inquit, esse nullatenus potest infantem in baptismo vel ter vel semel immergere. Secundò probatur ratione superioris articuli. De essentia namq; & necessitate baptismi solū est vt fiat ablutio: modus autem mergendi, aut effundendi est accidètarius: ergo à fortiori quòd vna fiat, vel trina mersio. Et cōfirmatur ratione, quā illic adfert Grego. Quoniā in tribus mersionibus & personarum trinitas, & triduum sepulturæ Christi significatur: in vna verò & diuinitatis singularitas, & Christi mors vna designatur. Secunda conclusio. Diuersis tēporibus nouis exurgentibus causis secundū Ecclesie sanctiones quādoq; institutus est vnus modus, quandoque alius. In principio namque orientis ecclesie quidam de trinitate male sentiebant, Christum purum hominem, vt Arriani, existimantes, nec dici filium Dei nisi propter meritū, quod præcipuè habuit in morte. Qui ideo hæretici non in nomine trinitatis, nec trina mersione baptizabāt, sed in commemoratione mortis Christi mersione vna. Cō-

tra quos institutus est modus baptizandi trina mersione in nomine patris & filij, &c. vt habetur ead. distin. can. Si quis presbyter, qui est inter canones apostolorū. Vbi sacerdos baptizās in morte domini deponi iubetur. Atque ad id pertinet canon Pelagij. Multi sunt. Postmodum verò orta hæresi Donatistarum rebaptizantium eos, qui baptizati erāt ab hæreticis, in odium illius hæresis inhibita fuit trina mersio, iussimq; vt vna sola baptizaretur, vt est videre in cōcilio Toletano quarto, quod ead. dist. refertur. cano. Propter. Verba canonis sūt. Propter vitandum schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum simplā teneamus baptismatis mersionem. Tamen si in illo cōcilio alia datur causa: scilicet, ne quis putaret tres esse Deos. Tertia cōclusio S. Thomæ est trimembris. Cessante huiusmodi causa communiter seruetur in baptismo trina mersio, & ideo grauiter peccaret aliter baptizās quasi ritum ecclesie non obseruans. Nihilominus tamen esset baptismus.

Hic præter illa, quæ præcedenti art. notata sunt vix quidpiam noui restat, nisi quod tempore D. Tho. vsus semper celebrabatur trina mersionis, qui quidē iam rarissimus est. Sed præterea notandū quod quilibet sacerdotum in solenni baptismo debet ritum Ecclesie matricis obseruare, vt ait dist. præsentis. Palud. q. 3. art. 2. non autem Ecclesie Romane, aut Metropolitanæ Archiepiscopi. Alioqui, ait D. Th. grauiter peccaret. Et nescio an intel ligat mortaliter, arbitror tamē vt supra diximus secluso scādalo non esse mortale, imo occurrentibus causis supraproxime narratis nulla est culpa. Neq; dū priuatim in necessitate baptizatur infantulus, tunc enim nullus est mergendi vsus.

Primum argumentum S. Tho. est autoritas quædā D. August. quæ refertur can. supra citato. Postquā vos, de consecra. distinctio. 4. Vbi docet baptizandorum capita tertio in aquam mergi consuuisse. Et subdit. Rectè tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine sancte trinitatis. Rectè tertio mersi estis quia accepistis baptismū in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit à mortuis. Tertio repetita immersio typum dominicæ

nicæ exprimit sepulturæ, per quā Christo cōsepulti estis in baptismo. Vtrūq; autem: scilicet, tam expressio trinitatis, quam figura sepulturæ Christi est necessaria in baptismo: ergo & trina mersio. Respondet quod cum trinitas sit principale agens in baptismo, debet eius effectus ad subiectum per formā pertinere & non per materiam. Agens enim naturale non per materiam, sed per formam assimilat sibi passū: & ideo in baptismo per verborū formam applicatur trinitas baptizato: quare vsus materiæ trina fieri mersione, congruum quidem est, non autem necessarium. Sepultura autē Christi etiam vna mersione, quinuerò aspersione, vel effusione quodammodo, vt supra dictum est, significatur. Sed tamen triduum eius nō fuit de necessitate salutis: nā si vna die fuisset mortuus, satis ad nostram fuisset salutem. Sed triduum fuit necessarium ad ostendendam veritatem mortis. Trina ergo mersio non est, propter illud tridui mysteriū ad baptismū necessaria. Collige autem ex his verbis (id, quod supra contra Caietanum, alias instituiimus) non satis esse in baptismo trinitatem in confuso & implicite nominare, sed necessarium esse personas exprimere. Secundum argumentū sumitur ex verbis Pelagij can. Multi sunt de consecra. dist. 4. vbi ait euāgelicū præceptum admonere vt in nomine trinitatis trina etiā mersione baptismata tribuantur. Respondet autem D. Tho. quod papa non intelligit trinam mersionem esse de mandato Christi nisi in suo simili, in hoc scilicet quod præcepit baptizare in nomine patris & filij & spiritus sancti. Planius tamen videtur responsum, quod nos supra dedim⁹, scilicet id, quod ait pōtifex euāgelicum præceptum, solūm ferri in illud quod baptismus fiat in nomine trinitatis. Quod verò subditur, trina etiā mersione, congruentia duntaxat est, quæ ex dicto præcepto colligitur. Tertium deniq; argumentum est. Si trina mersio necessaria non esset, in prima perficeretur sacramentum: quare duæ reliquæ rebaptizationem subolerent. Respondetur autem, quod ex intèntione ministri ecclesie, qui intèdit vnū baptismū trina mersione perficere, fit vt ex omnibus tribus vnum dun-

taxat euadat baptismata, iuxta verbū Hieronimi super epistolam ad Philipp. licet ter baptizetur, id est, immergatur, propter mysterium trinitatis, tamen vnū baptismata reputatur. Si verò in singulis mersionibus integrā proferret formam, tria intendens baptismata, ter baptizaret, atq; adeo tanq̄ rebaptizator peccaret grauissime. Sed arguat quis forte contra. Ex priori membro huius solutionis consequeretur, quod si sacerdos trina mersione, vnū intendens baptismata, duas vel vnā omitteret, nullatenus baptizaret: nā cū intentio sit necessaria, & illa non referatur nisi ad omnes simul, licet in prima totam proferat formam, non erit baptismus. Et confirmatur autoritate Diui Thomæ. in quarto præsentis distinctione articulo quarto dicentis, quòd si trina intendatur immersio baptismus non perficitur nisi in extrema. Consequens autem est falsum: nam si trina immersio de se nō est necessaria, intentio ministri non facit eā necessariam. Argumentum est Caietani, ad quod bene respondet negando primā illationem: intentio enim ministri fundatur in ritu ecclesie, quæ nō cōstituit trinam mersionem tanq̄ necessariam, sed tanq̄ congruentem. Quare si totius formæ prolatio non perficiatur vsq; ad tertiam mersionem, illuc vsq; nō confertur sacramentalis gratia, licet virtute omnium tunc infundatur. Et hoc est quod ait S. Tho. in 4. vbi enim fiebant tres mersiones, ad prolationē vniuscuiusq; nominis, scilicet patris &c. fiebat vna. At licet intentio trium habeatur, si tamē vnica tantum fiat cū forma, illa sufficit. Quocirca Palud. dist. præsentis. q. 3. circa finē non est hac in parte audiendus: Ait siquidem, quod si intentio, referatur ad tertiam mersionem, illuc vsq; non fit sacramentum, quod nisi intelligat quādo forma nō antea tota profertur, falsum dicit. Quando autem forma integrè proferatur in prima ait Caietanus duas subsequentes non esse partes sacramenti: quia prolatio, inquit, formæ, & mersiones debent esse simul. Occasione autem huius verbi, quia hanc quæstionculam Diuus Thomas non tetigit, quaeritur de mōdo in calce materiæ & formæ baptismi vtrum debeant simul concurrere. Et

Prima cōclusio.

Tertia cōclusio.

Expositio articuli.

Nota.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Primum argumentum.

Secunda conclusio.

Palud.

Caietanus.

Et quidē sub his generalibus verbis res nō est dubia, sed planū est prolationem verborū, ac materiæ vsum debere simul concurrere. Etenim cum verbum ipsum, baptizo, præsens designet tempus, nisi tunc simul fieret opus, falsa esset forma. Et confirmatur, quia si, vt ait Aug. verbum detrahas ab elemento, nō erit nisi ablutio quædam profana, & mera aqua. Dubium verò est, quam simul debeant cōcurrere: nam gl. in can. Detrahe. i. q. r. intelligit, q̄ pūctim mathematico more. Itaq; si eodē instanti adæquatē, quo verbum profertur, puer non mergatur, vel intingatur, non erit sacramentū. In eadem sententiam religiosissime, nedicam superstitiose, subscribit Caiet. quodlib. i. q. 16. eandemq; pluribus, quā opus est, rationibus cōfirmare nititur. Vnde concludit saltem necessariū esse, vt pars aliqua prolata formæ simul cū aliqua parte actionis concurrat, licet non sit necessariū vt adæquate incipiant, & desinant esse simul. At vero bene ait Scotus. di. 6. q. 3. cum Ricardo d. 3. art. 4. q. 1. non debere vsq; adeo strictim hoc, simul, intelligi, sed morali modo, hoc est, vt human⁹ habet vsus. Qui enim phyalā ori admouēs ait, ego bibo, & cōtinuē bibit, simul censetur id dicere & facere: & pariter si dicat crucem osculor, & statim osculum porrigat. Pari ergo ratione si quis prius dicat, ego te baptizo, vel ego te chrismo, & protinus mergat, vel chrismate vngat sat est. Illud enim proximū tempus censetur humano more præsens. Sic ergo intelligendum est verbum euangelicum. Baptizantes eos in nomine patris, &c. Quocirca licet paululō antē finiatur prolatio formæ, nihilominus mersio continuo subsequens pars erit sacramenti. Si cut quando baptismus sit vnica mersione nihil periculi est si prolata rota forma confestim post verbum, spiritus sancti, fiat immersio. Nullum inquam est dubiū quin minister attentus esse debeat, vt simul aplicando materiam verba proferrat. Neque omnimoda careret culpa si negligens in hoc esset. Si tamen nō tanta intercederet diligentia, non ideo sacramentum censendum est nullum. Et multominus periculi existit in consecratione ordinum, de qua illic Caiet. disputa-

Caiet.

Caiet.

Scotus.

ta, si prius dicat episcopus, accipe potestatem consecrandi, &c. & continenter absq; notabili mora iniandus calicē cum hostia tangat: quoniam, accipe, non est nisi imperādī modi exigens vt audiens, vel simul, vel illico accipiat. Si autē tantum temporis interuallum interciperetur, vt secundum vsum humanū forma, & actio non essent simul, tunc nullū perficeretur sacramentum. Quapropter si episcopus semel tantum omnibus diceret, accipite potestatem, &c. & illi post modum successiue longo temporis tractu attingerent calicem, res esset valde dubia, & fortē, vt illic ait Caiet. nō fieret sacramentū. De qua ergo re suo proprio loco in materia ordinum iterū recurret sermo. Pari modo si quis postquam protulit verba, aliud negotij ageret antequā applicaret materiam. *In mortis periculo.* Solet hic subinde de huiusmodi mersionibus disputari, vt r̄m etiam cum periculo mortis illius, qui baptizatur, sint faciendæ. Disputat hoc Scotus in. 4. dist. 5. quæst. 3. & Palud. dist. 3. quæst. 3. & dist. 6. quæst. 1. & pleriq; alij. Exempli gratia. Si puer est morti vicinus, & consuetudo viget ter mergendi, vt r̄m faciendā sit trina mersio. Atqui de hoc nulla subest hæsitandi ratio: haud enim cum illo periculo seruāda est consuetudo, sed semel est ille mergendus. Imo satis esset, quin uerò satius, leuissime aspergere. Alias, inquit, Palud. si sacerdos ritū ecclesiæ de trina mersione tūc seruaret, & interim moreretur in prima, nondum completa forma, dānaretur quidem ille, & sacerdos maneret irregularis. Hoc autem secundū nescio ex quo canone ecclesiæ colligatur, quāuis graui sacrilegio, & homicidio de linqueret. *Dubium vbi non est aqua copia.* Quid autē si nulla sit aqua, quæ citra periculū applicari possit: vt si non sit nisi altus puteus, aut flumen sub altum pontem fluens, nec tamē suppetit vas ad aquam hauriendam. Omnes aiunt saltem pannos esse fune demittendos in aquam, posteaq; super puerum in formam baptismi exprimentos. Quid verò si nec adsint panni? Tūc cuncti & quidem bene respondent, q̄ si adsit cribrū aut calathus, quo possit cōmodē fune puer immergi, & emergi, demittendus est. Quod si res in has redigatur

In mortis periculo.

Palud.

Dubium vbi non est aqua copia.

tur angustias, vt nec sit tale vasculum, quæritur vt r̄m tunc puerū iam iam moriturum, de quo nulla est reliqua spes salutis, liceat in flumen, vel in puteum sub forma baptismi projicere, vt saltem antea quā spiritum exhalet, gratiam suscipiat baptismalem. Apparet enim hoc esse licitum: quoniā spiritualis vita præferēda est corporali, & tūc maximē quando de corporali nulla sit spes reliqua. *Parormita.* Panormitanus in cap. Nō vt. de baptismo. narrat simile factum contigisse, & ait probabile esse talem puerum sic proiectum fuisse vere baptizatum, si tamen viuus a quam attigit. Et Gabrī. dist. 4. quæst. 2. allegat Olkot idem tenentem, ac dicentem q̄ Deus tunc perficiet, quod baptizans perficere nequiuit. Neq; ipse id reputat improbabile. Scotus vero loco citato, & Palud. & reliquus Theologorum cœtus duo aiunt. Prius scilicet, q̄ illa projectio sit peccatum mortale homicidij. Posterior, q̄ nec sit baptismus. Nam baptism⁹ inquit Scot. ordinatur ad vitam baptizati, illa autem projectio ordinatur ad mortem: quare deficit recta intentio ad baptismum necessaria. *Sententia auctorioris per propositiones.* Quo autē hæc omnia perspicuē diluantur nonnulla asserta subiecerim. Primū. Baptizare puerum cum intentione ei nocēdi in vita temporali, imò cum occidendi, vel alio sinistro proposito, licet peccatum sit graue, non tamen tollit veritatem sacramēti, si cum forma adsit etiam intētio verē baptizandi vt dist. 1. q. 5. arti. vlt. dicebamus. Nam vbi omnia concurrunt, quæ sunt de necessitate sacramenti, solidū est sacramentum. Nihil autē repugnat, vt simul dum quis intendit puerū baptizare, eius procuret mortem, videlicet, nimio rigore frigoris, aut caloris aque eum offendendo. Secundum assertum est. Proicere in flumen, vel in puteum absq; intētionē, & arte leuandi ipsum, non est baptismus. Probat. quia cum illa projectio nō habeat formam mersionis, quippe quam nulla succedit immersio, neq; aspersio, neque infusio aquæ, sit vt neq; formā gerat ablutio, quæ est ad baptismum necessaria. Quod enim De⁹ suppleat quod in baptismo fluminis omittitur, nisi p baptismū fluminis illi⁹, qui baptizatur, dist. 5. arti. 2. demonstrabimus absq; vlla pro-

Parormita.

Scot.

Sententia auctorioris per propositiones. Prima propositio.

Secunda propositio.

babilitate affirmari. Quod autem ille sic proiectus censendus sit Christi martyr, ridiculum est. Tertium dictum sit, quod siue sit baptismus siue minimē, esset tamē graue peccatū homicidij, ex quo irregularitas incurreretur. Secus si dum manibus sacerdos puerum mergit casu elaboretur in aquas: tunc enim baptismus esset, & culpa careret. *Tertia propositio.* Quarta propositio sit Si fune posset cōmodē puer immergi, & viuus emergi, dū modo aqua corpus tangeret, verum esset baptisma, etiam si fieret cum periculo mortis. Patet, quia illic concurrunt omnia necessaria ad baptismum: quoniā non est de necessitate baptismi, vt minister puerū manibus teneat. *Quarta propositio.* Quinta propositio quo ad culpam. Quando puero si baptizetur, periculum creatur, ita vt mors inde illi immineat, nō est dubium, quin sit differendus baptismus. Quare qui illum tunc baptizaret, homicida esset, & irregularis: non enim faciendā sunt mala, vt inde eueniant bona. Neq; Christus, cuius iugū suaue est, & onus leue, cum periculo mortis sua nos iussit sacramenta suscipere. Quid autem si nulla sit spes vitæ pueri, timetur tamen ex baptismatione acceleratio mortis. Videtur namq; non esse baptizandus: nā anticipatio mortis genus quoddam occisionis iudicatur. Materia hæc, cum moralis sit, non est nimia subtilitate tractanda. *Notandum.* Respondetur ergo, q̄ quando per multum tēporis acceleratur mors, gen⁹ esset homicidij, & nunquam esset licitū. Quando verò minima esset acceleratio, non censeretur homicidium, quia minimum pro nihilo reputatur. Ex quo fit, quod vbi aqua præstō est ad manum, accidere non potest tantum periculi: nam si dum infans moritur mergi nō potest, satis est vt tenuissimis guttis aspergatur. Aspersio autem illa non potest sensibile temporis mortem anticipare. Neq; verò esset ambigendum, quin puer posset cū periculo aliqualis accelerationis mortis ad locum asportari, vbi esset aqua: haud enim sunt hæc adeo scrupulosē tractanda. *Postremum dubium.* Vbi tamē aqua nō est sic parata, sed in alto puteo, vel flumine, tunc restat super premium dubiū, vt r̄m si aqua per aliam artem hauriri nequit, potius sit puer sine baptismō mori permittendus, quā cum

Tertia propositio.

Quarta propositio.

Quinta propositio.

Notandum.

Postremum dubium.

vel certo, vel multum probabili periculo mortis baptizetur. Cuiusmodi namque videri posset potius esse baptizandum. quoniam vita spiritualis preferenda est temporali, & illi puero nulla nisi per baptismum patet salutis via. Nam in lege veteri, ut distinctio. præcedenti dicebamus, licet in periculo mortis puer non circumcideretur, patebat illi salus per remedium legis naturæ. His tamen non obstantibus procul dubio in nullo casu vltimus est cum tali periculo mortis baptizandus, videlicet ut baptismus sit ei causa vel mortis, vel multæ eius acceleratio: præsertim quandiu spes eius vitæ durat: quare in his multa opus est prudentia. Sed censendum est de illo, ac si nulla esset aquæ copia. Nec mirum si perire sinatur postquam omnis homo nascitur filius iræ. Deus enim satis prouidit aquam quæ communissimum est elementum. Si autem sine periculo mortis applicari non potest, iudicium Dei abyssus multa, qui Iacob dilexit, Esau autem odio habuit.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum baptismus possit iterari.



Hic articulus de iteratione baptismi, quæuis eum Magister sententiarum distinctio. 6. ubi de ministris agit, collocet, tamen ad hæc attinet distinctionem: spectat namque ad formam & figuram baptismi, quæ pluribus fit in rebus. Respondet ergo D. Th. vnica negatiua conclusio. Baptismus iterari non potest. Eandemque primo fundat in autoritate Apostoli ad Ephesios. 4. Vna fides, vnum baptismum. Nam sicut vnica est omnium Deus ita & vna fides, & vnum commune baptismum gentibus vniuersis necessarium. Atque adeo idem est à quocumque ministro fiat, siue à malo siue a bono, siue ab hæretico, siue ab infideli. Quare à quouis ministratur non est iterandum. Sed tamen autoritati quatuor adhibet confirmatorias rationes. Prima sumitur ex intima

conclusio.

ipsa natura baptismi. Baptismus est quædam spiritualis regeneratio, qua scilicet homo veterem exuit vitam, & nouam induit, secundum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Vnius autem vitæ vnica est generatio: ergo sicut carnalis natiuitas non iteratur, ita nec baptismus. Vnde Augustinus super illud, Ioan. 3. Nunquid potest iterato in ventrem matris suæ introire & renasci? Sic tu, inquit, intellige natiuitatem spiritus, quo modo intellexit Nicodemus natiuitatem carnis, Quomodo enim vterus non potest repeti, sic nec baptismus. Secunda ratio sumitur ex similitudine baptismi ad mortem Christi: nam per ipsum sum commorimur, confepelimurque (ut ait Paulus) Christo. Christus autem semel tantum mortuus est: non ergo baptismum iterare licet. Propter quod ad Hebræos. 6. quibusdam rebaptizari se volentibus improperat, quod contendat Dei filium in semetipsis iterum crucifigere. Vbi ait glossa, vna Christi mors vnum baptismum consecrauit. Tertia ratio alludit ad effectum baptismi, qui est indelebilis character, qua ratione sicut calices, & reliqua vasa non nisi semel consecratur, ita nec baptismus iteratur. Quapropter Augustinus secundo libro contra epistolam Parmeniani, Character, inquit, militaris non repetitur: non enim minus hæret sacramentum Christi, quam corporalis nota militum, sed permanet etiam in apostatis. Quare redeuntibus ad ecclesiam per poenitentiam, non repetitur baptismus. Quarta demum ratio eruitur ex alio eius effectu, qui est originalis culpæ remissio: vnde sicut illa non iteratur, ita nec baptismus. Quia ut ad Romanos. 5. ait Paulus, sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem sic per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ.

¶ Conclusio præsentis articuli citra controuersiam est vniuersis orthodoxis receptissima. Est enim sanctionibus Ecclesiæ multis decreta, ut can. Hi qui prima questione prima. vbi Leo papa in eadem autoritate Pauli ad Ephesios quarto. quam hic affert Diuus Thomas eandem fundat veritatem. Et de consecratio. dist.

Expositio articuli.

dist. 4. can. Non licet. qui est concilij Carthaginensis. 4. & c. Rebaptizare. qui est Augustinus ad Maximum, cuius verba sunt. Rebaptizare hæreticum hominem peccatum est, rebaptizare autem catholicum hominem, immanissimum scelus est. Duplex siquidem est huius sancti dogmatis membrum. Quod enim quis rebaptizari aut rebaptizare contendat, bifariam contingit. Aut quia baptizatus est ab hæreticis, & quia per tale baptismum gratia non suscipitur, rebaptizari procurat. Et hæc fuit Donatistarum secta, de quibus dist. sequenti redibit sermo. Atque hoc licet sit peccatum, videtur tamen non nihil excusationis habere. Aut quia absque vlla causa id procurat, & propterea hoc dicitur immanissimum scelus, quod ex suspitione defectus baptismi nascitur, quasi vnus non sit sufficiens ad iustitiam. Ex quo fit eodem scelere scelerissimum se complicare Anabaptistas, qui infidelios baptizatos, cum venerint ad usum rationis iterum rebaptizant. Anabaptista enim idem est quod rebaptizator, nisi quod per antonomasiam isti sic appellantur. De quibus inferius redibit disputatio. Quin vero & lege civili extat Codex. Ne sanctum iteretur baptismum. Et est in odium Donatistarum iniuncta irregularitatis poena tam rebaptizatis quam rebaptizantibus, quod in calce articuli referendum nobis restat. Ecce quibus testimonijs conclusio constabatur, fitque certissima. ¶ At vero de rationibus non nihil variant doctores. Scotus namque dist. 6. q. 7. ait quod ratio initerabilitatis baptismi est institutio diuina, cuius non est aliqua causa prior, nisi eius voluntas. Sed tamen institutio illa fuit rationabilis. Hæc tamen ille. At tamen huiusmodi institutionem diuinam non legimus in euangelio expressè. Imò venerabilis Hugo. lib. 2. de sacramentis par. 6. cap. 13. non eam censet nisi institutionem sanctorum patrum. Verba eius sunt. Apostolus dicit. Vna fides, vnum baptismum: hac enim autoritate vniuersi vtuntur. Quod ergo vnum est geminari non potest: quapropter valde rationabili definitione à sanctis patribus institutum est, ut qui semel sacramentum baptismi percepisse cognoscitur, nulla ratione illud iterato accipiat: siue in ecclesia siue extra ecclesiam, hoc est, siue à catho-

Duplex rebaptizantium culpa.

Donatistarum secta.

C. Ne sanctum iteretur baptismum.

Scotus.

Ergo.

lico siue ab hæretico fuerit baptizatus. Hæc ille. Alludit enim ad partitionem Augustini proximè explanatam. ¶ Crediendum tamen hoc dogma ab ipso apostolorum tempore fuisse certissimum. Imò non solum iure pontificio, sed & iure diuino, ut Scotus innuit, constabiliri. Sic enim semper Paulinum illud ad Ephesios. 4. vnus Deus, vna fides, vnum baptismum à patribus intellectum fuit, ut à quocumque daretur, non esset iterandum. Atque eam ob rem contra rebaptizatores adiectum est in symbolo Niceno. Confiteor vnum baptismum in remissionem peccatorum. Vnum scilicet, quod si legitima intentione, materiaque, & forma fiat, iterari non debuit. Reducitur ergo conclusio præsens ad articulum fidei. Neque verò Christus pro suo merito arbitrio id de quibusdam sacramentis instituit, & non de alijs, sed natura ipsa baptismi id exigente, quod alia iterabilia sacramenta, scilicet, poenitentia, matrimonium, & extrema vinctio non exposcunt. Quare rationes istæ, quas D. Thomas adducit, non solum tanquam congruentes sunt auscultandæ, imò tanquam necessariæ iuxta naturam sacramenti. Natura enim ipsa generationis spiritualis, Christianæque professionis secum intemè adfert ut non nisi semel fiat, Quocirca vbi Christus Ioan. 3. dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, appellans baptismum regenerationem, docuit non posse bis eidem ministrari. Vnde conclusio non solum sic est intelligenda, quod rebaptizatio sit peccatum, & sacrilegus sacramenti abusus, verum quod nec sit sacramentum. Itaque materia baptismi sit homo non baptizatus, sicut materia consecrationis eucharistiæ sunt panis & vinum non consecrata. Qui enim species consecratas iterato consecrare tentaret: nullum faceret sacramentum. ¶ Arguitur autem contra. Ergo rebaptizatio non est peccatum nec adeo poena dignum, quandoquidem nullum geminatur sacramentum. Negatur consequentia. Imò ob id est peccatum, quod iterari tentatur id, quod non est iterabile. Veluti si quis viuente uxore alteram duceret. ¶ Secundam verò rationem D. Thomæ ideo illic Scotus redarguit quod minime illam fideliter refert. Ait siquidem rationem non concludere, quia baptis-

Est de iure diuino.

Articulus fidei.

Rebaptizatio non est sacramentum.

Argument.

Secunda ratio

mus virtutē habet à pafsione Christi nō esse iterandū : quoniam & alia, inquit, sacramenta iterabilia inde quoq; virtutē suscipiunt. Attamē D. Th. nō adfert hāc rationē, sed q̄ per baptismū cōmorimur peccato, cōsepelimurq; , & cōfiguramur moriēti Christo. Itaq; ratio fundatur nō in hoc qđ baptismus virtutē habet à pafsione Christi, sed in similitudine ad eandem mortem, quæ reliquis sacramentis non conuenit. Ob idque Paul. ad Hebræ. sexto ait eos: qui semel sunt illuminati (scilicet lumine fidei baptismalis) gustauerunt etiam donum cœlestē (scilicet regenerationis) & prolapsi sunt, nō rursus renouari posse ad pœnitentiā, crucifigētes sibi met ipsi filii dei. Quod No uatus hæreticus sinistrè intellexit, impos sibile. s. absolute esse, eū, qui post baptismum cadit, rursus veniam obtinere posse. Cuius idcirco vesaniā retundit Augustinus de vera & falsa pœnitētia capite tertio eō quod Apostolus in compluribus locis homines ad pœnitentiā comonet. Ipse ergo se Apostolus exponit dicēs, iterū crucifigētes filiū Dei, hoc est iterum se baptizari cōtendētes. Per baptismū namq; cōfiguramur crucifixiōi Christi, veterē hominē quoad culpā & pœnā exuētes, & induētes nouū. Vnde quoniā signū veræ rei assimilari debet, sicut vnica fuit mors Christi, ita vnici debet esse baptismus. Ideoq; concludit illic Aug. q̄ per illud verbum Pauli cōsuetudo ecclesie est, nō baptizare nisi semel. Per pœnitentiā autē licet crucifixionis Christi efficiamur participes, nō tamē prorsus similes. Atqui hæc est receptissima doctorū expositio, vt Dam. in lib. 4. cap. decimo, & reliquorū. Tametsi Hiero. contra Iovinianum eundem locum de pœnitētia intelligat, glossat nāq; impossibile, id est difficile est peccatori per pœnitentiā in viā renocari. Sed certē verbū illud, iterū crucifigētes demonstrare videtur non esse nisi sensum de iteratione baptismi. Et cōfirmatur, quoniā Paulus illic cōtra quosdā sermonē inierat, qui perinde d̄ baptismus cōsepēbāt, ac de baptismatib⁹ antiquæ legis, quæ cū ad ablutionē corporaliū sordium instituta fuisset, iterū atq; iterū repetebatur. Amouet ergo errorē illū: quoniā baptism⁹, cū omnē prorsus pœnā & cul-

Hebræ. 6.

August.

Hieronymus

pā diluat, iterari non indiget, imò nec verè pōt sicut nō potest homo renasci corporaliter. Vnde quādo peccator per pœnitentiā resurgit, nō renascitur, sed ad eādem vitā redit, in qua natus fuit per baptismū. ¶ Iam verò & id ipsum Apostolus ad Roma. 6. exhortari cōtendebat Romanos: nēpe, vt mortui per baptismū cum Christo cauerēt, ne vitā, quā illic nacti erant, amitterent. Quia q̄ Christus mortuus est peccato, mortuus est semel. Quasi dixisset. Sicut ille nō pōt iterū mori, ita nec nos ei ipsi per baptismū iteratō cōmori. Atqui hac eādē ratione Hier. appellauit pœnitentiā, secundā tabulā post naufragiū: nēpe q̄ baptismus sit ceu integra nauis, quæ postquā fracta est, recuperari nō potest, sed per pœnitentiā deinceps feruamur. Ex hisigitur Paulinis locis similiter colligitur sententiā non iterandi baptismi esse de iure diuino. ¶ Contra hoc igitur illico militat quintū argumentum D. Thomæ. Eucharistia est sacramentū commemoratiuum dominicæ pafsionis perinde ac baptismus: iuxta illud. Hæc in mei memoriā faciētis. Imò magis commemoratiuum, cum sit præstantius sacramentum, sed eucharistia iteratur: ergo & baptismus est iterabilis. Respondetur quod consecratio eucharistiæ non iteratur sub eadem materia, & in hoc est baptismati similis. Sumptio autem eius dissimiliter est memoria pafsionis: nam in baptismo cōmemoratur mors, eō quod per ipsum comorimur Christo, regeneramurque in nouam vitam. Per sumptionem verò eucharistiæ commemoratur pafsio quatenus illic porrigitur nobis Christus passus, quasi paschale conuiuium, iuxta illud primæ ad Corinthios quinto. Paschā nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur in azymis synceritatis & veritatis. Homo autem semel nascitur, sæpissimè tamen cibatur. ¶ Tertiam deinde rationem Diui Thomæ de charactere idem Scotus infirmare ibidem contendit. Nam quod baptismus non sit iterandus res est, inquit, à primordiis ecclesiæ antiquissima: quod autem charactere imprimat, à tempore forsan Augustini in opinione esse cepit: ergo impressio characteris non est causa, quod non sit iterandus baptismus: Et

Paul. Rom. 6

Secunda tabula.

Quintum argumentum D. Thomæ.

Tertia ratio.

August.

Conci. Florent.

Respondetur Scoto.

Primum argumentum.

Et consolidatur ratio. Sententia non iterandi baptismi notior est multo & certior, quā impressio characteris. Nā illa, vt diximus, est de fide, hæc verò nō item. His verò nihil obstantibus ratio hæc tertia est in præcipuis, & necessarijs nō iterandi baptismum. Enimverò Aug. non solum illo loco contra Parmenianū, quē hic citat D. Thom. verum & vbiq; cōtra Donatistas, vt dist. 1. quæst. 4. latius deduximus, & distin. proxima repetemus, hoc vno ariete hæreticos concutit, ad probandum, q̄ baptizati ab hæreticis non sunt rebaptizandi, quod etsi gratiam non suscipiant, quia sunt extra ecclesiam, suscipiunt nihilominus indelebilem characterem Christianæ militiæ, qui quidem character, cum veniunt ad ecclesiam, ab ipsa ecclesia recognoscitur. Et ideo tunc vale re incipit illis baptismus, quādo per pœnitentiam conuertuntur, vt refertur can. Tunc valere. de consecra. dist. 4. Accedit autoritas Florentini concilij, quo decernitur illa sacramenta non esse iterabilia, quæ characterem imprimunt: quo modo ergo ratio characteris excludi potest, ne sit causa non iterandi baptismum? Respondetur ergo Scoto, quod etsi nomen characteris non fuerat forsan ita notum & frequens in ecclesia ante tempus Augustini, nihilominus res ipsa fuerat semper cōfessissima: nēpe, quod per quædam sacramenta consecrabantur suscipiētes ad aliqua obeunda munia, vt dist. 1. q. 4. expositum reliquimus: & ideo illa nō erant iterabilia, quia consecrationes illæ erant indelebiles, quas verò postea ecclesia appellauit characteres. ¶ Quarta ratio negari non potest, sicut nec prima, quia est æquali euidētia manifesta. ¶ Responsio autem primi argumenti S. Thomæ est attente meditando. Est enim argumentum. Baptismus videtur institutus ad ablutionem peccatorum: peccata autem iterantur: ergo & iterandus est baptismus; quandoquidē misericordia Christi culpas exuperat nostras. Et poterat quidem responderi, q̄ cum baptismus ad remissionem potius originalis peccati, quod non iteratur, sit institutus: pœnitētia verò ad remissionem actualium, hæc iteratur, ille verò minime. At verò quoniam responsio hæc nimis est superficialis, ne

dullitus respōdet, quod cum baptismus in virtute pafsionis Christi operetur, fit, vt sicut peccatū subsequens nō sic tollat pafsionē, vt sit iteranda, ita nec tollat baptismum. Sed impedit vtriusq; virtutem: quare satis est, vt per pœnitentiā illud impedimentum tollatur iterum atq; iterum quoties peccatur, vt baptismus suū effectū recuperet. Tamen si non sit necessariū, vt semper auferatur & culpa & pœna, qui est plenus effectus baptismi. Alio qui nulla opus esset post pœnitentiā satisfactio. Sed recuperatur vita spiritalis baptismi quo ad gratiam & secundum quātitatem contritionis & satisfactionis quoad remissionem pœnæ. Imò verò peccatum veniale, licet non sit impedimentū baptismi, vt vitam tollat, remittit tamen feruorem, & aliquem impingit reatum pœnæ. ¶ Secundo arguit D. Thom. Ioannes Baptista præcipuo fuit præconio Christi commendatus: nempe, cū de eo affirmauerit, nō fuisse inter natos mulierum maiorem: baptizatos verò à Ioāne, vt legitur Actuum. 19. Paulus, & reliqui apostoli rebaptizabant: ergo decentius qui ab hæreticis baptizantur, sunt rebaptizandi. Respondetur diuersam esse rationem: nā baptismus Ioānis non erat Christi, nec gratiam conferens, nec characterē imprimens: baptismus verò hæreticorū est Christi, characterē imprimens, qui uerò gratiā paruulis conferens, qui suis erroribus nō cōsentiūt. Vnde Aug. super illud Ioan. 1. Sed ego nesciebā eum quod refertur. 1. q. 1. can. Dedit. Ecce post Ioannem baptizatū est, post homicidam non est baptizatum: quoniam Ioānes dedit baptismū suū, homicida dedit baptismum Christi, quod quidem sacramentum tam sanctum est, vt nec ministrante homicida polluitur. ¶ Tertio arguit ex decreto Niceni concilij, quod refertur. 1. q. 1. can. Siquis confugerit, vbi decretum est, vt Paulianistæ, & Cataphrige ad ecclesiam venientes rebaptizarentur. Ex quo idem de omnibus hæreticis censendum apparet. Responsio autē est, q̄ baptizati ab hæreticis in forma ecclesiæ nō sunt rebaptizandi, vt habetur de consecra. dist. 4. can. De Arrianis, quod est decretum Arelatenfis concilij, & can. Ab antiqua. ex Gregorio ad Quiricum. Nam Arria-

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

ni dum baptizabant in nomine patris & filij & Spiritus sancti, non apponendo in nomine patris maioris, verum ministrabant sacramentum. Illi verò supra nominati in concilio Niceno, & Bonafiani, quos illis Gregorius annumerat eadem distinct. & quæstio. can. Hi verò, quia neque Christum credebant esse hominem, neque spiritum sanctum confitebantur, ac perinde neque in nomine veræ trinitatis baptizabantur, erant cum reconciliabantur cum ecclesia baptizandi. De his autem dist. sequenti iterabitur sermo.

Quartum argumentum de b. ap. sub conditione.

Quartum argumentum de illis instituitur, de quibus dubium est sint ne baptizati, qui eam ob causam sub dubio baptizandi videntur. Respondet autem S. Thom. per decretalem Alexandri tertij. De quibus dubium, de baptism. & eius effectu, quod illi sub conditione sunt, non quidem rebaptizandi, sed his verbis baptizandi. Si baptizatus es, non te rebaptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c. Vbi adnotandum, quod rebaptizatio, neque sub conditione, villo pacto est licita. Quare illa secunda non cõsetur rebaptizatio, sed cõditionalis baptizatio.

Abusus rebaptizantiu.

Quæ idcirco, si accidat illum fuisse baptizatum, non est sacramentum. Circa hæc igitur solutionem, de duobus abusibus, qui inter ignaros sacerdotes creberrimi sunt, admonendum est maximè. Sunt, inquam, qui nullum periculum imminere putant, dummodo sub conditione rebaptizent: & ideo non solum non admodum perscrutari curant, sit ne puer baptizatus, verum etiam si cõstet esse domi baptizatum, iterum sub cõditione solènter eum in ecclesia sacro fonte baptizant, quod est immane sacrilegium. Neque villo pacto à cõsura irregularitatis huiusmodi sacerdotes excusantur: nam forma hæc baptizandi, solū in illis permittitur (vt ait canõ) de quibus dubiū est. Quare nisi morale sit dubium, hoc est, quod dum controuersia oritur, facta diligenti indagine definiri non valeat, puerum esse baptizatum necne, nemo est rebaptizandus, quantum sub conditione fiat. Audi Augustinū quæ de hac re. d. r. q. 5. arti. 8. in can. Solet. de cõf. d. 4. citauimus. Ait quippe, quæ quædo quis ludicrè, & mimicè, & ioculariter fuisset baptizatus, deberet diuinū iudi-

August.

cium per miraculū alicuius reuelationis explorari anteq̃ ad rebaptizationem recurreretur. Non dico in vsu esse huiusmodi postulare reuelationes, sed eam hoc meminere, vt admonitos habeam sacerdotes quanta sit diligentia adhibenda priusquam conditionalis baptizatio fiat. Quod si mihi Scotū obieceris dist. 6. q. 8. dicentem, non teneri quemcunque sacerdotem facere strictam diligentiam & exquisitionem, an vetula infantulum baptizauerit. Intelligitur quādo de hoc nulla est quæstio. Tametsi semper consilium sit id interrogare. Noui nanque in quibusdam ecclesiis tantam inoleuisse huius rei peruersitatem, vt fere omnes domi baptizati in ecclesia rebaptizentur. Adeo vt viderim inter quendam ciuem & suum plebanum hanc contestatam litem, quod quauis constantissimum esset filium suum baptizatum domi, nihilominus expostulabat, vt iterum in ecclesia baptizaretur, quia sic erat consuetū: qua de re reuertentem sacerdotē coram episcopo in iudicium euocauit, parumq; abfuit, vt causam vinceret. Ex hoc alter enascitur paulò minor abusus: nempe, quod omnes, cum primū nascuntur, indiscriminatim etiā si nullo sub sint mortis periculo, baptizentur. Qui quidem abusus in causa est, quod multi vel rebaptizentur, vel nunquā solènter baptizentur. Nam est adnotandum quod quomodocunq; laicus baptizet, etiā sine necessitate baptismus tenet, atq; adeo non est iterandus, quod dist. seq. ar. 3. repetendū est, vbi sub inde patebit peccatum esse laico mortale extra necessitatē baptizare. Haud ergo id fieri debet, nisi vbi periculum imminet, sed expectandū est quoad possit in ecclesia baptismus solènter celebrari. Quod si scisciteris quale debet esse dubiū, vt baptizatio cõditionalis fiat. Respondeatur, quod dū pmissa solerti indagine neutri parti possit asseriri, sed suspensio semper manet animus, sit ne baptizatus infans necne, tūc est res dubia, cõditionalē baptizatio nec expostulās. Si verò asserus sit probabilis partis affirmatiuæ, et nullus negatiuæ, tūc nec sub cõditione licet baptizare. Quare bene ait Palud. in. 4. d. 6. q. 4. vnū testē sufficere, vt vetulā, quæ baptizauit, vt nō sit licitū puerū apli baptizare. Tametsi ad cõ-

Dubium.

Paludanus.

Nota appennidicem.

demnandum, eū qui rebaptizauit: vel rebaptizatus est, cum sit actus iuridicus, duo aut tres exigantur. Fit præterea ex his consequens, homines iam ætate prouectos ex Christianis natos, interq; Christianos enutritos ob nullum scrupulum esse rebaptizandos: nam illa præsumptio pro certitudine habēda est, donec certissimis forsitan argumentis contrariū probaretur, vt bene admonet Innoc. Papa in cap. Veniens. de præbytero non baptizato. Eo præsertim quod vbi ignorantia inuincibilis contingit, tunc homo articulum vsus rationis excedens per officia charitatis obtinet remissionem, tam originalis, quā actualiū, & per reliqua sacramenta: vt idem fatetur pontifex capit. apostolicam, eod. titu. Sicuti vsu etiā venit per baptismum flaminis, vbi non est aquæ copia. Siquis autem in nemore paruulus esset inuentus, de quo dubium existeret quibus esset parentibus natus, deberet sub conditione baptizari. Expositi verò infantuli si inscriptū ferant fuisse baptizatos quauis nomen testis non prodatur, nullatenus sunt rebaptizandi imò si per ætatē iudicarentur ante mensem aut viginti dies nati, ego nequiquam eos auderē baptizare. Aetas enim sufficiens, esset testimonium suscepti baptismi inter Christianos, nisi ex colore, vel alio inditio suspicio oriretur vehemēs, esse prolem infidelis serui. Illi verò qui inter infideles nati sunt etiam ex parentibus Christianis, & postea redemptis parentibus, aut mortuis superstites sunt, postmodum cū ad nos veniunt, nisi manifestis indicijs constet esse baptizatos, baptizandi sunt: nam præsumptio est non fuisse baptizatos. Et de istis intelligendi veniunt canones. Paruulus, Placuit, cū itaq; Si nulla. de consecra. dist. 4. Maxime ergo cauenda est rebaptizatio. Quādo vero quæpiam domi baptizare vsu venerit deferendus postmodum in ecclesiam est, adhibēdique illi sunt catechismi & exorcismi, qui defuerāt, iuxta cautionem canonis. Spiritus sanctus. r. q. r. videlicet, quod ad implere ea debent, quæ sacerdotibus moris sunt. Caute autem glo. super eo. verbo, lege, scilicet non esse reiterandum sacramentū, licet non sit perfectū. Est. n. intelligendum quando sacramentū nihil

Expositi.

Can. Spiritus sanctus. Caiet. ag. l. off.

defuit, quod de ei⁹ esset substantia, vt casu p̄fenti, aut si paruulus nō fuit chrismate insignitus: tūc. n. satis est suppleri quod defuit. Si autē defuit vel forma: quæ in submersione non fuit prolata, non satis est post vnā, aut duas horas formam proferre, sed iteranda est mersio. Aut si aquam, in qua quis baptizatus est, postea constiterit nō fuisse veram aquam, sed rosaceam, non satis est postmodum mergere nisi etiam simul forma repetatur. Aliter enim neque primum, neque secundum esset sacramentum. Imo in secundo omnes sunt solennitates repetendæ, eò quod primū nullum fuerat sacramentum: licet nonnulli Iuristæ, vt ait Paludan. distinctio. 6. quæst. 4. id sine vlla probabilitate negēt. Ad hunc locum etiam disputatio pertinet, an monstrum debeat gemino baptismo intingi. Non autem de omni mōltro dubium est, vt si quis cum sex digitis nascatur, aut vno tantum crure, sed si ex præcipuis membris aliqua haberet geminata, vt si haberet duo capita, aut duo pectora, &c. Tunc enim videtur geminandum esse baptismum, ac si duo essent homines, aut sub illa forma esse baptizandos. Ego vos baptizo. De hoc autem certissima est, quæ fallere nequit, regula, quæ vbi constiterit vnicum esse suppositum, simplici forma baptizandum est, vbi verò fuerint duo, geminandus est baptismus. Rarissime autem accidere potest vt sint duo, nisi vbi duo essent integra capita, & pectorum diuisio: sic vt altero quiete capite, alterum vitales operationes haberet. Quando autem caput, & pectus vnum est, etiam si ex vmbilico alter homuncio enascatur, ab humeris integer, quod monstrum & suo tempore Palud. vidisse ait, & ego mea ætate conspexi, nō nisi vnicum est suppositum, tametsi possit ille pendulus ante alterū mori, læsionem enim illius, totus sentit.

Demonstratio.

Regula.

Vnum hic autem D. Tho. prætermisit punctum, quod ad pœnas attinet tam rebaptizatorum, quā rebaptizantium. Capitulo nanq;. Ex literarum, de apostatis, condēnatur irregularitatis acolytus, qui rebaptizanti ministravit, & Codice. Ne sanctum baptismum iteretur. l. r. ait Cæsar. Antistitem, qui sanctitatem baptismatis illicita vsurpatione geminauerit, sacer-

De pœnis rebaptizantiu.

dotio indignum esse censemus. Quauis hæc non nisi allegatio iuris canonici sit. Poena siquidem irregularitatis ecclesiastica est, de qua utiq; constituenda nihil ad Cæsarem: lege autē. 2. supplicio etiam capitis addicitur tam rebaptizans, quā rebaptizatus. Tātum enim tunc erat hereticorum odiū Donatistarū vt iure etiā ciuili à rebaptizatione tam atrociter arcerentur. Atqui can. Eos quos. de consecra. di. 4. multis alijs poenis Felix papa eosdem subiicit Anabaptistas. Et. c. Qui bis. pronunciantur irregulares, qui scienter rebaptizantur, poenitentiq; septem annorum subduntur. Qui verò ignoranter id fecerint, ab eadem poenitentia liberantur, sed nihilominus irregulares censentur, ne ad sacros ordines absq; graui necessitate promoueantur. Verūtamenē textus hic, etsi quātū ad eos, qui scienter rebaptizantur nihil dubietatis habeat, tamen quantum ad ignorantes dubium gignit: de qua ignorantia intelligatur, iuris ne tantum, an etiam facti. Palud. nanq; dist. 6. quæ. 4. substētabilē autumat intelligētiam de ignorantia facti: puta quod si quis se esse baptizatum legitime ignorās iterū baptizetur, aut si baptizetur ignorans se rebaptizari, ille, citra vllā culpā fit irregularis: nam irregularitas, inquit, citra culpā incurritur. Et fuit opinio Antoni. 3. parte, titu. 14. c. 13. §. 12. Et argumētū sumit ex verbo canonis, scilicet. Qui bis baptizatur ignoranter, licet poenitere non egeat, nō potest tamen ad sacros ordines promoueri. Si enim, inquit, tantū haberetur sermo de ignorantia iuris, quoniam illa peccatum est, non diceret, poenitere nō indiget. At verò opinio est intolerabilis. Mirabile nāq; est, qd' propter factum alterius, qui me inscium rebaptizat, siam ego irregularis. Par enim ius esset, vt si infans ante vsū rationis rebaptizaretur irregularis fieret. Cuius cōtrarium plane decernitur. 1. q. 4. can. Placuit, & ca. Qui apud. Enimvero licet irregularitas aliqua citra culpam contrahatur, nō tamen sine actu libero, nisi forsan aliqua sis corporis foeditate vitiat. Qui enim secundis subiectus fuit nuptijs aut personam agens publicam iudicis, malefactores peremit, libere id egit. Adde q' cum irregularitatis multiplex sit genus,

Impugnatur opinio.

Duplex irregularitas.

illa quæ ob significationē, qualis est bigamia, vel ob indecentiam, qualis est sanguinis effusio & corporis vitiū, constituta est, potest quidem citra culpam contrahi. Illa verò, quæ in poenam culpæ decernitur, quæ idcirco proprie dicitur cēsurā irregularitatis, qualis hæc præsens apparet, re vera non est cur extra culpā incurratur, iuxta illud Gregor. Res, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. de constitutio. ca. Cognoscentes. Ad hæc rebaptizans ignoranter nullo iure irregularitatis condemnatur: multo ergo minus qui sic rebaptizatur. At verbum illud canonis permultos fallit sane qui non attendunt illud, non poenitere, posse intelligi non de poenitentia virtute, sed sic, quod qui ex ignorantia, iuris, scientes factum, rebaptizantur non indigent perferre illos septem annos poenitentia illic expressos: licet poenitere illos debeat peccati & irregulares manere quousq; ex graui necessitate cū illis dispescitur. Quare ex illo verbo nō cōuincit legem illic ferri de ignorantia facti protinus excusante. Præterquā quod vt Scotus ait dist. 6. q. 8. textus ille nec pontificis est, nec cōcilij, sed Theodoretici cuiusdam Cantua. Episcopi: quare non facit fidē, sed grauē opinionem. ¶ Habemus ergo, vt illic ait Scotus ignorantiam facti excusare ab irregularitate. Intelligitur tamen quando talis ignorantia est inuincibilis & inculpabilis. De ignorantia autem iuris grauius est dubium. Scotus nāq; ibidem tenet nō excusare ab irregularitate. Duplex enim hic consideranda venit ignorantia iuris, scilicet, aut diuini, quo rebaptizatio prohibetur, aut iuris ca. quo poena irregularitatis imponitur. Ignorātia autē diuini iuris neminē excusat, inq't, ignorātia à culpa. Neq; iuris can. poenalis excusat à poena. Qui. n. inq't Sco. manus violētās in clericū iniicit, licet canonē excōmunicationis ignoret, etiā inuincibiliter, nihilomin⁹ excōmunicatur, quia satis est dare operā rei illicitæ, cui illa poena iniūcta est. Similiter ergo inq't, cēsendū in p'sentiarū de ignorāte canonē. At verò id qd' de excōmunicatione Sco. sentit cui multi etiā iuris prudentiū cōsentiūt, p'sento mihi nō est vsq; ad cō certū, vt. d. 18. vbi de excōmunicatione differen-

De ignorantia iuris Sco.

In summa respondetur.

De dispensatione Scotus.

differendū est, explicatius repetā. Sentētia nāq; excōmunicationis nemo nisi ob solā culpam inobedientia ecclesiæ irritatur, iuxta illud euāgelicum. Si ecclesiā nō audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ecclesiā autē nemo dicitur nō audire, nisi vel eius mandatum nouerit, aut nosse teneatur, ita vt eius ignorantia sit culpabilis. Si quis ergo daretur, qui in uincibili ignorantia laboraret canonis, profectō probabilissimum apparet eius censurā in foro Dei nō incurrere: tametsi in foro exteriori eius excusatio non audiretur. De hoc autem illucuscq; nihil modo definitur. Sed de alijs poenis, qualis est irregularitas diuersa forsan est ratio. ¶ Igitur in summa respōdetur. Primum sacerdotes, quibus ex officio baptizare incumbit, neutrius ignorantia iuris neq; à culpa neq; ab irregularitate excusantur: quoniam tenentur vtrunq; scire, tam diuinū quam canonicum. Deinde illi, qui ius diuinum scire tenentur, licet poenam canonicā & ciuilem inuincibiliter ignorent illam tamen incurrunt: excepta forte excōmunicatione propter rationem factam. Vt qui hominē occidit, licet ignoret inuincibiliter irregularitatem inde exurgere, irregularis nihilominus fit: nā eiusmodi poenæ consequuntur culpam, quam quisq; scire tenetur. Sicuti fur, licet ignoret suspendij supplicium, illud iure persoluet. Nihilominus addiderim, quod forsan potest quis habere inuincibilem ignorantiam ipsius iuris rebaptizationem prohibentis: nam quanquam fundetur in euāgelio, est tamen adeo reconditum, vt non omnes plebeij illud teneantur scire. Quocirca si quis rusticorum puer, ignorans prorsus se male facere, aut alium rebaptizaret, aut ab alio paruulo rebaptizaretur, fortasse, quoniā nullam commisit culpam, nullam contraheret irregularitatem. ¶ De dispensatione verò Scotus illic distinguit, quod cum illo, qui solēnter rebaptizaret, aut rebaptizaretur, non posset nisi Papa dispensare. Quando verò priuatim id fieret, dispensatio forte pertineret ad Episcopum. Hæc ille. At verò quando quis scienter absq; ignorantia rebaptizatur, vel rebaptizat, certe nisi per Papam cum illo dispensari non potest, vt probe Syluest.

admonuit verb. Baptismus. 5. §. 3. Et idem est, dū ignorantia est culpata. Nisi exprui legio, vel in gratiam religionum, vel alia quauis causa indulto. At sunt præterea causæ ad dispensandū perpēdendæ: nam cū huiusmodi poenæ in odium hereticorum fuerint constitutæ, si quis eò rebaptizatur, q' fuerat ab hereticis baptizatus, difficilius cū illo dispēsandū est. Si verò aliā ob causam minoris notæ mitius cū illo agēdū. At de dispēfatione irregularitatis iterū in tractatu ordinū copiosius.

ARTICVLVS. X.

Utrum ritus, quo ecclesia in baptizando ritur, sit conueniens.



Hic Diuū Thomam forsan quis de ordine indebito reprehendat. Inter ritus nāque etiā catechismi, & exorcismi connumerantur: de quibus ipse. q. 70. tractat in calce materie baptismi. Vbi omnes doctores tā de catechismis, quā de omnibus ritibus simul disputant. Quid ergo opus fuit de ritibus hoc loco articulum interferere. Respondetur, q' catechismi & exorcismi nō tam ad formam baptismi attinent, quā ad eius præparationem, & ideo de illis tā quā de præambulis baptismi in fine materie disputandum est. Ritus autem baptismi sunt vnctiōes, atq; alia ceremoniæ, quæ ad solennitatem formæ baptismi attinent. Merito ergo inter disputandū de forma baptismi, queritur de ritu an sit cōueniens. Respondet D. Th. sub distinctione duabus conclusionibus. Eorum enim quæ in celebratione baptismi peraguntur, quædam sacramenti substantiæ necessaria sunt, quædam ad eius solennitatem pertinentia. Est ergo prior cōclusio. De necessitate quidem sacramenti sunt tria nempe, forma, minister, & materie vsus. Alij addunt quartum, scilicet, intentionem. Hanc verò D. Th. nomine ministri intelligit, loquitur enim formaliter, vt aiunt, qualiter nemo minister dicitur, nisi si qui ministerij sui intentionem habet dum illud exercet. Quare in concilio Florentino tribus etiā dicitur constare sacramentum, nempe, ministrum cum intentione pro vno communerando. Probatur

Prior cōclusio.

tur conclusio. De essentia sacramenti sunt causa intrinsece id significantes, quod in-
tus operantur: hec autem sunt forma, que
est principalis causa, & minister, qui est
ceu instrumentalis, & vsus materia, que
internam ablutionem designat. Quod si
arguas, formam non esse causam princi-
palem, sed Deum: nam & totum sacramen-
tum, vt supra dictum est, concurrat vt in-
strumentum. Respondetur non sic voca-
ri formam, principalem causam, quasi pri-
mam & supremam, que est extra sacramen-
tum, illa siquidem Deus est, sed principalem
inter intrinsecas sacramenti. Scio-
lus aliquis nobis forsan opponat, prater
has causas requiri etiam intentionem baptizati.
Respondetur autem Diuum Thomam non
negare eiusmodi intentionem esse neces-
sariam, imo id. q. 68. ar. 7. demonstrat. At
verum baptizatus nec est pars nec causa
sacramenti, de quibus in presentiarum lo-
quimur, sed subiectum, ipsum sacramentum
recipiens. Posterior conclusio. Cetera
omnia, que in ritu baptismi fiunt non ad
eius necessitatem pertinent. Hec tribus
rationibus declaratur. Solennitas namque
baptismi primum ad hoc confert, vt de-
uotio fidelium excitetur. Si enim simpli-
citer fieret ablutio facile posset apud ple-
beios in vilipedium venire: sane qui non
pluris eam penderent, quam si secularis
esset profanaque lotio. Per illum autem ce-
remoniaram decorem, puta exorcismorum
catechismorum, & vnctionum, bene-
uolentia attentiorque hominum efficacius
captatur, vt sese ad diuinorum adoratio-
nem consideratius erigant. Secundo deseruiunt
ijdem ritus ad rudium inruditorumque
docilitatem & instructionem. Nam cum
cognitio nostra a sensu incipiat, per illa
sensibilia signa vulgus aut instruitur, aut
certe ad inquirendum excitatur, que sint
illa mysteria, que sub illis latent. Tertio,
quia orationes illae, & benedictiones, &
sufflationes &c. ad cohibendos arcendos
que demones plurimum iuuant, ne sacra-
menti donis conferendis obstant. Atqui
vsque adeo haec vera sunt, vt qui eiusmodi
ceremonijs obgannunt, haeretici omnino
sint. Et reuera Germani ab istis ceremo-
nijs vituperandis & explodendis exor-
dium sumpserunt. Vnde subinde gradu
facile fecerunt ad ipsa labefacta exter-

2. conclusio.

minandaque sacramenta.

Inter ritus autem primum venit tempus
de quo arguit D. Tho. primo loco. Chri-
stus, vt supra dictum est, dum baptizatus
est a Ioanne sacramentum instituit, quo-
niam nunquam aquae baptismi purgare
peccata credentium possent, vt ait Chry-
sostomus. de consecra. dist. 4. can. Nunquam
nisi tactu dominici corporis sanctificate
fuisset: illud autem celebratur sub fe-
stum Epiphaniae: ergo illic potius, quam
in vigilia Paschae, aut Pentecostes debuit
baptisma solenniter celebrari. Respon-
det autem, quod Christus non fuit bap-
tismate suo tinctus, sed Ioannis. Chri-
stiani vero non baptizantur nisi bap-
tismo Christi, qui efficaciam habuit ex pas-
sione, iuxta illud Ro. 6. Quicumque bap-
tizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius
baptizati sumus. Et ex spiritu sancto, iux-
ta illud Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua & spiritu sancto, &c. Et ideo con-
grue delecta sunt tempora illa duo cele-
brando solenni baptismi: videlicet, vigi-
lia Paschae, in qua fit memoria passionis
& resurrectionis post quam resurrectio-
nem Christus praecipuum posuit de bap-
tismo, & vigilia Pentecostes, quando A-
postoli repleti spiritu sancto, tria millia
hominum baptizasse leguntur. Ritus
ergo iste plurimis canonibus sancitus ex-
tat de consecra. dist. 4. illis scilicet. Non
ratione. Duo tempora. & sequentibus. &
can. Proprie. Leo Papa easdem causas re-
fert cur illa duo tempora, videlicet, vigi-
lia Paschatis, & Pentecostes fuerint sole-
nitati baptismatis selecta. Et can. Siquis.
Tho. nempe, quod festo Epiphaniae, qua
do Christus fuit baptizatus, debuit cele-
brari. Et respondet eodem modo, quod non
fuit ille baptismus Christi. Et tandem in
subsequentibus canonibus concluditur
quod nisi urgente necessitate nemo de-
bet nisi illis duobus temporibus bap-
tizari. Tunc enim temporis quia frequen-
tes adulta aetate tam ex gentibus quam
ex Iudaeis fidei Christi nomina sua da-
bant, detinebantur in catechumenorum
schola, vbi fidem edocti illis festis bap-
tizari solebant adulti: paruuli vero, qui ca-
techismis non egent quocumque tempore
baptizabantur. Vnde vsus relictus est ec-
clesiae

Primum ar-
gumentum.
S. Thom.Duo temp-
ora baptismi.

Ecclesia mis

clesiae illis duabus vigilijs Litanias & be-
nedictiones canere, Et in collecta missae.
Hanc igitur oblationem, verbum illud
adjicere, p. his quoque quos regenerare di-
gnatus es, &c. fit. n. allusio ad illos neo-
phytos tunc baptizatos. Deinde domini-
ca in albis. ijdem ipsi ex ordine in eccle-
sia prodibant stolis albis candidati, hoc est
induti stolis lineis innocentiam reprae-
sentantibus, quam baptismus illis presti-
terat, cereosque accensos gestantes, quorum
lumine lumen fidei referebant. In quorum
introitu canebatur illud graduale. Quasi
modo geniti infantes lac concupiscite, &c.
Postmodum vero quando rarissime adul-
ti baptizabatur, cessauit ille ritus & quo-
cumque tempore indiscriminatum bap-
tizantur pueri. Congruit autem si fieri potest
vt baptizentur octauo die. Consilium
tamen esset, vt in insulis, vbi denuo no-
ua plantatur ecclesia, mos ille priscus quo
ad fieri posset, obseruaretur. Secundum
argumentum est de vnctionibus. Appa-
ret enim ad idem sacramentum non per-
tinere diuersarum materialium vsus: fit
autem baptismus in aqua, nihil ergo ad
ipsum pertinet vsus olei. Respondetur
aquam pertinere ad substantiam, oleum
vero ad solennitatem. Fit autem bis vn-
ctio, primo ante baptismum simplici oleo
benedicto in pectore, & inter scapulas.
Secundo post chrismate in vertice capitis.
Vnde oleum illud dicitur oleum cate-
chumenorum: nam ante baptismum non
sunt nisi catechumeni. Chrisma autem,
vt ait Innocentius de sacra. vnctione. ca.
vnico. non conuenit nisi Christiano iam
baptizato. Christus namque a chrismate
dicitur, & a Christo Christianus. Vnctio
autem illa in pectore & in scapulis signi-
ficat tunc Christianum fieri Christi athle-
tam, vt Ambrosius lib. de sacra. autor est. Pugil
namque, vt in more erat apud ethnicos, oleo
vngebatur ad consolidandos neruos, & cor-
roborandas carnes. Innocentius vero illic ait vn-
ctionem pectoris significare donum spiritus san-
cti, quo error ignorantiae abicitur, fides
que suscipitur, ex qua iustus viuit. Vel
quia in pectore cor est, munitur illa vn-
ctione homo aduersus hostem, vt libr. 2.
de sacrament. parte. 6. capit. 11. ait Hugo
ne deinceps ei immunda & noxia per-
suadere possit: nam vt ait redemptor de

De vnctioni.

Innoc.

Ambros.

corde exeunt cogitationes prauae. Vn-
ctio autem inter scapulas significat spiri-
tus sancti gratiam ad excutiendam negligentiam
torporis, bonamque subinde operationem exer-
cendam quae fides sine operibus mortua est. Nam
in scapulis, vt ibidem ait Hugo, vigor
portandi oneris est, & baptizatus forti-
tudinem accipit ad portandum onus do-
mini. Concludit ergo Innocentius quod per fi-
dei sacramentum fit munditia cogitatio
num in pectore & per operis exercitium
fit fortitudo laborum. Ad eundem sen-
sum pertinent verba Rabani de conse-
cratio. distinct. 4. can. Deinde. Enimvero
quanuis in baptismis Pharaon cum suo exer-
citu, hoc est diabolus cum suo scelorum
satellitio submergatur, non tamen illico
Christianus terram promissionis ingredi-
tur, sed longa, asperaque illi via deserti re-
stat contra Hiebusaeos, & Pherezaeos, hoc
est contra monstrosam tentamentam carnis di-
micaturo. Post baptismum vero chrisma-
te baptizatus in cerebro insignitur a pres-
bytero, in signum quod fit Christi regni parti-
ceps & a Christo Christianus deinceps vo-
catur. Sententia est eiusdem Rabani libro
de institutione clericorum. Innocentius
autem eodem capitulo. de sacra. vnctione
ait fieri in cerebro, quia sapientis sensus
in capite resident, vt Christianus para-
tus sit, vt ait Petrus, omni petenti se de
fide rationem reddere. Significat ergo
signum illud crucis in vertice capitis
chrismate delinitum characterem Chri-
sti, quo Christianus a reliquis gentibus
dignoscitur, vexillum militie suae in emine-
tia capitis praefert. Quae quidem vnctionem
capitalis verticis, vt li. 2. de sacra. par. 7. c.
tertio refert Hugo, Syluester Papa insti-
tuit. Nullo autem pacto presbyteris
permittitur in fronte baptizatos Chri-
smare, sed sicubi, vt audisse me memini,
post crucem verticis alteram adhibeant
in fronte, manifestarius abusus est, contra
can. Presbyteri. de conse. d. 4. qui est Gre-
gorij. Neque vlla est responsio tantum il-
lic prohiberi presbyteris, ne confirmantur:
alias dixisset papa, ne confirmarent. Imo,
quoniam nulla fit chrismatio in fronte
nisi confirmationis, expresse iubet: ne
presbyteri baptizatos infantes signare in
frontibus sacro chrismate praesumant,
sed baptizandos vngant: in pectore sci-
licet

Nullatenus
Presb. fronte
iungant.

licet & inter scapulas, & baptizatos in vertice cerebri) vt episcopi post modum confirmant in fronte. Nam in primitiua ecclesia, præcipue dū celebrabatur solēnis baptismus, vt est videre apud Dion. de eccle. Hier. confestim episcopus baptizatos confirmabat. Postmodū verò dū crescēte Christianorum populo raritas esset episcoporum præbyteri munus sibi illud vsurpabant signandi neophytorum frontes, quorum ideo audaciā Grego. cohibuit. Quauis postea, vt ipse scribit Ianuario, quod refertur can. Peruenit. dist. 95. id ad tēpus cōcesserit præbyteris: videlicet, vt confirmarent. Iam verò nullatenus eis chrisinare frontes permittitur. Vnde Rabanus lib. de institutione clericorum. Signatur, inquit, baptizatus chrisimate in sumitate capitis p sacerdotē: p pontificē verò in frōte: vt in priori vnctiōe significetur super ipsū spiritū sancti descensio ad habitationē Deo cōsecrandam, in secunda quoque, vt eiusdem spiritus sancti septiformis gratia cū omni plenitudine sanctitatis & scientiæ & virtutis venire in hominē declaretur. Quare nec D. Th. hoc loco, nec vllus doctorū refert chrisimationem à præbytero fieri nisi in vertice capitis. Neq; quēquam decipiat quod Innoc. dicto ca. de sacra vnctione, post vnctionem in vertice capitis subdit. In fronte vngitur baptizatus, vt liberē confiteatur, quod credit. Eadem enim vnctionem frontis paulò inferius declarat esse episcopalem cōfirmationē. De qua. d. 7. disputatio nos expectat. Tertium argumentum tāgit mysterium lineæ vestis. Arguitur nanq; In Christo non est distinctio masculi & foeminæ vt ait ad Col. 3. Paul. Barbari & Scytæ: cur ergo baptizati induuntur candida veste. Respondetur non ea ratione indui, vt perinde atque religiosi suis induuntur cucullis, ita non liceat Christianis nisi vestibus illis uti. Sed tū in signū innocentiae, quam vnusquisq; per baptismi regenerationem adipiscitur: quā subinde vitæ puritatem & candorem tenetur semper moribus exhibere: tum perinde vt prognosticum sit gloriæ resurrectionis in corpore & anima ad quā & eadem nos regeneratio destinata, & eiusmodi vitæ sinceritas perducit. Admo-

netur præterea Christianus vt ait loco citato Hugo, sacro illo velamine diadema te se regni & sacerdotali dignitate potiri. Ad vltimum datur, inquit, cereus accessus in manum eius. Hic enim cereus, vt supra diximus, lumen fidei refert, cuius sacramentum est baptismus: quod scilicet lumē vniuersis Christianæ religionis officijs anteferēdū nobis est, vt mandatū illud euangelicū impleamus. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Quam quidem lāpadem, qui inextinguibile seruauerit inter sapientes virgines cum sponso caelesti ad nuptias introibit. At verò & verbum illud Apocalyp. 5. ad Christum. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, huiusmodi ceremonijs non obscure designatur: quādoquidē super fontē baptismi, ceu sacerdotes vngimur, & sacerdotali stola induimur, sanctoq; fidei lumine, quasi totam vitā hostijs & sacrificijs mentis & corporis Deo sacrificaturi instituimur. Meritissimò ergo cōtra hæreticos concludit quarto argumento D. Thomas, huiusmodi sacros ritus solenitatis baptismi sic non esse necessarios, vt tamē nec sint superflui, imò maximū ornamentum sacramentis afferre. De catechismis autem & exorcismis infra. d. 6.

ARTICVLVS. XI.

Vtrum cōueniēter describantur tria baptismata.

DE trino baptismate, Sentē. Magist. dist. 4. meminit, nō autem concinnum videtur obseruasse ordinem, sed occasionem inde naetus, quod de suscipientibus rem sacramenti absq; sacramento illic loquebatur, trium baptismatum mentionem miscuit: cū tamē eiusmodi baptismata ad formam baptismi quodammodo attineant, atq; adeò ad hanc distinctionem, qua de eiusmodi forma tractam. Ordinem ergo D. Tho. secuti quærimus hīc subsequenter vtrū conueniēter describantur tria baptismata. Ad quam quæstionem licet D. Th. vnica expressē conclusione respondeat, duabus tamen, quæ in illa continentur, clari

Prior conclusio.

claritatis gratia respōdemus. Prior. Tria sunt peccati remedia, quæ vocantur baptismata: nēpe baptismus aque, martyriū & pœnitentiæ seu quis actus peccati remissionis. Cōclusio est glossæ super verbū Apost. post. Heb. 6. Baptismatū doctrinæ. Ait. n. pluraliter sic dici, quia est baptismus in aqua, & in poenitentia, & in sanguine. Et martyriū quidē nūcupatur baptismus sanguinis ab effectu effusionis eius. Motus verò cordis appellatur baptismus flaminis, à causa quia flamine spiritus sancti inspiratur. Sed baptismus aquæ à sua materia sumit nomen fluminis. Posterior cōclusio. Baptismus tā sanguinis q̄ flaminis ob id nominatur baptismus, quod vterq; supplet vicē baptismi aquæ. Vbi insinuat D. Th. solum baptismum aquæ absolute & simpliciter censerī baptismum, ac perinde esse sacramentum: reliqua verò non item: atq; adeò neutrum tam esse baptismum q̄ sic præterea appellari, quod suppleat vicem baptismi. Probatum prius conclusio ratione. Baptismus aquæ efficaciam habet tum à passione Christi, cui per ipsum cōfiguramur, tū etiā ab spiritu sancto, cuius donum est baptismalis gratia: quare & baptismus ipse effectus quodammodo tam passionis est, quam spiritus sancti. Effectus autem dependet quidem à causa, non tamē è conuerso causa ab effectu. Quapropter valet quisq; effectum baptismi aquæ absq; ipso baptismate cōsequi, vt potē per martyrium, per quod, sicuti per baptismū, assimilatur homo passioni Christi. Quare de martyribus legitur Apocalyp. 7. Hi sunt, qui venerūt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. La uare enim idem est, quod baptizare. Nā quauis opus sanguinis sit rubricare, tamen propter innocentiam occisi agni, & eam, quam martyres inde assequuntur, dealbare dicitur. Eadem ratione potest quispiam virtute spiritus sancti effectū itidem baptismi aquæ absq; ipso consequi, & absq; sanguinis effusione propter motum spiritus sancti, quo mouetur cor ad credendum, & diligendum, ac pœnitendum de peccatis, qui ideo motus, baptismus dicitur pœnitentiæ, iuxta illud Esaiæ. 4. Si abluerit dominus sordes filiarū Siō, & sanguinem Hierusalem lauerit de me

Posterior conclusio.

medio eius in spiritu iudicij (scilicet discussionis cordis) & spiritu ardoris. Colligitur ergo conclusio, videlicet, tam martyrium quam pœnitentiam quoniam baptismi vices supplet, baptismū congruè nominari. Et confirmatur autoritate. August. lib. 4. de bapt. contra Donatistas. c. 22. quæ refertur de conse. dist. 4. can. Baptismi vicem. Baptismi enim, inquit, vicē aliquādo implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato, dictū est. Hodie mecū eris in paradiso: beatus Cyprianus non leue documentū assumit. Quod etiā atq; etiam considerans inuenio non tantum passionem pro nomine Christi, id quod baptismate deest, posse supplere: sed etiā fidē, confessionemq; cordis, si fortē ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Assertio hæc trium baptismatum solēnis est, non modò inter scholasticos verū & inter sanctorū proceres, qualis est August. loco hic proximè citato: & de fide ad Petrum lib. 6. quod refertur can. Firmisimè. de consecra. dist. 4. & lib. 13. de ciuit. Dei cap. 7. & Hierony. super illud ad Ephe. 4. vna fides vnum baptismum. Et ex Græcis Grego. Nazianzenus Orat. 2. de Epiphanijs. & Cirillus super Leuit. lib. 2. Et Bernar. late in Epistola. 60. atq; Hugo lib. 2. de sacra. p. 6. ca. 7. Et egregie Valdens. tomo 2. de sacrament. cap. 96. & 97. Quinuerò & in sacra scriptura sermo hic fundamentum habet. Nam de passionis baptismate præter illud, quod citatum est Apocalyp. 7. extat illud Luca. 12. Baptismo habeo baptizari, & Marci. 10. Potestis baptismate, quo ego baptizor, baptizari? De baptismate autem flaminis præter illud citatum Esaiæ. 4. extat illud Actū. 1. Vos autem baptizabimini spiritu sancto, & igne, non post multos hos dies. Quauis locutio hæc metaphorica sit. Infusio nanq; gratiarum, quæ sæpe in sacra scriptura aquarum nomine designantur (vt Canticorum. 4. Puteus aquarum viuentium, & Ioann. 4. Aqua, quā ego dabo ei, fiet in eo fons salientis in vitam æternam) dicitur baptismus. Sunt autem quædam alia baptismatū nomina, & genera, quæ libro. 4. capit. 10. Damascenus vsque ad octo vel nouem connumerat, vt D. Th. argumēto tertio arguit:

August.

Expositio articuli.

Rabanus.

Inno.

De veste candida.

Sunt alia baptismatū genera, quæ libro. 4. capit. 10. Damascenus vsque ad octo vel nouem connumerat, vt D. Th. argumēto tertio arguit:

arguit, cur ergo non nisi tria hæc reliqui
 3. arg. s. 77. omnes patres distinguunt? Respondetur,
 nihil ad propositum illa referre, quoniã
 hic loquimur de baptismatibus, quæ vi-
 cem baptismi aquæ suppleant, parem, sci-
 licet effectum producendo. Quem quidẽ
 effectum reliqua baptismata non confe-
 runt: sed sic appellantur, quia vel sunt, si
 guræ vel dispositiones baptismi. Vt dilu-
 uium, quod fuit figura baptismi quãtũ ad
 seruatiõnem: nam sicut illic pauca ani-
 mæ in arcam conclusæ vitam seruauerunt
 corporalem, ita qui per baptismũ eccle-
 siam ingrediuntur, uti ait Pet. cap. 3. i. ca-
 nonicæ, vitam spiritualem adipiscuntur.
 Et transitus maris rubri, qui ideo fuit no-
 stri baptismi figura: quoniam sicut illic
 submersis Aegyptijs liberatus est Israeli-
 ticus populus à seruitute Pharaonis: ita
 & in baptismõ extinctis peccatis à Sata-
 nica eripimur tyrãnide. Vnde. i. Corint.
 10. Omnes baptizati sunt in nube & in
 mari. Fuerunt etiam in lege veteri bap-
 tismata diuersa quorum ad hoc proposi-
 tum apostolus ad Heb. 6. meminit, qui-
 bus variæ corporum lues & lepræ purga-
 bantur in figuram nostri baptismi, quo
 animæ sordes abluuntur. Baptismus ve-
 rò Ioannis dispositio fuit nostri. Igitur
 quoniam nullum istorum gratiam sup-
 plendo vicem sacramenti cõferrebat, tria
 tantum connumerantur baptismata.

Dubitatio e-
 gregia.

¶ Prima igitur dubitatio animum pul-
 sat, ut rationem exploremus vnde bap-
 tismatum appellatio originem traxerit.
 Arguitur enim. Si propterea quod motus
 cordis & pati pro Christo baptismi vi-
 cem suppleant, baptismata dicuntur, con-
 sequens fit vt omnia charitatis officia tã
 interna, quam extera eodem iure debe-
 rent dici baptismata: nam baptismi vi-
 cẽ suppleri nihil aliud esse videtur, quã
 gratiam conferre, vel augere: quod qui-
 dem munus vniuersis virtutum officijs
 per Dei auxilium conuenit. Quod si di-
 xeris debere esse actus peccatorũ remissi-
 uos arguitur ex Cirillo loco citato super
 Leuit. vbi septẽ eiusmodi actus cõnume-
 rat. Qui sunt baptismus, martyriũ, eleemo-
 syna. iuxta illud Lucæ. 11. Date eleemo-
 synam, & ecce omnia munda sunt vobis.
 Et dimittere fratribus debita, iuxta illud.
 Demitte nobis debita nostra sicut & nos

Obiectio ex
 Cirillo.

Alter a obie-
 ctio.

dimittimus, &c. atq; alia id genus chari-
 tatis officia. Secundo arguitur. Sicuti ba-
 ptismus sacramentum est gratiam con-
 ferens, ita & sex reliqua sacramenta: er-
 go res illæ quæ baptismi vicem supplet
 quia gratiam cõferunt, suppleri etiam cõ-
 sentur cõfirmationis vicẽ & eucharistiæ
 & pœnitentiæ, &c. ac subinde nominari
 possunt quodammodo confirmationes,
 eucharistiæ, & pœnitentiæ, quod tamen
 non est in vsu. Gratis ergo illud priuile-
 gium peculiariter tribuitur baptismõ.

Responsio.

¶ Respondetur hanc theologiam inde
 duxisse ortum, quod baptismus in euan-
 gelio ad remissionem originalis culpæ
 necessarius instituitur. Nili quis renatus
 fuerit, &c. Et Qui crediderit, & baptiza-
 tus fuerit, &c. Hinc ergo hæretici colli-
 gebant præter baptismum aquæ in re ne-
 mini patere originalis remissionẽ: atq;
 adeo nec salutem. Sancti ergo, euange-
 liorum interpretes, ne negare cõtra euã-
 gelium videretur vnicum esse baptismũ
 necessarium, prudenter docuerunt illas
 actiones, quæ per se sine baptismõ ad re-
 missionem originalis sufficere possunt,
 illius sacramenti vicem suppleri, ac pe-
 rinde appellari baptismata. Qualis est
 conuersio in Deum adueniente vsu ra-
 tionis, vbi includitur baptismi votũ vel
 formaliter, vel (quemadmodũ opinor)
 virtualiter. Vt quando est ignorantia in-
 uincibilis baptismi quod. d. 5. ar. 2. com-
 monstrabimus. Ac præcipue martyrium:
 In lege autem naturæ conuersio nõ erat
 baptismus flaminis: cum tũc nullum ex-
 taret baptismi præceptum. Breuiter om-
 nis actus, qui originalis peccati est remis-
 siuus, atq; adeo qui baptismi votum for-
 maliter, aut virtualiter includit bap-
 tismatis appellationem meretur. Vnde
 Aug. Bernar. Hugo, & disertè VValden-
 sis locis supra citatis sic cõtra hæreticos
 arguebant. Neminem Deus ad impossi-
 bile obligat: ergo licet præceptum, quã-
 tumuis strictũ baptismi posuerit, nihilo-
 minus vbi nulla adest baptismi possibi-
 litas vel vbi inuincibiliter ignoratur, vo-
 luntas obtinendi peccatorum remissio-
 nẽ pro baptismi facto in aqua à Deo re-
 putatur. Nam & qui dixit. Nisi quis re-
 natus fuerit, &c. pariter dixit. Si impius
 egerit pœnitentiã vita viuet, Ezechiel.

18. Et (quod ad martyres attinet, similiter
 dixit maiorẽ charitatẽ nemo habet, quã
 vt ponat animam suam pro amicis suis.
 ¶ Atqui Cornelius, vt legitur Actuum.
 10. antequàm baptizaretur à Petro in
 gratia erat, quippe cuius elemosynæ
 iam Deo placuerant. Et Paulus ante
 quàm baptizaretur ab Anania conuer-
 sus fuerat baptismõ flaminis. Et eodem.
 decimo capitulo ait Petrus. Quis prohi-
 bere potest, vt baptizentur hi, qui spiri-
 tum sanctum acceperunt, sicut & nos: Ba-
 ptismus ergo flaminis cum voto realis
 baptismi antequàm sit aquæ copia, san-
 ctificat. De hac autem re infra. d. 5. ar. 2.
 iterum. Ecce igitur cur baptismõ hoc cõ-
 gruit priuilegium: nam cætera sacra-
 menta non sunt instituta ad remissionẽ ori-
 ginalis, sed ad alios effectus gratiæ con-
 ferendos. Patet deinde quod baptismus
 sanguinis & flaminis solum illi principa-
 liter charitatis actus sunt, qui baptismi
 votum quodammodo includunt. Quare
 contritio Christiani hominis peccatorũ
 actualium non tam propriè dicitur bap-
 tismus flaminis, quàm virtus pœnitent-
 iæ. Quocirca Cyrillus elemosynam,
 & alias actiones misericordiæ, quibus
 peccata dicuntur remitti, nõ vocat bap-
 tismata, sed remissiones peccatorũ. Tamet
 si extẽso noie nõ modo tales cõtritiones
 verũ omnes charitatis motus dici queãt
 baptismata.

Argumenta
 in contrariũ

¶ Veruntamen duo, triaue restant in
 contrarium argumenta. Primum est.
 Sanctificatis in vtero contingit bap-
 tismalis effectus sine baptismõ: item inno-
 centibus occisis pro Christo, quoniam
 vtriusq; sine baptismõ donata est gratia
 remittendi originalis, & tamen illic nul-
 lus interfuit baptismus flaminis, quippe
 qui ante vsum rationis nullibi locum ha-
 bet: ergo suppleri vicem baptismi non
 sufficit ad baptismum flaminis. Secũdò
 arguitur, quod neq; id requiratur. Chri-
 stus baptizatus est baptismõ sanguinis,
 iuxta illud Lucæ. 22. Baptismo habeo ba-
 ptizari, & quo modo coarctor. Imò etiã
 baptismõ flaminis, vt apostoli, qui bap-
 tizati sunt spiritu sancto, & igne, & ta-
 men neuter baptismus in Christo sup-
 pleuit vicẽ baptismi: vt qui nullius ege-
 bat remissionẽ peccati. ¶ Ad primũ respõ-

Responsio.

detur, quod baptismus flaminis non di-
 citur ipsa iustificatio & remissio, sed mo-
 tus animi per quẽ fit, & ideo in illis infan-
 tibus nullus fuit baptismus flaminis. Ad se-
 cundum de Christo respondetur, quod licet
 non ita propriè, tamẽ largo, vt proximè
 dicebamus, modo quicũq; actus charita-
 tis quæ de se remissiuus est peccati, licet il-
 lud actu nõ remittat, dicitur baptismus
 flaminis. Et quia in Christo tam internus a-
 ctus, quàm passio heroicum fuit officium
 charitatis vtrũque appellatur baptismus
 tametsi baptismi vicẽ, quia illo non ege-
 bat, minime suppleuerit.

Christus fuit
 baptizatus
 baptismõ fla-
 minis et san-
 guinis.

Trinum ar-
 gumentũ. S.
 Thomæ.

¶ Aduersus hæc autẽ baptismatũ assertiõnẽ
 pugnare videtur sententia Pau. ad Eph. 4.
 Vna fides, vnum baptismum. Quod est pri-
 mum argumentum. S. Thomæ. Cũ enim
 nõ sit nisi vnica fides, vnum tantũ debet
 esse baptismum. Ad quod superficie tenus
 posset quod respondere Apostolũ illic loqui
 de baptismõ, prout est sacramentum. Sed
 tamen solutio non facit rei satis: nam
 cum Apostolus conferat cum fide bap-
 tismum, sicut simplex est ratio fidei, ita
 nõ debet esse multiplex baptismi genus
 Legitima ergo responsio est, vnicum esse
 simpliciter baptismum, in quo virtu-
 te reliqua continentur. Desiderium nan-
 quẽ baptismi, vbi non est aquæ copia,
 quod est baptismus flaminis, ob id suf-
 ficat ad salutem, quod voluntas bap-
 tismi pro eius facto reputatur. Et pariter
 martyrium, vbi facultas sacræ vndæ nõ
 suppetit. ¶ Quod autem in præsentia-
 rum præcipue notari debet, est quod
 Diuus Thom. argumento secundo do-
 cet, videlicet, ex ijs solum baptismum
 aquæ esse, dicique propriè baptismum.

Secũdum ar-
 gumentũ. S.
 Thomæ.

Solus bap-
 tismus aquæ, p-
 priè est bap-
 tismus, quia
 solus ipse est
 sacramentũ.

Arguit nanque. Baptismus est sacramen-
 tum: solus autem aqueus est sacramen-
 tum: ergo reliqua non sunt baptismata.
 Et respondet argumentum concludere
 appellatione baptismi solum intelligen-
 tur sacramentum baptismi. Sacramen-
 tum siquidem habet rationem signi, de-
 bet scilicet, ex Dei institutione esse si-
 gnum gratiæ, quam in lege noua efficit,
 quod non conuenit martyrio. Neque ve-
 rò baptismõ flaminis, quanuis dicatur
 baptismus pœnitentiæ: quia non dicitur
 pœnitentia, vt est sacramentũ abso-
 lutionis

lutiones sacerdotalis, sed ut est virtus, & motus animi peccatorum remissius. Non minantur ergo alia baptismata, non quia conveniant cum baptismo in ratione signi, sed in effectu. Quia propter neque baptismus flaminis, neque vero sanguinis potest facere hominem ex atrito contritum, sed solus baptismus aquae vera susceptus. Ex hac ergo prima discrepantia inter baptismum aquae, & reliquos assignata subsequitur secunda, videlicet solum baptismum fluminis esse in precepto evangelico in remissione originalis labis. Nisi quis renatus fuerit, &c. in precepto Martyrium autem non est simpliciter in precepto, nisi tantum in casu necessitatis ad defendendam fidem. Et baptismus flaminis non nunquam extra tempus precepti inspiratur: nam tunc solum voluntas baptismi est in precepto, quando baptismus est suscipiendus. Atque hinc colligitur tertia differentia, quod reliqua duo baptismata nullatenus obligationem baptismi aquae tollunt ubicumque copia eius haberi potest, sed tunc illa baptismata valent ad salutem, quando aqua non invenitur. Si enim martyr baptizari renueret dum posset, non haberet rectam fidem, nec illi prodesset martyrium, neque baptismus flaminis illi sufficeret, qui baptismum respuerit. Quo fit, ut si quis desiderio baptismi ante eius susceptionem, uti Cornelius, gratiam consequatur, nihilominus postmodum opportunitatem nactus tenetur ipsum suscipere. Alioquin per precepti neglectum ab eadem gratia decideret. Haec omnia late D. Augustinus libro 4 contra Donatistas cap. 21. & subsequentibus edisserit. Ait quippe tunc fidem & conversionem cordis valere ad salutem, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Et infra. Tunc impletur invisibiliter confessio fidei, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et refertur de consecra. dist. 4. can. Baptismi vice. Ex quibus rursus inferitur, quod dum queritur utrum baptismus sanguinis & flaminis sufficiant ad salutem, non est absolute cedendum sufficere, sed duntaxat secundum quid, utpote non habita baptismi copia. Imo absolute est fatendum baptismum aquae esse simpliciter ad origina-

solus baptismus aqua est simpliciter in precepto ad remissionem peccatorum.

Alia differentia

August.

Pulchrum collarium.

lis remissionem necessarium, iuxta verba evangelica. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. & si quis crediderit, & baptizatus fuerit, &c. Nam si alia baptismata aliquomodo sufficiunt, hoc est, quia voluntatem includunt baptismi, qui haberi nequit. Elicitur demum ex his omnibus, reliqua baptismata minime characterem imprimere, sed solum baptismum aquae, quae ideo iterari nefas est. Baptismus autem flaminis nihil obstat quominus sepe & saepius iteretur. Praeter haec autem, quonia de martyrio duo in hac solutione secundi asserta sunt, videlicet, & suppleri vicem baptismi, & non esse sacramentum, utrunque examinandum est. Videtur namque non suppleri baptismi vicem. Etenim per se actus ipse exterior non confert gratiam: sed confirmat illam, quae ab actu interiori procedit, ut ait Alex. 4. par. q. 22. memb. 5. & Bonaventura dist. praesenti art. 1. q. 2. Actus enim exterior virtutis sine interiori non est meritorius. Quare & D. Tho. art. subsequenti solutione 2. affirmat martyrium non habere rationem baptismi si sit sine charitate. Imo. 1. 2. q. 20. art. 4. docet, actum exteriorum non addere bonitatem vel malitiam super interiorum. Quod si dicas satis esse ut actus exterior simul cum suo interiori gratiam conferat, tunc sequitur non differre a baptismo flaminis: atque adeo non esse tria baptismata: quonia tota eius virtus consistit in actu interiori charitatis, qui est baptismus flaminis, ex quo habet ut sit meritum, ut expresse D. Tho. affirmat 2. 2. q. 124. art. 2. ad 2. Sunt qui hoc loco diverse ex diametro ab scopo aberrant. Enimvero Armacha. lib. 8. cap. 37. ut sustineat martyrium sine actu interiori non conferre gratiam, negat infantes ab Herode pro Christo occisos virtute effusi sanguinis ullam recepisse gratiam: quare eos, qui non fuerant circumcisi, perijisse autumat. In cuius sententiam subscribit Adrianus quae stituc. 3. de bapt. ad. 3. arg. Haec autem opinio peior est, quam falsa, repugnat, inquam, autoritati ecclesiae, martyrium innocentium celebrantis. Quod si respondeant isti, ecclesiam non celebrare nisi festum eorum qui erant circumcisi: bifariam redarguuntur. Primum quod est quam maxime probabile quosdam gentiliu fuisse tunc ve-

ultima differentia.

Argu. contra asserta mar.

Armacha.

Adrianus. Arg. aduer. sus. Armacha. & Adrianus.

sana

sana illa Herodis rabie trucidatos: quandoquidem a bimatu & infra oes indiscriminatim in circuitu Hierusalem interfecti leguntur, ubi gentiles etiam nonnulli commorabantur: quare ecclesia absque ullo discrimine omnes pro sanctis ducit cum Augustino in quodam sermone Epiphaniae, & alijs patribus in concionibus Innocentium. Secundo, quia quavis omnes fuissent circumcisi, nisi aliqua gratia & privilegium apud Deum illis per illam truculentam necem accrevisset, non dicerentur sancti: ecclesia enim non celebrat ut sanctos, quoscumque credit esse in gloria, alioquin paruulos omnes decedentes in gratia baptismali sanctorum solennitate extolleret, sed illos prorsus qui apud Deum locum habent insignem. Neque vero pro martyribus haberetur. Lauro la nanque martyrij non donatur nisi cum aliqua gratiae laurea. Quocirca qui non fuerunt circumcisi, sanguine suo baptizati sunt. Ioannes ergo Maioris in. 4. dist. 4. quaestio. 3. ut Armachano contradicat non nihil in alterum extremum a veritatis linea declinat. Ait, inquam, quod sicut ad sacramentum nulla requiritur interna volitio, ut patet in paruulis, sed per baptismum adscribuntur Christianae familiae, ita neque exigitur ad martyrium, sed per ipsum paruuli adscribuntur Christianae militiae, ut patet in occisis pro Christo. Ex quo deinde inferit, martyrium ad modum sacramenti conferre gratiam (ut ait) ex opere operato. Ac demum colligit verum esse sacramentum. Igitur ut inter haec extrema veritatem constituumus sit prima propositio. Ad martyrium in adulto, qui potest internum habere actum exigitur charitatis affectio qua velit pro Christo mortem oppetere, sicuti ad baptismum, volitio qua velit baptizari. Est enim per se actus charitatis, iuxta illud Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Et. 1. Corin. 13. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Diffusius id differit V Valdensis tomo. 2. de sacrament. capit. 105. Secunda propositio. In paruulis ante usum rationis eiusmodi actus non requiritur, ut patet in occisis pro Christo. Sunt qui dicant gratiam illis & salutem speciali privilegio con-

Ioan. maioris.

Sententia autoris.

Prima conclusio fore responsal.

Secunda conclusio.

tigisse, attamen non arbitror aliud fuisse privilegium quam martyrij. Nam ut baptismus per se habet conferre gratiam, ita & quando paruuli ante baptismum pro Christo occiduntur, illa infunditur. Et enim si Turca castrum aliquod in Christi odium incenderet, paruuli inibi concremati, quavis non baptizati in Dei gratia decederent. Imo & fortasse existentes in maternis uteris, licet baptismum aquae tingi non possint. Quare in his duabus propositionibus nil arbitror differre martyrium a sacramento baptismi. Imo sicut ecclesia fidem suam paruulis applicat per baptismum, ita & suam Christi charitatem per martyrium. Neque differunt in hac tertia, quod sicut baptismus ita & martyrium omnem remittit culpam & poenam. Nam, ut habetur capit. Cum Marthae. de celebra. missa. iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, quandoquidem ab ecclesia ut sanctus colitur. Quarta conclusio. Martyrium non est sacramentum. Probatur primo ratione Sancti Thomae in presentiarum, quia non habet rationem signi. Haud, inquam, in hoc institutum est a Christo, ut sit gratiae signaculum & instrumentum, sed est suapte natura egregius actus virtutis charitatis & fortitudinis, defensoriusque fidei, cui ratione meriti, ut reliquis virtutum officijs gratia respondet, licet longe quam alijs copiosior. Secundo probatur, quia martyrium non confert gratiam ex opere operato omnino ad modum sacramenti. Haud. n. supra illam quae martyri pro modum meriti debetur alius adhibetur gradus, ut in baptismum, ubi praeter meritum suscipientis, ut dist. 1. quaest. 3. explanauimus, confertur gratia virtute operis, tamquam instrumenti passionis Christi. Quod non perspexit Maioris quando dixit martyrium ex opere operato conferre gratiam. Nihil enim ex opere operato, adiungitur, nisi detur supra rationem meriti. Tertio arguitur. Martyrium characterem non imprimit, nec constituit hominem Christianum, si alias non fuit baptizatus. Alias si postea ille lethaliter vulneratus, per miraculum viueret, non teneretur amplius ad baptismum aquae, quod est erroneum. Quin uero si martyrium imprimeret characterem, pariter eundem im-

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quin primeret

primeret, quanuis qui patitur, obicem opponeret peccati mortalis. Nam baptismus etiam si obex gratiae oblit, vt infra videbimus, characterē imprimit. Hęc autem omnia sunt planē concessu absurda. Præterea quartò contra ipsum arguitur. Si martyrium esset sacramētum, plura essent sacramenta quàm septem contra ecclesię traditionem. Nā solutio eius videlicet, martyrium connumerari baptismo, nulla est, tum quòd si modò actus fortitudinis institueretur, vt esset sacramentum remissiuum originalis, nihilominus profecto differret à baptismo, cum ergo martyriū sit talis fortitudinis actus etiam differt. Tum quòd si circuncisio modò simul curreret cum baptismo quanuis eūdem haberet effectum, diuersum tamē esset sacramentum. ¶ Fit ergo ex his consequens martyrium nō supple re vicem baptismi ex opere operato tanquam sacramentum, sed per modum meriti. Neque in hoc differt à baptismo flaminis. Differt tamen ab illo (vt argumentum supra factum dissoluamus) quòd baptismus flaminis debet esse conuersio in Deum per detestationem peccatorum, aut per propositum bene viuendi dum quis primo venit in vsum ratiōis: martyrium autem nunquā talem detestationē requirit, sed hūc solūm actum, volo mortem pro Christo per peti, hic enim cum ipso exteriori opere sufficit ad plenissimam indulgentiam omnium peccatorū quoad culpam & pœnam, si nō opponatur obex complacentiæ alicuius criminis. ¶ Atque hinc sequitur aliud discrimen, quòd reliqui actus, qui sunt baptismi flaminis non remittunt semper totā pœnam nisi habito respectu ad maiorem minorem ve ipsorum intensiōem, martyrium autem quacunq; charitatis affectione offeratur plenissimum hunc sortitur effectum: nā volitio mortis pro Christo pro summa reputat charitatis excellentia. Hoc patet, quoniā ecclesiā, vt quęcunque martyrem catalogo sanctorum ad scribat, nullum aliud experimentum explorat, quàm quòd Christo passus est. Idem confirmatur ex Augustin. libr. 13. de ciuita. Dei cap. 7. dicentis, quòd quicunq; non percepto generationis lauacro pro Christi confessione moriuntur:

Quomodo
martyrium
baptis. flami
nec differat.

August.

tantum eis valet ad dimittenda peccata, quātū si lauarētur sacro fonte baptismatis. Qui enim dixit. Nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua &c. dixit. Qui me cōfessus fuerit coram hominibus, cōfitebor & ego eum corā patre meo, &c. ¶ Arguitur ad idem etiā ratione. Qui diligit Deū, diligitur à Deo Ioan. 14. sed maiorē charitatē nemo habet, quā vt animā suā ponat p̄ amicis suis: ergo propter solū amorē Dei expressum in martyrio quis diligitur à Deo. Id idē demū sancitur de cōsecr. d. 4. can. Catechumenū. vbi ex p̄fesso ex verbis Aug. ad Fortunatū p̄batur q̄ per martyriū cōfertur gratia eodē modo quo p̄ baptismū.

ARTICVLVS. XII.

Utrum baptismus sanguinis sit omnium potissimus



SVBSEQUITVR tādem vt hæc inuicem baptismata conferendo, exploremus quis sit potissimus. Et affirmatur vnica bimebris conclusio. Baptismus flaminis est potior & perfectior baptismo aquæ: baptismus verò sanguinis ambob⁹ excellentior. Probat̄ur primò ex Augu. ad Fortunatū vbi ait. Baptizatus cōfiteatur fidē suā coram sacerdote: martyr corā persecutore quod difficilius est. Ille post confessionē aspergitur aqua (quod est suaue) hic sanguine (quod est acerrimū) ille per impositionē manus pontificis recipit spiritū sanctū, hic templū efficitur spiritus sancti, quod magis est honorificū. Secūdo probatur ratione. Illud baptisma est excellentius in quo excellentius diuinę causę operatur: tale autē est martyriū: ergo est excellentius. Probat̄ur minor, nā baptism⁹ flaminis & sanguinis, eo sic appellatur, qđ supplet vicē baptismi aquę, at licet tā passio quā spiritus sanct⁹ ad oīa tria cōcurrat, excellentius tamē ad baptismū flaminis, sed excellentissimē ad baptismū sanguinis. Passio nāq; cōcurrit in baptismo aquę per modū figuralis cuiusdā representationis quia p̄ ipsum cōsepelimur Christo qđ representatur in aqua materiali. In baptismo verò flaminis cōcurrit p̄ spirituale affectionē ad eandem passionē, dignior autē est affectio, quā representatio. Sed in martyrio per operis imitationē, quia

Conclusio.

Expositio ar
ticuli.

2. argumen.

3. argumen.

verè martyr moritur, quod est omnium potissimum. Similiter etiam virtus spirit⁹ sancti in baptismo aquæ operatur per latentem virtutem actionis aquæ: in baptismo verò flaminis per cordis commotionem, quod est dignius: sed in baptismo sanguinis est potissimū dilectionis affectum, pariter & effectum secundum illud Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. ¶ Plurimiq; doctorum, vt Alex. 4. par. q. 22. memb. 5. Bonauen. præsentī dist. ar. 1. q. 2. & Durand. q. 8. & Palu. q. 3. nullum horum baptismatum dicunt simpliciter alijs antecellere: sed habere se omnia, vt excedens & excessum. At verò cum cōparatio debeat fieri in ijs, quæ rebus cōparatis per se conueniunt, profecto simpliciter est cum D. Tho. sentiendum, vt baptismus flaminis sit simpliciter perfectior aqueo, & martyriū vtroq; propter rationem præfatam, nā quod per se conuenit his baptismatibus est, quòd sunt spiritus sancti, Christi q; passionis instrumenta: perfectio autem instrumenti simpliciter attenditur penes modum, quo à principali agente mouetur: cum ergo tā passio quàm spiritus sanctus excellenti⁹ per baptismum flaminis quàm aque mo ueat, & excellentissimē per baptismum sanguinis, ille est excellentior, & hic excellentissimus. ¶ Accedit ratio solutionis. 2. arg. quod est huiusmodi. Baptism⁹ sanguinis non valet sine baptismo flaminis, qui est per charitatem iuxta illud. 1. Corint. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nō habuerō, nihil mihi prodest: baptismus autem flaminis sine baptismo sanguinis valet: ergo baptismus sanguinis est perfectior. Et respondet, argumentum potius contrarium conuincere: nam eò quòd baptismus sanguinis præsupponit baptismum flaminis, illumq; includit, nec solūm quencunq;, sed præstantissimū charitatis actum, cui super addit præstantissimum externum opus: fit vt sit illo præstantior. ¶ Et ad idem adijcitur solutio tertij: quod est huiusmodi. Sicut baptismus aquæ habet efficaciam à passione Christi, ita & passio Christi ab spiritu sancto, secundum illud Hebr. 9. Sanguis

Christi qui per spiritum sanctum obtulit semet ipsum pro nobis, emundauit conscientiam nostram. Ergo cum baptismus flaminis sit proprium instrumentū spiritus sancti: ille est potior. Respondet quòd etiam baptismus sanguinis non solūm est instrumentum spiritus sancti, vt visum est, verum & eminentius motum. ¶ His demum rationibus accedit, quòd præstantia baptismi penes eius effectum est pensanda: longē autem copiosius cōfertur gratia per martyrium, quàm per baptismum aquæ: vel aliud baptisma flaminis: nam quò quis maiore charitate diligit, maiore diligitur, atque adeò cum maiore charitate diligit martyr, quàm baptizatus (imò gratia baptismalis est minima) & pariter martyrium remittit culpā omnem & pœnam, quare maiorē tribuit lauream gratiæ, super quam adiungit laureolam triumphi: est ergo simpliciter præstantissimum baptisma. ¶ Qui autē dicunt baptismum aquę alijs præeminere, primum argumentum faciunt, quod est hic etiā Sancti Thomæ primum. Est enim sacramentum imprimēs characterem, ac proinde simpliciter in præcepto, quod alijs non cōuenit. At verò Sanct. Thom. respondet, comparationem non fieri in ratione sacramenti, vt potè quæ non est omnibus communis sed peculiaris baptismi aquæ, sed in eo quòd omnia sunt instrumenta passionis & spiritus sancti. ¶ Alex. autē & reliqui arguūt, quòd baptismus aquæ sit præstantior tū quòd cōfert gratiam remittentē mortale & veniale: baptismus autem sanguinis non, sed cōseruat gratiā, quam homo per actū interiorē adipiscitur, & remittit veniale. Hoc autē est falsum, quia licet martyrium sine intrinseca charitate non mereatur gratiā, nihilominus vere illā meretur: nā actus exterior & interior pro eodem reputantur: actus enim exterior nō est nisi cōsumatio interioris. Quis enim neget per opera exteriora virtutum homines mereri incrementū gratiæ? Quod autē addūt baptismum aquæ plures saluare, quàm martyrium, hoc est accidētarium, quia pluribus applicatur. ¶ Sed arguūt etiam quòd baptismus flaminis præstet baptismum aquæ & sanguinis,

Alex.

Primum ar
gumentum.
contrariū est.

Alex.

Arg. de bap
tismo flami.

nis, quia est iterabile remedium contra peccatum, cum nec baptismus nec martyrium iterentur. Hoc autem nihil est, imò propterea baptismus & martyrium nō sunt iterabilia, quia perfectius repræsentant passionem Christi. ¶ Vnum autem argumentum posset sciolos fallere. quòd baptismus aquæ sit perfectior baptismo flaminis, eò quòd semper remittit culpam, & totam pœnam: baptismus vero flaminis sæpe relinquit aliquid pœnæ per satisfactiōem expiandum. Respondetur autem, baptismum quoq; flaminis totam pœnam suapte natura remittere si cōpletam habeat intensiōem, sed quia ab illa nonnunquam deficit, nō semper totam abstergit, sicut baptismus sanguinis, qui eò quòd est volitio mortis totam delet.

Argument.

D I S T I N -
ctio. 4. de mini-
stris baptismi.

Cap. j.



DE sacramentorum quidem ministris in genere satis superq; distinctione prima scriptum reliquimus. De illis ergo, qui baptismi sunt peculiare: facilima erit consideratio. Ministri quippe sacramenti huius post Episcopos sunt ex officio omnes presbyteri, non tamen diaconi, aut subdiaconi. Sententia Isidori est in Epistola ad Ludifred. & lib. 2. de officijs. Atque adeò Gelasij Papæ in Epistola ad Episcopos per Siciliam & Laconiam constitutos. Presbyteri enim eò quòd potestate funguntur consecrandi corpus Christi ve-

25. d. ca. Per
lectis.
De consecra.
d. 4. ca. Con-
fir.
93. d. ca. Dia-
cones.

rum, eadem subsequenter per baptismum possunt homines ad eip corpus mysticum admittere. Diacones vero, quia vt nomen ipsum Grace admonet, non sunt, nisi sacerdotū administri, id nisi in necessitate nequeunt.

¶ Quin etiam laici, vt ibidem ait Gela. cuiuscunq; sint sexus ordinis & sectæ ob vrgentē necessitatē idē valent sacramentum absq; solennitate exhibere. Nam in Christo Iesu, vt ad Gala. 3. ait Paul. non est masculus & fœmina, Iudæus & Græcus. At qm̄ vt. i. Corin. ii. idē ait Apostolus, caput mulieris vir est, & viri Christus, neq; in præsentia viri mulieri baptizare fas est, neque verò laico, si sacerdos adsit. Qui autem laicus extra necessitatem eiusmodi munus vsurpat, lethale sacrilegium cōmittit. Et qui ab illo tūc recepit, si modo ad vsū rationis peruenerit, simili se culpa commaculat. Quapropter characterem quidem suscipere potest, gratiam verò non item.

¶ Plures aut si vnū baptizare cōtendant, dūmodo & vterq; materiā applicet, & legitimam formam simul proferat sacramentū quidem perficiūt, veluti si plures eandē hostiā consecraret. Tamen si turpi cōtentionis culpa deturpētur. Si aut sicut partiales se ingerat, vt nō vterque seorsum, sed ambo cōplexim id facere cōtendant, sacramentū nō cōficitur. Quare mutus & mā-

Cap. ij.

Paul. Gal. 3.

I. Cor. ii.

Cap. iij.

cus

Cap. iij.

Diony. lib. 2.
eccl. hierar.

August. in
serm. Pasch.

cus vnū simul baptizare nequeūt. ¶ At neq; solo baptizate opus est, sed & susceptorem, qui neophytum de fonte leuet, interesse oportet, vt Diony. 2. lib. ecclesia. hierar. autor existit. Est enim baptismus spiritualis regeneratio: ac subinde pēdagogo regeniti indigēt, qui nutricis instar lacte eos Christiano lactet, & ceu patronus erudiat. Quo fit, vt susceptor ille affinitatem quandam cum clientulo suo contrahat. Atq; adeo subsequitur vt ipsum in necessitate debeat doctrina articulorum fidei mandatorumq; de calogi, atque horum similibus imbuere & instruere, dicente in quodam sermone paschali Augustino. Vos ante omnia tam viros quàm mulieres, qui filios in baptisate suscepistis, mo neo, vt vos cognoscatis fideiufores apud Deū extitisse p̄ illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere.

D I S T I N C T I O . 4 .
Quæst. vnica de ministris
baptismi.

S. Tho. 3. par. q. 67.

ARTICVLVS. I.

Vtrum ad officium presbyterorum pertinet baptizare.



DE sacramentorū ministris vt in textu habetur multiplex est consideratio: vna scilicet, generalis de ministris vniuersorū, quā quidem considerationē fuse d. i. q. 5. tractauimus, vbi cuncta, quæ de re illa ventilari solent, pro virili no-

stra discussimus. Aliæ verò sunt particulares de cuiuslibet sacramēti functione. Quare post illū tractatū minime hic de ministris baptismi superfluit. In hac autē distinctione ordinē Magistri Sentent. S. Thomæ secuti, eò deseruimus, q̄ ipse prius in, d. 4. de effectibus baptismi disputauit post verò in. 5. & 6. de ministris, & permixtim de suscipientibus baptismi. Cū tamē lucidus legitimusq; ordo secundū naturam deponat, vt post constitutam baptismi substantiā, quæ materia & forma constat, de causa eius, hoc est, de ministris, mox de subiecto, puta de suscipientibus, ac deniq; tertio de eius effectibus differatur. Attamē quoniam isti articuli facillimi sunt, aliquos eorum in pauciores redegimus, neq; omnino ordine D. Thomæ, obseruato: nā forsā articulus secundus splendidius priorē locum obtinebit. Queritur ergo vtrum baptizare ad officium propriè presbyterorū pertineat, an verò etiam incumbat diaconis. Et respōdetur duabus conclusionibus. Prior Sicut ad sacerdotē pertinet consecrare eucharistiam (ad quod principaliter sacerdotium refertur) ita & ad proprium officium sacerdotis pertinet baptizare. Determinatio est canonū, perlectis. d. 25. & constat, de cōsecr. d. 4. qui sunt Isidori: & Diacones. 93. d. qui est Gelasij. Et ratio est, quia officium propriū sacerdotis est consecrare eucharistiā, & ideo Christus in cœna eos ordinauit. Illud autē sacrosanctum sacramentū est vnitatis & pacis secūdū illud. i. Cor. 10. vnus panis & vnū corp⁹ multi sum⁹, oēs qui de vno pane & calice participamus: per sacramentū autē baptismi fit homo particeps illius vnitatis, fitq; subinde ei ius accedēdi ad mēsam Domini: ergo sacerdos, cui incumbit porrigere populo bucellā, officium habet baptizandi. Eiusdem enim causæ est totum facere, & partes ad ipsum totū disponere. ¶ Posterior conclusio. Ad diaconum non pertinet quasi ex proprio officio tradere sacramentū baptismi, sed in eius collatiōe & aliorū sacramentorū assistere & ministrare maioribus. Cōclusio est eiusdē Gelasij papæ in prædicto can. Diacones. quem hic citat Diuus Thom. Diacones enim, inquit, propriam constituumus obseruare mensuram. Absq; episcopo

Prior Concl.

Poster. Concl.

scopo vel presbytero baptizare non audeant. Nisi praedictis ordinibus fortassis longius constitutis necessitas extrema compellat: quod etiam laicis Christianis facere plerumque conceditur. Et probatur ratione ex ipso nomine elicita. Vt enim autor est Dion. cap. 7. coelestis hierar. potestates coelestium ordinum (ac perinde ecclesiasticorum officia) ex eorum nominibus accipiuntur: diacones autem Graece idem est, quod Latine ministri, a diacono quod est, ministro: ergo eorum officium non est sacramentum perficere sed ministerium prestare tam in sacramento eucharistiae, quam in reliquis. Idem confirmatur auctoritate Isido. eo. c. Constat. ubi ait quod baptisma non a diaconibus sed a sacerdotibus est tractandum. 25. d. c. Perlectis. idem Isidorus ait ad diaconum pertinere assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quae aguntur in sacramento Christi, ut in baptismo, chrismate, & patena & calice in altari, &c. Prior conclusio planissima est. Et pari ratione probatur officium esse presbyteri absolueri a peccatis, & in extremis ungere infirmos: nam vnum ad susceptionem eucharistiae disponit, atque alterum reliquias expurgat peccatorum, quae in peccato relinquantur. Secus autem de sacramentis confirmationis & ordinis, ut suis locis videbimus. Vnum autem adnotandum est, quod solenniter baptizare nemo alius valet quam plebanus in sua parochia, nisi vel ex privilegio, vel ex plebani facultate.

Argument. Neque verò posterior conclusio aliquid offert, quod adnotare debeamus, nisi vnum argumentum, quod ex ordinatione diaconi elicit hic Caiet. In expositione namque officiorum eius dum ordinatur, habetur. Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare, & praedicare. Vbi insinuat in altari debere diaconos esse sacerdotis ministros, in baptismo vero baptizatores. Ad hoc Caiet. respondet, illis tribui potestatem baptizandi ex commissione episcopi vel presbyteri ex qua etiam possunt praedicare. Id probat ex can. Diacones. quem citat tanquam Pelagij, de consecratio. d. 4. Non autem est nisi Gelasij in epistola ad Episcopos per Siciliam & Laconiam constitutos cap. 9. & referatur. 93. dist. Neque illic habetur nisi quod

absentibus episcopo & presbytero possint in extrema necessitate baptizare, quod etiam laicis conceditur. Idque Isidorus. can. Constat. de consec. dist. 4. Neque sanctus Thom. eis aliquod aliud singulare privilegium adscribit, ut patet in solutione tertij. Quod enim de beato Laurentio legitur plurimos baptizasse, dicit hoc illi fuisse permissum in absentia maiorum urgente necessitate, quod quidem possunt Laici. At verò quamvis in iure hoc non sit expressum, non tenuis ex eorum ordinatione sumitur coniectura plus quidpiam praeter laicos habere. Forte enim in primitiva ecclesia, ubi raritas erat sacerdotum, & multitudo baptizandorum: committebant episcopi, aut etiam presbyteri diaconibus, ut solenniter baptizarent, quod laici non possunt. Iam verò in tanta copia sacerdotum vsus ille aboleuit. Quamvis forsitan in insulis, ubi rarissimi essent sacerdotes: non esset absurdum id ipsum fieri.

Primum argumentum Sancti Thomae aduersus priorem conclusionem est hoc. Sub eodem praeepto Christus iniunxit Apostolis Mat. 28. baptizare & docere, & praedicare, sed docere quia est perficere episcopi officium est, ut tradit Dionysij. quinto & sexto capit. ecclesiasticae hierar: ergo ad episcopos tantum pertinet ex officio baptizare. Respondet autem duo. Primum quod cum vtrumque apostolis commiserit, quibus episcopi succedunt (dist. 68. can. Quorum vices) vtrumque eis incumbit. Secundum est, quod officium praedicandi commisit apostolis tanquam per ipsos exercendum, eo quod sit excellentissimum sapientiae munus. Vnde Actuum. 6. ipsi dixerunt. Non est aequum derelinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis: officium autem baptizandi, ad quod non illa exigitur sapientia, commisit eis, ut per alios exercerent, vnde Apof. 1. Cor. 1. Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. In cuius signum, ut Ioan. 4. legitur, Christus non baptizabat: sed discipuli eius.

Caue. Caue autem ne hoc sic intelligas, ut presbyter noua commissione episcopi indigeat ad baptizandum, postquam est sacerdos sed dicuntur episcopi per presbyteros baptizare, quia presbyteri sunt eorum adiutores a quibus proinde tum ordinem

*Coniectura.**Primum argumentum, S. Thom.**Caue.*

recipiunt, tum etiam parochiarum iurisdictiones. Nota actum praedicandi ob id conuenire episcopis, quod praedicare est perficere: quare supponit personam iam perfectam: status autem episcoporum est status perfectionis, id est, eorum, qui iam sunt perfecti. Vnde sicut ignis, quia perfecte calidus, virtutem habet propriae calfaciendi, sic episcopi praedicandi: religiosi autem sunt in statu perfectionis tantam tendentes in perfectionem. Quibus potius idcirco competit perficere, quam perficere. Attamen iam non modo omnes presbyteri curati in suis dioecesibus, verum religiosi ex indulto apostolico praedicare possunt, ut patet in Clem. Dudu. de sepultur. Secundum argumentum est. Ad principes, quales sunt in ecclesia episcopi, pertinet quaeque in rem publicam admittere, sed per baptismum homines adscribuntur Christianae reipublicae: ergo solis episcopis congruit ex officio baptizare. Solutio autem est, quod ad principes maiora attinent in republica, ut creare auratos equites, comites & duces: ad eorum autem praetores qui sunt eis auxiliari, creare minora officia: & ideo episcopis incumbit sacerdotes ordinare. Per sacramentum autem baptismi non admittuntur homines nisi ad infimum gradum in populo Christiano, quos ideo sacerdotibus congruit baptizare. Tertium argumentum nullius est momenti. Primum autem contra secundam conclusionem est hoc. Simul Dominus Mat. 28. iniunxit officium docendi euangelium, hoc est praedicandi & baptizandi: sed ad officium diaconi spectat praedicare, ut constat ex eius ordinatione: ergo baptizare. Respondetur ad diaconum non pertinere ex officio aliter euangelizare, quam catechizando catechumenos hoc est, docendo articulos fidei, & alia quae ad Christianismum sunt necessaria. Praedicare verò hoc est, euangelium docere & interpretari est officium proprium episcopi, quod & curatis etiam presbyteris competit in suis parochijs. Quod etiam, ut recte ait Caiet. diaconibus, dum modo egregiae sint eruditionis & auctoritatis committi potest: ut Vincentio martyri legimus a Valerio commissum. Secundum arguitur. Ad officium diaconi pertinet purgare,

*2. argumen.**3. argumen.**2. argumen.*

vt. 5. ca. coelestis hierar. autor est Dionysius. purgatio autem effectus potissimum est baptismi, secundum illud ad Ephes. 5. Mundans eam lauacro aquae in verbo vite: ergo diaconi est baptizare. Respondetur ad minorem, quod baptismi non solum est purgare, sed etiam illuminare, ut idem Dionysius ait illic cap. 2. & ideo non competit nisi sacerdoti cuius est illuminare. Diaconi autem munus est purgare: tam praeparando catechumenos ad baptismum, quam immundos a sacris repellendos.

ARTICVLVS. II.

Vtrum laicus possit baptizare.

Maliorum sacramentorum laicus non permittatur esse minister, merito dubitatur an sit in baptismo admittendus. Et respondetur quatuor conclusionibus. Prima. Laicus potest baptizare. Quae quidem conclusio canonibus supra citatis Gelasij & Isidori definita est. Cuius utique ratio ex supra premissa necessitate ducitur: spectat enim ad misericordiam Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, ut in ijs, quae sunt maxime ad salutem necessaria: proutissima provideat remedia: inter omnia autem sacramenta baptismus est maxime necessarius: nam neque paruuli aliud prorsus habere possunt remedium suae salutis: neque adulti possunt aliter quam per ipsum plenam remissionem consequi quantum ad culpam & poenam: ergo concedens fuit, ut quemadmodum materia eius est aqua cuius vsus vbique haberi potest facillime, sic & minister esset quicumque hominum, quamuis nullis ordinibus initiatum. Secunda conclusio. Sicut masculus laicus tanquam minister Christi, ita & foemina in necessitate baptizare potest, ut habet decretum Urbani papae. 30. q. 3. can. Super quibus. ubi ait, ut baptismus sit, si instante necessitate foemina puerum in nomine sanctae trinitatis baptizauerit, hoc est, patris & filij & spiritus sancti. Et idem decernitur can. Mulier. de consuetudine. dist. 4. Ratio autem est quia Christus est, qui principaliter per ministros baptizat, secundum illud Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendentem, &c. hic

*1. conclusio.**2. conclusio.*

Q 4 est,

est, qui baptizat, in Christo autem, ut habetur ad Colo. 3. non est distinctio masculi & femine, ergo utrunque sexum potuit Christus in ministrum eligere. **¶** Tertia conclusio. Non debet mulier baptizare si adfit copia viri, sicut nec laicus presente clerico in sacris: nec alius clericus presente sacerdote, quia (ut i. Cor. ii. legitur) caput mulieris est vir, & caput viri Christus: quem clericus & maxime sacerdos representat. **¶** Quarta conclusio. Sacerdos vero potest in presentia episcopi baptizare: eò quòd sibi ex officio incumbit.

Expo. artic.

¶ Conclusio prima facillima est more & usu compertissima. Quòd autem ait D. Tho. non aliter adultos quam per baptismum posse obtinere veniam quoad culpam & poenam, sanè intelligito. Apparet enim falsum cum non solum per martyrium eadem plena fiat remissio, verum & nonnunquam per baptismum flaminis, quando est egregie intensus, qualem habuit Iatro in cruce pendens, & Magdalena. **¶** Caietanus ergo respondet, intelligi de integro baptismi effectu, qui includit characterem, hunc enim alia baptismata non imprimunt. At verò S. Tho. non videtur ad characterem annuere: quoniam duntaxat loquitur de plena remissione culpæ & poenæ. Ob idque fortassis nihil aliud dicere voluit, quam quòd etsi per martyrium idem effectus obtineri possit, illud est quando facultas baptismi haberi non potest, quare ex hoc etiã capite concluditur, materiam eius & ministrum debere esse ubique in promptu. Præterquam quòd oportunitas martyrii quam rarissime usu venit, sicut & baptismus flaminis, qui ut culpam & omnem poenam remittere queat debet esse tam excellenter intensus ut vix unquam contingat. Baptismus autem sola intentione ecclesiæ susceptus id præstat. **¶** Nihil ergo restat adnotandum, nisi quòd quemadmodum dist. præcedenti ar. 9. admonuimus re laico neutiquam licet, nisi in extrema necessitate baptizare, ut in can. Diacones, dist. 93. & can. In necessitate, de consecratio. distinct. 4. cautum est.

Cautum.

Notandum de laico baptizante.

i. argumen.

¶ Primum argumentum Sancti Thomæ est. Mulieri non permittitur docere secundum illud primæ ad Corinthios decimo quarto. Turpe est mulieri in ecclesia loqui. Et secundum aliud primæ ad

dinis committi nequeunt non ordinato. Respondetur, baptizare solenniter esse proprium sacerdotum, quòd laico permittendum non est: secus sine solennitate, quia non est de necessitate sacramenti. Quòd fit, ut distinct. præcedenti admonuimus, quòd si laicus extra necessitatem baptizet, nihilominus tenet sacramentum: neque est iterandum, quanuis laicus ille peccet quidem: ut bene admonet Sanctus Thomas. Quòd si scisciteris quantum esset peccatum, mortale scilicet an veniale, respòsum vsq; ad articulum proximum expecta. **¶** Secundum argumentum. Maius est baptizare, quam exorcizare & catechizare: hæc autem laicus facere non potest: ergo nec baptizare. Negatur consequentia, quia baptizare non conceditur laico quia minus, sed quia est magis necessarium. Reliqua vero pertinent ad solennitatem, quæ non spectat ad laicum.

2. argumen.

¶ Circa secundam conclusionem notato omnem utriusque sexus, ac perinde hermaphroditum & quæcunque posse baptismi esse ministrum, ut articulo subsequenti iterum repetemus. **¶** Circa tertiam verò dubitare quis posset, quanta esset culpa ordinem illum pervertere, ut inferior in presentia maioris sese ingereret ad baptizandum. Respondetur, quòd mulierem in presentia laici viri baptizare, nunquam est mortale. Quoniam cum laicus minime habeat ex officio id, non usurpatur eius munus, sed est quædam indecentia venialis, eademque leuissima, imò aliquando nulla, ut si obstetrix peritior sit baptizandi quam rusticus, qui forte adest. Pari ratione non erit mortale, si laicus presente diacono baptizet quoniam nec diacono illud ex officio incumbit, sed est veniale. In presentia autem sacerdotis grauius esset dubium, eò quòd usurpatur id quòd ad eius officium attinet. Et ideo profectò saltem renuente sacerdote cõseretur pernicacia: mortalis, tamen cum baptizatio non fiat solenniter, non est admodum grauis.

i. argumen.

¶ Primum argumentum Sancti Thomæ est. Mulieri non permittitur docere secundum illud primæ ad Corinthios decimo quarto. Turpe est mulieri in ecclesia loqui. Et secundum aliud primæ ad

ad Timotheo. 2. iam citatum. Quòd etiã decernitur in concilio Carthaginensi, & refertur de consecra. dist. 4. can. Mulier: sed pariter Christus dixit. Docete & baptizate: ergo neque foeminis permittitur baptizare. Respondetur autem, quod sicut mulieri non permittitur solenniter docere, ita nec solenniter baptizare. Sed sicut in necessitate ei conceditur priuata monitione aliquos instituere, sic & priuatim baptizare. Atque ad idem ferme pertinet secundum argumentum cum sua solutione. **¶** Tertium vero est. In baptismo aqua se habet ut maternus vterus generationis (ut Aug. ait super illud Ioan. 3. Nunquid potest homo in ventrem matris iterato introire & renasci?) baptizans vero gerit viri vicem, quòd foeminæ competere nequit. Respondetur, quòd in generatione carnali, quia vterque sexus operatur secundum propriam naturam, non potest foemina vices supplere viriles: in generatione vero spiritali baptizans non vtitur virtute propria, sed Christi, quæ utriusque sexui communis est. Subdit autem id quòd præcedenti art. de laico dixerat, nempe, quod etiam si extra necessitatem baptizaret foemina, sacramentum valet, nec est iterandum. Peccaret tamen non solum ipsa baptizans, verum & omnes, qui ad hoc operarentur, & baptismum ab ea suscipiendo si essent adulti, & quidem mortaliter si solenniter baptizaret, & sanè impudentius quam si esset vir, imò citra solennitatem peccatum esset mortale, ut art. statim subsequenti monstrabimus.

ARTICVLVS III.

Utrum non baptizatus possit sacramentum baptismi conferre.



MERGIT autem ex supra dictis grauiusculum dubium, utrum non baptizatus possit baptizare. Quòd quidem Diuus Augustinus

2. lib. contra epistolam Pammeniani cap. 13. indicium reliquit. Cum enim in cunctis libris contra Donatistas contendisset baptismum ab hæreticis collatum esse verè sacramentum, neque esse iterandum: nihil

minus dixit. Hæc quidem alia quæstio est, utrum ab ijs, qui nunquam fuerunt Christiani, possit baptismus dari: nec aliquid temere inde affirmandum est, sine autoritate tanti consilij, (nisi legendum sit concilij) quantum tantæ rei sufficit.

Conclusio. 1.

Nihilominus affirmatiua cõclusionem respondetur, cui altera adhibetur. Est, inquam, prior conclusio. Potest etiam non baptizatus baptizare. Post seculum enim Augustini ecclesia hanc decreuit, suscipitque dubio procul tanquam necessariam, & indubitabilem veritatem. Suscipit enim primum sententiam Isidori. cano. Romanus. de consecra. distinctio 4. ubi ait. Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit, qui baptizat. Extat & sententia Nicolai papæ ad consulta Bulgarorum. cano. statim proximo. A quodam Iudæo. Vbi decernitur quòd qui nomine sanctæ trinitatis: videlicet, patris & filij & spiritus sancti baptizati sunt ab illo, qui nesciebatur Iudæus ne esset, an Christianus, non essent rebaptizandi. Idemque in concilio Florentino. Et ratio conclusionis est, necessitas suprema baptismi, quæ sicut vulgatissimam materiam, ita & quæuis mortalium, si sit metis compos, in ministrum admittit. Quo fit, ut sententia Gregorij cano. Quos a paganis. eadem distinctio. ubi ait. Quos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuo baptizem in nomine trinitatis mādamus, intelligenda sit, eò quòd non erant baptizati in nomine trinitatis, ut suo ipse verbo denotat. Subsequitur eiusdem cõclusionis appendix, quòd duo se possunt pagani mutuo baptizare. **¶** Posterior conclusio. Si verò extra articulum necessitatis id facerent, vterque peccaret grauius: scilicet tam baptizans quam baptizatus, ob idque impediretur effectus sacramenti, qui est gratia, quippe cuius obex est peccatum mortale. Ellet nihilominus verum sacramentum characterem imprimens.

Conclusio. 2.

¶ Prior conclusio disputatione non eget. Sed hoc tantum ex istis articulis est eliciendum, quòd dist. i. art. 5. constituimus. Omnem scilicet hominem, nemine ex vniuersitate humana excepto, posse baptizare: dum

Expo. artic.

dummodo sit sanæ mentis, vt intentio- nem habeat ecclesiæ, & mēbris polleat, quibus & formam proferat, & opus exer- ceat: nempe, linguam & manū. ¶ Circa se- cundam verò disputandū illud dubium est, quod ex duobus articulis præceden- tibus huc vsq; reieciimus, scilicet vtrum laicus baptizans extra necessitatem pec- cet mortaliter, atq; adeo qui à laicis bap- tizantur, & eis cooperantur. Ac perinde circa præsentem conclusionem idem dis- putandum de baptizato à Pagano extra eandem necessitatem. Caieta. enim hic, quia multa dubia in vnum confarcinat, minus lucidè ad singula respondet. Ait quippe laicum quancumq; siue in ne- cessitate, siue extra solenniter baptizet, peccare quidē mortaliter: sed tamē absq; solennitate extra necessitatē baptizādo dummodo citra contēptum id faciat & præsumptionem, sed credens se bene fa- cere, nō peccare mortaliter. Probat, quia grauius est quempiam seipsum baptiza- re, quàm baptizare alium extra neces- sitatem, Nihilominus Innocē. in cap. De- bitum. de baptis. eum, qui se ipsum bap- tizauit adeo excusat, vt dicat ipsum euo- lasse ad cælos: ergo à fortiori laicus excu- satur baptizans sine necessitate. Quin etiā eos, qui à Pagano extra necessitatem baptizantur, excusat à peccato mortali, si bono corde id faciant. Glossatq; subin- de assertum. D. Thomæ (quo ait impedi- ri effectum baptismi) quod intelligatur de plenissimo effectu quoad culpā & pœ- nam, qui quidem per venialem etiam cul- pam impeditur. ¶ At verò hæc sententia Caiet. vel sanè intelligenda est, vel nō est tolerāda. Igitur vt perspicua fiat respon- sio, membratim per has cōclusiones res- pondendum arbitror: supposita prius ta- men distinctione, quod aliud est opus ali- quod per se esse peccatū, aliud verò pos- se ignorātia inuincibili excusari. ¶ Sit er- go prima cōclusio. Laicum solēniter bap- tizare, siue in necessitate, siue citra, sem- per est mortale sacrilegiū. Est enim vsur- patio sacerdotalis muneris. Imò eius mo- di baptizator fieret irregularis, vt habe- tur de clerico non ordinato, cap. Siquis. De hac autem conclusione nemo est qui dubitet. ¶ Secunda cōclusio. Laicum, vbi nulla imminet extrema necessitas, etiā

Caietanus.

Sententia au-
toris.

Prima cōclu-
sio.

Secunda con-
clusio.

absq; solēnitate baptizare, genere suo est peccatū mortale, licet minus graue. Sen- tentia est Ricardi. in 4. dist. 5. art. 4. quæst. 1. Quin verò Palud. dist. 5. quæst. 1. & Syl- uest. verbo. Baptismus. 3. arbitrantur tūc quoq; baptizantem incurere irregulari- tatē, quod & ego ipse vehemēter opinor, quoniam cap. citatum nihil meminit de solennitate. Quare glo. dicit, q̄ quicunq; baptizauerit quasi ex officio est irregularis. Vnde neminem excipit nisi baptizan- tem in extrema necessitate. Nā qui bap- tizat extra necessitatem, baptizat quasi ex officio. Enimuerò cū baptizare sit pro- prium officium sacerdotis, quod quidem ius sola summa necessitas tribuit laico, v- bi illa non intercedit, ille baptizat quasi ex officio. At quicquid de irregularitate sentias, confirmatur cōclusio quoad pec- catū mortale. Si religiosus, aut quiniis sa- cerdos in aliena ecclesia sacramētum ali- quod administraret sine licētia episcopi vel parochi, peccaret mortaliter, vt pa- tet in can. Interdicimus. 16. q. 1. Quin ve- rō qui id præsumunt sunt ex communica- ti, vt apparet. in Cle. 1. de priuilegiis: quæ quidem pœna nisi ob peccatum mortale non imponitur: ergo & qui sine neces- sitate baptizat, prælato non consentiente (vt consentire non debet) pariter peccat mortaliter. Ad hæc baptizare in domo priuata est peccatum mortale, vt palam fit in clem. vnica. de Bapt. vbi sic bap- tizantes iubētur ab episcopo castigari, eti- am si sacerdos baptizaret: ergo à fortiori peccat laicus. In summa baptizare sine so- lennitate (sicut celebrare sine vestibus sacris) est peccatum mortale: ergo vbi ex- tremā necessitas celerem baptismū non exigit, etiam sacerdos peccaret sic bap- tizando: nedū laicus. ¶ Tertia conclusio. Tertia cōclu-
Siquis laic⁹ inuincibiliter ignoraret pos- se citra extremam necessitatem baptiza- re, excusaretur à culpa. Quod si hoc vo- luit dicere Caiet. nihil peculiare attulit: nam hoc generale est in omni culpa, in quam cadere potest ignorantia inuinci- bilis. Pari enim modo si accidere illic posset ignorantia inuincibilis, q̄ liceat laicis baptizare solenniter, excusaren- tur à culpa. Quocirca neq; illa restrictio- ne opus erat, q̄ tunc non peccatur mor- taliter, quoniam tanta esse potest igno- rantia,

Baptizans de-
mi castigat.

Tertia cōclu-
sio.

rantia, quod nec peccaretur venialiter: imo exurgeret meritū. Hac enim de cau- sa Innocē. eum excusat qui se ipsum zeli ardore baptizare conatus est, quem idcir- co dignum censuit, qui in cœlum euola- ret. ¶ Quarta conclusio. Qui baptizanti laico extra necessitatem extremam coo- peratur, peccat mortaliter, vt si pater in- fantem suum illi traderet baptizandum. Tunc autem non impediretur baptisma- lis gratia: quoniam infans ante vsuſm ra- tionis non peccat, atq; adeo nō opponit obicē. Sed si adultus sese laico subderet baptizandum, nisi ignorantia inuincibi- li excusaretur, mortaliter delinqueret, at- que adeo gratiam non reciperet, sed solū sacramenti characterem. Et multò id cer- tius accideret, si quis extra necessitatem exhiberet se pagano, à quo baptizaretur vt hic asserit D. Tho. Non, inquam, reci- peret effectum sacramenti. Quapropter glossa Caietani nihil ad rē facit: scilicet, quod nō reciperet totum eius effectum: quoniam si non interesset ignorantia in- uincibilis, citra dubium esset peccatum mortale, quare nec gratiam susciperet: & de hoc D. Thom. loquitur. Si autem talis adesset ignorantia, omnino excusans to- tus reciperetur effect⁹. ¶ Hic de illo mini- stro, qui non nisi per simoniam baptismū administrare vellet, disputatio se offe- rebat, vtrum liceret in extrema necessi- tate paruuli sacramentum ab illo pretio re- dimere. At verò quæstio hæc ad materiā simoniæ pertinet. De qua re D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. respondet, & nos lib. 9. de Iusti- tia & iure. quæstio. 6. articulo. 1. satis di- ximus. ¶ Argumenta D. Thomæ facilimè sunt so- lutionis. Primum est. Nemo dat quod nō habet: non baptizatus non habet sacra- mentum: ergo nec dare illud potest. Res- pondetur, q̄ cū baptizans non adferat nisi exterius ministeriū: Christus autē sit qui interius baptizat, potest nō baptiza- tus baptismū administrare: quia bap- tismus nō est illorū (scilicet ministrorum) sed eius, nempe Christi. Quod quidem verbum D. Tho. citat tanquā Nicolai pa- pæ, sed tamen nō est nisi Aug. cōtra Cres- centiū. & refertur de cōsec. d. 4. can. Si in- ter. ¶ Et similiter respōdetur ad secundū, quod est: non baptizātū, cum ad ecclesiā

Quarta con-
clusio.

Caietanus.

De baptismo
per simoniā.

Primum ar-
gumentum.

Secundum ar-
gumentum.

nō pertineat, non posse tanquam eius mi- nistrū baptizare. Respōdetur, inquam, q̄ quanuis ad ecclesiā non pertineat re (sci- licet fide) neq; fidei sacramento, pertinet tamen intentione & similitudine, quate- nus intendens facere quod facit ecclesia vtitur eius forma, atq; hoc pacto dicitur eius minister. ¶ Tertium argumentū est. Maius est sacramentum conferre quàm suscipere: nō baptizatus verò nequit alia sacramenta suscipere: ergo nec vllum cō- ferre. Respōdetur, quod reliqua sacramē- ta sicut nec recipere potest, ita nec cōfer- re: baptismum autem propter eius neces- sitatem permittitur vt conferat. Vnde li- cet conferre sacramenta solenniter, quia præsupponit potestatem ordinis, sit ma- ius quàm suscipere, tamē conferre bap- tismū tanquam ministrū extremæ neces- sitatis, minus est quàm ipsum suscipere.

Tertium ar-
gumentum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum plures possint vnum baptizare.



ACTENVS in hac quæ- stione dictum est simpliciter de ministris, qui nā esse pos- sint baptismi. Queritur ergo an plures possint simul concurrere ad vnum baptismum. Et S. Tho. sup- posito vno fundamento distinguit tres modos, quibus id possit contingere, ac subinde tribus conclusionibus respōdet. Fundamentum est, quod cū sacramen- tum baptismi virtutem habeat à forma, quam ideo Apostolus ad Ephes. 5. appel- lat verbum vitæ, ex forma ipsa perpen- dendum est an baptismus à pluribus col- latus sit validus. Possent ergo plures vnū baptizare, dicendo simul omnes. Nos te baptizamus in nomine patris, &c. Et sic dicunt quidam baptismum non valere, propterea quod mutatur forma ecclesiæ, quæ est. Ego te baptizo. Ratio verò isto- rum nullius est ponderis: quoniam mu- tatio formæ de se substantiam non tollit sacramenti, quandoquidem Græci verè baptizant, & nihilominus plus mutant formam nostram dicentes, baptizetur ser- uus Christi, quàm mutetur quando sin- gulare, baptizo, vertitur in plurale bap- tizamus. ¶ Nihilominus propter aliā ratio- nem

nem

Prima cōclu-
sio.

nem ponitur prima cōclusio. Baptismus sub illa forma à pluribus collatus, Nos te baptizamus, videtur non esse sacramentum. Probat. Homo non propria autoritate baptizat, sed vt minister Christi, eius vices gerēs: Christus autem, qui principalis est causa baptismi, vnus est: ergo & minister vnus baptismi debet esse vnus. Quod quidem apostolus ad Ephes. 4. significauit, dū de tribus asseruit vnū quodlibet debere esse vnū: scilicet, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Si ergo vnus Dominus est vnus baptismi, vnus debet esse minister. Quando autem plures dicunt. Nos te baptizamus, singuli asserunt se ministros, quod quidem videtur esse contra rationem huius mysterij, atque adeo talis contraria intentio videtur excludere substantiam sacramenti. Secūdo modo possunt simul duo ad vnū baptismū concurrere, non sub forma pluralis numeri, sed singularis, vt vterque dicat. Ego te baptizo in nomine patris, &c. Quod fieri contingeret quando duobus de possessione beneficij curati litigantibus vterq; vellet munus baptizandi sibi vēdicare. ¶ Et casus hic subdistinguitur.

Secunda con-
clusio.

Nam si alter alterum prolatione formæ præueniret, ait secunda conclusio. Qui prius formā profert, ille solus baptizat, idq; inde manifestum fit, qd ponit omnia quæ sunt de essentia sacramenti. Quare licet ille non haberet ius baptizandi, sed alter qui posteriùs profert verba, secundus ille esset sacrilegij reus, & tāquam reus baptizator puniendus. ¶ Tertia conclusio. Si autem simul omnino verba proferrent, & simul puerum mergerēt, vel vterque illum aspergeret, vterq; baptizaret, quare verus esset baptismus. Illi tamē puniendi essent, non tanquam rebaptizatores, sed de cōtentione illa, quæ ordini baptizandi iniuriosa est.

Expositio ar-
ticuli.

¶ Quæstio præfens nō est tā facilis quam apparet. Primò propter perplexitatem contextus, quam profectò Caieta. in præsentiarum tam multa verborum cōgerie extricare contendit, vt intricatiorem relinquat. Dein propter rem ipsam. Quod ergo plures vnum possint baptizare bifariam contingit. Vno modo si sic cōcurrant tanquam partiales ministri, vt cum in sacramento duo sint actus, aquam sci-

licet applicare & verba proferre, neuter totum faciat, sed alter mergat, alter verò verba proferat, vt si muto puerum mergente, mancus verba proferret. Et de hac baptismi forma responderet S. Thom. in solutione argu. 3. negando illud esse sacramentum, quod ideo illic protinus disputabimus. Alio modo possunt concurrere non prorsus vt partiales causæ, sed sic vt quilibet res ambas faciat. Et vt ab ijs, quæ certiora sunt exordiamur, potest vno modo contingere secundum tenorem secundæ cōclusionis: vt scilicet vterque simul aspergat, proferatq; totam formam, sed alter alterum tantillo tēpore præueniat. Et de hoc baptismo nulla est controuersia. Totus enim cōfertur à priori, & alter rebaptizat. Aut potest esse vt simul, iuxta tenorem tertiæ cōclusionis cōcurrant. Et tūc dicit S. Thom. baptismum valere, si vterque in singulari numero proferat veram formam, & vterq; aspergat. At qui conclusio hæc adeo est certa, vt non multum habeat difficultatis. Enimverò vterque tunc applicat omnia, quæ necessaria sunt ad sacramentum: scilicet, materiam, & formam, & intentionem per se ipsum absolute baptizandi independentem ab altero, & vterque inuenit materiam legitimam: nempe, catechumenum non baptizatum: ergo vterque baptizat. Et confirmatur, quia aut neuter baptizat, aut solus alter, aut vterque. Primū defendi non potest, cum illic sint omnia requisita ad sacramentum: neque verò secundum, cū vterq; eodem momento concurrat: ergo vterque pariter baptizat, atq; adeo neuter rebaptizat, sed vtriusque forma verissima est. ¶ Quocirca non opus est hic tot verba consumere, quot Caieta. inculcat ad explorandum, an quia sunt duo agentes, duæ sint actiones, ac subinde duo baptismata. Haud enim dubitamus quia sint duæ prolationes verborum totales, & duæ aspersiones, quarum vtraque per se sufficeret, si aspergēdo baptizent, et si simul mergant, quāuis sit vna mersio, nihil refert: nam vterque mergit. At verò licet sint duæ actiones, vnum tamen simpliciter resultat sacramentum ab vnitatem subiecti: quia vnus baptizatur, atq; vnus Christus vna interna actione gratiam infundit. Diximus enim d. i. quæst. i. ablu-

tionem
vnum baptis-
mus.

tionem passiuè esse sacramentum: quare non multiplicatur nisi ex multiplicatio-
ne subiecti. Simile est penium de duobus simul vnā eandem hostiam consecrantibus, quos Diuus Thomas quæstio-
ne octuagesima secunda articulo. 2. conce-
dit, idem ambos sacramentum perficere.
Quæ sententia vniuersalis est omnium
autorum. Quoniam illic, vt patet in ordi-
natione sacerdotum, singuli totā formā
super legitimam materiam proferunt.
¶ Arguitur autem contra hoc. Illic sunt
duæ actiones, quarū quælibet per se suf-
ficeret ad baptismum: ergo gratia bap-
tismalis virtute baptismi collata esset du-
plo maior, quā si ab vnico ministro fuisset
exhibitus, vt exemplo patet rerum
naturalium: vbi enim duo paria calida ei-
dem susceptibili admouētur duplus calor
producit: ergo baptismus duplicatur.
Ad hoc negatur primò hæc postrema
cōsequentiā: nam etsi gratia cumulatior
esset, non ideo sacramentū esset nisi
vnū, quia vnus baptizatur. Secūdo ne-
gatur illic gratiam auctiorem dari, neq;
rectè similitudo à naturalibus trahitur,
vt pote quæ secundum vltimum potētie
agunt. In actionibus namq; liberis id nō
est necessarium. Possent siquidē duo eandē
simul nauem non velocius mouere, quā
si vnus eā traheret. Pari ergo modo Chri-
stus tunc amborū actionibus vtitur pro
vna, vt tanquam per vnum sacramentū
vnicam operetur remissionem peccatorū
æquali gratiæ gradu. ¶ Arguit vero Du-
ran. in. 4. dist. 3. q. 3. solutionem hanc secū-
dum illā tantum opinionem valere, quæ
nullam asserit in sacramento inesse virtu-
tem, sed tantum ex pacto Dei ipsum cō-
ferre gratiam, tunc enim non maiorē per
ambas actiones confert. Secus secūdum
illam, quæ eiusmodi virtutē attribuit sa-
cramentis: nam tunc illa per duas actio-
nes multiplicatur. Attamē distinctio hæc
nullius est roboris: nā virtus sacramenti
non est naturalis, sed, vt dist. 1. q. 3. dixi-
mus, sola motio diuina, per modū tran-
suentis qua Deus actione ministri ad illū
sacramentalem effectum vtitur. Quapro-
pter in illo casu vtraq; actione vtitur tā-
quam vna, eo quò vnicum fit sacramen-
tum.

Durandus.

Marsilius.

¶ Marsilius autem in Quarto quæstione

quarta articulo quarto dubio duodeci-
mo aliter arguit. Sequeretur enim, in-
quit, ex hoc casu, quòd si duo cæci eo-
dem modo simul baptizarent, at quia
neuter alteram videret, vt rebaptizare
cauerent, sub conditione vterque bap-
tizaret, dicens. Si nullus te alius modo ba-
ptizat, ego te baptizo: aliàs non. Seque-
retur: scilicet, quòd ambo simul baptiza-
rent. Nam de neutro militat plus ratio
quā de altero: quare vtriusq; videtur cō-
ditio impleri. Respondetur autē, vt ipse
bene respōdet, argumētū esse ex his, quæ
dialectici insolubilia vocāt. Nā si admiseris.
Petrū illo casu baptizare, protin⁹ sub-
sequitur Ioannem non baptizare: quia
non impletur eius conditio: & pari ratio-
ne ad affirmationem in Ioanne, prius da-
tam consequitur negatio in Petro. Qua-
re cōsendum est neutrum baptizare: quia
vtraque pars alteram perimit. Sunt ergo
eiusmodi conditionales intentiones sa-
crilegæ: præterquam in solo casu per ec-
clesiam concessio, quo scilicet ambigitur,
an qui baptizatur, fuerit antea baptiza-
tus.

Dubium.

¶ At quoniam diximus baptismum va-
lere si vterq; per se absolute intendat ba-
ptizare, quid si neuter id intendat nisi si-
mul cum altero: videlicet, vt quanquam
vterque dicat. Ego te baptizo in nomine
patris, &c. intelligat tamen, nō solus, sed
partialiter simul cum altero. Existimari
enim profectò posset legitimum sacramē-
tum. Nam sicut duæ actiones illæ perin-
de ac vna faciunt sacramentum, ita duæ
illæ intentiones vnā integrare videntur:
atque adeo nihil ad substantiam sa-
cramenti deesse censetur. Nihilominus
secus censendum arbitror: nam forma il-
la singularis numeri, Ego te baptizo, ex
institutione ecclesiæ significat id fieri tan-
quam à totali ministro, & cum intentio
non illi pariter respondeat, vt sit totalis,
fit vt forma sit falsa. Præterquam quòd
ipsa intentio illegitima videtur. Nā quā-
do quis & materiam simul & formam ap-
plicat, ecclesia non finit intentionem ef-
se ab alio pendente, sed præcipit, vt si-
cut materia & forma, sunt totalia instru-
menta, quæ possunt totum effectum per-
ficere, talis etiā sit intentio. ¶ Dubiū au-
tem potissimum restat de prima conclu-
sione

fione. Ait enim D. Tho. quòd si ambo pà riter pluraliter dicant, Nos te baptizamus, nullum esset sacramētum. Et intelli git quando vterq; & materiam applicat & totam formam profert. Et re vera hoc difficultate nō caret. ¶ Vnde Durā. loco citato dist. 3. quæst. 3. cum de reliquis con clusionibus huius articuli cum D. Tho ma consentiat, hanc tamen planè negat. Et arguit quidem ad hominem: puta ex concessis ex D. Thoma sic primò con tra eius rationē, quæ est, quòd sicut vnus baptismi vnus est Dominus, ita vnus de bet esse minister. Aut enim, inquit, requi ritur vt re vera sit vnus minister, aut quòd quilibet exprimat se vt vnum. Si primū tunc D. Thom. sibi contradicit: nam in tertia cōclusionione dicit, quòd duo possunt concurrere ad vnum baptismum. Si autē id tātū requiri dixeris, vt quilibet singula riter se explicet, vt in tertia fertur cōclu sione. Arguitur contra. Explicatio mini stri non est necessaria, vt quæst. 66. arti. 5. D. Tho. concedit, præsertim q; Græci di centes, Baptizetur seruus Christi, nō ex primunt ministrū. Deinde arguit secun do quòd etiā si requiratur illa expressio, melius fiat pluraliter, primū quia inde resultat assimilatio quædam ad tres per sonas trinitatis, in quarum potestate da tur baptismus. Secūdo quia Christus plu raliter dixit, baptizantes. Tertio quia il lo modo congruentius exprimitur vnus consensus omnium, quàm si quilibet di cat. Ego te baptizo. Quarto demū sic ar guitur, quòd sit expressio singularis vel pluralis nihil ad sacramēti substantiam refert, dummodò trinitas in cuius virtu te sacramentum confertur, exprimat. ¶ Quinuerò ante Durā. Petrus de Palud. in. 4. dist. 3. q. 2. de hac conclusionione mul tum hæsitauit. Imò licet pro & cōtra fue rit multis argumentatus, tamen nisi hon or D. Thomæ illi obstitisset, in cōtrari am partē videtur declinare. Arguit enim præterea q; quando in veteri lege licebat plures vxores vni viro nubere, poterant ambę simul dicere. Noste in virum acci pimus: ergo pariter, nos te baptizamus. Accedit q; plurale æquipollet singulari geminato. Idem enim est, nos hæc affir mamus, ac si dicas, ego & ego. Si ergo di cētibus singularis, ego te baptizo, valet sa

cramentum eadē ratione valet dicendo. Nos te baptizamus. In summa, in conci lio Florentino nihil aliud sacramento ne cessariū requiritur, quàm materia & for ma & persona ministri cum intētionē ec clesiæ. Quòd autem vnus sacramenti ne queat plures esse ministri in sacra pagina neq; inter sacros canones habetur: illud autē in hoc fundare, quòd sicut vnus est Christus, ita vnus debet esse minister, exi lis coniectura est. ¶ Propter hæc ergo ar gumenta conclusio hæc etiam nostris du ra est, tum ad intelligendum, tum ad cre dendum, nihilominus fortè est vera. Pri mū igitur plurale illud, baptizamus, nō est intelligendum loco singularis, ac si e piscopus baptizaret: nam tūc idem esset ac si vterque diceret. Ego te baptizo, vt in tertia conclusionione: sed intelligitur cō plexim, vt de duobus trahentibus nauē. Secundo notandum quòd cū eandem cō clusionem D. Tho. in. 4. dist. 6. quæst. 2. ar. 1. absolute asseruerit, hic tamen eam non tam assertè ponit, sed ait, videtur. Item ne sibi D. Tho. in hac & in tertia conclusio ne videatur contradicere, notanda est la tissima differentia, quam neque aduersa rios, neque nostros video satis perspexif se. Quando enim vterque dicit singulari ter. Ego te baptizo cum sua propria intē tione & forma, vterq; est totalis minister ab altero non dependens, ob idq; vterq; sine altero eisdem verbis sufficeret: qua re vnus alteri accidētariè adiungitur, & alter alteri: quoniam neque iuuat neque obstat, ideoq; vterq; baptizat. Quādo ve rò complexim dicunt, Baptizamus, vi dentur non per se vterq;, sed complexim ambo intendere baptizare. Itaq; amb arum intentionum vtraq; ab altera per se pendet, quasi per se vterque adiutorium alterius expostulet. Et hoc est, quod ait S. Tho. esse duos ministros, scilicet par tiales. Quare bene in hoc suam fundat in tentionem, q; sicut Christus est vnus, de beret esse vnus minister, & non comple xim duo. Quod si Palud. & Duran. inspe xissent, forsan aliquid de rigore arguen di remisissent. Eo præsertim quòd D. Th. hoc non asserit, nisi tanquam probabile dicens, quòd ista complexa intentio vi detur contraria intentioni Christi, atq; adeò excludere substantiam sacramēti.

Responsio.

Nota discrimen.

Et

Et certè est quā maximè probabile. ¶ Vn de ad primum argumentum Durādi præ termisissis Caietani responsis, quæ rem ma gis offuscant, cōcedimus re vera exigere v num per se ministrum vnus sacramenti. Neque verò hoc repugnat tertiæ conclu sioni: nam illic per se vterque est vnus in depēdens ab altero, & vterq; per se facit totum effectū sacramēti, & facerent duo sacramenta, si duæ subessent materiæ, sed accidit quòd duorum vterq; faciat: sicuti cum duo ad eandem hostiam consecran dam cōueniunt. In proposito autē, quia neuter totum facit, sed ambo intendunt id facere, nihil fit. ¶ Ad aliud, conceditur nō requiri expressionem ministri, sed ta men requiritur, vt non sic exprimat, vt denotētur duo cōplexim ministri. Quod quidem seruatur in forma Græcorum: di centes nanquē, Baptizetur seruus Chri sti, nō exprimit à pluribus. ¶ Et per hoc soluitur aliud, quo arguebatur, melius exprimi pluraliter: quia per hoc quod di cunt baptizamus, non solum intelligūt intentionum cōcordiam, sed complexio nem, vt ambo simul faciant, non vterque & ideo vitatur sacramentum. Et quòd illic repræsententur tres personæ, nihil ad rem: nam illæ non concurrunt vt plu res, sed vt vnus Deus, & ideo dicitur in nomine, & non in nominibus. Et quan do Christus dixit baptizantes, intellexit, quia loquebatur pluribus, vt vnus quili bet baptizaret. Ad aliud verò Paludani argumentū, quòd plurale idē valet, quod singulare geminatum, respondetur falla cissimam esse regulam, nisi secundum sa nam dialecticam intelligatur. Si enim di cas Petrus & Paulus sunt apostoli, quia illic plurale accipitur diuisiuè, recte sic resoluitur, Petrus est apostolus, & Pau lus est apostolus. Si tamen dicas corpus & anima integrè componunt seu inte grant hominem, quia hoc accipitur com plexiuè, non bene sic fiet resolutio, cor pus integrat, & anima integrat, nisi inte grare partialiter (quod dicunt) accipere tur. Atq; si duo, qui non in solidum, sed vtroque ab altero pendente essent iudi ces, dicerent. Nos iubemus, non bene re solueretur, ego iubeo & iste iubet, sed ego & iste iubemus, vt vnus actus ambo bus coniunctim tribuatur. Pari forma in

proposito, nos baptizamus, non valet tantū, sicut ego baptizo & iste bapti zat, sed sicut ego & iste baptizamus, & si cut ego baptizo partialiter, & iste partia liter, quod certè vnitati sacramenti repu gnat. Quare nullum est simile, quod de duobus sumitur, foeminis, quæ nubentes vni viro dicunt. Nos te in virum accipi mus. Tum quòd matrimonio non est cer ta verborū forma necessaria, tum quod verbum illic diuisiuè vsurpāt, hoc est, Ego te accipio, & ista te accipit. Ob quod vtraque verum dicit. ¶ Ad cōcilium au tem Florentinum respondetur, quòd suf ficit persona ministri, dummodo rectam adferat intentionem agendi tāquam mi nister. Et quanuis de hoc non extet testi moniū vel scripturæ vel canonici iuris, profectò optima est ratio, quòd cum mi nister non in nominibus, sed in nomine Dei baptizet, ac perinde inuocatione vnius domini Iesu Christi, vnicus esse de beat minister.

¶ Ex his autem emergit dubium, quid si dicentes baptizamus, vterque per se in tenderet totaliter baptizare, sicuti si vter que diceret. Ego te baptizo. Apparet enim tunc legitimū esse baptismum, sicut tertia asserit conclusio: quoniā & forma & intētio similiter in vtroque reperitur. Respondetur in primis, hunc nō esse casū D. Thomæ, ppter ea enim dixit, videtur: quia illud verbū plurale complexiuā in tentionem significat. Quasi dicat, si aliunde constaret seorsum quemlibet inten dere baptizare, aliud est iudicium. Nihilominus profectò neque illo modo cer tum esset baptismum valere: nam neque omnino perinde est, ac si vterque præci sè diceret, baptizo. Nam per verbū plu rale vterque vnā copulatiuam profert, scilicet, ego baptizo & iste baptizat. Qua re licet prima pars sit legitima forma, ad iungitur tamen altera impertinens, ac si dixisset. Ego te baptizo, & iste tenet li brum. Quare si illud tanquam uecessa rium adiungeret, vitaretur forma, si au tem adiungeretur tanquam impertinēs, verus esset baptismus. Et ideo re vera sic baptizare, periculosum esset, atq; adeò peccatum: & idcirco qui sic baptizare tur, in dubio esset sub conditione bapti zandus.

¶ Primum

Duran. dno.

Paludanus.

Dubium.

Primum argumentum.

Primum argumentum S. Thomæ contra primam conclusionem est. Cum in multitudine vnus includatur, apparet ut quicquid vnus possit facere, possint & multi, licet non è conuerso: cum ergo vnus possit baptizare, apparet & simul plures idem posse. Respondet, priorem præmissam intelligi, in his, quæ virtute naturali agunt, secus in sacramentis, vbi ministri agunt voluntate Dei, qui constituit, ut cum baptisma sit vnum, ministeriū non diuidatur in plures, ad sensum expositū,

Secundum argumentum.

vt cōplexim plures operentur. Secundo arguitur. Difficilius est vnum agens agere in plura, quàm plura agere in vnū: vnus autem potest simul plures baptizare: ergo & plures vnū. Respondetur itidem ad maiorem id intelligi in naturalibus: in ministerio autē baptisimi potest quidem vnus seruata materia & forma & intentione plures simul baptizare in necessitate, vt vsu venisse cōiicitur, quando, vt Actuum. 2. legitur, ter mille baptizati sunt, & quoties periculum aliquod moram non ferret. Forma autem tunc apta esset. Ego baptizo vos in nomine patris &c. aspergendo omnes. Tunc enim, vos diuini accipitur, atque adeò tantum valet quantum singulare geminatum re & te. Et quāuis actio, vt puta aspergio, esset vna, formaq; vna, nihilominus tot sunt baptismata, quot ex intentione asperguntur. Quoniam, vt dist. 1. quæst. 1. dictū est, ablutio baptisimi accipitur passiuè, & ideo ad multiplicationem subiecti, dum plures baptizantur multiplicantur baptismata. Sic autem vnum plures baptizare extra casum necessitatis peccatum esset, & quidem, vt ait Scot. dist. 6. quæst. 2. mortale: quia non seruatur forma ecclesiæ. At verò si citra scandalum secretò id fieret non est cur tam graue peccatum censeatur.

Tertium argumentum.

Tertium argumentum est. Baptismus est sacramentum maximæ necessitatis: sed potest casus contingere vbi duo simul debeant baptizare, vt potest in infante perichitāti adessent tantum duo, vbi alter trūcatus esset vtroq; brachio, alter verò mutus, tunc enim mutus deberet infantem aspergere, mancus verò proferre formam. Missam hinc primum facimus opinionem, quam Paluda. in. 4. dist. 2. & Duran. quæst. 3. arguendo referūt: nē

pe, quòd mutus posset nutibus baptizare, est enim hæreticus error: ait quippe Christus, Baptizantes eos in nomine patris, &c. Et Paul. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Et can. In synodo. de conse. dist. 4. ait Zacharias papa, Qui vel vnam de trinitate personam in baptismo non nominaret, illud baptismum esse verū non posset: nutus autem non sunt nomina. Debet enim, vt ait Aug. accedere verbum ad elementum, vt fiat sacramentum. Caieta. autem ait mancum illum posse capite baptizare, si mutus alligaret illi vasculū aquæ quod ille flexendo caput verfaret super puerum proferendo formam. Sed rem in eas angustias perstringamus, vt nullū presto sit vas, nec aspergendi modus nisi manib⁹. S. ergo Th. negat tūc esse baptismum: quoniam ille qui verba profert, dicere verè nequit, ego te baptizo: cum ipse non mergat: atque adeò neque, nos te baptizamus: nam plurale hoc debet resolui in hæc: ego baptizo & iste baptizat. Marfilium autem in. 4. quæst. 4. ar. 4. dubio. 11. ait verum esse baptismum, & sic in tali casu fieri debere. Adducit simile de duobus consecrantibus vnam hostiā. Et Caiet. post longam disputationem de ferit hinc D. Thomam, dicens, ingenio suo magis apparere baptismū. Nihilominus opinio D. Thomæ est ferè omnium, vt Alexandri 4. part. quæst. 16. mem. 6. & Scot. dist. 6. quæst. 2. Paluda. autem lubricè loquitur, & tandem non audeat D. Thomam deserere. Sed ait illum baptismum nō valere quāuis dicat, hoc magis esse verum ex determinatione ecclesiæ, quam ex ratione. Et forte alludit ad cap. Quorundā dist. 23. de episcopo imponente manus & presbytero legente benedictionem, sed illico nos videbimus nullam illic haberi determinationem, sed recurrèdum est ad naturam sacramēti, & formæ an sit vera. Atqui profectò multo videtur conclusio in hoc casu verior: scilicet, sacramentum non valere, quàm in casu primæ conclusionis, quando vterq; & materiam & formam applicat. Nā latine falsa est illa forma, nos te baptizamus, cum re vera ille, qui profert, non baptizet. Quare neque si forma Græcorum ille vteretur dicens, Baptizetur seruus Christi, baptismus valeret: nam debet eūdem reddere sensum,

Marfilium.

Caietani.

Suffragium.

Bonum argumentum.

Aliud argumentum.

vt qui verba profert, materiam applicet, vt scilicet denotetur illic actus ministri. Nam re vera quantumuis isti subterfugiant, planus sensus euangelij baptizantes in nomine patris &c. est, vt diximus, diuinius, vt quisque dum baptizat dicat, totum, quod facit. Suffragium autem Caietani est, quòd baptizo, potest idem valere, quòd abluo, & isto modo falsum, inquit, diceret ille mancus, quia ille non abluit. Alio verò modo accipitur pro integro sacramēto: & sic verum ait dicens, nos te baptizamus: nam baptizo includit materiā & formam, quas ambo simul applicant. Quare verbum, inquit, nō sic est resoluendum, vt ait S. Tho. Ego baptizo, & iste baptizat: sed ego & iste complexim baptizamus, sicuti cum duo illi iudices, qui non sunt infolidum, sed connexti, dicunt, mandamus. At verò profectò distinctio illa commentitia est: & suo se gladio iugulat. Nam baptizo, in forma sacramēti nihil aliud significat, quàm abluo, nisi quòd fit cum certa intentione & forma. Fac enim eos baptizare per verbum abluo. Quare si mancus non abluit, re vera neque baptizat. Atque adeò nō est simile illud de duobus iudicibus, nam ibi illorum vterque partialiter mandat. Mancus tamē neque partialiter baptizat: baptismus enim pro ablutione supponit, cuius ille nec partem facit, fit ergo vt etiam si complexim dicat, Ego & iste complexim baptizamus, falsa sit forma. Secus autē est vbi multi simul cōsecrant, nam singuli totum faciunt perinde ac si vnus solus consecraret. Præterea contra istos arguitur. Sequeretur eadem ratione valere baptismum, quem plures sic celebrarent, vt vnus mergeret, & alius diceret, nos te baptizamus, aliusq; apponeret in nomine patris, atq; alius in nomine filij, aliusque in nomine spiritus sancti. Profectò discrimen nullum apparet, & tamē nefas esset hoc cōcedere esse baptismum. Adducitur aliud argumentum in fauorem D. Thomæ ex d. 23. cap. Quorundā, cuius casus est, quòd dum cæcus episcopus ordines ministraret, ipso superponente manus, presbyter benedictionem legebat, quòd quidē factum illic condēnatur. Attamen caput illud re vera directius contra nos militat, quàm pro nobis

quippe cum illic sacramētū illud valuisse insinuetur. Ait siquidem Toletanum conciliū, vt illi, qui gradū peruersè adepti sunt, ipsū amittāt. Nos ergo respondere tenemur: nam si illic duo simul perfece- runt sacramētū, fit, vt & duo simul baptismum cōferant, vnus materiam, atque alter applicādo formam. Ad hoc autem duo respondemus. Primum, quòd illic non refertur, in ipsa actione, qua imprimitur character, cōcurrissè presbyterum cum episcopo. Aliàs nullum fuisset sacramentum: non solum ob hanc causam verū etiā quia simplex sacerdos non potest cōferre ordines. Character enim nō imprimitur per impositionē manus, sed per traditionem materiæ & potestatis. Secundò neque est idē in collatione ordinū, quòd in baptismo: nam illic non exprimitur actus pontificis, scilicet, Ego te ordino, vel ordineris à me. Quare non esset tantum periculum, quòd alter applicaret materiam, alterque formā. Tametsi neque illud admitterem.

ARTICVLVS V.

Vtrum in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum leuet de sacro fonte.



INTER ministros suo etiā ordine & gradu accedūt susceptores, quos vulgus patris nos appellat, de quibus ergo interrogatur, an sint necessarii. Et respondetur duob⁹ cōclusionibus. Requiritur aliquis in baptismo, qui baptizatū de sacro fonte, quasi in suā instructionē & tutelā, suscipiat. Probatur autoritate Diony. 2. li. ecclesiast. hierar. vbi ait, quòd sacerdotes assumentes baptismum tradunt eū adductionis susceptori & duci. Et probatur similitudinis ratione. Spiritualis enim regeneratio, quæ per baptismum fit, carnali assimilatur, iuxta illud 1. Pet. 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo lac concupiscite: in generatione autem carnali paruulus nuper natus nutrice indiget, & pædago: fit ergo, vt & nuper baptizatis adscribendus sit aliquis, qui eorum vice fungatur, eos de his instruendo & informando, quæ ad fidem, christianamq;

R vitam

vitam attinent. Et presertim, quod presbyteri publice administrationi parociae attēdetes, nequeunt specialē illā curā paruulorū gerere, qua illi indigēt. Id quod Dionysius, VI. ca. eccle. hierar. hīc verbis admonet. Diuinis nostris ducibus (id est apostolis) ad mentē venit & visū est suscipere infantes secūdu istū sanctū modū, quod naturales pueri parēstraderēt puerū cuidā docto in diuinis pädagogo, & reliquū sub ipso puer ageret, sicut sub diuino patre & saluationis sanctae susceptore. **¶** Secūda conclusio. Eiusmodi susceptor obligatur ad habendā curā illius, quē in suā tutelā suscepit si modō necessitas imminet. Probatur primō autoritate Aug. in illo sermone paschali, qui iā in textu relatus est. Vos ante oīa, tā viros, quā mulieres qui filios in baptismo suscepistis, moneo, ut vos cognoscatis fidei iussos apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ratio autē in proxima conclusione satis explicita est. Vnusquisque enim ad illud officium exequendum obligatur, quod suscepit: qui ergo pädagogiā alterius suscepit, pädagogū eius age re in necessitate tenetur. Necessitas autē pro tempore & loco perpendenda est. Si enim quis inter infideles beneficiū baptismatis susciperet, qui illius tūc esset susceptor teneretur illum erudire, eō quod parentibus naturalibus, & fidelibus magistris esset destitutus. Sed vbi neophytus inter Christianos nutritur possūt susceptores excusari psumētes, quod a parētib⁹ vel ab alijs idem praestatur officium. Nihilominus tamen si contrarium praesentiscent tūc iam necessitas ingrueret, ut suū exequeretur mun⁹: eō p̄sertim si sentirēt corruptis cōtra fidē morib⁹ illos imbui. **¶** Conclusiones praesentes praeter Dionysij autoritatē celeberrimo ecclesiae more iureq; adeo p̄ficio sunt receptissime, eadēq; canonibus multis, vt. 30. q. 1. & de consecra. d. 4. can. In catechismo, & cano. Nō plures, & ca. vos autē, qui est hīc citatus Augustini. At tamē susceptor nō est de substantia sacramenti: quare in necessitate vnicus solitariē potest baptizare, vt in solutione. 2. ait. S. Th. **¶** Quae autē filios spirituales docere debēt, admonet Aug. eodē citato can. dicēs quod debent semper eos admonere, ut castitatē custodiāt, iusti

tiā diligāt, charitatē teneant. Et ante omnia symbolū, & orationem dominicā eos doceāt. Hāc ille. Adde & decalogū, & ea, quae prima sūt Christiani rudimēta. **¶** At qui in eiusmodi spiritali genitura affinitas cōtrahitur triplex inter baptizantē, eadēq; ratione inter susceptorē, & eū qui baptizatur: scilicet, paternitas, compaternitas, & fraternitas. Paternitas quidē inter baptizantē & baptizatū & pariter inter suscipientē & eundē baptizatū, nō autē ad baptizati filios protrahitur. Et cōpaternitas inter baptizantē & pariter baptizati, & pariter inter suscipientē & eodē: nā inter baptizantē & suscipientē nulla cōtrahitur affinitas. Fraternitas autē cōtrahitur inter filios & filias baptizatū seu suscipientis, & ipsū baptizatū. Et huiusmodi triplex spūalis affinitas impedit matrimoniū cōtrahendū, & dirimit si post cōtrahatur cōtractū. De his cognationib⁹ habetur loco allegato. 30. q. 1. cā. Siquis. & cā. Nolle, & cā. De eo. & de cognatio. spiritali. ca. fin. Et eo. ti. li. 6. ca. nedum. & capitu. quanuis vbi habetur quod quanuis non debeat esse nisi vnus susceptor: si tamē sint plures, omnes eandem affinitatem contrahunt. Tractatq; late Syluest. verb. Matrimonium. 8. §. 7. & nos videbimus proprio loco.

¶ Argumenta verō D. Thomae cōtra primam cōclusionem nullius sunt momenti. Primum est. Christus, quando baptizatus est a Ioanne, non habuit susceptorē: ergo nec alij debēt habere. Cōsequētia autē nulla est. tū quod illud nō erat sacramētū, tū quod dñs nō baptizabatur vt regeneraretur, sed vt regeneraret. Secūdu est, quod cū in generatiōe sufficiat pater & mater: in baptismo autē, vt Aug. ait in quodā sermone epiphaniae, baptizās est sicut vir generās, & aqua sicut mater paries: nō est op⁹ alio. Respondetur autē ad maiorē, quod licet ad geniturā & partū sufficiāt pater & mater, nihilominus ad educationē & nutritionē requirūtur alij, nisi vbi imminente necessitate sit solitariē baptifinus. **¶** Tertiu argumentū est de adulto, qui non videtur indigere pädagogo. Respondetur autē necessariū illi esse, nō propter imbecillitatē corporalē, sed propter spiritalē. **¶** Contra secundam verō est primum argumentum. Non instructus instruere nō potest,

Argumenta
S. Tho.

potest, sed nonnunquam admittuntur imperiti & rustici, vt sint susceptores: ergo illi spirituales filios erudire non obligantur. Respondetur autem, quod vbi esset necessitas, putā, dum aliquis adultus ex Sarracenis, vel ex alijs infidelibus ad fidem conuerteretur, necesse esset illi virum doctum in susceptorem adhibere, qui illum probē erudiret, vt loco citato Dionysius admonet. Vbi verō hāc necessitas nō ingruit, omnes promiscuē admittuntur. At verō hac de causa infidelis nō permittitur esse susceptor, vt in concilio Mogūtinō cautum est, quod refertur de consecratione. distin. 4. can. In baptisate. Quapropter licet in iure non sit expressum, tamen neque hæreticus esset in susceptorem admittendus. Tametsi odiosa iura non sunt amplianda, & textus non excludit nisi non baptizatum. Neque valet cōsequētia, si infidelis potest baptizare, quod possit esse susceptor. Nam baptizare est de necessitate, non autem, vt susceptor interueniat. Quocirca vt illic ait glossa, si infidelis baptizat, cōtrahit subinde affinitatem, non autem si sit susceptor: quia duntaxat est factō, non iure. Secus autem hæreticus, qui iure permittitur. **¶** Secundum argumentum est. Filius magis potest a patre instrui, quā ab extraneo: nam a quo quis recepit esse, debet & disciplinā suscipere, vt. 8. Ethic. autor est Philosophus: ergo cōgruentius pater naturalis esset susceptor, quā alius extraneus. Respondetur, quod cum generatio spiritalis alia sit a carnali, alium debet sortiri patrem. Quare pater naturalis non admittitur susceptor, nisi in extrema necessitate, vbi alius non posset haberi, vt colligitur ex cap. Peruenit. 30. quæstio. prima. Et quidem ratio. S. Thomae nō est adeo efficax, sed adducta est tanquam congruentia prohibitionis ecclesiae. Non enim est decens, vt qui operam carralem dedit generando filio, generationi spiritali minister assistat, nisi id necessitas, quae legem nō habet, efflagitet. **¶** Quinuo & abbates & monachi ab hoc munere arcentur, vt patet can. Placuit. 2. quæst. 1. & can. Non licet. 1. de consecra. distin. 4. Adeo enim monachus, vt nomen eius admonet, debet esse inclusus, vt huiusmodi commercijs non, se immiscere, liceat. Imō

Secundum ar-
gumentum.

adeo eos Gregorius. 18. quæst. 2. can. Peruenit cohibet cōpatres fieri, vt fortasse peccatum esset non minus quam mortale.

¶ Tertium argumentum est. Plures melius possent neophytū instruere, quā vnus: ergo congruentius esset, vt plures essent susceptores, quā vnus, quod tamē Leonis papae decreto prohibitum est, vt patet de consecra. distin. 4. can. Non plures Respondet. S. Tho. rationem eius prohibitionis esse: quia vbi est multitudo, ibi est disciplina cōfusio, & ideo decretum est, vt sit vnus tantum susceptor. **¶** Hic in primis ad ignorantium eruditionem adnotandum, quod affinitas spiritalis non cōtrahitur nisi a baptizante, vt ab illo duntaxat, qui puerum leuat de fonte. Et fortasse causa prohibitionis ne essent plures, fuit ne plures contraherent affinitatem, quae impedit matrimonium. Quare neque ille, qui defert in templum infantem, neque mulier, quae illum a susceptore recipit, vt pannis inuoluat, neque vllus eorum, qui in comitatu procedunt, affinitatem contrahit. Hoc patet, quia omnia iura, quae de patrinis (vt dicunt) loquūtur, sub his verbis id exprimunt, quae sunt suscipere & tenere, vt patet canonibus citatis, de consecra. distin. 4. can. In catechismo, & quinque continuō subsequētib⁹. Et. 30. quæst. 1. can. Peruenit, & can. Nolle. Quapropter neque ille, qui catechumenum super fontem ante baptismum teneret, nisi postea baptizatum suscipere, aut eum, dum aspergeretur, teneret, contraheret affinitatem, quia non esset susceptor. Imō vbi ille, qui baptizatur, adultus est non indiget in catechismo ab aliquo teneri, sed baptizatum in suam tutelam suscipere. Et hoc speculandum est in verbis Dionysij citatis: scilicet. Sacerdotes assumētes baptizatum tradunt eum susceptorī & duci. **¶** Ex quo fit consequens munus proprium susceptoris non esse respondere nomen infantis, & quando quæratur an credat in Deum patrem &c. respondere. Credo. Alij enim id facere possunt, & faciunt. Tametsi congruum sit & decēs, vt ipse idem, qui susceptor institutus est, puerum ad catechismum teneat, illamq; fidei professionem nomine pueri faciat. Vt enim Isidorus libr. 2. de officijs ait; referturq; de consecra. distin. 4. can. Par-

Tertium ar-
gumentum.

Affinitas
spiritalis

Susceptoris
munus.

uuli. r. Paruuli alio proficiente baptizantur: quia adhuc loqui vel credere nesciunt. Et August. in enchiridio, quod refertur can. Paruuli. 2. eadem distinct. Paruuli, si deles recte vocantur, quia fidem per verba gestantium quodammodo profitentur. At quando nullus esset susceptor, mater ecclesia (vt can. statim proximo docetur) os maternum paruulis præbet, vt facris mysterijs imbuantur. ¶ At qui ex his rursus consequitur, quod quando baptizatus fit priuatim in necessitate, illic contrahitur affinitas: non autem postmodum in catechismo, qui fit in ecclesia. Nam vt ait glossa super can. In catechismo de cōsecra. dist. 4. & D. Tho. in. 4. dist. 42. quæst. 1. art. 2. compaternitas in catechismo contracta licet impediatur matrimonium contrahendum, quia nonnulla esset culpa cum filia contrahere, non tamen dirimit contractum. Quod si arguas. Sequeretur quod aliquis necessitate compulsus contra suam voluntatem contraheret affinitatem, vt si pater pueri, vel alius in necessitate mortis baptizaret puerum, quod quidem ei non licet non facere. Consequens tamen videtur absurdum. Ad hoc respondet S. Tho. loco citato in. 4. art. 1. quod si baptismus antecedit matrimonium, contrahitur affinitas omnimoda, vt nec liceat contrahere, & si contrahatur, sit dirimendum. Sed tamen si matrimonium iam contractum est, tum quantum ad eius usum nullum contrahitur impedimentum. Quare si pater vel mater baptizet in tali casu, reddere nihilominus potest; & petere debet. Et idem est, si ex ignorantia inuincibili fiat, vt si mulier baptizaret filium, quem ignorat esse sui coniugis.

DISTINCTIO

Quinta. De suscipiētibz baptismum.

Cap. j.



OST hæc, quæ de ministris baptismi absoluta sunt, ordo nos legitimus admonet, vt

in Quart. Senten.

de suscipiētibz subsequenter dicamus. Iam enim primū satis constat, vniuersos mortales ad ipsum suscipiendum obligari: vt potest sine quo nemini salus obuenire potest, secundum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Veruntamen cum Deus multo fit ad indulgendum propensior quam ad vlciscendum, & malorum voluntatem loco facti æstimet: qui odit enim, inquit, fratrem suum homicida est: & qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo: fit vt & voluntatem baptismi, vbi facultas suscipiēti non suppetit, pro facto ipso ducat. Eo præsertim quod neminem ad impossibile obligare cogitat. Haud tamen absque necessitate eius susceptio differenda est, iuxta illud Ecclesiastici. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Quapropter infantes, qui nullo indigent catechismo, cum primū fieri commode possit, baptizandi sunt: adulti verò vbi satis fuerint fidei rudimentis imbuti, nisi mortis periculum, quæ nullam fert legem, sacramentum accelerare poposcerit.

¶ Illi autem, qui mortalibus criminibus sordent, antequam ab ipsis voluntatem euellant, ne utiquam sunt ad sacrum baptismi fontem admittendi. Vetus ergo homo, vt ait Paul. Rō. 6. crucifigendus nobis est, vt per baptismum

Matth. 5.

Cap. ij.

Distinctio quinta.

mū in Christo consepeliamur: & vetus expurgandum fermentum, vt simus noua conspersio. Vnde Petrus Actuum secundo penitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Eis verò qui vnda baptismatis intinguntur, nulla sunt satisfactionis opera iniungenda. Nam cum per hoc sacramentum plenissimè Deo incorporemur, iuxta illud ad Galatas. 3. Quotquot baptizati estis Christum induistis: sic Christi satisfactio nobis illic participatur, vt nulla sit opus alia satisfactione: iuxta verbum Ambrosij super epistolam ad Roma. Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum, vel etiam opus aliud, sed solam fidem, & omnia gratis condonat. Quapropter neque ab illis, qui ad baptismum accedunt, vlla est exigenda vocalis confessio, sed illa eis sufficit, qua interna cordis compunctione dolent coram Deo.

Cap. iij.

¶ At qui ex his consequens fit, vt & suscipiētis intentio, in adulto formalis, & in paruulo interpretatiua ecclesiæ sit ad sacramentum necessaria. Enimverò cum quisque per baptismum nouam profiteatur legem, non inuitus sed spontaneusei se subdere debet, atque adeo intentionem adferens accipiendi sacramentum. Nam, vt ait August. qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Vnde ecclesia ne-

August.

mini, nisi rogato an baptizari velit, baptismum confert. Fides autem quauis ad adipiscendam rem sacramenti, puta salutis gratiam, necessaria sit, tamè ad suscipiendum sacramentum, eiusque characterem, minimè. Nam hæretici verum baptismum & conferunt, vt supra dictum est, & suscipiunt.

¶ Hactenus de adultis. Sed & infantes quoque, vt Dionysius in libro de ecclesiastica hierar. autor est, diuini nostri duces (hoc est apostoli) probauerunt ad baptismum recipi. Nam cum, nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, introire nequeat in regnum Dei, si baptismatis beneficio priuareretur, omnium essent remedio destituti, quod utique concedere impietas in Deum esset: vult enim (autore Paulo) omnes homines saluos fieri. At cum, vt Augusti. ad Dardanum autor est, nemo nisi prius natus renascatur: quandiu infans in utero inclusus est, ne utiquam baptizari potest, quoniam neque baptismatis fluctus ipsum valeret contingere. Sed neque infidelium filios rationis vsu nondum fungentes ecclesia vnquam inuitis parentibus baptizare consuevit. Nam præterquam quod id absque iuris violatione, quod parentes habent educandi instituendi que suas proles, fieri nequiret fidei quoque propter periculum apostasiæ irrogaretur iniuria.

Paul. 1. ad Timoth. 2.

¶ Amentes quoque & furia corre-

Cap. v.

pti, nisi mortis ingruente periculo, nequaquam sunt baptismate abluendi: illo tamen urgente secundum illum temporis articulum iudicandi sunt, quo à sana mente ceciderunt: nempe, ut si tunc voluntate demonstrarunt baptismi, baptizentur, sin autem, minimè. Idemq; de dormientibus obseruandum.

DISTINCTIONIS quintæ. Quæst. vnica de suscipientibus baptismum.

S. Thom. 3. part. quæst. 68.

ARTICVLVS. I.

Vtrum omnes teneantur ad susceptionem baptismi.



QVONIAM agens & patiens correlatiua sunt, postquam dictum est de ministris baptismi continuo subsequitur, ut de suscipiendis dicamus. Et quidem primus articulus generalis est. Vtrum omnes lege baptismi teneantur. Et D. Thom. vnica bimembri conclusione plus respodet, quam fuerat peroratus. Quæstionem enim vtrum præcepto omnes ad baptismum teneantur. Et respondet duo, quod omnes ad baptismum tenentur, & sine eo non potest esse salus hominibus. Probat testimonio illo Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Cui adnectitur aliud in libr. de ecclesiasticis dogmatibus. Baptizatis tantum iter salutis esse credimus. Et subiungitur deinde ratio. Ad id enim vniuersi homines tenentur, sine quo salutem consequi non possunt: manifestum est autem nulli nisi per Christum patere

Conclusio.

Ioan. 3.

in Quart. Senten.

salutem: vnde Apostolus Roma. 5. Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ: baptismus verò in hoc institutus est, ut per ipsum regenerati, Christo incorporemur, eiusq; membra efficiamur, iuxta illud ad Gala. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis: ergo est ad salutem necessarius.

¶ Conclusiones istorum duorum articulorum magni refert, & nosse & credere: quia non modò ab hæreticis concutiuntur, verum & à catholicis quatum ad modum loquendi non satis syncerè docentur. Et primò dignoscendum est inter duo membra præsentis conclusionis. Aliud enim est quidpiam necessarium esse ad salutem necessitate finis, ut distinct. 3. artic. vltim. dicebamus, atque aliud esse in præcepto. Id enim dicitur necessarium necessitate finis, sine quo nemo gratiam consequi valet, tametsi præceptum non habeat, ut patet in paruulo, qui sine sacramento gratiam non consequitur, licet illi ante usum rationis non sit in præcepto. Imò verò (ut in materia de contritione dicemus) existenti in mortali peccato penitentia cordis est necessaria necessitate finis, & tamen non caret probabilitate, quod non sit de illa singulare præceptum, præter illud quod est de confessione quâdo eam ecclesia præcipit. E conuerso charos venerari parentes, non occidere, audire missam die festo, & similia, non sunt necessaria necessitate finis: quia sine illis, quando materia præcepti non occurrit, quicumq; in gratia esse potest, sed tamen postea materia occurrente, præceptum est illa facere. Alioqui qui iustus est, à gratia excidet. Diuus ergo Th. inde probat baptismum esse in præcepto, quod est ad salutem necessarius: quare hoc secundum prius constituendum est. Et quidem contra hanc euangelicam veritatem inter Manichæorum perfidias, hæc fuit insignis, ut August. lib. hæresum cap. 46. autor est, baptismum in aqua nihil cuiq; salutis afferre. Eundemq; subinde impietatis errorè hæresarcha ille VVicleff, ut Thomas VValdensis tomo. 2. de sacram. c. 101. refert, sustinere cõtedit. Et quoniã orthodoxi patres catholicã veritatè in illa

euang.

Distinct. 5. Quæst. vnica. Artic. i.

euangelica sententia Ioan. 3. fundant. Nisi quis renatus fuerit, &c. eius sensum præuaricabatur dicens, non intelligi de regeneratione in aqua materiali, sed de alia inuisibili: scilicet, quæ effluxit de latere Christi. Quod est dicere. Nisi quis fidem habeat passionis Christi non lauabitur in illa aqua. Aliàs, inquit, si de aqua materiali intelligeretur, omnes paruuli ab illo temporis momento mortui sine baptismo, deperissent, quod impium esset concedere. Atqui in fauorem eius facere videtur similis illa phrasis Luc. 13. Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis: atq; illa, quam supra S. Tho. quæst. 65. ar. 4. citauit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis: ex qui bus non tam certò videtur colligi, quod sacramentum vel penitentia, vel eucharistia sit necessitatis. ¶ Hic antequam sanctos interpretes consulamus, quos illic abunde VValdensis allegat, per ipsa Christi verba eius sensus rimandus est. In primis ergo Christus locutus est illic Nicodemo, sicut nouissimus Adam (ut ait. 1. Corin. 15. Pau.) qui ad restituendum nobis vitam venerat, quam in primo Adã perdidderamus. Et ideo ait. Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei, hoc est, Sicuti nemo vita corporali viuere potest nisi nascatur ex Adam, qua homines nascuntur filij ire: ita neq; spirituali vita misericordie, nisi nascatur ex me. Quare rogati Nicodemo, quomodo posset homo in ventrem matris iteratò introire, & renasci, rem exponendo subdit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Videlicet, ut quemadmodum ipse spiritu sancto in ventre matris conceptus fuit, ita nos in aqua vicem matris (ut Aug. in sermone epiph. ait) gerente, per spiritum sanctum regeneremur filij Dei. Vnde sequitur. Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Hæc autem metaphora illi singulari aquæ, quæ de latere Christi effluxit, non quadrat. Erat enim illud mysterium adeò reconditum, ut id tunc Nicodemus capere non posset: qui tamen ad Christum, ut ab illo instrueretur, venerat. Planè ergo de aqua materiali loquebatur. ¶ Accedit &

Pau. Rom. 6.

interpretamentum Pauli Roma. 6. quod enim Christus appellauit renasci ex aqua, expressius ipse appellauit baptismum, dicens. Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Sepulturam ergo censet merionem illam in aqua materiali. Deinde & illo mandato Matth. 28. Eútes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris &c. planum est Christum de eodem sacramento fuisse locutum, quo prædixerat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: tamè dicens, in nomine patris &c. ostendit visibilem illic baptismum se iubere. Vnde sequitur apud Mar. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, Qui verò non crediderit condemnabitur. Si enim de sola aqua lateris Christi esset sermo, cum illa non nisi per solam mentis fidem nobis possit adungi dixisset tantum, qui crediderit saluus erit vbi autem adiecit, & baptizatus fuerit, visibilem aquam significauit, per quam fides applicanda nobis erat. Quapropter lib. 2. de sacram. par. 6. cap. 7. Hugo, ecce, inquit, dubium non est, quin vbi fides est, & baptismus est, salus est. ¶ Atqui in huius rei confirmationem coniunxit Paul. Ephes. 5. cum aqua verbum dicens, Mundas eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut scilicet baptismum nostrum, qui sub verborum forma fit in aqua, designaret. ¶ Vnde August. de fide ad Petrum capit. 3. Ad regnum Dei diuersis temporibus per sacramenta, quæ ad fidem incarnationis suæ Christus instituit, illi peruenerunt, quos Deus gratis nullo bonæ voluntatis vel boni operis merito præcedenti saluauit. Ex illo autem tempore, quo saluator noster dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei, absque sacramento baptismatis, præter eos, qui in ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt, nec regnum cœlorum potest quisquam accipere, nec vitam eternam. Et cap. 30. firmissimè tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro Christo suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hinc fuerit per baptismum liberatus. Et lib. de origine animæ ad Renatum cap. 18. Quis, inquit,

R 4

quit, Christianorum ferat, cum dicitur ad æternam salutem posse quenquã peruenire, & si nõ renascatur in Christo, qd̄ per baptismũ fieri voluit. ¶ Accedit demum & ratio, quod cum nemo vnquam post præuocationẽ Adæ, nisi per fidem Christi salutem assequi valuerit, sicuti in lege scripta circuncisionẽ Deus instituit, per quam eadem eius fides necessario applicaretur, vt per illam ceremoniam profiterentur homines per fidem venturi saluos ipsos fieri: sic multoq; vrgẽtior ratio ne postquam salutem in cruce Christus operatus est, decuit, vt visibili sacramento eadem nobis passio applicaretur, per quod similiter profiteremur beneficio eiusdem passionis remedium nobis obuenire salutis. Vnde fit, vt sicut, nisi per passionem ipsam, ita nisi per baptismum gratiã cum Deo inire possimus. Id quod Paulus epistola ad Titũ nos docuit: nam cum capitu. 2. de Christo dixisset, quod dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, quasi nos per passionem redemerit. Eadem phrasi cap. proximo de baptismõ subiecit, quod secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti. In cuius figuram filij Israel non nisi per mare rubrum ab Aegyptiaca seruiture liberati sunt, attestante Apostolo. Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Quare August. tract. 11. super Ioan. mare inquit, rubrum baptismũ Christi eius sanguine rubricatum & consecratum significauit. ¶ Hic igitur sensus sententiã Christi adeo fuit olim omnium consensu receptus, vt etiam ipsi hæretici Pelagiani, qui nullam originis cõtagionem in paruulis fateri volebant, nihilominus ob hoc illos sacra baptismatis vnda intingebãt, quod nõ aliter sperabãt posse in regnũ Dei introire. Putabant, inquam, sine baptismõ posse eos quidem habere vitam æternã, non tamen in cœlo. Vnde Aug. libr. 1. de peccatorum meritis, qui est de baptismõ paruulorum capitu. 20. Terrẽtur, inquit, Pelagiani sententia Domini dicẽtis. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorum, & propterea conantur paruulis non baptizatis innocentia merito salu-

Ratio optima.

Pelagiani.

August.

tem ac vitam æternam tribuere: sed quia baptizati nõ sunt, eos à regno cœlorum faciunt alienos. Noua quadam & mirabili præsumptione: quasi salutis æternæ vitæ, possit esse præter Christi hæreditatẽ, & præter regnum cœlorum. Conuincit ergo August. hæreticos illos, quod cum obltaculũ ingressus regni cœlorũ nõ sit aliud quàm culpa, ob id sine regeneratione ex aqua & spiritu sancto nemo potest illuc introire: quod non nisi per eãdem generationem vllus potest remissionis gratiam peccatorum assequi.

¶ Habemus ergo baptismum necessariũ esse necessitate finis. Vnde ad illam similem verborum figuram Luc. 13. citatam. *Luc. 13.* Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Respondemus, id prorsus de peccatis mortalibus demonstrare, quod hæc apud Ioan. de originali: nẽpẽ, quod actus virtutis pœnitentiã, qui est contritio, perinde sit necessariũ ad gratiã cõparandam, qua illa remittantur. De alia verò simili sententia Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. iam supra dist. 1. q. 6. arti. vlt. enarrauimus discrimen, quod infra distin. 73. fiet magis manifestum: nempe, qd̄ cum baptismus sit necessarius ad inchoandam vitam, est perinde ad ineundam gratiã necessarius in re: Eucharistia verò cum non sit nisi finis sacramentorum, non est ad id necessaria nisi in voto. Est tamẽ pro tempore oportuno realiter suscipienda sub præcepto.

¶ Sed esto baptismus, vt constitutum est, necessarius sit necessitate finis, arguitur nõ esse in præcepto: nam id maxime ex hoc loco Ioã. 3. colligeretur. Quod falsũ esse probatur, tũ quod hæc cõditionalis satis saluari potest in sensu exposito de necessitate finis: tũ qd̄ vt VVitcles arguebatã inde cucurrisset baptismi præceptũ. Cuius contrariũ dist. 3. ar. 2. demonstrauimus. Si autẽ dixeris eiusmodi præceptũ Matth. 28. sub illis verbis fuisse edictum. Docete oēs gentes baptizantes eos, &c. non satis id concluditur: nam præcepto rursus ille sermo ad apostolos, vt baptizarent, dirigitur, non ad gẽtes vt baptizarentur. Quod si aliud allegaueris Marc. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Qui verò nõ crediderit condẽnabitur: dupliciter id redarguitur. Primò quod

Luc. 13.

Ioan. 6.

Vtrũ sit præceptũ de baptismo.

Secunda conclusio.

quod non apparet sensum esse, vt qui nõ fuerit baptizatus, ob id singulare peccatũ damnetur, sed ob originis labẽ, atque alia peccata, quibus fuerit homo irretitus, sicut ille quem actualium non pœnitet, non ob illã singularem impœnitentiã sed ob illa peccata, quæ antea commisit, peribit. Secundò, quia in negatione non resumitur nisi, qui verò non crediderit, neuiquam adiecta baptismi mentione. ¶ Propter hæc forsã nõ desint inter scios, qui temerẽ asseuerare audeant nõ esse iure diuino præceptum baptismi. Cõtra quos statuitur conclusio, Ad eò certũ est baptismum esse tum ad salutem necessarium necessitate finis, vt expositũ est, tum subinde in præcepto, vniuersos mortales obligante, vt sit planè catholica veritas, eiusq; contraria assertio aut dubitatio, manifestaria hæresis. Hoc patet ex illo loco Aug. quo inter hæreses Manichæorum, hanc etiam connumerat quod baptismus non esset necessarius. Et Pelagiani de hoc itidem condemnati sunt, qd̄ ad remissionem originalis contagij non censabant esse necessarium, sed ad introitum regni cœlorum. De qua re Thomas VValdenis tomo. 2. de sacram. cap. 96. & infra per octo aut decem capitula quàm plurimis (vt solet) sanctorũ testimonijs disserit. Sed illis prætermisis, ex euangelio præceptũ hoc colligamus. Et primũ quando nullus alius esset locus, præter istũ Ioã. 3. inde planè colligitur aliquando tale præceptũ Christum posuisse, nã si hoc loco, vt monstratum est, aperte asseritur necessitas baptismi ad salutem, in de subinfertur qd̄ Christus diuinum præceptum de eodem sacramento edixerit. Quare sapienter D. Tho. non alio vtitur medio, nisi quod homines ad illud tenentur, sine quo non possunt consequi salutem. Etenim si seculares principes leges non ferunt, nisi de his, quæ ad salutarem reipublicæ finem conferunt, nullo Deus mandato vniuersos mortales debuit arctius perstringere, quã baptismi, vt sine quo nemo ad supremũ humani generis finem pertingere potest. ¶ Secundo nihilominus arguitur. Ad dignoscẽdum quãdo huiusmodi conditionales præceptũ significent, huiusmodi regula vtendum sit. Si postquam homo in gratia est iam

Conclusio ca. 1. q. 4.

Tho. VVald.

constitutus nõ amplius ad tale opus tenetur, defendi potest non, fuisse necessarium nisi necessitate finis. Exẽplum gratia. Quia homo dũ est in gratia non amplius ad cõtritionem cõtrahitur defensabile est verbum illud. Nisi pœnitentiã egeritis omnes simul peribitis, solam ingerere necessitatem ad assequendum finem: scilicet, gratiam. Non negauerim præceptum esse confessionis iure diuino est enim hæresis contra quendam Magistrum Osomensẽ condemnata. Colligitur nãq; eiusmodi præceptũ ex illo Ioã. vlt. Quorum remisistis peccata, remissa erunt, vt suo loco patebit, sed loquimur de contritione extra tempus illius præcepti. At verò quoniam etiam postquã homo est in gratia, obligatur aliquando iure diuino accipere sacramentum eucharistiæ, signum est verbum illud. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, præceptum inducere. Alioqui cessante fine, hoc est posita gratia, cessaret necessitas. Ad propositum ergo. Baptismus non solum est necessarius ad comparandam primam gratiam, vt patet in pueris, & in adultis habentibus baptismi copiam, verum & postquam catechumeni per baptismũ flaminis sunt in gratia, vbi adfuerit facultas tenentur baptizari: ergo certum documentum est, esse necessarium, non solum necessitate finis, verum & necessitate præcepti. Probatum secundum præmissa gestis compluribus historiæ sacræ. Primò ex ipsa historia Nicodemi: nã vt Aug. trac. 11. super Ioã. adnotauit, iã tum ille ad Christum in eius fide & gratia accedebat, & nihilominus dominus ei dixit, necessarium esse baptismate renasci. Videlicet, vt vniuersos admoneret mortales, qd̄ quãtuncq; polleãt fide & charitate, nihilominus tenentur baptismum suscipere. In cuius signum refert euangelista paulò ante in calce secũdi capituli qd̄ licet multi crederet in noie Christi videntes eius signa, quæ faciebat, ipse autẽ Iesus nõ credebatur semetipsũ eis. Eadẽ quippe ratio quãtãuis quispiã charitate nõ baptizatus ferueat, nõ est ei administrandũ sacramentũ corporis & sanguinis Christi neq; vllũ aliud ecclesiasticũ anteq̄ baptizet. Quin verò nõ modò Aug. & sancti verũ & apostoli ipsi eiusmodi præceptũ nos docue-

docuerunt illis etiam necessarium, qui sunt in gratia. Petrus enim, ut legitur Actuum. 2. his, qui iam compuncti erant corde, quærentibus quid facerent, poenitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnus quisq; vestrum in nomine Iesu. Nulla ergo cordis compunctio à baptisimi lege quæ piã excusat. Et eunuchus doctrina fidei per Philippum imbutus ut Actu. 8. referatur, quis, inquit, prohibet me baptizari. Et Paul. Actu. 9. post eius conuersionem baptizatus est, idẽq; de Cornelio Actu. 10. narratur. Et infra ait Pet. Nunquid aquam quis prohibere potest, ut nõ baptizetur ij, qui spiritũ sanctũ acceperũt sic ut & nos? Colligitur ergo ex ijs certissima fides baptisimũ esse in precepto. ¶ Accedit nihilominus & Christi edictũ Matthæ. 28. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, &c. nam et si forma precepti ad discipulos tantũ spectare videatur, nihilominus inde conuincitur inclusum esse mandatum omnibus gẽtibus positum, ut baptizarentur. Tum quod preceptum ipsum in gentiũ commodum ponebatur, & tanquam res illis ad salutem necessaria, tum etiam quod eiusdem verbis data est apostolis, & eius successoribus potestas ac iurisdictio (ut verba præcedentia docent) quam Christus habebat adducendi gentes ad fidẽ, frustra autem esset illa iurisdictio in apostolis, nisi preceptum haberet annexum in subditis, ut obedirent. ¶ Præterea & illud Marc. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, in eiusdem precepti confirmationem manifestam rationẽ affert. Est enim sensus. Ob id vos ad euulgandum euangelium mitto, quod nisi quis vobis obedientiam fidei præstiterit, baptizatusq; fuerit, sciat se saluum fieri non posse. Atque eam ob rem non solum denotatur esse cunctis fidem necessariam, & baptisimum, ut à peccatis liberentur, verũ quod cum tanti sua cuiusq; referat spiritualis salus, singulare sit quoq; preceptum tum fidei, vbi legitimẽ prædicatur tum etiam baptisimus. Atq; adeo vniuersi infideles ad quos euangelij præconium peruenerit, præter alia crimina contra ius naturæ nouo posituæ (ut aiunt) infidelitatis subiiciuntur nisi credant & baptizentur. Quod autẽ in negatiua resum-

Docete omnes gentes.

Qui crediderit &c.

ptione solum dictum est. Qui verò non crediderit: sine mentione baptisimi Bernard. in Epistola. 77. ad Hugonem, unde ipse id ipsum desumpsit, lib. 2. de sacram. p. 6. cap. 7. sic interpretatur, quod vbi facultas baptisimi non adest, sola fide & voluntate homo baptizatur per baptisimũ flaminis. Hæc Bernard. Nihilominus, ut ex parte affirmatiua, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, colligitur quod ei qui dũ potest non baptizatur, nec fides sufficit, nec voluntas ad salutem. ¶ Ad hæc propterea quod circumcisio professio erat legis antiquæ, precepto illius populus ille tenebatur, iuxta illud Gen. 17. Anima cuius præputij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo: in baptisimo autem fit professio legis euangelicæ: ergo fortiori argumento vniuersus orbis ei precepto obligatur. ¶ Atqui ratio hæc sic explicatius instruitur. Vniuersus mundus tenetur Christo credere, eiusq; adeo legẽ suscipere & colere, iuxta illud Ioã. 15. Si non venissem & locutus eis nõ fuisset, peccatum non haberent. Et rursus si nõ venissem, & opera nõ fecissem, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent: baptisimus autem est fidei legisq; Christi susceptio, ergo ad illum vniuersi mortales tenentur. Vniuersi, inquit, etiam illi si qui sunt, inuincibili eius, ignorãtia laborantes. Tametsi per ignorãtia illã excusentur à culpa huius singularis precepti licet nõ ab illa, quod nõ seruant naturæ legẽ, ut fide illuminentur. Id quod illico declarabimus. Sed & aliter eadem ferẽ ratio formatur. Vniuersus orbis tenetur esse vnũ ouile sub vno pastore Christo, iuxta illud Ioan. 10. fiet vnũ ouile & vnus pastor, & de summa trin. & fide cath. Vna est fidelium vniuersalis ecclesia extra quã nullus omnino saluatur: baptisimus aut, ut in concilio habetur Florentino, est vitę spiritualis ianua, per quem & mēbra Christi, & de corpore ecclesiæ efficiuntur: ergo vniuersus orbis ad illum suscipiendum tenetur. Quod si sanctos in eandẽ sententiam desideras præter iam citatũ August. est Hierony. qui eod. loco super Matth. Docete omnes gentes, ait iussisse apostolis, ut gentes fidem ac baptisimã, quæ essent obseruanda præciperent. Et Bernard. Epistola. 77. iam citata, ait hoc esse

Hieron. esse

esse ex præceptis præcipuum. ¶ Ad illud igitur argumentum VVitcleff, quod si illa verba ad Nicodemũ præceptũ denotarent baptisimi, sequeretur ex eodẽ temporis momento cœpisse vniuersos ligare. VValdẽsis loco citato videtur id cõcedere propter verbũ August. iã supra citatũ de fide ad Petrũ ca. 3. quod est etiã in li. de origine animæ. Ex illo tempore, quo saluator noster dixit, Nisi quis renatus fuerit, &c. nemo, si ne baptisimo aut martyrio habet vitã eter nã. At verò, ut D. Ber. epist. citata. 77. ait, nulla probabilitate fulcitur. Locupletẽ nãq; supra d. 3. ar. 2. demonstrauimus, totã legẽ veterẽ vsq; ad articulũ mortis & resurrectionis Christi in suo durasse vigore, atq; adeo nullũ Christi mādaturũ, nisi inde obligare cœpisse: nõ enim obligationes ambarũ legum debuerunt concurrere, sed finis vnus fuit initium alterius. Neque verò decuit, ut misericors Christus prius fuisset sua lege condemnator, quã sua morte saluator. Quare baptisimus illucif que, ut non fuit necessarius, ita nec sub precepto. Quod ergo ait August. ex illo tempore, intelligitur, quod tũc cœpit in notescere lex baptisimi, licet non obligare. Vel rectius. Ex illo tempore, nõ significat ex illo momento, sed ex tempore Christi. Iam enim diximus, quod Christus viuens debuit suam condere legem priuatim inter apostolos, licet nõ nisi post mortem, vim esset obligandi obtentura. Cui quidem sententiæ illud Matth. 10. non dissonẽ congruit. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tẽta. Cœpit ergo obligare quãdo post resurrectionẽ dixit, Ite, docete omnes gentes, &c. Hoc autem ad Nicodemum dictum explicatiũ loco nũc citato enodauimus. Vise locũ. ¶ Argumentum primum D. Thomæ facilitimum est. Per Christum non est arctata via salutis: sed ante eius aduentum poterant homines sine baptisimo saluari: ergo & post. Respondetur, quod cũ fides Christi semper fuerit necessaria, iuxta illud sepe citatum Actu. 4. Non est datum aliud nomen hominibus, &c. secalorum successu, quo propinquius ad Christũ accedebatur, magis ac magis innotescere debuit. Quocirca in lege naturæ sola (vti ait Grego.) cũ sacrificiorũ oblatiõẽ sufficiebat.

Ad argumẽtum VVitcleff

Tho. Vald.

Bernard.

Matth. 10.

Primum argumentum.

In lege autẽ scripta per circumcisionis signaculũ masculis fides vëturi applicabatur. Et ideo in lege gratiæ licet per illam incorporemur Christo, secundũ illud ad Ephes. 3. Habitare Christũ per fidẽ in cordibus vestris, tamẽ fuit decentissimũ, ut postquã iam expectatõ aduenerat, explicatori signo eius fides & passio nobis applicaretur. Quoniã res præsens alio verbo significatur, quã præterita vel futura. Quocirca inde nõ fit, viã salutis fuisse arctatã: ut potẽ cũ via illa nunquã fuerit nisi vna Christi fides quæ semper fuit eadem: sed fuit potius luculentissime nobis explicata: quãdoquidem sicuti abluti sumus sanguine Christi, sic & baptisimo abluti illi conspelimur. ¶ Secundũ argumentũ est hoc. Baptisimus maximẽ videtur in remediũ originalis peccati institutus: ergo ille, qui baptizatus est, cũ iam sit à cõtagio illo ablutus, nõ amplius poterit illud in proles tradacere. In solutio ne. D. Tho. legentẽ ad secundã partẽ suæ summæ refert: nõpe, ad primã secundæ. q. 81. ar. 3. vbi ait per baptisimũ reuocari quidẽ hominẽ quantũ ad mentẽ, sed permanere in ordinationẽ partiũ corporis, secundũ quam homo generat. ¶ Mysteriũ autẽ hoc explicat Aug. libr. 2. de peccatorum meritis, & baptisimo paruulorũ. cap. 3. & quatuor sequẽtib; & cõtra Iulianũ li. 6. Arguebant. n. Pelagiani, quod cũ Adã peccator peccatores genuerit, multo iustius ille, qui iustus est, generabit iustos. Nã si vt. 1. Cor. 7. ait Apost. sanctificatur vir infidelis, ppter vxorẽ fidelẽ: eadẽ ratione patẽtes fideles generabũt fidelẽ filiũ: atq; adeo filij fidelium nõ sunt baptizandi. Sed huiusmodi argutiæ inanes erãt. Etenim, ut ait Pau. Rom. 5. sicut p vni delictũ in oẽs homines in condẽnationẽ, sic & p vnus iustitiã in oẽs homines in iustificationẽ vitę. Itaq; sicut oẽs homines eo quod nascuntur ex Adã, natura, vt ait Pau. nascuntur filij iræ (displicuit nãq; Deo in illo omnis eius soboles) sic & qui renascuntur per baptisimum in Christo, nascuntur filij gratiæ: est. n. filius, in quo bene Deo com placuit. At verò, quia baptisimus nõ tollit nisi culpam hominis, remanet semper fomes peccati in natura carnali inclinãs ad malum. Ideo nanque ait Pau. Rom. 7. sentio aliam legẽ in mēbris meis repugnantem

Secundum argumentum.

August.

Rom. 5.

Rom. 7.

nantem legi mentis meæ, & captiuantē me in legem peccati, quæ est in membris meis, & quæ homo non spiritu gratiæ, sed membris corporis generat, in quo lex illa peccati perdurat, generando filios Adæ, generat filios iræ, quod est traducere originale peccatum. ¶ Sed arguis. Sæpe homo dum gignit, rem illā vxoriam iustè & meritorie exercet: atque etiā ex gratia ergo generat ea ratione, qua est per baptismum reinitus atque adeo non traducit tabellam illam originis. Respondetur, quod etiam si parentibus officium illud coniugale sit personale meritum, nihilominus quia actione procreant naturam corruptam, quæ quidē corruptio ex Adæ præuaricatione contrahitur, licet secundum personam actum generandi ceu Dei filij exerceant, tamen secundum naturam generant tāquā filij Adæ. Quæ utique de causa & mulier cum doloribus parit. Hominem ergo nasci in peccato originali nihil aliud est, quàm nasci secundum naturam filiū Adæ, in quo omnes peccauerunt. Illud autem de vxore fidei vafrities erat contra hoc propositū adducere. Haud enim est sensus, quod si infidelis ducat vxorē fidelem, eo ipso sit iam ipse fidelis. Sed loquitur Paulus de sanctificatione legali, ut ipse se exponit. Nam cum lex nature sit, ut duo diuersarum legum non possint matrimonio copulari: in fauorem tamen Christianismi, quādo vxor fidelis est, potest cum viro infideli habitare, si ille sine iniuria saluatoris vult cum eadem coniuge permanere. ¶ Tertium argumentum est. Si qui modo nascerentur sanctificati in utero, iam sine originali contagio nascerentur, ac perinde in gratia: ergo illos non opus est baptizare. Negatur autem consequentia: quoniam carerent characterē Christiano, qui non nisi per baptismum imprimitur.

ARTICVLVS. II.

Vtrum sine baptismo aliquis possit saluari.



VM definitum sit, baptismum esse ad salutem necessarium, inde apparet manifestè consequens, nemini absque ipso patere salutem: qua

propter alicui articulus presens superuacaneus videri posset. Nihilominus ad explicandū illa, quæ baptismi vicē supplere possunt, necessarius fuit. Respondet ergo D. Tho. per distinctionem duabus conclusionibus. Bisariam enim cuiuspiam potest deesse baptismus. Vno modo re & voto, ut potest qui ideo non baptizatur, quod baptismum iniquo animo respuit. ¶ Et ideo asseritur prima conclusio. Absque baptismum in re vel in voto nemo potest saluari. Nam qui Dei præceptum, atque illius præsertim rei, quæ ad salutem est necessaria, contemnit, non potest amicitiam cum eo conciliare: qui autem baptismum renuit, ipsum contemnit: ergo ille non saluabitur. Alio modo potest deesse baptismus re quidem, sed non voto, ut cum quis desiderio flagrans baptismi, aut equam eius adsit facultas, mortē obit. ¶ Et propter istos subiungitur secunda conclusio. Potest homo sine baptismo in re, dum modo eius habeat votum, salutem consequi. Probat, votum illud ex fide nascitur per charitatem operante, ergo sufficit ad salutem. Deus enim, qui suam virtutem sacramentis non alligauit, per illum internum motum gratiā infundit, iuxta verbum ad Gala. 5. In Christo Iesu nec circumcisio valet, nec præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Vnde Ambrosius de Valentiniano qui catechumenus sine baptismo vita decessit, Quæ regeneraturus eram, inquit, amili, verum tamen ille gratiam, quam poposcit, non amisit. ¶ Conclusiones istæ dist. 3. art. 11. quo tria distincta sunt baptismata, satis exposita sunt vbi conclusum est baptismata sanguinis & flaminis supplere posse baptismi vicē. De solo autē modo loquēdi potest Magister corripit, qui in 4. dist. 4. vbi verbum illud Christi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto restringit ad illos, qui baptizari possunt. Vel sic. Nisi quis ea fuerit regeneratione reinitus, quā facit baptismus. Illa autem fit, inquit, non tantum per baptismum, sed per poenitentiam & martyrium. At verò quauis in re idem sit, modus tamen loquendi non ita syncerè Christi sententiæ maritatur. Et ideo quemadmodum illic adnotauimus, & verba euāgelica sonant, dicen-

dicendum est, baptismum esse simpliciter necessarium. Poenitentia verò & martyrium non simpliciter sunt dicenda sufficere, sed secundum quid, & cum modo ramine: scilicet, vbi baptismi copia haberi non potest. Hanc enim obrem illa duo baptismi nomen sortita sunt, ut illic exposuimus, quod non iustificat, nisi suppleto vicem baptismi, ut August. lib. 4. contra Donatistas. cap. 22. quod refertur de consecra. dist. 4. can. Baptismi vicem, autor est. Enim verò ad hoc quod vnum quodlibet istorum trium per se diceretur sufficere, requireretur, quod vbi baptismi facultas adesset, optio daretur, ut quis posset vel baptizari, vel martyriū perpeti, vel solum actum poenitentiae habere: cum verò tunc necessarius sit baptismus, fit ut simpliciter sit asserendus necessarius, & alia non, nisi in eius absentia, dicendum est sufficere. ¶ Quod autem martyrium vicē suppleat baptismi docet August. li. 13. de ciuit. Dei. cap. 7. & in epistola ad Se-leucianū, quæ est. 108. & de fide ad Petrum cap. 3. & cap. 30. Qui enim dixit. Nisi quis renatus fuerit, &c. pariter dixit (Ioā. 15.) Maiorem charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Et qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Anima namque illic pro vita vsurpatur. In summa, ut est in psalmo. Preciosa in conspectu Domini mors factorum eius. Quæ autem preciosior, quàm quæ Deo dedicatur? Concludit ergo Aug. loco citato de ciui. Dei, dicēs. Neque tanti sunt meriti, qui cum mortem differre non possent, baptizati sunt, quanti sunt ij, qui mortem differre cum possent, ideo non distulerunt, quia maluerunt Christum confitendo finire hanc vitam, quàm eum negando ad eius baptismum peruenire. De martyrio autē dist. 3. ar. 11. satis ostendimus, quod perinde ac baptismus culpam remittat & poenā. ¶ Baptismum autem flaminis citra martyrium nonnulli olim arbitrati sunt non sufficere, de quo ideo argumento D. Bernar. ad Hugonem scripsit, vbi contrariū monstrat. Nam, ut loco citato distinctio. 3. artic. 11. dicebamus, neminem Deus ad impossibile obligat. Vbi ergo quisque

desiderio baptismi tenetur, quæ adipisci non potest, nihil aliud ab eo exigit, sed eius voluntatem pro facto reputat. Est enim multo propensior ad indulgendum, quàm ad puniendum. Cum ergo malorum solam voluntatem pro factis æstimet: ait enim. Qui odit fratrem suum homicida est, & qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde suo: fit ut & bonum baptismi affectū pro facto ipso acceptet. Sed non opus est in re manifesta amplius immorari. Retulimus enim illic, & art. huic proximo historias Actuum apostolorum, quibus refertur, Paulum, eunuchū, & Cornelium, & plures alios ante baptismū fuisse iustos, qui ideo si illum obtinere non valuissent, nihilominus in cælum commigrassent.

¶ Argumenta D. Thomæ secunda conclusioni obiciuntur. Videtur enim primum locus ille Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei, convincere quod votū baptismi sine eius susceptione non sufficiat. Respondetur nihilominus, quod cum homines, vt. 1. Reg. 16. legitur, videant quæ parent, Deus autem intueatur cor: ille, qui per baptismū regenerari cupit, corde quidem apud Deum regeneratus est, iuxta verbum Apostoli Roma. 2. Circumcisio cordis est in spiritu, non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Et hinc colligitur solutio tertij argumenti, quod est hoc. Sacramentū baptismi est de necessitate salutis: ergo non sufficit eius votum sine re ipsa. Respondetur, inquam, ob id dici necessariū, quod vbi copia eius haberi non potest, sine eius voluntate, quæ apud Deum pro facto reputatur, nemini contingit salus. ¶ In secundo autem argumento paulò durior locus opponitur ex lib. de ecclesiasti. dogmat. qui refertur de consecra. dist. 4. can. Catechumenum. Vbi sic legitur. Nullū catechumenū, quauis in bonis operibus defunctū, vitam eternā habere credimus, excepto martyrio, vbi totū sacramentū baptismi cōpletur: catechumeni autē sunt illi, qui votū habent baptismi, quæ nondū receperunt: ergo votum sacramenti sine re non sufficit. Et Syluius papa in epistola ad episcopum Tarraconensem admonet, ut desiderantibus fontem salutarem

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Pau. Galas.

Expositio articuli.

Martyrium vicē supplet baptismi.
Aug. lib. 13 de ciuit. Dei cap. 7.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Quart. a con-
clusio.

rem omni celeritate succuratur, ne regnū & vitam perdant. Vnde consequi videtur desiderium baptismi non sufficere ad vitam æternam. ¶ Propter hæc argumenta non defuerunt tempore Innocentij, qui in ambiguo essent: vtrum catechumenus defunctus ante baptismum viam salutis ingrederetur. Quam quidem ambiguitatem apud eundem pontificem deposuerunt, vt refertur in. c. Apost. de presby. nō baptizato. Nā si Corn. & Eunuch⁹ & alij, in actibus apostolorum referuntur Deo ante baptismum placuisse, illud fuit propterea quod baptismum inuincibiliter tunc ignorabāt. De catechumenis autem, qui notitiam eius habent, censere isti poterant, non posse sine ipso in re vitam æternam possidere. Nihilominus prædictus pontifex contrariam illic veritatem tanquam catholicam definit. Quare hereticum esset de illa dubitare. Ait, inquam, presbyterum, qui sine vnda baptismatis extremum diem clausit, quia in sanctæ matris ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseverauerit, ab originali peccato solutum, & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, incunctanter, esse asserendum. In cuius confirmationem allegat Augustinum libr. 4. de baptis. contra Donatistas cap. 22. licet falsò in textu allegeretur libr. 8. de ciuita. Dei. Cuius verba sunt. Baptismus inuisibiliter ministratur, quæ non cōtempus religionis, sed necessitas excludit. Citat & Ambrosium de obitu Valentiniiani idem asserentem de Valentiniiano qui catechumenus obiit. Idē etiam ipse Innoc. affirmat in cap. Debitum. de baptismo, vbi ait quod Iudæus, qui se ipsum baptizauit, si tunc sine alio sacramento moreretur, protinus in patriam euolasset propter fidem sacramenti sine sacramento fidei. Quocirca concilium Tridentinum se fsiōne. 6. cap. 4. ad literam conclusionem D. Thomæ sub dissiūctiōne decreuit: scilicet post promulgatum euangelium posse quemque per sacramentū baptismi in re vel in voto saluum fieri. Et est ratio manifesta: nam si illi, qui in actibus apostolorum referuntur, propter ignorantiam inuincibilem per fidem implicitam per charitatem operantem indulgentiam adepti sunt, multò æquius

Concilium Tri-
dentinum.

qui desiderium habent expressum baptismi morte prærepti idem beneficiū obtinebūt. ¶ Locum ergo citatum de ecclesiasticis dogmatibus quidā sic exponūt, vt de sola præsumptione intelligatur: videlicet, quod vbi catechumenus in mora est suscipiendi sacramentum, quod recipere poterat, si morte præoccupetur, condemnari præsumatur. Planior verò est solutio D. Thomæ. Illic enim non habetur catechumenus defunctus nō obtinere gratiam, sed nō habere vitam æternam. Sensus ergo est, quod licet in gratia decedat, non statim peruolat in cœlum: quia non recepit plenarium effectū baptismi quoad culpā & omnem poenā. Et ideo subiungitur. Excepto martyrio vbi totum sacramentum baptismi (scilicet quoad culpam & totam poenam) cōpletur. Saluabitur ergo ille, sed per ignē purgatorij vt. 1. Corin. 3. ait Apost. Atq; huic applaudit illud, quod habetur in primo concilio Braca. cap. 35. vbi legitur multas preces pro catechumenis in ecclesia fieri, qui sine baptismis vita perfructi sunt.

¶ Contra priorem autem assertam cōclusionem obijciūtur alia præterea argumenta, primum de adultis, deinde de paruulis, quod possint sine baptismis, sineque eius voto saluari. Primum enim de Apostolis, nullibi legitur fuisse baptizatos, cum tamen potuerint, neque de fac. atissima virgine. ¶ Ad hoc de apostolis tribus conclusionibus responderetur. Prima. Apostoli post latum præceptum baptismi, scilicet post ascensum Christi tenebatur euangelico sacramēto baptizari. Patet, quia lex baptismi est vniuersalis, cōprehendēs, vt hætenus monstratum est, vniuersos quantacunque fide & charitate pollentes. ¶ Secunda. Deus, qui virtutem suam sacramentis non alligauit, potuit cum ipsis dispensare, vt non baptizaretur. Quapropter Chryso. homilia. 1. super acta apostolorū in ea fuit opinione, quod apostoli non fuerunt baptizati, nisi baptismis Ioannis, & postea in pētecoste baptismis flaminis iuxta illud Actuū. 1. Ioānes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. ¶ Tertia cōclusio. Lōgē probabilius est, imò sic pro cer

Alia arg.

Prima cōclu-
sio.

Secunda con-
clusio.

Tertia cōclu-
sio.

to

to tenendum, quod apostoli fuerunt baptizati baptismis Christi, vt D. Thom. 3. par. q. 38. art. 6. & Scot. in. 4. dist. q. 6. autumant. Probatur: nam postquam de lege constat, non autem de dispensatione, temerarium est asserere, cum ipsis fuisse dispensatum. Eò potissimum, quod neque ad eorum honorē quicquam conferebat, neque ad vtilitatem ecclesiæ, vt bene illic ait Scotus. Imò quod non fuerit dispensatum, fuit multò decentius. Tum quod cum ipsi essent familiæ Christi primitiæ, eiusq; legis promulgatores, nō decebat, vt Christianissimum, quem alijs prædicabant, non ipsi reciperent, & tamen charactere Christiano sine baptismis insigniri non poterant. Deinde baptismus est professio legis euangelicæ, expediebat autē, vt eandem legem via communi & regia susciperent: ergo baptizati sunt. Præterea indecens erat, vt sacramenta, quæ alijs ministrabant, ipsi non suscepissent. Ad hæc manifestū est, fuisse sacerdotes, quin verò episcopos, susceperuntq; sacramentum euangelicæ: hæc autem sacramenta ecclesiæ sine baptismis recipi non possunt: ergo non expediebat, vt Christus super tot legibus absq; vlla causa cum illis dispensaret. ¶ Accedit demum & sententia Augustini. id asserentis in epistola. 108. ad Seleucianum, quæ refertur de consecra. dist. 4. can. Quando & libr. 3. de origine animæ, quæ refertur ibidem can. Si eos. Et priori loco refert aliam opinionem, quod non fuerint baptizati nisi baptismis Ioannis, sed ait magis esse credibile, quod fuerint etiam baptizati sacramēto Christi. Quin verò sentit, fuisse baptizatos Christo viuente ante eius passionem. Ait quippe ministerio baptismi non defuisse, vt haberet baptizatos seruos, per quos reliquos baptizaret. Cum ergo iā Christo viuente baptizaret, consequens fit, vt quauis tunc simpliciter nō tenerentur, quia nondum erat præceptum positum, a nihilominus essent baptizati, vt exēplo Christi, qui antequam prædicaret, baptizatus est, characterem ipsi prius reciperet, quæ alijs imprimebāt. Alias redargui possent cur nō ipsi reciperet, quod persuadebāt alijs. Atqui credibile est, vt se mutuo ipsi baptizaret. Nisi forsan dixeris, quod nō baptizatus aliū baptizaret, Christus

August.

prius Petrum abluit, deinde ipse alios. Atqui forsan, vt idem ait Aug. id Christus sub articulum lotionis pedum significare voluit dicens Petro. Qui lotus est, (scilicet baptismis meo) non indiget, nisi vt pedes lauet. Illud autem Actuum. 1. Vos autē baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies, auctiorem gratiæ copiam denotat, quam in die pentecostes etiam visibiliter in linguis igneis receperunt. ¶ At de Ioanne Baptista res est magis ambigua: nā cum mortuus fuerit antequam Christus præceptum obligatorium baptismi ferret, nunquam illo fuit obligatus: quare cum illico fuerit in carcerem coniectus, aliqua sit coniectura, non fuisse illo sacramento initiatum. Accedit præterea, quod Ioannes ad legē euangelicam non pertinebat, nisi tanquā disponens, vt verbo illo Christus innuere videtur. Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Quare in seculo suæ natiuitatis non canitur, Credo. His tamen non obstantibus rationi multò consonatius est, & ita piē tenendum, quod fuerit baptizatus baptismis Christi, quod D. Tho. loco citato etiam tenet. Imò Chryso. super Matth. cap. 5. illius videtur sententiæ, quod fuerit protinus ab ipso redemptore lotus, postquam illum baptizauit. Idē; adnotauit in illo Christi responsō, quod dedit Ioanni dicenti. Ego a te debeo baptizari. Sine modo. Quasi dixisset. Sine me prius hoc abs te officiū recipere, & ego tibi statim id ipsum repēdā. Atq; eam historiam, ait, in quibusdā apocryphis libris scriptā fuisse. At verò profectò in re tam illustri maximū argumentum est negatiuū. Si id, inquam, accidisset, minime id dissimulasset Matth. suæ historiæ contexere. Quicquid autem de hoc sit Hierony. tamē eodē loco tanquam certum affirmat, quod sicut Christus fuit baptizatus ab illo in aqua, ita & ipse vicissim erat a Christo in spū baptizatus. Et intelligit baptismis Christi. Neq; verò deest optima ratio, quæ cum erga Christi baptismis tā officiosū sese Ioan. præstiterit nō est vero simile, vt sine illo sacramento mori se sineret, quo fieret Christianus. ¶ Sed & de sacratissima virgine ibidē etiā Sco. ait fuisse baptizatā, nisi forsan ob id fuerit excepta, quæ fortē in conceptione filij

Vos autē baptizabimini
spiritu sancto
&c.

De Ioan. Bt.

Chryso.

Hieronymus

De sacratiss.
ma virgine.

filij sui totam habuit plenitudinem gratiæ, ad quam Deus disposuit illam peruenire. At profectò cum de Deipara celo rû regina id semper asserendum sit, quod saluis sacris eloquijs, ad cumulum honoris eius conducit, credendû est fuisse baptizatam. Hæc enim Scoti ratio non consonat virginis meritis. Quis enim ambigat: quin cû merita præmiû præcedant per tam egregia omnium virtutum officia, quæ post sacratissimum partum accumulauit, cumulatior etiam indies excellentior illi accresceret gratia? Fuit quidem gratia plena ante conceptionem filij quantû par erat, vt fieret Christi mater. Attamen gratia illa non fuit eo modo summa: vt non posset deinceps meritis augeri. Neque verò si sententiam illam teneas, quòd fuerit in gratia genita, ab omniq; culpa præseruata, eius excellentissimæ sanctitati derogat, imò ad honorem eius a pponitur quòd caractere sacramenti, quòd Christus instituerat, fieret Christiana, quòd quidem quicquid gratiæ recepit, in virtute passionis Christi obtinuit, cuius sacramentû baptismus est.

De pueris an
terationis
sum.

Caietanus.

¶ Grauius autem dubium de pueris est ante usum rationis, quibus sacramentû aliqua de causa applicari non potest. Et quidem de illis, qui in vtero clausi sunt, art. 11. disputabimus. De illis autem qui nati sunt, sustinet hic Caiet. quòd dū baptismi facultas non adest, si signo crucis cum inuocatione trinitatis muniantur, sufficit eis ad salutem. Hæc autem Dei supplementa, vbi sacramentum, vel quidpiã eius essentia deest, adeò mihi nunquam persuaderi poterunt, vt si ingenuè quod sentio dicere mihi liceat, semper fuerim arbitratus, non solum temerè & absque vlla prorsus ratione asserta, imò præter sententiam euãgelicam: & nõnunquam cõtra. Et quòd omnia ob oculos ponã, vt simul eorum error pateat gradatim illa referam, quæ in superioribus tetigimus, atque in huuc locum reiecimus. In primis dist. 1. q. 5. art. 1. retulimus opinionem Scoti in. 4. dist. 7. & Caietani super illum articulum dicentium, quòd præter gradum sacramenti, adijcitur nonnû quam paruulis per meritum parentû, & ministratium aliquis gradus gratiæ. Sed contra hanc opinionem. d. sequenti. q. 1.

art. 6. disputabimus. Nam nemo potest alteri de congruo gratiam mereri: nisi merendo illi bonum motum, quem tamè paruulus habere non potest. Deinde ar. 8. eiusdem quæstionis inter agendum de intentione ministri citauimus opinionem, quam aliqui impingunt Alexandro Alesensi. 4. par. q. 13. membr. 1. in qua tamen, vt illic patet non perdurauit, sed est opinio Durand. dist. 6. q. 2. quòd vbi intentio ministri defuerit, adulto deuotio sua sufficiet, paruulo verò summus sacerdos Christus id supplebit cõferendo gratiã. Postmodum verò distinct. 3. ar. 6. opinionem retulimus Altisiodorensis lib. 3. tracta. 3. cap. 4. q. 2. dicentis, quòd si sacerdos non proferret integram formam scilicet tres trinitatis personas, Deus supplebit quod omissum fuerit. Et postea ar. 7. allegauimus Paludanum dist. 1. q. 1. paulò ante tertiam conclusionem dicentem, quòd si baptizans non tangat aqua illum, quæ baptizat, Deus supplebit, & gratiam cõferet. Similiter D. Tho. in. 4. d. 24. q. 1. art. 2. quæstion. 3. ait, quòd dum quis non baptizatus sacerdotalem ordinem suscipit, nullum postmodum sacramentum confert, tamè piè credi potest, quòd quãtùm ad vltimos effectus sacramentorum summus sacerdos supplebit defectus. Ad hæc accedit modò opinio Caiet. quòd paruulos sine sacramento, dum applicari non potest, Deus ab originali liberabit. Idemque dicturus est infra ar. 11. de illis, qui in vtero moriuntur. Et fuit opinio, quam vt piã & credibilè asseruit Gerson in. 3. par. sermone de natiuitate virginis consideratione. 2. ¶ Atqui opinio bifariã potest intelligi. Vno modo, quòd illa signatio cum inuocatione trinitatis, aut aliquid simile, sit tanquam pro regula certa & vniuersali habenda, ceu priuilegium præter legem, vt semper sit sufficiens, propter necessitatem: quæ quidem esse videtur assertio Caietani. Altero modo, vt non sit regula certa, quòd semper sufficiat, sed quòd piè credendum sit aliquando Deo placere puerum sine baptismò saluum facere. De hoc ergo secundo mēbro dicemus in fine. Primû autem fateor me non intelligere, quomodo valeat citra errorem defendi.

¶ Nã primû, quòd sit aliud ordinariû reme-

remedium diuinitus institutum, manifestaria hæresis est, siquidem tanquam firmissimam legem Christus illud edixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorû, & Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, Qui verò nõ crediderit condēnabitur & ad Titû. 3. Saluos nos fecit per lauacrû regenerationis, & renouationis. Et ad Ephe. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Vnde cû in lege naturæ sola fides sufficeret aliquo actu applicata paruulis, & in lege scripta necessaria fuerit per circumcisionem applicanda: illa omnia per baptismum exclusa sût, qui ideo solus sacramentum applicandæ eiusdē fidei pmanfit. ¶ Simili ergo ferè ratione impugnatur opinio hæc: nã si illa consignatio, quam ait Caiet. vel quæcunq; alia cõmēdatio pueri haberetur tanquam regulare & vniuersale remedium, quòd semper sufficeret, profectò perinde esset ac ponere, quantum ad effectum gratiæ, aliud sacramenti genus. Et arguitur sic in contrarium. Illud non potest asseri nisi tanquam priuilegiû Dei: id autè nulli libi legitur, sed nuda lex. Nisi quis renatus fuerit, &c. & Qui crediderit, &c. ergo plusquã temerariû est illud asserere. Nam dicere quòd propter necessitatem piè credendû est, nullius est roboris. Etenim cû Christus satis prouiderit instituendo sacramentum, cuius materia vbiq; est in promptu, & peccatum originale natura ipsa cõtrahamus, nihil amplius à Dei misericordia exigendum est. Imò, vt ait

Alexander.

Alexan. loco proximè citato, misericordia Dei non debet aliquid facere, quòd sit in præiudicium suę prouidentia. Quare illa istorum pietas non est rationi concors, sed discors. ¶ Deinde, secūdò, vt ait D. Thom. quotlib. 6. art. 4. vbi idè, quòd nos modo, definit, nusquam apud Aug. & sanctos patres reperitur, baptismi vicem suppleri nisi per baptismum sanguinis aut flaminis, vt patet lib. 4. cõtra Donatistas, quòd refertur de consecra. dist. 4. can. Baptismi vicem. Cum ergo paruuli habere nequeãt baptismum flaminis, non possunt baptismum aquæ supplere nisi per martyrium, sicuti innocentibus occisis pro Christo vsu venit. Illo ergo concluso non nisi vnicum remedium baptif

mi aquæ illis restat. Quare D. Thom. infra. quæst. 73. art. 3. expressè ait pueros nullatenus per votum baptismi posse suscipere eius effectum, sed solos adultos. Atqui hoc argumentum efficacissimum est aduersus omnes recitatas opiniones dicentium, quòd vbi deest vel forma, vel materia, vel intentio, Deus supplebit. Etenim verò cum illic nullum sit sacramentum, nulla est maior certitudo quòd Deus supplebit, quã si absque vlla. ceremonia infans sol' moreretur in heremo. Nã deficiente re aliqua, quæ est de essentia sacramenti, totum residuum pro nihilo reputatur. ¶ Et tertio iudicio meo irrefragabiliter arguitur. Baptismus flaminis, vt præsentis artic. D. Thom. optimè declarat, debet esse actus, qui procedat ex fide per charitatem operante. Itaque nisi sit vera contritio, & dilectio Dei nunquã adulto sine baptismò in re sufficit ad salutem. Dum ergo, vt vult Caiet. paruulo applicatur sine baptismò fides, vel paruulus recipit gratiam per meritum applicatis, aut virtute operis instar sacramenti: non primû, tum quòd potest ille actus applicantis non procedere ex gratia, atque adeò neque esse meritorius: tum quòd etiam si esset meritorius ex gratia, non posset alteri mereri, vt sæpe diximus, primam gratiam, nisi merendo illi bonum motum in Deum, quem paruulus habere non potest. Si autem dixerit id fieri instar sacramenti, iam recidit in primû absurditatis barathrum, quòd sit præter baptismum aliquod remedium ad modum sacramenti. In lege quidem naturæ applicabatur fides per solum actum parètum etiam internum: illud autè iam prorsus cessauit, & sol' baptismus ad id muneris est supstes. Quo fit vt illa benedictio nullatenus sit necessaria, sed si per illam saluaretur puer, absque illa etiam per Dei misericordiam fieret salu', vt sanctificati in vtero. ¶ Quartò arguitur. Vel illa exterior signatio crucis necessaria est, vel se-

Tertium ar-
gumentum.

Quartum ar-
gumentum.

Quintum argumentum. set tam insolens, vt concederet. Quintū adhibetur argumentum, quod art. superiori faciebamus. Nemo saluari potest, nisi in gremium ecclesie recipiatur, saltē inter illos, qui ignorantia inuincibili euāgelij non laborant (quicquid sit de illis). vt patet cap. firmiter. de summa trinit. & fide catho. nemo autem in gremium eius recipitur nisi per baptismum, vt in concilio Florentino habetur: ergo paruulus, qui vicem eius supplere non potest, nequit sine illo saluus fieri. Sexto arguitur, vt in materia circuncisionis arguebamus de puero ante octauum diē. Aut per illam ceremoniam crucis recipiunt gratiā soli pueri, qui sunt sine baptismo morituri, aut omnes periclitātes, etiā si sint mortem euasuri. Si primū, subsequitur, quod diuinum illud beneficium recipiēdā gratiā dependet ex futuro contingēti, quod est concessu absurdum. Si secundum, sequitur, quod multi paruuli dum post baptizarentur, nullam tunc reciperent gratiam, cū iam sint ab originali mūdi: nam gratia baptismalis ad solum illū effectum confertur. At verò præter rationes testimonia sunt sanctorum innumera, potissimum Aug. quibus prædicta opinio, tanquam hæresis repudiatur. Primus enim est locus ille, quē citat D. Tho. de ecclesiasticis dogmatibus. Baptizatis tantum iter salutis esse credimus. Cui cōsonat illud eiusdem Aug. lib. de peccatorum meritis, & baptismo paruulorum, & refertur can. Nulla. de cōsecra. dist. 4. Vbi nulla, inquit, præter baptismū salus promittitur infantibus: quia infantes si per sacramentum, quod ad hoc est diuinitus institutum in credentium numerum nō transeunt, in tenebris manent. Et ibidem cano. Baptizandi. i. Gelasius papa iubet, quod in lāguoris incurfu adhibeatur baptismus, ne fortassis ægrotans exitio præuentus, sine remedio salutari abscedat. Quæ quidem verba palām docent nullū aliud esse remediū. Id quod idem Aug. epistola. 28. ad Hieronymum de origine animæ, his verbis edocet. Quisquis dixerit, quod in Christo viuificabuntur paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profectō & contra apostolicam prædicationem venit, & torā cōdemnat ecclesiam: vbi propterea

cum baptizandis paruulis festinatur, & curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo viuificari non posse. Perpende, non aliter. Et lib. 1. de pecca. merit. & baptis. paru. cap. 18. Hisce verbis eandem opinionē execratur. Quis Christianorum ferat, cum dicitur ad eternam salutem posse quenquā peruenire si non renascatur in Christo, quod per baptismum fieri voluit? Atqui libr. de fide ad Petrum capitu. 27. quod refertur can. Firmissimè de cōsecra. distinctio. 4. affirmatissimè id constituit. Et in primo tom. conciliorum epistola. 72. inter epistolas Leonis, quæ tamen est Aurelij, iubentur quarto loco Pelagiani cōfiteri, infantes non baptizatos, non solum regnum cœlorum, verum neque vitam æternam habere posse. Quod si dicas hæc & similia testimonia contra Pelagianos esse cōgesta, qui peccatū originale negabant. Respondetur id verum esse, neque illo sensu cōtra virum egregiè catholicum sunt à nobis allegata, sed in hoc tantum, quod cū tam inculcata vniuersalitate condemnentur pueros absq; baptismo saluari posse, non liceat exceptionem vllam facere aliter applicandæ fidei, quàm certè, si vera esset, Augustinus vel sanctorū aliquis aliquando fecisset. Ad hæc propter hanc eandem opinionem, quam August. errorem ab illo Pelagianorum differentem censuit, quatuor illos libros de anima & eius origine scripsit contra Vincentium Victorem, qui sustinebat paruulos sine baptismo saluari posse. vt patet libro. 1. qui est ad Renatum capitu. 9. Et libro secundo, qui est ad Petrum presbyterum capitu. 12. vbi ait, quod neque Pelagiani, si peccatum originale cognouissent, salutem pueris absque baptismo ausi fuissent promittere. Ille tamen (scilicet, Vincentius) cum peccatum originale catholicè fateatur, nihilominus ait, sine baptismo eos posse saluos fieri. Quæ, inquit, magis est vecors, quàm misericors vanitas. Sic enim Saul (1. Reg. 15.) visus est sibi misericors, quādo pepercit Agag regi Amalech, quē Deus occidi præceperat. Et tandem lib. 3. cap. 9. Noli, inquit, credere, noli dicere, noli docere infantes antequā baptizentur morte præuētos, peruenire posse ad originaliū indulgentiā peccatorū, si vis

Sextum argumentum.

August.

Aug. lib. de baptis. paru. & de cōsecra. dist. 4. can. Nulla.

Can. Baptizandi. i. de cōsecra. dist. 4.

August.

1. Reg. 15.

Qui credide rit, &c.

Secundū membrum.

si vis esse catholicus. Et in calce eiusdem libri inter errores Pelagianos sextū connumerat. Infantes antequā baptizentur morte præuentos peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum. Præterea & ex alio loco Marc. vlt. idē Aug. eandem sententiam demonstrat. Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, saluus erit. Ait quippe eod. lib. 1. de baptis. paru. capitu. 27. & inculcatius lib. 3. capi. 2. proculdubio paruulis idē esse credere, quod baptizari: atque adeo baptizatos in numero credentium connumerari, ac perinde eos qui nō baptizantur, inter eos, qui nō credūt, cēsendos. Quare illi, inquit, nec vitam æternā habebunt, sed ira Dei manet super eos. Et rursus eod. cap. lib. 1. De ouibus, inquit, Christi esse non incipiūt paruuli nisi per baptismū. Quare profectō, inquit, si hoc non accipiunt peribunt. Et iterum. Nec regnum cœlorum, nec vitam paruuli habere possunt, si filium nō habeant, quem nisi per baptismū eius habere non possunt. Innumera sunt quæ in hanc causam conferri possent, sed hæc sufficere prudentissimo cuique debent, ne vel suspicetur, vt vbi aliquid substantiæ baptismi defuerit, siue formæ, siue materiæ, siue intētionis, Deū id ratum habiturū, vt defectū suppleat. At multo id minūs suspicandū, vbi baptismus applicari non potest. Sed restat secundum membrum supra distinctum. Esto non sit lex ordinaria, vt semper Deus suppleat sacramenti defectus, vtrum saltem credendum sit aliquando paruulū absque baptismo eiusdem Dei beneficio saluum fieri. Respondetur primò quod dubitare nō licet, quin id pro suo bene placito possit facere: quippe cum sacramenti suam non adstrinxerit virtutem. Attamen quod id quādoq; faciat, nisi ipse nobis reuelauerit, ne utriquam est nobis asserendum, sed semper loquendum secundum legem, quam in euangelio explicuit. Item si id nonnunquā fecit, nō est propterea, quod aliquid sacramenti applicetur puero sine eius integritate: quia illud nullius est valoris. Nec propter necessitatem, quia non potest applicari baptism⁹: nam de illa causa nulla est lex lata. Nec propter signum crucis, aut aliqua verba conantium ap-

plicare puero fidem. Neque verò in paruulis propter meritum parētum vt. d. 6. q. 1. art. 6. patebit. Sed certe propter diuinam prouidentiam: scilicet, quia tales paruulos ad aliquod egregium cōmune bonum creat. Quemadmodum sacratissimam virginem in vtero gratiæ plenitudine dotauit, vt idonea esset Dei mater. Et Hieremiā & Ioannē sanctificauit in vtero. Hæc autem priuilegia ob id confitemur, quod de sacris literis colliguntur. Te nemur autē argumentis cōtrariæ opinionis respondere. Primò enim arguit sic Caiet. Fides nō fuit maioris vigoris apud veteres, quàm est apud nos: sed non obstante præcepto circuncisionis, dū necessitas ante octauū diem vrgebat, sufficiebat fides parētū applicata per signū legis nature, eod. quod vt legitur Gen. 17. non licebat antea puerū circuncidere: ergo & modo non obstante præcepto baptismi sufficit in simili necessitate applicare illam fidē cū signo crucis. Respondetur autē cōcesso fidem apud nos nō esse minoris virtutis, imò est multo maioris quàm apud veteres: nā ratio natia fidei est credēda docere. Et nostra est explicita tā trinitatis quā incarnationis, in illis autem nō fuit nisi implicita. Item pluribus sacramentis applicatur, copiosiusq; gratiā confert, cœlorumq; valuas aperit. Haud tamē subinde sequitur, quod si Hebræorum pueris poterat applicari ante octauū diē per aliud quā circuncisionis signū, possit nobis vnquā aliter quàm per baptismum. Est enim ratio longè aduersa, quod tunc quoniam ante octauum diem inhiuerat illis Deus circuncisionem, cōsequens erat, vt remediū illis permitteret, quod erat in lege nature, sicut pro foemellis, quibus nō erat aliud remedium. Nunc autem quoniā baptismum instituit, qui cum primū infans in lucem editur, ei valet applicari, nihil mirum si nullum aliud subsidiū reliquerit. Festinetur ergo, vt proximè citati August. & Gelasius aiunt, & curratur ad baptismū. Si verò mors illum præuenerit, iudicia Dei abyssus multa. Sic enim ipsifim⁹ Aug. li. 1. de peccatorū meritis & baptis. paru. capitu. 21. Et de bono persenerantiæ lib. 2. cap. 12. Pelagianis respondet. Cur scilicet ex duob⁹ infatulis alter morte ante baptismum præuenitur, alter ve-

rò illud recipit beneficium, non est alia causa, nisi q̄ Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. Quamobrè ait ad Roma. 11. Paul. incōprehensibilia esse iudicia Dei. Atqui eodem pacto respōdetur si obieceris illud Paul. 1. ad Timot. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri: illud enim, prætermisissis alijs sensibus, intelligitur de voluntate antecedenti, quam alij vocant conditionalem. Per ipsum enim nō stat quominus vniuersi saluētur, sanè cū sufficiētia remedia cunctis prouiderit. Si aut aliqui, imò quāplurimi nō saluantur vel sua ipsoꝝ est culpa, vel illa, quam ex

secundū ar-
gumentum.
Caieta.

Adam traxerunt. ¶ Secundum argumen- tum Caiet. est. Adultis in necessitate sufficit baptismus flaminis, quo recipitur. baptismus in voto: sed innocētes paruuli non debent esse deterioris cōditionis: ergo in simili necessitate cum nō possint habere volūtatem propriam, sufficit eis votum parentum. Ad hoc autem respon- detur, Caietanum non animaduertisse, q̄ adulto votum baptismi non nisi per mo- dum conuersionis in Deum prodest: par- uulus verò neq; propria voluntate neq; aliena potest villo pacto conuerti. Qua- propter D. Th. nequaquam ait sufficere votum baptismi nisi soli adulto. Quin- uerò in. 4. dist. 4. q. 3. art. 3. quæstiu. cu. 2. fa- cit idem argumentum hoc modo. Actas puerilis magis est ad misericordiā incli- nans, quàm adulta: sed paruulis nō remit- titur originale per solam fidem & contri- tionem alienam sine baptismo: ergo ne- que adultis per propriam. Et respondet: concessa vtraque præmissa, negando con- sequentiam. Nam oportet, inquit, quòd in pueris vt saluentur, sit aliqua causa sa- lutis: & quia nō possunt habere propriū motū, non possunt modò saluari sine sa- cramento. Quare plus, inquit, valet adul- to propria fides, quàm paruulo aliena. ¶ Ad id autem, quod supra retulimus ex eodē sancto Doctore eod. 4. dist. 24. vide- licet quòd licet sacerdos nō baptizatus nihil faciat administrando sacramenta, piè tamē creditur quòd Deus supplebit, respondetur id dixisse secundū commu- nem aliorum opinionem, quam certe in summa nō sustinuisset, vt ead. d. disputa- bimus. ¶ Postrema tandem dubitatio hu- ius articuli, qui iam non potest non esse

De ignorantia
ne baptismi.

prolixus est, vtrum possit quis modò ali- cubi ignorātia inuincibili a susceptione baptismi excusari. ¶ Arguitur enim con- tra cōclusionem præsentis articuli, q̄ ali- quis sine baptismo in re vel in voto pos- sit saluari. Quāplurimæ enim nūc sunt gentes in orbe, quæ in caligine sunt igno- rantia euangelicæ legis. Ait enim Chri- stus Ioan. decimo quinto. Sino n venis- sem & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Et rursus. Si non venissem, & opera non fecissem, quæ nemo alius fe- cit, peccatum non haberent. Et Paul. Ro- ma. 10. Quomodo credent nisi audiant: quomodo autē audient sine prædicante? Sunt autem frequentes per orbē barbari, qui nihil de fide nostra audierūt: ergo illorū ignorantia non est culpabilis. At- que adeò si eodem modo, quo in lege na- turæ satis erat, conuertantur in Deū, gra- tiam recipient remissionis peccatorum, absque vlla cognitione baptismi. Quā- doquidem vt Ezechiel. 33. legitur. Impie- tas impij non nocebit ei in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Vbi dies pro momento quocunq; vsurpatur. Est enim Deus multo præptior ad indul- gentiam, quàm ad vltionem. Vnde cum de iusto illic subdat. Iustus non poterit viuere in iustitia sua in quacunq; die pec- cauerit: fortiori ratione quouis momēto. se impius cōuerterit, obtinebit veniam. ¶ Neq; verò obstat verbū psalmi. In om- nem terram exiuit sonus eorum, & in fi- nes orbis terræ verba eorū, (scilicet apo- stolorum) quos cœlorum nomine illic re- gius psaltes designat, vt eorū ignorantio non careat culpa. Primum enim multi il- lud glossant in fines terræ: scilicet, in fi- nes quartæ mundi partis, quam nos ha- bitamus. Et Aug. non sic illud intelligit, quasi iam impletum: sed more propheta- rum assertum, qui ad exaggerādā rei cer- titudinem, id quod futurum est, præteri- ti voce vaticinātur: prædicatio. n. inquit, euangelij in totum orbem non erit per- fecta vsque ad finem seculi, iuxta illud Matth. 24. Prædicabitur hoc euāgelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet con- summatio. Et quādo cū Chrysost. hom. septuagesima septima super Matth. con- cedamus, iam tunc suo tempore in totū orbem

Ezech. 33.

orbē Christianā tubā personuisse, quod videtur Apostolo ad Rom. 10. magis con- sonum: nihilominus certum est aliquas iā esse regiones, in quib⁹ ante mille hinc retro annos eius memoria fuit extincta. Quare illi perinde hac de re cæcutiūt, ac si nunquā in orbe fuisset illa promulga- tio facta. Nā etsi quādo cœpit lex apud illos euangelica obliuioni tradi, vel post centū annos, obliuio fuisset illis culpabi- lis: iā modo illi qui ppter maiorū culpā ignorant, nulla tenentur ignorantie cul- pa. ¶ Hic primū omnium illius meminif- se opus est, quod dist. 1. q. 2. art. 3. constitui- mus: nepe nemini post lapsum Adæ ex- positā fuisse salutē nisi per supranaturalē fidē vni⁹ mediatoris vel implicitā vel ex- plicitā. Atqui nō voco implicitā solū ha- bitū fidei, q̄ cū gratia in cōuersione infū- ditur, sed actualē cognitionē in vniuersa- li, q̄ Deus sit remunerator. Itaq; cū q̄ lu- mine naturali affusus in bonū honestū suā vitā refereret, atq; adeò in Deū, vt na- turalem hominum finem, Deus protinus in- teralestū ei⁹ superno lumine irradiabat & speciali auxilio eū cōuertebat. Igitur quantūuis ignorantia hoc seculo inui- cibilis apud aliquas gētes admittatur, ni- hilominus vnicuiq; adultorū ad suā con- uersionē idē supernaturalis motus impli- citæ saltē fidei necessarius est, vt scilicet in Deū mente assurgat liberatorē homi- nū secundū modos sibi placitos, vt ait S. Th. 2. 2. q. 2. ar. 7. ad. 3. Neq; verò huic sen- tētiæ villo pacto id repugnat, quod idem Doctor sanctus. 1. 2. q. 89. ar. 6. censet: nem- pe, cum primū quis venit ad vsum ratio- nis teneri se in Deū conuertere: nam pri- mū, quod sibi mētē occurrit est de se ipso deliberare. Quare si se in debitū finē ordi- nauerit, gratiā remissionis originalis con- sequetur. Ex quibus verbis quispiā colligere posset. S. Thomam sensisse id posse sine supernaturali lumine fidei accidere. Quod falsissimū est: nam ipse 1. 2. q. 111. ar. 6. expresse tenet, neminē posse facere qd̄ in se est sine auxilio speciali. Quare vbi primum quis conatum naturalem appō- nit, Deus supernè illi affuget, & opitula- tur. ¶ Sed tamen dubiū hinc emergit, v- trū supra illā implicitā fidē quæ in lege naturæ sufficiebat, necessaria sit etiā nūc tēporis ad salutē quæ fit per gratiā fides

Utrum requi-
ratur fides
explicita.

explicita Christi, atque adeò baptismi. Et ratio ambigendi est, q̄ si illa est neces- saria, apparet cōtinuò subsequi, vt nemo sine eiusmodi fidei explicatiōe in gratia possit esse cū Deo. Cuius cōtrariū vidē- tur argumenta proposita cōvincere. Re- spondetur nihilominus prima cōclusiōe, sicut
Prima cōclu-
sio.
quam D. Tho. ibidem. 22. q. 2. constituit. Vbi distinguens inter tempus præcedēs Christi aduentū, & subsequēs ait, q̄ quā- uis in lege naturæ & Mosayca satisfuisset fides implicita Christi, licet in Mosayca erat quodāmodo explicatior, tamen nūc tēpore gratiæ reuelatæ tam maiores, in- quit, quàm minores tenētur habere fidē explicitā de mysterijs Christi, præcipuè quātū ad ea, q̄ in ecclesia cōmuniter solē nizātur, & publicè pponūtur, vt sūt arti- culi trinitatis & incarnatiōis. Neq; verò cōclusio hæc sub his saltem verbis, q̄ nūc temporis necessaria sit ad salutem in vni- uerso orbe fides explicita Christi, ex illis est veritatibus, quæ opus habent sancto- rum testimonijs suffulciri. Imò est ipsi si- ma fidei nostræ confessio, cuius cōtrariā negatio, aut dubitatio, heresis esset mani- festa. Dixerim sub his terminis, fides ex- plicita, nam quid teneantur rustici ex- plicitè credere, puta an articulos oēs & pcepta &c. id disputare pmittitur. Proba- tur conclusio ratione planissima. Profes- sio euāgelica idem est prorsus, quod cōfi- teri fidem Christi explicitam: hoc enim docet præcipitq; euāgeliū. Cū ergo, vt ar. 1. probabamus, mortaliū vniuersitas te- neatur credere Christo, eiusq; euāgelio, consequēs est, vt teneatur habere fidem explicitam, eademq; sit ad salutem neces- saria. Christus id ipsum nos edocer dicēs Marc. vlti. Euntes in vniuersum mundū prædicate euāgeliū omni creature. Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condēnabitur. Quid ergo oīs creatura credere debet? Certè euāgeliū ipsum, qd̄ Christus prædi- cari iussit. Quid autē est credere euāgelio Christi, nisi fidem explicitam habere de Christo? Quā qui nō habuerit, condēna- bitur. Est ergo iam nunc fides explicita, tum necessaria ad salutem, tum subinde in præcepto. Deinde baptismus, vt ar. 1. demonstrauimus, est tū necessarius ad sa- lutem, tum etiā in præcepto vniuersum

Nota fidem
euāgelicam.

orbem obligate, iuxta illud sæpissimè re-
sumptum Ioã. 3. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua & spiritu sancto &c. baptismus
autè est professio euāgelicæ legis, hoc est
fidei explicitæ Christi: quare simul cõpo-
nuntur. Qui crediderit, & baptizatus fue-
rit: ergo eodem modo est necessaria fides
Christi explicita. Tertio, idem discrimen
patefacit nobis Apostolus ad Galat. 3. vbi
ait. Conclufit scriptura omnia sub pecca-
to, vt promissio Iesu Christi daretur cre-
dētibus. Et cõtinuò subiecit ad nostrum
propositū. Prius autem quā veniret fides
(nempe euāgelica) sub lege custodieba-
mur cõclusi in eam fidem, quæ reuelanda
erat: ergo sicut antea sufficiebat ad salu-
tem velata fides, ita & nunc requiritur re-
uelata. Audi Aug. lib. 19. contra Faustum
cap. 14. Antiqui enim, inquit, iusti sacra-
mentis suis intelligebāt venturā prænun-
ciari reuelationem fidei: ex qua, licet ad
huc cooperta & abscondita etiam ipsi vi-
uebant. Et in calce capituli. Nunc autem
reuelata est fides, in quam inclusus erat
populus quādiu sub lege custodiebatur.
Hæc ille. Ad quid autè reuelata? Nisi vt
hoc seculo sic explicita perinde obliget,
atq; antiquitus illa abscondita. **At** pfe-
cto dignior est cõclusio, quā vt sancto-
rū testimonijs indigeat. Loquatur nobis
Athanasius in fidei Symbolo. Quicūque
vult saluus esse, ante omnia, inquit, opus
est, vt teneat catholicam fidem. Quid est,
quicūq;? Re vera quicūq; post promul-
gatum euāgelium in toto orbe fuerit, est,
futurusq; sit. Fides aut catholica, inquit,
hæc est, vt vnū deū in trinitate, & trinita-
tē in vnitāte veneremur. Et p̄c̄s̄tis diui-
nitatis articulis, subdit. Sed necessariū est
etiam ad æternā salutem, vt incarnationē
quoq; domini nostri Iesu Christi fideliter
credat. Ac demum subiunctis articu-
lis humanitatis concludit. Hæc est fides
catholica, quā nisi quisq; fideliter firmi-
terq; crediderit, saluus esse non poterit.
In summa propterea lex euangelica dici-
tur lex gratiæ reuelatæ: quia obligat hæ-
bere fidē Christi explicitam. Vnde in cõ-
cilio Tridentino sessione. 4. decreto. 1. de-
cernitur, q̄ sine fide nostra catholica im-
possibile est placere Deo, & vocat fidem
catholicā, quæ explicatur in Symbolis tā
apostolorū, quā Athanasij, & Niceni.

Aug.

Athanasius

Ex hac autē cõclusionē exurgit vis ar-
gumēti proximè facti, q̄ nemo sine huius
modi fide iā nunc vlla orbis plaga salua-
ri possit. Statuitur autē nihilominus secū-
da cõclusio. Quāuis præceptū fidei expli-
citæ absolutè obliget vniuersum mundū,
nihilominus possunt multi ignorātia in-
uincibili ab eadē obligatione excusari.
Sūt. n. multi, qui de fide nihil audierūt: &
tñ sine prædicatē (vt ait Pau.) nemo cre-
dere potest. Conclusio est. S. Thom. 2. 2. *S. Thom.*
quæ. 10. arti. vbi distinguit de infidelita-
te, q̄ alia sit purè negatiua, qualis est in
illis, qui nihil de fide audierunt: alia vero
contraria fidei, vt potè illorum, qui fidei
promulgationem audientes, illam vel re-
pellunt, vel contemnunt. Et subdit hanc
posteriolem esse peccatum speciale, prio-
rem verò minimè. Quare illi, inquit, ne-
gatiuè ignorantes condemnabūtur qui-
dem propter alia peccata, quæ cõtra ius
naturæ committunt, non autem propter
peccatū infidelitatis. **Contra** hoc autē *Argument.*
posterius membrū arguitur. Si illi ius na-
turæ seruassent, Deus illis p̄perè succur-
risset, vt eos speciali auxilio ad se cõuer-
teret: ergo nō sūt excusabiles, atq; adeò
singulari infidelitatis peccato tenentur.
Posset cuipiā in superficie rē cõsiderāti,
argumētum apparere contrariū senten-
tiæ S. Thomæ: distinctio tamen illud faci-
le diluit. Cognitio enim fidei saltem im-
plicita primū necessaria est necessitate fi-
nis, vt vnusquisq; cõuertatur in Deum.
Ac deinde est in præcepto: sicuti de bap-
tismo in superiori ar. definitū est. Atqui
quatenus est in præcepto excusatur ho-
mo ab eius culpa per ignorantia inuincibi-
lè. Et hoc est, qd̄ ait S. Tho. illos infi-
deles non condemnari ob singulare pec-
catū infidelitatis, sed propter alia cõtra
ius naturæ. Quod est dicere. Si aliquis,
verbi gratia illorū in decē peccatis exi-
stet cõtra ius naturæ, non ob id cõtrahit
vndecimū, q̄ non habet supernaturalē
fidē. Si autē eiusmodi fides consideretur
vt necessaria necessitate finis, vt potè q̄
sine illa nemo exire p̄t ab alijs peccatis
hac rōne nō possūt illi excusare se apud
deū dicētes, q̄ caruerūt lumine fidei, sine
quo nō poterāt p̄nitentiā agere. Rūde
bit. n. de p̄ ipsū nō sterisse, sed p̄ illos, q̄ b̄
si ius naturæ seruassēt, manū porrexisset.
adiutri-

Secunda con-
clusio.

S. Thom.

Argument.

Tertia cõclu-
sio.

adiutricem **Ex** hac secunda conclusio-
ne subsequitur tertia. Quòd si eiusmodi
homines, qui sunt per meram negationē
infideles, eo modo quo ante Christi adue-
tum erat necessarium cõuerterentur: sci-
licet per specialem Dei opem, iuxta ver-
bum Christi. Nemo potest venire ad me,
nisi pater meus traxerit eum, tunc illa cõ-
uersio placeret Deo, reciperetq; eos in
gratiam suā. Hoc manifestè ex dictis sub-
sequitur: nam si non ad aliud tenentur,
iam faciūt quod debent, atq; adeò eodē
momento sunt in gratia, iuxta verbum
Ezechielis supra citatū. Cõclusio est etiā
D. Thomæ 2. 2. q. 10. citata, art. 4. ad. 3. & 3.
par. q. vt videbimus. 79. ar. 4. ad. 2. argumē-
tum. Et vtrobique id probat per historiam
Cornelij Actuum. 11. qui antequā fidem
explicitā à Petro doceretur, placuit suis
elemosynis Deo. Idem contigit Eunu-
cho antequā erudiretur à Philippo, atq;
alijs, quos supra ex Actis Apostolorū re-
tulimus: qui per fidē implicitam in gra-
tiam diuinam recepti sunt. Quare cõclu-
sio non est peculiaris S. Thomæ, verum
omniū vniuersalis. Ad hoc enim proposi-
tum eod. ca. 10. ait Petrus. In veritate cõ-
peri, q̄ nō est personarū acceptor Deus,
sed in omni gēte, qui timet eū, & opera-
tur iustitiā, acceptus est illi. **Hinc** autē
emergit ambiguitas, q̄ conclusiones istę
prima & tertia videntur secū inuicē ma-
nifestè pugnare. Si enim fides explicita
est hoc tempore ad salutem necessaria, vt
prima asserit conclusio, videtur inde cõ-
sequi, q̄ sine illa nemo possit in gratia
Dei cõstitui, quod affirmat tertia. **Hæc**
ergo, quæ apparet, discordiā sunt qui ta-
li distinctione cõponant. Aiunt enim sa-
lutis nomē bifariā capi posse. Vno scili-
cet modo pro illa vita æterna, quæ erit in
cœlo, de qua sola (vt r̄etur) loquitur Chri-
stus Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex a-
qua & spiritu sancto, nō potest introire
in regnum Dei. Et Apostol. Actuum. 4. Nō
est datū aliud nomen hominibus sub cœ-
lo, in quo oporteat nos saluos fieri. Alio
modo accipitur pro salute, quæ in hoc se-
culo fit per gratiam. Aiunt ergo tertiam
conclusionē loqui de hac secūda salute,
vt potè quā ignorans inuincibiliter euā-
geliū per fidē implicitam adipisci valet.
Prima verò conclusio loquitur de illa sa-

Egregia du-
bitatio.

Quorundam
opinio.

lute supracœlesti: quare pro constantis-
simo habent, neminē postquā sufficiēter
fuit euāgeliū promulgatū potiri posse
fœlicitate æterna, quæ est in cœlo sine ex-
plicita cognitione fidei. **Quòd** si in con-
trarium arguas. Siquis in gratia per fidē
implicitam existēs de hac luce demigra-
ret, obtineret gloriā, ad quam per gratiā
erat acceptus: & tamē sine fide explicita:
ergo illa non est ad vitā æternam neces-
saria. Negat casum esse possibilē. Non, in
quam, admittunt posse illū hominē mo-
ri antequam fiat illi expressior fidei reue-
latio. Deus enim, inquit, qui facienti
quod in se est nunquā in ijs deficit, quæ
ad salutem sunt necessaria, explicatiōrē
ei fidē reuelabit, aut interius, aut per ho-
minē: aut per angelū: sicuti Paulum mi-
sit ad Ananiam, a quo erudiretur: & ange-
lum ad Corneliū, vt accerferet Petrū: at-
que aliū qui Philippū raperet ad instrū-
dū eunuchū. **Hanc** autē theologiam, vt
exilitatē ingenij mei ingenuè fatear, per-
suadere mihi nūquā potui. Imò, vt bonā
venia eorū loquar, qui me docere possūt,
arbitror & absq; vilo fundamēto, & con-
tra quā rei veritas habet, inuētā. **Ar-**
guitur ergo contra. Primū enim illa sa-
lutis distinctio, q̄ alia sit hic per gratiā,
& alia in cœlo per gloriā, nusquā apud
antiquos doctores tanquā ad hoc pro-
positum necessaria, reperitur. Imò verò
vna est eademque salus diuersos habens
status. Salus enim hīc incipit per fidem
& gratiam, iuxta illud Psalmi. Sana ani-
mam meā, quia peccaui tibi: & in patriā
consumatur per visionem. Quare ipsa ea-
dem salus est, tam hīc quā in patriā per
se vita æterna: vt potè quæ per corporis
mortem non intercitur, sed continua-
tur in patriā. Differentia tamen est, q̄ hīc
habet statū mutabilē per nostrū liberū
arbitriū, in patriā verò habet esse fixū &
immobile. Atq; hic est sensus illi⁹ Ioan. 17.
17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant
te, solū Deum verū, & quē misisti Iesum
Christū. Scilicet, vt cognoscāt te hīc per
fidē, per quā vita æterna inchoatur, & in
patriā peruisum in quo cõsumatur. Vri-
de fit, vt quicquid affirmetur ad salutem
necessariū, siue fides, siue baptism⁹, intel-
ligatur ad inchoandā salutē per gratiam.
Nā præcepta nō dātur de fine, qualis est
S 4 gloria,

Reprobatio
opinionis.

Primum ar-
gumentum.

Ioan. 17.

gloria, sed de medijs ad obtinendam cōseruā dāq; gratiā. Quapropter quādo Christus dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnū Dei, profectō similiter dixisset, nō potest in meam cōciliari gratiam. Nam vt Aug. supra citatus contra Pelagianos inquit, Propterea sine baptismo non patet introitus ad regnum cœlorum, quod sine illo non potest fieri remissio peccatorum, quæ fit per gratiam. Igitur cum gratia sit acceptatio ad gloriam, gratis dictum est, quod aliquid requiratur ad obtinendam gloriam, quod non erat requisitum ad obtinendam gratiam, atque adeo q̄ fides implicita sufficiat ad gratiā, & nihilominus explicita requiratur ad gloriam. Quod si nō requiritur, nō est cur negetur posse quēpiā cū fide implicita sine alia reuelatione mori. ¶ Quo autē res perspicacior fiat, arguitur secūdo. Ad obtinendam vitā aternā, quæ est in patria, nihil aliud requiritur, q̄ seruare mandata iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: ille autē, qui est in gratia per fidem implicitam seruat mandata, aliās non esset Deo gratus: ergo totum habet, quod requiritur, vt obtineat gloriam. Quare nil opus ei est nouā reuelationem expectare antequam de hac vita commigret. ¶ Tertio ad maiorē etiam num explanationē arguitur. Præcipuū illius opinionis fundamentum est illud Actuum. 4. Non est aliud nomen datum sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: illud autem nullatenus cōuincit, vt postquā homo sit in gratia, requiratur alia expressior eiusdē nominis cognitio ad gloriam. Primum, quia salus illic non accipitur tantum pro gloria, sed pro salute, quæ fit per gratiā. Nā dicit præceptum, quod non datur de gloria, sed de medijs ad gratiam, & necessitate finis, vt quis obtineat remissionem peccati originalis. Cū ergo ille, de quo loquimur, obtinuerit gratiam, fit vt habeat eiusdem nominis fidem, quæ illi sufficit. Deinde arguitur. Cognitio illa nominis Christi, quæ hoc loco designatur, non solum nobis, verum & cunctis mortalibus post præuaricationem Adæ fuit ad salutem necessaria, vt D. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 7. docet: quæritur ergo, vtrum hoc

seculo aliam nouam obligationē explicitę fidei adhibeat super illā, quam antē aduentum Christi adferebat, vel nullam. Si aliquā: ergo ignoranti inuincibiliter non sufficit fides implicita, vt sit in gratia. Si nullā: ergo eadē fides implicita ei sufficit ad gloriā, sicut sub lege naturæ. Itē sicut dixit Petrus. Non est datū aliud nomē sub cœlo & c. ita dixit Paulus. Sine fide impossibile est placere Deo: ergo solum exigitur ad obtinendam vitam aternam illa fides, per quam homo placeat Deo: sed per fidem implicitā homo Deo cōplacet, vt manifestē constat post q̄ est in gratia: ergo nulla præterea fides expectanda est ad obtinendam gloriam. Eodem modo responderetur, si illud obijcias. 1. Corinth. 3. fundamentū aliud nemo potest ponere præter id, quod positū est, quod est Christus Iesus: illud enim pariter de omni seculo intelligitur post Adē culpā: attamen qui per fidem implicitā cōuertitur, fundamentū habet in Christo Iesu. ¶ Quarto demū, vt rem concludamus, arguitur. Quidpiā sine necessitate ad obtinendum gloriam exigere, temerarium est, dicere autē q̄ post fidem implicitam, quæ ad gratiā sufficit, exigitur explicita ad gloriam, est, rem sine necessitate excogitare, nam postquam nulla illi fidei pro tunc restat præcepti obligatio, neq; verò necessitas finis, quādoquidem iam ille est in gratia, atq; adeo absolutē secundum illum statum acceptus ad gloriā, gratis excogitatur aliud quicquid exigitur: quandoquidem cuiusq; existenti in gratia aperta est cœli ianua: nisi aliqua peccatorum reliquæ eum in purgatorio remorentur. ¶ Ad hæc quinto. Fides explicita, quam prima conclusio asserit necessariam, certē non aliter est necessaria, q̄ sicut baptismus, necessitate præcepti & finis ad obtinendam indulgentiæ gratiam. Quare qui per ignorantia ab illo præcepto excusatur, nullā habet eiusdem fidei necessitatem. Vnde qui dicunt esse necessariam ad gloriam, & non ad gratiā, affirmant non esse necessariam necessitate præcepti, quod est falsū. ¶ Adde sexto q̄ cū illa reuelatio, q̄ sæpissimē apud remotissimas gētes sine miraculo fieri nō possit deberent frequentia miracula sine necessitate admitti: imò & consequens fieret

Deū

Deū nō satis puidē saluti humanę p̄ ordinaria media p̄pexisse: siquidē absq; miraculis illi nō cōsuluerit. ¶ Igitur mallē p̄fectō nullā ignorantia fidei explicitæ inuincibilē inculpabilemq; admittere in toto orbe, q̄ cōcedere q̄ existētī in gratia aliud sit necessariū mediū ad obtinendam gloriā, atq; adeo q̄ sine noua reuelatione mori ille nō posset. At quoniā eius modi ignorantia negare, esset præter omnīū opinionē, cōcludimus, salua censura doctius iudicantium, quod qui ignorantia inuincibili euangelij laborant sine fide explicita per solam implicitam, quæ admodum gratiam ita & gloriam obtinere possunt. ¶ Quapropter vt argumenta, quæ contraria videntur, dissoluamus, ad illam conclusionem apparentem repugnantiam respōdetur concedendo, si de explicita post passionē & resurrectionē Christi, vt ait prima cōclusio, esse simpliciter ad salutē necessariā: nō modō ad introitū regni cœlestis, vt ait impugnata opinio, imò & ad obtinendam gratiā remissionis peccatorū. Cū autē inferatur: ergo sine illa nemo potest gloriā aut gratiā consequi, distinguitur consequens. Si. n. sermo d̄ illis, fiat, qui ignorantia inuincibili nō excusatur, cōceditur cōsequentia. Si verò de illis qui illa cōcutiūt, negatur. Exemplum extat apud. S. Thom. nam quauis hic simpliciter dixerit, sine baptismo in re vel in voto nemini posse obuenire salutem, nihilominus infra. quæstio. 69. articulo. 4. dicit, quod sufficit votum implicitum ad remissionem peccatorum, & idem p̄fectō diceret ad gloriā: quia nulli in sinuauit aliud quidpiā ad illā obtinendam requiri, q̄ remissionē peccatorum. Vis autē euāgelicę legis est, vt postquā ille, qui per fidē implicitā gratiā obtinuit, promulgationē euāgelij audierit, tenetur illā explicitē credere, baptismūq; subinde suscipere. Aliās gratiā Dei p̄det, quā susceperat. Dicitū. n. est iā supra baptismum necessariū esse etiā illis, qui sūt in gratia, atq; adeo explicitā fidē. Ob idq; qui eam legē audientes non susceperint, peribūt. Atq; hic est sensus Aug. in lib. de prædestinatione sanctorū. ca. 7. vnde cōtraria opinio ineluctabile argumentū sibi videtur assumere. Vbi ait. Nō sine fide Cornelius orabat, & c. sed si posset sine fide Christi

Contrariorū solutio.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

esse saluus, nō ad eū edificandum mitteretur architectus Apostolus, qui illi diceret: quæ oporteret audire. Non enim cogitauit Aug. Cornelium aut nō potuisse mori sine fide explicita: aut quod vita defunctus non reciperetur in gloriam, sed solū voluit docere quod baptismus est simpliciter necessarius, & in præcepto etiam illi, qui est in gratia. Et propterea missus est ad eum Petrus, qui eam legem eum doceret, quæ simpliciter erat necessaria. Et in hoc sensu dixit, quod sine illa explicita fide Cornelius non poterat esse saluus: scilicet, quantū est de se, nisi esset ignorantia excusatus: fuit autem dignus pro suis meritis, vt in illa ignorantia non moreretur. Hoc siquidem ex euangelio colligitur. Docete omnes gentes, quasi dicat, antē quā doceatis nemo est in culpa, quauis explicitē nō crediderit, atq; adeo sine tali fide iam illi aperta sunt cœlica valua. ¶ Eodē modo soluitur illud Ioā. 8. Si nō credideritis, quia ego sum, in peccato vestro moriemini. Intelligitur enim facta promulgatione, quā ipse tunc Christus faciebat. Et vt summatim omnia cōprehendamus, quicunq; locus in scriptura de necessitate fidei explicitæ Christi loquitur, intelligendus est seclusa ignorantia inuincibili. Vnde sapiētē in concilio Tridentino sessio. 6. c. 4. hoc modo decretū est. Translatio à statu in quo homo nascitur filius primæ Adæ in statū gratiæ, & adoptionis filiorū Dei post euāgelij promulgatū sine lauacro regeneratiōis, aut eius voto fieri nō potest. Nō ait ad statū tantūmodo gloriæ, sed ad statū gratiæ. Quare necesse est, id glossari seclusa inuincibili ignorantia. Et ideo ait, post promulgatū euāgelij. i. illo loco & gēte vbi fuerit promulgatū. Et eodem modo illud est glossandū extra de summa tri. & fide catho. vbi habetur, q̄ extra vnā ecclesiā catholicā & apostolicā nec salus est nec remissio peccatorū. Sermo nāq; illic manifestē de illis fit, quos ignorantia inuincibilis non excusat: videlicet de paganis, q̄ fidē nostrā, quā suscipere potuerūt, neglectui habēt. Et de hereticis, schismaticis & apostatis, q̄ ab ecclesia defecerūt. ¶ Secundū autē argu. illius opinionis est, qd̄ quēpiā fallere potest. Discrimē est quātū ad legē euāgelicā inter tēpus, quo nōdum erat

Matth. 28.

Ioann. 8.

Concilij Tridentinum.

Ad secundū argumentū.

August.

Secundū argumentum.

Tertium.

erat sufficienter promulgata, atq; aliud post sufficientem promulgationem. In priori autem poterant homines seruari veluti tēpore legis naturę per fidē implicitam, imō & Iudæi per suam circumcissionem, & pueri viuētiū in lege naturę per applicationem paternę fidei, sed illa sacramenta omnia cessarunt: ergo iā nūc temporis requiritur fides explicita. At profecto si argumētum hoc eos neruos haberet: quos ipsi putant, non modo cōcluderet necessariam esse illam fidem explicitā ad obtinendam gloriam, imō & ad recipiendam gratiam, vt nulla admitteretur ignorantia inuincibilis: nā discrimen illud, quoad remissionem peccatorum intelligitur. Respondetur: ergo primū, obligationē legis euangelicę quoad fidem explicitam nō incōpisse post sufficientem promulgationem, imō statim post Christi resurrectionem, vt dist. 3. ar. 2. ostendebamus. Sed quibus nō erat lex promulgata excusabantur ignorantia inuincibili. Quapropter quaten⁹ res ad adultorum conuersionē attinet, nulla est prorsus differētia inter illos, quibus tūc nondum erat euangelium promulgatū & eos qui modō ignorantia eius inuincibili laborant. Et idem, credo, diceret Scotus: nam solo nomine à nobis differt. Ait quippe illos, quibus non est facta promulgatio non teneri lege, nos autem dicimus, teneri quidem, sed tamē per ignorantiam excusari à culpa, quod sanē in re idem est. Igitur sicut paulō post tempus Pentecostes illi, qui de euangelio nihil audierant, per fidem implicitam salui fiebant quoad gratiam & gloriam: ita & illi, qui modo ignorantia inuincibili ofunduntur. Quare nulla maior vrget necessitas postquam sunt in gratia, vt mori non possint sine explicita fide. **Discrimen** autem est latissimum quantū ad sacramenta, videlicet, quod tūc ante sufficientem promulgationem durabat illa applicatio fidei instar sacramēti, quę ad mouebatur paruulis in lege naturę: atq; adeō in lege Mosayca circumcissio, nō quidē tanquam vim habens sacramēti (illā siquidem in morte Christi perdidit) sed tanquam illa applicatio quę fiebat in lege naturę, vt dist. 1. quęst. 2. explicatū est. Post sufficientem verō promulga-

*Not. a latum
discrimen.*

tionem illa omnia abolita sunt, nullūq; adeō sacramentum contra originis labē neque applicatio fidei pręter vnicū baptismum extat. Ex quo sequitur in vniuerso orbe pręter Christianorum angulum nullum prorsus paruulis remedium existere: sed omnes propter originale damnantur. Neq; culpa in Deum reijcēda est, sed in eorum parentes qui ius naturę nō seruant, vt diuinitus illustrentur. Imō quanuis illi, de quibus hactenus locuti sumus, qui per fidem implicitā propter ignorantiam inuincibilem sunt in gratia, fidem suam per aliquod sacrificium applicarēt natis suis, nihil illis prodesset quousque notitiam haberent baptismi. **Ad tertium argumentū.** **C**eterum postquam diximus neminē antiquorum doctorum illam opinionē sustinuisse, id exploremus. Arguitur ergo cōtra nos. D. Tho. in 3. dist. 25. q. 2. ar. 1. disputans vtrum fides explicita sit necessaria ad salutem, respondet affirmatiuē. Et obijciens contrā de puero, qui nutritur in nemore, respondet, quod cū veniret ad annos discretionis Deus illi fidem reuelaret, aut per hominē, aut per angelum. Idemq; ait Duran. ead. dist. q. 1. & vtroq; antiquior Alex. Alensis. 2. par. quęst. 119. membr. 1. Respondetur autem nunquā prędictos autores, alios ve eiusdem ætatis docuisse, vt postquam homo sit in gratia per implicitam fidem: alia exigatur explicatio ad consequendam gloriam, neque illam distinctionem vnam excogitarunt, sed loquuntur de reuelatione illius fidei, quę est necessaria ad remissionē originalis, quę fit per gratiam. Nisi quod D. Tho. in sententijs, vbi cum reliquo vulgo crebrō loquebatur, & Duran. & alij vocant explicitam fidē hoc est, supranaturalem, credere, vt ait Paul. quod Deus sit & remunerator sit, quam nos tamen vocamus implicitam, respectu illius, quę audientibus euangelium est necessaria, qui scilicet credere tenentur trinitatem explicitē, & incarnationis mysteria. Vnde D. Th. illam priorem fidem loco iam citato in 2. 2. q. 2. ar. 7. ad 3. argumentum, vbi consultius loquitur, non vocat explicitā, sed sub alijs verbis expressit: scilicet, quod haberent fidem de diuina prouidentia, credentes Deum esse liberatorem hominum secundum

*Ad tertium
argumentū.*

Not. a.

dum modos sibi placitos. Quam quidem reuelationem Durand. in 4. dist. 4. q. 7. dicit, nō esse necessariam, illico postquam homo venit ad vsum ratiōis illi fieri. Sed tamen D. Tho. loco citato. 1. 2. q. 89. art. 6. insinuat quod cum primū de se homo rectē deliberat, recipit diuinam opem, sine qua non potest facere, quod in se est. Quam quidem ope & eius intellectus illuminatur, & eius affectus eleuatur in Deū. Quę quidem fides, vbi ius naturę ritē & rectē coleretur, profecto sine alio miraculo vel per internam inspirationem, vel per maiorum doctrinā, quibus reuelationes elucebant, poterat minorib⁹ affulgere. **Sed** tamē crediderim nullibi iam gentiū vllū per solam fidem implicitam in Deum cōverti: quoniam adeō lumen naturę inter paganos obtenebratum vbiq; est, vt nisi euangelica tuba illis prius intonuerit, nemo vnū Deum, vt hominum liberatorem & reconciliatorem agnoscat & suspiciat. Vereor ne iusto prolixius rem hęc amplificauerim, sed nesciui paucioribus in re scitu necessaria mentem aperire meam.

Not. a.

ARTICVLVS. III.

Vtrum sit baptismus differendus.



QUONIAM, vt supra visum est, quedam erant antiquitus tempora celebrando baptismis destinata, & pręterea nonnulli viri illustres vsq; ad postremā ætatē baptizari distulerunt, quærunt vtrum id fuerit legitime factum. Respondet D. Tho. quinque conclusionibus. Aut enim de pueris quęstio mouetur, aut de adultis. **Prima** ergo conclusio est. Pueris non est differendum baptismi. Primū quia cū sint instructionis capaces, vt feruentius conuertantur, vana esset illa dilatio. Deinde quod cū nullo alio remedio valeant obtinere salutem, periculum esset, ne mors eos absque baptismate eriperet. **Secunda** conclusio. Adultis non statim vt conuertuntur est sacramētum baptismi conferendum, sed differre eum oportet vsque ad certum tēpus. Nam primū cū p affectū baptismi possint in Dei gratiā admitti, non eis periculum impēdet sicut paruulis. Pręterea dilatio illa ad tria conse-

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

rens est. Primū ad ecclesię cautelā: nā cū vt. 1. Ioan. 4. legitur, non sit omni spiritui credendum, sed probandi sint spiritus an ex Deo sint, nō de prima facie sūt iudicandi qui baptismum petūt, sed examinandi ne fidē accedant. Secundō & eisdem ipsis conducit: nempe, vt de fide quę professuri sunt, instruantur, & Christianis imbuantur moribus. Tertio & id ad reuerentiam sacramenti pertinet, vt statim temporibus: nempe, Paschatis & Pentecostes, deuotius ac reuerentius sacramentum suscipiant. **Tertia conclusio.** Eiusmodi autē dilatio triplici ex causa est prętermittenda. Primū quando qui baptismū petunt satis iam tūc sunt instructi, vt Eunuchus & Cornelius, quos idcirco (vt legitur actuum. 8. & 10.) Philippus & Petrus illico baptizarunt. Secundō propter infirmitatis presentaneū periculum. Vnde Leo papa, Hi, inquit, qui necessitate mortis, ægritudinis, obfidionis, & naufragij vrgeant, omni tempore debent baptizari. de consecra. dist. 4. can. Hi qui. **Quarta conclusio.** Si qui tempus ab ecclesia destinatum expectāt repētina morte preoccupātur, antequā eis baptismus possit administrari, suo desiderio saluantur: licet per ignem, vt pręcedenti art. dictū est. Nam cū absq; sacramento in re non fiat peccatorum remissio quoad culpam & pœnam, poterit remanere aliquid purgatorio igne perpurandum. **Quinta conclusio.** Qui vltra tempus ab ecclesia institutū baptizari differt, peccat quidem, nisi necessaria causa pręlatiq; licentia interueniat. Sed tamen & illud peccatū cum alijs delere potest vel contritio, quę supplet vicem baptismi, vel ipsū supueniēs sacramētū. **Articulus** pręfēs superiorū est expositio, & ideo supponēda est cōclusio. 1. ar. nempe vniuersos mortales baptismi precepto teneri tanquam rei ad salutem necessarię. Sed quia pręcepta affirmatiua, licet semper obligent, nō tñ ad semper, explorandū superest vtrum aliquod sit pręfixum tēpus aut diuino iure aut potestificio, qđ sine baptismis pręterire, peccatum sit, vt ait quinta conclusio. Et primō de iure diuino p̄ciso nullū in pagina noui testamēti extat. Quare secluso iure ecclesiastico per solū prudētū arbitriū cōstituen-

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Expositio articuli.

De iure diuino.

stituentum est tempus: videlicet, ut cum quis fuerit in mora tunc delictum illi sit aut se, aut puerum suum baptizare. Et hoc comprobatur locus ille Ecclesiastici. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Perfecta namque conuersio in Deum, est regeneratio in Christum per baptismum. Ille autem dicitur esse in mora, qui opportunitatem pretermittit. Opportunitas vero est cum quis iam est satis instructus, & temporis decentia adest neque legitimum aliquod obstaculum baptismum cohibet. Unde ut a prima conclusione, de pueris exordiamur. Cum puer statim baptizari iuberetur, non intelligitur eadem natiuitatis die, aut tertia aut quarta, sed quando commodè potest in ecclesiam asportari & mergi, quod est octauo, ut moris est, aut decimo, aut duo decimo die. Trium namque quatuorue die rum dilatio delictum non affert. Verùm tamen diutius id procrastinando, peccatum committerent, idemque mortale. Nam esset, sine causa diutius obligationem rei factæ prolatæ. Quod si quis interrogare pergat, ubi nã extat præceptum pariter obligans suas baptizare proles. Respondetur, quod mandat ipsum baptismi adiuncto iure naturæ, quo vnusquisque suos liberos & eos, qui sub cura sua alit, educare, institueret; tenetur, & in viam salutis dirigere, vniuersos mortales constringit, ut eodem, qui sub sua tutela degunt, illo sacramento intingant, sine quo salus esse non potest. De adultis autem statuitur secundum da conclusio. Vbi quis primum vsum attingit rationis, sicut tenetur de se bene de liberare, ita & baptismi lege deuincitur. Probatur per ea, quæ supra dicta sunt. Quia cum sit ad salutem necessarius, fit ut vbi primum quis tenetur suam instituere vitam obligetur illum suscipere. Nisi quod, ut nuper dicebamus, poterit quis inter infideles per ignorantiam inuincibilem à culpa eximi, perque fidem implicitam saluari. At quando prædicatio euangelica ad ipsum peruenierit, tenetur postquam nactus fuerit opportunitatem sacramentum suscipere. Quod si absque vlla prorsus causa diutius distulerit, peccatum erit contra ius diuinum mortale. Nam præceptum ipsum de se obligat sub reatu mortali. In contrarium autem videntur se duo offerre

De pueris.

De adultis.

Duo argu.

argumenta. Primum est. Præceptum diuinum baptismi eodem pacto obligare videtur, quo præceptum confessionis, & præceptum sumptionis eucharistiæ: hæc autem, seclusa temporis constitutione, quam fecit ecclesia, non obligant nisi semel in vita quoadocumque; id fuerit, etiam in supremo mortis articulo: ergo neque lex baptismi obligat statim in gratis exordio. Secundò id sanctorum historiis confirmatur. Nam D. Martinus, ut hic Caie. refert, octo annos catechumenus fuit, & pariter Ambrosius & Aug. longo tempore ut eorum historia referunt. Et Constantinus magnus, ut ipse Ambrosius in oratione de obitu Theodosij commemorat: in postremo vitæ tempore baptizatus fuit. Ad primum respondetur, longe interteresse inter baptismum, & confessionem & eucharistiam, nam baptismus est necessarius ad inchoandam spiritualem vitam, siquidem est regeneratio, per quam efficiuntur membra Christi & per quam in militiam Christianam conscribimur. Et cum tota vita, ut ait Iob militia sit super terram, ineunte ætate suscipiendum est militiæ sacramentum. Vnde Chrysostomus. homilia 1. super acta apostolorum, eos acriter inculpat, qui baptizari vsque ad finem vitæ differebant: quasi tunc se militiæ adscribentes: quando de bello recedendum est. Adde quod sine baptismo reliqua suscipere sacramenta non possumus, quibus Christiana religio colitur & ideo ne aliorum beneficio sacramentorum frustreremur, in primæua ætate charactere Christiano insigniri debemus. Præceptum autem mere diuinum confessionis satis impleretur, quando verisimiliter possent omnia peccata præterita in memoriam reuocari, quod tempus ecclesia præfixit esse annum. Sed de hoc, & præcepto eucharistiæ suo loco dicemus. Ad aliud respondetur, in primitiua ecclesia baptismum apud illos sanctos in tanta fuisse habitum veneratione, ut pro singulari humilitate & reuerentia ducerent tanto sacramento non antea initiari, quam omni virtutum genere essent prouecti. Constantinus autem non id consultò distulit vsque ad mortem, sed mors præter metum illi accidit, & ideo tunc baptizatus est. Iam verò nunc temporis, tanta temporis dilatio

Responsio ad primum.

Chrysost.

Ad secundum.

latio non est consilium, sed satis est expectare donec catechumeni ad iustum sint catechismis eruditi.

Hactenus de iure diuino. Subsequitur ergo inquirere, vtrum diuine ecclesiastico aliquæ sint nunc tempora, vltra quæ baptismum differre peccatum sit. Arguit enim D. Tho. primo loco sic. Leo papa, vniuersis episcopis per Siciliam constitutis, ut de consue. d. 4. cã. Duo tempora refertur, Duo, inquit, tempora. scilicet pascha & pentecoste à Rom. pontifice legitime sunt præfixa. Cuius rationem in can. Proprie, qui proxime sequitur, explicat: videlicet quod cum baptismus à passione & spiritu sancto virtute fortiat, in tempore, quo celebrato fuit passio & in alio, quo spiritus sanctus descendit, & præceptum baptismi promulgatum est, debet solennis celebrari baptismus, & non sub festo epiphaniæ, ut in can. Si quis, idem Leo docet, quauis illic fuerit Christus, baptizatus: nam illud baptismum non erat suum: ergo non statim etiã audito baptismi præconio sunt homines baptizandi, sed illa sunt expectanda tempora. Respondet D. Th. argumentum concludere, non de pueris, qui instrui non egent, sed de adultis, qui illa tempora præstolari deberent, nisi periculum mortis instaret. ut can. citato Hi qui, & can. Baptizandi. idem ait Papa. De huiusmodi verè temporibus dist. 3. art. 10. fusiùs locuti sumus. Et cã. Anteviginti, & cã. Non liceat. de consec. d. 4. decernitur, quod baptizandi ante viginti dies vel tres septimanas, postquam nomina sua dederint, non baptizentur, sed symbolum discant. De qua re Aug. li. de fide & operibus copiose disserit. Quod si sententiam Chrysostomi obieceris, qui hom. 1. citata super acta apostolorum, cõcedit ad baptismum properè festinandum esse. Respondetur id intelligi, ut hic ait. D. Tho. quando catechumeni satis sunt instructi tunc enim neque in primitiua ecclesia expectabantur illa duo tempora, ut patet de Cornelio, & eunucho, & de illis tribus millibus qui Actuum. 2. vna die baptizati leguntur, atque de alijs quibus plurimis. Quare illa tempora non sic instituebantur, ut alijs anni temporibus omnino esset à baptismo superfedendum, sed solum erant instituta pro solenni celebratione baptismi, quæ fiebat cum Ianijs, & alijs solennibus ceremonijs. Vnde quod illic

Primum argumentum S. Tho.

August.

reprehenditur, ne alijs temporibus fiat baptismus, solùm in illos dirigitur qui contendebant, in festo natiuitatis & epiphaniæ eandem baptismi celebritatem faciendam, quæ in pascha fiebat & in pentecoste. Dubium autem hinc emergit circa quintam conclusionem, qua ait D. Tho. illa tempora præterire peccatum esse. Arguitur enim sic primo. Ecclesia præterius diuinum non potuit præcepto cogere infideles non baptizatos, ut tali tempore baptizarentur, nisi eos tantum, qui parentibus Christianis essent progeniti. Nam, ut. 1. Corint. 5. autor est Apostolus, de his qui foris sunt nihil ad nos: ergo licet catechumeni illis tunc temporibus baptizari renuerent, non peccarent. Secundò arguitur. Quicquid de illo seculo fuerit, iam verò nunc ætatis nullus est vsus obseruantie illorum temporum: quare nullum erit peccatum illa prætergredi. Ad primum respondetur longè præceptum baptismi ab alijs ecclesiasticis differre. Nam cum præceptum, verbi gratia, confessio nis & eucharistiæ iure diuino non obliget infideles, sed solos christianos, ecclesia non potuit determinare illud tempus sub præcepto, quod obligaret nisi christianos: quare infideles sub illo non compreheduntur, quousque sint in familia Christiani. Præceptum verò baptismi orbem obligat vniuersum, & ideo cum primò euangelium cuius incipit innotescere, habita opportunitate tenetur baptizari. Quo circa sicut ecclesia Christianis tempus sacramenti poenitentiæ & eucharistiæ iure præscripsit, potuit & cunctis notitiã habentibus baptismi tempora præfigere, quibus oportune ipsi ad quæ iure diuino tenentur, suscipiant quod ideo tempus iure ipso diuino obseruare tenentur. Frustraneum enim esset præceptum baptismi affirmatiuum, si nunquam tempus mandati definitur. Veluti si quis fieri cuius teneretur alicuius rei publicæ, statuendum esset illi tempus, quo tandem ius illud persoluere stringeretur. Quinverò ex pacto, quod petentes baptismum cum ecclesia ineunt, iure ipso naturæ & gentium perstringuntur statim tempore ecclesiæ sacramentum suscipere, nisi iudicio eiusdem ecclesiæ tempus illud præuenire, vel dilatare expedierit. Sicuti in religionibus dum quis habitum induit, tenetur præsi

Nota de baptismo.

præfinito tempore solenne votum emit tere, nisi legitima aliqua causa obstiterit Qui enim baptizari postulabant, vt de consecra. dist. 4. can. Baptizadi. 2. patet, dabāt nomina sua: q̄ presbyter scripto suscipiebat, quocumq̄ chirographo ecclesie suā fidē adstringebāt, vt sacramētū tē pore sibi statuto susciperent. ¶ Ad secū dum verò respondetur, quòd cum tempora illa non fuerint pro paruulis, vt dictum est, instituta, sed pro adultis, & iam non sit inter nos in vsu adultos baptizari, nisi quā rarissimos, videtur illorum temporū obseruatio iā exoleuisse. Attamen cum in canonibus citatis tanta increpatione culpentur, qui tempora illa transgrediuntur: dicendum est, vt supra d. 3. ar. 10. dicebamus, quòd si in nouo orbe, vel alibi vbi fides nunc primò diuulgaretur, ritus ille duorum temporū obseruaretur, qui profectò meritisimò esset obseruandus, eadem lex rigore obtineret, vt eorum transgressio peccatū esset mortale. Nunc autem qui baptismū peteret, seruire tenetur tempus, quod ecclesia illi constitueret. ¶ Secundum argumentum D. Tho. sumit ex can. Iudæi. de consecra. dist. 4. vbi concilium Agathense propter Iudæorum perfidiam, frequenter ad vomitum redeuntium præcepit, vt octo menses inter catechumenos detinerentur antequam baptismum susciperēt ex quo fit vt non statim omnibus liceat illum suscipere. Respondet D. Tho. illud decretum fuisse propter metum, ne fictè baptismū susciperēt, vt Christianos peruerterent. Nihilominus urgente infirmitate idem eis permittebatur baptismus. Postmodū verò Gregorius, vt patet can. Ne quod absit. metuens ne longa dilatio eos à proposito reuocaret, indulgit, vt post quadraginta dies baptizari possent.

¶ Tertium argumentum D. Thomæ est oculatius meditandum. Omnis religionis fructus ille esse videtur, vt habetur Esa. 17. vt auferatur peccatū, sed quòd diutius baptismus differitur peccatum magis auferri videtur vel diminui, ergo est differendus. Probat minor, quia peccata, quæ post baptismum committuntur propter ingratitudinem sunt grauiora, quare ex dilatione baptismi minuitur culpa. Secundò quia cum baptismus o-

mnem culpam & poenam deleat, quòd tardius suscipitur, plura remittit. ¶ Hic notandum, quòd in primitiua ecclesia ob has causas multi baptismum differebāt, imò præter has ob hoc etiam quòd perperam locum illum Pau. ad Heb. 6. intellegebant. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt (id est baptizati, &c.) si prolapsi sunt, rursus reuocari ad poenitentiam, rursus crucifigentes in semetipsis filium Dei. Contra quos Chrysostomus prima illa bis citata homilia super acta apostolorum obiurgationem instruxit. Sensus enim Pauli vt dist. 3. ar. 9. cum Augustino & alijs sanctis elucidauimus, nō est, nisi quòd non est possibile iterum baptismum suscipere, in quo sub figura Christus crucifigitur. Deinde illic Chrysostomus reprehendit, quòd metuerent post baptismum relabi, & non timerent ante baptismum identidem prolabi. Sed & super Epistolam ad Heb. cap. 13. iteratò eosdem insinuat, & refertur ca. Quando quis. de consecra. dist. 4. Quando quis enim, inquit, propterea peccat, vt sanctū baptismum in nouissima sua expiratione suscipiat, fortassis non adipiscitur. Egrege ergo D. Tho. respondet, quòd baptismus non solum præterita diluit crimina imò gratiam & opem confert ad præcauenda futura. Atque hic finis & fructus est, qui potissimum in religione est expectendus, scilicet nō peccare: nam hic ad innocentiā pertinet, qua Deo præclarius seruitur. Deinde peccati admissi remissionem procurare, iuxta illud. 1. Ioann. 2. Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit, adlocatū habemus apud patrem Iesum Christum iustū, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Quare ob prædictas causas non est baptismus differendus.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum peccatores sint baptizandi.



¶ Quid de baptismi necessitate & tempore satis disertū sit, subsequuntur quinque articuli, quibus cōditiones, examinatur eorum, qui eū, fixatione vtantur, debent suscipere. Et primū

primū quoniam ad remissionem peccatorum institutus est, merito interrogatur, vtrum omnibus peccatoribus indiscriminatum sit permittendus. Quare D. Tho. per distinctionem respondet duabus conclusionibus, quibus nos tertiam subiungemus. Peccator enim dupliciter quis censetur. Vno modo propter reatū præteriti criminis, hoc est peccati mortalis, aut originalis. Et de hoc statuitur prima conclusio. Huiusmodi peccatoribus est baptismi sacramentum cōferendum: quippe quod in hoc institutū sit, vt peccatorum sordes mundentur: secundū illud ad Ephes. 5. Mundans eam (scilicet ecclesiam) lauacro aquæ in verbo vitæ. ¶ Secūdo modo quispiam dicitur peccator propter voluntatem, quā habet peccandi, & propositum perdurandi in peccato. Et de istis subnequitur secunda conclusio negatiua. Huiusmodi peccatoribus non est conferendum baptismum. Et intelligitur de illis, qui sunt in proposito peccati mortalis: quia complacentia venialis, vt nō obstat gratiæ, ita neq; obstaculum est suscipiendi baptismum. Probat conclusio quadrupliciter. Primo effectu baptismi. Per baptismum enim homines Christo incorporantur, iuxta illud ad Galat. 3. Quicumq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Qui autem voluntatem habet mortali sceleri affixam non potest Christo esse coniūctus, iuxta illud. 2. Corin. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Vnde Augu. in lib. de poenitentia medicina. cap. 2. inter loquendum de illis, qui ad suscipiendum baptismū accedunt. Nullus, inquit, suæ voluntatis arbiter constitutus potest nouam vitam inchoare nisi eum veteris vitæ poeniteat. Et refertur de consecra. dist. 4. can. Omnis qui. Secundò id patet: quoniam in operibus Christi & ecclesie nihil debet fieri frustra: id autē frustra fit: quod sine suo caret: sed finis baptismi est hominem à peccato mūdare: manere verò in peccatorū sordibus è diametro huic contradicit, quod est mundari, sicuti lux tenebris. Tertio, quia in sacramentalibus signis nulla debet esse falsitas: falsitas verò signi est cui res significata non respondet: qui autem baptismum se subdit, significat, se ad interiorem ablutionem dispo-

nere & præparare. Sed qui propositum peccandi mortaliter adfert, obicem baptismi opponit, tantum abest, vt se ad illum præparet. Quarto denique arguitur ex Augustin. ad hoc ipsum propositum dicente. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te, hoc est, quin tu ad id coopereris, loquitur enim de adultis. Qui autem in peccato mortali persistit, non cooperatur suæ iustificationi. Repugnat ergo Dei beneficio, quod per sacramentum impartitur, vt ei, qui prauam voluntatem gerit administretur. ¶ Tertia conclusio, quæ in solutione tertij adnotabitur, sit. Si peccator permanens in peccato cum intentione ecclesie baptizetur, verum suscipit sacramentum, & characterem cū mortua fide sine gratia. ¶ De prima conclusione nulla vnquam extitit controuersia. Secundam tamen ob id Diuus Thomas consultò fulcire curauit, quòd in primitiua ecclesia nō erat quibusdam tam certa: adeò vt compulsus fuerit Augustin. librum contra illos de fide & operibus edere. Et Chrysostomus homilia vigesima prima ad populū multa egregie in idem argumentum contulit. Aiebant enim cuiusque credēti ministrandum esse baptismum etiam si animū haberet in peccatis obstinatū. Quod si opus esset vt moribus Christianis imbuerentur, oportere aiebant, vt baptismus ante omnia præcederet: nam eo ordine ait Christus Matth. vigesimo octauo. Baptizates eos in nomine patris, &c. docentes eos seruire quæcunq; mandauimus vobis. Etenim prius admittendi sunt discipuli in scholam, quā mores eiusdem doceantur. Afferebant & illud Marci. 9. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Atque illud Matth. decimo tertio. Simile est regnum cœlorum fagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Et parabolam illam patrisfamilias Matth. vigesimo secundo, qui parato conuiuio misit seruos ad exitus viarum, vt quoscunq; inuenirent, euocarent ad nuptias. Et Luc. 14. additur, vt debiles etiam, cœcos, & claudos introducerent: quibus morbis spiritalia vitia significantur, cui etiam applaudere videtur, quòd baptismus, vt habetur. 1. Pet. 3. per arcā Noe fuit designatus.

Nota.

Heb. 6.

Chryso.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia cœlis so.

Expositio ar. i. cœli.

Hæreticorū obiectioes.

Mar. 9.

Matth. 13.

Matth. 22.

tus, in qua tamen fuerunt animalia immunda cum mundis permista. Ad hæc ad iacob & illud Matt. 13. ubi Christus in hibuit apostolis ne zizania ante tempus eradicarent, sed sinerent ea crescere usque ad diem iudicii. Et ea propter conquerantur: quod ante tempus præiudicaretur. Quin uero eorum uesania progrediebatur, ut dicerent solam fidem cum baptismo necessariam esse ad salutem. Sic enim ait Christus Marci ult. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ac subinde affirmabant baptismate consecratos quauis in peccatis moreretur saluos fieri, licet per ignem, iuxta illud Pauli. 1. Corint. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Siquis autem superedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam, unius cuiusque opus manifestum erit. Et subditur. Si cuius opus arserit (scilicet ædificantis fœnum aut stipulam) detrimentum patietur ipse tamen saluus erit sic tamē quasi per ignem. Igitur ut ex Aug. illic colligitur, eodem morbo illi peccabant, quo Indi noui orbis à nostris referuntur laborare. Vigebat enim illo seculo plurimum uxorum abusus, & quia cogebantur ante baptismum cum sola prima remanere, ægerime legem illam, ut durissimam ferebant. Nihilominus qui hæc commentabantur absurdissimam heresim sustinebant. Nihil enim in rebus tantam contrarietatem inuoluens reperiri potest, quam quæ infinita Dei bonitas eos, qui mali sunt, in suam amicitiam admittat. Nam quod Deus quenquam diligit, est ipsi bonitatem largiri, quæ in eius gratia consistit. Et cum voluntatem non necessitate: sed secundum eius naturam liberè moueat, neminem ad se trahit, nisi eum, qui libere consentit. Quare cum baptismus sit re generatio quedam in uita spirituali, quæ in amore Dei consistit, nemini ratione utentium conferendus est, nisi in amicitiam Dei ultro cõsentiat, quod nisi peccata, quibus inimicitia Dei fouetur, respuerit: facere nemo ualet. Vnde in Psalmo. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Et Iob. 9. uerebar omnia opera mea sciens quod non parceres delinquenti (hoc

Paul. 1. Cor. 3

in Quarta Sententia

est, in delictis perduranti.) Ob idque Petrus Actuum. 2. tribus illis millibus baptismum optantibus, poenitentiam, inquit, agite & baptizetur unusquisque uestrum. Et Actuum. 3. Poenitemini & conuertimini, ut deleantur peccata uestra. Quia si sine poenitentia nemini sit baptismus applicandus, Et eundem locum ad hoc propositum adducit August. ad Salastitanum & refertur de consecr. dist. 4. can. Agut. Quod si alios baptismi effectus contemplerur, id ipsum perspectissimè uidebimus. Ait enim ad Rom. 6. Apostolus per baptismum in Christo nos cõsepeliri, atque in ipsum complantari. Debet ergo qui baptizatur commori peccato ueteri, ut per nouam gratiam fructificet. Vnde subdit. Hoc sciētes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Et. 2. ad Corint. 11. Despondi uos uni uero uirginem castam exhibere Christo. Et. 1. ad Corint. 5. Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, & 1. Pet. 3. Saluos uos facit baptismus. non carnis depositio sordium, sed conscientie bonæ interrogatio in Deum. Et Christus Mat. 7. Nolite sanctum dare canibus. Ac demum Ioannes ad baptismum Christi homines disponens poenitentiam eis ut agerent, prædicabat, ut per eundem baptismum ingredi possent regnum Dei.

Igitur ut ad argumenta contraria respondeamus: negatur ad primum quæmpiam per baptismum in Christianam scholam admittendum: si fuerit adultus, antequam mysterium intelligat, & ultro se velit magisterio mancipare, quod nisi odium Christi deponat, cuius familie sociatur: facere non potest: neque id potest deponere ut ait August. nisi præteritæ uitæ eum poeniteat, Neque enim in scholas humanas quispiam nisi docilis & beneuolus recipitur: Christus autem prius dixit docete omnes gentes, quam diceret baptizantes. Et postea repetendo dixit ea, quæ docere deberent. Quod si illud obijciatur quod in figuram baptismi prædictum fuit Ezechiel 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Vbi denotatur peccatores fonte baptismatis abluendos. Respondet D. Thom. in solutio

Dilutio obijciendum.

Primum argumentum. S. Thom.

ne

ne primi, quod intelligitur de peccatoribus, qui abluuntur a peccatorum maculis, ab ipsis recedendo. Ad aliud Mat. 9. de medico respondet in solutione secundi, quod Christus sapientissimus medicus bifariam peccatoribus medetur: scilicet interiori uoluntatem præparando, ut bonum diligant, malum odio habeant: & exteriori per ministros applicantes baptismi medicinam. Ministri ergo non debent medicinam extrinsecus apponere, nisi ei, quem iudicauerint intrinsecus a Christo sanari. Christus autem non sanat nisi uoluntatem: nempe qui uult morbum per eius detestationem euadere. Ad aliam uero similitudinem de sagna respondetur, non ad id pertinere, ut baptismum intentione ecclesie colligendi sint illi, qui in eam ingredi renuunt, sed ad id, quod si contigerit aliquos in peccato baptizari cum intentione suscipiendi quod ecclesia confert, uerè sint baptizati, ut ait tertia conclusio, fiantque perinde ecclesie membra, quod art. 8. iterum est repetendum. Quam obrem tolerandi sunt usque ad finem iudicii, tanquam ad ecclesiam per fidem mortuam pertinentes. Ad idem que attinet similitudo arce Noe. Vnde licet ad cœnam serui patris familias debiles, cæcos, claudos inuitassent, tamen ille, qui sine ueste nuptiali ingressus fuit acriter est a patre familias reprehensus, ad denotandum, quod etsi peccatores omnium generis sint ad baptismum euocandi, non tamen sunt admittendi, nisi qui ueterem uestem exuerint, ut Christum, iuxta uerbum Pauli ad Gal. 3 per baptismum induant. Parabola uero de zizanijs perperam ab illis allegatur: Christus enim non præcepit zizania simul cum tritico seminare, sed illa, quæ inimicus homo seminauerat, tolerare: per baptismum autem seminatur fides: quare non est conferendus nisi illis: qui triticum esse uolunt. Si uero diabolus postea in eorum cordibus zizania seminauerit, tolerandi sunt. Postremum uero argumentum multo erat impudentius, quo putabant solam fidem sine operibus satis esse cum baptismum ad salutem. Quare Aug. illi libello titulum fecit de fide & operibus, quo scilicet demonstrauit, non fidem quantumcunque, sed illam prorsus, quæ per chari

secundum argumentum.

Desagna.

Zizaniarum parabola.

tatem operatur, efficacè esse salutis, iuxta uerbum Pauli. 1. Corint. 7. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed fides, quæ per charitatem operatur. Quam ob rem ingentissima erat blasphemia dicere, quod Christiani morientes in peccato mortali saluarentur per ignem. Locus enim ille Apostoli. 1. Corint. 3. de ædificatibus super fundamentum fidei lignum, fœnum, & stipulam, ut eod. lib. August. cap. 16. expostor est, non intelligitur, nisi de leuioribus culpis, quas ueniales uocant, quæquidem ingressum cœli non prohibent, sed purgatorio igne expurgantur. Tertium denique argumentum, quod postremum sit, facit hoc D. Thom. Nullum est peccatoribus subtrahendum subsidium, per characterem autem homo uiuatur, ut se ad gratiam disponat, & per fidem etiam mortuam: ergo licet quis gratiam obicem opponat, baptizandus est si uult, ut character consignetur. In hoc argumento primò notandum quemadmodum hic D. Thom. pro certa supponat conclusionem illam tertiam quam nos supra adhibuimus: uidelicet, non nunquam in peccato uerè recipi sacramentum sine gratia, quanuis peccatum sit ipsum sic suscipere & conferre. Et ideo respondet, quod cum baptismus sit sacramentum fidei, fides autem informis non sit ad salutem sufficiens, atque adeo nec sufficiens fundamentum, sed illa, quæ per dilectionem operatur, ut August. lib. citato de fide & operibus ad hoc propositum docet, fit ut nec baptismus salutem ei conferre possit, qui in uoluntate peccandi est: quippe quæ uoluntas formam uiuentis fidei, hoc est, gratiam excludat. Quæ utique ratione cõsequitur, ut nemo sit per impressionem characteris ad gratiam disponendus, quoad in eo apparet peccandi animus. Hæc autem litera attentè legenda est: haud enim negat quin fides informis, & character baptismalis nonnulla sit præparatio ad gratiam ut distin. 1. quæst. 4. exposuimus. Neque uero negandum est quin fides mortua sit aliquale fundamentum ad salutem, quatenus est cognitio ueritatis. Sed ait optimè D. Thom. illam, dispositionem mortuæ fidei & characteris, non esse illi conferendam, qui uoluntatem habet gratiæ reluctantem: esset siquidem

saluari quæstio per ignem.

Tertium argumentum.

I hoc

Peccatum est
impunitum
baptizate.

hoc hominem ad gratiam cogere, quod est contra morem providentiamq; Dei, qui neminem inuitum, sed tantum spontaneos & consentientes ad se conuertit. Ex his omnibus colligitur prima conditio adulti, qui baptizandus est: videlicet ne obice sacramento obstat. Atque inde rursus fit consequens, vtrumque mortaliter peccare, & sacrilegium committere: scilicet, tam eum, qui cum voluntate peccandi accedit ad baptismum, imò ad quodcumq; suscipiendum sacramentum, quam eum, qui sciens taliter quempiam accedere, illi confert. Est enim sacramenti contaminatio: quando quidem contra eius finem & suscipitur, & confertur. Finis siquidem cuiusque sacramenti est gratiam conferre vel augere. Hæc autem conclusio aliam excitat dubitationem: videlicet, quisnam sit obex gratiæ, vtrum scilicet ad tollendum obicem requiratur vera contritio, an verò attritio sufficiat, qui est dolor propter supplicia, vel alia temporalia incommoda. Imò verò an satis sit, vt accedens merè negatiuè se habeat, vt videlicet ei peccata neque placeant neque displiceant. Hæc autem dubitatio distinctione sequenti articulo nono qui est de fide accedentibus ad baptismum, aptius dissoluetur.

ARTICVLVS. V.

Vtrum peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda.



IRCA primam conclusionem præcedentis articuli, qua decretum est peccatoribus non opponitur obicem baptismum esse conferendum, queritur vtrum eiusmodi peccatoribus sit imponenda poenitentia, sicut in sacramento poenitentiae: hæc enim censeri secunda conditio posset. Et respondet D. Thomas vnica negatiua conclusio. Ei, qui baptizatur, pro quibuscumque peccatis non est aliqua satisfactio iniungenda. Probat per primo autoritate Ambrosij super illud Roma. 11. Sine poenitentia sunt dona & vocatio Dei, dicentis, Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum, neque opus aliud, sed solam fidem, & omnia gratis condonat. Et refertur de consecra. distinct. 4. can. Sine poenitentia. Deinde ratione sic confirmatur. Per baptismum commorimur Christo, hoc est, eius morti incorporamur, secundum illud Roma. 6. Quicum-

Conclusio.

que baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim ei sumus per baptismum in mortem: mors autem Christi satisfactoria fuit sufficienter pro peccatis non solum nostris, sed etiam totius mundi, vt. 1. Ioan. 2. habetur: ergo omnia illic nobis condonantur, atque adeo iniuria eidem morti baptismoque irrogaretur, si satisfactoria opera illic imponeretur: quasi ille ad plenissimam satisfactionem non esset sufficiens.

In presentiarum nihil est disputatione dignum, præterquam si quis arguat. Quemadmodum in baptismo, ita & in sacramento poenitentiae commorimur passioni Christi: nam sicut baptismus, ita & poenitentia, imò omnia sacramenta, vt distinct. 1. quæst. 3. artic. 5. monstratum est, virtutem habet à passione Christi: sed in sacramento poenitentiae imponuntur opera satisfactoria: ergo & in sacramento baptismi sunt imponenda. Et confirmatur id maximè secundo. Quauis passio Christi fuerit quantum ad sufficientiam infinitè meritoria & satisfactoria, nihilominus quoad efficaciam non operatur, nisi quatenus applicatur: vt si quis se couertat per actum vnus gradus recipit gratiam vt vnum, & si per actum duplum, recipit duplâ, &c. Et pariter per quodcunque sacramentum confert Deus certum gradum gratiæ, etiam per ipsum baptismum, vt d. 1. q. 3. ar. 1. visum est: ergo eadè ratione eidem baptismum correspondet certus satisfactoris gradus sicut sacramento poenitentiae, atque adeo pro reliquis debitis iniungenda est alia satisfactio. Et tertio arguitur. Conclusio præsens videtur in errore Lutherano impingere de iustitia imputata. Ait quippe iustitia Christi patietis in cruce sic nobis imputari, ac si nos ipsi illam pateremur, ac perinde nobis esse infinitam: vnde inferunt nulla nobis esse necessaria satisfactoria opera. Ad primam respondetur negando per sacramentum poenitentiae, aut quoduis aliud, præter baptismum, commori nos Christo. Aliud enim est virtutem habere à passione Christi, quod conuenit omnibus sacramentis: aliud verò eandem representare passionem, quod soli conuenit baptismum, vt. d. 3. ar. 9. monstrauimus: per illam enim submersionem configuramur Christo morienti: iuxta verbum Pauli coplantati sumus similitudini mortis eius & ideo illic totum veterem hominem deponimus, & in nouam vitam tanquam membra Christi regeneramur, quod in nullo fit alio sacramento. Et pariter respondetur ad secundam quod

Expositio articuli.

Primum argumentum. s. Thom.

Dilutio arg.

Secundum argumentum.

quod licet, quantum ad efficaciam gratiæ non nisi certus gradus conferatur per baptismum, sicut per cætera sacramenta, nihilominus ratione iam dicta: quia per ipsum incorporamur Christo, efficiunturque eius membra, satisfactio eius reputatur plenaria nostra: per sacramentum verò poenitentiae non regeneramur, neque incorporamur Christo, sed per clauis ecclesiæ recuperamus salutem, quam per proprium actuale peccatum amiseramus, & ideo satisfactio ipsius non applicatur nobis nisi secundum proportionem actus, quo resurgimus. Et ideo ab ipsis sacerdotibus qui illic sunt iudices, imponuntur nobis satisfactiones per poenas. Quare ad tertium respondetur, quod si Lutherani hoc soli baptismum peculiariter tribuissent, quod illic iustitia Christi, cuius efficiuntur membra, nostra reputatur, non errassent: sed quia hoc generaliter fidei attribuunt, vt scilicet nulli credentium vlla opus habeant satisfactione, ob id sunt heretici. Sed de hoc iterum distinct. sequen. artic. 2. vbi disputabitur vtrum per baptismum condonetur omnis poena.

Clarescit ergo iam solutio argumenti primi D. Thomæ, quod est huiusmodi. Ad iustitiam Dei pertinet, vt nullum delictum impunitum relinquatur, iuxta illud Ecclesiastes 11. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium: opera autem satisfactoria imponuntur pro peccatis commissis: ergo sunt baptizatis imponenda. Respondetur enim concessa maiori, sed tamen illam satisfactionem plenè fecit Christus pro baptizatis, eò quod, vt ait Augustinus, libr. de baptis. paruulo. per ipsum incorporamur Christo tanquam membra capiti, & satisfactio capitis comunicatur cæteris membris, sicuti homo econuerso, qui homicidium manu perpetravit, capite plectitur. Vnde Esaiæ. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Hoc tamen, vt proximè expositum est, sacramento poenitentiae non conuenit. Secundò arguitur. Opera poenalia non modo imponuntur in satisfactionem, sed in exercitium, vt perfructus illos poenitentiae homines occasiones caueant offendiculasque peccandi: nuper autem baptizati illo maximè exercitio indigent: ergo sunt illis imponenda. Respondetur, quod opera poenalia sunt difficilia, neophyti autem sunt vt tenelli. Quare vt Petrus. 1. Petri. 2. ait, sicut modò geniti infantes lacte tractandi sunt & educandi, non grossiori esca, vt illo modo ad

perfectiora promoueantur, vt ait glossa super illud Psalmi. Sicut ablatus super matre sua. Vnde Christus, vt patet Matth. 9. discipulo imperrimè conuersos à ieiunio excusauit, dicens non posse filios sponsi lugere quã diu cum illis est sponsus, eos scilicet proprijs vberibus lactans. Tertio arguitur. Non iniuste debet homo Deo, quam homini satisfactio: catechumeno autem iubendum est, vt quæ hominibus debet, retribuatur: ergo & vt satisfaciatur Deo. Negatur consequentia: quia Christus, vt dictum est, pro ipsis ad iustitiam commutatiam reddere tenetur quod debet alioqui in peccato permanebit: poenitentibus autem in culpa, vt dictum est, non est sacramentum conferendum.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatores ad baptismum accedentes teneantur peccata sua confiteri.



ERTIAM conditionem posset quis peccatori adscribere, vt ante baptismum confiteretur. Queritur ergo an sit necessaria. Et respondet D. Thomas per distinctionem tribus conclusionibus. Confessio enim altera est interior, quæ fit Deo: atque altera exterior vocalis, quæ fit sacerdoti. Prima ergo conclusio est. Confessio interior est ad baptismum necessaria, vt scilicet quis peccata mente recogitans dolorem eorum in genere apud Deum habeat: iuxta verbum Augustini supra citatum. Nemo sue voluntatis arbiter nouam potest inchoare vitam, nisi eum veteris poeniteat. Secunda conclusio. Confessio vocalis, quæ singulorum criminum fit sacerdoti, non est ad baptismum necessaria. Primo, quia cum eiusmodi confessio fiat ministro Christi, pertinet ad sacramentum poenitentiae, quod quidem ad baptismum, cum sit ipse ianua sacramentorum, non requiritur. Imò verò neque esset sacramentum, neque absolutio conferret gratiam. Secundò quia cum confessio ad hoc ordinatur, vt sacerdos ecclesiæ clauibus vtens, poenitentiam tum absoluat, tum etiam ad satisfactionem adstringat, hæc omnia tunc vana essent: quoniam ante baptismum vsus clauium ecclesiæ locum non habet, atque adeo nec absolutio, nec satisfactoris impositio. Cuncta namque

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

nanq; per passionem Christi, vt dictum est, sacramento applicatam condonantur. In sacramento verò poenitentiae, quia fit per clauas ecclesiae, debet sacerdos, sicut iudex, satisfactioem arbitrari. Tertio, quia ipsa particularis confessio esset propter verecundiam confitenti poenalis: catechumeni autem, ne à baptisinate deterreantur, nulla sunt afligendi poena aut molestia: non ergo ab illis exigenda est particularis auricularisve confessio, sed sufficit illa generalis, qua secundum ecclesiae ritum abrenuntiant Satanæ, atque omnibus pompis eius. De qua ideo confessione intelligenda est glossa Matth. 3. quæ ait in baptismo Ioannis datum fuisse exemplum baptizandis confitendis peccata, promittendique meliora. **Tertia conclusio.** Si qui ex baptizandis ex deuotione sua peccata confiteri vel lent, esset eorum confessio audienda: non ad hoc quod eis satisfactio imponeretur, sed vt cõtra peccata consueta spiritualis eis informatio vitæ traderetur.

Tertia conclusio.

Expositio articuli.

In hoc articulo nulla offertur dubitandi ratio, nisi circa primam conclusionem de dolore, qui requiritur, peccatorum ante baptismum, requiratur ne vera contritio. Hoc autem iam articulo. 4. in deposito seruauimus vsque ad articulum noni distinctionis proxima, vbi de sicte accedentibus habendus est nobis sermo. Sed & circa tertiam hoc etiam notandum, quod qui ex deuotione vellēt ante baptismum confiteri, non sunt sacramentaliter absoluedi, vt bene hinc adnotauit Caieta. quoniam illud, vt modò dicebamus, non est sacramentum. Nihil tamē vetat quin possint precatoriè absolui per deprecationem illam Misereatur tui, &c. Quamobrem sacerdos non illo artissimo vinculo sigilli confessionis teneretur peccata illa celare, vt poenas illas strictissimas iuris teneretur pendere, si reuelaret. Esset profectò nihilominus grauissimè puniendus tanquam violator sacramenti baptismi, cuius dispositio erat illa confessio. Haud tamen esset consilium eiusmodi catechumeno peccata occulta, si graua essent, sigillatim pandere, sed sic sub compendio, vt consilia caperet viuendi. Et cum audis ante baptismum non esse necessariam confessionem, intellige, neque peccatorum præcedentium baptismum postmodum ipso suscepto confessionem faciendam: fieret enim iniuria baptismi, quasi illic non essent omnia condonata. Quare illa peccata nunquam sunt ma-

teria confessionis, atque adeò si illa sola baptizatus ille confiteretur, non esset sacramentaliter absoluedus.

Primum argumentum S. Thomæ est. Qui baptizabantur à Ioanne, vt legitur Matth. 3. confitebantur peccata sua: baptismus autem Christi perfectior est: ergo eandem confessionem requirit. Respondetur verò per discrimen inter illud, & nostrum baptismum: illud enim non remittebat peccata, sed erat baptismus poenitentiae, nostrum verò omnia per passionem Christi, cui incorporamur, remittit. Quocirca ad illud accedentes confitebantur peccata, vt secundum qualitatem eorum poenitentia decerneretur (quod supra distinctio. 2. quæstio. 2. articulo. 2. satis expositum reliquimus) nostrum verò baptismum, vt ait Ambrosius sine poenitentia exteriori celebrandum est. **Secundò arguitur.** Qui abscondit scelera, vt habetur Prouerb. 18. non dirigitur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. **Tertio arguitur.** Ante baptismum requiritur poenitentia, iuxta illud Actuum. 2. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Ad secundum respondetur, satis esse ei, qui baptismum postulat, Deo per intrinsecum dolorem, ecclesiae verò per illam generalem abrenuntiationem Satanæ, sua detegere crimina. Ac demum ad tertium, quod confessio vocalis est pars sacramentalis poenitentiae, quæ illic, vt dictum est, nõ requiritur, sed sola sufficit interna poenitentiae virtus.

Primum argumentum S. Tho.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS VII.

Utrum ex parte baptizandi requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi.



CONSEQUENTER queritur de intentione baptizandi an sit necessaria, sicuti dist. præcedenti ostensum est in baptizanti requiri. Et respondetur vnicuique conclusione. Ex parte eius, qui baptizatur, requiritur voluntas seu intentio suscipiendi baptismum. Probatum. Per baptismum homo moritur veteri peccati vitæ, quandamq; subinde nouam inchoat viuendi rationem, iuxta illud ad Roma. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita &

& nos in nouitate vitæ ambulemus: ergo sicut homo ratione vtens, quo vitæ præteritè moriatur, vt ait Augustinus eiusdem cum vitæ oportet poenitere, ita vt nouam inchoet, exigitur vt eius habeat inchoandæ voluntatem, quæ quidem inchoatio fit per susceptionem sacramenti, atque adeò requiritur vt eius suscipiendi intentionem habeat. Et confirmatur ex ritu ecclesiae, quæ iubet vt veniens ab baptismum interrogetur, quid petat & an baptizari velit, vbi respondens se baptismum petere & velle baptizari, suam aperit voluntatis intentionem.

Expositio articuli.

De hac quæstione, quauis variæ versentur opiniones, tamen nulla est bene sustentabilis, nisi quam hic Diuus Thomas concludit. Et primò hinc notandum, quod non disputamus de actu, qui requiritur ad consequendum rem sacramenti (scilicet gratiam) putà de dolore peccatorum, de quo distinctio. sequenti. articulo. 9. sed de intentione ad suscipiendum sacramentum, & christianissimi characterem. Quam quidem intentionem hic affirmat Diuus Thomas esse necessariam. Et est vniuersalis doctorum confessio, vt Alexandri Aletensis. 4. parte quæstione decima octaua membro primo. Et Bonauenturæ in. 4. distinctio. 4. articulo secundo quæstione prima. Et Scoti eadè distinctio. quæstio. quarta. Et Durand. quæstione septima. Tamen si inter hos nonnulla sit (licet fortè verbalis tantum) differentia. Nam Scotus censet in adultis necessariam esse intentionem, in paruulis autem minimè. Durandus verò ait in paruulis necessariam esse licet non formaliter, tamen interpretatiuè. Id quod Scotus fortassis non refutaret: quia nõ negat nisi requiri in paruulis formaliter & propriam sicut in adultis. Est etiam opinio Richardi distinctio. sexta articulo. secundo quæstio. 3. Et Petri à Palude eadem distinctio. quæstio. 2. Et Syluest. verb. Baptismus 4. §. 14. Et Adriani quæstio. 1. de baptismo articulo. 3. Et certè rationes, quas hinc Diuus Thomas adfert, satis esse deberent, vt res in quæstionem non verteretur. **Attamè est primum glossa super cano. Solet de consecra. distinctio. 4. dicens quod si baptizans intendat baptizare, qualemcunque intentionem baptizatus habeat, recipit sacramentum.** Et alia glossa in calce capituli Maiores. de baptismo & eius effectu, affirmans quod si qui baptizatur ore consentire dicat, licet corde dissentiat, sacramentum recipit. Caietanus verò in præsen-

Doctorum consensu.

Canonistarum glossa.

Caietani.

tiarum medio modo videtur incedere, si tamen medium esset, in quo virtus cõsisteret. Ait quippe intentionem in baptizato non esse per se necessariam, sed solum per accidens in adulto ad tollendam contrariam voluntatem renitentem sacramento. Vnde si fortè contingeret vt homo neuter ad baptismum accederet, hoc est, nec consentiens nec dissentiens, sed negatiuè se habens, ille verè reciperet sacramentum. **His igitur sic propositis veritas est subsequens tribus propositionibus constituenda. Prima contra illas commemoratas glossas.** Nemo per vim, hoc est simpliciter inuitus baptizandus est: neq; si simpliciter inuitus is dicitur, qui absolute dissentit. Hæc enim conclusio decreta est ab Innocentio in dicto cap. Maiores, aduersus contrariam opinionem: propterea quod tunc inde sequeretur inuitum quempiam ad obseruandam Christianæ fidei regulam compellendum, quod Christianæ religioni contrarium est. Cum enim Deus cuncta suauiter disponat, id maximè de fide & lege euangelica constituit, vt nemo nisi consentiens Christianus fiat. Eo præsertim, quod cum fides non possit rationibus naturalibus, & conuincibus demonstrari, obsequio voluntatis suscipienda est: qui autem sacramento fidei dissentit, fidei ipsi consentire non valet. Quapropter glossa illæ tum contra veritatem, tum etiam contra textus ipsos aperte pugnant. Si autè duntaxat loquerentur quantum ad forum ecclesiae, tunc, vt ait loco citato Scot. verum est, quod si ille qui intus dissentit, exterius voce consentiret, compelleretur ab ecclesia seruare fidem & legem Christi, quauis reuera non esset Christianus: quia ipsa tantum iudicat de exterioribus. **Secunda propositio.** Siquis absolute in baptismum cõsentiret, quauis conditionaliter metu mortis inuitus esset, sacramentum verè susciperet quantum ad characterem & fidem mortuam, non autem gratiam. Assertio etiam est eiusdem cap. Maiores. Vt si quis terroribus ac supplicijs vehemèter percussus, vt mortem euaderet baptizari cõsentiret, Christianus fieret. Etenim vt. 3. Ethic. ait Arist. ille quantum conditionaliter nolit, absolute tamè vult. Vnde de illud iuridicū emanauit, coacta voluntas voluntas est. 15. quæstione. 1. canon. Merito. Et de istis intelligitur decretum concilij Toletani distinctio. 45. can. De Iudæis. quod Iudæi hoc pacto à Sisebuto Visigothorum Hispania

Prima conclusio.

Secunda propositio.

niæ rege baptizati essent ad fidem & legem Christi cogendi. Tamen prohibeatur illic nequis sic per violentiã baptizetur. Est enim sacrilegium quanquã rex ille pietate forsan, non secundum scientiã adductus eos ad baptismum compulisset. De hac autem ad baptismum & fidem compulsionem paulò post arti. 10. latius easdem propositiones Alexander, & Bonauen. locis citatis cõstitutissimas habent: quoniam nullo sunt pacto citra errorem contra determinationem ecclesiæ dubitabiles. ¶ Quod si contra hãc secundam obiectis huiusmodi consensum coactũ in sacramento matrimonij non valere, respondetur diuersam esse rationẽ. Quoniam matrimonium est cõtractus naturalis & civilis, & hac ratione si per iniuriam metu mortis celebretur, iure ipso civili inualidus est. Secus de sacramento baptismi, quod cũ natura ipsius sacramenti characterem imprimat, quomodo cunq; quis cõsentiat, iure diuino obligatur. Quare qui Christianus esse renuit, morti potius succumbere debet, quam se sinere baptizari, ne illam irroget baptismi iniuriam. At que idem suo loco de sacramento ordinis affirmabimus: nempe, q̄ qui consensu per metum mortis extorto ordinatur, verè ordinatus est. Ac perinde tenetur continentiam feruare propter sacerdotalem characterem. Tamen licet votũ per talem metũ emitteretur, non teneret. Hãc autem non est presentis loci ad vnquem examinare. ¶ Tertia propositio. Quauis opinio Caietani non sit eadem gradu, quo superior erronea, est tamẽ (vt cũ veneratione loquamur) falsa, imò per se requiritur in adulto intentio & voluntas. Itaq; si daretur quispiam nec assentiens nec dissentiens, non susciperet sacramentum. Et primũ quod suam arbitratus est esse opinionem D. Thomæ in. 4. dist. 6. q. 1. art. 2. quæstiu. 3. certè id inde nõ planè colligitur. Solũ enim ait, q̄ nõ requiritur aliquid causans ex parte suscipientis, sed solum impedimentũ remouens: puta contrariam voluntatẽ, ad quod, inquit, requiritur intentio & voluntas ad suscipiendũ sacramentũ. Dicere autem q̄ intentio suscipientis non est causans, hoc est, cõcurrentis actiue ad sacramentũ, non est planè dicere q̄ non requiratur per se, sed q̄ tota actio attribuitur Deo, & eius ministro per sacramentũ, passum enim non concurrat actiue, sed receptiue. Nihilominus cũ absq; distinctione per se & per accidens, dicat, requiri intentionem

Argument.

Tertia propositio.

& voluntatem, illa per se requiritur ad aptè & idoneè suscipiendum. At quicquid sit de opinione, quam habuit in. 4. hic tamen, vbi cõsideratiũ loquitur, expressè ait S. Thom. per se requiri, sicut per se requiritur aliqualis poenitentia veteris vitæ. Quapropter nõ tantũ Scoti, & Duran. vt Caietanus citat, hæc est opinio, imò apertius est S. Thomæ. Atque adeò distortè illũ glossat, q̄ sit intelligendus secundũ id, quod semper de facto inuenitur: quia adultus non reperitur neuter. Imò profectò intelligitur per se, q̄ etiã si inueniretur non reciperet sacramentum. Hoc nanq; probat ratio D. Thomæ. Si enim ad inchoandam nouam vitam requiritur voluntas abiiciendi veterem, à fortiori intentio capessendi nouã, atq; adeò ad hunc finem suscipiendi baptismum. Quoniam plus requiri videtur ad inchoandam nouã, quod est quid positiuũ, quã ad relinquendã veterẽ q̄ videtur mera cessatio. ¶ Secundò & ritus ecclesiæ profectò id maximè comprobat, vt ait S. Tho. & loco citato Ricar. Ait enim Aug. lib. 4. de baptismo contra Donat. cap. 20. & refertur de cõse. d. 4. can. Cum pro paruulis. Cũ paruuli nec corde credere valeãt, nec ore cõfiteri, alij pro eis respõdent, vt impleatur erga eos celebratio sacramenti. At si pro eo, qui respondere potest, alius respondeat (nẽpe pro adulto) non itidẽ valet. Ex qua regula illud in euangelio dictũ est (scilicet Ioã. 9.) Aetatem habet, ipse pro se loquatur. Vbi Aug. tanquã per se necessarium admonet, vt adultus per se baptismũ petat, dicẽs se velle baptizari, suã explicãdo intẽtionẽ & voluntatẽ. ¶ Conatur autẽ Caiet. rationẽ sic infringere, q̄ eodẽ ecclesiæ ritu petitur à baptizãdo, si credit in Deũ patre omnipotentẽ, &c. Et tamẽ constat, nõ requiri talẽ fidẽ nec in baptizato, nec in baptizãte, neq; in patrino. Vt si paruulus ab infideli baptizaretur. At verò fuga hæc nihil valet: quoniã licet talis fides nõ requiratur prout in paruulo, nihilominus extat in ecclesia cui illi sunt ministri. Et ideo virtute illius respõsi, Credõ, cogitur postmodũ ipse paruulus annos discretionis ingressus, eandẽ fidem sustinere, quare interpretatiue credit. Et eadem ratione, vt ait Durand. interpretatiue intendit, vultq; baptizari. Secundò differentia est inter paruulum & adultum, quã ponit Aug. quod sicut p paruulo respõdent ministri ecclesiæ, ita adultus debet respõdere pro se: ergo sicut paruulũ interpretatiuã habet intẽtionem,

Ecclesiæ ritus.

nem, ita adultus debet eam habere formale. ¶ Tertiò id confirmatur ex solutione primi argumenti S. Thomæ, quod est huiusmodi. Baptizatus non se habet vt agens, sed vt patiens: intentio autem non requiritur ex parte patientis, sed ex parte agentis: ergo nulla requiritur in baptizato. Et respondet, quod in iustificatione, quæ fit per baptismum passio non est coacta, sed voluntaria. Et hoc est punctum discriminis. Caiet. enim arbitratur baptizatum esse passum merè naturale, veluti itupa dum incenditur, & tamen non est nisi liberum: & ideo requiritur in eo intentio: non quidem agendi, sed tamẽ recipiendi. At qui dicere, eum qui baptizatur, esse passum liberum, non est petitio principij, vt ipse cogitat: imò est demonstratio, quod cum baptismum suscipere, sit nouam fidem & legem profiteri nouamq; militiam, liberè illum debeat quisq; suscipere: sicuti ille, qui in aliquã religionem aut in secularem militiam cõscribitur. Adde quod sicut baptismum cõferre est actus humanus, ita & ipsum suscipere. Stupidum enim esset hoc negare: actus verò absque intentione non est humanus. ¶ Et ideo quarto loco accedit argumentum Durandi huiusmodi. Adultus simili se modo debet habere ad fidem & ad fidei sacramentum: credere autem nemo nisi volens potest: ergo neque baptizari. Respondet verò Caiet. priori præmissa perempta: quoniã credere, inquit, consistit in actione voluntaria: baptizari autem est quoddam pati. Hæret tamẽ semper in eadem salebra, putans quod, quia baptizari non est agere, sit merè pati: cum tamen nõ sit nisi voluntariè recipere, atque adeò per intentionem. Quoniam ipsum baptizari est fidei suscipere. Quare sepissime cõtra Donatistas ait Aug. quod baptizari est credere. Quocirca Christus vtrunq; coniunxit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, hoc est, qui assensum vobis præbuerit, vt & fidem accipiat, & baptismũ suscipere velit, saluus erit. ¶ Quintò id confirmatur ex solutione 2. argumenti S. Thomæ, quod est hoc. Vbi id prætermittitur, quod est de substantia baptismi, iteradum est sacramentum: si ergo intentio baptizati esset necessaria, cum de illa alijs non constet, quicq; petere posset, vt denuò baptizaretur. Respondet planè, q̄ si in adulto deesset intentio, rebaptizandus esset, & si de illa dubitaretur, baptizandus esset sub conditione. Quid clarius ad docendum, quod si

Secundum argumentum.

daretur homo neuter, non esset baptizatus? ¶ Et cõfirmatur sextò ex solutione tertij argumenti. Baptismus contra originale institutus est: originale autẽ contrahitur per voluntatem alienam primi parentis: ergo non requirit intentionem propriam. Et responderet, quod etiam ordinatur cõtra actualia: vbi palam edocet quod sicut ad remissionẽ actualium requiritur actus eorum detestatiuus, ita & ad suscipiendũ baptismum. Imò verò addiderim ego, quod etiam si daretur adultus cum solo originali, dum baptizaretur exiretur ab eo intentio baptismi suscipiendi in remissionem originalis culpæ, qua ipse commaculatur, & ad inuendam vitã Christianã. ¶ Argumenta verò Caietani sunt duo: eorũque potissimum sumit ex postremis verbis capituli Maiores de bapt. vbi ait Inno. quod tunc characterem sacramentalis imprimat operatio, cum obicem cõtrariæ voluntatis nõ inuenit obstitentem. Ex quibus verbis infert fatis esse, vt non insit contraria voluntas. Deberet autem non ad rigorem dialecticũ verba perpendere, sed more iuridico ex precedentibus interpretari. Ait enim illic pontifex quod dormientes & amentes, si priusquam amentiam incurrerent, aut dormirent in cõtradictione persisterent, licet baptizetur, nõ suscipiunt characterem. Secus autem si prius catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi. Vnde tales, inquit, in mortis articulo cõsuevit ecclesia baptizare. Cũ ergo subiungit, quod tunc sacramentalis operatio non inuenit obicem voluntatis contrariæ, planè intelligit quod in virtute inuenit voluntatem & assensum baptismi, quæ voluntas præcesserat. Quare non ponit mediũ inter nolitionẽ & volitionem baptismi. Est. n. ille casus metaphysic⁹, sed loquitur moraliter, vt nõ ponere obicẽ, sit habere consensum saltẽ in virtute. ¶ Imò ex verbis ipsius pontificis colligitur septimum argumentum contra Caietanum. Si quispiam, qui nunquã de baptismo cogitauit, qui scilicet neque annuit, neque renuit baptizari, dormiens, aut in amentiam incidens baptizaretur, ille profectò censeretur neuter secundum Caietanũ quia non haberet contrariam voluntatem: & tamen secundum decretũ Innocentij non esset verè baptizatus: ergo non sufficit non opponere obicem, sed exigitur affirmatiua voluntas. Imò verò nõ opus est ponere dormientem, aut amentem, sed si quis vigilans,

Argumenta Caietani.

qui nihil unquam de baptismo audiuit baptizaretur à Christiano, nesciens quid ille faceret, utrum ioco vel serio ipsum lauaret, vel ad refrigerandum ipsum, vel alia de causa, profecto secundum Caieta. censendus esset vere baptizatus: quoniam nullum opponit obicem: & tamen nefas esset id concedere: quoniam ignorantia, ut ait Aristo. causa est inuoluntarij. Essetq; adeo contra verba ipsius textus Innocentij: ergo requiritur intentio.

Argument. Quod si Caieta. respondeat in his casibus esse dissentium praesumptu, propterea quod quilibet dissentire praesumitur in mutatione sui status, nisi consentiat: tunc iam concedit quod nemo potest statum mutare nisi consentiens: atque adeo cum baptismum suscipere sit statum institutumq; assumere viuendi, illic etiam requiritur per se consensus. Item sacramenta non debent fundari in praesumptione, sed in certitudine: praesumptio namq; est in aliorum opinione, & non in baptizato. Praeterea ille qui de baptismo nihil audiuit, non magis praesumitur dissentire quam consentire: nam fortasse cum primum illam religionem audiret, eam amplecteretur. Imo praesumptio posset quod iam de illo cogitabat: quare si praesumptio sufficeret, ille existimaretur baptizatus, quod non est asserendum. *At* forsitan nos hic Caietanus recoueniat. Si quis postquam religionem baptismi audisset, intellexissetq; eius mysterium, videt se à Christiano baptizari, taceret, neque assensum exprimens neque dissentium, ille haberetur probaptizato: ergo non requiritur consensus, sed satis est non opponere obicem contrariae voluntatis. Negatur profecto consequentia. Est enim latum discrimen: nam ignorantia, ut dictum est, facit inuoluntarium. Vbi autem quis sciens & prudens baptizatur, tacendo (ut ait iuris regula) consentire videtur: imò in virtute consentit, praesertim in re tanti momenti, & ubi ingens non interuenit metus. *Octauo* arguitur. Si ille, qui nec assentiens nec dissentiens baptizaretur, verum sacramentum susciperet, sequeretur quod absq; eius consensu esset ab ecclesia compellendus Christianam seruare fidem, quod ibidem Innoc. pro re absurdissima ducit. Ad quod Caiet. non aliter respondet, quam quod vno inconuenienti dato: scilicet, quod ille baptizaretur, aliud contingit, quod ille esset de iurisdictione ecclesiae ratione sacramenti: & tamen non esset compellendus: quia non consentit. Sed profecto haec duo vi-

Responsio.

Octauum argumentum.

dentur repugnantiam inuoluere, ut quis sit de iurisdictione ecclesiae & non possit cogi, ut Christiane viuat. *Non* demum etiam haec omnia confirmantur ex concilio Carthaginiensi. 3. cap. 34. quod refertur de consec. dist. 4. can. Aegrotates, licet male allegetur ex concilio. 4. vbi habetur quod aegrotates, qui pro se respondere non possunt, cum voluntas eorum testimonium sui dixerit, baptizentur. Et ex concilio Auaicensi ca. 12. vbi habetur, quod subito obmutescens baptizare, aut poenitentiam accipere potest, si voluntatis praeterite testimonium aliorum verbis habet, aut praesentis in suo nutu. Vbi ostenditur, quod sicut poenitentia, ita & baptismus requirit voluntatem suscipiendi: imò & sacramentum confirmationis, ordinis, & extremae vnctionis, ut suis locis videbimus. Quare ab infirmo antequam rationis lumē illi extingatur, requiritur, utrum, dum opus fuerit, sacra vnctionem recipere velit. *Secundum* argumentum Caieta ni nullus est poderis. Arguit quippe. Quod non est de necessitate sacramenti in vno recipiente, non est per se de necessitate à quocumque recipiatur: sed intentio non est necessaria in paruulo: ergo nec de per se in adulto. Ad hoc enim primum negari posset maior, ut iacet. Imò verò cum susceptio baptismi sit assumptio nouae professionis: de essentia est, ut vbi esse potest, sit actus humanus. Atque hac ratione requiritur per se, & de essentia intentio in adulto, & non in paruulo, ut ait Scotus. Luculentius tamen forsitan respondebitur cum Durando concessa maiori, negando minorem: imò inuertendo argumentum affirmatiue sic. Quod est de necessitate sacramenti in vno suscipiente, est & in quocumque: intentio est necessaria in adulto: ergo & in paruulo. Non autem formalis, sed interpretatiua, ut expositum est, per intentionem ecclesiae, quae paruulum per suos ministros & baptismum offert, & baptizat. *Aliter* autem contra conclusionem arguitur. Nemo ad impossibile obligatur: sed vix est humano more possibile, ut quispiam intentionem mentis propter eius diuagationem firmiter retineat: ergo licet dum quis baptizatur intentionem non habeat praesentem, nihilominus sacramentum suscipit. Ad hoc argumentum satis responsum est distinctione prima quaestio. 5. articu. 8. vbi diximus nec sufficere habitualem intentionem, nec requiri semper actu praesentem, sed sufficere virtualem. Habitualis enim

Secundum argumentum Caietani.

De intentione interpretatiua.

enim est habitus qui esse potest sine actu, imò cum contrario actu. Ut si quis toties voluisset baptizari, ut habitum genuisset. Et quod haec non sufficiat, patet: nam si iste postmodum dissentiens baptizaretur, dici posset habitualiter consentire, tamen non susciperet sacramentum. Requiritur ergo, quod haberit intentionem actu, quae ipsum ad baptismum induxerit, licet dum baptizatur aliorum eum mente diuagari contingat: illa enim dicitur virtualis. Sed est discrimen inter baptizantem & baptizatum, quod ille, qui baptizare alium proposuit, si contingeret ut dormiens vel amens baptizaret, baptismum non conferret: quia non esset actus tunc humanus. Si autem proposuisset baptizari, tunc licet baptizaretur dormiens aut amens, ut habetur in ca. Maiores, esset baptismus: quia praecedens propositum sufficeret, ut susceptio illa censeretur voluntaria. Itaque actio baptismi requiritur ut sit voluntaria de presenti dum fit: passio verò satis est ut per antecedens propositum sit voluntaria.

ARTICVLVS VIII.

Utrum fides requiratur ex parte baptizati.



ICVT de baptizante, ita & de baptizato interrogatur utrum sit illi necessaria fides. Et respondetur per distinctionem duabus conclusionibus. Duo enim efficiuntur in anima per baptismum: scilicet, character & gratia. Est ergo prima conclusio. Recta fides est in eo, qui baptizatur necessaria ad consequendum vltimum baptismi effectum: nempe, gratiam & remissionem peccatorum: secundum illud Roma. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Durat enim semper sermo de adultis: nam paruuli nullum habere queunt actum fidei. *Secunda* conclusio. Ad suscipiendum sacramentum eiusque characterem cum mortua fide non est in suscipiente necessaria recta fides, sicut nec recta fides baptizantis, dummodo adsint caetera, quae sunt de necessitate sacramenti: scilicet, materia & forma & intentio baptismi conferendi & suscipiendi. Probat, quoniam baptismus, ut supra dictum est, non perficitur per iustitiam illius, qui confert aut suscipit, sed per virtutem Dei, ut habetur de co-

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

secra. distinctio. 4. can. Baptismus.

De neutra istarum conclusionum quidpiam nobis superest disputandum: nam utraque ex ijs, quae dicta sunt, manifesta consequentia elicitur. Definitum enim est articu. 4. eos, qui in peccato persistunt, obicem sacramentali gratiae opponere, atque adeo salutem per sacramentum non suscipere. Cum ergo infidelitas, ut hic quarto loco arguit S. Thom. sit peccatorum grauissimum, fit ut qui in ea persistit gratiam baptismi non consequatur, ut prima asserit conclusio, atque adeo, ut in solutione respondet, neque huiusmodi infidelis sit ab ecclesia baptizandus, alioqui esset sacrilegium. Nihilominus si quis infidelis sacramentum intentione ecclesiae suscipiat, erit verum sacramentum sine gratia. Et hoc est, quod asserit secunda conclusio. Quae quidem planè inferitur ex ijs, quae dicta sunt distinctione. 1. quaestio. 5. articu. 5. & distinctione quarta articu. etiam quinto. vbi definitum est haereticos vere posse & baptizare & baptizari, si vterque intentionem ecclesiae asserat ad baptismum, licet baptismus illis ad salutem nil conferat, quosque baptizatus ad ecclesiam reducatur, iuxta verbum Augustini. de consecratione distinctione quarta. Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum fides veraci confessione recesserit. Est & assertio Gregorij ad Quiricum eadem distinctio. *Grego.* can. Ab antiqua, quem hic citat D. Thomas. Ab antiqua enim, inquit, patrum institutione didicimus, ut qui apud haereticum in trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam ecclesiam redeunt, aut vnctione chrisimatis, aut impositione manus, aut sola confessione fidei ad sinum matris ecclesiae reuocentur. Quod verum non haberet, si recta fides esset ad baptismum necessaria: nam tunc postea non sufficeret confessio fidei, nisi iterum reciperetur baptismus. Vtranque simul conclusionem adstruit de baptismo contra Donatistas August. libro tertio capitulo decimo quarto, & refertur de consecra. distinctione quarta. cano. Sicut in sacramentis. Non interest enim, inquit, cum de sacramenti integritate tractatur & sanctitate, quid credat, aut quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis viam, sed nihil interest ad sacramenti quaestionem. Et de ecclesiasticis regulis & libro secundo ad Orosium quae eadem distinctione referuntur. can. Si qui, & can. Quamuis. idem docet.

August.

Grego.

August.

Primum

Primum ar- gumentum. **P**rimum argumentum. S. Thomæ est. Dñi Christus Matth. 28. baptismum præcepit, si dem illi præmisit: ergo est in suscipiente necessaria. Respondetur, quod cum illum Dominus quatenus homines ad salutem perducit instituerit, solum concluditur fidem esse ad collationem gratiæ necessariam, ut ait prima conclusio, iuxta verbum eiusdem redemptoris. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. *Secundum ar- gumentum.* **S**ecundò arguitur. Nihil in sacramenti frustra fit: secundum autem ecclesiæ ritum ille, qui baptismum poscit interrogatur an credat in Deum patrem, &c. ergo illa fides exigitur. Respondetur, intentionem ecclesiæ, dum homines baptizat, esse eos à culpa mundare, secundum illud Esaiæ. 27. Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum: ideo quantum est de se, non intendit dare baptismum nisi habentibus rectam fidem, sine qua non est remissio peccatorum. Quocirca de recta fide baptizandos interrogat. Si tamen sine ea quis baptismum extra ecclesiam suscipiat, percipit quidem sacramentum, sed non ad salutem, ut Aug. lib. 4. contra Donatistas edisserit, qui adducitur can. Ecclesia. ead. d. 4. de consecra. Ait quippe. Ecclesia paradyso comparata indicat nobis, posse quidè baptismum eius homines etiam foris accipere: sed salutem beatitudinis extra eam neminè accipere vel tenere. *Nota.* **F**alli autem quispiam posset verbo D. Thomæ. quo ait, ecclesiam non intendere dare baptismum, nisi habentibus rectam fidem. Apparet enim inde consequi, eos, qui sine illa baptizantur, non suscipere sacramentum, cuius contrarium asserit secunda conclusio. Igitur non est sic intelligendum, quod intentio ecclesiæ sit conditionalis, quare qui sub illa conditione adultum baptizaret. Si habes rectam fidem ego te baptizo: sin minus minimè, sacrilegus esset. Sed vult dicere D. Tho. quod ecclesia diligenter perscrutatur per suas interrogationes, vtrum qui baptismum petit rectam habeat fidem. Et postea præsupponens iam ipsum habere, absolute eum baptizat. Quare licet ea careat, euadit baptizatus. Sicuti qui sacramentum ordinis confert, licet dicat se non intendere excommunicatos ordinare, nihilominus absolute omnes ordinat, etiam si sint excommunicati. Est enim baptismus, ut art. 4. dicebamus, sicut sæpna, qua licet piscator non intendat nisi bonos colligere pisces, colligit tamen nonnunquam pe-

Tertium ar- gumentum. **T**ertium argumentum est. Ad baptismum requiritur saltem intentio recipiendi sacramentum ecclesiæ: sed baptismus est sacramentum rectæ fidei, ut potè per quod incorporamur Christo, quod non fit nisi per rectam fidem, secundum illud ad Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris: ergo simul cū intensione sacramenti requiritur recta fides. Respondetur, quod qui non habet rectam fidem circa alios articulos, potest eam circa hoc sacramentum habere. Quare etiā absente sufficit ad sacramentum intentio suscipiendi quod ecclesia tradit. **Q**uarto. Infidelitas est grauissimum peccatum: peccatores autem non sunt baptizandi: ergo neque fide carentes. Respondetur, argumentum probare eum, quod constat fide carere, non esse baptizandum: sed nihilominus si baptizetur sacramentum suscipit, sed non ad salutem.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum pueri sint baptizandi.

ROST quinq; articulos quibus de adultis suscipiendis baptismum disputatum est, subsequuntur tres alij de pueris ante annos discretionis. Et reprimè in genere an sint baptizandi. Et respondet D. Th. vnica cõclusionè affirmatiua, quam probat tripliciter. Primò autoritate Dionysii. que in hac re est firma & antiquissima. s. à tēporib⁹ apostolorū. Diuini. n. inq; nostri duces (scilicet apostoli) probauerunt infantes recipi ad baptismum. Secundò adhibetur ratio ex Paul. ad Roma. 5. elicitā. Si vnus delicto mors regnauit per vnum (scilicet per Adam) multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Pueri autem ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt, cuius vtiq; documentum est mortalitas, cui sunt subiecti: illa enim in pœnam eiusdem peccati in omnes pertransiit, ut idem ibidem ait Apostolus: ergo multo magis pueri possunt per Christum gratiam accipere & iustitiam, ut regnent in vita æterna: id autem assequi, nisi per baptismum nequeunt, iuxta illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei: ergo non modo condecens, verum & necessarium est illos ba-

baptizari, videlicet, ut sicut per Adam damnationem nascendo incurrerunt: ita per Christum salutem renascendo consequantur. Tertio adhibetur secunda ratio. Fuit enim quæ congruentissimum, ut recentè nati baptizati vnda tingerentur, ut iam inde ab inuente pueritia moribus Christianis educati firmius in Christianismo perseverent. Quam quidem rationem eodem loco Dionys. assernat, iuxta illud Prouerb. 22. Adolecens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

Hereses contra baptis- mum. **Q**uæstio hæc in primordijs ecclesiæ, ac potissimum sub seculum Augustini, magnam ecclesiæ facescit molestiam. Prima enim hæresis, ut art. 1. diximus, de baptismo fuit Manichæorum (ut ait lib. de hæresibus cap. 46. Aug.) qui aiebant, baptismum in aqua nihil, cuiquæ salutis asferre. Quam quidè blasphemiam post secula multa ab orco reuocauit VVitleff, vt. 2. tomo de sacramen. ca. 46. refert VValdensis. Aiebat enim ille, quod cum Christus posset sine illa ablutione gratiam infundere, non esset necessaria. Ac minimè infantibus, alioqui per incuriam parentum, imò sepe sine cuiusquæ negligentia vsuuenire posset, ut paruulus æternaliter periret. Aliorum autem error fuit de infantibus peculiaris, quem Innocent. cap. maiores extra de baptis. refert: sanè qui ob id aiebant inutiliter infantibus baptismum applicari, quod actum fidei & charitatis, quæ uti ait Pet. operit multitudinem peccatorum, habere non valent. Ad quod quidem argumentum dist. proxima. q. 1. ar. 6. respondebitur. Pelagiani autem fuerunt, qui hanc veritatem peruerte re totis neruis conati sunt, negantes vllam paruulos contrahere originis labem, ut art. 7. recitauimus. Primùm quippe negabant, ab Adam vllam deriuari per propaginem culpam. Secundò arguebant, quod si peccator ipse peccatores genuit, multo equius est credere ut baptizati iusti, iustos etiam progignant atq; adeo nullo indigeant baptismo. Tamen si paruulos ipsos baptizabant non in remissionem originalis, sed ut possent introire in regnum celorum: iuxta verbum Domini, Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Itaq; (ut putabāt) si absq; baptismo decederet, possent quidè permanere in amicitia Dei tamè extra regnum celorum. Contra quorum perfidiā August. tres libros illos ædidit ad Marcelli-

num de peccatorū meritis & baptismo paruulorum. Et sex alios contra Iulianum Pelagianum. Et Epist. 23. ad Bonifaciū. Vbi multis testimonijs cõprobat, propterea sine baptismo non posse paruulos intrare regnum celorum, quod sine ipso nequeunt remissionem obtinere originalis culpæ, quam contrahunt: De qua re postmodum indictū fuit Mileuitanum concilium, in cuius ca. 2. quod refertur de consecra. dist. 4. can. Placuit. 3. eadem hæresis condemnata fuit. Verba autem concilij sunt, Placuit, ut quicunq; paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit eos in remissionem peccatorū non baptizari, anathema sit. Illud autem concilium multis postmodum pontificum subscriptionibus confirmatissimum fuit, ut rescripto Innocentij Papæ ad eandem synodū & Epistola Leonis pontificis. 56. ad Anastasium Thessalonicensem Episcopū. **E**t reuera supposito peccato originali, negare paruulis necessarium esse baptismum, ingentissima est, eademq; impientissima hæresis. Alteri enim duorum capitum innitebantur hæretici. Pelagiani quidem, quia originale maculam non agnoscebant. VVitleff verò quod cum Deus absque hac ablutionis ceremonia gratiam posset infundere, superflua existimabat. Quod autem originis contagione quotquot ex Adam nascuntur, inficiantur, adeo sunt testimonia sacra manifesta, ut contra id negantes, igne potius quàm rationibus sit agendū. Ait enim Dauid Psal. 50. se in iniquitatibus fuisse conceptum. Et eandem ob causā Iob. 3. diei maledixit, in qua natus fuerat. Et Paul. Roma. 5. Per vnum, inquit, hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors. Imò ob id ait, mortem in omnes homines pertrāsisse, quod in illo oēs peccauerunt. Et cap. 3. Causati, inquit, sumus Iudæos omnes, & Græcos sub peccato esse: quia non est iustus quisquæ. Et inferius. Non est distinctio, omnes enim peccauerunt, & egerit gloria Dei. Et ad Galat. 3. Conclufit scriptura omnia sub peccato, ut promissio Iesu Christi daretur credentibus. Hæc autem oia verbo Iesu Christi elucescunt. Ob id enim, ut supra diximus, vsus est illo verbo, renatus, ut intelligeremus omnes in Adā (ut ait Paul. ad Ephes. 2.) nasci natura filios iræ, egeretq; subinde renasci in Christo, ut Ag. ait eod. lib. de baptismo paruulorum. Generante enim, inquit, carne tantum modo contra-

Concilium Mileuitanū.

De originis contagio.

Psal. 50.
Iob. 3.
Roma. 5.

August.

hitur peccatum originale: regenerante autē spiritu sancto non tantum originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum. De consecra. dist. 4. can. Generante. sic enim legendum est, non. Regenerate. Constituto autem peccatum per generationē cōtrahi, blasphemiam esset in Deum insignis negare paruulis necessarium esse baptismum, ut potē qui tam latum infantium statum omni prorsus remedio destitutum reliquisset. Nā cauillus ille VVitcleff, quod Deus posset sine baptismo gratiam eis conferre, solidissimis rationibus repulsatur. Primum enim cōgruentissimū fuit salutē nostrā (quod initio primē distinctionis dicebamus) ut cum eam nisi per exhibitā passionem Christi, ut nos, aut per eius fidem venturi, ut olim, nemo assequatur, nemini diuinitus participaretur, nisi aliquo modo eadem passio & fides homini applicaretur, ut illa ratione diuinum beneficium recognoscentes gratias Deo rependeremus. Qua utiq; ratione & in lege naturā paruulis applicabatur fides: & in lege scripta data fuit circumcisio pro paruulis octo dierum natis, & nobis baptismus quo eadē applicatur passio. Si enim Deus latenter nobis inscijs nos saluos faceret, cultus deperiret, quo nos ipsū per sacramenta colimus. Præterea ex eadem opinione fieret consequēs, ut nunquā paruulus originale cōtraheret. Nā si nullum esset expectandū sacramentum, neq; Deus proliis natiuitatem expectaret, ut noxam illam infantulo indulgeret. At que adeo eodem instanti, quo conciperetur illam illi abstergeret: & eadem ratione eum ab illa præseruaret. Meritissimō ergo ait August. libr. de fide ad Petruni, quod refertur de consecra. dist. 4. Firmissimē tene, non solum homines ratione vtentes, verum etiā paruulos, qui sine sacramento baptismi de hoc seculo transeunt, sempiterno igne puniendos. Quamuis quod paruuli puniantur poena sensus, non cōmuniter teneatur. Quāplurima in hanc sententiam locis citatis idē August. luculentissimē disserit. Vnde in lib. 1. de baptis. paru. c. 20. loco illo Ioan. 3. Qui credit filio habet vitam æternam, qui verō incredulus est filio, non habet vitam, sed ira Dei manet super eum: infantes quoq; comprehendī autumat, quibus baptizari, inquit credere est, non autem baptizari incredulos esse. Idq; cap. 27. repetens, concludit infantes absq; baptismo non solum regnum cœlorū

verum nec salutē obtinere. Ad aliud, quod tanquā absurdum inferebat VVitcleff: videlicet, vsu venire posse, ut propter incuriā parētum, imō citra illam posset casu aliquo infans absq; baptismo vita defungi atque adeo perire, respondetur, quod dum puer absq; baptismo moritur, non priuatur vita æterna propter peccatum patris, sed propter illud originale, quod ex Adā ipse cōtraxit. Deus enim nihil nobis debet, & ideo si remedium quod pro sua misericordia instituit, non applicatur puero, nulla querela contra eum resultat.

In solutionibus argumentorum D. Th. intentionem explicat, & fidem paruuli, & pœnitentiam, quæ videntur ad baptismum requiri. Hæ enim erant hæreticorum argutie, quod cum ad baptismum requiratur fides que per dilectionē operatur, & pœnitentia, & pueri nequeant eiusmodi actus habere, inutilis illis esset baptismus. Responso verō catholicorum erat, quod cum originale peccatum non propria voluntate, sed aliena (nēpe Adæ) contrahatur, pueri quoq; aliena voluntate (scilicet parentum & gestantium) baptizari volūt & petūt, fidēq; profitētur, &c. Arguit ergo D. Th. primo loco sic. In eo, qui baptizatur, requiritur (ut dictum est) intentio suscipiendi sacramentum, hanc autē pueri, rationis vsu carentes, habere non possunt: ergo nec baptizari debent. Respondetur autē, quod regeneratio spiritualis, que fit per baptismum, similitudinem in hoc gerit carnalis natiuitatis, quod sicut puer in vtero matris inclusus non proprio nutrimento, sed matris sustentatur: ita pueri ante annos discretionis in gremio matris ecclesię cōstituti nō per se ipsos, sed per actū eiusdē ecclesię salutem suscipiunt. Vnde Aug. lib. de peccatorum meritis & remissione, quod refertur can. Mater. de consecra. dist. 4. Mater, inquit, ecclesia os maternum paruulis præbet, ut sacris mysterijs imbuantur: quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Si autem propterea rectē fideles vocantur, quod fidem per verba gestantium quodam modo profitentur, cur etiam non pœnitentes habeantur, cum per eorum verba gestantium diabolo, & huic seculo renunciare nō strantur? Eadem ergo ratione dicuntur intentionem habere, quam ipsi significāt, qui eos gestant. Pari modo respondetur ad secundum,

Primum argumentum.

Responsum August.

Tertium argumentum.

Secundum argumentum.

dum, quod est huiusmodi. Baptismus est sacramentum fidei: pueri autem habere non possunt fidem, que quidem ex voluntate pedit, ut August. dicit super Ioan. tract. 26. Nec satis est respondere, quod salui fiunt in fide parētum: nam contingere potest: ut & parentes, & qui baptizat, & qui baptizatum de fonte leuat, omnes sint infideles: ergo pueri non sunt baptizandi. Responsum, quod tria habet aut quatuor membra colligitur ex Aug. in epistola ad Bonifacium, ubi ait primō, & refertur can. In ecclesia de consecra. dist. 4. In ecclesia saluatoris paruuli per alios credunt, sicut ex alijs, quæ in baptismo remittuntur, peccata traxerunt. Quapropter secundō addit Sanct. Thomas quod non impeditur eorum salus etiam si parentes, & baptizantes, & eorum susceptores sint infideles. Nam, ut ad eūdem Bonifaciū Aug. ait, offeruntur paruuli ad suscipiendam spirituales gratiam nō tū ab eis, quorum gestantur manibus (quanuis & ab ipsis, si ipsi boni fideles sunt) quā ab vniuersa societate sanctorum atq; fidelium. Ab omnibus namq; offerri rectē intelliguntur: quibus placet, quod offeruntur, & quorum charitate ad communionem sancti spiritus adiunguntur. Vnde infertur tertio quod infidelitas priorū parentum, etiam si eos post baptismum demoniorum sacrificijs inbuere conentur, pueris non nocet, quia ut August. ibidem ait, puer semel per aliorum voluntatem regeneratus, deinceps non potest vinculo alienæ iniquitatis obstringi, ubi nulla sua voluntate consentit, secundū illud Ezechiel. 18. Sicut anima patris mea est, ita & anima filij. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Quarto demum conuenientiam constituit inter originalis culpæ & communicationem fidei. Nam cum Adam peccauit, non erant homines per se separatim viuētes, sed tota natura humana in illo continebatur, omnes (vt ait Paul. Roma. 5.) in ipso peccauimus: atque adeo inde culpam cōtrahimus, quæ per gratiā baptismalis vnde diluitur. Pari ergo modo fides vnius, imō totius ecclesię paruulo prodest per operationem spiritus sancti, qui vnit ecclesiam, & bona vnius alteri communicat. Similimodo dicendum est de pœnitentia paruuli. Arguitur ergo tertio. Baptisma, vt. 1. Petri. 3. habetur, homines saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientię bonę interrogatio in Deum: paruuli autē suo non vtentur

tes arbitrio, neq; bonā habēt, neq; malā conscientia, neq; verō intellectu pollent idoneo, ut interrogetur: ergo nec sunt baptizandi. Respondetur, quod sicut nō per se ipsos, dū baptizantur, credunt, ita nec per se ipsos, sed per alios interrogati confitentur fidem ecclesię, cui aggregantur, & pariter conscientiam consequuntur bonam respōdentes abrenunciare Satanæ & pompis eius: non quidē actu proprio, sed habitu infuso per gratiā iustificatē. Circa solutiones istas primū ex superioribus meminisse oportet, susceptores (quos August. gestantes, vulgus autē paternos appellat) nō esse de essentia sacramenti. Imō si quis priuatim puerū absq; alio tertio baptizaret, verū esset sacramentū. Tūc enim intētio sua baptizandi reputaretur pro intentione ecclesię, & p renūciatione, qua renūciaret Satanæ, ut puer baptizaretur. Secundō id etiā manifestū est, puerū nō credere formaliter per fidē ecclesię, quippe quæ eius intellectui nō inest. Neq; verō fides & charitas ecclesię concurrunt per modū meriti ad ipsum iustificandum, ut Durā. arbitratur. Cuius opinionē. d. 2. q. 1. ar. 4. satis refutauimus. Imō quāuis nulla esset charitas in tota ecclesia, neq; meritū, per sacramentū ipsum virtute operis, tanquam per Dei instrumentū gratia baptizato infunderetur. Quinetiā, ut illic & d. 1. q. 5. art. 9. adnotauimus, quāuis præter legē per impossibile daretur, nullā superfluitē esse fidē in tota ecclesia, quicūq; puerū intētio faciēdi, quod Christus instituit, baptizaret, legitimū perficeret sacramentū. Sed eiusmodi ritus meriti simō ab ecclesia instituti sunt, iuxta tenorem articuli fidei, quo credimus vnā sanctā ecclesiā, & sanctorū communionē. Quæ quidē communicatio in hoc præter alia consistit, ut ecclesia pueros ante vsū rationis, quasi in gremio gestet, illisque sacramenta offerat & pro eis preces fundat, vt. d. & q. citatis ar. 1. explicauimus. Atq; adeo intētio ecclesię reputatur pueri. Hæc ergo sic cōstituta causam nobis hæsitandi offerunt, vt rōm pueri verē dicantur credere. Arguitur enim a parte negatiua. Credere actum dicit, quem illi habere nequeunt, licet habitum infusum per baptismum recipiant, quo tamen uti nequeunt. Præsertim quod credere est dispositio præuia ad dignē suscipiendum baptismum, vt artic. 4. dictum est. Habitus verō infusus non est dispositio suscipiēdi baptismū, sed eius effectus. Atqui intētionem, fidemq; ministri

Nota.

Dubitatio.

ministri, iam diximus nō esse suam ipsorum infantium formaliter. In contrarium est sententia illa redemptoris, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, quæ cum sit generalis, pueros etiam comprehendere videtur. De hac ergo re duæ sunt sententiæ diuersæ: vna scilicet Lutheri, quæ non modò hæresis, sed dementia est manifesta. Sic enim mordicus tenuit solam fidem sufficere ad salutem, vt diceret, pueros etiam ante vsum rationis verè actu credere. Sed delirium est tanquã hæreticum condemnatū, vt patet apud Rossensem in. 1. ar. ad Leonem decimum. De quo nos lib. 2. de natura & gratia, meminimus ca. 10. Alij verò ex catholicis non satis percipere valentes, quo modo pueri credant, aiunt, verbo illo Saluatoris, Qui crediderit &c. non comprehendere pueros, sed solos adultos. Præmiserat enim, Docete omnes gētes: pueri autem doceri non possunt, sed adulti. At verò vt illic ex Aug. colligimus, profectò & pueri censendi sunt credere dum baptizantur. Enimverò Aug. libr. 1. de peccat. merit. cap. 20. enarrans locum illum Ioan. 3. Qui credit in filium habet vitam æternam: qui verò incredulus est filio, non habet vitam æternam, sed ira Dei manet in illo: ait infantes baptizatos credentium numero adscribi ab ecclesia, & qui non baptizantur eodem numero excludi. Et multis interiectis concludit cap. 27. Quis, inquit, nesciat credere esse infantibus baptizari, non credere autem non baptizari? Quos quidem etiam ait esse de omnibus Christi, quæ vocem eius audiunt, eumque agnoscunt. Ex quo fit, illis etiam annumerari, de quibus ait Christus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et can. nihil est de. consecra. dist. 4. asserit, credere esse fidem habere, pueros autem fidem habere propter fidei sacramentū & conuertere se ad Dominū propter conuerfionis sacramentum. Censet ergo sanctus ille pater, infantes credere, non solum per habitū infusum, vt Inno. ait cap. maiores. extra de baptismo, sed quia id ipsū quod est baptizari, est euangeliū suscipere, obligarique ad eius legem & fidem, hoc est ad legem suo tempore seruandam, fidemque confitendam. Quod idcirco meritisimò excitimatur credere: nam perinde valet ac si illi ratione vtendo id ipsū recipere euangelium. Quapropter inde altera soluitur grauissima quæstio, vtrum pueri baptizati postmodum rationis luce illis affulgēte, compel-

Lutherus.

August.

nota sententiam.

Alia quæstio.

lendi sunt ad fidem: nam anabaptista, hoc est rebaptizatores propterea baptizatos in infantia postea in adolescentia rebaptizant, quod putant neminem propter baptismum ante rationis vsum susceptū posse ad legē cogi: aliàs inuitus traheretur ad euangeliū: contra quàm Christus instituit præcipiens, Docete omnes gentes. Quinimò non modò qui apertè sunt hæretici, verū & Erasmus in prohemio super Matth. hæc verba non est scribere veritus. Si placeret maioribus ecclesiæ, deberent paruuli, cum ad ætatem adultā peruenirent, interrogari an vellent tenere fidem susceptam. Quod si nolent, deberent relinquere suo arbitrio. Perpende si verba hæc sunt in Christiano ferēda. Respondetur, ergo paruulos baptizatos postmodum compellendos ad fidem. Primum enim si sint parentibus Christianis nati, res est extra controuersiam manifesta. Sunt siquidem de republica ecclesiæ, eiusque iurisdictioni subiecti: quare licet in infantia non baptizarentur, possent in ætate adulta ad baptismum, etiam sub ignis supplicio ad baptismū compelli. Si autem sint filij infidelium, quamuis nullatenus sint inuitis parentibus baptizandi, nihilominus quomodocumque baptizentur, possunt postea ad fidei culturam constringi, vt illico dicturi sumus. Est enim, vt paulò antea diximus, in concilio Toletano 4. sancitum, quod refertur dist. 45. can. De Iudæis, & citatur ab Innocentio cap. Maiores. de baptismo. Vbi habetur quod Iudæi vi à Sisebuto baptizati cogendi sunt ad fidem: tametsi conciliū strictissimè prohibeat, ne deinceps vis vlla baptizandis inferatur.

Erasmus.

Responsio.

Conciliū Toletanum.

ARTICVLVS. X.

Vtrum pueri Iudæorum vel aliorū infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.



QUONIAM dictum est pueros dum baptizantur, ore gestantium tanquã ecclesiæ ministrorum intentionem suam aperire, dubitatio inde exurgit, vtrum Iudæorum vel aliorum infidelium filij reclamationibus parentibus sint baptizandi. Nec sine mysterio sub distinctione Iudæi, atque alij infideles nominantur: quia non apparet omnino par ratio de omnibus, vt argumentò secūdo videbimus. Et respondet D. Tho. per

per distinctionem duabus conclusionibus. Aut enim infidelium filij vsum rationis habent, aut secus. Prima ergo conclusio est. In fideles habentes rationis vsum licitè moneri possunt & induci ad suscipiendum baptismum, etiam inuitis parentibus. Probat. Cū primū enim quis annos discretionis attingit, incipit quātum ad ius diuinum & naturale suæ esse potestatis & arbitrij: ergo tūc vt potest inuitis parentibus matrimonium contrahere, quod est iuris naturæ, ita, imò æquius baptismum suscipere, quod est iuris diuini. Sec⁹ de ijs, quæ sunt ciuilibus iuris. Haud enim statim liberū est de suis bonis proprio arbitrio disponere, vsq; ad legitimū annum, vt emancipari possit à paterna potestate. Secunda conclusio. Filij infidelium nondū vsum liberi arbitrij habentes non debent inuitis parentibus baptizari. Probat. Primò ex concilio Toletano quarto ca. 56. & refertur. d. 45. ca. De Iudæis. Cuius verba sunt. De Iudæis autem præcipit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. Illos enim paruulos inuitis parentibus baptizare perinde est, ac adultis vim inferre. Et deinde confirmatur ratione triplici. Primò, quia secundum naturæ ius quādiu paruuli sibi prouidere non possunt, sunt sub cura parentum quibus ideo incumbit lege eos & morib⁹ instituire & educare. Quare iniuriosum esset illos hoc expoliare iure. Vnde etiā pueri antiquorū (quod. d. 2. q. 1. ar. 4. explicabamus) olim dicebantur saluari in fide parentum. Secundo, quia cōtra facere periculosum esset: nam propter naturalem affectum ad parentes facile ad infidelitatem reuenteretur, quod in iniuriā cederet fidei. Tertio confirmatur ex cōsuetudine ecclesiæ, quæ nūquā eiusmodi paruulos inuitis parētib⁹ baptizare cōsuevit. Quæstio est, tum celeberrima, tum subinde grauissima, quam D. Tho. non hīc tantū, sed & 2. 2. q. 10. ar. 8. quantū ad adultos & ar. 12. quātū ad paruulos tractat vbi eandē cōclusiones corroborat. Et quidē prior illā nobis offert disputationem, vtrum infideles adultos non solū admonere, atq; ad baptismū inducere liceat (vt ait hic D. Tho.) verū & minis quoq; ac terroribus cogere. Atqui si res ab altissimis radicibus esset, deducēda vastissimus nobis hīc ducendi campus expanderetur. Esset enim differendum, vtrum ob scele- ra & flagitia, quibus ius naturæ foedissimè violant, illegitima scilicet nefandaq; venere

prima cōclusio.

secunda conclusio.

Expositio articuli.

abutendo, humanis vescendo carnibus, atq; idola colēdo, possent à Christianis bello impeti. Ambiguitas verò hæc non in eo posita est, vtrum eiusmodi corruptos homines acerrimo digni sint supplicio capitis. Nemo. n. hæsitat, quin sint dignissimi, non modò ipsi qui faciūt, verū (vt ad Rom. 1. ait Pau.) ij etiā qui cōsentiant facientibus: nempe eorū principes, quibus naturali iure cura demādata est vt subditos suos corrigant. Sed punētū dubitandi hoc est, vtrum Christianis principibus legitima sit autoritas & facultas eos puniēdi. Ad iustitiā enim vindicatiuā non fat est crimen dignū esse supplicio, verū exigitur, vt à proprio iudice exercentur. Neq; verò rerū consequentia vlla est, quam miror nōnullos plurimi æstimare: scilicet, Deus antiquitus gentes terræ promissæ Iudæis propter suas idololatrias & alias impietates delcuit, vt Deuter. 9. legitur: ergo nobis licet ob similia crimina infideles persequi. Deus. n. vniuersalem iurisdictionem habet in vniuersum orbē, principes autem Christiani non nisi in sibi subditos, qui præterea hostibus sibi infestis bello resistere possunt. De quibus Deuteronomij. 20. præcipiebat Deus eisdē Iudæis, vt cum exirent ad bellum: scilicet, contra suos hostes, primū eis pacem offerrent, quam si renuerent, bello aduersus illos agerēt. Quod autem nos infideles, qui aduersus nos nihil obmoluntur, armis debellare possumus, ostendēdū esset, quo iure nobis cōpetat. Videtur. n. Pau. 1. Cor. 5. reclamare dicēs. Quid. n. mihi de ijs qui foris sunt, iudicare? Nā eos, qui foris sunt Deus iudicabit. Quasi dicat. Eorū iudiciū qui in ecclesiæ societate nō sunt recepti, Deo reseruādū est. Vnde colligitur, qd licet ecclesia in potētia & habitu iurisdictionē habeat in omnē orbē si fidē susceperit, actu tamē vim coactiuā exercere nō pōt, nisi in eos, qui eā sua sponte susceperint, nisi forte vel terras nostras inuadāt vel nobis alia sint ratioe infesti. Hæc autē, quæst. multas ex peregrinis locis extra lineā huius articuli hūc cōcitaret. Et ideo ea præmissa, hoc prorsus in presentiarū de huiusmodi adultis infidelibus perstringendū est, vtrum sola ratione fidei, vt. sc. eā suscipiāt, minis ac terroribus, imò aperto bellorū impetu sint cogēdi. Ad quam quæstio. Scot. in. 4. d. 4. q. 9. affirmanter hisce verbis respondet. Crederem religio se fieri, si & ipsi infideles parentes cogentur minis & terroribus ad suscipiendum baptismum

Punctū rei.

Scotus.

baptismum, & ad conseruandum postea susceptum. Nihilominus communis doctorum consensus est in contrariū. In primis Diuus Tho. quauis non hic tam expresse, tamen loco citato 2.2.q.10.art.8. ait eos, qui nunquam fidem nostram susceperunt, nequaquam esse ad eam compellendos. Et art. 12. ait. quod sunt inducendi ad fidem, non coactione sed persuasione. Eandemque tanquam certissimam veritatem asseruerat in .4. Ricardus dist. 6. arti. 3. q. 1. & Petrus à Palu. dist. 4. q. 4. & Duran. q. 6. ¶ *¶* Igitur ut res ex ordine procedat, tribus conclusionibus respondetur. Prima. Ecclesia Christi primum, ac perinde vnusquisque mortalium ius habet tam diuinū, quam naturale promulgandi euangelium vbiue terrarum. Probatur primò ex illo Marci ult. Euntes in mundū vniuersum predicate euangelium omni creaturæ. Et Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: euntes docete omnes gentes baptizantes eos, &c. quasi dixisset. Quam ego potestatem in hac parte habeo, vobis confero: habuit autem potestatem in toto orbe prædicandi: ergo illam nobis contulit. Secundò. Iure naturæ vnus quilibet libertatem habet & facultatem docendi alios, eisque persuadendi illa, quæ facere tenentur: sed vniuersi mortales (vt art. 1. constitutum est) tenentur Christianam fidem eiusque sacramentum suscipere: ergo vnusquilibet potest id vniuersis vsq; ad persuasionem suadere. Id quod tertio sic confirmatur. Potest quisque quemcunque ea, quæ sunt iuris naturæ, docere: neq; illo docendi iure priuari valet: ergo & ea quæ sunt euangelicæ fidei, vtpote quæ nec minus sunt obligatoria, & magis sunt salutaria. Non dico, vt possit cogere aut conuincere: nam supernaturalia intellectum non conuincunt, sed tñ ea docere & explicare quisq; iure suo valet. Res est clara. ¶ *¶* Secunda conclusio. Si quis eadem prædicationem nobis impediret & cohiberet iure possemus eius violentiam, etiam armis propulsare, nisi vbi experimento comperiremus scandalum inde oboriri in iniuriā fidei. Exemplum est. Si princeps aliquis tyrānus aliquam nobis prouinciam prædicandi gratia adeuntibus vi ingressum prohiberet, aut si dum prædicamus carceribus manciparet, vim illā vi possemus repellere. Primum, quia ius nostrum, in prima conclusione assertum, nobis ille auferret. Deinde quoniam & indigenis illius prouinciæ atrocem irrogaret

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

iniuriam prohibendo ne tubam euāgelicam auscultarent. Illos autem, qui nos audire nolent, compellere vt nos audirēt, nō possemus vt paulò inferius confirmabimus: quoniam ius nobis tantum inest prædicandi: cogere autem vt credant, vel vt audiant, iam esset ad fidem eos perstringere, quod non licet. Dixerim nisi scandalum oriretur: nam si eiusmodi bello prouincialibus scandalum daremus, vt odium fidei conciperent, atq; adeo aduersus illam recrudescerent, cessandum esset.

¶ *¶* Tertia conclusio. Nequaquam licet quenquam vel ad fidem vel ad baptismum cogere. Hæc conclusio planis tum sacræ paginæ, tum etiam conciliorum, & sanctorū testimonijs firmiter comprobatur. At quoniā auctoritates rationibus elucescunt, à rationibus exordium est. Vbi primum fundamentum, quod tam est manifestum, vt nemo id possit inficiari, ob oculos pregendum est. Videlicet. In ratione promulgandæ fidei omnia media ad ipsam seminandā ex ipsa eius natura sunt perpendenda, atq; ad hunc scopum dirigenda, vt nulla ei inferatur iniuria, sed secundum eius naturam promulgetur. Natura autē prima fidei est, ob id, quæ supranaturalis existit, non esse hominibus in hoc seculo demonstrabilem, vt possit intellectus ad ipsam amplectendam conuinci, iuxta illud Ecclesiastici, 3. Altiora te ne quesieris (id est ratione naturali ne fidei mysteria perscruteris) plurima autem supra sensum hominis ostensa sunt tibi. Ex quo palam fit consequens, vt D. Tho. 2.2. q. 2. art. 9. & q. 4. art. 1. colligit, vt suapte natura non nisi per spontaneum voluntatis obsequium diuinitus per gratiam mota sit acquiescibilis, iuxta verbum Pau. 2. Corin. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Id quod tract. 26. sup illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eū, differtè docet Aug. vbi ait neminem à Deo inuitū trahi, sed spontaneo amore, vt trahit sua quæque voluptas & cum tractio per fidem fiat amore viuente, colligit, in sola hominum voluntate diuinitus mota consistere. Hinc ergo elicitur prima ratio. Baptismū nemini conferre licet, vt art. 8. demonstrauimus, nisi ei, qui fidem habere præsumitur: nā cum permanenti in peccato non fit conferendum sacramentum, & infidelitas grauissimum sit crimen, sacrilegium esset infidelem baptizare: ad fidem autem nemo cogi potest: ergo neq; ad baptismum debet. Et

Tertia conclusio.

Nota fundamentum.

August.

per

per hoc soluitur vnum argumentum, quod re maxime declarat. Potest civilis princeps, maxime si maiorum consilium capiat, aut respublica per suos magistratus reliquos ciuibus inuitis leges cōdere, aut alienas suscipere. V. g. Poterat respublica Romana leges Atheniensium inuitis plebeis suscipere, eosque ad obseruandum cogere, vt Numa Pompilius Romanorum rex multas Albanorū, aliorūq; leges suis ciuibus tulit: ergo pari modo si princeps aliquis infidelium, aut magistratus respublicæ legem Christianam suscipere decerneret, posset ciues omnes ad baptismum compellere. Negatur inq; cōsequencia. Est. n. perāplum discrimen, quod leges principesq; ciuiles nō obligant, nisi ad actus exteriores, quos tantum iudicare & punire possunt: lex autē euāgelica per fidem corde suscipitur, ac proinde singularum personarum consensum requirit. Vnde recepti fidei debet esse personalis, vt vnusquisq; eam sigillatim suscipiat. Quare nullus potest neq; à tota republica cogi. ¶ *¶* Secundò id confirmatur ex verbo Christi, Prædicate euangelium, & Docete omnes gentes. Non ait, vi ipsum obtrudite, sed docete persuadete, & qui sua sponte crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit condemnabitur. Non ait, condemnabitur à vobis, vt propter infidelitatem eum morte plectatis, sed cōdemnabitur condensatione æterna: illi scilicet saluti cōtraria de qua præmiserat, saluus erit: scilicet sempiterna salute. ¶ *¶* Tertio intentio Christi fuit persuadere orbi fidem, quæ per charitatem operatur: nam illa sola est, quæ filios nos Dei facit, iuxta illud Ioā. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius: charitati autem nihil est magis aduersum quam vis, iniuria, & metus: neminem ergo ad fidem eiusmodi violentijs licitum est cogere, sed tantum amore allicere & pducere. ¶ *¶* Quarto id euidentissimè & vrgentissimè ex legibus confirmatur, quas Christus Matth. 10. cum discipulos prædicatum dimisit in orbē, eis præscripsit, quæ quidem omnes pacem illam supra cœlestem, quæ (vt Paul. ait ad Philipp. 4.) exuperat omnem sensum, mirificè redolent. Cum enim fides, quæ naturali ratione demonstrari non poterat, supernaturalibus miraculis esset persuadenda, non alia illis iussit vt facerent, quam quibus possent humanos animos ad fidem conciliare. Non enim ait, sanos plagis afficite, aut viuentes trucidate, aut dæmo-

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum. Matth. 10.

nibus seruientes dæmoniace tractate, & pro eiusmodi inferendis iniurijs bona illorum tantam mercedem vestram ab illis eripite. Sed infirmos, inquit, curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones eijcite (neque pro tam ingentibus beneficijs quicquam repetatis) imò quia gratis accepistis, gratis date. Et subdit. Non aurum neque argentū, &c. Ne, vt ibidem ait Hieronymus, si aurum & argentum haberent, non causa salutis hominum viderentur, sed causa lucri, prædicare. Neque vllam feratis virgam (scilicet potestatis) ne vllam belli imaginem illis offeratis. Quinuerò intrantes domū salutate eam dicentes. Pax huic domui. Quod quidem verbum, vt eod. loco super Matt. cōsideratius adnotauimus, non deprecatoriè tantum accipitur, sed assertoriè, hoc est, Ecce vobis pacem afferimus, pacemq; annunciamus euangelicam. Et quo eadem pacem sublimius efferret. Ecce ego, inquit, mitto vos, non sicut lupos ad lacerandas deuorandasq; oues, sed sicut oues in medio luporum: videlicet, vt quos lupos inueneritis, ouino ingenio tractetis, & quam possitis maxime, in omnium mansuetudinem transformetis. Vnde Chrysolto. homilia. 34. super hunc locum. Erubescant, ait, igitur qui contra faciētes, quasi lupi aduersarios suos persequuntur, cum videant innumeros lupos (nempe gentiles) ab ouibus vinci per uicissimis: scilicet ab apostolis. Et certè quādiu sumus oues facile hostes vincimus: cum verò in naturam luporum transimus, tunc superamur. Tunc enim nullum à pastore nobis patrociniū adest, qui non lupos, sed oues vult habere. Vbi Chrysolomus. Admonitos nos curauit, quæ admodum Christus successui prædicationis nō faueat, quando norma eius prædicandi nō seruetur. ¶ *¶* Sed rogas, Quid si prædicationem nostram repudiantes abiecerint nos? Audi quintum idemque efficacissimum argumentum. Quicumq; inquit, nō receperint vos, neque audierint sermones vestros: non ait persistentes cogite, vt vos audiāt, sed exeuntes, foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris (videlicet, qui in die iudicij illos accusaturus exurgat.) Amen dico vobis, tolerabilius erit in die iudicij terræ Sodomorum aut Gomorreorum, quā illi ciuitati. Quasi dicat. Vindicta illius repulsæ, non ad vestrum, sed ad meum attinet supremum iudicium. Quæ utique de causa, paulò antea diximus quod nō possumus infideles

Quintum argumentum.

V vt

vt nos audiant compellere. ¶ Sed perspicere, vt sextum adhibeamus argumentum, quàm his legibus consonent apostolorum monita. Paul. Ephe. 6. Succincti lumbos vestros (non in feritate) sed in veritate, induiti lorica (non ferri) sed iustitiæ, & calceati pedes in preparationem euangelij pacis. Et ad Philipp. 2. Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei: sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. Et. 1. Petr. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo, quod detractat de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Et Iacobus, vt eius refert historia, cum Hermogenes ad eum ligatus traheretur, tum vinculis absoluto ait, vade quod volueris liber. Non enim vult Dominus, vt aliquis inuitus conuertatur. Nescio ergo quoniam hæc mente intuitus dicere pergat, fas esse, quæquam ad fidem, vel ad fidei sacramentum minis & terroribus cogere. ¶ Clā alia via arguitur septimo. Quæuis gentes omni scelerum genere sorderet, Christus suo primo aduentu in carne non venit ad exigendum ab eis errorum poenas, sed vt eis, per poenitentiam conuersis omnia condonaret. Est enim duplex visitatio: altera medici ad infirmum, vt illi medeatur: atque altera iudicis ad reos, vt eorum vlciscatur scelera. Christus ergo suo primo aduentu in carne visitauit nos oriens ex alto, vt i. medicus. Vnde Matth. 9. Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus. Quare dies natiuitatis eius, vt ait ad Titum Paul. dies fuit, qua apparuit eius benignitas & humanitas. Dies autem iudicij appellatur dies ire de qua Dauid cum acceperet tps, ego iustitiam iudicabo. Et hoc aduentum interstitium de notauit Christus Ioã. 3. dicens. Nō misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vnde Lucæ vltim. Quoniam sic scriptum est, & sic oportet Christum pati & resurgere a mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius poenitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Quare hoc fuit prothema prædicationis Baptistæ, ac subinde Christi. Poenitentiam agite: appropinquauit. n. regnum cælorum. Prædicatio ergo euangelicæ fidei nō debet esse minis & terroribus instructa, sed benignitate referta & beneuolentia, qua possint homines ad poenitentiam reuocari. ¶ Idq; octauo etiamnum ex illo Lucæ. 9. confirmatur, vbi cum Iacobus & Ioannes repulsam à

Samaritanis passi fuissent, dixerunt Domino. Vis dicamus, vt ignis descendat de cælo, & consumat illos: Sed conuersus Dominus increpuit illos dicens, Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Quæ quidem mansuetudo, quem postea fructum fecerit tunc, postmodum apparuit, dū ipse saluator per Samaritanam introductus, propter suam ipsius loquelam ab eisde fuit Samaritanis receptissimus. ¶ Nono arguitur. Christus per fidei doctrinam humilitatem, paupertatem & mansuetudinem docere studuit mundum. Discite enim, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde. Et beatos prædicauit pauperes: quoniam ipsorum est regnum cælorum: & mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Huic autem doctrinæ è diametro aduersatur superbia, auaritia & ira: ergo ille qui infideles, vt fidem euangelicam susciperent, armorum strepitu terraret, id quod verbis persuadere contenderet, re ipsa disuaderet. ¶ Decimo hac excellentia lex nostra inter alias, cum Mahometi perfidia comparata, respicet, quod illa tanquam quæ nulla ratione persuaderi poterat, vi & armis in mundum obstrusa est: nostra verò per homines inermes & mites sola veritatis energia mundum vicit, iuxta illud. 1. Ioã. 5. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. ¶ Undecimo. Si fides, cum rationis naturalis lineam excedat, per violentiam gentibus prædicaretur, vel ipsa exosa fieret, & quasi tyrannus existimaretur, & diaboli figmentum rationi repugnans, vel Deus inde blasphemaretur, quod infideles putarent non fuisse potentem legem suam, si sancta esset, sanctiori via in orbem introducere. ¶ Duodecimo denique veritas hæc inde confirmatur, quod nullum vnquam aut sanctorum pontificum, aut conciliorum, vbi fidei zelus cum prudentia coniungitur, memoriæ proditum est, talem cogendi modum ad intrudendam fidem, vel docuisse vnquam, vel certè permisisse. Imò tum sanctorum patrum concilia, tum & singulorum sententiæ eiusmodi coactionis opinioni vnanimiter contradicunt. Et primum concilium iam citatum Toletanum quartum ob id præcipit nemini ad credendum atq; adeo neq; ad baptismum vim inferri, quod salutis beneficium non nisi per Dei gratiam donatur, qui cui vult miseretur, & quem vult indurat: atque homines, inquit, non sunt inuiti saluandi, sed volentes, vt integra

Nonum argumentum.

Matth. 11.

Decimum argumentum.

Undecimum argumentum.

Duodecimum argumentum.

Concilium Toletanum quartum.

integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens perijt, sic (vocante eum gratia Dei) propria mentis conuersione quisque credendo saluatur: ergo non vi, sed libera arbitrij sui voluntate & facultate, vt conuertantur suadendi sunt, nō potius impellendi. Hactenus synodus. Non ergo intelligo, quomodo Scotus fauere sibi hæc synodum putauerit, propterea quod baptizatos à Sisebuto iusserit in religione Christiana retineri. Nam cum tam multis verbis inhiuberit, ne id deinceps fiat, manifestè docet factum illud nō processisse ex zelo secundum scientiam. Sed neque responsum Gab. d. 4. q. 2. solidum est dicentis, synodum id prohibere: non quia per se nō sit licitum, sed ne detur scandalum. Nam synodus nihil de scâdalo meminit, sed ostendit naturam fidei esse, vt non suscipiatur, nisi auxilio Dei liberè voluntatem humanam ad consensum mouentis. Itè Gregor. Paschasius episcopo Neapolitano, li. epistolarum. 11. vt can. Qui sincera. ea. dist. refertur. Qui sincera, inquit, intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectè perducere, blandimentis debent, non asperitatibus studere: ne quorum mentem reddita ratio de plano poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nā quicquid aliter agunt, & infideles sub hoc velamine à consuetâ ritus sui voluerint cultura remouere, suas illic causas, magis quam Dei robantur attedere. Hæc ille. Quare præcipit episcopo, ne Iudæos à suis ceremonijs vi arceat, sed blandè ad fidem perducatur. Et lib. epistolarum. 1. epistola. 45. episcopos Marfilie Virgiliū & Theodorum instantissimè admonet, ne vi Iudæos baptizent, sed prædicatione & admonitione eos, quantum Deus donauerit, ad nouam generationis vitam perducant. Et lib. 2. cap. 91. quæ est epistola. 52. & refertur ea. distin. can. Quid autem, ait, quod egregius prædicator dicit Argue, obsecra in omni patientia & doctrina. Noua verò, inquit, atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. Quæ denique ratione ad Angliam conuertendam non armorum exercitum, sed doctorum comitatum cum Augustino illius prouinciæ episcopo misit, vt Beda lib. 1. historia Angliæ refert. Et Clemens tertius cap. Sicut, de Iudæis, Statuimus, ait, vt nullus inuitos & nolentes Iudæos ad baptismum venire compellat. Quia Christi, inquit, fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum non spontaneus, sed inuitus cogitur conuenire. Et

Grego.

quod Gregorius de Iudæis præcipit, ne vi à sua cultura prohibeatur, Aug. sermone. 6. de verbis Domini de idololatriis admonet, ne scilicet per violentiam à sua impietate diuellatur, etiam si in Christianorum conspectu adorent idola: quia talem, inquit, potestatem nō habemus, vt ea infringere valeamus dicente Paul. 1. Corinh. 5. Quid mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? quousque sua ipsi sponte in nostram familiam veniant: iuxta illud Deuterio. 7. Cum data fuerit terra in potestatem vestram, aras eorum destruetis, lucos eorum succiditis, statuas eorum confringetis, &c. Prius ergo, ait Aug. blandiendum illis est, vt fidem nostram suscipiant: prius fidei persuasionem in eorum cordibus debemus idola confringere, quam ius habeamus eos cogendi. Alioquin si nos, inquit, illis impetu obijcimus, vt nos occidant, Circuncellionum morem imitabimur, qui ob id se, sine alia causa, morti offerre bant, vt postmodum tanquam martyres colerentur. Hæc ille. Parimodo de Syluestro legitur, quod ethnicos plurimis beneficijs cumulabat, vt eos ad fidem emolliret. Neque verò vnquam Christianissimo Constantino suasisit, vt vi illos cogeret. Neque Ambrosius catholico Theodosio. Quinverò, quod plurimis alijs testimonijs prætermisissis, rem concludamus, lib. 7. super Lucam homilia super illud capitis. 10. Nolite portare facculum, &c. præsentem veritatem palam hisce verbis concludit. Virgam illis portare nō permisit, quæ est præferendæ potestatis insigne, & vlciscendi instrumentum doloris. Eos enim misit ad seminandam fidem, qui nō cogeret, sed doceret: nec vim potestatis exerceret, sed doctrinam humilitatis attollerent. Et vt ex doctoribus canonicis iuris vnum pro omnibus citemus virum clarissimum, Innoc. quartus super cap. Maiores. in verbo, non compellat. Nullus ergo, inquit, vt Christianus fiat, compellendus est. ¶ Superest ergo vt contrariæ opinionis argumenta diluamus. Arguit quippe Scotus, ob id infideles ad fidem cogendos, quod licet hac via nō fiant verè fideles in animo, tamen minus malum est eis non posse impunè legem suam illicitam seruare, quam posse eam liberè seruare. Item quia filij eorum, si rectè, educantur. in tertia & quarta generatione essent verè fideles. Sed ad hoc respondetur, quod errare in consilio sine, est in foribus impingere. Prædicatio enim, vt dictum est, euangelica illum debet habere scopum, vt fi-

Syluester.

Dilutio arg. contrariæ opi.

dei non fiat iniuria, quicquid in hominibus contingat. Vi autem baptizare infideles, qui in sua infidelitate permansuri creduntur, est sacrilegā iniuriam irrogare fidei: quod cum sit per se malum, pro tota salute mundi non est faciendum. Non enim facienda sunt mala, vt ait ad Roma. Paul. vt inde eueniant bona. Præsertim quod longo experimento nobis constat, neq; filios, neq; nepotes, neque verò pronepotes Sarracenorum, qui in Hispania olim fuerunt cōuersi suam sectam animo insculptam gestare. Quauis Catholicorum regum decretum non est condemnandū, quippe qui non aliam illis vim intulerunt, quam vt si nollent Christianismum suscipere, fines regnorum suorum exirent, quod iure facere potuerunt. Alij verò, quò hanc absurditatē effugiant, aiunt, quòd licet nefas sit infideles ad fidem cogere, tamē fas est, armorum vi illos prius subijcere, vt subiectos commodiūs fidem doceamus, alliciamusq; vt eā sua sponte suscipiant. Nam qui præcipit, inquit, finem, permittit, imò iubet remedia necessaria ad finem: Deus autem & nobis præcipit prædicare fidem, & vniuersis mortalibus eā suscipere: neque alia via ad id nobis patet, quam illos ditioni nostræ subiungendo: ergo illud est licitum. Simili modo vulgares excusationē sibi obtendunt, qui Aethiopes vi capiūt. Aiunt, inquam, quòd licet eos in captiuitatem redigant, maius eis beneficium repēdunt, dū Christianos faciunt. His autē respondetur, quòd si natia fidei cōditio est, vt ad eam nemo possit cogi, eadem cōditio admonet nullam coactionem esse medium ad eius persuasionem licitam, atque adeò nec necessarium. Quod enim non licet, id absurdum est dicere; vt sit necessariū. Mirabile enim est, quòd mihi non liceat ethnicum cogere, vt sit Christianus, & tamen ad illum finem liceat eū cogere, vt mihi sit subditus. Præsertim cū fides sit lex libertatis, vt ad Roma. 8. docet Paul. Vnde contra illos inuertitur argumētum. Fides, vt. 2. 2. quæst. 10. art. 10. ait S. Thom. per se non tollit dominium infidelium, quominus Christiani possent infidelibus seruire: ius namque diuinum, quod est ex gratia, nō tollit humanum, quod est ex naturali ratione; ergo multominus tollit libertatem humanam, vt possit quispiam ratione fidei in seruitutē pertrahi: hoc enim esset eandem fidem exofam, & execrabilem apud infideles facere, si eis dicereamus, quòd ad illam introducendam pos-

Secundum argumentum.

Nota.

sumus illos contra naturale ius libertatis captiuare. Tertio argumētatur ex loco illo Lucae. 14. quo homo ille, qui fecit cenā magnā dixit seruo suo. Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Cum enim inuitatio illa ad cenam in mysterio relata sit inuitationis ad fidē, colligunt licitum esse infideles ad id cogere. Triplex autē interpretatos interpretes reperitur huiusmodi cōpulsionis sensus. Bina enim distinctione vtuntur: scilicet, & ex parte modi compellendi, & ex parte personarum, quæ compelluntur. Et quantum ad primam, vna est compulsio per rationis vim, & persuasionis energiam & efficaciam: atque altera per comminationis vim & armorum violentiam. De priori ait Paul. 2. ad Timot. 4. Argue, obsecra, increpa, insta oportune, importune in omni patientia & doctrina. Et apud Hieremiam Dominus ca. 23. Nonne verba mea quasi ignis sunt, & quasi maleus conterens petram? Et de ista coactio ne intelligendus est ille locus, non de altera. Quæ quidem expositio frequenter à doctore probatur, quorum est S. Tho. q. 22. de veritate. art. 9. Secūda expositio est, quam Gregorius in homilia eiusdem loci meditat: videlicet, qd cōpulsio illic intelligatur illa, quæ fit per calamitates & aduersitates, quas deus in hoc seculo infligit hominibus. Complures enim, quos prosperitas labefactabat, vt perditē vincerēt, aduersitas in viā reuocat. At qui hoc pacto Deus Paulū, vt legitur Actū. 9. fuerit aduersus ecclesiā inuectum in terram proftrauit, vt exurgeret vas electionis. At verò cōpulsio hæc Deo propria est: hominibus nāque nō licet sic alios cōpelle, nisi quatenus disciplinæ norma permittit. Vnde glo. in ca. Maiores. de baptismo. Illa, inquit, quæ diuino iudicio fiunt, ad consequentiam trahi nō debēt. Altera verò distinctio fit ex parte personarū. Infideles enim alij sunt, qui nūquam fidem susceperunt: alij verò, vt schismatici & heretici, qui ab ecclesia exierunt. Et quidē hos secundos non solum minis & terroribus cogere licet, verū (vbi res postulauerit) capitis supplicio plectere. Priores autem non item. Et hoc interpretamentum amplectitur Aug. epistola. 48. quæ est ad Vincentium, & latius ad Bonifacium quæ est. 50. Et refertur. 23. quæst. 4. can. Displicet cau. & eadem quæstio. 6. cano. Schismatici. Fuerat namque aliquando Aug. illius opinionis, quæ nūc est heresis Lutherana, quòd heretici nō sint cōpellendi.

Tertium argumentum.

Triplex interpretatio.

2. Timot. 4.

Grego.

Conuersio Pauli.

August.

lèdi. Sed postea illa in odium Donatistarum deposita, docuit compellendos esse. Quare laudibus commendauit Cōstantini leges aduersus idololatrias, vt vsque ad eorum interniciem plecterentur, vt patet. l. Placuit. C. de paganis & sacrificijs & templis eorū. Leges autem dūtaxat earum conditorum subditos ligant, non autem ad externos protenduntur. vt. l. Cunctos populos. C. de summa trinitate & fide catholi. Atq; hoc pacto illud Paul. 2. ad Corinth. 10. glossat. Parati vlcisci omnem inobediētiam, cū completa fuerit prior obedientia vestra. Quasi dixisset, vbi aliquis prior spōte fidem susceperit, tunc, & non antea, vlciscenda est eius inobediētia si retro cesserit. Quod quidē discrimē Aug. in allegata parabola dignouit. Prius. n. Dominus ille inuitari iussit spōte sua volentes venire. Qui cum se excusarent, adduci eos iussit debiles & claudos, qui erant in plateis & vicis ciuitatis. In priorib; ergo intelligūtur infideles omnes, qui nunquā fidem susceperūt, qui ideo sua sponte adducendi sunt. Postmodum tandem ira correptus cōpelle præcepit alios, qui erant in vijs & sepibus. In quibus intelliguntur heretici, & schismatici, qui errorum sentibus cōpuncti obedientiam ecclesiæ relinquit. Vnde primos, qui se excusarūt, cogi non iussit, sed de illis subdit. Dico autem vobis, quòd nemo illorum virorum, qui vocati sunt, gustabit cenam meam. Quare August. inibi cōpulsionem Pauli non in exemplū adducit, vt infideles omnes, sed vt heretici compelli possint. Non nulla ergo temeritas est ex illo loco contēdere, vt infideles sint ad baptismum cogendi. Quartum argumentum adsciscit ex 1. lib. epistolarū Grego. episto. 73. ad Genadium, quem egregia cōmendatione prosequitur, quòd bellorū victorijs Christianū nomē dilatauerit, quāsdā. f. gētes subiungendo, vt fidei prædicatio circunquaq; discurreret. Sed mirandū est, nonnullos hūc locum tanti æstimare ad fulciendam contrariam sententiam. Cum enim Grego. epistolis superius citatis tam apertis verbis eiusmodi coactionem cōdemnauerit, quis credat in eodem epistolarum numero cōtrariū sibi ipsum fuisse? Sed ipsa eadem epistola, & quæ illi antecedit manifestē mōstrat, Gēnadium nō eo præciso proposito debellasse illas gentes, vt fidem susciperent, sed eo quòd hostes essent Romani populi, infestique Christiano nomini, atq; eius terras vsurpassent, quin

2. Cor. 10.

Quartum argumentum.

etiam multi eorum essent tunc heretici. Ait enim epistola præcedēti. 72. ipsos (scilicet Gēnadium & Exarchum) aduersarijs catholicæ ecclesiæ p Christiano populo vehemēter obfistere. Nota obfistere. Et subdit. Notum est enim hereticæ religionis viros, si eis, quod absit, suppetit nocendi licentia, contra catholicam fidem vehemēter insurgere, quatenus hæreseos suæ venena ad tabefacienda, si valuerint, Christiani corporis membra, transfundant. Cognouimus enim eos contra ecclesiam catholicam, Domino eis aduersante, colla subrigere. & fidē velle Christiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra conatus eorum comprimat. Et infra. Magno profectò excellētiæ vestre apud creatorem gloria proficit, si per ea disperfarum ecclesiarū potuerit societas instaurari. Et in epistola sequēti. 73. Plurima, inquit, pro pascendis ouibus beati Petri apostolorum principis utiliter excellentiam vestram præstitisse didicimus: ita vt nō parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, largita Dacorum habitatoribus restaurauerit. Causa ergo bellorū Gēnadij non fuit, nisi vt ecclesiæ hostes eiusq; terrarum inuafores cōtunderet. Aduersus quos non dubitamus, quin possint Christiani principes bella mouere. Quocirca Afros Sarracenos, qui terras nostras iniuste possidēt debellare nos iure possumus. Eodē. n. iure Cōstantinus, vt in ecclesiastica historia lib. 10. cap. 6. refertur pietatis zelo Gotthos & Sarmatas domabat: et ant enim imperij Romani acerrimi hostes, & aduersus Christianam crucem apertissimas gerebant inimicitias. Quintū argumentum in contrarium afferri potest, qd Alexander sextus suo diplomate catholicis regibus nostris Ferdinando & Elisabeth expeditionem in Insulas Occidentales infidelium concessit. Ad hoc autem respondetur in primis pontificem neque concessisse, imò verò neque (vt cum omni reuerentia & obedientia de sanctissimo Christi vicario loquamur) concedere potuisse dominium eorum, suorumve bonorum, quasi dominium in eos ipse haberet: quoniam, vt super capitulo secundo Matth. super verbo Natus est rex Iudæorum, disputauimus, neque Christus ipse huiusmodi regale dominium seculare accepit in orbe: quia neque illo indiguit: sed tanquam vniuersalis rex regni cœlorum, illud vniuersale accepit dominium in toto vniuerso, quod ad finem redemptionis & fidei erat

Quintum argumentum.

necessarium. Atque hoc Petro suisq; successores contulit. Vnde cum autore D. Tho. 2.2. quæst. 10. ius diuinum, quod est ex gratia, ius humanum non tollat, quod est ex naturali ratione, sed ipsum proficiat, lex fidei dominium rerum ab infidelibus non aufert, quod sibi natura concessit. Eo potissimum quod per ea. q. ar. 1. idem ait S. Doctor infidelitas eorum, qui nihil audierunt de fide non est peccatum. Neque verò quisquam apud D. Thomam eo. ar. 10. decipiatur, ubi ait quod potest ecclesia ius dominij vel plantationis tollere ab infidelibus: loquitur enim de prelatione, quam habent super fideles. Secus autem de dominio suarum rerum. Igitur illa pontificis Alexandri concessio, facta non fuit nisi ad normam primæ secundæque conclusionis, quas supra premisimus. Enimvero cum summus pontifex hac in vniuersum orbem potestate fungatur, quæ est fidem promulgare, illi cõpetit regiones plagasque ad hoc munus distribuere. Et ideo concessit Hispaniarum regibus, ut illuc mitterent viros doctos & probos, qui eandem docerent fidem, & orthodoxorum mores. Quod si forsitan tyranni aliqui eandem prædicationem impedirent, permissum est ducere aliquem in tutelam eorundem prædicatorum allegari, qui eos ab eadem tyrannide protegeret. Atque eos, subinde qui ad fidem conuerterentur, prædicatorum regum patrocinio commisit, ne nomen Christi, quod suscipere, postea blasphemarent. Itaque dupliciter illi possent in ditionem Christianorum principum virtute illius diplomatis venire. Primum si dum sua se sponte in Christianismum manciparet eosdem sibi reges eligerent, quod non erat difficile. Deinde si in fide, quam susceperant, non persisterent, possent tunc subiugari, eoque iam essent de iurisdictione ecclesiæ, ne nomen Christi, quod colere cõeperant, abnegarent, ut Toletana synodus sæpe citata admonet. At verò non est hic nostrum institutum titulos omnes examinare, quibus terras illas Christiani principes possidere valent. libro enim. 4. de Iustitia & iure tractatum de ratione promulgandi euangelij polliciti sumus, quæ semper fert animus primum in obsequium fidei, deinde in gratiam Christianorum principum annuente numine edere. Nunc autem ea penitus dicere constituimus, quæ prima Diui Thomæ conclusio omnino exigebat: scilicet, utrum hoc solo fine, ut infideles fide suscipiant, cogere eos liceat. De alia verò ratione, quam nonnulli comminiscuntur, ut pos-

Duplex ius.

Ad sextum argum.

sunt infideles Insulari suis bonis expoliari: videlicet quia sunt natura serui, ut Arist. 1. Politic. cap. 1. 3. & 5. ait, satis eodem lib. 4. de Iustitia & iure scriptum reliquimus. quæst. 2. artic. 2. Seruitus enim illa libertatem non tollit, atque adeo nec rerum dominium, quod in ipsa fundatur. Nec sunt serui, nisi in bonum suum: nempe, ut cum non ingenio, sed corporum robore valeant doceantur instituaturque ab alijs, qui ingenio possent. Eademque ratione dicitur natura liberi. Ad id ergo debent per suos iudices constringi. Quando ergo ait Arist. quod sicut licet bestias venari, ita & bellum contra illos moliri, de illis prorsus loquitur, qui ferarum more, nulla prorsus ratione viuētes, nulla seruant gentium fœdera, sed aliena rapere conantur. Istorum enim ferinos mores illi quæ illa incommoda vel patiuntur, vel metuunt, iure comprimere edomareque possunt. Secunda conclusio, quæ ad pueros spectat post præfatam disputationem, facilius est. Sunt autem tres opiniones. Vna scilicet Scoti loco citato generalis. Quod ubi id cum bona cautela fieri posset, & baptizati religiosè possent educari, filij infidelium sunt inuitis parentibus baptizandi. Secunda opinio est media Durandi, ubi ipsum citauimus, qui distinctione utitur infidelium. Ait quippe filios eorum, qui non sunt Christianorum serui, fas non esse inuitis parentibus baptizare: filij autem infidelium, qui sunt Christianorum mancipia possunt, inquit, ab inuitis parentibus remoueri, & tunc baptizari. At verò D. Th. hic & 2.2. q. 10. ar. 12. simpliciter ait, neutiquam eosdem inuitis parentibus baptizandos. Et nomine parentum intelliguntur etiam orphanorum tutores, quibus iure eorum incumbit cura. Et quid opinio S. Thomæ, quæ 2.2. copiosius explicat, fundatur primum in iure naturæ. Diuinum. n. ius quod gratia tulit, ut proximè dicebamus, ius naturæ non destruit, sed proficit. Idem. n. Deus vtriusque est autor: filius autem quoad ius rationis non viget, sub parentum cura continetur, quasi in quodam spirituali vtero incubatur, non proprio sed materno alimento corporalem vitam alebat: ergo lex fidei & gratiæ infidelium parentes illo iure non nudat. Cura autem parentum in hoc maximè consistit, ut liberos moribus imbuat, legibusque adeo instituat: ergo inuis inuitis non possunt eorum nati baptismo addici. Itaque cum voluntas patris existimetur filij, sicut non potest adultus contra suam voluntatem baptizari, ita neque filius sine voluntate patris. Secus est Christianorum

Secunda conclusio.

Scotus.

Durandus.

Christianorum prolibus: nam cum sint de iurisdictione ecclesiæ, quantumuis parentes reluctentur possunt baptizari. Imò ipsi renitentes patres tanquam apostatæ puniri. Secundò arguitur. Infantes infidelium baptizare, est ipsos parentum curæ subducere, & ab eorum auferre potestate: nam cum apud illos non possent sine periculo fidei educari, consequens fit, ut debeant ab ipsis distrahi. ut in synodo Toletana quarta, quæ refertur 28. quæst. 1. ca. Iudeorum. sancitum est. Ut autem ius istarum rationum apertior fiat, nemo est qui ambigat filium quoad ius proprium habeat arbitrium, non aliam habere voluntatem quam patris, atque adeo eius esse possessionem, imò ut 1. Politicorum ait Philosophus, patris partem. Attamen punctum rei in hoc consistit, quod cum pater diuino iure teneatur filium baptizare, ideoque dum non baptizat iure abutatur paterno: apparet lege diuina licitum, eundem patrem iure illo priuare, & ipso inuito baptizare puerulum suum. Vnde arguit Scotus ex verbis Aug. sermone. 6. supra citato de verbis Domini: ubi per comparationem arguit, quod sicuti dum proconsul quidpiam contra imperatoris mandatum præcipit, parèdum est potius imperatori: ita si imperator contra imperium Dei quicquam iubeat, obediendum est potius Deo. Pari ergo modo cum Deus puerum baptizari præcipiat, & pater renuat, parèdum est citius Deo. Ad hoc autem respondetur, cum Caietano loco citato. 2.2. quod cum deus ipse, ut modò dicebamus, sit autor naturalis iuris & fidei, non est facienda comparatio inter parentes & ipsum, tanquam inter duas potestates, sed inter Deum institutorem naturæ, & ipsum ut autorem fidei & baptismi. Vnde legem diuinam, ut vniuersi baptizentur, potuit Deus bifariam intelligere. Vno modo, ut illa omnino impleretur non obstante naturali iure. Et si illo modo illam edidisset, nullum reliquisset dubium, quin inuitis parentibus essent paruuli baptizandi. Alio tamè modo potuit illam ponere simpliciter, non derogando iuri naturali. Et quod hoc modo illam posuerit, inde patet, quod etiam ius naturæ ipse condidit, & lex gratiæ per se illud non destruit. Exemplum esto. Si Cæsar, qui per sua priuilegia nobilibus indulgisset, ne tributa soluerent, præciperet ut non obstantibus immunitatibus omnes in structuram potius nummum aliquem penderent, tunc non obstantibus priuilegijs soluendus esset ab omnibus numerus.

Secundum argumentum.

Scotus.

Exemplum.

Si autem tantum diceret, ut omnes soluerent, non ideo nobilium priuilegijs derogare videtur. Tenentur ergo omnes baptizari, sed saluo vniuersiusque iure & ordine naturali. Et confirmatur. Lex baptismi non tollit alia naturalia iura: non enim licet, ut infans, qui est in ventre, baptizetur, occidere matrem neque furari: ergo neque ius abrogat paternum.

Tertium autem efficacius est argumentum, quod ex fidei natura sumitur. Dicitur enim est sic esse administrandum baptismum, ut nulla fidei irrogetur iniuria: ex baptismatione autem huiusmodi magna ei irrogatur: nam creatur manifestum periculum, ut ad ætatem adultam pertingentes a parentibus inducantur, ut ad suam redeant pristinam legem: quare quod ignorantes acceperunt, facile relinquent. Audiui ab illis, qui se mihi ipsos fecisse dixerunt, quod apud Indos multa infantium millia baptizata sunt, quos quidem ipsi qui baptizabant, apud parentes infideles relinquebant omni Christianorum auxilio destitutos, qui possent postea eos religionem docere. Quo utique nescio quodnam aliud sacrilegium grauius committi posset aduersus fidem. Illud enim neque Scotus permisisset, sanè qui ait eiusmodi pueros esse tunc baptizandos, dum cautela adhiberi posset, ut religiosè educarentur. Isti autem baptizatores sic narrabant historiam, quod illi barbari, licet ipsi nollet baptizari, vltro tamen permittebant, ut sui paruuli, nondum rationis usuram habentes, baptizarentur. Quare prædicti prædicatores eo solo proposito, ut si contingeret eos ante usum rationis mori, salui fierent, eos baptizabant, nihil de apostasia curantes, quæ maximè illis timeri debuisset. Quartum igitur argumentum est, quod Diuus Thomas. 2.2. in ecclesiæ consuetudine fundat, cui magis standum est, inquit, quam auctoritati sanctorum, quæ eiusdem ecclesiæ auctoritate fulcitur. Ecclesiæ namque nunquam eiusmodi infidelium filios contra parentum voluntatem baptizare consuevit. Neque id vnquam Syluester Constantino, neque Theodosio Ambrosius consiluit. Quintò arguitur ex capite. Ex literis extra de conuersio. infideli. ubi decernitur, quod patre ad fidem conuerso consentiente in baptismum filij, etiam si mater infidelis renuat, baptizetur: à contrario ergo sensu apparet consequi, quod si ambo in infidelitate persistentes reclamarent, non esset baptizandus. Dubitat autem Palud. loco citato, utrum

Tertium argumentum.

Historia.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

Palud.

eadem sit ratio si mater consentiret renuente infideli patre. Et ducit dubitatio ortum ex historia Augustini, quem cum mater fidelis baptizare contenderet, pater vero infidelis resisteret, eius est baptismus dilatatus. At vero proculdubio idem est de matre, cuius consensus, si fidelis sit, sufficit, etiam si pater renuat ut prædicta Synodus Toletana decreuit vigesima secunda quaestione prima canon. Iudæi. ¶ Addit ibidem Paludanus idem esse de puero utroque orbatō parente qui renuentibus tutoribus non est baptizandus. Sed arbitror non esse tam atrocem iniuriam ac si parentes contradicerent. ¶ Duo hic tamen residua sunt dubia. Primum, utrum si parvulus inuitis parentibus baptizaretur, baptismus teneret. Durand. nanque & Palud. locis citatis partem sustinent negatiuam, eod quod cum intentio illius, qui baptizatur, vel formalis vel interpretatiua sit de necessitate sacramenti, sit ut quando parentes resistunt, sacramentum sit imperfectum. Imò exaggerationis gratia ait Paludan. non magis esse sacramentū, quam si bruta baptizarentur. Contrarium ait hic Caietan. Et arbitror esse opinionem Sancti Thomæ. Enimvero dicens quod de facili ad infidelitatem rediret, insinuat per illud baptismum fuisse factos fideles. Et re vera illa interpretatiua intentio puerorum, quæ est parentum, vel gestantium non est de essentia sacramenti, ut supra diximus, sicut in tentio adulti, sed per intentionem baptizantis, qui est ecclesiæ minister perficitur sacramentum. Neque Sancti Thomæ aliud cōtendit, nisi quod ille baptismus nō est licitus, sed est peccatum & periculum apostasiæ.

Primum dubium.

Durandus.

Responsio.

Secundū dubium.

¶ Sed alterum dubium est, quæ ætate paruulus censendus est usum rationis attingere, ut possit inuitis parentibus baptizari. Syluest. enim verbo Baptismus. §. 8. ait in quarto decimo anno, & alij in duodecimo. Nihilominus quantum tunc certum sit habere legitimū rationis usum, tamen certissima regula est, quod si citra illam ætatem certò constat puerum fidei catechismis instructum satis intelligere, quid nam sit baptizari, & quemadmodum sit professio Christianæ legis, baptizandus est. Quoniam ætas ad contrahendū matrimonium lege humana statuitur: lex autē diuina baptismi neququam ab humana dependet. Sed ubi primum rationis lumen affulserit, sacramentum est validum. Quinverò quando res esset aliquo modo dubia: nempe,

si bonæ essent coniecturæ & indicia puerum annum agentem octauum intelligere quid vellet profiteri, baptismumque peteret, inuitis parentibus esset baptizandus, ac subinde ab eorum educatione subrahendus. Et vice versa, si in illa ætate eius parentes conuerterentur ad fidem, uellentque ipsum baptizari, ille tamen aliquatenus uideretur renuere, sed ex altera parte essent aliqua coniecturæ sui consensus, re etiam sic dubia esset baptizandus. In summa. Vbi aliqua apparet uoluntas siue intentio, tunc in fauorem baptismi inclinandum est.

¶ Contra hanc autem sententiam nō desunt argumenta. Et primum sit illud Durandi, quod filij saltem infidelium, qui serui sunt Christianorum possint baptizari. Potest enim Dominus illos parentes diuendere, ut in longinuas terras distrahantur, eorum apud se paruulis relictis: & tunc quoniam cura sunt paratum destituti, possunt baptizari. Ad hoc in primis distinguo inter infideles Christianis subditos, & Christianorum seruos. Ob id enim quod infidelis sub ditione Christianorum principum uiuat, non possunt ipso inuito eius liberi baptizari. Sed de seruis ait Capreolus in. 4. distinctione. 5. duo. Primum, quod non potest Dominus ancille natum eius ante usum rationis ab illa distrahere: quoniam iure naturæ semper est sub eius cura. Secundum, quod etiam si substrahatur non potest ille sic substractus, nisi cōsentiente patre vel matre, baptizari. Et hanc putat esse opinionem Sancti Thomæ hic in solutione secūdi argumēti. Attamē, ut illic patebit, nō loquitur de Iudæis, qui mancipia sunt Christianorum. Quare utrunque assertum Capreoli apparet falsum. Potest enim Dominus seruum, ut pecudem pro suo arbitratu vendere. Haud tamen arbitror per distinctionem Durandi inter seruos & liberos respondendum, sed alio modo, cui Paludanus applaudit: uidelicet, quod quandiu paruulus est sub cura parentum, non licet eis inuitis eum baptizare. Quando uero sic separatus ab illis est siue iure siue iniuria, ut non possint conueniri, tunc licitum est sine eorum consensu ipsum baptizare. Neque hoc certè D. Thom. negasset: quia cum paruulus semper sit censendus alicuius arbitrio gubernari, quando longè distat à parentibus, seu liberis, seu seruis: quia iā nō regitur eorū arbitrio, tunc Dñs & ecclesia ipsa pōt eum baptizare.

Primum argumentum. S. Tho.

Capreolus.

Sententia autoris.

Quare

Quare licet quis vel furtim vel uolenter ab infidelibus, qui sunt in Africa, vel in India liberi, suos paruulos surriperet, possent elongati à suis parentibus baptizari. Esset tamē nefas illo sine illos capere. Pariter si Dominus uēdat patrem seruum vel eius filium, ut longè separentur. Secus quandiu parētes cōsui possunt. ¶ Secundò arguitur. Si parentes corruptis moribus contrā, quam ius naturæ præcipit, suas proles educarēt, ut si quis filiam prostitueret ad fornicandum, vel filios doceret furari, aut peierare, iure posset princeps filios tunc ab eorum cura diuellere propter eorum abusum potestatis, ut patet. l. Lenones. C. de spectaculis & scenicis & lenoni. lib. 11. & in. l. Si lenones. C. de episcopali audientia: sed pariter abutuntur eadem potestate, quia filios non baptizant: ergo ut baptizentur possunt etiam ab ipsis auferri. Sunt qui negant consequentiam ob hoc delictum, quod eiusmodi parentes malè educantes liberos contra ius naturæ, possunt eodem iure naturali conuinci peruersè facere: non autem quod male faciant non eos baptizando, quia lex est supranaturalis. Contra hoc tamen responsum exurgit argumētum quod etiam si parentes ipsi crederent, & cōfiterentur bonum esse baptizare suos filios, & ad id teneri, non potest princeps ipsis inuitis eos baptizare, etiam si sub eius iurisdictione uiuant. De illis enim loquuntur iura supra allegata. Et ideò qui hanc solutionem sustinere uoluerit, dicere debet, quod in priori casu princeps non solum potest illos cōuincere iniquè agere, uerum quod ipse sit iudex quantum ad illos componendos mores. Nō tamen potest ratione naturali ostendere se esse iudicem ad baptizandum: quia de ijs, qui foris sunt nihil ad nos. Sed forsitan ad rem certius responderetur, quod quando filios corruptis moribus instituunt, impediunt eos ne benè uiuant: & ideò princeps potest filios ipsos tueri amouēdo eos à paterna potestate. Et equa ratione si pueri ratiōis lumine uterentur baptizari uellent, ecclesia & princeps posset eos ab inuitis parētibus auferre, & baptizare. Attamen ante usum rationis ab infidelibus parentibus non impeditur filiorum uoluntas: quippe qui nullam habent, ideoque diuersa est ratio. ¶ Tertio arguitur. In lege naturæ poterat iustorum quisque alienum filium inuitis parētibus Deo offerre, ut illi applicaret fidē: ergo nunc tē baptizare. Nega-

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

gatur consequentia: nam illa oblatio, etiam per actum interiore fieri poterat nesciente patre. Et quantum uerbo id faceret patre renitente, nullam ei faciebat iniuriam: quoniam ratione naturali poterat eum conuincere, bonum esse commendare filium Deo. Neque illud erat sacramentum neque imprimebatur character. Neque uero coadunati tunc erant homines, ut supra dictum est, in aliquam singularem religionem per aliquem exteriorem cultum, ut possent parentes conueniri quod sui ab eis subtraherentur filij. Quod fit, ut sicut de baptismo dictum est, sic nemo posset Iudæorum filios gentilis inuitis parētibus circumcidere: erat quippe illud sacramentum & professio singularis religionis. ¶ Quod si historia nobis obijcias. 1. Machabæ. cap. 2. ubi legitur, quod Matathias parta uictoria aduersus Antiochum circumcidit in fortitudine (hoc est vi) omnes pueros incircumcisos, quotquot erant in similibus Israel. Inter quos creditur, aliquos esse infidelium nato. Respondetur, eos qui Iudæis parentibus erant prognati, iure poterat vi circumcidere: si quos autem inter eos circumcidit gentiliū, fecit zelo fidei, sed tamē non secundum scientiam, sicut de Sisebuto supra dictum est. Quartum argumentum est, quod primo loco facit Sancti Thomæ. Magis succurrendum est puero in periculo mortis æternæ, quam in periculo temporalis: in periculo autem temporalis mortis etiam si parentes renitantur subueniendum est illi: ergo etiam conferendum baptismum ut liberetur à morte æterna. Respondetur neque à periculo temporalis mortis quempiam esse præter ordinem iuris eripiendum, ut si iudex ordine iuris aliquem occidat, non licet illi obistere. At quando pater renititur ne puer liberetur à periculo temporalis mortis, perinde facit ac si illum interficeret. Et ideò unusquisque ordine iuris potest tunc misero opem ferre: arripere autem puerum inuitis parentibus ad baptismum, ius naturæ, ut dictum est, prohibet: & ideo non licet. ¶ Similiter responderetur ad quintum, quod est tertium Sancti Thomæ. Arguit enim. Homo magis est Dei, à quo habet animam, quam patris carnalis à quo habet corpus: ergo non est iniustum, puerum pro salute animæ à parentibus eripere: siquidem anima præstantior est quam corpus. Negatur consequentia: quoniam homo secundum animam non

Obiectio de Matathia.

Dilutio.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

non

non ordinatur in Deum nisi per ratione, qua potest illum cognoscere: & ideo dum caret propria, per rationem parētum in ipsum debet ordinari. Idq; Deus per ius naturę iubet.

Secund. arg. S. Thom. de Iudæis.

Secundum argumentum S. Thomę sit ordine sextum particulare de Iudæis. Filij seruorum sunt sub eorum potestate, quibus parentes iure seruiunt. Iudęi autē iure sunt christianorū serui: ergo absq; eorum iniuria possunt principes ipsis inuitis eorū filios baptizare. In responsione S. Thom. concedit, Iudæos esse principum Christianorum seruos seruitute ciuili, quę non excludit ordinē naturalis iuris vel diuini, quod habent ad institutos filios, quo ideo iure expoliari nō possunt.

Dubitatio.

Hęc autem solutio nō nihil ambiguitatis habet pro eo, quod differentiam constituit inter Iudæos & alios infideles, q; ipsi singulariter sunt principum Christianorū serui.

Palud.

De qua re Palud. loco citato longum sermonem intexuit: videlicet, quod quicquid sit de aliis infidelibus paganis, tamen Iudęi propterea q; professi fuerant legem Moyfi, atq; adeo venturi Messię, quem subinde venientem recipere tenebantur, ab ecclesia, inquit, cogi possunt, quemadmodum hæretici, atq; adeo ipsis inuitis filij eorum possunt iure baptizari. Nihilominus, inquit, licet ius hoc per se verum sit, tamē ecclesia prohibita est hoc facere, vt viuentes Iudęi legi nostrę attestentur, iuxta illud. Psal. 8. Ne occidas eos, ne obliuiscantur populi mei. vt ait Aug. in epistola ad Paulinum. 59. vt scilicet tanquam scribarij nostri testimonia antiquę legis ad confirmandā nostram per orbem circumferrent.

Sententia autoris.

At verō qui voluerit dicere nouo pcepto Iudæos teneri ad fidem præter illud, quo tenentur vniuersi, nulla id ratione probare possunt. Tamen si eodem pcepto arētius forsitan constringantur propter scripturas sacras, in quibus fuerant versati. Quod autem de eorū seruitute adicitur, non aliud mysterium habet, quā quod Augu. super Psal. 57. edisserit.

Aug. de seruitute Iudæorum.

Etenim quia Christi fidē repudiarūt, de qua aiebat ad eos ipse Ioan. 8. Si vos manseritis in sermone meo, verē discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos, (hoc est liberos vos faciet.) Quia scilicet illum sermonem repudiarunt facti sunt Christianorum serui, id est tributarij. Quare inuersa sibi fuit cōminatio, quā ore suo in se ipsos protulerunt Ioan. 11. Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent gentem nostram

Ioan. 11.

Ioan. 11. Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent gentem nostram

& regnum. Contriuit enim Deus dentes eorum in ore ipsorū. Nam vice versa, quia non dimiserunt eum sic, facta est sub tributo ciuitas plena populo. Atq; adeo vsq; in finem seculi gens illa nullum possidebit proprium regnum, sed semper erunt alienorum tributarij. Quare cū dicuntur serui, non intelliguntur vt mancipia. Vnde S. Tho. non dicit simpliciter q; sunt serui christianorū, sed principū seruitute ciuili. Verum est tamen quod opusculo. 2. r. ad Ducissam Brabantię, dicit q; sicut iura volūt, merito suę culpę sunt adiecti seruituti. Et ideo domini possunt accipere bona sua, sed consulit vt non fiat. At verō iura illa non vidi, nec quid illic S. Tho. inuenerit sibi voluerit planē intelligo. In summa enim scilicet. 2. 2. q. 10. vbi de infidelibus locutus est, nihil tale dixit. Sed hoc tātum arti. 10. quod seruus Iudæorū cū fuerit factus christianus, potest vili pretio, vt decem solidis, redimi propter periculū fidei, vt habetur cap. presentis, & cap. Iudæis, de Iudæis & Saracene. Imò. l. Deo nobis. §. his ita. C. de episco. & cle. constituitur vt sine pretio fiant liberi. Hoc autem non peculiariter asserit D. Tho. de Iudæis, sed de omnibus infidelibus, qui tēporali subiectione subiiciuntur ecclesię membris. Quare ille titulus generaliter loquitur, de Iudæis & Saracenis & eorū seruis. Et de omnibus loquitur capitulū Iudæi. 2. Gabriel autem ad probandum q; possunt Iudęi expoliari suis bonis adducit. cap. Sicut, quod nos supra eodem titu. citauimus, vbi legitur, q; Christianus iudicio terrene potestatis possit suas ab eis auferre pecunias. At verō textus potius cōtrarium admonet. Verba enim sunt hæc. Nullus Christianus eorum quemlibet (hoc est Iudæorum) sine iudicio terrene potestatis, vel occidere, vel vulnerare, vel suas pecunias auferre præsumat. Vbi planē interdicitur, vt nisi ordine iuris, quo princeps vitur in suos subditos: scilicet, vel propter delicta, vel propter ordinaria tributa, nemo illis noceat. Igitur, quod ad rem attinet, non magis Iudæorum filios inuitis parentibus baptizare licet, quā si aliorum essent infidelium. Imò verō omnia iura supra citata peculiariter loquuntur de Iudęis, & eorum filiis, ne vi baptizentur. Septimum autē argumentū quanuis morosus iam videar, adhibere non desinam. Si Christianus quēpiam infidelium infantulum iam iam moriturum, de quo nulla esset spes salutis inueniret, eumq; tunc baptizaret,

Conclusio.

Septim. arg.

ptizaret, nullam videretur irrogare fidei iniuriam: quippe cū nulla inde apostasia probabiliter timeretur: neque verō patri: quoniam neq; ab eius cura moriturum illum baptizator seducit, & infantulo magnum confert beneficium: ergo licitū esset ei id inuitis parentibus facere, quod tamen asserta conclusioni contrarium apparet. Respondeo (si mea vilius sit autoritatis assertio) quod propter hæc tria membra rationis facta, non auderem in tali casu factum condemnare: imò laudarem fortē & facerem: saltem si furtim & clanculo, parentibus inscijs, baptizari posset. Imò etiam si illi scirent, nisi sic obsisteret vt sine scandalo id fieri non posset. Etenim iniuria hæc, quam hætenus ostendimus parentibus irrogari, non est tam superstitiosę, sed secundū prudentiū iudiciū intelligenda.

Opinio auctoris.

ARTICVLVS. XI.

Verū pueri in maternis vteris positi sint baptizandi.



ERTIA de pueris quęstio est, vtrū antē quā nascantur, sint baptizandi. Et respondet S. Thom. vnica negatiua conclusione, nequaquam esse baptizandos. Probat primō autoritate Augustini ad Dardanum, quę est epistola. 57. Nemo enim, inquit, renascitur, nisi prius nascatur: cū ergo per baptismum renascamur, nemini est, nisi iam nato conferendus. Et probatur ratione. Deneccesitate baptismi est, vt homo tactu aquę abluatur, iuxta verbū August. Quę est ista virtus aquę, quę corpus tangit, & cor abluat? Puer autem vtero inclusus non potest ab aqua attingi: ergo neq; baptizari. Quod dsi quis dicat, dū mater baptizatur foctum simul quem in vtero gestat, eadē ablutione baptizari, id bifariam ostenditur falsum. Tū quod anima pueri, ad cuius sanctificationem confertur baptismus, ab anima matris distincta est: tum etiam quod & corpusculū: embrionis vbi prius anima formatum est, à corpore quidē matris seūgitur. Vnde August. contra Iulianum lib. 6. Si ad matris, inquit, corpus id, quod in ea cōcipitur: pertinet, ita vt eius pars imputetur, nō baptizaretur infans, cuius mater baptizata est aliquo mortis vrgēte periculo, cū eū gestaret in vtero. Nunc verō cū ipse (scilicet infans) baptizetur, non vtiq; ad mater-

Conclusio.

num corpus cū esset in vtero pertinebat. De conclusione hac nemini hæsitare licet, Expositio articuli. sanē cū sacris canonibus sit definita, vt de consecratio. distinct. 4. can. Si ad matris, qui est ille, quem hic citat Diuus Thom. Et can. Qui maternis, vbi Ilidorus eadem ratione prorsus vitur, quod qui nondum secundū Adam natus est, secundū Christum regenerari nō potest. Et est ratio manifestissima, quia aqua baptismi ad illum puerum pertinere non valet plusquam si baptizaretur cōclusus in arca, cuius latera aqua penetrare nequiret. Et ideo nihil est hic inuorandum.

Primum argumentum.

Neque verō argumenta Diui Thomę difficilia sunt. Arguit enim primo loco. Efficacius est donum Christi ad salutem, vt ad Roman. 5. autor est Paul. quā Adę peccatum in cōdemnationem: paruuli autem propter illud peccatum condemnantur in vtero: ergo & illic saluari possunt, atque adeo baptizari, cum sine baptismo nemini salus pateat. Respondetur in primis, quod donum Dei ob id dicitur efficacius ad salutem, quā peccatum Adę ad cōdemnationem, quod vt docet ibi Paulus, ex Adam non contrahimus nisi originalem culpam. Sed tamen per donum Christi non solum originale, sed cū ipso actualia omnia delentur. Secundō autē respondetur concessō toto argumento, vsq; ad illud, quod saluari illic pueri in vtero possunt. Attamen cum nondum in lucem prodierint, vt alijs hominibus cōiuuant, non potest ministerio humano sacramētum illis ad moueri, sed sola actiōe diuina possunt sanctificari. Itaq; cū nō sint nati hominibus, nō possunt ab eis baptizari, sed quia sunt nati Deo possunt ab ipso sanctificari.

Secundum argumentum.

Secundō. Puer in vtero matris existens videtur esse aliquid matris: sed baptizata matre baptizatur quicquid est eius, etiam intrinsecum: ergo pariter infans. Respondetur, quod baptismus matris baptizatur quicquid est eius per continuationem: nempe, partes, secus de puero, qui non est eius, nisi per colligationem, qua ab ipsa sumit alimentum. Hoc argumentū faciebat Iulianus Pelagianus, ad quod sic respondet Aug. (& refertur can. Si quicquid de conf. d. 4.) Si quicquid est in homine, quādo baptizatur & sanctificatur, baptizari & sanctificari cū homine credēdū est, disturus es & ipsa in illo baptizari & sanctificari, que in intestinis, & vesica per digestionē corporis digeruntur. Tertio arguitur. Mors æter-

Tertium argumentum.

na

na peior est temporalis: ergo cum de duobus malis minus sit eligendum, liceret dum puer in ventre periclitatur incisa matre eum baptizare. Respondetur cum Paulo Roma. 3. non esse facienda mala, ut inde eueniant bona. Vbi autem matrem mori contigerit, aperiri debet, ut baptizetur infans. Quapropter licet iudicio medicorum certum esset mulierem in partu morituram antequam foetum emitteret, non esset incidenda. Et quamuis praegnans iure sit ad mortem condemnata non licet eam occidere & aperire, sed differendum est tunc supplicium usque ad partum. Et in horum confirmationem accedit ratio, quod si mulier causa baptizandi foetus occideretur: vix id posset absque nece eiusdem foetus fieri antequam baptizaretur, atque adeo vana esset illa diligentia. In quarto argumento tangitur dubium illud vtrum parte corpusculi extra ventrem egressa, ut Genes. 38. legitur de partu Thamar: liceat illam ante perfectam totius natiuitatem baptizari. Et respondetur, quod nisi periculum mortis imminet, tota est natiuitas expectanda: illo tamen imminente, si caput prodierit, in quo omnes vigent sensus, tuto fieri potest baptismus. In alia vero parte, manu vel pede, posset etiam, tamen cautela esset egressum totum puerum denuo sub conditione baptizari, si es baptizatus, &c. si non es baptizatus, &c. De hoc autem dist. 3. art. 7. copiosius diximus. Quare hic nihil amplius. Nisi forsitan scisciteris quid si nascatur monstrum. Faceat hic tamen nobis negotium Caieta. qui opinionem illam, quam art. 2. de natis pueris sustinuit absque baptismo defunctis, ad eos quoque, qui in utero moriuntur, extendit. Itaque sicut illos ita & istos saluos fieri absque baptismo censet. Licet hic meticolose sub correctione loquatur. Est autem opinio, quam fateor me noluisse apud Caietanum reperire. Etenim ut singularis eius est: ita (ut cum omni reuerentia eius loquar) vix potest a temeritate defendi. Est enim peior etiam quam altera de pueris natis. Nam illius non defuerunt qualescunque autores, huius autem reperitur nemo, qui illam ausus fuerit asserere. Quare omnia argumenta, quae illic plura fecimus, & lector reuifere potest: atque alia praeterea contra hanc opinionem militant. Primum enim hoc est sententiam Christi plane infirmare. Ait enim generaliter Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum

Quartu argumentum.

Caietani.

Testimonia euangelica.

Dei, Et, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Neque vllum in sacris literis legitur privilegium, quod sit istarum vniuersalium exceptio. Quo ergo animo audeat salutem alicui aliter promittere? Vide praeterea quot loco citato retulimus sacrorum canonum testimonia asserentium solis baptizatis iter salutis patere, neque praeter baptismum vllam infantibus promitti. Cuius contrarium August. epistola. 28. ad Hieronymum de origine animae his verbis tanquam haeticum condemnat. Quisquis dixerit, quod in Christo viuificabuntur paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profecto & contra apostolicam praedicationem venit, & totam condemnat ecclesiam. Eandem que condemnationem repetit lib. 3. de anima & eius origine, ubi inter errores Pelagianos sextum connumerat, infantes, antequam baptizentur morte praeventos peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum. Et lib. 1. de anima & eius origine ad renatum idem explicatissime repetit. & rursus libro 1. de baptismo, paruu. capit. decimo octauo. Et ad hoc propositum peculiariter lib. de fide ad Petrum cap. 27. quod refertur can. Firmissime. de consecra. distinct. 4. Firmissime, inquit tene non solum homines ratione utentes, verum etiam paruulos, qui siue in uteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue iam de matribus nati sine sacramento baptismi, quod datur in nomine patris & filii, & spiritus sancti, de hoc seculo transierint, semper piterno igne puniendos. Quapropter licet hanc opinionem temerariam dixerim, arbitror profecto peiorem illi notam inuredam. Haud enim his tantum testimonijs, sed alijs pluribus, quae loco citato accumulauimus, id conuincitur.

Testimonia sanctorum.

1. ratio.

Et praeterea rationibus. Primum quia vel illa benedictio parentum prodesset puero, quae si applicatio fidei instar sacramenti, uti in lege naturae. Et certe hoc est erroneum, quoniam omnia remedia applicandae fidei: iam cessarunt praeter vnicum baptismum. Vel prodesset illi, tanquam baptismus flaminis, & hoc est falsissimum. Enimvero baptismus flaminis, ut loco citato diximus, non est nisi conuersio hominis per fidem charitate operantem, quae quidem in paruulis esse non potest. Et ideo dicere, quod actus parentum aliquid proficit, est dicere quod illis meretur primam

nam gratiam, quod in superioribus sapissime impugnatum est. Nemo enim alteri mereri potest primam gratiam de congruo, nisi sit ipse in gratia: & potest contingere, ut benedicens puerum sit in peccato mortali. Neque illam potest alteri mereri, nisi merendo illi bonum motum: qui tamen in paruulis esse non potest. Unde sumitur argumentum secundum, quod si per illam benedictionem applicatur fides paruulis, sine illa quoque Deus illos sanctificaret: quoniam illa nullius est valoris ad illum effectum. Nam si aliquid valeret, profecto ecclesia, quae tot benedictiones aliarum rerum instituit, illam praesertim Christianum populum docuisset, ut quae tantum ad salutem referebat. Tertio sequitur ex hac opinione, quod quamplurimi sanctificantur in utero, quod tamen hic Diuus Thomas in solutione primi, & in quarto distinctione prima quaestione secunda articulo sexto quaestiuicula secunda impossibile reputat, nisi ex singulari privilegio, quod ecclesia rarissimis accidisse confitetur. Atque hinc quartum emergit argumentum ex autoritate Sancti Thomae. Nam cum primum argumentum ipse faceret ex illo ad Romanos. 5. Efficacius est donum Christi ad salutem, quam delictum Adae ad condemnationem: sed puer condemnatur in utero: ergo illic potest ei applicari baptismus, respondiisset, profecto quod saltem posset applicari ei fides per benedictionem: nam ad id videbatur argumentum vrgere: sed quoniam id inopinabile arbitrabatur, non respondit, nisi quod posset privilegio sanctificationis saluari. Quinto denique arguitur. Vel per illam benedictionem sanctificatur puer tunc, quando ei applicatur, vel postea quando moritur: non quando moritur, quia tunc nulla applicatur fides: nec quando benedicatur, quia eadem ratione sanctificaretur, licet non esset in periculo: nam haberet effectum ex opere, quod aiunt, operato, vel deberet concedi, quod infusio gratiae penderet ex futuro contingenti, si esset puer moriturus, quod est absurdum. Nam fides dum applicatur, absolute operatur. Quod si dixeris, si puer tunc lethali infirmitate tenetur, tunc recipere gratiam, licet postea per aliquod remedium sit euasurus mortem, sicuti infirmus, qui non nisi in extremis sacro oleo vngitur: sequeretur, quod multi sine speciali privilegio possent nasci sancti. Quare vniuersi essent in utero benedicendi, quod vanum ac

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

superstitiosum esset.

Neque vero argumenta illius opinionis tanti sunt momenti. Est enim primum Caietani hoc. Rationabile est, ut diuina misericordia prouiderit homini in quolibet statu de aliquo remedio salutis, ut nullus allegare possit non fuisse sibi possibilem: ille autem status puerorum in utero morientium non habet remedium aliud, nisi illum modum applicandae fidei: ergo illo modo saluantur. Ad hoc autem primo respondetur, pueros illos in ventre non facere statum: quia nondum prodierunt in lucem, sed sunt materno supposito colligati, cuius nutrimento aluntur. Quare pro illis in nulla vnquam lege naturae vel scripta vllum fuit statutum remedium: nam neque in lege naturae poterat illis applicari fides. Quare inopinabilis est illa opinio. Vel respondetur secundo, statum in utero morientium & nascentium eundem esse, cui Deus sufficiens prouidit baptismi remedium: si autem aliqui non nascuntur, non possunt de Deo conueniri, qui illos non occidit, nisi per causas naturales, quibus secundum suam naturam agere solent. Damnantur autem propter originale. Quod autem aliqui nascuntur, alij vero non, nulla est causa praeter naturales, nisi quam dedimus articulo secundo, quod Deus Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. Sicuti si mulier in nemore sola puerum enixa, tunc moreretur, ut filium nec baptizare posset, nec Deo offerre, puer ille non posset de Deo conueniri. Quemadmodum neque illi, qui ex infidelibus nascuntur. Secundum argumentum est. Si mulier praegnans pro Christo mortem oppeteret, infantulus in ventre tunc occisus inter martyres haberetur: ergo pariter potest ei illic applicari fides & votum parentum. Ad hoc autem negatur consequentia: quoniam puer tunc non saluatur per mortem matris, sicut neque ipsa baptizata, baptizaretur puer, sed per mortem propria: quia scilicet ipse pro Christo occiditur. Non ergo consequitur, si potest ei applicari martyrium, posse applicari vel baptismum, vel solam fidem.

Ad argumēta Caietani.

ARTICVLVS. XII.

Verum furiosi & amentes debeant baptizari.

QUONIAM



Quoniam furiosi & amentes si miles sunt pueris, quaritur de mō de illis utrū sint baptizandi. Et respondet D. Thom. aliquibus factis distinctionibus per quatuor conclusiones, quibus quintā in solutione tertij de dormientibus adiungit. Amentium nanq; quidā sunt perpetui nulla habentes lucida interualla, in quibus. s. nullus apparet rationis vsus. De his ergo statuitur prima conclusio. Eiusmodi amentes perinde baptizari possunt in fide ecclesie, vt pueri ante vsū rationis. Conclusio est nota, quia æquale est vtrorūq; iudiciū. Alij verò sunt qui ex sana mente, in amentiam inciderunt. Et de istis subnectitur cōclusio secunda. Eiusmodi amentes secundū eam voluntatē iudicandi sunt, quā dū sanæ mentis existerēt habuerūt, hoc est illo temporis articulo, quō rationis vsū amiserunt. Vnde si tunc apparuit in eis voluntas suscipiendi baptismum, debet in furia vel amentia constitutis sacramentum exhiberi, etiam si tunc actu renitatur. Sin verò nulla, dum sana mēte pollebāt, apparuit in eis talis volūtas, non sunt insani baptizandi. Conclusio hæc clara ratione mō stratur: nam voluntas illa, quam amentia vel furia inuenit, virtute in amentibus permanet. Et est determinatio Inno. propter hanc rationē in. c. Maiores. de baptismo. Et accidit casus amico Augustini, vt ipse libro .4. confessionum. c. 4. refert. Qui cum eius salus desperata esset, in letargia baptizat⁹ fuit, & habuit (vt ipse ait Aug.) efficaciam baptismus. Alij autem sunt, qui etsi à natiuitate fuerint furiosi, per lucida tamen interualla interpollatam habent amentiam. Et de istis subiungitur tertia conclusio, secundæ simillima. Si isti, dum habent lucidum interuallum, voluntatē habent baptismi, baptizari possunt in amentia, si periculum tunc timetur mortis: nam aliās expectādum est rationis lumē. Si autem nulla in eis eiusmodi voluntas apparuit, non sunt dum mente capiūtur baptizandi. Postreimi deniq; sunt, qui etsi non omnino sanæ mentis existant, eatenus tamē ratione vtuntur, vt de sua salute cogitare valeant, atq; adeo sacramenti virtutem intelligere. Et de istis adhibetur conclusio quarta. Debent eiusmodi amentes spontanei baptizari, nō tamen inuiti. Quinta conclusio his apponitur in solutiōe tertij. Arguit quippe sic. Magis alligatus est rationis vsus in furio

Prima cōclusio.

Secunda cōclusio.

Tertia cōclusio.

4. conclusio.

sis & amentibus, quā in dormientibus: dormientes autem ecclesia baptizare non consuevit: ergo neq; amentes sunt baptizandi. Et respondet conclusione quinta. Quauis dormientes non sint nisi imminenti periculo baptizandi: illo tamen presenti, si antea in illis apparuit baptismi volūtas, baptizandi sunt, vt de furiosis dictum est, aliās minimē. De prima conclusione nihil ambigitur. Secunda verò est quodāmodo dubitabilis, nō quidē quantum ad primum membrū: quoniam vbi voluntas præcessit baptismi, illa manet in virtute sufficiens ad baptismū. Sed quā tū ad secundū. s. q. si talis voluntas prius nō apparuit, non sunt amentes baptizandi, videtur non omnino concors sententiæ Inno. in. c. Maiores. Ille enim non ait, nisi q. qui ante amentiam vel somnum in contradictione perfiterunt, nō sunt baptizandi: vbi videtur insinuare q. neutri, qui. s. nec voluntatem habuerunt, nec contradictionem, sunt baptizandi: quandoquidem non excludit, nisi cōtradictentes. Vnde subdit tunc baptismalem operationem imprimere characterem, cum obicem contrariæ voluntatis nō inuenit obfistentē. Et tamen. S. Tho. videtur excludere neutros. s. non habentes voluntatē. Secundō arguitur contra D. Th. Si esset aliquis infidelis in illa prouincia, in qua nihil auditū esset de fide, qui scilicet nunquā de baptismo cogitauit, neq; vllam habuit volūtatē baptismi nec cōtradictionem, & incideret in amentiam, tunc si tota illa prouincia audiens prædicatores fidei legē susciperet euāgelicam, baptizaretq; omnes infantes, videretur etiā posse illum baptizare, quia nō perficit in contradictione, vt ait Inno. Item quia si tyrānus postea inimicus Christi urbem incendio inflāmaret, sicut omnes ciues essent martyres, ita ille amēs, ac si esset puer ante vsū rationis. Ad hæc iam ar. 7. inter disputandum cū Caietano responsum est. Inn. vt philosophū morale locutum fuisse, per hoc scilicet quod quis non perliterit in contradictione intelligentem, quod habuerit voluntatem baptismi. Est enim casus metaphysicus quod quis neutro modo se habeat nec nolēs, nec volēs. Vnde ad secundum argumentum respondetur, illum amentem infidelem, qui nihil vnquā cogitauit de baptismo nō esse baptizandū, nisi fuisset perpetuō amēs à natiuitate tūc enim censendum esset de illo, vt de puero, sicuti ait prima conclusio. Alioqui cum habēs sanam

5. conclusio.

Expositio articuli.

Regula.

sanam mentem nullā cognitionem nec affectum habuerit fidei, censetur fuisse in contradictione: quia nemo nisi volens censetur de statu suæ vitæ disponere: & quoniam ille in peccato tunc esset contra ius naturæ: fit vt quauis tota ciuitas occideretur pro Christo, privilegio ipse non gauderet martyrij, imò periret. Sed tertio arguitur. Sit aliquis amentis, qui dum habebat sanam mentem voluit quidē baptizari, sed tamē cum volūtate permanendi in peccato mortali. Casus est Gabr. in. 4. d. 4. q. 2. cōclusio. 3. Videtur tunc iste postea amentia vel furia correptus posse baptizari: nam ille iam tunc non habet complacentiam in peccato: sed solam maculam: & tamē ar. 4. dictū est quod peccatores habentes solā maculā, nisi actu opposuerint obicem, sunt baptizandi. His tamen nō obstantibus respondetur, illum amentem neutri quam esse baptizandum. Imò regula est absque exceptione vniuersim obseruanda, quā hic conclusione secunda statuit D. Tho. vide licet eos qui ex rationis vsu inciderūt in amentiam secundum postremum articulum vsus rationis iudicandos esse. Eandem enim ponit Scotus in. 4. dist. 4. q. 4. Quod est dicere. Si illo tēporis articulo taliter essent affecti, vt tunc essent baptizandi, licebit eos in amentia baptizare, si verò tunc non liceret, nec postea in amentia licebit, quoniam eadem voluntas durare censetur. Negatur ergo illum amentem solū habere peccati maculā, imò complacentiam, cum qua in amentiam incidit. Neq; attritionem habet, quæ per sacramentum possit fieri contritio. Et vt citatum est supra de consecra. dist. 4. can. Omnis. nemo sine voluntatis arbiter constitutus, potest non iam vitam inchoare, nisi veteris poenituerit. Quocirca licet tota ciuitas occideretur pro Christo, ille tamen nō esset martyr. Attamen si contra opinionem Sancti Thomæ admitteretur adultus cum solo originali, sine actuali culpa, si illo modo dispositus incidere in amentiam de illo esset maior difficultas: nā cum ad remissionē originalis non requiratur actualis fides, sed satis fit intentio, fidesq; ecclesie offerentis hominem baptismi, & ille non opposuerit obicem actualis criminis non immento censetur baptizari posse, & martyr fieri, si occideretur pro Christo. At S. Tho. non admittit in adulto originale sine actuali culpa, eo quod perueniēs ad vsū rationis tenetur se statim cōuertere in Deū

vbi remittitur originale, quod si non faciat, collabatur in mortale.

D I S T I N -
ctio .6. de effectibus baptismi: deq; eius catechismis & exorcismis.



D huius demum conclusionem sacramenti, effectus eius explorare superest, & ceremonias

Capj.

adhibere. Hoc igitur præ cæteris suapte institutione habet, q. per ipsum non modo originale, verū & cuncta peccata quoad culpam & poenā condonantur. Quicunq; n. vti ait Paul. baptizati sumus in Chro Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Quare subdit. Ita & vos existimate mortuos quidē esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu domino nostro. Vnde August. lib. de baptismo paruulorum Generante, inquit, carne tantum modò trahitur peccatum originale: regenerante autem spiritu nō solū originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum. Et Ambrosius super Pau. ad Roma. ii. Gratia, Dei in baptismo gratis omnia condonat.

Pau. Rom. 6.

Aug. lib. de bapt. paru. de conse. d. 4. cā. Generata

Ambro. ad Romo. ii.

Ex his fit consequens gratiæ copiam & virtutū eis, qui legitimē baptizantur tam infantibus, quā ratione vtentibus infundi iuxta verbū eiusdē Apostoli ad Titū. 3.

saluos

Saluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abūdē.

Ad Roma. 6. Et ad Roma. 6. Consepulti sumus cum illo per baptismū in mortē, vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriā p̄ris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Nouam quippe vitam & sola Dei gratia præstat, & virtutes exornāt. At qui cū eadem morte pretiū fuerit persolutum redemptionis nostrę, fit vt baptismus aditum nobis pandat regni cœlorum. Cuius quidem documētum cœli ipsi super Christum baptizatum aperti, interprete venerabili Beda, derunt.

Cap. iij. Veruntamen his nihil obstantibus, cū spiritus sanctus, vt est apud Sapientem, disciplinę effugiat fictum, ille qui fictē, hoc est cū obice lethalis criminis, ad baptismū accedit, sacramentū quidē suscipere potest, rē verò (hoc est, gratiam & virtutes) minimē.

Quæ. n. participatio, vt ait Paul. iustitię cū iniquitate? Aut quę societas luci ad tenebras? Quę autē conuentio Christo ad Belial? Attamen illa recedente fictione baptismus, licet elapsus, suū sortitur effectum, iuxta verbum Augustini in lib. de

Aug. lib. 1. de baptis. cap. 12. baptismo. cap. 12. Tunc valere incipit ad salutem baptism⁹, cū illa fictio veraci cōfessione recesserit, quę, corde in malitia vel sacrilegio perseverante, peccatorum ab-

lutionē non sinebat fieri. Hinc ergo patres trimembrem illam diuisionem colligunt, quod possit quipiam, vel sacramentū & rem suscipere, vt infātes, & qui etate adulta ad ipsum idoneè accedunt: aut sacramentum sine re, vt fictē accedentes: aut denique rem sine sacramēto, vt quibus baptismus vel sanguinis vel flaminis, autore Augu. lib. 4. de baptismo, pro baptismo fluminis est.

Cap. iij. Sunt autem catechumeni catechismis ante quā ad sacrum fontem admittantur erudiendi. Vnde Rabanus, Ante baptismum, inquit, catechizandi debet hominē præuenire officium. Ac perinde, tanquā energumeni exorcismis aduersus dæmonum infestationes muniendi sunt. Ait enim Aug. li. 1. de symbolo, Paruuli exufflantur & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica quę decipit hominem.

DISTINCTIONIS
6. Quæst. 1. de effectibus baptismi.

S. Thom. 3. part. quæst. 69.

ARTICVLVS I.

Vtrum per baptismū tollatur omnia peccata quoad culpam & poenam.



DVO in hac sexta distinctione, quę postrema est baptismi, disputanda restant. Prima scilicet quęstione de eius effectibus, & in secunda de eius exorcismis & catechismis.

Trimembri partito.

Cap. iij.

De consecra. dist. 4. can. Ante baptismum. Aug. lib. de symbolo. de consecra. dist. 4. can. Sicut nostis.

mis. Quæritur ergo primum, vtrum per baptismum omnia deleantur peccata quo ad culpam & poenam. Duos enim articulos D. Thome, quoniam admodum sunt connexi, in vnum conglutinauimus. Et respōdet duabus affirmatiuis conclusionibus. Prima. Omne peccatum per baptismum tollitur. Probatur primo autoritate Ezechielis. 36. Effundā super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris. Deinde testimonio Pauli Roma. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et postea cōcludit. Ita & vos existimate fratres mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu domino nostro. Mori autem peccato & viuere Deo, est omni peccato relicto in gratiam innocentię resurgere apud Deum. ergo per baptismum omnia deleantur peccata. Secūda conclusio. Per baptismum liberatur homo à reatu totius poenę sibi debite pro peccatis, ac si ipse sufficiēter p̄ omnibus satisfecisset. Probatur ex Ambrosio super illud ad Rom. 11. Sine poenitētia sunt dona & vocatio Dei. Gratia dei in baptismo non requirit gemitū & c. sed omnia gratis condonat. de consecra. dist. 4. can. Sine poenitentia. Et ratio sumitur ex eodē loco Pauli ad Roma. 6. Si mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiā viuemus cum eo. Ex quo sequitur quod per baptismum incorporamur morti & passioni Christi, ac perinde q̄ omni baptizato cōmunicatur eius passio in remedium, ac si ipse baptizatus passus & mortuus esset: passio autē Christi sufficiēs satisfactio fuit pro peccatis, non solum nostris (vt habetur. 1. Ioan. 2.) sed etiam totius mundi: ergo per baptismum totius poenę reatus dimittitur.

Prima cōclusio.

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Sacri canon.

Cōcilium Florentin.

quā actualis, atque omnis poenę. In quam sententiam subscripsit postea Tridentina *Syn. Tridentina.* nodus sessione. 4. q. 1. Ad maiorem autē explicationem rei huius adnotādus est primū omnium titulus. Haud enim duntaxat quæritur, vtrum per baptismū omnia tollantur peccata generali modo, qui omnibus conuenit sacramētis, sed vtrum iste sit eius peculiaris effectus, ad quem institutus est. Cūcta enim euangelica sacramenta, vt dist. 1. q. 3. de finitum est, conferunt gratiam, atque adeo, nisi obicem inueniant, peccata mortalia delent. Non tamen est ille peculiaris omnium effectus. Eucharistia siquidem non fuit ad id instituta, imo præsupponit remissionem peccatorum, sed instituta fuit ad spirituale animę alimoniam, atque ad id gratiam confert. Accidit tamen eidem gratiæ, vt si peccata inuenerit, deleat. Et quod libet aliud sacramentorum suum habet peculiarē effectum, vt dist. 1. q. 6. explicatum est. Baptismi autē proprius effectus, ad quem institutus est, consistit in remissione peccatorum, & regeneratione in nouam vitam. Et hoc pacto intelligenda est præsens conclusio, iuxta verbum Petri Actuum 2. Poenitentiam agite, & baptizetur vnus quisque vestrum in remissionem peccatorum. At cum tria sint peccatorum genera: scilicet, originalis, mortalis, & venialis, circa primū errauit Lutherus, & circa tertium VViteff. Lutherus nāque adeo fuit Pelagio in asserēda originali macula cōtrarius, vt diceret neuitquam radicitus deleri per baptismum, sed remanentem concupiscentiam verē esse actuale peccatum. Quare vafre sui aiunt peccata illic remitti, sed non prorsus tolli, sic enim philosophi dicunt qualitatem remitti, licet nō funditus tollatur. Et occasione sic loquēdi nacti sunt ex illo Pauli Roma. 7. Peccatum non cognoui, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebā nisi lex diceret, Non concupisces. Vbi Lutherus putat concupiscentiam carnis, quę est in viro iusto esse peccatum. De qua ait inferius ipse Apostolus. Malum quod ago, ego non operor, sed quod habitat in me peccatum, (hoc est concupiscentia.) Contra quam hereticam vesaniā nos latē disputauius lib. 1. de natura & gratia capite 11. Illa enim non esset legitima & perfectā, atque adeo vera remissio: cū tamen Christus ipse Ioan. 7. dicat, Pater sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Et Ioan. 8. si filius vos liberauerit, X verē

Lutherani.

Hierony.

verè liberi estis. Vnde ad Oceanū Hierony. Omnia, inquit, in baptisinate cōdonata sunt crimina. Quandoquidē Apostolus. 1. Corint. 6. post lōgam enumerationem omnium peccatorū, subdit. Et hæc quidē fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi. Vnde concludit Hierony. Omnia peccata per baptismum donata esse verè & fideliter. Quinuo rō Paul. ipse ad Roma. 8. concludit. Nihil ergo nūc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnē ambulant. Neque verò solum verbum remissionis extat in euangelio, vt Lutherani cauillātur, sed ipsissimum tollere, vt. 1. Ioan. 3. Scitis quia ille apparuit, vt peccata tolleret. Et Baptista Ioā. 1. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et quō Augu. cuncta comprehendat contra duas epistolas Pelagianorū ad Bonifaciū lib. 1. cap. 13. Pelagianos inducit Christianos calumniantes, quōd negarent per baptismum omnia peccata radicitus cōnelli, sed vt capillos radi, radicebus permanentibus. Quorum calumniam hisce verbis reprimit. Quis hoc nisi infidelis affirmet? Dicimus. n. baptismum omnium dare indulgētiā peccatorum, & auferre crimina, non radere; neq; peccatorum radices in mala carne teneri, quasi rasorū in capite capillorum, vnde crescant iterum resecanda peccata. Ecce quomodo originale quātum ad culpā radicitus tollitur in baptismo. Quapropter superstes cōcupiscētia carnis non est actuale peccatum, sed inclinatio ad malum, cui resistere per gratiam Dei possumus. Hoc autem articulo proximo efficacius monstrabimus, vbi Lutheranis respondebimus. Ex remissione autem originalis culpe palām fit consequens, vt omnia etiā mortalia pariter cum ipso remittantur. Nam cum remissio peccati fit reconciliatio in amicitiam Dei, consequens fit, vt originale sine mortalibus, aut vnum mortale sine omnibus remitti nequeat. Vnde axioma illud ortū est. Impium est à Deo dimidiam sperare veniā. Sed & de peccatis venialibus ille omnium errorum sentina Vitcleff, vt. 2. tomo de sacramen. cap. 108. apud Thomā VValdensē videre est, à veritate, in hac parte aberrauit dicēs, quōd etsi alia peccata per baptismum tollantur, peccatum autem veniale omissionis non tollitur. At cum inductæ autoritates tam vniuersaliter de omnibus peccatis & delictis loquantur, non est quōd latius contra

August.

Vitcleff. Thom. VValdensis.

hūc hæreticū hīc debeat immorari. Ait. n. præterea Aug. loco proximè citato cap. statim. 14. Qui dicunt baptismum non omnia peccata delere, condemnamus: quia scimus plenam purgationē per ipsa mysteria conferri. Et Micheæ. 7. quem loco citato inducit Hieronymus. Ipse auertet & miserebitur nostri, & demerget iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris. Vnde Chryso. super Ioan. homilia. 24. In aqua baptismi tanquam in sepulchro caput immergētibus, vetus homo sepelitur, emergētibus inde nouus resurgit. Extat tamen concio præclarissima sancti huius patris ad catechumenos baptizandos, quæ incipit. Quam dulcis vbi hanc veritatem dulcissimè differit. Et epistola. 39. Gregor. libr. 9. epistolarum. Siqui sunt, qui dicāt peccata in baptismo superficie tenus dimitti (nota aliam hæresim) quid est hac prædicatione infidelius, cum per fidei sacramentum anima à peccatis radicitus absoluta soli Deo inhæreat? Et infra. Qui autem dicit peccata in baptismo funditus nō dimitti, dicat in mari rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Et subdit illud Ioan. 13. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Totus autem mūdus dici non potest, cui peccatorum aliquid remansit. Qui ergo baptizatur iam mundus est totus, indiget tamē pedes lauare ab his sordium pulueribus, quos terrenis gressibus contrahit. In Iordane figura baptismi Naaman Syrus perfectè fuit à lepra mundatus, & ille, qui ad piscinā iacebat, adeo in ipsa per Christum curatus fuit, vt lectum, in quo iacebat, posset in domū baiulare, quod figura baptismi fuit, vbi adeo homines solidè sanantur, vt per Dei opem possint corpus cum suis prauis affectionibus ita sustinere, vt eis non succumbant. Pulcherrimè ergo ad hunc baptismi candorem illud attinet Paul. ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè: scilicet copiosissimè, vt sordium nihil fieret reliquum. Et illud. 2. Corinth. 11. Respondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Ait enim Aug. cap. illo citato per baptismū, de cōsec. d. 4. Per baptismū deletur quicquid ab homine dictū, factum vel cogitatū est, vt habeatur quasi nō factū. Hęc ille. Et ideo baptizatus despōsatur Christo quasi integra in corruptaq; virgo. Vnde idem Paul. ad Ephe. 5. Christus dilexit ecclesiā, & seipsum tradidit

Micheæ. 7.

Chryso.

dit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eā lauacro aque in verbo vite, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculā aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.

Primum argumentum S. Tho.

Restat autem ex his dubiū, quōd si per baptismum originalis culpa remittitur, non debent per eundem remitti actualia. Vnde primo loco arguit S. Tho. contra primam conclusionem. Baptismus est quedam spiritalis regeneratio: per quæ generationi carnali contraponitur: per carnalem autem generationem solum contrahitur originale: ergo illud duntaxat per baptismum tollitur. Respondet autem per illud, quod nos proximè allegauimus ad Roma. 5. vbi Apostolus hanc declarat eminentiā doni Christi super delictum Adæ, quōd iudicium processit ex vno homine in condēnationem multorum filiorū: gratia autē ex multis delictis in iustificationem. Itaque nō solum vniuersos mortales ab vna originali culpa baptismus lauat, sed ab omni actualium multitudine. Vnde August. in lib. de baptis. parui. & refertur can. Generante de consecra. dist. 4. Generante, inquit, carne tantummodo trahitur peccatum originale, regenerante autem spiritu sancto non tantum originalium, sed & volūtariorum fit remissio peccatorum. At in contrarium arguitur. Diuersorum sacramentorum diuersum debet esse institutum: sacramentum autem poenitentiae ordinatur in remissionem actualium: ergo baptismus non nisi in remissionē originalis. Respondetur ad minorem, poenitentiam non in omnium ordinaria actualium remissionem, sed in eorū duntaxat, quæ post baptismum cōmittuntur. Ob idque baptismus vniuersa remittens dicitur à Hieronymo nauis integra: poenitentia verò secunda tabula post naufragium. Contra hoc tamen procedit argumentū S. Thomæ secundo loco. Poenitentia est sufficiens causa remissionis omnium actualium, etiam præcedentium baptismum: ergo baptismus non pertinet ad actualia. Respondetur primū, vt art. 6. dictum est, illam poenitentiam antecedentem baptismum non esse sacramentalem, sed interiorē virtutē. Secundo additur, quod illa non habet virtutē remittendi actualia, nisi quatenus includit intentionem suscipiendi baptismū. Nulla enim remissio peccatorū fieri potest, nisi per virtutem passionis Christi, iuxta illud Apostoli Hebræ. 9. sine sanguinis effu-

August.

Secundū argumentum.

sione nō fit remissio. Quare motus poenitentiae inutilis est, nisi ad sit fides & propositum participandi illā, scilicet dū se quis vel baptismo subdit, vel ecclesiæ clauibus. Ob idq; ante baptismū motus poenitentis valorē habet ex intētionē suscipiendi baptismum in remissionē peccatorū, vt illic ait Petrus. Post baptismū verò ex intētionē subijciendi se clauibus per sacramentū poenitentiae. At verò voluntas intētioq; baptismi licet actualia remittat, nō tamen simpliciter quātum ad culpā & poenā, sed secundū quantitātē contritionis: baptismus verò in re ab vniuersis animam abstergit. Ex quo fit cōsequens nonnūquā baptismū, dū applicatur, delere posse actuale sine originali. Cū enim quis primū baptismū habet flammis, ab originali mūdatur: si ergo ille postmodū incidat in peccatū, & attritus baptizetur: baptismus qui originale nō inuenit, actuale delebit, faciēdo ex attrito cōtritum. Sed arguit D. Th. tertio loco. Diuersis morbis diuersa sunt accōmodandæ medicinæ: nā vt ait Hierony. quod sanat oculū, non sanat calcaneū: cum ergo baptismus originale deleat, & actuale ab illo differat, non videntur actualia per ipsum remitti. Respondet, maiore illā præmissam esse verā de particularib; medicinis: baptismus autem est vniuersalis morborū omnium: vt potē per quē expurgatio fit vetustæ vite, & generatio nouæ. In cōtrariū autem ad maiore explicationē arguitur. Priuilegium hoc non est singulare baptismi, imò omnibus cōpetit sacramentis: gratia. n. poenitentiae per se omnia peccata delere pot. Et eucharistia nō solū gratiam per se cōfert, vt baptismus, verū vt. d. 1. q. 6. monstratum est, omnium existit sacramentorū præstantissimū. Respondetur, sic esse tandē discrimē hoc intelligendum, quod reliqua sacramenta cū non per se propriè ad regenerandum hominē ordinentur, quanquā gratiam cōferant, non tamē per se cuncta peccata remittunt, sed secundū dispositionē suscipientis. Tanta ergo potest esse cōtritio poenitentis, vt per sacramentum absolutionis radicitus omnia remittantur peccata quoad culpā & poenam. Sed hoc est accidens rarò contingēs. Baptismus autem hoc per se habet propriè, vt per ipsum cuiusq; nō opponētī obicē omnia simpliciter cōdonentur. Atqui hic est sēsus cōclusionū p̄sentū. Circa secundā cōclusionem hoc notato, quod intelligitur de his poenis, quæ peccatis actualibus debentur: nā de illis poenalitibus, quas

Appendix.

Tertium argumentum.

Argument.

De secunda conclusione.

cum originali cōtrahimus, articulo proximo dicendū restat. Deinde attende, q̄ autoritas illa Pauli, sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, nō facit illum sensum, q̄ in baptifino remittatur pœnæ, sed q̄ Deū prædeterminationis nō pœnitet, & promissionū, q̄bus nobis æterna bona pollicetur, sed adducitur p̄pter glossā Ambrosij dicētis, q̄ nō exigit opus satisfactoriū, sed omnia gratis condonat. Et ad idē illud p̄tinet Augustini cā. Per baptifinū, q̄ omnia delet, quasi facta nō essēt nec cogitata. Et illud, eiusdē Ambrosij cā. Per aquā, vbi ait, per aquam baptifini transitum fieri de terrenis ad cœlestia. Inde enim fit, nihil solū relinquare, quod impedire illum transitū posset ad regnum cœlestē, cuius ianuā, vt ar. 7. vi debimus, aperit. ¶ De hac autem conclusione satis diximus dist. præcedēti art. 5. Arguit nihilominus D. Tho. ex illo ad Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt: culpa autē, vt ait Aug. non nisi per pœnā ordinatur: ergo non omnis illic remittitur. Sed negatur cōsequētia: quoniā pœna p̄sionis Christi applicatur baptizato inquantū fit eius membrum, ac si ipse illā sustinisset. Quod si quis arguat q̄ idē deberet sacramento pœnitentiæ & ceteris congruere, cū pariter virtute p̄sionis Christi operentur. Negatur cōsequētia: iā enim satis loco citato monstrauimus, aliud esse operari virtute p̄sionis Christi, q̄ generale est omnibus sacramentis: aliud verò per sacramentū incorporari Christo, fieriq; eius mēbrū, quod peculiare est baptifini. Et ideo illi propriē cōuenit, vt per ipsum plena fiat satisfactio. In sacramento autē absolutio nis, quæ fit per clauē ecclesiæ, non omnes cōdonantur pœnæ: quare arbitrio sacerdotis debet pœnitens pro eo quod restat, satisfacere.

secūdum argumentum. ¶ Secūdo arguitur. Effectus baptifini aliquā similitudinē habere debet cum sacramento: ablutio autem nō habet similitudinē cū subtractione reatus pœnæ, sed tantū cū ablu-tione maculæ. Respondetur, q̄ baptifinus aquæ sicut sua ablutione significat emūdatio-nem à culpa, ita & sua refrigeratione refrigerium ob condonatum pœnam. ¶ Exurgit autē in cōtrarium argumentum tertium, quod tūc sequeretur, nec in foro ciuili debere baptizati supplicio affici, cū tamen quauis homicida baptifina susciperet, nihilominus capite plecteretur. Respondetur autem, q̄ quauis baptizati apud Deum nullius pœnæ rei sint, nihilominus apud homines, qui malefi-

cij lædunt & scandalum dant, manent supplicij obnoxij. Nihilominus, inquit, princeps piē faceret, si talibus pœnam remitteret. Intellige, si posset sine scandalo id fieri. Tātum enim posset esse crimen, vt eiusmodi indulgētia, nō esset licita. ¶ Maiusculam autem difficultatem habet, quod vt habetur de cōsec. dist. 4. can. Nē quod absit, imponitur Iudæis dum baptizantur, pœnitentia quadraginta dierum, & can. Agunt homines, ait Aug. ad Seleucianam, q̄ homines agunt pœnitentiā de prioribus peccatis antequā baptizentur commissis. Respondetur, q̄ illæ pœnitentiæ non imponuntur ad satisfactionem. (Et hic est sensus concilij Florentini dicentis, q̄ non sunt baptizatis imponendæ pœnitentiæ) sed admonentur baptizandi, vt id faciant: nempe, vt ieiunijs & orationibus vacent in reuerentiam sacramenti, vt habetur in epistola 3. Clementis ad vniuersos episcopos. Atqui in eius itinerario legitur, quod Petrus noluit eiusdem Clementis patrem antea baptizare, quā ieiunasset.

ARTICVLVS. II.

Vtrum per baptifinum deleantur pœnalitates huius vitæ.



QVONIAM conclusione secunda præcedētis articuli id assertum est, quod pœnæ peccatis actualibus debitæ per baptifinum remittuntur, subsequitur vt perscrutemur, an pœnalitates quoq; quas cū originali contrahimus, illic auferantur. Neq; verò hoc queritur eò q̄ non experiētia ipsa doceamur, illas nos perpeti, quales sunt concupiscentia carnis, quæ nos moleste assidueq; exercet, morbiq; & calamitates, ac deniq; mors: sed indagantur hic huius rationes. Respondet ergo D. Tho. vnica trinembri cōclusionē. Baptifinus habet virtutē auferendi pœnalitates præsentis vitæ: non tamē eas auferunt à iustis in resurrectione, quādo mortale hoc induet immortalitatem, vt. 1. Corin. 15. ait Paul. Probatum ratione triplici. Prima scilicet, quia cū per baptifinū incorporamur Christo tanquam eius mēbra, congruū fuit id fieri in membris, quod actum fuit in capite: Christus autem à principio suæ incarnationis fuit plenus gratia & veritate, sed nihilominus

lominus corpus habuit p̄sibile, quod post passionē & mortem ad vitam resurrexit gloriosam: pariter ergo Christiani in baptifino gratiā consequuntur, quantum ad animā, corpus autem gerunt p̄sibile, quo possint pro Christo pati, vt in die iudicij ad vitam resurgant imp̄sibilem. Vnde Apostolus Roma. 8. Qui suscitauit, inquit, Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Et infra. Hæredes quidē Dei, cohæredes autem Christi, si tamē compatimur (id est simul cum eo patimur) vt simul glorificemur. Secundo id fuit cōueniens propter spirituale exercitiū Christianæ vitæ, vt videlicet cōtra concupiscentiā atq; aliarū calamitatum incursum depugnātes victoriæ coronam assequeremur. Vnde super illud Roma. 6. vt destruat corpus peccati, ait glossa, si post baptifinum vixerit homo in carne, habet cōcupiscentiam cum qua pugnet, eaq; adiuuante Deo superet. In cuius figurā Iudicij 3. sic legitur. Hæ sunt gētes, quas Dominus dereliquit vt erudiret in eis Israel, & postea disceret filij eorū certare cū hostibus, & habent cōsuetudinē præliandi. Tertio id fuit etiā vtile, ne homines propter imp̄sibilitatē potius præsentis vitæ ad baptifinū accederent, quā propter gloriā vitæ æternæ. Vnde. 1. Corin. 15. Apostolus. Si in hac, inquit, tantum vita sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

Expositio articuli. ¶ Ad plenum præsentis articuli intellectum adnotandū est, redemptionē, qua nos Christus redemit in hoc consistere, vt ab incōmodo, quæ per Adæ præuaricationē incurrimus, nos liberet. Contrahimus autem inde originale peccatum in anima, ac subinde temporālē mortē, vt ad Roma. 5. autor est Paul. Pro-nuntiata enim ei fuerat sentētia. In quacūq; hora comederis ex eo morte morieris. Quare Christus eandem soluens mortē in cruce, & à peccato nos liberauit per gratiam, & immortalitatem corporum nobis subinde promeruit, vt idē ibi Apostolus. cap. 8. insinuat. Et quoniā baptifinus instrumentū p̄sionis est, per ipsius gratiā tum iustificamur, tum & ius immortalitatis acquirimus. At non vt iustificatricē gratiam, sic & corporū immortalitātē in hac vita concedēs fuit, vt recipere-mus. Quod est dicere. Non decuit vt per gratiam baptifini in illum statum innocentie in hac vita reuocaremur, à quo Adā cecidit per

peccatum. Status enim ille erat supranaturalis, & ideo cum illum non recuperamus, manem⁹ in nostra natura, quæ est, vt simus mortales: natura autē mortalitatis secum & morbos & alias calamitates trahit, atq; adeo carnis cōcupiscentiā aduersus spiritū. Nisi quod dicuntur nobis ista in pœnam peccati obuenisse, & verè obuenerunt, ob id q̄ creati fuimus in supranaturali iustitia originali qua, nisi per peccatum fuisset expoliati, ab his fuisset detrimentis liberi. Rationes ergo istas & congruentias S. Thomæ non sic intel-ligas, vt supposito q̄ post baptifinū deberēt manere corpora nostra in suis naturalib⁹, cōgruerit istas non infirmitates pati: hæc enim rerū consequentia, naturalis est. Sed probant decuisse, vt non reuocaremur ad illum statū innocentie, quo possemus non mori. Nā præ-ter easdem rationes est alia, q̄ tunc per baptifinum deberet renouari totus mūdus, sicut erat in illo statu. Præterea & periculum rediret, vt iterum atq; iterū per peccatum eundē statum amitteremus. ¶ Veritatem ergo hæc, q̄ post baptifinum ab his pœnalitatibus nō liberemur, & experientia ipsa docet, & sacra pagina, sacriq; canones faciunt catholicam. Quapropter hæreticum esset dicere, q̄ propter gratiam baptifinalem quis possit ad illū statum peruenire, vt extinctū profus haberet peccati originalis fomitem, vt articulo 6. apud S. Tho. videbimus, nisi ex singulari pri- uilegio, quale fuit in virgine. ¶ De hac ergo catholica veritate multis in locis edisserit Aug. vt lib. 1. de peccato. meri. & baptif. paru. cap. 39. Euacuatur enim, inquit, per baptifinū caro peccati, non ita vt in ipsa viuente carne concupiscentia conspersa & innata repente absumatur, vt nō sit, sed ne obfit mortuo (sci licet peccatis per baptifinum) quæ inerat nato. Et hic est locus, quem hic citat D. Thom., tanquam glossam ad Roma. Et lib. 2. capit. 7. eandem confirmat verbis illis, quæ Gratianus inde desumpsit de consecra. dist. 4. cano. Non ex quo. Non enim, inquit, ex qua hora quisque baptizatur, omnis vetus infirmitas eius absumitur, sed renouatio incipit ad remissionem omnium peccatorum. Idq; cōfir-mat ex illo Apostoli. 2. Corin. 4. Et si exterior homo noster corrūpatur, interior renouatur de die in diem. Fomes enim ille, qui nobis continenter corruptos affectus creat, per corporis macerationem reprimitur, qua sub inde maceratione & corpus foris attenuatur,

& intus renouatur spiritus. Vnde Paulus ad Roma. 7. Video, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati. Et ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Atque in huius significatione populo Israel non protinus, ut mare rubrum transfudit, ingressus patuit ad terram promissam, sed obiecta ei fuerunt barbarae ille gentes, cum quibus in deserto multis annis belligeraret.

Dubium. **D**ubium autem ex his emergit, utrum esto concupiscentia per baptismum non sit prorsus sublata, saltem debilitata fuerit aut diminuta. Ad hoc subsequenter propositionibus responsionem detur. Prima. Concupiscentia post baptismum non habet prorsus rationem peccati, aut reatum culpae. Haec satis articulo superiori comprobata est, & lib. 1. de natura & gratia cap. 11. & 12. locupletius. Nam praeter inductas auctoritates ait lib. 2. de peccato. merit. cap. 4. Augustinus. Concupiscentia in paruulis baptizatis a reatu soluitur, ad agnitionem relinquitur. Et lib. 1. retractatio. ca. 15. Concupiscentia reatus in baptizato soluitur, sed infirmitas manet. Est ergo concupiscentia nihil aliud, quam sensualitas, quae rebellare nata est aduersus rationem: tamen sine consensu aut negligentia voluntatis rebellio illa non erit peccatum. Vnde ut Lutheranus respondeamus, quando ait Paulus ad Roma. 7. quod concupiscentiam nesciebat, nisi lex diceret, Non concupisces, verbo illo, Non concupisces, quod peccatum significat, non intellexit potentiam, quae dicitur concupiscentia, sed voluntarium actum. Et quauis ubi ait. Quod ago malum ego non operor, sed quod habitat in me peccatum, sensualitatem ipsam appellet peccatum, non tamen id proprie intelligit, & quod auius, formaliter, sed sicut nomen causae attribuitur effectui. Glossa est eiusdem Augustini lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 13. Illa enim, inquit, concupiscentia, quae reliqua est a baptismo, quo ratio peccati plenissime remittitur, radicitusque conuellitur, non quia peccatum est, sed quia peccato (scilicet originali) facta est, peccatum dicitur: sicuti scriptura dicitur manus, quia manu facta est, & oratio Ciceronis dicitur Ciceronis lingua, ut ipse idem ait lib. de nuptijs & concupiscentia ca. 23. Meritisimò ergo error iste Lutheri dicentis concupiscentiam in renatis esse peccatum, diplomate Leonis decimi tanquam haereticus condemnatus est ar. 2. Ac subinde in concilio Tridentino sessio. 5. cap. ult.

Quocirca glossa illa canonistae Hugonis super citatum cap. Non ex quo, ubi ait quod licet homo renouetur in baptismo, tamen non ex toto deletur originale, sed remanet debilitatum & sopitum, erronea est, neque in viro theologo esset tolerabilis. Nam originale peccatum dicit culpam, quae tota in baptismo aufertur. Ille autem bonus autor, si theologus esset, distinxisset utique inter peccatum originale, quod prorsus tollitur, ut ait D. Th. in solutione tertij, & fomitem, qui remanet, qui est ipsa sensualitatis potentia. **Secunda propositio.** Concupiscentia ipsa in baptizatis quantum ad substantiam nec diminuitur, nec debilitatur, nec sopitur. Probat, quia est potentia naturalis, & gratia non tollit naturam, sed perficit, Imò usu venire sepe solet, ut baptizati propter naturalem complexionem vehementiores sentiant carnis insultus, quam non baptizati. **Tertia propositio.** In hoc sensu concupiscentia illa & fomes, qui est poena originalis peccati, dicitur alligari, & minui, & debilitari, quod spiritus per gratiam baptismi contra eius infestas pugnas adiuuatur, ut certamine non succubat. Et hoc est, quod ait Augustinus lib. de libero arbitrio, & refertur canon. Gratia, de confessione. d. 4. Gratia enim, inquit, quae per Christum datur, non solum peccatorum remissionem facit, sed etiam facit ut lex impleatur, ut natura liberetur, & peccatum non dominetur. Et est determinatio concilij Mileuitani cap. 2. & 3. Atque hoc est quod ait Apostolus ad Roma. 6. de baptismo loquens, per quem morti Christi configuramur. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est (scilicet quo ad culpam) ut destruat corpus peccati. Non tamen ut subito sepeliatur, sed ut in agone non seruiamus peccato, scilicet concupiscentiae per consensum succumbentes. Vnde de subdit. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentijs eius. Regnare ergo peccatum, est obedire concupiscentijs per consensum. Atque in hoc triumpho nostra per Dei gratiam consistunt merita. Sicut enim peccatum, ut ait illic Augustinus, nullum est, nisi sit voluntarium, ita & in ipso libero arbitrio diuina ope adiuto consistit meritum. **Sed** perspicere, quod in hoc conflictu spiritus cum carne eluceat sententia illa Pauli ad Roma. 5. ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Nam et si in statu naturae integre per contemplationem homines plurimum mererentur, hoc tamen status noster illi praestat, quod sub Christo duce mere-

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Synodus Mileuitana.

Gloriosi Christianorum triumphus.

mur, tollentes scilicet crucem nostram, atque illum sequentes, illic enim nulli essent languores neque agones aduersus hostem, nos vero sudoribus plurimis & laboribus exhaustis gloriosa premia, diuina ope suffulti, promeremur, ut tanquam palmites per baptismum in Christo plantati fructus gloriae proferamus, alij. scilicet. virginitatis lauream gestantes, qui contra concupiscentiam carnis luctati sunt, alij vero praedicationis & doctrinae atque alij palmam martyrii ferentes, quae gloriose de hostibus fidei triumphauerunt. De quibus Daniel, Eutes, inquit, ieremias & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Quae quidem praemiorum insignia non fuissent, nisi propter casum Adae Deus factus esset homo, qui ab illa nos culpa liberaret, tam ingentia nobis donaret auxilia.

Facile ergo soluitur argumentum D. Thomae, quorum primum est. Potentius, ut ait ad Roma. 5. Apostolus, est donum Christi, quam peccatum Adae: sed per peccatum mors in mundum intravit, ut ibidem ait Apostolus, ac perinde omnes poenalitantes: ergo & per baptismum omnes essent tollenda. Respondetur autem secundum glossam ad Roma. 6. (ut ultra non seruiamus peccato) quod sicut superas atrocissimum hostem non statim eum enecat, sed patitur eum aliquantulum cum dedecore, & dolore viuere: ita Christus poenam, hoc est concupiscentiam in hac vita alligauit, quam in futuro perimet. **Secundo** arguitur. Baptismus tollit peccatum actuale quoad culpam & poenam: ergo deberet originale cum suis poenalitibus auferre. Negatur consequentia: duplex enim est poena. scilicet. gehennalis (ut ibidem ait glossa) & temporalis: & quoniam per baptismum perfecta conciliatur amicitia cum Deo, tollitur poena omnis gehennalis, quae eidem amicitiae repugnat. Temporales autem, ut concupiscentia, fames, sitis & mors, quae ipsi naturae, iustitia originali expoliatae, naturae sunt, manere (ut dictum est) debuerunt. Sed tamen regnum & dominium earum per gratiam baptismi deiecit, ut homo non debeat illud timere. **Tertio.** Remota causa remouetur effectus: sed originale per baptismum prorsus tollitur: ergo & poenalitates deberent tolli. Respondetur autem quod cum Adae primum infecisset naturam, quae postea per generationem inficit personas, Christus conuerso ordine prius in hac vita reparat personas abstergendo illis omnem maculam, & quencumque suppliciorum reatum, qui eas posset ab ingressu coelesti remorari. Poenalitantes autem, & detrimenta quae sequuntur

tur naturam, originali iustitia destituta, abolebit in generali resurrectione.

ARTICVLVS III.

Utrum per baptismum non solum infundantur gratia & virtutes, verum aliqui virtutum actus illi peculiariter attribuantur.



RE sacramenta non modo a malo liberamur, sed adornamur in bonum, & ideo postquam definitum est per baptismum a malis culpa & poenae nos erui, quaritur utrum per ipsum quoque gratia & virtutes informemur ad bonum. Et quoniam quartus & quintus articuli apprimè sunt germani, ambos in vnum cōpingemus. Igitur iuxta duo quaestionis membra duabus conclusionibus respondetur. Prima. Per baptismum quisque gratia consequitur & virtutes. Probat, primo auctoritate Apostoli ad Titum. 3. ubi ait quod Christus saluos nos fecit per lauacrum regenerationis (id est per baptismum) & renouationis spiritus sancti, quae effudit in nos abundantè. Deinde ratione, quia ut sepe supra dictum est, per baptismum efficiuntur membra Christi: a capite autem in membra gratiae & virtutum participatio deriuatur, secundum illud Ioannis. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. **Secunda conclusio.** Baptismus peculiariter inter omnia sacramenta attribuitur duo actus virtutum. Vnus illuminare intellectum quantum ad veritatis agnitionem, atque alter fecundare affectum fecunditate bonorum operum per gratiae infusionem. Prior pars probatur ex Dionysio. 2. cap. ecclesiast. hierar. attribuetis baptismum illuminare. Secunda vero auctoritate glossae super illud Psalmi. 22. super aqua refectiois educauit me, dicitis, animam peccatorum ariditate sterile per baptismum fecundari. **Secundo** tota conclusio probatur, quia per baptismum efficiuntur membra Christi, atque adeo regeneramur in spirituale Christianorum vitam, secundum illud ad Galat. 2. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filij Dei: vita autem membrorum animalis consistit in hoc, quod sint capiti vnita, a quo esse recipiant, a capite autem deriuatur in membra primo sensus & deinde motus: ergo proprium baptismi est, ut per ipsum & sensum spirituale suscipiamus ad cognoscendam veritatem, & spirituale per gratiam instinctum motum ad operandum bonum. Atque hoc docemur verbo illo Ioannis. 1. Vidimus eum plenum

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

gratiae & veritatis, & de plenitudine eius nos oēs accepimus. Tamen si gratiae & veritatis, referatur ad verbū, quod caro factum est; eadem est tamen sententia, quam hic Diuus Thomas profert.

Expositio articuli.

Quod gratia baptismate ablutis infundatur duplicē habere potest sensum: vnum, scilicet quod fiat Deo grati. Et hic semper fuit habitus tanquam fides catholica, iuxta verbū Christi, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Paul. Mūdans eā lauaero aquae in verbo vite, & similia. Alter verō sensus est, quod illa gratia sit qualitas ab homine distincta, diuinitus cōcreata, qua fiat homo gratus, sicuti est habitus scientiae & virtutis acquirite. Atque hic sensus non est tāquā de fide vlt; adeo antiquis: quoniam neque tā planē ex sacra pagina colligitur. Nam, vt. d. r. q. 3. explicuimus, nihil repugnat hominē esse Deo gratū absq; aliqua sibi inhaerēte qualitate, sicuti ego sum gratus amico, eodē solū quod diligor ab illo. Et pariter distinguendū est de virtutū infusioe. Quod. n. fides, spes & charitas sunt auxilia quaedā specialia Dei, quibus nos supra naturā ad credendū mouet & ad sperandū, & amandū, cōfessio euangelica est, iuxta illud Ioā. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eū, & iuxta illud Paul. 2. Corin. 3. Nō quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quod autē sint habitus distincti potentiarū sicuti acquisiti, nec tā planē colligitur ex sacris literis, nec est tā antiqua ecclesiae confessio. Imò gradatim veritas haec est ab ecclesia suscepta. Primū enim Inno. in c. Maiores. de baptis. tanquā rē inter theologos dubiā reliquit, vtrū hoc secūdo modo gratia & virtutes per baptismū infundantur. Postmodū verō in cōcilio Vienēsi pars haec affirmatiua tāquā probabilior, dictisq; sanctorū & doctorū magis cōcors recepta est: quod scilicet tā paruulis q̄ adultis infundatur, vt patet in clem. Fi dei catho. de sum. tri. & si. catho. Et hoc potissimū propter paruulos, de quibus maius erat dubiū. Nūc autē nouissime in cōcilio Tridēti no tanquā certa veritas est sub hoc verborū tenore decreta, sessio. 6. can. 11. Siquis dixerit hominē viuificari, vel sola imputatione iustitiae Christi, vel sola peccatorū remissione exclusa gratia & charitate, quae in cordibus eorum per spiritū sanctum diffundatur, atq; illis inhaereat, aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantū fauorem Dei, anathema sit.

Concilium vniuersale.

Ar. dentina synodus.

Est autē haec sancta veritas sacris literis maxime consonās, huic scilicet testimonio Paul. ad Titū. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quē effudit in nos abundē. Effundere enim, rē aliquā effusam significat. Et. 2. Corint. 1. Qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris, & ad Ephes. 1. Credentes signati estis spiritu, pmissiois sancto, qui est pignus hereditatis nostrae. Pignus enim rem aliquā significat. Et suffragatur ratio, quoniam homo cum hominē diligit, nō eum bonū facit, imò eū ob id diligit, quod bonus est: Deus autem diligendo nos bonos cōstituit, atq; adeo cū, vt Sapiēt. 8. legitur, suauiter omnia disponat, non quomodo docung; nobis fert opē, sed gratiam nobis infundit, qua diuina suae, vt ait Petrus, cōsortes faciat naturae, ac subinde potentias virtutibus exornat, quibus vnaqueq; suum valeat officium perficere, vt intellectū fide ad credendum, volūtatem autem spe & charitate ad sperandum & diligendum. Itaque sicut naturaliter ad productionē animae, per quam recipimus esse, consequitur potentiarum emanatio, quibus anima ipsa operatur, ita & ad productionem gratiae, quae est in essentia animae, dans illi esse supra naturale, cōsequitur in potentijs ad operandum virtutū infusio. Arguitur autē cōtra. Dari gratiam in scriptura, idem est, quod dari spiritū sanctum, cuius donum est gratia: at spiritus sanctus nō videtur per baptismum dari, sed per confirmationem: legitur enim Actuum. 8. de Samaritanis à Philippo diacono baptizatis, quod nondū receperant spiritum sanctū, donec venientibus apostolis per eorū manuum impositionē eum receperunt. Ad hoc autem refertur absq; dubio illos recepisse gratiam in baptismo, nō tamen visibiliter spiritū sanctū, sicut recipiebatur in cōfirmatione. Et de illa visibili visione legitur illic quod nondum in quenquam illorum venerat. At verō cum virtutum duo sint genera: scilicet, theologarum vt sunt fides, spes charitas, & moralium atq; cardinaliū, vt sūt iustitia, prudētia, fortitudo, & temperantia: de illis prioris generis nemo theologorū dubitat, quin infundatur, moralis autē Sco. in. 3. sentē. d. 36. (illic. n. haec materia disputatur) eas infundi negat. Haud tamē haec disputatio hic locū habet apud S. Th. sed. 1. 2. q. 63. ar. 3. vbi affirmat prudentiā quoque per baptismū intellectui infundi, & iustitiam volūtati, atq; adeo appetitui irascibili fortitudinem,

Testimonia sacra.

1. Pet. 2.

Duo virtutū genera.

Scotus.

dinem, & concupiscibili temperantiam. Primum argumentum. S. Thomae contra primam cōclusionem est. Sacramentum debet id representare, quod efficit: baptismus autem sua ablutione significat remotionem culpae, non autem infusionem gratiae, & virtutum: non ergo illas efficit. Respondetur, quod sicut sua ablutione significat absterionē culpae, & sua frigiditate, refrigerium remissarum poenarum, ita sua claritate infusione gratiae & virtutum. Secundò arguitur. Id quod iam quis suscipit non eget iteratò suscipere: multum autem dum ad baptismū accedunt, iam per baptismum flaminis effectum eius obtinuerunt, vt de Cornelio legitur Actuum. 10. quod ante baptismum iam erat timens Deū, id quod & de Paulo, ac de alijs constat: ergo illi nihil per baptismum suscipiunt. Respondetur, quod per baptismum flaminis per fidem, scilicet explicitam vel implicitam recipit homo remissio nem peccatorum, quoad culpam simpliciter, sed tamen quoad poenā: atq; gradū gratiae recipit secundū quod habet baptismū in voto, hoc est, secundum quantitatem actus voluntatis diuinitus motae: gradum autem baptismalis gratiae non recipit, nisi cū baptismus cōfertur, & illic certissime fit plenissima poenarum remissio. Vnde super illud Psalmi. Super aquā refectionis educauit me: ait glossa. Per augmentum virtutis & bonae operationis educauit in baptismo. Necessitas autem recipiēdi baptismū, ab illo etiā, qui est in gratia nō est haec, sed quod cū baptismus flaminis non habeat virtutem, nisi per votum explicitum vel implicitum baptismi in re, semper manet praecipuum ipsum suscipiendi. Tertio arguitur. Virtus est habitus, quo quis facilliter, & delectabiliter operatur: in baptizatis autem relinquitur pronitas ad malū, qui ideo difficultatem & molestiam patiuntur ad operandum bonum: ergo illis non infunduntur virtutes. Respondetur, illā pronitatem & difficultatem non inesse baptizatis propter defectum habituum virtutum, sed propter concupiscentiam, quae vt dictum est, per gratiam baptismalem non funditus tollitur. At quoniam ad sensum articulo praecedenti explicatum quodammodo minuitur fit vt tam ipsa pronitas ad malū, q̄ difficultas ad bonum pariter diminuat. Circa secundam cōclusionem nihil aliud adnotandum, nisi quod baptismus est sacramentum, quo proprie efficiuntur Christi membra, complātamurq;

Primum argumentum.

illi sicut palmites in vite: atq; adeo sicut à vite palmites, ita & nos à Christo vitam suscipimus. Iuxta illud Ioan. 15. Ego sum vitis vera, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Siquis verò in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arefcet, &c. Et quoniam vita spiritualis in cognitione & motu consistit, sicut vita animalium, isti duo motus intellectus & affectus attribuitur peculiariter baptismi. Dicuntur autē hae virtutes per attributionē baptismi cōpetere quoniam, omnis gratia sacramentorū, eo quod gratia est ad eodē etiam effectus confert. At quoniam aliorū alij sunt peculiare effectus: baptismi verò hi proprii, vt incorporet nos Christo, ei singulariter attribuitur. Idem etiam alia via cōstat, ferē tamen eadē. Est. n. baptismus, vt. d. 3. ar. 1. explicuimus, sacramentū Christianae fidei, quae per charitatem operatur: & quia fides est illuminatio eorū, quae sperantur, vt ait ad Heb. Paul. baptismus est sacramentum illuminationis, vt ait Dionys. & quia charitas est, qua mouemur ad operandū propter Deū, fit vt etiam baptismus sit sacramentū, quo mouemur in Deū. Haec est. n. institutio Christiana, quā in baptismi proficitur, vt sempiternā foelicitatē cognoscētes illuc nostrā dirigamus vitā, vnde Pau. Heb. 6. easdem baptismi virtutes tribuit, dicens. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donū coeleste, &c. virtutesq; seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari, &c. Est etiā doctrina Aug. de baptis. paruu. eo loco, qui refertur de conse. d. 4. ca. Non ex quo, vbi ait, quod per baptismū incipit renouatio ad remissionē omnium peccatorū, & intelligentiā & operationem spiritualiū. Est ergo primū argumentū. S. Tho. Baptismus adulto non nisi iam fidei cōfertur, iuxta illud Marc. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: per fidē autē incorporamur Christo, iuxta illud ad Eph. 3. Habitare Christū per fidē in cordib; vestris, ergo nō baptismus, sed fidei attribuēdi sunt illi actus. Respondetur, quod per fidē incorporamur mentaliter, per baptismū verò corporaliter, sine cuius voto neque ipsa mentalis incorporatio fidei esset valida. Secundò arguitur. Illuminatio fit per doctrinam, iuxta illud ad Ephesios tertio. Mihi omnium sanctorum minino data est gratia haec, illuminare omnes, &c. doctrina autē praecedit baptismū in catechismo: et

Institutio Christiana.

August.

Primum argumentum. S. Tho.

go, illuminare, doctrinæ conuenit, non baptismo. Respondetur, illuminare exterius conuenire doctoribus ecclesiæ per catechismum, sed intus præparare corda ad recipiendam doctrinam est munus Dei, iuxta illud Ioan. 6. Erunt omnes docibiles Dei, & qui audit & dicit, (per internum scilicet appulsum patris mei) venit ad me. Tertio. Fœcunditas pertinet ad generationem actiuam, qua scilicet quispian Christianismo iam prouectus alios generat spirituales filios iuxta illud Pauli. 1. Cori. 4. In Christo Iesu ego per euangelium vos genui: ergo fœcunditas nõ fit per baptismum. Respondetur, quod fœcunditas, quæ fit per baptismum non est illa generandi filios, sed proferendi virtutum opera.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum pueri in baptismo consequantur gratiam & virtutes.



Vanquam post generale conclusionem, quæ fuit prima articuli precedentis nõ opus hæc fuerat de pueris interrogatio, eo quod sacramentorum effectus per se illis conueniunt, atque adeo si per baptismum conferuntur gratia & virtutes, quibusque baptizatis, ac perinde pueris comunicantur. Tamen quia de pueris fuerunt qui id negarunt, ad respondendum illis adhibetur hæc quaestio, vtrum illis etiã infundatur gratia & virtutes. Et ideo D. Tho. recitato illo errore, licet non formaliter, tamẽ in virtute ponit conclusionem affirmatiuam, quod illis etiã infunduntur. Error autẽ hic non est prorsus ille, quem quod precedenti articulo. 9. ex Innocentio in cap. Maiores. de baptis. retulimus. Illi enim dicebãt, baptismum nihil paruulis pdesse, propterea quod peccata solo charitatis actu dimittuntur, qui in paruulis esse non potest. Isti autẽ characterẽ illis imprimi nõ negabãt, sed gratiam virtutesque infundi. Quorum error bino telo confoditur. Primo, quod vt adulti, ita & paruuli per baptismum membra efficiuntur Christi: hæc enim ei virtus per se inest: quare & per ipsum influxus fit eis gratiæ & virtutum. Secundo, quia tunc sequeretur, pueros ante rationis usurã ab hac luce migrãtes non frui æterna vita: nõ vt ad Roma. 6. ait Paul. Gratia Dei vita æterna: atque adeo incassum baptizarentur. Accedit his autoritas expressa Augu. in enchiridio, vbi ait. Paruuli renascendo moriuntur illi peccato,

Conclusio.

in Quart. Senten.

quod nascendo contraxerunt. Ac per hoc ad illos etiã pertinet illud quod dicitur. Cõsepulti. n. sumus cum illo per baptismum in mortem, vbi cum subdatur apud Paul. vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, fit vt etiam ipsi nouitatem vitæ accipiant, quæ non fit nisi per gratiam & virtutes. Et ne ad rem catholicam tam multis supra testimoniis comprobata redeamus, hæc veritas multis in locis est ab Augustino constituta, vt lib. 1. de peccatorum meritis cap. 26. vbi ait, paruulos baptizari, vt recõcilientur Deo, vt in illo viuunt, vt salui, vt liberati, vt redempti, vt illuminati fiant. Et cap. sequenti ait, infantibus baptizari esse credere, fierique oues Christi, habereque per baptismum filium Dei, ac perinde ius ad vitam æternam. Idemque habetur de consecr. dist. 4. can. Paruulo, & can. Paruuli fideles. Igitur eodem gradu fidei & modo, quo articulo precedenti catholicam esse diximus, gratiam & virtutes per baptismum infundi, tam de paruulis tenendum est, quàm de adultis. Secundo autem respondet D. Tho. ad illorum errorem: causa enim, quæ illos in eum coniecit, fuit nõ distinguere inter habitum & actum, pueri namque licet actum habere nequeant virtutum, propter impedimentum potentiarum, possunt tamen habitibus exornari, quibus etate progressi vtantur.

August.

In argumentis Sancti. Thomas autoritates exponit Augustini quæ videntur huic veritati obuiare. Ad quorum omnium solutionem id meminisse oportet, quod quaestio, precedenti articulo. 9. adnotauimus: nempe, quod cum originale peccatum non propria, sed aliena voluntate contrahatur, sufficit quoque pueris aliena voluntate fidem profiteri, & baptizari velle, &c. Est ergo primum argumentum Gratia & virtutes nõ habentur sine fide & charitate: fides verò, vt distinctio, precedenti articulo. 10. diximus, & August. docet, in credentium voluntate consistit, sicut & charitas: talem autem voluntatem non habent pueri: ergo neque illas virtutes. Respondetur tamen quod cum voluntas pro actu accipiat, & pro potentia, ad actum credendi requiritur voluntatis actus, & de hoc intelligitur cum dicitur fide consistere in credentium voluntate, quo pacto soli adulti credunt, sed ad recipiendum habitum sufficiunt potentia, quæ sunt in paruulis. Vnde Aug. in li. de baptismoparuulorum. paruulum, inquit, & si nõ dum illa fides, quæ in credentium voluntate

Primum argumentum S. Tho.

secundum argumentum.

tertium argumentum.

De cons. dist. Non illud.

Nota.

Distinct. 6. Quæst. 1. Artic. 5.

tate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum (per quod scilicet habitus infunditur) si delens facit de conse. d. 4. ca. Nihil est. Iam verò satis supra explicatum est, quo modo credere infantibus est baptizari. Secundo super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, ait Aug. quod ex impio iustus fiat, Christus in illo, sed nõ sine illo facit: puer autem nõ potest cooperari ad suam iustificationem: ergo nõ fit ex impio iustus. Respondetur, hoc dictum Augustini & aliud in libro de charitate. Nemo ex aqua & spiritu sancto renascitur nisi volens. Et super Ioan. 6. Nemo nisi voluntate trahitur, & similia de adultis proprie intelligenda esse. Paruuli autem, quia non concurrunt ad suam iustificationem nec volentes dicuntur, nec reluctantes iustificari, vt idem August. in epistola ait ad Dardanum. Sed concurrere interpretatiue dicuntur per intentionem ecclesiæ. Et similiter respondetur ad tertium, vt supra satis responsum est. Ait enim Paul. ad Rom. 4. credenti in eum, qui iustificat impiũ reputatur fides eius ad iustitiam: paruuli autem non videntur credere. Respondetur, inquam, vt ait Aug. lib. 3. de peccato. merito. quod paruulis mater ecclesiæ gestantium pedes accommodat, vt veniant, illorum cor, vt credant, & lingua, vt fateantur. De conse. d. 4. ca. Mater. Et ideo per fidem ecclesiæ interpretatiue dicuntur credere. Sed contra hoc obijcitur quartum argumentum. Quod carnali affectio ne agitur non videtur habere posse spirituale effectum gratiæ: sed nonnunquam pueri ad baptismum carnali intentione deferuntur, vt. si vel à lepra mudentur, vel ab alia curetur egitudine ergo illi gratia non recipiunt. Respondetur, illa intentione carnale nihil nocere pueris, sicut neque vnius culpa nocet alteri. Vnde August. ad Bonifa. & refertur can. Nõ illud. Nõ illud, inquit, te moueat, quod quidam non ea fide ad baptismum recipiendum paruulos ferunt, vt gratia spirituali ad vitam regenerentur æternam, sed quod hoc eos putant remedio corporalem retinere, vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi nõ regenerantur, quod non ab istis hac intentione offeruntur. Hic autem discernendum est inter pueros & adultos. Pueri namque licet nõ intentione ecclesiæ, sed alia quacumque à parentibus baptismum offerantur, dum tamẽ baptizans intentione ecclesiæ id faciat, legitimum fit sacramentum, Et hoc est, quod hic docet Aug. At verò adulti si non intendunt recipere quod ecclesiæ tradit, non baptizantur, si tamen id intendunt, quanuis aliam ha-

beat intentionem adiunctam, in nõ quæ magis eos moueat: videlicet, vt curetur, verè baptizantur. Quin etiam quanuis illa intentio mala sit, vt. d. 1. q. 5. ar. 10. expositum reliquimus.

ARTICVLVS. V.

Vtrum effectus baptismi sit apertio ianue celestis



Ulcherrimo ordine hæc articulo series decurrit. Cum enim reliqui baptismi effectus iam malorum remotio, vt remissio culpæ & poenæ, quæ bonorum donatio, vt infusio gratiæ & virtutum, viã ad fruitionem cœlestis patriæ sternant, quaerit tandem D. Thom. vtrum baptismus eiusdem regni ianuas adaperiat. Et respondet hac affirmatiua conclusione. Effectus baptismi est apertio ianue regni cœlestis. Probatur aperta ratione. Aperire regnum cœlestis nihil aliud est, quod impedimentum amouere eius introitus. Deus enim vbi primum condidit hominem humano generi illud proposuerat, nisi idem primus parens sua prauaricatione illud nobis obseruisset: impedimentum ergo nõ est aliud quod culpa & poenæ, culpa enim tamen originalis quæ mortalis omnino hominibus illam ianuam occludit, indeque eos excludit, culpa verò venialis & poenæ, quæ ex mortalibus fiunt reliquæ, hominem ab eodem ingressu in purgatorio remouentur: per baptismum autem omnis culpa & poenæ remouetur, ergo per ipsum ianua cœlestis aperitur.

Conclusio.

Hoc in præsentiarum adnotandum est, quod hic effectus. scilicet totam remittere culpam & poenam est inter omnia sacramenta baptismum peculiaris ob hoc quod est instrumentum taliter applicandi nobis passionem Christi, vt eius efficiamur membra idque fit notum siue hoc sacramentum ad antiqua referas, siue ad reliqua euangelica. Etenim ante Christi passionem neque circumcisio, neque aliud sacramentum aditum regni aperire poterat, eo quod pretium culpæ nondum erat solutum, quousque Christus dixit, Consummatum est. Vnde circa illum temporis articulum dixit Latroni. Hodie mecum eris in paradiso, & multa corpora sanctorum, qui illuc usque fuerant in limbo à monumentis surrexerunt. Et Paul. ad Ephes. 4. Ascendens, inquit, Christus in altum captiuam duxit captiuitatem. Reliqua verò sacramenta euangelica non proprie habent istum effectum, tum

Expositio articuli.

eum in purgatorio aliquo tempore detineat.

ARTICVLVS VI.

Vtrum baptismus habeat in omnibus æqualem effectum.



Onstituti iam tribus effectibus baptismi, qui sunt remouere culpam & poenam, infundere gratiam & virtutes, atque adeo aperire regnum, interrogatur vtrum in omnibus baptizatis eundem habeat effectum.

Et D. Th. suppositis duabus distinctionibus per tres respondet conclusiones. Prima distinctio est ex parte effectus baptismi, quorum vnus per se illi conuenit, alter per accidens. Secunda ex parte suscipientis, qui vel est paruulus, vel adultus. Per se quidem effectus baptismi est ille, ad quem fuit institutus, scilicet regenerare homines in vitam spiritualem per plenam remissionem culpae & poenae, & infusionem gratiae & virtutum. Et quantum ad istum effectum statuuntur duae conclusiones.

Prima. Omnes pueri hunc baptismi effectum æqualiter suscipiunt. Probat. Effectus, qui per se conuenit sacramento, in omnibus, qui æqualiter dispositi ad illum accedunt, æqualis est: omnes pueri equali dispositione, imò nulla propria ad baptismum accedunt: ergo æqualem suscipiunt effectum. Idque ex illo confirmatur ad Ephes. 4. Vna fides, vnum baptismum (scilicet in omnibus, qui illud recipiunt) vniformis enim causae vniformis est effectus. *Prima conclusio.*

Secunda conclusio. Adultorum quidam plus, quidam minus de gratia nouitatis vitae accipiunt. Probat. contraria ratione ex similitudine agentium naturalium. Actus enim agentium sunt secundum dispositionem subiecti, vehementior enim flamma accenditur in ligno sicco, quam in viridi: adultorum, autem cum per fidem & deuotionem propria ad baptismum accedunt, alius maiori accedit, alius vero minori: ergo inæqualem participant effectum. Veluti quanquam ignis per se eundem effundat calorem, tamen qui propinquius accedit, vehementius calefit. Accidentarius autem baptismi effectus est, ad quem non est institutus, sed ei per miraculum diuinae virtutis accedit. *Secunda conclusio.*

Et de huiusmodi effectibus subtexitur tertia conclusio. Isti effectus non æqualiter suscipiuntur ab hominibus baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedant, sed secundum ordinem diuinae providentiae dispensantur. Probat. vnicuique exemplo

pl

plura per glossam super illud ad Roma. 6. vt ultra non seruiamus peccato, quæ ait. Non hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, vt lex peccati, quæ est in membris, prorsus extingatur.

Expositio articuli.

Quæstio præsens admodum celebris est, quæ supra. d. 1. q. 5. ar. 1. & 8. Et rursus. d. 5. ar. 2. tetigimus. Et quidem sententia hæc D. Thomæ est vniuersalis omnium doctorum, vt Alexandri Alenf. 4. par. q. 21. in mēbr. 3. & Bonae. in. 4. d. 4. q. vlt. & Ricard. ead. d. ar. 3. q. 3. ac de niq; ibidem Maioris, qui doctè de hac re sentit. Equidem quantum ad remissionem culpæ ambigere nemo potest, quin, vt ait Damascen. lib. 4. ortho. fidei. cap. 10. æqualis sit in omnibus baptismi effectus, quia cum vnum peccatum mortale, aut originale sine omnibus remitti nequeat, fit vt cuiusque baptizato non opponenti obicem omnia simpliciter remittantur, vt ar. 1. satis constitutum est.

Scotus.

Veruntamen de gratia est dubium. Scotus enim in. 4. d. 4. q. 7. cui Gabriel. ead. dist. q. 2. subscribit, primam hanc conclusionem D. Thomæ palam negat. Imò verò non vna, inquit, sed tribus de causis potest suscipienti sacramentum siue paruulus sit, siue adultus, cum mulatio infundi gratia quæ alteri. Primum, Etiam si omnis oratio & meritum tamen ecclesie quæ ministris circumscribatur, effectus ipse baptismi, vel alterius cuiusque sacramenti potest augeri. Idque ob duplicem causam, quarum vtraque ex ratione prædestinationis desumit. Cum enim, inquit, Deus non ad æquales gradus gloriæ homines prædestinauerit: consequens fit, vt in sacramento auctiorem illi gratiam conferat, quem ad altiorem gloriam prædestinauit. Item secundò subinde, inquit, consequitur, vt etiam Christus passionem suam non pariter pro omnibus obtulerit: quare per idem sacramentum, virtute eiusdem passionis copiosior effectus illi confertur, qui sublimius ad gloriam prædestinatus est. Addit autem, augmentum illud non dari virtute sacramenti, sed speciali beneuolentia diuina. Itaque est dabilis minimus gradus, quem baptismus vbi que per se confert, quod autem abundantius datur, ex diuina beneuolentia procedit. *Heu* autem opinio in primis tenuissimo nititur fundamento. Ex hoc namque quod quispiam ad maiorem gloriam fuerit prædestinatus, non sequitur, per idem sacramentum ampliorem illi gratiam donari, sed hoc tantum, quod deccedat in maiori gratia, quæ quidem, tum ma-

Reprobatur opinio Scoti.

iori frequentia sacramentorum, tum etiam feruentiori virtutum vsu potest comparare. *Secundò* arguitur. Si gradus illi excellentior gratiæ non datur virtute sacramenti, non est cur potius per beneuolentiam diuinam detur in sacramento, quæ extra. Exempli gratia. Si paruulo ad egregium gradum gloriæ prædestinato non datur virtute sacramenti nisi certus, idemque omnibus gradus gratiæ (quod necesse est concedere: nam Deus, suauiter omnia disponens, singulis sacramentis virtute operis adscripsit certum effectum) consequens fit, vt reliquum augmentum non solum dum baptizatur, sed post baptismum sine aliquo merito dum paruulus dormiret, illi etiam conferret: nam si non datur virtute sacramenti, nec virtute proprii meriti, aut alieni nullæ est ratio, cur in sacramento potius, quam alio tempore illi conferatur.

Et tertio arguitur. Si prædestinato ad maiorem gloriam, maior confertur gratia in sacramento propter felicioris prædestinationem, eadem ratione eidem iam adulto in quolibet officio eius meritorio Deus illi accumulabit vberiore gratiam, quæ in simili opere eiusdem meriti conferret alteri ad minorem gloriam prædestinato. Quin etiam eadem ratione sine eius merito quando vellet, etiam dum ille dormiret. Nam si ob solam prædestinationem, & quia Deus efficacius pro illo passionem obtulit, quæ pro alio, datur illa gratia, fit vt neque vllum necesse sit concurrere sacramentum, neque verò vllum meritum proprium vel alienum ad illam obtinendam gratiam: quod esset totam meritum rationem proferbere, ac de medio tollere. Hoc autem non solum temerarium & præter omnem rationem est, verum & contra illud Pauli ad Roma. 2. Qui reddet vnicuique secundum opera eius. Et contra illud. 2. Corin. 5. Vnusquisque referet propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Et. 1. Corin. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet. Quibus utique locis admonemur, quod gloriam Deus merito nostro, ex eius gratia manantiam metitur, sicut delictis supplicia, iuxta illud Deut. 25. pro mensura delicti erit & plagarum modus. Quapropter in die iudicii opera tantum adducuntur in causam gloriæ. Quia esuriui, & dedistis mihi manducare: & alij. Quia esuriui, & non dedistis mihi manducare. *Quarta* arguitur. Confessio omnium est solenniter receptissima, imò ex sacro euangelio

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quarta argumentum.

quod cum non sint regenerationes in Christum, non per se totam remittunt culpam & poenam: tum maxime quia non nisi baptizatis, quibus aperta fuit ianua, applicatur. Vnde baptizato Christo vbi baptismum instituit, aperti sunt caeli. Super quo verbo Luc. 3. ait Beda. Virtus hic baptismatis ostenditur, de quo quisque cum egreditur, regni caelestis ei ianua aperitur. Et Ambrosius, quod refertur can. Per aquam, de cōse. d. 4. Per aquam, inquit, baptismi transitus est de terrenis ad caelestia. Est ergo catholica veritas, cuius negatio, aut dubitatio nefandissima esset hæresis.

Beda.

Primum argumentum S. Tho.

Existit nihilominus primum argumentum. S. Thomæ huiusmodi. Illud, quod est apertum, apertione non indiget: caelum autem per passionem Christi apertum fuit: ergo non aperitur per baptismum. Negatur consequentia, per baptismum namque non aliter quam per passionem referatur: prope quod eius instrumentum est, quo eidem incorporamur passioni. *Secundò* arguitur. Baptismus a tempore quo institutus est suos, debuit habere effectus: multi autem Ioan. 3. & 4. leguntur ante Christi passionem baptizati, quibus illico ianua caelestis aperta non fuit, secundum illud Michæ. 2. Ascendit pandens iter ante eos, hoc est, Christus prius in cruce mortalitatem exiit, quam alijs paradisum panderet: ergo hic non est effectus baptismi. Respondetur, baptismum tunc illis ianuam regni caelestis aperuisse, non quidem in re, sed in certa spe: quia Christum iam tunc presentem credebant, per cuius mortem, ac subinde in virtute eiusdem baptismi breuissimo tempore erant potituri regno: quod ideo circumfisioni, quæ erat professio non presentis, sed venturi, non competebat. Quod si arguas. Patres in limbo certam quoque habuisse spem regni, ad quod per gratiam erant accepti, id quidem fatemur: attamen non sperabant adepturos se regnum virtute circumfisionis: quia non erat instrumentum passionis, sed virtute passionis, cuius fidem habebant. *Tertio* arguitur. Baptizati obnoxij sunt poenalitibus huius vitæ, fami scilicet, & morbis: sed nemo quoad obnoxius est poenae, recipitur ad gloriam, vt patet de illis, qui sunt in purgatorio: ergo baptismus non aperit caelum. Respondetur, quod baptizati non sunt istis poenalitibus obnoxij ob reatum personæ. scilicet propter actualia peccata, sed propter statum naturæ: & ideo cum per mortem homo ab illo statu liberetur, fit etiam ab eiusdem poenalitibus liber, vt possit statim caelum intrare, nisi culparum poenae

Obiectio.

euāgelio, & manifesta ratione collecta, quod vnusquisq; quō ad altiorē gloriā prædestinatur, est etiā ad præstantiora bona prædestinatus. Quam ob rem, si Christus qui quoad sufficientiam æqualiter pro omnibus passus est, quoad efficaciam non æqualiter pro omnibus passionē obtulit, id sanè fuit, quia non omnibus per æqualia opera, & per eandē sacramentorū resumptionem erat applicanda. Secundū autem hāc opinionem nō opus est, vt qui ampliorem est recepturus gloriam, cumulatiora habeat merita. Nam per illā gratiā, quæ ex beneuolētia datur sine sacramenti virtute & sine merito, poterit habere maiore gloriā, quā alter. Etenim habentes æqualia merita possunt recipere inæquales gratiæ gradus: imō qui habet minora opera, ampliores. Vt verbi gratia. Qui prædestinatus est ad gloriā vt decē, faciendo opera, vt sex, maiorem gratiā suscipiet, q̄ prædestinatus ad gloriā vt octo, faciendo opera vt septē. Præsupposito in vtroq; vno gradu, verbi causa, gratiæ quæ præcisē virtute sacramenti suscepit. Quod, p̄fectō nescio quis cōcedere audeat: nam tunc nō esset æquissima libra diuini iudicij, vnde contingeret vt homines ad operandū segnior res negligētioreq; redderēt. Item sequeretur q̄ paruuli ante vsū rationis possent recedere in gratia inæquali, atque adeo ad inæqualē gloriā, quod licet Gabriel concedat, p̄fectō nō est tutū, cum absq; proprio merito sacramentalis gratia non augeatur. In sūma hoc certē absurdum concessū est, q̄ virtute passionis Christi detur alicui gratia, nisi eadē passio aut virtute sacramenti, aut virtute meriti applicetur & iuxta gradū dispositionis quæ est in suscipiente. Cuius contrarium hāc opinio asserit. Mittimus enim illud gratiæ culmē quod ex singulari priuilegio Deiparæ virginis, donatū fuit, & gratiā q̄ sanctificatis in vtero fuit infusa. Quocirca nō video p̄fectō quomodo inæqualitas hāc gratiæ, q̄ in sacramentis secundū Scotum cōfertur, seruari possit, nisi forsan ex maiori vel minore dispositione subiecti in adulto, de quo asserita est hic secūda cōclusio. Aliud ergo huic proximum in disputationem euocatur circa eandē primam conclusionem, vtrū saltem de uotione & precibus ministri, aut circumstantium accessio aliqua gratiæ fieri possit recipiēti sacramentū: nam & hoc quoq; ibidem Scotus concedit, etiam de puero, qui ante vsū rationis baptismate intingitur. In cuius

Aliud du-
bium.

sententiam Caiet. supra, q. 64. seu. d. r. q. 5. art. 1. subscripsit, idq; absq; distinctione siue paruulus sit ante vsū rationis, qui recipit sacramētū, siue adultus. Vñ illud, qd' illic in solutione secūdi ait D. Tho. annexū posse accrescere impetratione ministri apud Deum, glosat etiam de gradu gratiæ adiecto. At verò de paruulo ante vsū rationis neutiquā opinio sustineri potest. Nemo enim alteri quicquam gratiæ gratum facientis de condigno, mereri valet: hoc enim soli Christo tanquam ecclesiæ capiti competere potest, sed solum de congruo dum tamen sit in gratia cū Deo: nam qui eius inimicus est, nec de congruo quippiam apud ipsum mereri valet, vt lib. 2. de natura & gratia cap. 4. latē disputauimus. Differunt autem hāc merita, q̄ meritum de condigno, quo qui est in gratia per charitatis officia sibi ipsi meretur gratiæ augmentū, fit ex certa lege & infallibili, videlicet q̄ semper effectum suum obtinet. Meritum autem de congruo, quo scilicet existens in gratia meretur tēporalia bona, vel alteri etiam gratiam, non habet eandē certitudinem: imo Deus prout sibi expedire visum fuerit, aliquando annuet, vt quod petitur concedat, aliquando verò renuet. Igitur, q̄ nemo paruulo carenti vsu rationis gratiam aut primā aut eius augmentum mereri de congruo valeat, arguitur: quia id fieri nequit nisi merendo ei, vt ipse bonum animi motum habeat, aut bonum opus exerceat quod paruulis nō est possibile. Nā si Petrus Paulo mereretur, vt absq; vilo eius bono opere, vel daretur illi prima, vel augetur gratia, tūc Paulus in gloria nō reciperet secundū opera sua, & prout gessit in corpore, quod est contra iustitiam distributiuam. Et pariter, vt proximē arguebamus, sequeretur q̄ posset ei dormienti etiā extra sacramentum tā primam gratiā, quā eius augmentum mereri: quod re vera cōcedi non potest. Quinuerò cuilibet adulto ab omni opere cessanti posset alius gratiā mereri, quod eidē retributiuæ iustitiæ Dei manifestē aduersatur, quæ nemini nisi secundū opera sua reddit. Et re vera hoc videtur Aug. ad Cresconiu definire, & refertur de cōsec. d. 4. cā. Si inter bonos, vbi ait, baptismū, puta ei' effectū, propter meliorē ministrū nō dari meliorē: quod quidē D. Tho. loco citato ad hoc propositum allegauit. Neque verò glossa illic Caietani fati textui quadrat, videlicet, illud intelligi de effectū, qui præcisē sacramen-

Sententia
toris.

Meri. congru
condig.

Mala glossa
Caieta.

Matth. 9.

Antiqua re
simonia.

De D. Nico.

Palu,

to conuenit: illud autem adiectum prouenire ex impetratione ministri. Nam cum D. Tho. expressē illic loquatur de deuotione viri iusti, & dicat effectum sacramenti ab illa non prouenire, dicere videtur, neque virtute talis deuotionis, quippiam gratiæ baptizato accrescere. Eō vel maxime quod alioqui nomine annexi ipse expressisset gratiam. Hinc fit nihil ob stare, quominus adulto, seu dū baptizatur seu extra baptismū alius possit gratiam mereri tam primam, quā eius augmentum: nam poterit illi mereri, vt conuertatur in Deum, & pariter vt post conuersionē in bonis se exerceat operibus, ex quo non inferentur inconuenientia supra illata: nāq; ille recipiet in gloria secundū opera sua. Et hoc pacto mater Augustini suis precibus mereri potuit filio, sicuti & Stephanus meruit (vt fertur) Paulo suam cōuersionem, & fortasse postmodum Ananias dum eum baptizauit, vt fermentius ac dignius sacramētum susciperet. Atque idem de Petro dū baptizauit Cornelium sentire licet. Vnde sic intelligendus est locus ille Matth. 9. de paralytico. Cui videns Iesus fidem illorum, dixit confide filii, remittuntur tibi peccata tua. Vbi ait glossa. Quantum valet apud Deum fides propria, apud quē sic valuit aliena, vt intus & extra sanaret hominem. Fides enim aliorū ad salutem valuit corporalem paralytici, sed ad salutem spiritualement nō nisi fides propria, quæ forsan propter merita aliorum auctior fuit. Et eodem modo intelligenda sunt illa priscorum merita patrum, quæ Deus in eorum sobole præmiabat, iuxta illud Moyse Exod. 32. Recordare Abraham & Iacob, &c. Et Daniel. 3. Ne auferas à nobis domine misericordiam tuam propter Abraham dilectū tuum, &c. Illa enim merita ad bonum tēporale referebantur, sicuti Genes. 18. legitur, q̄ Deus liberauit Loth propter Abraham. Ad illud autem, quod de Nicolao afferri solet, q̄ ante rationis vsū ieiunabat, quod iudiciū apparet maioris gratiæ, quā in baptismo receperat, negatur illud inde prouenisse: nā multi sunt adulti in maiori gratia, quā ille tunc erat, qui illud non faciunt, sed fuit gratia gratis data tanquam præfagium sanctitatis, ad quā per egregia opera promouēdus erat. Nisi dicas acceleratū in eo fuisse ratiois vsū, quod firmum non habet fundamentum. Hic autem non est admonitio prætermittenda aduersus opinionē Paludani ead.

d. 4. q. 1. Sic enim sentit de reparatione ruinae angelorum per glorificationem hominum, vt arbitretur tot esse neque vno plures aut pauciores beandos homines, quā quot ceciderunt angeli. Imò ad eosdem prorsus gradus assumendos, à quibus ipsi ceciderunt. Præter beatissimam virginem, quæ super omnes choros angelorum exaltata est. Vnde infert, q̄ nō possunt duo homines decedere in gratia æquali: quia in gloria, vt ait. 1. Corin. 15. Paul. sicut stellæ in claritate, sic beati different. Atq; inde rursus colligit, paruulos, qui ante vsū rationis ab hac vita sunt migraturi, non recipere æqualem gratiam: ne sint pares in gloria. Secus de illis, qui superuicturi sunt: nam illi licet æqualē recipiant, possunt tamen post suis operibus inæqualiter augere. Hæc autem opinio multa continet, quæ nō sunt suo autore digna: imò absq; vilo fundamento asserita. Primum enim, quod angelorum ruinae per hominum assumptionem sint reparandæ, non sic adamussim intelligendum est, vt par sit omnino saluandorum numerus: nā homines per se sunt creati & prædestinati: quoniam creaturæ sunt rationales, absq; respectu angelorum: quare licet illi nō cecidissent, homines bearētur, atq; adeo possunt plures aut pauciores illa perfrui felicitate à q̄ ceciderunt angeli. Sed dicuntur reparare illam ruina, quia sicut multi ceciderunt, multi assumuntur. Vnde multo minori probabilitate asseritur, q̄ ad eosdē gradus, à quibus illi ceciderunt, sunt homines assumendi. Vnusquisq; enim secundū suam prædestinationem, & vt ait. Pau. secundū opera sua, & pro vt gessit in corpore præmiandus est. Igitur paruuli, vt conclusionē faciamus, oēs eundem prorsus gradum gratiæ suscipiunt, nempe illum præcisum, qui confertur virtute sacramenti. Figmentum enim est dicere quod propterea quod nō sunt peruicturi ad vsū rationis, recipiant omnes illi dissimiles gradus. Quare decedentes ante vsū rationis omnes habebunt æqualem gloriā. Neq; verò repugnat, vt plures etiā adulti pares sint etiam in gloria. Quod autem Paulus beatos cum stellis cōfert, differentibus in claritate, intelligitur, quod erunt ferè innumeræ mansionum differentiar, iuxta illud euangelicum. In domo patris mei mansiones multæ sunt: non tamen sic, vt repugnet esse nonnullos similes. Adde credibile esse, gradū gratiæ baptismalis esse minimum omnium graduum

Reprobatio
opinionis.

duum gratiæ, qui in vita recipiuntur: nam ille solus confertur præcisè virtute sacramenti. Enimvero si postmodum paruulus confirmetur, iam adhibetur alius gradus illi baptismali. Imò quia confirmatio ordinatur ad protegendam publicitus fidem, ac perinde ad robur eiusdem fidei altiore gradum videtur per se suggerere. Aliavero sacramenta non applicantur nisi adultis, qui aliquam adferunt dispositionem, virtute cuius augetur gratia. Atque illa, quæ extra sacramentum per modum meriti de condigno augetur, quia per proprium actum suscipientis acquiritur, maior censetur, quam quæ paruulo per solum baptismum donatur.

*De conclusio-
ne secunda.*

¶ Circa conclusionem secundam est dubium, an sic intelligatur, quod sola illa gratia, quæ adulti dum baptizantur virtute sui meriti, recipiunt sit inæqualis, an verò illa etiã, quam recipiunt virtute sacramenti. Etenim si de prima intelligatur, nihil ad rem: nam illa etiã absque sacramento recipitur propter deuotionem, quæ est baptismus flaminis. Si autem de secunda, tunc sequitur, quod non cuiquam sacramento certus attribuitur gradus gratiæ, sed est variabilis. Ad hoc respondetur quod licet S. Tho. non aliud dicat, quã quod virtute sacramenti inæquale de gratia nouitatis vite recipiant, tamẽ arbitror intelligendum esse de gratia sacramentali. Enimvero illa est proprie per quam acquiritur noua vita, cum sit gratia regenerationis, & renouationis. Et hæc apparet sententia Damasceni loco citato lib. 4. cap. 10. cuius verba sunt. Peccatorum remissio omnibus æquæ per baptismum donata est: gratia verò spiritus sancti secundum dispositionem fidei & puritatis. Item quia credibile est, opera gratiæ esse sicut opera nature, quæ, ut ait Aristot., variantur secundum dispositionem subiecti. Et confirmatur exẽplo S. Tho. quod sicut qui propinquus accedit igni, melius eius calorem participat, sic qui deuotius accedit ad sacramentum, gratiam illam sacramentalẽ plenius participat. ¶ In hoc ergo sensu conceditur, certum gradum cuique sacramento respondere, quod ubi nulla suscipientis inuenitur dispositio, ut in paruulis: inuariabilis est, in adultis verò erit minimus, ubi minima inuenitur dispositio: scilicet, ubi nõ aliã inuenitur, quam obicis remotionem: augebitur autem ab extrinseco per maiorem dispositionem subiecti. Non quidem ad æqualitatẽ, quod si accedat cum dispositione ut vnum, augeatur

*Sententia au-
toris.*

tur gratia sacramentalis ut vnum, et si ut quatuor, ut quatuor: ita ut tantum sit augmentum gratiæ sacramentalis, quãtum prouenit ratione meriti. Hic enim esset nimis excessus: sed quod cuiuslibet gradui dispositionis respondeat aliqua quota pars illius gradus, qui datur ratione sacramenti, ut octaua vel decima. Quo fit, ut quod gradus sacramentalis de se est maior, ut fortè in eucharistia quã in baptismo, plus cuiuslibet gradui dispositionis respondeat.

¶ Contra hæc autem arguit primo loco. S. Th. *Primum argu-
mentum.* Paruulis per baptismum duntaxat remittitur originale: adultis verò etiã actualia: ergo non habet æqualem effectum. Respondetur autem hoc nõ prouenire ex varietate baptismi, qui omnia per se tollere valet, sed ex diuersitate subiecti, quia non omnes habent paria peccata: sicut ignis quantumvis ei materia apponatur, totam absumit. ¶ *Secundum argu-
mentum.* Secundò arguitur. Per baptismum conferuntur homini gratia & virtutes: sed in baptizatis experimur alios præ alijs eiusdem virtutibus pollere: ergo nõ æquales conferuntur. Respondetur illud discriminẽ prouenire, vel quia adulti in æqualem dispositionem ad baptismum attulerunt, vel quia in inter paruulos, rationis lumen ingressos, gratiam baptismalem per officia charitatis alius alio perfectius auxit. ¶ *Tertium argu-
mentum.* Tertio. Gratia datur secundum dispositionem & capacitatem naturalem, ut de angelis. 1. part. quæst. 62. arti. 6. autor est D. Tho. sed puerorum vnus maiorẽ habet quã alius capacitatem naturalem propter diuersas complexiones: ergo maiorem recipiet gratiam. Respondet egregie ad maiorem, quod tunc vera sit, quando illa capacitas naturalis inuenitur secundum mentem, in qua recipitur gratia. Quare Angeli, quia oēs secundum substantiam spirituales differunt specie, secundum quantitatem naturalium receperunt primam gratiam: homines verò secundum animam non differunt specie, licet secundum corpus habeant varias complexiones, & ideo non est par ratio. ¶ *Quartum argu-
mentum.* Quarto. Nonnulli non solum gratiam recipiunt per baptismum, sed & aliud beneficium corporale, ut de Constantino legitur, qui à lepra mundatus fuit. Respondetur, illum non esse effectum per se baptismi, sed miraculum per diuinam ei prouidentiam adiunctum. Tametsi historia illa Constantini, quod per baptismum fuerit à lepra mundatus, non vsq; adeò sit authentica, ut hinc Caie. & nos infra d. sequẽ. ar. 4. adnotabimus.

ARTI

ARTICVLVS. VII.

Vtrum fictio impediatur effectum baptismi.



Conclusio.

RDINE optimo post effectum baptismi subsequitur sermo de eorum impedimento, quod est fictio. Vnde statuit D. Tho. conclusionem. Fictio impedit effectum baptismi. Et probatur. Spiritus sanctus (ut Sapientia. 1. legitur) disciplina effugiet fictum: effectus autem baptismi est ab spiritu sancto fictio ergo eundem effectum impedit. Dein de confirmatur ratione. Deus, ut autor est Damasc. nemine ad iustitiam cogit: ergo ut quis per baptismum iustificetur, requiritur eius voluntas, qua baptismum, atque eius effectum amplectatur: fictio autem est voluntas contradicendi vel baptismum vel eius effectum: ergo prior impedimentum est ne suscipiatur sacramentum, & posterior ne suscipiatur gratia, quæ est eius effectus.

*Expositio ar-
ticuli.*

¶ Hic primum omnium notandum fictionis nomine intelligi hypocrisim, hoc est, simulationem, dum quis non gerit in pectore, quod opere externo demonstrat: videlicet, cum quis accedit ad baptismum non ea voluntate, ut ipsum vel eius gratiam suscipiat. Diximus simulationem, & non formaliter mendacium: nam qui ore diceret se habere voluntatem, quam non habet, mendacium committeret, quod est aliud speciale peccatum, virtuti veritatis contrarium: fictio autem est cum homo se talem accedendo fingit, qualis re vera non est. Vnde ipsa simulatoria, ac perinde sacrilega sacramenti susceptio dicitur, & est fictio. Et quãuis D. Aug. ut hinc D. Tho. refert, quatuor fictionis modos enumeret: scilicet, quando quis accedit non credens, ut infidelis: & dum sacramentum contemnit: & quando minister sacramentum non secundum ritum ecclesiæ ministrat: & quando suscipiens deuotè non accedit. Duo tamen sunt modi, qui ad rem faciunt, secundum duo quæ in sacramento considerantur: nempe, substantiam sacramenti, qua fit homo per characterem Christianus, & rem sacramenti: scilicet, gratia, qua iustificatur. Vna ergo est fictio, quando simpliciter deest intentio suscipiendi sacramentum, quod ecclesia confert, & tunc liquidum est, non perfici sacramentum, ut d. precedenti art. 7. conclusum est, & autor est Innoc. cap. Maiores, de baptismum. Quare de

*Duo fictionis
modi.*

Fictio.

hoc non aliud addendum est verbum. Sed aliter est fictio, qua scilicet quis intendens suscipere sacramentum, non vult affectum peccati mortalis relinquere, imò est in eo obstinatus. Et huiusmodi fictio non obstat, quominus suscipiatur sacramentum cum chara etere & fide informi: obstat tamen ne gratia infundatur, atque adeò ne remissio fiat peccatorum. Quæ quidem conclusio in hæreticis, qui baptizantur, patetissimã habet veritatẽ, ut ead. dist. precedenti art. 8. monstratum est, & Aug. in cunctis operibus aduersus Donatistas effulsissimè probat. Sed & citra hæresim de fictione aliorum peccatorum eandem idẽ Aug. *August.* demonstrat lib. 1. contra Donatistas cap. 12. & refertur de consecra. dist. 4. can. Ostenditur. & can. Quomodo Deus. ubi probat illud eadem autoritate Sapientia. 1. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum. Et can. Sicut ficti. 1. q. 1. ubi ait, quod ficti veraciter (scilicet quantum ad gratiam) non ficti suscipiunt quantum ad substantiam sacramenti. Quãuis verba eo. c. 12. subiungat, quibus nonnulli decipiuntur. Loquitur enim sic contra hæreticos. Si dixerint, cum quis fictus accessit per vim sacramenti dimissa illi esse peccata, sed ratione fictionis continuo redire &c. Vnde alii qui colligunt, sensisse, quod etiam ficto remittuntur peccata. Id autem non asserit, sed arguendo profert. Imò affirmatissimè iam tunc dixerat, nullatenus ficto infunditur gratia. Quin verò inde argumentum sumit ad hæreticos, quod scilicet sicut contingit in alijs peccatis, ita & dum in hæresi baptizantur, sacramentum suscipiant sine gratia, atque adeò sine remissione vilius peccati aut actualis, aut originalis. Hoc autem addiderim propter Gabr. *Gabr.* brielem, qui ob nescio quam argutiunculam 2. Sentent. dist. 32. conclusione. 2. non est asserere veritatem, quod si quis cum complacencia peccati mortalis ad baptismum accedat, remissionem originalis culpæ absque gratiæ infusione recipiat. At verò cum eiusmodi originalis remissio sit ablatio veræ culpæ, atque adeò reconciliatio in amicitiam Dei, error est non ferèdus dicere, quod absque gratia & remissione omnium mortalium fieri possit. ¶ *Dubium de
attritione.* Dubium autem est in præsentiarum, quod dist. precedenti art. 4. retulimus, & hucusque distulimus: scilicet, vtrum à peccatore accedente ad baptismum vera exigatur contritio; an verò satis ei sit attritio. Et supponamus vsq; ad locum sacramenti poenitentiae, sic inter istos

Y dolores

dolores differre, q̄ cōtritio est dolor propter Deum, seu de offensa Dei, attritio verò dolor propter inferni supplicia, aut propter aliq̄d tēporale detrimentū. Et quidē ista attritio dupliciter potest contingere. Vno modo quòd sit existimata cōtritio, ita vt qui illā habet, fallatur putans se dolere propter Deū: atq; altero modo vt sit nota: scilicet, vt accedens sentiat se non propter Deū, sed aliā ob causam dolere. Igitur vt inter certa & incerta discernamus, sit prima cōclusio. Ad dignè suscipiendum baptismū sufficit non opponere obicē gratiæ. Probatur, quia baptismus est sacramētum regenerationis siapte institutione (vt dictū est) viuificans hominē, faciens scilicet vt moriatur peccato & viuat Christo. Et confirmatur ex illo Innoc. ca. Maiores, de bap. vbi ait, tunc sacramentalem operationem impri- niere characterem cū obicē voluntatis cō- trariæ non inuenit obstantem. Nā et si illic de obice opposito sacramenti substantiæ lo- quatur, pariter de obice gratiæ loqueretur. Atqui hoc S. Th. superius. q. 68. arti. 4. docuit dicens, q̄ peccatoribus exiltentibus in reatu & macula præteritorū criminū conferendus est baptismus, si non persistant in proposito peccandi. Et infra. q. 80. art. 4. ad. 2. differentiā cōstituet inter baptismū & eucharistiā, q̄ cū baptismus sit medicina purgatiua, quæ datur ad tollendā febrem peccati, potest dari infir- mis: eucharistia verò, quia non est nisi sacra- mentū vinentiū spiritualiter, nō debet dari ni- si illis, qui censentur iam esse in gratia. *Sed dubiū est, quid requiratur ad tollendum obi- cem, vtrū sufficiat, q̄ homo priuatiuē se ha- beat erga peccata, an verò requiratur aliquis actus positiuus. Forsan enim quis opinaretur nullum actum positiuum requiri. Nam cū nō opponere obicem, negationem dicat, ap- paret satis esse non cōplacere in peccatis, q̄d sonare videntur verba illa modo citata Inno- centij. Vbi obicem contrariæ voluntatis non inuenit obstantē. Item quia cū per se ba- ptismus sit collatiuus spiritualis salutis & vi- tæ, non aliud requirit præparamentū, quàm non inuenire complacentiam peccati morta- lis. Ad hæc si vllus esset dolor requisit⁹, tūc ba- ptismus nō differret à pœnitentiā, imò dicen- dus esset sacramentum pœnitentiæ. His nō obstantibus subiicitur secunda conclusio. Ad baptismū requiritur in adulto aliquis actus positiuus pœnitentiæ mortalium. Hoc con- stat ex illo Actuum. 2. Pœnitentiā agite, &*

Prima cōclu- sio.

Dubium.

Secunda con- clusio.

baptizetur vnusquisq; vestitum in pœnitenti- nem peccatorum. Item ex illo Aug. quod hoc propositum citauit S. Tho. vbi ait, q̄d omnis voluntatis suæ arbiter constitutus est accedit ad sacramētū fidelium, nisi eum pœ- niteat veteris vitæ, nouam non potest inchoa- re. Et Magist. Sentent. in. 4. d. 4. adducēs illud Ambrosij, Baptismus non requirit planctum nec gemitū, ait verbum illud intelligi de ex- teriori satisfactione: nam interna, inquit, pœ- nitentiā necessaria est ad baptismū. Vnde be- ne S. Tho. illic. q. 2. art. 1. ad. 1. ait, ad baptismū requiri contritionem, non quasi concausam (sic enim legendū est, & non, non quasi con- tinuam) ad destructionem peccati, quasi ba- ptismus non fit per se sufficiens, sed ad tollē- dum obicem. Et iam supra d. præcedenti art. 4. exposuimus verbū Innocentij, q̄ non inue- nire contrariam voluntatem baptismō, est re- quiri voluntatem eiusdem. *Tertia cōclu- sio.* Non requiritur detestatio peccatorū in par- ticulari, nec vt fiat aliqua eorū indagatio, vt reuocentur in memoriam, sed satis est aliqua generalis, vt pœniteat hominem se peccasse. Et in hoc primū differt à sacramento pœ- nitentiæ, vbi dicimus, requiri particulare do- lorem, & peccatorum confessioem. *Quarta cō- clusio.* Si vera contritio ante baptismū adfit, quæ est dolor propter Deū, cum voto ipsius baptismi vel implicito, vbi est ignorā- tia inuincibilis baptismi, vel explicito, si iam fit eius prædicatio audita, per illam tolluntur omnia peccata tam originale quā mortalia, sed tamen talis contritio non est necessaria. Prima pars notissima est, quia est baptismus flaminis. Et secunda etiam inde cōstat, quòd aliàs baptismus dum adulto confertur, nun- quam remitteret peccata, quia semper inue- niret ablata, nec faceret ex attrito cōtritum, atq; adeò nec esset sacramentum mortuorū ad ipsos viuificandum institutū: sanè cum ta- lem effectum nunquam fortiretur. *Quinta cō- clusio.* Ad baptismum sufficit attritio exi- stimata contritio. Hæc etiam certissima est: quoniam, vt in subsequētibus videbimus, ad cuncta sacramenta, etiam ad eucharistiā suffi- cit. Cū enim quis ad sacramētū accedit, putans, bona fide se esse contritū, dignè qui- dem accedit, quanuis fallatur. Et huiusmodi accedentes sunt, qui per sacramenta ex attri- tis efficiuntur contriti, vt circa sacramentum eucharistiæ & pœnitentiæ disputabimus. *Dubium igitur postremum superest, vtrū sufficiat*

Tertia cōclu- sio.

Quarta con- clusio.

Quinta con- clusio.

Dubium.

sufficiat attritio nota, ita q̄ ille, qui accedit, bene intelligat se nō dolere propter Deū, sed propter pœnas inferni, vel p̄pter aliud quid- piam. Et quidem Scotus in. 4. d. 4. q. 5. & Du- ran. q. 2. & Palud. q. 1. & recentiores dicūt suf- ficere attritionem. At quia non distingūt de attritione cognita, aut de illa, quæ existima- tur contritio, nescimus quid dicāt. Videntur tamē sentire, q̄ sufficiat etiā illa, quæ cognos- citur esse attritio. Antiquiores verò, vt Alex. Alenf. 4. par. q. 18. memb. 2. ar. 1. & D. Tho. in 4. d. 4. q. 2. ar. 1. ad. 1. dicunt, exigi contritiōnē. Neq; hic D. Tho. meminit attritionis, sed so- lum dicit, q̄ requiritur voluntas, qua homo amplectatur baptismum & eius effectū: & in solutione. 3. dicit, q̄ sufficit velle à peccato recedere. Et ex recentioribus Gabr. dist. 4. q. 2. conclusio. 4. huc inclinat, q̄ requiritur con- tritio, & putat esse opinionem Scoti. Quæ ta- men non attentè inspexit, ille enim nō ait, ni- si eum fidē accedere, qui peccatum habet, de quo nullo modo atteritur, vel cōteritur. *At re vera est non debile argumentū, q̄ eiusmodi attritio non sufficiat. Nō dico quando me- tus inferni est motiuum, ad inducendū timo- rem filialem propter Deum: nam illū liquidū est sufficere, sed quando in solo illo metu per- sistitur. Nam dolere solū propter inferni tor- menta, aut aliud incommodum temporale, non est dolere de offensa Dei. Qui enim sic affectus est, non dolet se Deū offendisse, sed illa se incurrisse pericula & dāna. Qui autem non dolet de offensa Dei, certè non amouet voluntatem suam à peccato quatenus pecca- tum est: scilicet, quatenus contra Deū. Atque adeò non solū permanere videtur in macu- la peccati, verū quodammodo in compla- centia. Et confirmatur, quia ius nature admo- net, vt qui alium offendit non antea illi recō- cilietur, quàm eum pœniteat se illū offendis- se. Qui enim patrem meū occiderit, si postea eum nō propter me pœnitet, sed propter pa- tibilium, neutiquā est mea amicitia dignus. Et quidem ad sacramentum pœnitentiæ, vt illic videbimus, arbitror huiusmodi attritio- nem non sufficere, ob id q̄ requiritur illic cō- fessio, ac subinde vt dolor cordis, oris cōfes- sioni respondeat: confessio autem debet esse accusatio de offensa Dei, à quo venia petitur & ideo saltem in sua existimatione talem de- bet pœnitens afferre dolorem. *At verò cū in baptismō talis accusatio nō sit necessaria, sed satis sit pœnitentiā interior ad recipiendū**

Scotus.

Antiqui.

Argument.

Secunda cōclu- sio.

Caiet.

Argument.

baptismum in remissionem peccatorum, vt ait Pet. Actū. 2. adhibere possumus hæc sex- tam conclusionem. Sufficit ad baptismū hu- iusmodi nota attritio, vt in hoc quoq; diffe- rat à pœnitentiā. Et ad argumentum modo factum respondetur, q̄ licet talis attritio non sit conuersio, est tamen a motio voluntatis à peccato, si adfit intentio emēdandi vitam, vt cum intentione recipiendi baptismum ad re- cipiendam gratiam in remissionem peccato- rum, sit sufficiens dispositio ad suscipiendam gratiam per virtutem sacramenti. *Et confir- matur hæc ratio, quia ille, qui in tali disposi- tione martyrium pateretur, censeretur gratiā suscepisse. Et tertio id confirmatur autorita- te D. Thomæ supra citata. infra. q. 80. artic. 4. dicentis baptismum posse dari infirmis & d. 79. art. 3. ad. 2. ait, conuenienter eum accedere ad baptismum, qui habet conscientiam pec- cati mortalis. Et per hoc respōdetur ad argu- mentum proximè factum. Negatur: scilicet, q̄ iste attritus maneat in complacentia pec- cati, quādoquidem ex hoc quod habeat pec- cati conscientiam, non sequitur eum manere in complacentia, sed dūtaxat in macula: pec- catores autem manentes in sola macula, di- ctum est, dist. præcedenti art. 4. esse baptizan- dos. Atq; ad aliud de iure nature respōdetur, satis esse ad reconciliationem, q̄ homo attri- tus suscipere velit recipiatq; baptismum, quē Deus ad suam reconciliationē instituit. Imò verò Caiet. vt infra. d. 86. ar. 2. patebit, affirma- re videtur, nullū aliū requiri pœnitentiæ actū in eo, qui ad baptismū accedit, quā velle susci- pere baptismum in remissionē peccatorum. Neque verò forsan à veritate est alienus. Sed de hoc illic. Nā hoc fortasse intelligit hic D. Tho. dicens quòd requiritur voluntas ample- ctendi baptismum & eius effectum. *Cōtra id autem, quod de hac fictione dictum est, ar- guitur. Sequeretur illum, qui fidē accedit in complacentia peccati mortalis præteriti, no- uum crimen committere accedendo: quia sa- crilegium est sacra indignè suscipere. Conceditur cōsequentiā. Quòd si in contrarium ar- guas, rationem, quare alia sacramenta susci- pere in peccato, sit peccatum, eam esse, q̄ in baptismō confertur gratia ad suscipiendum alia, & ideo obligatio fit, vt dignè suscipian- tur: ad baptismum autem suscipiendum nul- la præcessit per aliud sacramētū collata gra- tia. Respondetur, non eam duntaxat esse cau- sam, verū & hanc, quæ est suscipere sacramē- tum,**

Duplex sacri
legium.

tum, quo gratia cōfertur obicem opponēdo ne suscipiatur: est enim hic sacramenti contē ptus. Ex quo fit duplex posse sacri legium cōmitti in sumptione sacramēti. Vnū scilicet permanere in cōplacētia peccati prateriti, quod est peccatum nouum. Alterum verò si prater hoc, praua intētiōe & sine suscipia- tur: videlicet, propter adulteriū, vel ad praua ricandā postea Christianā religionē, aut pro- pter quid simile. Quæ quidem distinctio pro articulo statim proximo obseruanda est.

Primum ar-
gumentum.

Primum argumentū S. Thomæ est. Quicūq; baptizatur, vt ait Aposto. ad Galat. 3. induit Christi, quotquot autē baptizatur intentione suscipiēdi quod ecclesia tradit, verē baptizatur: ergo Christi induunt, etiā si fictē acce- dāt. Christus autē nō nisi per gratiā induitur: ergo illā recipiūt. Respondetur ad maiorem, q̄ baptizari in Christo vno modo cōtingit per cōformitatē ad ipsum: & hoc nō cōtingit nisi per fidē charitate formatā. Alio modo per hoc, q̄ suscipiūt sacramentū Christi: & isti nō induit illū nisi per cōfigurationē characteris:

secūndum ar-
gumentum.

quia. f. Christiani fiūt. Secūdo arguitur. Ba- ptismus operatur diuina virtute, quæ volun- tatē hominis mutare potest: nulla autē causa per id quod euincere potest, impeditur, vt pa- tet de igne, qui nō cohibetur humiditate pas- si, quā exicare potest. Respondetur egregiē, q̄ Deus potest quidē voluntatē hominis mu- tare, qui tunc non accederet fictus: institutio autē baptismi nō est ad eiusmodi voluntatis mutationem, sed ad hoc, vt qui fictē nō acces- serit, per ipsū iustificetur. Tertio arguitur.

Tertium ar-
gumentum.

Effectus baptismi est gratia, cuius obex est peccatū: sunt autē alia grauiora peccata, quā fictio, quæ nō dicuntur eandē gratiā impedi- re: ergo neq; fictio illā habet vim. Respondetur, fictionē in hoc cōsistere, vt dictū est, q̄ cū accedēs eo ipso accessiois opere p̄fiteatur se rectā fidē habere Christi, velleq; se ab ipso iustificari, id tamē non gerit in peccatore, quia sibi peccatū cōplacet: quodcūq; nanq; mor- tale peccatū amicitia Dei obstat: & quoniā, vt ait Iacobus, qui peccat in vno reus fit om- niū, fictio ipsa quodāmodo includit omnia peccata quaten⁹ amicitia Dei respuit, eiusq; gratiæ ostiū cordis occludit. Hoc autē ait S. Tho. intelligitur de peccō mortali culpe, q̄ gratiæ opponitur: nā cōplacētia venialis, vt pote quod gratiæ nō repugnat, nō est obex gratiæ. Quæ quidē sententia in vniuersum ab omnibus suscipitur. Alioqui cōsequeretur, vt

De peccato
veniali.

quis posset propter solū peccatū veniale cō- dēnari. Puta si quis de omnibus mortalibus attritus, retinēs tamē in proposito venialem culpā, accederet ad baptismū, nā quamuis ille ob mortalia praterita condēnaretur, tamen venialis cōplacētia esset in causā ne bap- tismi gratiā susciperet. Hoc autē nefas esset con- cedere. Arguitur autē in contrariū. Baptis- mus de se remittit omnē culpā & p̄cā: illa autē cōplacētia venialis culpæ obstaculum est ne eadē culpa remittatur: ergo per illam iniuria irrogatur sacramēto, atq; adeo appa- ret mortale sacrilegiū. Et cōfirmatur. Saltem si quis per peccatū veniale susciperet bap- tismū: vt si illū ob vanā gloriā susciperet, vide- tur mortale iniuriam facere rei sacræ. Paluda- nus est qui. d. 4. q. 5. sub dubio refert, venialis peccati cōplacētia in susceptione sacramen- ti esse mortale, præsertim in eucharistia. At verò nō est hoc in dubiū reuocandū: nā licet sit aliqua irreuerētia, nō tamen mortalis. Sed hoc tantū cōsequitur, q̄ illa venialis culpa nō remittitur per sacramentum.

Argument.

Pet. & Palu.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum fictione recedente baptismus suum effe-
ctum consequatur.



AN NEXVM est superior ar- ticulo perscrutari, vtrū fictio sit impedimentū perpetuū, an ve- rō postea tolli possit. Et respon- det D. Th. vnica cōclusione af- firmatiua. Remota fictione per p̄cāntiam baptismus statim cōsequitur suū effectū. Pro- batur primò autoritate Aug. li. i. de bap. cō- tra Dona. ca. 12. quæ refertur can. Tūc valere, de cōsec. d. 4. Tūc enim, inquit, valere incipit ad salutē baptismus, cū illa fictio veraci con- fessione recesserit, quæ corde in malitia vel sa- crilegio perseverante peccatorū ablutionem nō sinebat fieri. Confirmatur etiā ratione ex naturali similitudine. Baptismus est quædam regeneratio: dū autē aliquid generatur simul cū forma consequentē effectū suscipit, nisi a- liquod obstat impedimentū: quare illo subla- to statim eūdē cōsequitur effectū. Vt lapis dū generatur illico deorsum mouetur, nisi præ- pediat, quare amoto impedimento statim cadit: similiter quicūq; baptizatur caracte- rē suscipit baptismalē quasi formā baptismi, & ideo gratiā simul susciperet nisi obstaret fictio:

Conclusio.

Expositio ar-
ticuli.

Glossa Ioan.
Andr.

fictio: illa ergo per p̄cāntiam sublata, reci- pitur gratia.

Cōclusio hæc omnium est doctorū vniuer- salis quantū ad verba propter Augustini au- toritatē, sed tamen quantum ad sensum non cōstat omnino inter doctores concordia. Est enim glossa apparatus Ioānis Andree, super dicto can. Tunc valere, quæ ait non propter baptismū fieri remissionem peccatorum, sed propter cordis contritionē. Atq; hanc inter- p̄tes iuris canonici plurimū sequuntur. In quo- rū gratiā argumentū ex. 2. Physi. ducitur, vbi ait Philosophus, quod effectus in actu, requi- rit causam in actu, aliās res quæ non est aliqd nunc posset producere: baptismus autem iā tūc cū sua virtute elapsus est: ergo nil efficit. At verò vt doctē aiūt Duran. in. 4. d. 4. q. 4. & Palud. q. 5. quibus Caie. hic ad stipulatur, glos- sa hæc textū corrūpit. Haud enim hic dispu- tamus de effectu p̄cāntiæ, sed de effectu baptismi per fictionē impedito, vtrūm refur- gat. Et Aug. expressē ait, q̄ baptismus tūc in- cipit valere, cū fictio veraci cōfessione tolli- tur, vbi p̄cāntiæ solū tribuit fictionē tolle- re, & tunc baptismū ait valere ad illū effectū, à quo impediabatur. Respondebat enim illic Donatistis, qui aiebant baptismū ab hæreti- co susceptū nihil valere, eō, quod gratiam nō cōferret. Respondebat scilicet quod valet quā- do recedit fictio. Secūdo id p̄batur. Ratio enim hui⁹ Augustiniani assertū inde ortū ha- buit, quod cū baptismus, vt habetur in conci- lio Florentino fuerit institutus ad remissionē originalis, quod aliena volūtate contrahitur, nulli sacramēto voluerunt patres hoc adscri- bere nisi soli baptismi, qui est sacramentum regenerationis in nouam vitam, atque adeo omniū sacramentorū ianua: & quoniam con- stat illi fictē baptizato, & postea p̄cānti originali cū actualibus remitti, illam origina- lis remissionē, atq; eorū actualiū, quæ bap- tismū præcesserant eidem baptismi tribuunt. Alioqui sequeretur, q̄ aliquis non regeneratus ex aqua & spiritu sancto in Dei filiū adopti- uū, nec per ignorantia inuincibilem excusa- tus, posset contra sententiam Christi introi- re in regnū cœlorū: nā si tunc baptismus non habet effectū regenerationis, fictus ille nun- quā posset regenerari, quia baptism⁹ nequit iterari. Tertio arguitur. Recedēte fictione omnia peccata antecedentia baptismi plenē quoad culpā & p̄cāntiam extingūt: nam hæc est conditio remissionis originalis, vt omni-

bus illic condōnatis resurgat homo in nouā vitam: hoc autem facere nequit p̄cāntia, neq; p̄cāntiæ sacramentū, quoniam illic non fit absolutio, nisi virtute clauū ecclesiæ, cuius iudicio nō subdūtur peccata ante bap- tismū cōmissa: eō quod per baptismū homo primò iurisdictioni ecclesiasticæ subijcitur: er- go eiusmodi remissio fit per baptismū. Ad argumentū ergo in fauorē iuriconsultorum factū respōdetur per doctrinā hic S. Thomæ, quod cū per baptismum imprimatur charac- ter, q̄ manet in baptizato, virtute eius post- modū recedente fictione infunditur gratia.

Durandus.

Hoc autē Duran. loco citato sinistrè intelli- git, arbitratur enim D. Thomā asserere charac- terē esse dispositionē necessitantem ad gra- tiā. Quod quidē subinde impugnat, eō quod & character sine gratia esse potest, vt in præ- sentiarum, & è conuerso gratia sine caracte- re, vt patet de Cornelio & alijs, qui ante sus- ceptionem baptismi iustificātur. Et ideo sub- dit, quod si teneatur, nullā in sacramento inef- se virtutem cōferendi gratiā, sed ad eius præ- sentiam Deū ex pacto illam infundere, facile intelligitur quemadmodū ratione pacti pro- pter antea applicatū baptismū, recedente po- stea fictione, conferatur gratia. Si autem in sit virtus sacramento, cū illa præterierit, non ita apparet possibile. Ad quæ quidē argumenta Paludanus respondere conatur. At verò non ita hinc multis opus est. Nam in primis. D. Th. non ait hinc characterem esse dispositionē gra- tiæ: id enim in. 4. d. 4. prædixerat, quod tamē in summa nō sustinuit, & supra d. 1. q. 4. art. 4. satis explicuimus illud esse falsum. Imò cha- racter consequitur ad fidē in eodē intellectu, & fides legitimo ordine cōsequitur gratiam, quæ ideo vbi non opponitur obex prior na- tura producit q̄ character: sed quia vbi im- peditur infusio gratiæ producit fides mor- tua, cōproducit character. Quare hinc non appellat eū dispositionē, sed formā, qua ho- mo fit Christianus, virtute cuius Christianif- mi postea sublato obice infunditur gratia. Et appellauit illum formam propter similitudi- nem ad formam grauis, ad quam sublato im- pedimento consequitur motus. Neq; ad hoc quidpiā refert, quod virtus infundēdæ gratiæ in sit sacramēto: illa enim, vt diximus d. 1. q. 3. nō est nisi motus aquæ, qua homo abluatur, virtute cuius postea infunditur gratia. Et est nonnullū exēplum naturale. Siquis cōtinuò dum generat, ante quàm foetus viuat, inoria-

tur; clarū enim est posthumū illū virtute parentis defuncti vitā suscipere. Quod si neget omnino simile, quia māsit semē, nos etiā dicimus q̄ quia iste baptizatus fuit, manetq; baptizatus, recipit gratiā, veluti ar. 5. de eodem baptismo dicebamus, suscepto ante Christi passionē, q̄ virtute eius aperienda eidē baptizato erat post eandē passionē coelorum ianua.

Primum argumentum.

¶ Primum argumētū S. Thomae est. Opus mortuū, quod est sine charitate, nunquā potest vivificari: ille autē qui fictus accedit recipit baptismū mortuū, quia sine charitate: ergo nunquā sic vivificari potest, vt gratiā cōferat. Refpōdetur, baptismū nō esse opus hominis, sed Dei, & ideo sacramētū ipsum nō est mortuū, sed cū fictē suscipitur susceptio ipsa, quae opus est hominis, est mortua: & ideo recedente fictione, baptismus, qui impeditus erat fortietur suū effectū, tamē susceptio, quae fuit mortua, nunquā reuiuifcet, hoc est fictus ille nunquā recipiet illā gratiā, quā virtute sui meriti, si dignē sacramētū suscepisset, adipisceretur. Opus enim, quod per modū meriti vivit, illud si fiat in peccato, nunquam reuiuifcet.

Bona difficultas.

¶ Cōtra hāc autē solutionē existit argumētū minimē imbecille. Sequeretur. n. ex hac solutione, q̄ si quodlibet aliud sacramentum reciperetur cū obice gratiē, postea recedente fictione, infunderet sacramentalē gratiā: nam quodcūq; est etiā opus Dei.

S. Thom.

¶ De hac re variae sunt opiniones: quinuerō & D. ipse Tho. in. 4. a se ipso variare videtur: nā. d. 4. q. 3. ar. 2. quæstiu. 3. ad. 3. affirmare videtur omnia, scilicet sacramēta, quae characterē imprimūt, licet fictē recipiātur, postea reuiuifcere, vt fuit baptismus, confirmatio & ordo: nā cū illic characterē ponat tanquā dispositionē necessitante ad gratiā, sublato impedimento, eadē est ratio de omnibus. Et hāc opinionē sequitur ea. d. Palud. q. 5. in fi. & Syluest. verb. Baptismus. 4. §. 17. Vnde de eucharistia, quia nō imprimitur characterē, ait ibidē S. Tho. q̄ si fictē suscipiatur, quāuis postea recedat fictio, nunquā habebit effectū. At verō ipse idē D. Tho. postmodū d. 17. q. 3. ar. 4. idē ait de sacramēto pœnitentiæ. Illud enim bifariā potest illegitimē suscipi. Vno modo dū fit dimidiata confessio, & illud, quia nō est sacramētū, nunquā habebit effectū. Alio modo quādo confessio fit integrā, sed opponitur obex gratiæ. Et tūc, inquit, recedente fictione percipiet fictus absolutionis fructū, sicut, inquit, etiā est in alijs sacramentis. Vbi videtur hoc generaliter

omnibus tribuere. Et certē id videtur confectū qui ex ista solutione ad primū argumētum, quia quodlibet est opus Dei. ¶ Nihilominus (vt meā fatear inscitiam) si meo arbitrato res definita esset, mallē prerogatiuā hanc baptismi soli adscribere, vt nulli alij cōueniat sacramēto. In primis nāq; res est cuius ex sacris literis colligi nequit certitudo, atq; adeo de qua liberū est sic aut aliter cōiectari. Et Aug. qui rei huius præcipuus est autor, hoc soli baptismi tribuit. Et D. Tho. quāuis in. 4. vbi nō tam pressim res examinabat, aliud (vt vulgo forsan circūferebatur) dixerit: hīc verō in summa nō nisi soli baptismi hoc adscripsit. Quare hīc characterē in genere nō tanquā gratiæ dispositionē induxit, sed singulariter baptismalē tanquā formā, qua fit homo Christianus: quāobrem nō virtute characteris secū dū eius generalem rationem, sed singulariter ratione Christianismi ait baptismū effectum suū sortiri. f. gratiā, qua Deo in filiū baptizatus adoptatur. Neq; verō quod hīc ait, sacramētū esse opus Dei, & ideo nō esse mortuum, tā quā vniuersalē causam adfert, vt eadē ratione cūcta sacramēta fictē suscepta possint reuiuifcere, sed solū vt negaret sacramentum esse opus mortuū. Quod autē semel per mortuā susceptionē impeditū, postea reuiuifcat, est singularis baptismi prerogatiua: eodē quod ad remissionē originalis cōtagij institutus est, atq; adeo ad plenissimā indulgentiā, & regenerationē filiorū adoptionis in nouā vitam, quod alijs nō conuenit sacramentis. Tametsi etiā singulari modo præ alijs sacramētis dicatur opus Dei, eodē q̄ nec clauēs ecclesiae requirit, neq; verō dispositionem in suscipiente, vt apparet in paruulis. Id verō quod de pœnitentiā S. Th. dixit, sic forsan, vt proprio loco videbimus, intelligendū est, q̄ cū sit sacramētū in remissionē duntaxat actualiū institutū, sitq; perinde iterabile, si postquā fictē suscipitur succedat cōtritio, succedet perinde fructus remissionis per modum meriti, & si adhibeatur iterū sacramētū, adhibebitur subinde & sacramentalis gratia illi simillima, quae per priorē absolutionē fuisset suscepta. ¶ Secūdo arguit D. Th. Fictio fortior est quā baptismus, quippe cū eius effectū cohibeat: id autē quod fortius est à debiliori nō superatur: ergo baptismus culpā fictionis nō tollit, atq; adeo nec originale, neq; alia præcedētia peccata. Refpōdetur, quod fictio non tollitur per baptismū, sed per subsequentē pœnitentiā: sic enim

Opinio aut.

Secundū argumentum.

ait

ait Aug. Tūc valere incipit ad salutē baptismus, cū illa fictio veraci cōfessione recesserit: prius ergo naturā tollitur per pœnitentiā fictio, & tūc baptismus originale cū omnibus ante ipsum commissis actualibus plenissimē abstergit, iuxta verbū Aug. li. 1. de bapt. c. 12. Soluitur hesternus dies, & quicquid superest, hoc est, originale, & quicquid actualiū ei super additur ante baptismum, & omnia peccata, quae comitantur ipsa hora, & ipso momēto baptismi: deinceps autē cōtinuō reus esse incipit: nepe, si cū fictione quis baptismū suscipiat. Quapropter cū recedit fictio, simul baptismus & pœnitentiā cōcurrunt: pœnitentiā quidē per accidēs remouēdo fictionē, baptismus verō per se tollēdo reliqua præcedētia.

Tertium argumentum.

¶ Similiter respōdet ad tertiu, quod est huiusmodi. Cōtingit nonnunquā ei, qui fictē baptismū suscipit, vt post ipsum alia mortalia accumbulet, quae vtiq; per baptismū nō tolluntur: nā sacramētū præterita delet, ad futura verō nō se extēdit: ergo in tali casu baptismus nunquā potest suū habere effectū. Refpōdet, inquit, similiter, q̄ sicut fictio non per baptismū, sed per pœnitentiā deletur, ita & subsequentia crimina: quare illa nō plenē quoad culpā & pœnā remittuntur, suntq; cōfessionis obnoxia. Veruntamē eodē momēto, quo culpa illorū per pœnitentiā remittitur, virtute baptismi remittuntur plenissimē præcedētia. ¶ Cōtra has autē solutiones arguit Palud. loco citato. Impossibile est, vnū peccatū siue originale siue mortale remitti, qn oīa remittantur: nā remissio est reconciliatio in amicitia Dei, quae sine integra remissione nō fit: ergo pariter est impossibile, vt aliquod sacramētū aliqua peccata remittat, & nō omnia, atq; adeo non est verū q̄ in recessione fictionis aliqua peccata per pœnitentiā, aliqua verō per baptismū remittantur. ¶ Secūdo arguitur. Si fictio & subsequentia peccata per pœnitentiā remitterentur, sequeretur q̄ illorū requireretur vera cōtritio, nec sufficeret attritio. Loquimur quā obex tollitur per solū dolorē: nā si adhiberetur sacramentalis absolutio sufficeret attritio, vt dictū est, existimata cōtritio, vt per sacramētū efficeretur ille ex attrito cōtritus. Cōsequēs tñ probatur sic falsum. Si in receptione baptismi adesset attritio, etiā nota, sufficeret vt baptismus haberet effectū: ergo cū postea baptismus habiturus sit eundē effectū, eadē sufficeret attritio ad tollēdā fictionē. ¶ His ergo adductis argumētis Paludanus ait suffi-

Paluda.

cere attritionē ad tollēdā fictionē, nō q̄ per se sufficeret, sed q̄ sufficiat vt tūc virtute baptismi omnia tā præcedētia ipsum q̄ subsequentia deleantur. Sed re vera solutio hæc aduersatur in primis dicto Augustini. f. q̄ tūc incipit ad salutē valere baptismus, cum fictio veraci cōfessione recesserit (id est per legitimā pœnitentiā) ergo nec fictio nec subsequentia peccata delentur per baptismum, sed per pœnitentiā. Itē quia illa crimina, quae subsequentur baptismū & fictio, iā subiiciuntur ecclesiae clauibus, atq; adeo pœnitentiæ, quare nō remittuntur per baptismum. Ad hæc baptismus impediatur per fictionē: ergo illā ipse superare nunquā poterit, vt tollat. Adde q̄ si baptismus dū recipiebatur, sortiretur suū effectum nō ampliūs ea remitteret, quae deinceps committerentur, sed propterea quod tūc non habuit effectū nō fuit melioris cōditionis: ergo neq; eadē post remittet: remittuntur ergo per pœnitentiā. Et cū eadē pœnitentiā originale & præcedētia baptismū plenissimē remittere nequeat, manifestē fit consequens, vt alia per baptismū, alia verō per pœnitentiā deleantur.

Impugnatio

¶ Vñ ad primū argumētū negatur illa cōsequētia, quod si Deus nunquā aliqua peccata aut originale aut mortalia sine omnibus remittat, nō posset per vnū sacramētū remittere aliqua, quin omnia per idē remittat: pot enim causa principalis diuersis instrumentis ad diuersa peccatorū genera simul vt. Fit. n. omnium remissio in eodē instāti tēporis. Neq; aliud latet mysteriū, q̄ quod Deus respiciētē illū in suā amicitia cōciliat, à fictione quidē & subsequentibus peccatis, quia eū illorū pœnituit, & ab originali & præcedentibus, quia baptizatus est. Quare nō est hic dimidiata venia.

Responso argumenti.

¶ Ex quo subsequitur solutio secundi argumēti. Requiritur, inquit, ad indulgentiā fictionis & subsequentiū peccatorū vera cōtritio, aut attritio existimata contritio cū sacramēto pœnitentiæ: subduntur. n. iā illa ecclesie clauibus. Nō ergo sequitur. Attritio præcedētiū baptismum, qn ipse suscipiebatur, sufficeret: ergo & nūc sufficit ad tollēdā fictionē: quoniam illa fictio nō baptismi virtuti, sed pœnitentiæ subditur. ¶ Cōtra hoc autē arguitur.

Requiritur vera cōtritio.

¶ Cōtra hoc autē arguitur. Contritio nō potest esse vnus peccati, quin sit omnium: ergo si cōtritio requiritur fictionis, similiter requiritur & peccatorū præcedētiū baptismū. Ad hoc respōdet loco citato Scotus, quod si ille fictus dum baptizabatur erat in septē criminibus, quorū sex habuit tūc attritionē,

Argumentum contra.

Scotus.

tritionem, septimi verò cōplacētiam, postea dū respicit tenetur de illo septimo conteri, & quatenus erat, V. g. adulteriū, & quatenus fuit causa fictionis. s. sacrilegæ susceptionis sacramenti, quæ fuit insignis irreuerentia: de alijs verò non requiritur noua vel contritio vel attritio. Addiderim verò ego impertinēs esse vllam tūc habuisse attritionem: imò quāuis omniū habuisset complacētiam, sufficit postmodū habere dolorem fictionis, quæ fuit indigna susceptio baptismi, & subsequentiū delictorum: nam illa cōtritio in virtute includit contritionem omnium præcedentium.

¶ Vnde ad argumentum respondetur, bifariam intelligi requiri contritionem illorum præcedentium. Vno modo per se, & sic non requiritur. Alio modo per accidens & consecutiue, & sic requiritur: quoniam requiritur per se contritio fictionis & subsequentiū, quæ esse nō pōt sine dolore omniū præcedentium saltē in genere. ¶ Quod si arguas. Illa fictio præcedebat baptismum: ergo illius non requiritur contritio. Negatur antecedens. Est enim semper præ oculis habendum, fictionē nō esse peccata commissa ante baptismum, sed inidoneā & sacrilegam susceptionem ipsius baptismi, putā quia sine dolore suscipitur: & quoniam baptismus est sacramentū ecclesie, fit vt eius indigna susceptio clauibus eiusdem ecclesie, atq; adeo sacramento pœnitentiæ sit subiecta. ¶ Ex quo fit consequēs, vt quodcumq; peccatū in susceptione commissum sit etiam contritione delendū. Vt si quis susciperet baptismū, vt res ecclesie furaretur, aut fortē vt per simoniam beneficia obtineret, omnia illa requirunt contritionem & cōfessionē: quia susceptio cū tali proposito est sacrilega. Quapropter cautē legendus est D. Th. in solutione secundi, vbi ait quod baptismus, remota fictione aufert culpā & reatum omniū peccatorū præcedentium baptismū, & simul etiā existentium cum baptismo. Intellegit. n. ille, ea quæ cū cōplacētia vsq; ad baptismum fictē susceptum permāserūt baptismo deleri: nō tñ ipsam peruersam susceptionē. Vñ, vt bene hic notauit Caic. illa præcedētia peccata possunt cōsiderari vno modo in se atq; altero quatenus causa extiterunt prauæ susceptionis baptismi: baptismus ergo illa secundum priorem rationē delet, nō autē prauā susceptionē: quare, inquit, dum fictus postea fictionē cōfiteretur, satis est dicat, susceptum baptismum in peccato mortali, sine expf-

sione illius peccati: nisi forsā exprimere voluerit grauitatē fictionis, si illud fuisset grauis simū: secus si baptismum suscepit iniquo proposito mortali. Illud. n. exprimere tenetur: quoniam, vt dictū est, ad forum ecclesie pertinet. ¶ At verò dubiū profectò ex his restat

Dubium.

minimē dissimulādum, vtrum per illā pœnitentiā, qua fictio remouetur, non solū gradus ille gratiæ illi cōferatur, qui virtuti meriti respōdet, verū & alius sacramētalis, qui per baptismum infunderetur. Ex dictis enim cōsequi apparet, vt ambo gradus infundatur: quā quidē baptismus vim tunc recuperat ad plenissimā indulgentiam, tum originalis, tū etiā illorum actualium, quæ baptismum præcesserunt. Sed ex altera parte nō omnino videtur necessaria cōsequentia: quoniam licet ille fictus quia baptizatus est, omniū venia dignus sit, non tñ fit inde consequēs, vt ad maiore gradū amicitie assumatur, q̄ se ipsum disposuit: & cum ad baptismum nullam dispositionē attulerit, videtur nō suscipere maiore gratiā q̄ quæ respondet modò pœnitentiæ. Alioqui commodum de fictione reportasset: nam si legitime suscepisset baptismū, vnūq; adeo gradum gratiæ, & postmodum tantum committeret peccatum, quantum fuit fictio, non reciperet postea gratiam, nisi quanta esset cōtritio. ¶ Sco. loco citato ambas refert opiniones, & in hanc secundam videtur magis inclinatus. Et re vera Aug. atque hic S. Tho. nihil loquuntur de gradu gratiæ, qui tunc recipitur virtute baptismi, sed solū quod virtute illius remittuntur præterita. Et possumus dicere, illum gradum gratiæ pœnitentiæ, propterea quod respondet contritioni hominis, qui fuit fictē baptizatus, licet in se nō crescat, habere tamen virtutē remittēdi originale & omnia baptismum præcedentia: ille enim maior effectus nō arguit maiorem gradum gratiæ. Adultus siquidem, qui peccatis onustus cum sola attritione susciperet baptismum solā gratiā sacramentalē reciperet, quæ vt diximus, minima est: & tamen plenissimam suscepisset omnium indulgentiam. Profectò qui sic responderet, maxima se probabilitate tueretur. Qui autem secus senserit, gradum scilicet baptismalem in illo accumulari, dicere subsequēter tenetur, q̄ si illa fictio postea nō p cōtritionē tollatur, sed p attritionē reputatā cōtritionē adiūcto sacramento pœnitentiæ, tunc p sacramētū nō solū sacramētalis pœnitentiæ gradus, verū & baptismalis infundatur.

Scotus.

Questio

Sententia auctoris.

Aliud arg.

Corollarium

Cautē legendus S. Tho.

Caic.

QVAEST. 2. DE CATECHISMIS & EXORCISMIS BAPTISMI.

S. Tho. 3. par. q. 71.

ARTICVLVS. I.

Verū catechismus debeat præcedere baptismum.



Væstio secunda præsentis distinctionis est de pparato riji baptismi, quæ sunt catechismi & exorcismi. Vnde S. Th. in hoc. 1. art. cōstituit cōclusionē hāc. Catechismus

Conclusio.

baptismū cōueniēter præcedit. Probatur primò ratione. Baptismus est fidei sacramentū, ac perinde eiusdē Christianæ fidei professio secundū illud ad Rom. 10. Quomodo credēt ei, quē non audierūt, quomodo autē audiet si ne prædicante? Catechismus autē nihil aliud est quā eorū eruditio, in quibus fides consistit: ergo ille debet baptisma antecedere. Cōfirmatur autē cōclusio autoritate euangelica Eūtes docete omnes gentes baptizātes eos, vbi Christus doctrinā iussit ante baptismū præmitti. Accedit autoritas Rabani de institutione clericorū dicentis. Ante baptismū catechizādi debet hominē præuenire officii, vt fidei primū catechumenus accipiat rudimentū, de consec. d. 4. ca. Ante baptismum.

Expositio articuli.

¶ Ceremoniæ quæ baptismū exornāt, in tria diuiduntur. s. in catechismos, exorcismos, & ritus ad formā baptismi pertinētes. De quibus omnibus simul disputare assolēt Sētētiarj. d. 6. & Alex. Alēf. 4. p. q. 23. At verò ritus vngē di, & candidā vestiēdi stolā, cereūq; in manibus baptizandi accēdendi, non præambula baptismi cēsentur, sed ad formā ipsam baptizādi reducūtur. De quib⁹ ideo. d. 3. inter disputandū de forma baptismi ar. 10. cōgruēter dictū est. Locus ergo p̄sens nō nisi de catechismis & exorcismis sermonē expostulat. Et q̄ dē catechismus nomē græcū est, à κατηχέω seu κατεχέω, quod est erudio, idq; potius viua voce, quā scripto: nā & apud ethnicos Aegyptios mos viguit: vt sacra mysteria nō scripto, sed voce traderent. Est ergo catechismus fidei instructio & eruditio. Ac perinde & catechumeni ipsi dicuntur: qui catechizātur. Vnde Hugo de sacra. p. 6. c. 9. catechumenus, inquit, instructus vel audiens interpretatur: catechizare. n. est instruere, quoniam baptizandi prius instruitur & docentur: quæ sit forma fidei Christianæ, iuxta verbū Christi.

Hugo.

Docete omnes gentes baptizātes eos, &c. Et subdit. Hæc igitur forma catechizationis à primis temporibus Christianæ fidei instituta est. Hæc ille. Nō ergo est res noua, sed traditione apostolorū p ecclesie successione sc̄ per culta. De qua re Dionys. apostolis cōtaneus cap. 1. & 2. ecclesi. hierar. diuinē loquitur. Ille autē Hæresiarcha VVitelēff huiusmodi sacrosanctos ritus ab ecclesia exterminare conatus est, aduersus cuius blaphemiā Tho. VValden. tomo. 2. de sacramen. titu. 5. ca. 45. & infra disertē scripsit: multorum. s. testificatio- nijs sanctorū ostendēs eos à primordijs ecclesie semper fuisse obseruatos. At verò vt loco citato ait Hugo, catechismi pro adultis primò fuerūt instituti, qui nascēte ecclesia frequētissimi baptizabantur, sed deinde & in paruulorū baptismate iussi sūt fieri, ad quos susceptores responderēt. Ob idq; in manibus sacramentorū breuissimi tradūtur catechismi, vt sint tā paruulis, q̄ adultis cōmunes. Veruntamen vbi adulti baptizātur, non fat est, vt omnino fidei rudes ad baptismū accedentes de his interrogētur, sed est operæ pretiū p dies aliquot instrui, vt fidei articulos saltē grosso modo intelligāt, & legis decalogū discāt, & orationē dominicā: vt id quod professuri sunt, quantū breui tēpore fieri pōt intelligāt, ne vel allegare possint inuitos suis se ad fidē pertractos, vel in periculo maneāt, vt fidē, dū eā postea nouerint, deserāt. Quapropter in cōcilio Bracharēsi. 2. c. Ante viginti. di. de cōse. d. 4. præcipitur vt ante viginti dies catechumeni symbolū doceātur. Et Aug. li. de fide & operibus. c. 13. catechizādos eos docet, q̄ ad baptismū accedūt: hoc est, Christianis moribus imbuēdos, exēplo Ioā. Bap. qui veniētibus ad baptismū suū pœnitentiā prædicabat atq; vnū quēlibet admonebat, vt suū dignē exerceret munus, ac demū cūcti fuerūt agerēt pœnitentiæ. Quinuerò & iustū librū ad Deo gratias cōposuit de catechizādis rudib⁹. Est ergo catechismorū cōsuetudo sanctio catholica, vt ca. Supra citato Raba. & altero cōcilio Bracharensis, & can. Catechismi, qui est Nicolai, de consecra. dist. 4. decernitur.

Di. VVitelēff.

¶ Vnde ad primū argumentū. S. Thomæ respondetur. Arguitur quippe. Per baptismū regenerātur homines in nouam vitā: vitā autē prius suscipitur quā doctrina: ergo baptismus præcedere debet. Respondetur, inquit, q̄ vitā gratiæ præsupponit naturalē rationis vitā, in qua hō esse pōt doctrinæ particeps.

Primum argumentum.

¶ In

secundum ar- **I**n secūdo autē petitur, quomodo pueri sint
gumentum. doctrinā capaces. Et respōdetur, q̄ ecclesia p̄
susceptores accōmodat eis cor vt credant, &
aures vt audiant, & intellectū, vt per alios in-
struātur. Quod est dicere, illos, qui puerū offe-
rūt, nomine ipsius respōdētēs, Credo, vice il-
Tertiu argu- lius fungi, vt pro ipso credāt. **T**ertiu verò ar-
mentum. gumentū est huius solutionis redargutio. Si
pueri per illos susceptores seu paternos crede-
rēt, sequeretur q̄ p̄ ipsos obligārētur postea
fidē sustinere, cōsequēs tñ duabus rationibus
apparet falsum. Primò, q̄a nemo sine pprio
cōsensu pōt per aliū obligari. Secūdo, quia cū
ille, qui pro puero respōdet, nesciat an sit legi-
tima ætate crediturus, imprudēter pro illo fi-
dē pollicetur. Respōdetur primò ad secūdam
rationem, quòd ille non prædicat puerum
postea crediturum, aliās diceret, credet, sed
tunc credere: respōdet enim, Credo: quare
tunc nō proficitur, nisi ecclesiæ fidem in per-
sona pueri, cui eadem fides per sacramētum
cōmunicatur. Ad primam autem rationē re-
pondetur, q̄ non est inconueniens vt in his,
quæ spectant ad salutem vnus pro aliō obli-
getur. De hac autem veritate dist. præceden-
ti art. 9. satis dictum est: nempe, quemadmo-
dum pueri dum baptizantur, tunc credant,
tunc etiā ad fidem euangelicam obligentur,
etiam si nulli præcedant catechismi, vt pote
qui non sint de necessitate sacramenti, vt art.
3. visum sumus. Itaque catechismi sunt obliga-
tionis signa, quæ fit in baptismo.

ARTICVLVS II.

Vtrum exorcismus debeat præcedere baptismum



DVO sunt præambula baptis-
mi: nēpe, catechismus, & exor-
cismus: ob idq̄ eadē cōclusionē
quæ de catechismo posita est,
respōdetur de exorcismo: vide-
Conclusio. licet. Cōuenienter ante baptismū exorcismi
præcedunt, quibus dæmones expelluntur, ne
baptizādi salutē impediāt. Probatur primò
autoritate Cælestini, quæ sumpta est ex lib.
eccles. dogma. ca. 31. & refertur de conse. d. 4.
can. Siue paruuli, siue iuuenes ad regeneratio-
nis veniūt sacramentū, non prius fontē vitæ
adeāt, quā excrcismis & exufflationibus cle-
ricorū spiritus immūdus ab eis abijciatur. Et
cōfirmatur ratione. Prudētia præcipit, vt qui
cūque opus aliquod inceptat, prius ea quæ

obstant impedimenta remoueat, iuxta illud
Hierem. 4. Nouate vobis noualē, & nolite
serere super spinas. Quinetiā in generatione
naturali natura docet, quemadmodū forma
prius cōtraria expellatur quā inducatur no-
ua: diabolus autē hostis est humanæ salutis,
quæ homini per spiritualē generationem in
baptismo exhibetur, habetq̄ potestatem ali-
quā in hominē, ex hoc ipso, quòd vel origina-
li subditur, vel actuali peccato: ergo prius ar-
cendus est & abigendus, quā salutaris bap-
tismus dispensetur. Deinde subdit D. Tho. alias
ceremonias, de quibus statim.

Exorcismus idem est, quod abiuratio ab *Expositio n*
tylici. *ἔξορκισμὸς* siue *ἔξορκισμός*, quod est abiuro. Est
ergo exorcismus abiuratio per sacra, qua dæ-
mones abiguntur à corpore vel ab ipsis ob-
fesso, vel ne ipsum obsideant. Nam cum ho-
mo in baptismo Satanæ & suis pompis abre-
nuncians nomen suum in Christianam pro-
fessionē & militiā det, illic maximē hostiles
demonum incurfus sub quorum militia erat
per peccatū, metuēdi sunt, tū q̄ nobis salutē
animarū inuideāt, tū etiā propter odiū Chri-
sti. Et ideo saluator ipse, vt ecclesia more &
vsu à tēpore apostolorū deriuato docet, po-
testatē ei reliquit eos cohibēdi ne sacramēto
rū, ac potissimū baptismi effectū impediāt.
Vnde Aug. li. 2. de peccato originali. Ob id,
inquit, prius in eis, qui baptizātur, exorciza-
tur & exufflatur potestas cōtraria, vt euidentē
bus signis à captore pessimo ad optimum re-
dēptorem trāsire monstrētur. Et li. 1. de nup-
tijijs & cōcupiscentia c. 20. ait per exorcismos
liberari baptizādos à potestate tenebrarum,
trāsferriq̄ in regnū filij. Et sicut baptizādi eo
quòd catechizātur, catechumeni dicuntur, ita
& quatenus exorcizātur, appellātur energumēni *Energumeni*
i. obfessi, vexatiq̄: à dæmonibus. Et ne
quis cauillari posset exorcismos rē esse nouā,
ait Aug. de eccle. dogmatibus, sanctā ecclesiā
in vniuerso mūdo vniiformiter eos obserua-
re. Quinuerò eadē exorcismorū religio colli-
gitur ex illo Mar. vl. Signa autē eos q̄ credide-
runt hæc sequētur. In noīe meo dæmonia eij-
ciēt, &c. **V**erūtāmē circa verbū S. Th. quo
ait dæmones potestātē habere in hominem
eo ipso quòd subditur originali vel actuali
peccato, adnotandū est, q̄ licet more ordina-
rio nō permittātur homines nisi ob peccatū
à dæmonib⁹ arripi, & obsideri (quare vbiuis
Christ⁹ dæmoniacos curabat, ab aīa & corpo-
re dæmones expellebat) nihilominus nihil ve-
tat

Ordo exor. et
catechiz.

tat quominus aliquando ob aliquam occul-
tam causam eadem fiat diuinitus permissio
vt hō iustus vexetur. Nā & Job permittit à fa-
tana acriter deuexari sola excepta aīa, quā
ei seruare insit illæsam. **O**rdo autem cate-
chismorū & exorcismorū nō distinctē proce-
dit, sed promiscuē & commistim ambo fiūt
vt est videre apud Dion. c. 1. & 2. de eccle. hie-
rar. & apud Raban. de institutione clericorū.
Primū enim debet, qui baptizari optat no-
men suū dare, vt habetur in concilio Cartha-
ginēsi. 4. & refertur de cōf. d. 4. ca. Baptizādi.
Et antiquis scribebatur nomen eius in cata-
logo. Deinde si est adultus debet symbolum
discere, vt habetur in concilio Laodicēsi &
in concilio Agathēsi, & refertur de cōse. ca.
d. ca. Symbolū. & can. Baptizandus. Iā verò
quia non est in vsu baptizari nisi paruulos,
hoc fit in introitu ecclesiæ. Illic. n. primū om-
niū catechumenus interrogatur, quid petat
quodq̄ habeat nomen. Et secundo (qui pri-
mus catechismus est) docetur, baptismū ei
præstare vitā æternā, quæ est cognoscere v-
num Deū viuū & verum, vt habetur Ioā.
17. & quem misit Iesum Christū filiū eius: nā
vita in hoc seculo per fidem inchoatur, & in
altero per visionem consummatur. Atq̄ in
de tertio exorcismi incipiūt. Exi spiritus im-
munde ab eo, & da locū aduenienti spiritui
sancto paraclēto. Et recede diabole ab hac
imagine Dei. Postea quarto exufflari debet
dæmō vt præter citatas autoritates alio loco
citato Raban. & refertur de conse. d. 4. c. Post
quā. **V**bi hoc absq̄ adnotatiōe non est præ-
tereundum, q̄ vbi in manualibus, quæ ego vi-
di, scriptū est. Insufflo te diabole, scribendū
esset, exufflo: nam in lib. de ecclesiasticis do-
gmatib⁹. c. 31. & locis omnibus citatis de pec-
cato originali, de nuptijijs, & de conse. d. 4. ca.
Siue paruuli, & ca. Sicut nostis, & vbiq̄ fan-
cti non dicunt nisi exufflari potestātē diabo-
li. Neq̄ verborū significationes aliud permit-
tunt. Insufflare. n. est per flatū aliquid inmit-
tere, & inducere: exufflare verò, emittere &
expellere. Vnde Genes. 2. Inspirauit, inquit,
Deus in hominē spiraculū vitæ. Et in morte
dicimur expirare animam. Et de Christo ait
euangelista. Ioan. 20. q̄. insufflauit in aposto-
los dicens. Accipite spiritū sanctū, Dicere er-
go. Insufflo te maledictē diabole, idem sonare
videtur, qd̄ immitto te & induco in hūc
hominē: Sed exufflo te idem est, quod flatu
spiritus sancti te abijcio & expello. Nisi, in-

Exufflare.

sufflo, hoc sēsu accipiatur, qui est, in te vt ex
eas sufflo. Quintò signatur signaculo sanctæ
crucis, vt Rabanus loco citato docet, & refer-
tur ead. d. can. Postea. Quo quidē signaculo,
& benedictione, vt ait hic. S. Th. expulso dæ-
moni via occluditur, ne redire in hominem
possit. Et sexto, vt ca. proximo, Ex hinc, ex
eodē Rabano refertur in protectionē bap-
tizādi adhibentur orationes & p̄ces. Ac su-
binde alij exorcismi. Septimò, vt ead. d. can.
Sal. ex Beda refertur, apponitur ori sal caele-
stis sapientiæ. Octauò, vt idē ait Rabanus, &
refertur ea. d. ca. De hinc, iterantur exorcismi
Ergo maledictē diabole recognosce senten-
tiā tuā, &c. Nec te latet fatana imminere ti-
bi pœnas, &c. vt diabolus suam cognoscens
nequitia, iustumq̄; adeò Dei iudiciū timens
ab homine nunq̄ rediturus recedat. Nonò, vt
ex eodē Rabano ca. Postea. 2. refertur, salua
tanguntur aures & nares prolato illo verbo
Christi Marc. 7. quando linguā tangens sur-
di & muti, digitosq̄; in auriculas eius immit-
tens, dixit, Epheta: quod est aperire. Nam cū
auditus, vt ait Aristo. sensus sit disciplinæ, &
naso rei iudiciū sumam⁹ ad approbādū vel re-
probādū, atq̄; ore qd̄ didicimus, doceamus
tactu aurium nariū profitemur apertas ha-
bere aures ad doctrinā fidei, quā & iudicio
approbamus, & sale cōditā ore profitemur.
Vnde Hugo lib. 2. de sacramentis par. 6. c. 10. *Hugo.*
tria, inquit, sunt, quibus baptizāndus quasi cō-
cipitur & nutritur, & vsq̄; ad integritatē no-
uæ vitæ promouetur. scilicet catechismi, quib⁹
ad fidē proprio mouetur volūtatē arbitrio, &
exorcismi, quibus ab eo diaboli potestas ini-
mica pellitur, ac demū orationes, vt gratia &
baptizādū præueniat & baptizatū sequatur.
Deinde baptizandus ad sacrū fontē intro-
ducitur, ibiq̄; vnctioes, alijq̄; ritus perficiū-
tur, de quibus. d. 3. ar. 10. satis dictū est. Dein-
de quod ad exorcismos attinet, catechume-
nus abrenuntiat satanæ, & omnibus pom-
pis eius. Ac demū ad catechismos fit re-
gressus. Interrogat⁹ enim catechumenus, ac
subinde respondens se credere in Deū patrē
omnipotentē, & in Iesum Christū filiū eius,
& in spiritum sanctum, &c. in earundem per-
sonarum nomine baptizatur. *Argument.*
Arguit autē D. Th. in cōtrariū. Primò, q̄ nō
oēs catechumeni sunt energumēni. i. obfessi
& arreptitij atq̄; adeò nec exorcismorū indi-
gētēs. Secūdo q̄; tādū potestas dæmonis gra-
fatur in hominem, quādiu est in peccato: sed
peccatum

peccatū non tollitur vsq; ad baptismi formā: ergo exorcismi præcedentes nihil iuuāt. Et tertio, quia cum aqua benedicta ad arcendos dæmones instituta sit, superfluunt exorcismi. Respondetur autem ad primū, q̄ licet nō oēs catechumeni interius vexentur à dæmone tanq̄ energumeni, creduntur tamē extrinsecus circūstare: quorū potestati homo p̄ peccatū originale subditur. Et ad. 2. respō. q̄ sicut p̄ gratiā baptismalē expelluntur dæmones, ne. s. impediānt hominē ab ingressu gloriæ, ita per p̄cedētes exorcismos expelluntur ne homini sint impedimentū percipiēdi sacramētū. Ac demū ad tertiu biferiā respōdetur. Primū q̄ aqua benedicta est cōtra dæmonū expugnationes exteriores, exorcismi verò aduersus vexatiōes internas, & ideo baptizādi dicuntur energumeni. Secūdo dicitur potest, q̄ sicut pœnitentia substituitur baptismō, qui non est iterabilis, tanq̄ secunda tabula post naufragiū, ita exorcismi substituitur postea aqua benedicta: nam neq; ipsi baptismales exorcismi sunt iterabiles.

ARTICVLVS. III.

Vtrū ea, quæ aguntur in exorcismo aliquid efficiūt.



Equitur articulus tertius de exorcismorū effectu, vtrū. s. exufflatio illa tantū significet an verò etiam instar sacramētū expulsiōes dæmonū efficiat. Et idem est de salua apposita ori, aurib; & naribus vtrū id efficiat, quod significat. Et D. Th. repulsa cōtraria opinione duabus respōdet cōclusionib;. Fuerūt q̄pe q̄ dixerūt ea: quæ in exorcismo aguntur nihil efficere, sed solū effectus Dei significare, sicut Sco. & Durand. de sacramentis affirmant, sed in cōtrariū statuitur prima conclusio. Exorcismi aliquem effectū habent. Probat per hoc q̄ ecclesia in exorcismis imperatiuis verbis vtrū ad expellendū dæmonis potestātē, quasi virtute sibi diuinitus tradita, cū ait. Ergo maledicte diabole exi ab eo. Et confirmatur auctoritate Augu. in lib. de symbolo, & refertur de conf. d. 4. c. Sicut nostis. Paruuli exufflantur & exorcizantur, vt pellatur ab eis diabolus potestas. in. mica. s. exorcismorum virtute. Secunda conclusio. Exorcismus aliter quā baptismus suum habet effectum. Probat per baptismū nanq; gratia confertur ad ple-

Prima cōclusio.

Secunda conclusio.

nā culparum pœnarūq; remissionem: per ea verò, quæ in exorcismo peraguntur, excluditur duplex impedimentū salutaris gratiæ percipiendæ. Quorū primū est extrinsecum, quod per exufflationes excluditur, quib; potestas dæmonis expellitur, ne sacramento legitime suscipiēdo obstaculū obijciat. Manet tamen eadē dæmoniaca potestas in homine tantū ad maculam peccati, & reatū pœnæ quousq; per baptismū auferantur. Vnde Cyprianus. Scias, inquit, diaboli nequitia posse remanere vsq; ad aquā salutarē, in baptismo autem omnē nequitiam amittere. Secūdum impedimentū est intrinsecū, quod quidē homo ex peccato originali contraxit vt ad percipiēda mysteria sensus habeat oclusos. Vnde vt eod. lib. ait Rabanus de institutione clericorū, & refertur de conf. d. 4. ca. Postea tū guntur. Per saluam, inquit, typicam & sacerdotis tactū sapientia & virtus diuina salutē catechumeni operatur, vt aperiātur ei nares ad percipiendū odorē notitiæ Dei, vt aperiātur ei sensus in intimo corde ad respondendū. Dicens ergo per saluam & tactū sacerdotis intelligit illa instrumentāliter cōcurrere. Et idē ait. c. Postq̄. s. exufflatur ab eo potestas fœua, vt per piū sacerdotis ministeriū spiritui sancto cedat fugiēs malignus spiritus. Exorcismos Duran. & Palu. in. 4. d. 6. q. vlt. sic distinguunt, q̄ quædā, quæ illic fiunt, vt exufflationes, non solū significēt, verū & efficiant dæmonū expulsiōem: alia verò, vt tactus oris, aurium & narium cum salua, tantū significēt perceptionem fidei, eiusq; gustū non autē efficiant. At verò gratis & sine causa hæc fit distinctio: nā vt testimonijs citatis patet idē ait Rabanus de tactu illo, quod de exufflatione. s. q̄. per saluam typicam sacerdotis sapiētia & virtus diuina operatur. Quapropter & D. Tho. in præsentiarū, & Ricard. d. 6. artic. 6. q. 1. absq; distinctione aiunt exorcismos virtute operis quod aiunt ex opere operato, illa facere, quæ significant. Et reuera par est de omnib; ratio. Nā sicut illi exufflationi virtutē Deus tribuit tanq̄ suo instrumento pellendi dæmones, ita & tactui cum salua creditur eandē tribuisse ad aperiendū aures & nares, &c. Hæc autem virtus nihil aliud est, vt de baptismo diximus, quam motus, quibus res illæ ad id applicantur. Sicut enim Christus voce propria tanquam instrumento pellebat dæmones & insufflatione contulit

Expositio a S. Tho.

contulit apostolis potestātē remittendi peccata, sic & illo sacerdotis verbo, exi maledicte diabole, & illa eius exufflatione dæmones pellit. Et eodem modo sicut tangēdo auriculari surdi & muti, & sputo tangendo linguam, & dicendo. Effeta, aperuit eius aures, simili tactu, & voce sacerdotis idem in energumeno operatur. Quod est dicere, virtute illius ceremoniæ singularē fert Deus opē exorcizato, vt dignē fidem & suscipiat & pro tempore cōfiteatur, quemadmodum. d. 1. q. 3. ar. 2. de gratijs & effectibus diuersis sacramentorū dicebamus. Quod si hinc inferas eiusmodi exorcismos esse sacramenta, negatur consequentia, vt negatur à S. Tho. in solutio ne secūdi: nam etsi suos effectus similiter ex opere operato fortiantur, tamen neq; gratiā gratum facientē significant, in quo consistit ratio sacramenti, neq; illam conferūt, quæ est perfectio sacramentorum nouæ legis. Et ideo non sunt sacramenta, sed sacramentalia quædā. Aliter tamē arguitur. Huiusmodi exorcismos non Christus, sed ecclesia instituit, ecclesia autem non habet facultatē ceremoniā aliquā instituendi, quæ effectus istos habeat supranaturales: ergo non est in illis eiusmodi virtus. De hoc Ricardus loco citato & Palud. quorundā referunt opinionē, qui aiebāt exorcismos, quibus dæmones expelluntur, non aliam ad id habere virtutem, quā naturalem. Legitur enim de Dauide. 1. Reg. 16. citharæ mulica potestatem maligni spiritus Saulem deuexant. sæpe repressisse. Et Hieron. ad Paulinum. c. 2. Habet, inquit, nescio quid energiæ viuæ vocis actus. Similē ergo virtutem aiebāt exufflationes habere, & vocale illud imperium. Exi diabole, sicuti & voces incantantium serpētes, vt est in Psalmo. Hoc autem delirium commentum est. Dæmones. n. non habent virtutem super animā aut corpus, nisi mouendi illa localiter, aut aliqua qualitate efficiendi, vt patet in arreptitijs, aut inducendi aliquam formam artificialem. s. faciendi ex lignis scamnum, & similia. Ab his autem perflatū naturaliter abigi non possunt. Et vox non mouet nisi per significationem generādo conceptus in intellectu audientium, qui quidem conceptus voluntatem dæmonis audientis cogere nequeunt. Et incantatores serpentum vel arte diaboli, vel aliquo veneno illos incantant: quare & venefici eodem Psalmo appellātur. In exorcismis ergo non est nisi virtus naturalis mo-

Aliud argu-
men.

Ricar.

Delira opin.

do iam explicato. Vnde ad argumentum respondetur, q̄ quanuis ecclesie Christus nō tradiderit potestatem instituendi sacramenta collatiua gratiæ, nihilominus facultatē cōmiserit instituendi sacramentalia ad aliquos supernaturales effectus. Nam & apostolis potestatem contulit miracula faciendi. Et loco iā citato Mar. vlt. Signa autē eos, qui crediderint, hæc sequēter. In nomine meo dæmonia eiciant, &c. Quinverò & potestatem habet benedicendi lustralē aquam, qua non solū dæmones arcentur, verū & veniales culpæ remittuntur, quippe quæ sine infusione gratiæ remitti possunt. Gravius autem dubiū est, vtrū exorcismi semper infallibiliter suos fortiantur effectus: nam postq̄ instrumenta Dei sunt, censendi sunt nunquā deficere. Respondetur per huiusmodi propositiones. Prima. Exorcismi baptismales ad cohibēdos dæmones ne sacramenti fructū impediānt semper sunt salutares, & de se efficaces, nisi recipientis nequitia obstet. Hoc est notum postq̄ ab vniuersali ecclesia obseruantur. Secunda propositio. Ad hunc effectum qui est dæmones ab obsessis corporibus expellere, nō sunt semper efficaces. Quare si catechumenus arreptitijs esset, nō est lex infallibilis, vt per exorcismos liberetur à dæmone, etiam si baptizetur: nam illi per se non ordinantur nisi, vt non impediātur sacramenti fructus. Et multo minus infallibilis erit regula extra sacramentum baptismi. Hoc. n. experimento, quotidie discimus, q̄ multi exorcismi dæmoniis nō sufficiunt. Nam miraculum expulsiōis dæmonum potissimū institutū fuit ad confirmandū fidē: & ideo in primordijs ecclesie frequentissima fiebant ad illum effectū miracula. Iam verò, vbi satis cōfirmata est fides, non tam crebrō eiusmodi cōtingūt miracula. Non tamē idcirco exorcismi sunt ad succurrendū arreptitijs contemnēdi. Est ergo sicut inter meritū de condigno & de congruo, sic & inter sacramenta & exorcismos discrimen. Meritum enim de condigno quod ex gratia procedit, certissima lege suū effectū, id est, augmentū gratiæ fortitur. Per meritū verò de congruo nō semper id quod ex bonis tēporalibus petimus, consequimur neq; si alijs gratiam imprececur. Attamen sæpissimē iuuat. Pari modo licet sacramenta legitime suscepta semper sint gratiæ efficaciac, exorcismi tamen non semper arreptitijs, sed secundū diuinum arbitrium profunt. De

Nota.

exor

exorcistis autem, eorumq; exorcistis. 2. 2. q. 90. meminit D. Thom. & nos lib. 8. de Iustitia & iure. quaest. 3. artic. 2. locupletius materiam amplificauimus.

Primum argumentum. Primum argumentum S. Thomae est. Si enigmata post exorcismos ante baptismum sine baptismo flammis moriatur, salutem non consequitur: ea autem quae in sacramentis aguntur, ad eandem salutem ordinantur, iuxta illud Marci vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: ergo exorcismi nihil operantur. Hoc argumentum factum est ad refutandum opinionem Praepositi dicentis, quod exorcismi absq; baptismo profunt, vt si exorcizatus tunc moriatur minores patiatur tenebras. Hoc enim ob id falsum est, quod tenebrae illae non sunt nisi carentia diuinae visionis, quae non recipit magis aut minus, de quo nos tamen inferius. Respondetur ergo, quod cum in exorcismo non tollatur culpa, propter quam homo in perpetuum condemnatur, sed solum impedimenta recipiendi remissionem per sacramentum, fit vt ei, qui sine sacramento decedit nihil exorcismi profunt. *Secundum argumentum.* Secundum argumentum supra solutum est, vbi declarauimus exorcismos non esse sacramenta, sed sacramentalia quaedam. *Tertium argumentum.* Tertium est. Si exorcismi essent dispositiones baptismi, essent etiam dispositiones ad eius effectum: scilicet, ad gratiam: forma autem sine dispositione non infunditur, vt in naturalibus ostenditur: forma enim ignis non suscipitur nisi vbi calor praefuerit: ergo gratia sine exorcismis nunquam infunderetur, quod constat esse falsum. Respondetur multa. Primum quod dispositio sufficiens ad baptismum est intentio suscipiendi si sit adultus, vel ecclesiae si sit paruulus: quapropter exorcismi non sunt de essentia sacramenti. Nihilominus non licet eos, nisi in extrema necessitate praetermittere: esset enim illa praetermissio peccatum mortale contra solennem ecclesiae ritum. Vnde vt. q. praec. ar. 7. vidimus, tertium fictionis modum assignat Aug. sacramentum celebrare non seruando ecclesiae ritum. Quapropter quia ob necessitatem exorcismi praetermittuntur, postmodum cessante periculo debet suppleri: tum vt vna similitudo baptismi vbique seruetur, tum etiam quia supplementum illud non sit post baptismum frustra. Nam sicut daemones possunt effectum sacramenti antea impedire ne fiat, possunt etiam postea ne perceptum duret & crescat.

Quartum argumentum. Quartum arguitur, quod etiam illa, quae post baptismum aguntur, vt chrismatio in vertice, & li-

nea stola, & cereus nihil efficiat postquam perfectus est sacramenti effectus. Respondetur, vinctionem illam, quae fit in vertice, non solum significare, sed etiam cooperari ad conseruationem gratiae baptismalis. Veltis vero candida nihil efficit, sed duntaxat significat nouitatem vitae, sicut & cereus accessus lumen fidei.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum catechizare & exorcizare sit sacerdotis officium.



Conclusio. E ministro tandem catechismi & exorcismi asserit D. Tho. hanc conclusionem. Officium catechizandi & exorcizandi incumbit sacerdotibus tanquam primarijs agentibus: diaconibus vero & inferioribus ministris tanquam eis, qui sacerdotibus debent ministrare. Probatur autoritate Nicolai papae. ca. Catechismi de consec. d. 4. vbi ait. Catechismi baptizandorum a sacerdotibus vniuersiuique ecclesiae fieri possunt. Et autoritate Gregorij super Ezechielē, quae ead. d. can. Sacerdotes. refertur, vbi ait. Sacerdotes cum per exorcismi gratiam manuum credentibus imponunt. quid aliud faciunt, nisi quod daemones eiiciunt? Et confirmatur ratione. Minister, vt nomen ipsum indicat, comparatur ad sacerdotem sicut secundarium & inferius agens ad principale, atque adeo non agit nisi principali agenti cooperando. Et quanto principalis operatio maior est, tanto dignioribus indiget ministris: potissima autem sacerdotis operatio est administratio sacramenti: ergo illic diacones, qui praecipui sunt ministri cooperantur sacerdoti in ipsa collatione sacramentorum. Vnde Isidorus ad diaconum, inquit, pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quae aguntur in sacramentis Christi: in baptismo: scilicet, in chrismate, & in eucharistia, patena & calice. Sic enim legendum est: nam patena & calix non sunt in baptismo necessaria. 25. d. can. Perlectis. Et illic referuntur aliorum ministrorum officia. Ad lectorem ergo pertinet in catechismo ministrare librum, & folia vertere, & ad exorcistam ministrare in exorcismo sale, & exorcismos, vt illic ait Isido. memoriter retinere. Et per haec clarum argumentum torum. S. Th. solutiones. In quarum vltima quadru-plex ponit instructionis genus. Prima. n. quae est conuersua ad fidei: licet primo conueniat episcopo, ac deinde praedicatoribus, potest tamen cuiuscunque fidelium permitti. Secunda vero qua-

quae est de rudimentis fidei ad baptismum, conuenit sacerdotibus, & eorum ministris. Tertia de conuersione in Christianismum spectat ad susceptores, seu paternos. Sed quarta de altioribus sacrorum mysterijs pertinet ad Episcopos. Atque haec de baptisimo sacramento.

DESACRAMENTO confirmationis distinctio septima.

Cap. i.

De consecra. dist. 5. ca. De sus.



Cap. i. BAPTISMO sacramentum confirmationis proximum est. Ait. n. Melchisedes Papa, ita haec duo sacramenta esse coniuncta, vt adinuicem, nisi morte praueinente, nullatenus possint segregari. Fuit ergo a Christo ipso redemptore nostro, non exhibendo, sed promittendo institutum. Datur enim in illo plenitudo spiritus sancti, de qua Ioan. 16. Si non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Id quod & Luc. 24. designatum est, vbi discipuli a Domino iussi sunt sedere in ciuitate donec indueretur virtute ex alto.

Cap. ij.

De conse. d. 4. can. Presbyteris.

Cap. ij. Est autem eius materia chrisma ab episcopo consecratum, iuxta illud Innocentij Papae. Praesbyteris eum baptizant chrismate baptizatos vngere liceat, quod ab episcopo fuerat consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solum debetur episcopis.

Forma autem est, qua more solenni ecclesia vtitur. Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quae quidem consignatio in fronte perficitur. Vnde lib. de institutione clericorum Rabanus. Signatur, inquit, baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per pontificem vero in fronte.

De consec. d. 5. can. Consignatione.

Cap. iij. Et cum effectus huius sacramenti per aduentum spiritus sancti, quo (vt Actuum. 2. legitur) tota domus, omnesque illic praesentes repleti sunt significetur, fit vt vniuersis Christianis exhiberi possit. In cuius quidem celebratione, veluti in collatione baptismi, aliquis etiam susceptor & patrinus requiritur, vt Innoc. Papa. 30. q. 4. ca. Siquis, admo-
Actuum. 2. nit. Quapropter & in hoc sacramento similis contrahitur affinitas, vt illic subditur.

Cap. iij. Effectus demum huius sacramenti est tum gratiae plenitudo & robur: iuxta illud verbum eiusdem Melchiadis. Spiritus sanctus in fonte baptismi plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione vero augmentum praestat ad gratiam, tum subinde character, qui eiusdem roboris signum est: quare non est iterabile.

De consec. d. 5. can. Spiritus sanctus.

Cap. v. Minister ergo huius sacramenti ex officio solus episcopus est iuxta verbum Euse. papae, qui ait. Manus impositionis sacramentum magna veneratione

De consec. d. 5. can. Manus.

tione tenēdū est, quod ab alijs p̄fici nō p̄t, nisi à summis sacerdotib⁹. Quod si aliter p̄sumptū fuerit, irritum habeatur & vacuum. Tametsi possit ex pontificis Maximi dispensatione simplici presbytero cōmitti, vt ex Gregorio ad Ianuariū episcopum colligitur!

Lib. 3. epistoliarum cano. puenit d. 95.

DISTINCTIONIS septimæ quæstio vnica de sacramēto confirmationis.

S. Thom. 3. part. quæst. 72.

ARTICVLVS I.

Vtrum confirmatio sit sacramentum.



ECVNDVM sacramētum, vt dist. 1. quæst. 6. dicimus, est cōfirmatio. De qua igitur quæritur, an sit sacramētum distinctum à baptisimo. Ne q̄s ob id putet eius esse partem, quod eius gratiam auget. Et respondetur vnica cōclusionē. Manifestū est, q̄ cōfirmatio est speciale sacramentum: scilicet, ab alijs distinctū. Probat. Sacramenta nouæ legis ad speciales gratiæ effectus ordinantur: ergo vbi aliq̄s occurrit specialis effectus gratiæ, reperitur & speciale sacramentum. Vita verò spiritalis gratiæ per sensibilem & corporale cognoscitur: in vita autem corporali post generationem specialis perfectio est adulta etas, in qua perfectæ actiones exerceri valēt. Vnde Apostolus. 1. Corin. 3. Cum factus, inquit, sum vir, euacuauī quæ erant paruuli. Quare terminus generationis est substantia: scilicet, esse: terminus verò augmentationis est quantitas: ergo etiam in vita spiritali p̄ter baptismū, quo per generationem esse recipimus spirituale, requiritur ad augmentum cōfirmatio.

Expositio articuli.

Hic in primis p̄t quispiā cōtra ordinē istū argumentum obmoliri, q̄ cum confirmatio

augmentum conferat spirituale, eucharistia verò nutrimentum: & per nutrimentum fiat augmentum: deberet eucharistiæ sermo istū de confirmatione p̄cedere. Sed ad hoc iam supra distinctione prima quæstione sexta articulo secūdo in solutione. 2. responsum est. Adnotandum hic p̄terea rationem hanc S. Thomæ, nisi auctoritatem ecclesiæ p̄supponeret, non esse satis efficacem ad comprobandum confirmationem esse sacramētum. Quapropter nec defuerunt olim, nec modo defūnt hæretici, qui hanc catholicam veritatem negēt. Armenorum enim, vt Guido carmelita refert, hæresis fuit, vt sacramenta confirmationis & extreme vntionis respuerēt. Quem quidem errorē postmodū VViteless sustinuit, vt Tho. VValdensis tomo. 2. de sacrament. cap. 3. refert, quo capite & subsequētibus egregijs testimonijs p̄sentem veritatem corroborat. Eodemq̄; postea errore Lutherani intinēti sunt. Est nihilominus hæc veritas tanquam orthodoxa fides tenēda, cuius negatio proculdubio vt hæresis est habēda. Extat enim in primis decretum Melchiadis papæ p̄cessoris Syluestri, ad episcopos Hispaniæ, vbi post illa verba, quæ hic citauit D. Thom. & referuntur de consecra. dist. 1. 5. can. De his, interrogat hæreticorum nomine. Quid mihi prodest post mysterium baptismi mysterium confirmationis? Quasi non totum de fonte suscepimus, si post fontem adiectione noui generis indigemus. Et respōdet. Non ita dilectissimi. Imò sicut exigit militaris ordo, vt cum imperator quemcūque in militem receperit numerum nō solūm finet receptum, sed etiam armis cōpetentibus instruat pugnaturum: ita in baptisimo recipitur homo in militiam, & in confirmatione cōarmatur ad pugnam. Et infra, quod ea. d. can. Spiritus sanctus refertur. Spiritus, inquit, sanctus in fonte (scilicet baptismatis) plenitudinem tribuit ad innocentiam, in cōfirmatione augmentū p̄stat ad gratiam: & quia in hoc mundo tota etate victuris inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est, in baptisimo regeneramur ad vitā, post baptismum cōfirmamur ad pugnam: in baptisimo abluimur, post baptismum roboramur. Et infra. Generatio per se saluat in pace baptismi recipiendos, cōfirmatio armat & instruit ad agōnes. Vnde p̄ter rationem factā alterā adijcere possumus. Vbi enim in vita spiritali noua offertur difficultas, nouū requiritur

Th. VV. d. d.

Catholicitas.

Altera ratio.

ritur sacramentum: sed p̄ter difficultatem credēdi, cui nobis per gratiam baptismalem succurritur, succedit noua in confitendo eandem fidem coram tyranno, eius persecutore mortis periculum offerēte: ergo cum illic sit necessaria confessio (vt enim ait Pau. ad Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem) fit vt ad hunc effectum opus sit nobis singulari auxilio, atque adeò singulari sacramento. Quod si quis arguat. Virtutes, quæ infundūtur in baptisimo, vt fides, charitas, & fortitudo ad id sufficere, responsum vsque ad articulum. 7. expectet. Eadem veritas sancitur ead. dist. 5. multis sanctorum pontificum decretis, vt can. De his, ex eodem Melchiade, & can. Manus ex Eusebio papa, & can. Nouissime ex Rabano, & can. Vt ieiuni ex cōcilio Aurelianensi, & multis subsequētibus. Extat & decretum concilij Laodiceni cap. 48. Et concilij Florentini in instructione Armenorum. Vnde cum in ca. Sancta Romana, de celebratio. missa. hæreticus declaretur quicumq̄; de sacramētis aliter quam ecclesia Romana senserit, fit vt qui cōfirmationem negat esse sacramentum, hæreticus sit pronūciandus. Quare merito Tridentina synodus sessione. 6. Lutherū de hac re sub his verbis condemnauit. Siquis dixerit cōfirmationem esse ceremoniam quandam, & nō potius verum ac proprium sacramētum, anathema sit. Idē habetur in epistola Clementis papæ ad vniuersos episcopos. Quod si sciteris vtrū veritas hæc in sacris literis habeat fundamentum, respondetur quod Augustinus li. 2. contra literas Petiliani cap. 104. illud psalmi. 132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, ait posse interpretari de sacramento chrismatis. Et lib. 3. cōtra Donat. cap. 16. illud ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, eidem attribuitur sacramēto. Et Ambrosius illud ad Ephe. 1. Spiritum sanctum, in quo signati estis. Veruntamen nisi auctoritas ecclesiæ catholice, spiritu sancto, illustrata, interpres nobis adisset, testimonia hæc non vsq̄; adeò rē demonstrarēt. Ex canonib⁹ citatis colligitur virtutem huius sacramenti ex suo nomine esse p̄fundam: est enim virtus confirmationis perficere gratiam baptismalem. Per baptismū. n. fit homo christianus, sed tenerimus, & vt ait Petr. quasi modo genitus infans: per hoc tñ sacramētū cōfirmatur & cōsolidatur in fide.

Testimonia sacra.

Hæreticū est negare cōfirmationem.

Fundamētum sacra.

Virtus cōfirmationis.

Et hoc autem apertius fiat, quæritur de sacramēti huius institutione. Sacramēta enim, (vt arguit primo loco D. Tho.) ex diuina institutione efficaciam habēt: confirmatio autem non legitur à Christo instituta: non ergo est sacramentum. De hoc igitur D. Th. tres refert opiniones. Primam complexus est Alexander Alen. 4. part. q. 24. membr. 1. videlicet, quod neque à Christo neque ab apostolis sub hac materia & forma, quas habet, fuit institutum: quia apostoli, vt legitur Actuum 8. & 19. non leguntur confirmasse nisi per manuum impositionē: sed illis, inquit, defunctis spiritus sancti instinctu in concilio Meldensi quantum ad materiam & formam institutū est, quod quidem concilium refertur de consecra. dist. 5. can. Vt episcopi. Alij dicūt quod in Aurelianensi citato. Alij verò dixerunt, q̄ licet non à Christo, ab apostolis tamen fuerit institutum. Huiusmodi autem opiniones nō possunt tutò defendi: nam cum sacramenta gratiam conferāt, non possunt nisi à Christo institui per potestatem excellentiē, quam, vt dist. 4. Aug. nos docuit, Christus nulli cōmunicauit: & cum materia & forma sint de substantia sacramenti, fit vt neutram nisi solus Christus potuerit instituire. Et confirmatur auctoritate Cypriani in sermone de hac re: scilicet, de vntione chrismatis. Vbi ait, hoc sacramentum diuinitus esse institutum. At nondum vis contrarij argumēti enervata est. Nam cum nec Christus confirmasse legatur, neque apostoli nisi per manuum impositionē, nō est solida affirmatio quod illud Christus instituerit. Nonnulli ergo aiunt, quod Christus illud instituerit Matt. 19. vbi manus super pueros ponebat. At verò cum illi non censeantur fuisse tunc baptizati, falsum est tunc sacramentum instituisse, quod non nisi baptizatis conferri potest. Fuit autem quædam cōfirmationis illius insinuatō, qua post utebantur apostoli. Alij dicunt (quo alludit Scotus) Christum confirmasse apostolos Ioan. 20. vbi insufflando dedit eis spiritum sanctum. Hoc autem ob id non est verisimile, q̄ illic nō est datus spiritus sanctus, nisi ad remittendū peccata. Secundo, quia in primitiua ecclesia, vt infra videbimus, in confirmatione descendebat spiritus sanctus visibiliter, qui tamē illic nō legitur apparuisse. Atqui in hoc sensu intelligitur illud Ioannis. 7. vt hīc ait D. Tho. Nondum erat spiritus datus (scilicet ante ascensionem visibiliter) quia nondum

Z Christus

Alexander Alen.

Scotus.

Christus erat glorificatus. Item quia apostoli non fuerunt confirmati nisi in die pentecostes descensu spiritus sancti, iuxta illud Lucae 24. Vos autem sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Dicendum ergo, vt hic ait S. Tho. quod sacramentum hoc Christus instituit, non exhibendo, sed promittendo plenitudinem spiritus sancti, quæ per ipsum confertur, iuxta illud Ioan. 16. Si non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Quod si de institutione chrisinatis interrogando institeris, respondet Fabianus papa martyr in epistola ad omnes orientales episcopos, quæ refertur. de consec. d. 3. can. Literis licet non quã latè est apud auctore. Vbi ait, quod in coena, vbi Christus eandem promissionem fecit, chrisina conficere docuit. Sicut, inquit, precessores nostri à sanctis apostolis acceperunt, & nobis reliquerunt. Imò verò Dionysius. Pauli discipulus. Post baptismum inquit, hierarcha (id est episcopus) sacro vnguento signat baptizatum. Neque cauillari quis potest dicens, illud de chrisinatione intelligi, quæ fit in baptismo in vertice capitis. Illa namque tunc non erat in usu, quippe quæ, vt dist. 3. arti. 10. diximus, & Hugo lib. 2. de sacrament. part. 7. cap. 3. refert, postmodum fuit à Syluestro papa instituta. Intelligitur ergo de confirmatione, quæ vt infra videbimus, illico post baptismum fiebat. Erroneum ergo esset dicere sacramentum hoc non fuisse à Christo institutum. Quod si arguas, huiusmodi testimonia non id aperte afferere, respondetur, satis esse ecclesiam suis decretis sanxisse confirmationem esse sacramentum, vt inde velut certissimum colligatur, neque materiam eius neque formam ab alio, quam à Christo fuisse institutam. Cur autem apostoli per manuum impositionem confirmabant art. proximo dicemus. Secundò arguit S. Tho. Sacramenta nouæ legis fuerunt in veteri præfigurata, iuxta illud. 1. Corinth. 10. Omnes in Moyse baptizati sunt, &c. confirmatio autem non fuit illic præsignata: ergo non est sacramentum. Respondetur, quod cum in lege illa, vt habetur ad Hebræ. 7. nihil fuerit perfectum, & per hoc sacramentum plenitudo spiritus sancti conferatur, nihil mirum si nulla eius illic figura præcesserit. Tertium argumentum. Sacramenta enim ad hominum salutem ordinantur: sed sine confirmatione decedentes salutem obtinent: ergo non est sacramentum. Pro solutione huius meminisse oportet ex dist. 5. ar.

Confirmatio nis institutio

Institutio chrisinatis.

Dionysius.

Obiectio.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

ti. x. aliquid necessarium esse ad salutem, posse intelligi aut necessitate finis, aut necessitate præcepti. Priori modo respondet hic D. Tho. confirmationem non esse necessariam, sed sufficere baptismum. Et hoc constat ex verbo Melchiadis can. citato spiritus sanctus de consec. d. 5. vbi ait. Regeneratio per se saluat mox in pace baptismi recipiendos iuxta verbum euangelicum, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Vnde, subdit, quod qui illico post baptismum acquisita innocentia immaculati peruenerint ad mortem, confirmantur morte. Alioqui necessarium esset paruulos baptizatos illico confirmare. Et ideo dist. 1. q. 6. ar. 4. diximus non omnia sacramenta esse simpliciter necessaria, sed tria tantum. Alia verò sunt quidam necessaria non simpliciter, vt sine quibus salus esse non possit, sed sicut quæ ad perfectionem salutis operantur. Et adducit D. Tho. in. 4. d. 7. q. 1. ar. 1. exemplum. Sicuti ad vitam animalis nutrimentum necessarium est simpliciter, sed equus ad iter faciendum, non simpliciter, sed ad rei commoditatem. Et hoc secundo modo est ad vitam spirituales necessaria confirmatio, iuxta verbum eiusdem Melchiadis can. de his, vbi ait, baptismum & confirmationem adeo esse coniuncta, vt vnum sine altero rite perfici non possit: nam gratia confirmationis perficit, & corroborat baptismalem. Moderatur autem D. Tho. dictum suum: scilicet, sine confirmatione posse obtineri salutem, nisi ex contemptu relinquatur. Contemptus autem esset, si confirmatio perinde relinqueretur ac si nullum esset sacramentum. Itaque negare esse sacramentum est hæresis: contemnere verò est peccatum mortale. Restabat hic autem querere, vtrum hoc sacramentum sit necessarium necessitate præcepti, vt est eucharistia, & poenitentia. Hoc autem tangit inferius D. Tho. arti. 8. vbi id examinabatur, & quod hic de contemptu dicitur explicabitur. Quarto loco arguit. Per sacramenta conformamur Christo, per confirmationem autem minimè, quia ille non fuit confirmatus, licet baptismum, & eucharistiam susceperit, fueritque sacerdos. Respondetur ad minorem, quod per hoc sacramentum conformamur Christo quatenus ab instanti suæ conceptionis, vt legitur Ioan. 1. fuit plenus gratiæ & veritatis. Quæ quidem nostra plenitudo declarata est in eius baptismo quado spiritus sanctus descendit corporali specie super eum. Doctrina est Aug. 15. de trinitate cap.

Quartum argumentum.

cap. 26. scilicet, quod tunc Christus non vnctus est quando descendit columba super eum, sed ab instanti suæ conceptionis, iuxta illud Actuum 10. Quoniam vnxit eum Deus spiritu sancto: sed in columba designatum est corpus Christi mysticum, quod est ecclesia, vbi baptizati accipiunt spiritum sanctum. Non enim congrebat Christo, qui est caput ecclesie, per sacramentum recipere plenitudinem gratiæ.

ARTICVLVS. II.

Vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.



conclusio.

I confirmatio sacramentum est, materiam habere debet. De qua ergo Sanct. Thomas hac conclusione respondet. Chrisina est conueniens materia huius sacramenti. Probatum primò autoritate Gregorij ad Ianuarium canon. Presbyteri. 1. de consecrat. distinctio. 4. vbi ait. Presbyteri baptizatos infantes signare in fronte sacro chrismate non præsumant, sed episcopi postmodum confirmant in fronte. At quoniam chrisma ex oleo & balsamo constat, colligitur vtriusque decentia ex natura ipsius sacramenti. Conferatur enim in eo plenitudo spiritus sancti ad robur spirituale, quod perfectæ congruit ætati: in ætate autem perfectæ homo actiones suas alijs communicare incipit, imò & filios generare, cum antea soli sibi singulariter viuat: quare materia confirmationis debet esse illa, quæ non modò spiritum sanctum, sed eius plenitudinem representet. Hæc autem plenitudo oleo aptissime significatur, quod sua lubricitate & pinguedinis exuberantia in alios diffundit, iuxta illud psalmi. 132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Vnde & de Christo ait propheta psalmo. 44. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et hoc propter plenitudinem spiritus sancti, de qua vt legitur Ioan. 1. nos omnes accepimus. Ratio autem admixtionis balsami sumitur ex odoris fragrantia, quæ in alios redundat, iuxta illud Apostoli. 2. Corinth. 2. Christi bonus odor sumus Deo. Nam etsi alia sint multa odorifera, tamen balsamum, vt Plin. libro duodecimo naturalis historie capitulo vigesimo quinto autor est, omnibus odoribus præ-

fertur. Vnde Ecclesiastici. 24. Quasi balsamum non mixtum odor meus. Et præterea incorruptionem præstat: quare humana cadavera balsamo condiuntur.

Chrisina nomen græcum est, idem significans, quod vnguentum in genere à χρίσμα, quod est vnguo, sed ecclesiastico vsu accommodatum est ad significandum illud, quod ex oleo & balsamo conficitur, vt capit. vnico extra de sacra vnctione, ait Innocen. Vnde de vtraque materia istarum versatur in dubio an sit necessaria. Primùm scilicet an in sacramento confirmationis requiratur vnguentum in genere, non disputando de balsamo. Petrus enim Aureolus, vt in. 4. refert Marfilus questio. 5. artic. 1. ait canonistarum esse opinionem, quod in hoc sacramento nullum requiritur vnguentum. Et hæc quidem opinio consequens est ad illam supra citatam illorum, qui dicunt hoc sacramentum quantum ad materiam non fuisse institutum à Christo. Vnde eadem est probatio. Scilicet, Christus non legitur designasse hanc materiam, neque apostoli per illam confirmasse, sed per manuum impositionem: quare, vt ait Hugo libro secundo de sacram. part. 7. capitu. 2. Sacramentum hoc dicitur manuum impositio: & sub hoc nomine legitur in decretis de consecra. distinctio. 5. ergo ecclesia hanc materiam instituit, ac perinde dispensare potest, vt absque illa sacramentum hoc perficiatur. Est autem opinio (sicuti suum fundamentum) erronea. Iam enim monstratum est, hoc sacramentum etiam quoad materiam & formam fuisse à Christo institutum. Imò, vt Fabianus papa supra citatus ait, in coena Christus illud instituit. Et Dionysius appellat sacramentum chrisinatis hostiam: & ait, quod baptizatus à hierarcha sacro oleo vngitur. Idemque ait Clemens, vt articu. 1. citati sunt. Et Innocen. modò allegatus, de sacra vnctione, dicit materiam sacramenti huius esse chrisina. Idque in concilio Florentino definitum est. Imò vt Innocen. ibidem ait Christus à chrisimate dicitur, quo vnctus est, & à Christo christiani: qui etiam vncti. Idemque ait August. de consensu euangelistarum libro primo capitulo decimo tertio. & Dionys. 4. capitu. ecclesiast. hierar. Est, inquit, quedam perfectiua operatio (hoc enim nomine ipse nominat sacramenta) quam duces nostri (id est apostoli) chrisinatis hostiam vocant. Et vrgentissimè etiam id probatur, quia materia debet formæ consonare: quare si chris-

Expositio articuli.

Dubitatio.

ma non esset necessarium, falsa esset forma Confirmatio te chrisinate salutis. Neque verò, reperiuntur Canonistæ, qui hoc dicant. Quãdoquidem nec Syluester verb. Confirmatio, neq; Adrianus in eadem quæstione, licet sint canonistæ, vllum illius opinionis referunt, sed indubiè asserunt esse vnguentum necessarium.

Tertium argumentum. Sed rogas, vtrum sufficiat oleum nucum, aut amygdalorũ, aut aliud simile: hoc enim dubium Sanctus Thomas argumento tertio mouet. Ad quod respondet id minime sufficere: nam succi illi non sunt oleum, sed, sicut dictũ est de aqua baptismi, quod requiritur simplex: ita dicendum est hĩc, quod requiritur oleum oliuarum. Hoc enim solum dicitur propriè oleum. Vnde & oliua ipsa semper frõdibus virẽs, virorem misericordię spiritus sancti significat, cuius ideo ramusculum columba tanquã indicium cessantis irę Dei,

Dubium de Balsamo. forsan dubium est, vtrum balsamum sit de necessitate sacramenti. Enimuero vniuersalis ferè omnium sententia est mixtionem balsami esse de substantia sacramenti, itaque sine illa nullum esset. At verò Caietan. in hoc articulo ait, quod licet balsamum sit necessarium necessitate præcepti, non tamen necessitate sacramenti. Itaque qui illud non apponeret, peccaret quidem mortaliter, nihilominus sacramentum conficeret. Et quanuis vbi que verear communi me obijcere opinioni, tamen quia contrarium non est hætenus ab ecclesia tanquam catholicum definitum, fateor hanc mihi opinionem semper placuisse, neq; modo displicere posse. Et quoniam rei tanti momenti primum fundamentum ex testimonio ecclesię subijciendum est, certum esse videtur rei huius decretum Innocentij, 3. capit. Pastoralis, de sacrament. non iterand. Consultus nanque vtrum confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuerit non chrisinate, sed oleo delinitus, respondet, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed cautè suppleendum quod incautè fuerat prætermisum. Vbi dicens non esse iterandum, sed suppleendum, planè docet fuisse sacramentum, atque adeò chrisma non esse de eius substantia. Quare glossa super idem capit. quam sequuntur ibidem Innocent. 4. & Hostiensis, & Paludanus distinctione septima quæstione prima, & Adrianus in quæstio. de confirmatione, textum destruit. Ait

Caieta.

Glossa ridicula.

quippe, q̄ sacramentum illud fuerat nullũ, & ideo iterandũ. At nõ dicitur, inquit, iterari, quia prius nullum fuit. Sed aiunt Hosties. & Innocen. quod non debent tunc solennitates iterari. Destruit, inquam, textum glossa: nam si nullum fuisset sacramentum, hoc papa expressisset dicens, quod iteraretur. Dicere autem quod non iteratur propterea, quod nullum fuit, profectò ridiculũ videtur. Est quippe res notissima, id quod non est, nõ iterari: & ideo pontifex non fuisset sollicitus id adinonere. Igitur vbi dixit non iterari, docuit prius fuisse sacramentum: & vbi adiecit, cautè suppleendum quod fuerat prætermisum, docuit chrisma non fuisse de substantia: nam quod est de substantia non suppletur, quandoquidem tunc totum est sacramentum iterandum. Et tamen illic papa non præcipit, nisi quod apponatur chrisina absque vlla forma. Respondet enim sub eodem tenore de illo casu, & de diacono, qui fuerat ordinatus sine manuum impositione, quam constat non esse de essentia sacramenti ordinis. Itẽ, quia si primum non fuisset sacramentum, nulla obstarat ratio quominus solennitates omnes essent postmodum cum sacramentum iteranda. Accedit ratio non contemnẽda, quod materia necessaria sacramenti debet esse clara & apertissima, de qua nemo possit dubitare, vt est aqua in baptismo, & panis & vinum in eucharistia: balsamum autem vt loco citato ait Plinius, multis modis adulteratur, adeò vt viri prudentes vix, quod ad nos adfertur, verum esse arbitrentur, quare dubium esset an tunc sacramentum sit solidum. Arguitur deinde argumẽto quarto Sancti Thomę. Materia sacramenti debet esse cõmunis, quæ vbi que reperiatur, vt aqua baptismi: oleum autem in multis regionibus nullũ est, & multominus balsamum: ergo hæc non sunt de essentia sacramenti. Respondet quidem bene, quod cum confirmatio non sit sacramentum necessitatis vt baptismus, non est necesse, vt vbiq; eius materia nascatur, sed satis est quod possit aliunde aduehi. At verò hoc forsan dicit propter oleum: nam balsamum neq; per vecturam potest vbi que haberi. Arbuscula enim illa, vt illic Plinius refert, vni terrę Indię concessa est, eademq; duobus quondam tantummodò hortis. Et si historia, quam nobis orientales referunt, vera est, iam ferè bellorũ frequentia est dissipata. Quare in his nostris regionibus quã rarissimum inuenitur ca-

Rationes alie.

Quartum argumentum.

flum

stum balsamum, sed pro illo substituitur, aliud quod ex occidentali nouo orbe adspartatur, quod re vera indicia non habet iusta veri balsami. Neque arbuscula ipsa, quæ vt ait Plinius, viti similior est, quã myrtho: illa esse videtur, quæ in illis occidentibus partibus nascitur. Quod autem sacramentum ecclesię ex tam multis periculis pendeat, nõ est concessu facile. Nihilominus fateor argumenta in contrarium multum perplexitatis asserre, sunt tamen fortè solubilia. Nam quod Innocentius extra de sacra vnctione, ait, chrisma ex oleo & balsamo confici, dicere possumus præceptum insinuare, non autem necessitatem sacramenti, vt ipse idem in decretali Pastoralis allegata docet, & can. Presbyteris, de consecratio. distinctio. quarta quod prius appellat chrisina, illico appellat oleum. Et Dionysius non meminit balsami, sed tantum dicit fuisse odoriferum chrisma. Imò apud sanctos patres rarissima balsami mentio reperitur. Pariter ergo & decretum concilij Florentini glossari potest, vbi decernitur materiam huius sacramenti esse chrisma ex oleo & balsamo confectum: scilicet quod intelligitur balsamum duntaxat de præcepto. Nec Sanct. Thom. aliud in cõclusionem dixit, quã quod chrisma est conueniens materia. Quod si arguas, formam sacramenti absque balsamo reddi falsam, Confirmatio te chrisinate salutis, id negatur: quoniam chrisma, vt dictum est, de se non significat nisi vnguentum. Quare si verbo latino proferretur, Confirmatio te vnguento salutis, verum esset sacramentum. Atque adeò illo nomine non significatur tanquã de necessitate sacramenti balsamum. De hoc autem cum Caietano non ita facile cõsenserim. Ait quippe, nõ esse credibile, in primitiua ecclesia pauperrimos episcopos habuisse balsamum & ideo procedente tempore fuisse hoc institutum. Enimuero Fabianus Papa supra citatus in coena ait Christum confecisse chrisma: quare eadem die singulis annis conficitur, atque illam morem ecclesiam Romanã, Antiochenam, Hierosolimitanam, atque Ephesinam ab Apostolis ait suscepisse. Quare excusationem aliarum regionum non admittit, quæ sibi prætexebat balsamum per singulos annos non posse reperire. Fuit ergo permixtio balsami institutio Christi. Sed cui hæc nostra opinio placuerit, dicat, id instituisse tanquã præceptum: non tamen

Alexander.

Caiet.

quod vbi reperiri non posset, deberet sacramentum aboleri.

Primum argumentum Sancti Thomę est. Sacramentum hoc, vt dictum est, Christus promittendo. Apostolis spiritum sanctum instituit: misit autem ipsum eis absque omni chrisinatis inunctione: Apostolique, vt legitur Actuum. 8. & 9. per solam manuum impositionem absque chrisinate eundem spiritum sanctum conferebant: ergo chrisina nõ est necessaria materia. Quatuor autem Diu. Thom. perdoctè respondet. Primum, quod Christus propter potestatem excellentiæ, quæ sacramentis non alligabatur, contulit Apostolis rem huius sacramenti, id est, plenitudinem spiritus sancti absque sacramento: cõ quod, vt ad Rom. 8. ait Apostolus, primitias eius acceperunt. Secundò ait, quod nihilominus aliquid materię huic simile tunc exhibitum illis est sensibiliter: descenderunt enim in eos linguę igneæ, vnde ignis ad significationem olei refertur, nisi quod cum per Apostolos erat gratia spiritus sancti in alios deriuada, ignis, qui vim habet actiuam, illis congruebat: oleum autem, quod fomentum est ignis, conuenit reliquo orbi. Vnde si militudo constat, quod ipsi igne spiritus sancti totum mundum inflamarunt. Pariter lingua ad balsamũ refertur, nisi quod ipsa per locutionem, balsamum verò per odorẽ diffunditur: quia scilicet ipsi replebantur spiritu sancto: tanquam doctores, nos autem tanquam operadores, iuxta verbum citatum apostoli. Christi bonus odor sumus. Tertiò ait q̄ pariter apostoli sepe per solam manuum impositionẽ eundẽ spiritũ sanctũ cõferebant visibiliter descendente, sicut super ipsos descenderat: Vnde Petrus Actuum. 11. cum cepisset loqui, cecidit, inquit, spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Vbi autẽ illa sensibilia miracula diuinitus sensibiliter ostendebatur, non erat alia necessaria visibilis materia sacramenti. Quarto igitur addit, quod vbi illa sensibilia miracula non apparebant, chrisinate etiam ipsi Apostoli utebantur iuxta verbum supra citatum Dionysij. Est quædam perfectiua operatio, quam duces nostri chrisinatis hostiam vocant. Caiet. qui hanc veritatem: quod Apostoli chrisma te vterentur, planè comprobatur decretum illud Fabiani Papæ nuperimè citatum, eandemque Thomas Waldensis tomo. 2. de sacramen. capitu. 113. confirmat, idque potissimum

Primum argumentum.

Beza.

mum testimonio Bedæ libr. 6. super Lucam capitu. 6. vbi ait. Egressum illum Christi frequenter cum discipulis in montem oliuarum vt Matth. 21. & Luca. 19. legitur, significasse, quemadmodum omnes in morte eius baptizati altissimo spiritus sancti essent christumate confirmandi. Vnde VValdensis concludit dicens. Nemo igitur dicat, qui vult esse fidelis, quod sacramentum confirmationis fiebat sine vnctione per solam manuum impositionem à Christo & Apostolis. Imò addit Palud. distinctio. 7. quæst. 1. quod si aliquando Apostoli sine chrisinate per solam manuum impositionem confirmabant, id ex dispensatione spiritus sancti faciebant, sicut quando baptizabatur in nomine Christi. Quæ quidem sententia cõiectura non caret. Et quod de confirmatione dictum est, id & de ordinibus nonnulli sentiunt, scilicet quod quandoque Apostoli per solam manuum impositionem ordines conferebant, iuxta illud 1. ad Timot. quarto. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Et capitu. 5. Manus cito nemini imponeris. Attamen hoc non est necessarium dicere nam cum traditio materia: scilicet, hostiæ & calicis nunc habeatur tanquam ordinis sacerdotibus necessaria: & tunc nulla fuerit ratio dispensandi, non est cur negetur tunc etiam cum manus imponebatur, eandem materiam tradi. Chrisma vero non est de essentia sacramenti ordinis. Secundum argumentum. Confirmatio, vt supra diximus, est baptismi perfectio: sed illius materia est simplex aqua ergo & huius deberet esse simplex oleum absque balsamo: Negatur autem consequentia propter diuersam rationem. Per baptismum enim acquiritur spiritualis vita simpliciter, qua homo priuatim viuit: sed per confirmationem plenitudo spiritus sancti ad multiplices operationes. Est enim spiritus sanctus vt Sapient. 7. legitur, in se vnicus: sed in operando multiplex. Vnde. 1. Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus.

VValdensis.

Palud.

De ordinibus.

Secundum argumentum.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit de necessitate huius sacramenti, vt chrisma sit ab episcopo consecratum.



VM chrisinatis substantia sit constituta, quaritur de eius qualitate, vtrum necessaria sit eius per episcopum consecratio. Et respondet D. Thom. I. ac cõ-

Conclusio.

clusionem. Tam chrisma, quam oleum sanctum infirmorum prius benedicuntur, quam adhibeantur ad vsum sacramenti. Probatur primo autoritate Innocen. can. Presbyteris, de consecra. distinctio. 4. vbi ait, quod presbyteris baptizatos chrisinate vngere liceat, quod ab episcopo fuerat consecratum (scilicet in vertice capitis) non tamen frontem eodem oleo signare, quod solum debetur episcopis cum tradunt paracletum, scilicet in confirmatione. Et confirmatur ratione. Cum enim tota sacramentorum sanctificatio à Christo, vt dictum est, fuerit deriuata, considerandum est illa in triplici esse differentia. Quædam enim sunt quæ materiam habent corpoream. Et horum quædam sunt quibus Christus vsus est, vt baptismus & eucharistia, quæ subinde ex vsu ipsius Christi aptitudinem acceperunt ad vsum sacramenti, iuxta verbum Chrysostomi. Nunquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu dominici corporis sanctificata fuissent. De consecra. distinctio. 4. can. Nunquam. Et similiter ipse Dominus, vt Matth. 26. & Luca. 22. legitur, accipiens panem & calicem benedixit. Quæ utique ratione de essentia huiusmodi sacramentorum non est noua benedictio materia, sed de solennitate duntaxat. Vnctionibus autem visibilibus Christus non fuit vsus, & ideo tam chrisma in confirmatione, quam oleum in extrema vnctione necessario requirit benedictionem. In sacramentis vero poenitentia & matrimonij, quia nulla est corporalis materia, ratio cessat. Atque adeo in sacramento ordinis, quod non consistit in applicatione materia, sed in traditione potestatis: vnctio enim illuc chrisinatis non est sacramentum, sed sacramentale: sicut vnctio in baptismo super vertice capitis.

Et per hoc, inquit, Sanct. Thom. soluitur primum argumentum: quod est hoc. Benedictio aquæ baptismalis non est de essentia sacramenti, neque benedictiones, quæ in missa præcedunt consecrationem super panem & vinum: ergo neque consecratio chrisinatis. Negatur enim consequentia propter adductam discriminis rationem.

Expositio articuli.

Quamuis conclusio hæc sit à theologis recepta

Durandus.

cepta, tamen ratio hæc S. Thomæ non omnibus probatur. Arguit enim Durand. distinctio. 7. quæst. 2. Si propterea quod vsus Christi materiam baptismi & eucharistia consecrauit, non est alia eius benedictio de essentia, sequitur, quod neque sit de decencia: imò per illas sacramentales benedictiones videtur iniuria irrogari Christo, qui illas materias benedixit. Item. Christus etiam vnctionibus vsus est, vt patet Ioan. 12. & Luca. 7. vbi vnctus legitur à Maria Magdalena. Et Ioan. 19. vbi legitur post mortem vnctus à Nicodemo. Subdit ergo aliam rationem, quia scilicet instrumentum debet ministro congruere: & quoniam minister confirmationis est episcopus, per benedictionem ad huiusmodi functionem sacramenti determinatur, debet etiam materia benedictione eiusdem episcopi determinari. Ad hoc verò nos dicimus, quod nisi res esset ecclesie sanctionibus decretæ, rationes huiusmodi non conuincerent. Ecclesie autem sanctione supposita multo est luculentior ratio S. Thomæ. Quare licet in. 4. distinctio. 7. quæst. 1. artic. 2. illa Durandi vsus fuerit, eandem tamen hic tanquam insufficientem prætermisit. Et hanc amplexus est, quæ est Bonauentura, Ricardi & Scoti distinctio. 7. Nam primum sequeretur ex illa ratione, quod etiam materia eucharistia postquam habet determinatum ministrum: nempe, sacerdotem, de necessitate requireret benedictionem: quod falsum est. Vnde ad primam eius rationem respondetur, quod cum benedictiones illæ non fiant tanquam necessariae, nulla inde Christo irrogatur iniuria: secus si adhiberentur quasi inde accresceret virtus sacramenti. Ad secundam verò respondetur, quod Christus non est vsus illis vnctionibus tanquam sacramentis, aut sacramentalibus: fuerat enim vnctus virtute vnionis plenitudine gratia spiritus sancti. Dubium autem magis forsitan perplexum est, vtrum consecratio hæc episcopalis sit solum de necessitate precepti, an verò de necessitate sacramenti. Et hoc dubium triplex est. Primum enim dubitatur vtrum aliqua consecratio requiratur. Et secundò vtrum si simplex sacerdos possit illud consecrare, vt sacramentum sit validum. Et tertio vtrum saltem ex dispensatione summi pontificis id possit. At ne tot in dubium reuocemus, constantissimum est & catholicum, requiri benedictionem & consecrationem. Hoc patet primò ex illo decreto Fabiani, vbi ait, Christum in coena docuisse se conficere chrisma. Et ex solenni consuetu-

Dubium.


Responsio.

dine ecclesie, quæ habet vt illa die quotannis episcopus confectum chrisma consecret cuius vsus non duret nisi illo anno, vt patet can. Leteris, de conf. d. 3. & can. Si quis de alio distinctio. 4. Et ex decretis, quibus definitur, materiam confirmationis esse chrisma ab episcopo consecratum. Vt can. Presbyteris, eadem distinctione & extra de sacra vnctione, & in concilio Florentino. Vbi id ipsum expressis verbis definitur. At verò vtrum sufficiat necessitati sacramenti à simplici sacerdote ex officio consecrari, Caietanus solus est, qui in præfatiarum hoc reuocat in dubium. Et licet nihil definiendo concludat, arguit tamen ad partem affirmatiuam, quam ait rationi magis consentaneam. Et argumentum eius est, quod cum sacerdos possit hostiam consecrare, quæ est omnium consecrationum summa, à fortiori si consecret chrisma, consecratio tenebit, licet peccet, quia est interdictus ne faciat, vt patet in concilio Toletano. 8. cap. 7. & in Carthaginensi. 2. & 3. quæ referuntur. 26. q. 6. can. Si iubet, & can. Presbyter. Hæc tamen opinio non est tuta: quonia sicut solus episcopus ex officio est minister sacramenti, ita & solus ipse est qui ex officio materiam potest consecrare. Neque consequentia Caietani vllius est ponderis. Fallit enim regula, quod qui potest maius, possit minus. Minus enim est consecrare altare, & conferre minores ordines, quam consecrare hostiam, tam sacerdos qui potest hoc maius, non potest illa minora facere. Vrgentius tamen argumentum ducitur ex præallegato cap. Pastoralis, de sacrament. non iterandum. quod nulla consecratio materia sit de necessitate sacramenti: quandoquidem ille, qui illic inducitur solo oleo confirmatus, non iubetur iterum confirmari: quare illud sacramentum iudicatum est validum, vt supra expositum est. Respondetur, quod certò credendum est fuisse illud confirmatum oleo catechumenorum, & infirmorum per episcopum benedictio: ob idque aliqua benedictio est de essentia. Argumentum verò videtur concludere, quod benedictio chrisinatis non sit de essentia, saltem si illam sustineamus opinionem, quod balsamum non est de essentia. Vnde dicere possumus, vt ait Palud. d. 7. q. 4. ar. 3. quod licet consecratio & benedictio chrisinatis & olei sit de iure diuino, tam quod hæc vel illa sit consecrationis forma, ecclesie commissum est, sicuti consecrationi, quæ est de iure diuino, tempus præfinire, & personas ad matrimonium legitimas redere & illegitimas. Quare variare consecrationem

Dubium.

Arg. Cuius.

Argumentum ex ca. Pastoralis.



nem materiae no est eius substantiam mutare, atque adeo nec substantiam sacramenti.

Aliud dubium.

Scotus.

Restat ergo dubium, vtrum saltem ex commissione episcopi vel papae possit simplex sacerdos consecrare chrisma: na Caiet. de hoc no dubitat. Imo & Scotus id quoq; videtur concedere. Ait enim quod requiritur chrisma ab episcopo sanctificatum, vel ab alio, cui talis sanctificatio poterit committi. Neq; vero ratio Caietani est despicienda: na etsi minister huius sacramenti sit episcopus, adeo vt nisi ipse confirmauerit sacramentum nullum sit, vt ca. Manus, de consec. d. 5. sancitur, nihilominus, vt art. 11. videbimus, potest ex commissione papae simplex sacerdos confirmare: & cu collatio sacramenti praestantior sit, quam benedictio materiae, sicut sacramentum praestantius ipsa materia, consequitur, vt & consecratio chrismae possit simplici sacerdoti committi. Neq; concilium Florentinum obstare videtur, dicens q aliquando ex dispensatione simplex sacerdos legitur confirmasse, chrismate tamen per episcopum confecto: na illic id solum qd contigit memoratur: at no prohibetur quin possit vtrunq; committi. Quod aut in contrarium vehementius videtur est verbum canonis Presbyter supra citati. 26. q. 6. f. Presbyter incognito episcopo virgines non consecret: chrisma vero nunquam conficiat. Vbi discrimen videtur poni, q vnum presbyter ex dispensatione possit, alterum vero nullatenus. Sed respondere potest, illic solum significari nunquam super hoc secundo fuisse dispensatum. Extat etiam durum verbum hoc in concilio Toletano citato. f. Episcopalis eminentia diuina auctoritas percussit esse aliqua summa, quae caeteris sacerdotibus exercenda prohibuit. f. templorum Dei sacratione, chrismae benedictionem, sacrorumq; ordinum institutione. Vbi apparet iure diuino esse prohibitum, atq; adeo no posse in hoc dispensari. Respondetur tamen q diuina auctoritas episcopi no clare id sonat, qd ius diuinum. Na & auctoritas, qua Romanus pontifex in cōcedendis ecclesiasticis legibus vtitur, diuina est. Eademq; presbyteris inhiuit confirmare, super quo tamen dispensare potest. De hac ergo re, quia ex auctoritate Pontificis maximi pendet, nihil a nobis definiendum est. Probabile tamen est, q possit etiam in hoc dispensare. Quauis neq; ratio Caieta. omnino conuincat: quoniam licet sacramentum maius sit, quam benedictio materiae, non ideo subsequitur, vt si sacerdoti possit committi collatio, possit & committi consecratio chrismae: nam dignius est ma-

Relinquitur
lis sub indice

teriam conficere, quam ea vti. Secundum argumentum S. Thomae est. Idem non debet bis consecrari: sed materia sacramenti in collatione ipsa sanctificatur, iuxta verbum Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum: ergo non indiget priori alia sanctificatione. Accedit & tertium, q sacramenti consecratio ad consecutionem gratiae ordinatur, chrisma vero, quae est inanime corpus, no est gratiae capax. Respondet ad prius per similitudinem, quod sicut instrumentum bifariam virtute acquirit: scilicet, & quando recipit formam instrumenti, & quando mouetur ad effectum a principali agenti, ita & chrisma prius sanctificationem accipit, vt fit propria materia, & postea virtute sanctificandi dum applicatur ad effectum. Ad posterius vero respondetur, quod etsi chrisma no sit capax gratiae tanquam subiectum, est tamen tanquam instrumentum, & ad hoc consecratur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum forma, qua ecclesia vtitur sit conueniens.



POST materiam sequitur articulus de forma, in quo D. Tho. hanc constituit conclusionem. Hae est conueniens forma huius sacramenti, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine patris & filij & spiritus sancti, Amen. Probatur primo auctoritate ecclesiae, quae illa vtitur. Deinde ratione. Sicut enim forma rei naturalis speciem ei confert: ita & forma sacramenti continere debet quicquid ad sacramenti speciem attinet: per hoc autem sacramentum, vt dictum est, plenitudo spiritus sancti ad robur spiritualis pugnae confertur: quare tria sunt in eo necessaria, quae per formam explicantur. Primum scilicet causa conferens, quae est sancta trinitas, illis nominibus expressa. In nomine patris, &c. Secundum robur ipsum spirituale gratiae, quod designatur, vbi dicitur, Confirmo te chrismate salutis. Et tertium, characteris insigne, quod militi, sicut in praelio civili datur, cuius gratia dicitur, Consigno te signo crucis. In quo, sicut habetur ad Coloss. 2. rex noster triumphauit.

Conclusio.

Hic nihil est adnotandum, quod D. Th. in argumentis no insinuet. Ideo arguitur primo. Sacramentorum institutio & usus a Christo per apostolos deriuatus est: sed nunquam legitur aut Christum hanc formam instituisse, aut apostolos

Expositio articuli.

Primum argumentum.

los

los usurpasse: ergo nullum habet fundamentum. Respondetur, quod cum apostoli no semper vterentur chrismate, propterea quod per solam manuum impositionem sacramenti effectum conferebant, fit vt tunc nec forma vterentur. Quando vero vtebantur chrismate, certum est etiam vfos fuisse forma: nam vt dist. 1. q. 1. ostensum est, representatio materiae vaga, & confusa est, nisi formae significatione determinetur. Tamen no opus fuit omnia, quae institutione Christi faciebant: scripto modo re. Multa enim eorum traditione viua voce ad nos peruenierunt, iuxta illud. 1. Corin. 11. Cetera cum venero disponam. Quae quidem dispositio nusquam legitur. Quare. 2. ad Thes. 2. Tenete, inquit, traditiones, quas didicistis siue per sermonem (ideest verbo) siue per epistolam nostram. Et Ioan. in 2. ca. Plura, inquit, habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum: spero. n. me futurum apud vos, & os ad os loqui. Vnde Dion. in fine ecclesiasticae hierar. Consummatiuas, inquit, inuocationes (ideest verba, quibus perficiuntur sacramenta) non est iustum scripturas interpretantibus, neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes, ex occulto ad commune adducere: sed nostra sacra traditio sine pompa (ideest occulte) eas edocet. Quod si in istis interrogas, vbi ergo primum ecclesia hanc tradidit formam? Respondetur non omnes & singulas sacramentorum materias & formas vsq; ad Concilium Florentinum sub Eugo. 4. vsq; ad expressas haberi. Sed tamen certum est more & vsu, antistitum successione fuisse seruatas. Illic autem vbi vtraq; pars ecclesiae tam orientalis, quam occidentalis fuit congregata: omnes fuerunt explicatae: inter quas & ista confirmationis. At vero forte arguis. Ergo illa trinitatis expressio est de essentia huius sacramenti, quandoquidem in ea, sicut & in forma baptismi in eodem concilio adhibetur. Quod autem esse falsum probatur inde primo, quod in euangelio solum de baptismo legimus. Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: quare nullum aliud sacramentorum videtur tanquam de essentia inuocatione trinitatis requirere. Et secundo arguitur ratione. Inter omnia sacramenta solus baptismus censetur professio fidei, vbi. f. fidem Christianam suscipimus: professio autem fit per illam trinitatis expressionem ergo in solo baptismo est necessaria. His forsitan argumentis ductus dicere quis posset illam

Quaestio
Dubitatio.

Concilium Florentinum.

Alexander.

inuocationem duntaxat, tanquam decente adhiberi, ita vt sit de praeccepto, non tamen quod sine illa sacramentum non valeret. Verumtamen opinatio haec non esset tutissima: postquam concilium eodem tenore, quo in baptismo illam ponit, atq; illa inuolabiliter ecclesia vtitur, proculdubio tenenda est tanquam de essentia. Vnde ad primum argumentum respondetur, quod cum forma confirmationis non perinde ac forma baptismi sit expressa in euangelio, nullum ex illo aduersus illam argumentum ducitur. Ad secundum respondetur, confirmationem, quoniam ad perfectionem baptismi, vt supra dictum est, spectat, quodammodo etiam censeri professionem fidei, quasi priorem roborantem & perficientem. Vnde ca. Omnes de consec. d. 5. hoc sacramentum omnibus iniungitur, vt pleni Christiani inueniantur. Reliqua vero sacramenta, quia non sunt fidei professiones, sed illa iam etiam corroborata & perfectata supponunt, non eadem trinitatis inuocatione exigunt. Animaduertendum etiam, quod chrisma necessario debet in forma crucis fieri alioqui forma esset falsa. Vnde de consec. d. 5. ca. Numquid Stephanus papa omnia, inquit, chrismata sacerdotalis mysterij crucis figura perficiuntur. Chrismata scilicet, non omnia sacramenta, sed omnia tam sacramenta, quae in vntione consistunt, vt confirmatio & extrema vntio quam sacramentalia, vt cum aqua baptismi, & postea baptizatus vngitur, & vntio sacerdotis, dum ordinatur. Tamen discrimen interfit quod in extrema vntione, cum in forma no exprimitur crux, non est de essentia sacramenti sicuti neq; in sacramentalibus baptismi & ordinis. Quamquam sit de praeccepto, & forsitan no obligante sub reatu mortali: quia non est res tanti momenti. Secundo arguitur. Sicut sacramentum ita & forma eadem esse debet apud omnes: sed tamen no omnes ecclesiae hac forma vtitur: aliqui enim dicunt Confirmo te chrismate sanctificationis. Respondetur, quod cum sanctificatio causa sit salutis, idem vtrunq; valet. Iam enim diximus in materia baptismi variationem formae, quae no mutat sensum, no vitare sacramentum. Quare si hic loco chrismate, dicatur, vnguento, & pro confirmo, corrobore, aut perficio in fide, licet aliqua esset culpa, validum tamen esset, vt reor, sacramentum: sicuti etiam fieret per tertiam personam, vt in decreto Constantiensi legitur confirmatum sub hac forma, signat te Deo sigillo fidei tuae. Idem. n. est, quod signo crucis. Sed magis abignum est, quod illic no adhibetur

Dubitatio. 1.

Dubitatio. 2.

Crucis forma.

hibetur secunda pars, confirmo te chrismate salutis, quæ ideo videtur non esse de essentia. Respondetur autem primo, non omnia, quæ in illo edicto continentur, incorruptæ esse autoritatis, ut illud, quod mundatus fuerit à lepra per baptismum: quia neque in vita Syluestri, quæ refertur ca. Sancta Romana. d. 15. neque apud Ambrosiū in Oratione de obitu Theodosij, neque apud Platinam legitur. Secundò respondetur, quod in edicto non fuit necessariū omnia referri. Et quod illa pars fuerit illic etiam adhibita, colligitur ex verbis præcedentibus. scilicet quod Syluester chrismatis vntione vexillum sancte crucis in eius fronte liniuit. Tertio arguitur sacramentum hoc debet conformari baptismi, sicut perfectio (ut supra dictum est) perfectibili: forma verò baptismi & hæc in multis variant: ergo hæc non est legitima. Respondetur, quod baptismus est regeneratio in spirituali vitâ, qua homo vivit in se ipso, & ideo non ponitur in forma nisi vnus actus. Ego te baptizo, qui ad sanctificationem personæ pertinet. Neque opus est materiam aquæ aut effectum salutis illic explicare: nam verbo ipso, abluto vtrunq; designatur. Neque oportet illic crucis characterem exprimi, quia illic non armatur miles ad publicam pugnam sed per ipsam infusionem aquæ significatur Christi mors & sepultura, quibus, ut ait Paulus per baptismum configuramur. At quoniam per confirmationem non solum homo ipse sanctificatur, sed ad publica pro fide prælia instruitur, requiritur primò ut in forma exprimat interna sanctificatio, dum dicitur, Confirmo te chrismate salutis: vbi materia exprimitur & effectus, quoniam, confirmo non satis illa designat, sicuti abluto. Præterea oportet, ut homo exterius vexillo crucis cõsignetur ad pugnam, & ideo præmittitur, Cõsigno te signo crucis, ut scilicet signaculo illo frontis, vbi insidet verecundia, & timoris pallor, Christianus malam verecundiam & metum abstergat, ut etiã cum periculo mortis fidem vbiq; prædicet. Prædicatio enim Christi crucifixi: ut ait. 1. Cor. 1. Paulus Iudeis quidẽ scãdalũ erat, & gentibus stultitia. Quare Christiani (ut Paulino etiam verbo vtar) non debent euangelium erubescere, quibus Dei virtus est, & Dei sapientia.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.



CONSTITVTO sacramento secundum suam materiam & formam, subsequitur de eius effectibus inquirere, quorum primus est character. De quo Sanctus Thomas vnã hãc conclusionẽ affirmat. Manifestũ est, quod in sacramento cõfirmationis imprimatur character. Probatur primò ab effectu: hoc enim sacramentũ non est iterabile, ut per conciliũ Tarraconense, de cõse. d. 5. can. Dicitũ est: & per Gregoriũ cano. De homine, definitũ est: causa autẽ ne sit iterabile non est nisi character, quẽ imprimat. Ratio deinde ex superiorib; colligitur. Character est potestas ad aliquas actiones ordinata: sicut autẽ baptismus est quædam spiritualis regeneratio, ita & cõfirmatio quoddã spirituale augmentum ad ætatẽ perfectã, in qua, ut exẽplo corporalis vitæ constat, potest homo exercere actiones, quas non poterat infans: ergo sicut in baptismi recipit homo characterẽ, qui est potestas suscipiendi alia sacramenta ad propriã salutẽ, ita per cõfirmationẽ recipit alium, qui est potestas ad propugnandã fidẽ. Et cõfirmatur apostolorũ exẽplo, qui antequã plenitudinẽ spiritus sancti reciperent erant in coenaculo perseverantes in oratione, quasi priuatã vitam agentes: postmodum verò nihil verebantur publicitus coram hostibus christianæ fidei eandem confiteri & promulgare.

Cõclusio hæc assertio est catholica, ut duobus canonibus citatis definitur, vbi sancitur non esse hoc sacramentũ iterandũ, quod est characteris indicium. Idẽ habetur in cõcilio Tolitano. 8. c. 7. & in cõcilio Florẽtino, vbi hoc sacramentum inter imprimentia characterem connumeratur. Et Thomas VValdensis tomo. 2. de sacrament. cap. 9. de tribus sacramentis imprimentibus characterem copiosẽ loquitur. Sed de hac re satis superq; dist. 1. q. 4. differuimus. **C**at vnus duntaxat superest hũc dissoluendus nodus, vtrũ eidem irregularitatis poenæ obnoxij illi sint qui semel cõfirmatum iteratò confirmant, atq; anabaptistẽ, srebaptizates. Scotus namq; in. 4. d. 7. q. 5. refert iuris prudentiũ opinionẽ affirmatiuam, quã suo consueto Achille: scilicet, à simili probant. Cum enim iterum confirmates similes illis sint, qui rebaptizant, similiterq; mortaliter peccent, de quo nemo ambigit, simili, inquit, poenæ subdũtur. Scotus verò illic pbe negat per iterationẽ confirmationis irregularitatem incurri. Sunt enim eiusmodi argumẽta

Conclusio.

Expositio articuli.

De irregularitate.

Canonistarũ opinio.

Scotus.

Respondetur Canonistis.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

ta à simili sepe fallacia. Imò alia est ad propositum regula iuris magis solida: scilicet, quòd privilegia amplianda sint, poenæ verò restringendæ. Quare cum in iure non decernatur irregularitatis poena nisi iteratibus baptismũ, non est ad iterantes confirmationes extendenda. Et accedit in eandem sententiam Paludanus eadem distinctione quæstione secunda. Et ita est indubiè tenendum. Et confirmatur iuris autoritate: nam in prædicto canone. Dicitum est. Pluries confirmatis non alia iniungitur poena, nisi ut in habitu clericali religiosè famulentur: & si alia esset certè illic imponeretur. Igitur, ut ad Canonistas respondeamus, negatur similem militare rationem in confirmatione, & in baptismi: nam quia baptismus est regeneratio & prima fidei professio, qua remittitur originale, grauius peccatum est illum iterare: quia, ut ait Paulus ad Hebræ. 6. est quædam imago iterationis passionis Christi, quæ tamen vna fuit sufficientissima: iterare autem confirmationẽ quantum peccatum fit, idemq; mortale sacrilegiũ, non tamen eandem habet iniuriosam representationem annexam iterate passionis Christi. Sed potissimum responsum est, quòd poena irregularitatis in odium Donatistarũ fuit rebaptizantibus imposta, quippe qui illam sustinebant hæresim, quòd baptizati ab hæreticis essent rebaptizandi: quæ quidem ratio de confirmatione non militat.

Primum argumentum Sancti Thomæ est, Character est signum distinctiuum: per characterem autem cõfirmationis Christiani neque ab infidelibus distinguuntur, neque inter se, quoniam confiteri fidem omnibus fidelibus competit: ergo superuacaneus est. Respondetur, per characterem baptismi distinguuntur Christianos ab infidelibus, per characterem verò confirmationis eos, qui prouecti sunt à neophytis, id est, nuper genitis infantibus. Nam etsi cunctis Christianis contra hostes inuisibiles pugnam sustinere congruat, tamen contra publicos tyrannos depugnare confirmatorum est proprium & virilem ætatem agentium. Hòc autem articulo septimo amplius explicabitur. **S**ecundò arguitur: Character, ut dictum est, quædam est potentia: hæc autem non est nisi vel actiua vel passiuã: character baptismalis est potentia passiuã ad suscipiendã sacramenta, & character ordinis actiua ad conferendum: ergo character confirmationis redundat. Respon-

det, quòd omnia quidẽ sacramenta sunt quædam fidei protestationes: sicut ergo per baptismum suscipitur character ad protestandã fidem per susceptionem sacramentorum: ita per sacramentum confirmationis suscipitur character siue potestas publicè fidẽ Christi verbis profitẽdi, quasi ex officio. Et nota quasi ex officio: quoniam sine cõfirmatione potest quisque facere, quod confirmatus: sed cõfirmatus id facit peculiariter, quasi ex proprio munere. Non autem bene explicat fit ne potentia actiua vel passiuã. Et arguit hic Caietanus ad hominem. Supra quæstione. 63. articulo 6. posuit omnem characterem in genere spectare ad potentiam passiuã, eò quòd characteres sunt participationes quædam sacerdotij Christi ab ipso deriuatæ: hic autem dicit aliquem esse actiuam. Respondetur, omnes characteres quatenus homini sunt impressi esse in hoc sensu passiones, quòd à Christo recipiuntur ut gratia. Sed si consideretur in ordine ad suos actus & officia, sacerdotalis est ad conferendum sacramenta, baptismalis verò & hic confirmationis ad protestandã fidẽ. Diuersimodè tñ, ille scilicet suscipiẽdo sacramenta: quare mediò est, magis tñ vergens ad actionem. **T**ertio. In circuncisione, vbi character corporalis in mēbro fiebat, nullus imprimebatur spiritualis: sed in confirmatione pariter chrismate fit character in fronte: ergo nullus debet imprimi spiritualis. Negatur cõsequencia propter diuersam rationem: nam illa sacramenta, uti ad Hebræ. 9. ait Paulus. erant iustitiæ carnis: quare nihil interius efficiebant, sed sola gratia in virtute fidei in circuncisione conferebatur: nostra verò sunt spiritualia, & ideo characterem intus imprimunt quem externo significant.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum character confirmationis characterẽ baptismi presupponat.



VAERITVR iam de ordine inter hos duos characteres. Ad quod D. Th. respondet, quod character cõfirmationis necessario presupponit characterẽ baptismi, ita ut si quis non baptizatus cõfirmaretur nihil reciperet. Nam cum per baptismũ homo regeneretur, & per confirmationem augmentum spiritualis vitæ recipiat, & augmentum vitam

Conclusio.

Conclusio de fide.

vitam presupponat, non potest non baptizatus confirmari. ¶ Conclusio est de fide, ut de consecratio. distinctione quinta can. Omnes fideles, & canon. Nouissimè, qui hic citatur à D. Thom. decernitur. Vbi ait. Nouissimè à summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato. Quinuerò fides catholica est, ut baptismus non solum confirmationem, verum & omnia sacramenta debeat de necessitate præcedere, aliàs nullum esset sacramentum. Est enim sacramentorum ianua, ut in fine capit. Præter hoc. distinctione. 32. & in concilio Florétino definitum est. Quare capitulo primo de Presbyte. non baptizato iubetur, ut ille, qui ante baptismum ordinatus susceperat, iterum post baptismum ordinetur. ¶ Vtrum autem cetera sacramenta sine confirmatione possint suscipi, posset quis magis dubitare. Ad quod breuiter respondetur, quod licet ubi commodè fieri potest, aliqua sit culpa aliud quodpiam sacramentum sine confirmatione suscipere, non tamen est mortalis, nisi ex contemptu id fiat, ut art. 8. emunctius discutietur.

Dubium.

Primum argumentum.

¶ Primum argumentum Sancti Thomæ est. Effectus confirmationis est publicitus coram tyranno fidem profiteri: multi autem sancti martyres leguntur, qui ante baptismum pro causa fidei in suo sanguine baptizati sunt: ergo illi fuerunt ante baptismum confirmati. Respondetur, quod cum diuina virtus non sit sacramentis alligata, sicut potest quis effectum baptismi sine baptismo consequi, ita & effectum confirmationis sine ipso sacramento. Sed tamen, sicut ad primum effectum requiritur votum baptismi, ita & ad secundum exigitur votum confirmationis. Non autem intelligas speciale votum: nam votum baptismi, in quo includitur generaliter recipere potest sacramenta iuxta ritum ecclesiæ, sufficit.

Secundum argumentum.

¶ Secundum argumentum est de apostolis, qui non leguntur baptizati, antequam essent in pentecoste confirmati. Sed iam nos distinctione quinta articulo secundo ostendimus fuisse antea baptizate initiatos, ut hic secundum August. ait Diuus Thomas. ¶ Tertio arguitur ex illo Actuum. 10. ubi legitur, quod loquente Petro, cecidit super eos qui audiebant, spiritus sanctus, ut loquerentur varijs linguis, & tamè postea baptizati sunt. Vbi subinde videtur confirmatio baptismum præcessisse. Respondetur autem, aduentum illum spiritus sancti non fuisse sacramentum

Tertium argumentum.

confirmationis, quamuis per eundem aduentum collatus fuerit effectus sacramenti sine sacramento. Quare nihil vetabat, ut illi denuo post baptismum sacramento confirmarentur.

ARTICVLVS VII.

Vtrum per sacramentum confirmationis conferatur gratia gratum faciens.



EQVITVR de alio eodèq; præcipuo sacramenti effectu, qui est gratia. De quo Diuus Thomas hanc constituit conclusionem. Manifestum est, quod gratia gratum faciens conferatur in hoc sacramento. Probat. In eo confertur, ut dictum est, plenitudo spiritus sancti ad robur, sicuti apostolis in die pentecostes collata fuit: sed spiritus sanctus internè non nisi per gratiam mittitur, ut. 1. part. quæst. 43. artic. 3. ostensum est: ergo per hoc sacramentum confertur gratia gratum faciens.

Conclusio.

Expositio articuli.

¶ Conclusio hæc, sicut & præcedens, est etiam de fide: nimirum quod hoc sacramentum ad conferendum plenitudinem spiritus sancti fuerit institutum. Vnde magna cum apparètia elicitur in hoc cumulationem conferri vberiorè remq; gradum gratiæ, quam in baptismo: imò quam in cæteris sacramentis, excepta eucharistia, in qua corpus ipsum Christi, quod illic subest, copiosiore gratiam conferre censetur, & forsàn sacerdotali ordine, per quem homo dux fidei instituitur, cum in hoc solum constituitur miles. Faciunt ad hoc canones illi de consecra. distinctione quinta. In primo enim dicitur, per hoc sacramentum plenos Christianos fieri. Et canone. Spiritus sanctus per idem baptizatis augmentum præstari ad gratiam. Et tandem canone. Nouissimè, habetur, quod per vntionem, quæ fit in baptismo in vertice capitis intelligitur spiritus sancti descensio ad habitationem: sed in confirmatione declaratur spūs sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, & scientiæ & virtutis in hominè venire. Dicitur enim supra ex eo quod per baptismum plenissima fiat remissio, non consequi, ut cumulatior detur illic gradus gratiæ & amicitia Dei, quam in alijs sacramentis.

Argument.

¶ Hanc verò toties repetitam nouam gratiæ copiam opus est semel explicare. Arguitur ergo sic. Gratia & virtutes in baptismo infusæ sufficiunt ad confessionem fidei, etiam vsque

que ad oppetendam mortem pro Christo: ergo confirmatio est superflua. Probat. Antecedens. Illud animi robur & vitæ oblatio procedit ex fide rerum sperandarum, & plurimum ex fortitudine, quæ est animi firmitas, & potissimum ex charitate, quæ quidem animi dotes per baptismum acquiruntur. Quinuerò ad idem officium & naturalis complexio permultum iuuat: videlicet, si homo est cholericus, virilemque habet animum, & quadratum: nam è conuerso si homo est effœmi natus, aut alijs vitijs corruptus, quamuis sit sacramento confirmatissimus, & forsàn in gratia existens, oblato martyrio fidem deseret, ubi alius non confirmatus mortem expectaret. Quid ergo facit confirmationem? Adde quod vsu venit, ut infidelis, & hæreticus pro suo errore audaciùs se morti obijciat, quam Christianus confirmatus. ¶ Ad hæc respondetur omnia allata antecedentia vera esse, non tamen subsequi vanum esse hoc sacramentum. Haud enim negamus, quin aliæ virtutes & animi vires ad id quam plurimum iuuent: nihilominus Deus, quantum in se est per hoc sacramentum Christianis ad id muneris opitulatur, ut baptizati tanquam ex officio habeant, ut sint fidei publici milites. At quia neminem cogit, accidit, ut vecordi homini & corruptis moribus tradito neque sacramentorum auxilia sufficiant. Sed multominus nonnunquam profint, quam alijs aliæ virtutes. ¶ Est hæc de mum adnotandum, ut supra tactum est, per hoc sacramentum olim spiritum sanctum donari fuisse solitum visibiliter, sicut super Apostolos descenderat, ut habetur Actuum undecimo. Ita ut confirmati loquerentur etiam varijs linguis, ut Actuum decimo nono refertur. Quo miraculi stupore Simon ille magus allectus, ut Actuum octauo narratur, voluit donum illud conferendi spiritum sanctum mercari. Id autem tunc ad fundationem fidei necessarium erat: illa tamen iam satis fundata cessauerunt signa, & permanere sit internus effectus. Vnde Augustinus libro tertio contra Donatistas capitulo decimo sexto. Neque temporalibus, inquit, & sensibilibus miraculis attestantibus per manus impositionem modo datur spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad commendationem rudis fidei, & ecclesiæ primordia dilatanda. Sed inuisibiliter & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inspirari per spiritum sanctum, qui datur nobis.

Responsio.

August.

Et loquitur de hoc confirmationis sacramento. ¶ Primum argumentum Sancti Thomæ est. Gratia gratum faciens confertur ad remissionem culpæ: sed illa per baptismum remittitur: ergo confirmatio redundat. Respondet egregiè, gratiam non ad illum tantum remissionis effectum, sed ad alios quoque, ut dictum est, donari, ut per omnem vitæ discursum gradatim nobis Deus opem ferat vsq; ad vitam æternam, ut illud impleatur ad Romanos. 6. Gratia Dei vita æterna. Vnde Paulo dictum est. 2. Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ipseque. 1. Corinth. 15. fatetur dicens, Gratia Dei sum id, quod sum. ¶ Secundo arguitur. Si hoc sacramentum gratiam conferret, esset peccatoribus, qui maxime illa egent, exhibendum, quod tamen non est condecens: ergo non confert gratiam. Negatur prima consequentia, qua infertur dandum esse peccatoribus. Nomen enim ipsum confirmandi admonet, quod sicut non debet ministrari nisi baptizatis, ita neque adultis, si in delicto permanere credantur. Imò in concilio Aurelianensi, quod refertur canone. Ut ieiuni. de consecra. distinctione quinta. præcipitur, ut accedentes ad confirmationem admonerentur prius facere confessionem, ut mundi donum spiritus sancti valeant accipere. Et tunc, ut ait hic Sanctus Thomas per confirmationem perficitur effectus poenitentia, sicuti & baptismi. ¶ Quod si scisciteris vtrum confessio sit simpliciter necessaria sub reatu peccati mortalis ista tim articulo proximo respõdebitur. ¶ Ambiguum tamen est vtrum requiratur contritio. Ad quod primo respõdetur, quod attritio existimata contritio sufficit. Nam, ut distinctione præcedenti quæstione prima dicebamus, hæc ad omnia sufficit sacramenta: videlicet quod homo licet non doleat propter Deum, bona tamen fide id arbitretur. Et de hac certò credo loqui D. Thomam in præsentiarum, ubi ait, quod si aliquis adultus in peccato existens, cuius conscientiam non habet, vel si etiam non perfectè contritus accedat: dummodo non fictus accedat, per gratiam collatam in hoc sacramento consequetur remissionem peccatorum. Eiusmodi enim attritus est, qui ob id quod dignè ad sacramentum accedit, fit per ipsum ex attrito contritus. ¶ Secundo addiderim attritionem cognitam non sufficere, ut dignè ad hoc sacramentum accedatur, hoc est dum quis sciens se non propter Deum poenitere, accedit. Et ratio qua ducor

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Conciliū Aurelianensium.

Vtrum requiratur contritio.

Sententia auctoris.

ducor, est quod sacramentorum dispositio penes ipsam eorum naturam pensanda est: baptismus ergo, quia sacramentum est mortuorum, satis habet obicem non inuenire, ut vitam tribuat: at quia confirmatio, in hoc instituta est, ut gratiam baptismi confirmet & corroboret, eadem eius institutio postulat, ut non nisi ei exhibeatur, qui in gratia cōfetur accedere. Atque eadē ratio vim habet in eucharistia. ¶ Tertiū arguit. S. Thom. Gratia gratum facientes non differunt specie cum ad vnum effectum ordinentur, duæ autem formæ eiusdem speciei non possunt esse simul in eodem subiecto: cum ergo per baptismum gratia conferatur, nequit altera baptizato per confirmationem infundi. Alexander Aletensis quarta parte quæst. 26. membro primo ait, quod in hoc sacramento non solum augetur gratia baptismalis, sed noua per essentiam datur. Vbi videtur sentire diuersas qualitates infundi. Et Marsilius in quar. quæst. quinta articulo quarto lōgam instruit disputationem vtrum hæc duæ gratiæ speciei differant: & tandē in sententiam Diui Thomæ descendit. Est tamen res clara, quod omnes gratiæ gratum facientes, quatenus sunt qualitates, & quatenus hominem gratum faciunt eiusdem sint speciei. Quapropter quoties gratia, siue per merita, siue per sacramenta crescit, non multiplicantur qualitates diuersæ, sed prior diuinitus per intensiōem augetur. Dicitur autem gratia confirmationis, eō quod tunc non solum fit homo magis Deo amicus, verum ad nouum effectum nouam acquirit facultatem.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.



ROST materiam & formam effectusque huius sacramenti interrogatur de eius subiecto. Et respondetur hac conclusio. Hoc sacramentum debet omnibus exhiberi. Intelligitur autem de solis baptizatis. Probatur ratione. Sicut de intentione naturæ est omnem ex carne natum nisi morte præuentum, ad perfectam ætatem perducere: ita, imò multò magis, intentio Dei est omnia sua opera ad perfectionē promouere, iuxta illud Deutero. vigesimo

secundo Dei perfecta sunt opera: atque adeo quotquot ex aqua & spiritu sancto renascuntur in fide perficere. Cum ergo anima, quæ renascitur, immortalis sit, atque adeo nec iuuenis sit nec senex, fit ut sicut potest in senectute homo natiuitatem spiritualem consequi, ita & in iuuentute & pueritia augmentum possit recipere ætatis: ergo quicumque baptizatus tam in pueritia quàm in senectute confirmari potest.

¶ Conclusio hæc sic in genere posita est præceptio Urbani Papæ in can. Omnes. de consecratio. distinct. quinta vbi ait. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inueniantur. Et confirmatur illo exemplo: quod hic D. Tho. ex illo Actuum secundo assert. Vbi refertur spiritum sanctum totam repleuisse domum (per quam significatur ecclesia) & postea, quod repleti sunt omnes spiritu sancto. Vnde cum, illud fuerit huius sacramenti mysterium, fit ut omnibus sit exhibendum. ¶ Res autem solutionibus argumentorū D. Thomæ luculentius elucidatur. Arguit enim primò. Hoc sacramentum ad excellentiam datur: excellentia autem ad præminentiam singularis personæ spectat: ergo non debet omnibus exhiberi. Respondetur ad maiore, quod non datur ad excellentiam vnius personæ super alias, ut sacramentum ordinis, sed ad excellentiā baptismi supra se ipsum.

¶ Secundo arguitur. Hoc sacramentum datur ad perfectam ætatem, cuius pueri non sunt capaces. Ad hoc autem iam responsum est animam non esse caducis ætatibus obnoxia, quare puer potest spirituale augmentum ætatis suscipere. Nam ut legitur Sapient. 4. senectus venerabilis est, non diuturna neque numero annorum computata. Vnde pueri multi leguntur virilium martyrium pertulisse, quàm aliqui senes. ¶ Et eodem modo respondetur ad tertium de foeminis. Vt enim ait Paul. ad Galat. tertio in Christo neque est masculus nec foemina. Vnde in homilia de Machab. Chryf. In mundanis, inquit, agnibus ætates ac formæ generisq; dignitas requiritur & ideo seruis ac mulieribus & senibus ac pueris ad eos aditus denegatur, in caelestibus autē omni personæ ac ætati & sexui indifcreta facultate stadiū patet. Et hom. de militia spirituali, apud Deū, inquit, foemine etiam militat sex⁹. Multæ namq; foemine animo viri

Expositio articuli.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartū argumentum. li spirituale militiā gesserunt, &c. ¶ In quar to verò argumēto maior apparet difficultas. Ait enim Melchiodorus can. supra citato. Spiritus sanctus. de consecra. dist. 5. q. quamuis continuo transitoris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Subdit autem. Qui post baptismum cum acquisita innocentia peruenerint ad mortem, confirmantur morte: ergo statim morituris non debet hoc sacramentum administrari. Respondet, quod etiam morituris pueris sacramentum est dandum. Nec distinguit pueri ne sint, an adulti. Et subdit non propter pugnam, quæ illis imminet, sed ut in resurrectione perfecti appareant, secundum illud ad Ephes. 4. Donec occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde Hugo lib. 2. de sacramen. par. 7. cap. 3. periculosum arbitratur, si quis ab hac vita sine confirmatione migrare contingat. ¶ Ex hac verò responsionis particula dubitatio oritur, vtrum pueri ante usum rationis sint confirmandi, nā hic solos pueros dicit esse confirmandos, non explicando ætatem. Attamen glossa super can. Vt ieiuni, de consecra. dist. 5. ait, non esse pueros confirmandos vsq; ad duodecimum annum: quando ad minores ordines promoueri possunt. Quæ glossam sequitur Marsilius in. 4. q. 5. ar. 4. Imò videntur verba hæc textus id denotare. Vt ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, ut moneantur confessionem facere prius, &c. confiteri autem communiter vsq; ad illam ætatem nequeunt, neque habere reuerentiam sacramenti, quæ illic declaratur. ¶ Deinde arguitur. Hoc sacramentum non est, ut baptismus, de necessitate salutis, sed datur ad sustinendam pugnam pro fide: hac enim causa puer dum confirmatur alapa cæditur, ut admoneatur quemadmodum iuxta verbū euangelicum ante reges & præfides flagella pro fide equanimiter ferre debeat & mortē: pueri autem ante usum rationis tam ad pugnam, quàm ad huiusmodi ceremonias inepti sūt neq; spes de illis certa est an sint vsq; ad legitimam ætatem victuri: ergo non sunt confirmandi. Gabr. aut in. 4. d. 7. ar. 3. dicit q. possunt ante usum rationis confirmari. Et idē innuit Syluest. verbo confirmatio. §. 4. ¶ Inter has autem pugnas his tribus propositionibus videor mihi pacem componere. Prima. Si puer statim baptizatus ante usum rationis confirmaretur, existimandum illud

Prima conclusio.

esset verum sacramentum. Hanc conclusionē expressē hic S. Tho. affirmare videtur. Primum, quia nomine pueri, ut distinguitur contra adultum, vbiq; intelligit ante usum rationis. Secundò quia ad verbum Melchiodorus qui re vera loquebatur de pueris absq; rationis vsura morituris, respondet illud sic intelligi, quod non sit eis necessarium propter pugnam sacramentum: si tamen confirmarentur maiore gloriā obtinerent, sicut & maiorem gratiam. Itaq; responsio est, quod cum hoc sacramentum non solum ad pugnam proficit, sed etiam gratiam augeat, licet non ratione illius, ratione tamen huius proderit infantibus morituris sacramentum. Et eodem modo credere docet Alex. 4. part. q. 28. membro. 2. ar. 2. cui Bonauentura in. 4. d. 7. ar. 3. q. 1. subscribit. Si ergo infantes in periculo mortis confirmantur, fit, ut sit legitimum sacramentum. Et confirmatur de istis ratio: nam sicut virtutes infunduntur in baptismo, quibus puer non est vsurus nisi in legitima ætate, ita & confirmari potest ad sustinendam pugnam in futura ætate. Adiungitur autem super omnia hæc ratio quod primitiua ecclesia, ut ex Dionysio. 2. cap. ecclesiast. hierarch. colligitur, illico puero baptizato, præmissa confirmatione, porrigebatur eucharistia, ut Armacha. lib. 11. cap. 4. & VValdens. de sacramen. ca. 140. ostendunt. Ecclesia autem substantiam sacramentorum mutare non potest: ergo licet modo non sit in vsu confirmare infantes nihilominus si confirmarentur esset verum sacramentum. Postremò arguitur ex verbis canonis De his, de consecra. dist. 5. vbi habetur baptismum & confirmationē adeo esse coniuncta sacramenta, ut nisi morte præueniente vnum sine altero ritè perfici non possit ergo sola mors obstat quin illico post baptismum possit fieri confirmatio. Hinc fit q. adultis etiā statim morituris liceat hoc sacramentum conferri tum ad augmentum gratiæ, tum quia in illo articulo cum inuisibilibus hostibus pugnant. ¶ Secunda propositio. Non expedit pueros ante usum rationis confirmare. Ambas propositiones affirmat Petrus à Palude. distinct. 7. q. 4. Hæc autē solū probatur ex vsu ecclesiæ, quæ sicut sumptionem eucharistiæ interdixit infantibus, ut infra in eius materia videbimus, sic non habet in vsu eos antequam aliqua rationis luce fungantur, confirmare. Atq; verò obstat canō supra cit. Omnes de consecra. d. 5. vbi habetur quod oēs fide-

Dion.

Argument.

Secunda conclusio.

fideles debent confirmari: intelligitur enim secundum ecclesie ritum pro tempore & loco. Et ideo si aliquibus nationibus usus est confirmare infantes, illic confirmantur, quia prohibitio vniuersalis ecclesie nullibi legitur.

Tertia propositio. Tertia propositio. Non opus est expectare aetatem duodecim annorum ad confirmationem, sed satis est si pueri septem annos attingant, ut ibidem ait Palud. nam satis est, ut id intelligant, quod in illis fit, cuius postea sint memores. Accedit, quod tunc possunt minores ordines suscipere, ut de tempor. ordina. cap. ult. lib. 6. quos certe non decet sine confirmatione suscipere. Praeterea cum per confirmationem perficiatur baptismi gratia, conceditur ut dum illa manet, antequam per mortalem culpam timeatur perdi, adhibeatur confirmatio. Tamen neque negligentia censenda est, si usque ad duodecimum res differatur, vel quartum decimum. Est tamen culpabilis negligentia sacramentum hoc ultra illam aetatem procrastinare. Ordo enim legitimus est, ne eucharistia ante confirmationem recipiatur, sicuti nascenti ecclesiae, ut dictum est, moris erat. Addiderim autem quod sacros ordines conferre nullus debet episcopus nisi confirmatis: nam cum per confirmationem homo fiat miles fidei, & per sacros ordines dux, & indignum sit ducem nisi ex militibus creare, res esset indigna non confirmatos facris initiare. Quanquam si oppositum fieret, asseuerare non auderem esse peccatum mortale. De confessione autem utrum debeat confirmationem praecedere, iuxta tenorem dicti canonis, Ut ieiuni, certum est nisi vlla sit conscientia peccati mortalis, non esse necessariam: quia peccatum veniale non est obex gratiae. Si autem talis adsit conscientia, arguitur esse necessariam, ex illo Pauli 1. Corin. 11. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat &c. Unde colligitur confessionem ante eucharistiam esse necessariam: & videtur par ratio in omnibus sacramentis vigere, ne scilicet opponatur obex gratiae. Nihilominus respondetur, culpam esse tunc sine confessione accedere, non tamen, ut arbitror, mortalem, sed sufficit contritio, ut art. 6. dicebamus, vera vel existimata: quoniam ad alia sacramenta suscipienda non requiritur tanta reuerentia & examinatio, quanta ad eucharistiam. Quare in dicto canone solum habetur quod admoneantur confiteri, non quod iubeantur. Ordo ergo legitimus sacramentorum est, ut post bap-

ptismum sequatur confirmatio, deinde eucharistia, poenitentia vero accidentaria est propter peccatum. *De surdis & mutis.* Nascentur autem hinc dubitatio de surdis, & mutis & amentibus, utrum sint ad hoc sacramentum idonei, quandoquidem ad publicam fidei confessionem non habent organa. Respondetur de mutis & surdis affirmatiue: nam praeterquam quod illis per sacramentum gratia augeri potest, sunt etiam habiles, ut fidei dignitatem possint cognoscere, & in eius tutelam vitam exponere. Amnes ite qui lucidis interuallis gaudet, absque dubio confirmari possunt: non solum dum lumine rationis fruuntur, verum etiam in amentia, nisi antea contradixissent: quia expectatur, ut possint etiam pro fide pugnare. Si autem sunt nati perpetuo amentes respondet illic Marfilus, eadem ratione non esse confirmandos, propterea quod nunquam possunt gratia confirmationis in fidei confessione fungi. Respondetur autem, sicut de infantibus dicebamus, quod si confirmantur, legitimum erit sacramentum. Caeterum postquam iam usus ecclesiae habet non confirmare infantes usque ad usum rationis, fit ut neque possit idem sacramentum amentibus dispensari. *De praepo confirm.* Aliud subsequitur circa eandem solutionem dubium non spernendum, utrum sit praepotum de confirmatione, sicut postea de eucharistia dicturi sumus. Ad hoc plerique doctorum affirmanter respondent, ut Ricardus dist. 7. arti. 5. q. 1. Et Petrus a Palude q. 4. & Durand. q. 1. & Syluest. verbo, Confirmatio. §. 3. Quod profecto iure confirmari videtur. Nam sicut de confessione legitur, Omnes vtriusque sexus, &c. ita & de consecrat. distinctio. 5. cano. primo. Omnes fideles post baptismum per impositionem manuum episcoporum spiritum sanctum accipere debent, ut pleni Christiani inueniantur. Cui simile verbum habetur can. citato, Ut ieiuni. Scilicet quod nunquam erit Christianus nisi confirmatione episcopali fuerit christinatus. Et can. De his, legitur, quod baptisma sine confirmatione non rite perficitur. Quibus locis praepotum insinuari videtur. Quare praedicti doctores non tam praepotum diuinum esse rentur, quam ecclesiasticum. *Responsio.* Contrarium autem scilicet nullum esse praepotum obligans sub reatu mortali, est longe probabilius. Imo hic S. Th. id tanquam certum affirmare videtur. Glossat enim Hugonis verbum dicentis, periculosum esse sine confirmatione mortem obire, dicens, non quia homo

homo ille damnaretur, nisi forte propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis pateretur. Et eandem opinionem quasi D. Thomae asseuerat Adria. q. de confirmatione, art. 1. Scilicet, quod neque est praepotum Dei neque ecclesiae. Et probatur conclusio haec. Sacramentum hoc, ut art. 1. ostensum est, & oes vno animo consentiunt, non est de necessitate salutis, ut homo nequeat sine illo saluus fieri, neque est per se finis aliorum sacramentorum, ut est eucharistia: ergo non est de praepotum diuino. Probatur consequentia. Quoniam Deus sua sacramentorum mandata non nisi propter alteram istarum causarum nobis iniunxit. Baptismus namque, ut supra dictum est, quia est necessarius ad salutem, est in praepotum: & idem de sacramento poenitentiae videbimus, quia existenti in peccato mortali est pariter necessarium. Eucharistia vero, quia est sacramentorum finis, ad quem omnia ordinantur, includitur in baptismo per singulare eius votum, & ideo manet in praepotum, ut suo loco visuri sumus. Neutra tamen istarum ratio in aliis sacramentis locum habet. Et confirmatur id secundum: quoniam praepota diuina sacramentorum expressa sunt in euangelio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Ioan. 3. Et Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Et Luc. 13. Nisi poenitentiam habueritis, &c. De confirmatione vero nullum est tale. Et confirmatur tertio planissime, quia si esset de iure diuino non posset ecclesia decernere, quod non esset necessarium etiam statim morituris, cuius contrarium ait Melchiades. *De praepo confirm.* Si autem concedant illi, ut concedere videntur, non esse de iure diuino, probatur quarto, neque esse de iure pontificio. Nam ecclesia circa sacramentorum necessitatem nihil alterare consuevit, imo forsitan nec potest, nisi id quod iuris diuini est determinando. Si cut, quia de eucharistiae & poenitentiae sacramentis praepotum diuinum est, determinauit tanquam necessarium annuale tempus. Si autem de confirmatione non est tale praepotum diuinum, certe neque ecclesia credenda est illud adieccisse. *De contēptu.* Quinto arguitur. Si ecclesia hoc tanquam praepotum iussisset, profecto cum sit praepotum affirmatiuum debuisset tempus constituere, sicut ieiuniorum tempus constituit quadragesimam. *Durandus.* Et ideo a patris contrariae opinionis quaeritur, cum sit affirmatiuum, quando obliget. Respondet Durandus loco citato, quod illo temporis articulo,

quo Christiano offertur causa confitendi coram tyranno fidei, si habeat copiam ministrum, confirmari tenetur, alias peccaret mortaliter. Sed re vera haec est petitio principij, superponit enim hoc esse necessarium ad salutem: quod est falsum. Potissime cum in baptismo homo gratiam, & virtutes, quibus ad id muneris adiuuatur, receperit. Ricardus autem & Marfilus ac Palud. non aiunt expectandum eiusmodi casum, sed quotiescunq; datur copia ministrum confirmatis, si homo sacramentum commodum suscipere potest tunc non modo ipse contemptus, verum & ipsa negligentia crassa, quae est causa ne suscipiatur, est mortale peccatum. At vero & isti quoque principium petunt: quoniam negligentia nunquam est crassa, nec culpabilis, nisi quando homo tenetur aliquid facere. Deberent ergo prius constabilire, esse praepotum quam negligentiam ostenderent esse culpam. Nam quacumque quis negligentia in die profecto non audiat sacra, non est illi peccatum, quia nec tenetur. *Explicatio canonum.* Sed arguunt, iura citata id satis ostendere. Respondetur tamen profecto non id ita lucide ostendere, ut ex eis praepotum colligatur sub reatu mortali. Nam canon citatus, Omnes fideles, non habet formam praepoti, sed solum determinat ius diuinum, quod est, ut non sit simpliciter necessarium, sed vtile. Et ideo non ait imperando, Omnes fideles confirmantur, ut in cap. Omnis vtriusque sexus, omnis confiteatur: aut obligationem denunciando, scilicet, Omnes teneantur, sed Omnes debent: scilicet tanquam valde commodum & vtile. Et ideo fatemur, quod vbi quis commodum confirmari posset, & filium suum eidem offerre sacramento, esset culpabile illud Dei beneficiu non recipere, non tamen esse mortale. Quare illic non adhibetur poena, sicut in cap. Omnis vtriusque sexus. Et pariter ad canonem. Ut ieiuni, respondetur, quod non christinatus non erit Christianus perfectus. Et eodem modo intelligitur illud in can. De his, quod baptisma sine confirmatione non rite perficitur. Sed tamen illa perfectio non sic est de essentia, ut eius omisio sit mortale delictum. *De contēptu.* Ex hac vero sententia refurgit argumentum contra D. Thomam. Si nulla negligentia suscipiendi confirmationem est mortalis, sequitur, ut neque contemptus vllus sit mortalis. Quod si dicas contemptum esse quando quis ob id omittit sacramentum, quod nullius credit esse vtilitatis: haec profecto haeresis esset

in intellectu. Si autem dicas illum esse cōtem-
ptum, quando quis propterea sacramentum
omittit, quod illud odio habet. Hoc profe-
ctō plus est quā contemptus: nam odium
charitati opponitur. Dare ergo debes cōtem-
ptū, qui citra hæresim & odiū sit peior quā
negligentia. Respondetur quod contemptus
vt nomē sonat, idem est, quod rem nihili pen-
dere, & perinde abiicere, ac si nihil esset. Et
ideo si quis cōfirmationem omitteret nō qui-
dem ob negligentiam: quia sacramentum po-
test & sine diligentia & labore & precio sus-
cipere, sed q̄ eō illud beneficium despiciatur,
quod illud nihil æstimat, ille esset contēptus,
& mortalis, vt ar. 1. & hic admonet D. Tho.

Cōtemptus.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum hoc sacramentum sit homini conferen-
dum in fronte.



DE membro, in quo chrisinatio
fieri debeat, respōdet D. Tho.
vnica conclusione. Conuenien-
ter signatur homo chrisinate si-
gno crucis in fronte. Probatur
ex eius institutione dupliciter. Primò ratio-
ne ciuili. Est enim institutum ad conferēdum
spiritum sanctum, ad robur in spirituali certa-
mine: ergo debet illud homo suscipere instar
militis, dum signū recipit ducis: miles autem
illud suscipit, vt sit euident & manifestū, qua-
re supremæ vesti illud imponit: inter omnia
verò humani corporis mēbra maximè frons
est manifesta, vt quæ nunquam obtegatur:
ergo illic debet Christianus miles chrisinate
insigniri. Secundò subneēditur ratio physica.
A libera enim confessione nominis Christi,
aut per timorem impeditur homo, aut per
verecundiā: vtriusq; autem horum indicium
maximè in frōte proditur: tum propter pro-
pinq̄uitatem imaginationis, quæ est in cere-
bro, tū & propter vehementiam spirituum à
corde in frontem ascendentium: quare homi-
nes vt. 4. Ethicor. autor est Philosophus, præ-
verecūdia rubescūt, & præ timore pallefcūt:
illic ergo chrisinate homo liniendus est.

Conclusio.

Primo ratio
ne ciuili.

Expositio ar-
ticuli.

Dubitatio.

¶ Circa hanc conclusionem nihil præter ea,
quæ iam supra dicta sunt, adnotandū restat.
Iam enim ar. 4. diximus quod signum crucis
est de essentia huius sacramenti postquā ex-
primitur in forma. Vbi & hanc frontis ratio-
nem D. Thomæ latius explicuimus. ¶ Vnum

tamen hic dubiolum posset lectorē remorde-
re, vtrum solū sit de præcepto, quod chris-
matio confirmationis fiat in fronte, an verò
de essentia sacramenti, sicuti q̄ circūcisio fie-
ret in designato mēbro. Respondetur, esse de
essentia sacramenti: nam si fieret in manu cer-
tè non esset sacramentum. Hoc patet quia in
can. hic citato. Nouissimè, de consecra. dist. 5.
quasi de essentia distinguitur inter signum,
quod fit chrismate à presbytero post bap-
tismum in vertice capitis, & illud, quod fit ab-
episcopo in fronte. Signatur enim, inquit, ba-
ptizat⁹ in summitate capitis à sacerdote, per
pontificem verò in frōte. Et idem habetur in
can. Presbyteris, de consecr. dist. 4. Item quia
etiam designata sunt membra tāquam de es-
sentia, in quibus fieri debet extrema vnctio.

¶ Primum argumentum est. Baptismus fit in
toto corpore, & confirmatio est eius perfe-
ctio: ergo debet etiam fieri in toto. Negatur
consequentia, quia baptismus datur ad vitā,
quæ est in toto, confirmatio verò ad pugnā,
cuius vexillum debet esse in fronte. ¶ Secun-
dò. Confirmatio datur ad robur: illud autem
est in corde: ergo super illo debet fieri. Respō-
detur ad minorem, q̄ licet fortitudinis radix
exeat à corde, signum tamen eius apparet in
fronte, secūdū illud Ezech. 3. Ecce dedi frō-
tem tuam duriorē frontibus eorū. Et ideo
eucharistia, qua homo in se ipso cōfirmatur,
pertinet ad cor, iuxta illud psalmi. Panis cor
hominis confirmet: confirmatio autem, quia
requirit signum fortitudinis erga alios, requi-
ritur in fronte. ¶ Tertio. Hoc sacramentum
datur ad liberè confitendum fidem: ore autē,
vt habetur ad Roma. 10. fit eiusmodi confes-
sio: ergo illic est dādum. Respondetur ad ma-
iorem, quod non datur ad liberè confitēdum
simpliciter: ad hoc enim baptismus sufficit,
sed ad publicè confitendum coram tyrānis:
& ideo debet dari vbi signa passio-num ostē-
duntur impediētium pugnam.

Primum ar-
gumentum.

Secūdum ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

ARTICVLVS. X.

Vtrum ille, qui confirmatur debeat teneri ab alio.



SICVT in baptismo, ita & hic
quæritur, vtrum requiratur pa-
trinus. Et respondetur hac con-
clusionē. Ille, qui accipit hoc sa-
cramētum, ab alio tenetur qua-
si in pugna spirituali erudiendus. Probatur
primò

Conclusio.

primò

ARTICVLVS XI.

Vtrum solus episcopus hoc sacramentum confer-
re possit.



EQVITVR de cōfirmatio-
nis ministro, de quo D. Thom.
hanc conclusionem constituit:
Collatio huius sacramenti epif-
copis referuatur. Probatur ex

Conclusio.

similitudine tum artis, tū etiam humanorum
contractuum. In ædificijs nanq; extruendis
inferiores ministri architecto materiam præ-
parāt, sed architectus ipse formam imponit,
cuius ædificij vsus ad patronum spectat. Et
epistolæ per notarium scriptæ manu pontifi-
cis subscribuntur: fidelium autem ecclesia æ-
dificium quoddam diuinum est (secundū
illud. 1. Corint. 3. Dei ædificatio estis) item epi-
stola quædam spiritu Dei in cordibus scrip-
ta, vt habetur. 2. Corint. 3. Hoc autem ædificiū
& epistola per baptismum sacerdotum mini-
sterio ædificatur & scribitur: per sacramētum
autem confirmationis domus quasi iam ædi-
ficata dedicatur in templum spiritus sancti: &
epistola iam scripta cōsignatur signo crucis:
munus ergo hoc episcopis ex officio incum-
bit, qui tāquam apostolorū successores sum-
mam potestātē in ecclesia obtinent, sicuti in
eius primordijs per manus impositionē apo-
stolorum, vt in eorum actis cap. 8. & 19. legi-
tur, plenitudo spiritus sancti dabatur.

¶ De hac materia ministrorū huius sacramen-
ti nobis est primū cum hæreticis, deinde
cum nōnullis catholicis. Sunt quippe de hac
re tres opiniones. Prima est Armachani li. 11.
de quæstionibus Armenorum cap. 4. in vno
extremo cōtra hanc assertā conclusionē. Sci-
licet, sacerdotes, quinuerò diacones iure diui-
no esse ordinarios huius sacramēti ministros.
Nec quæro, inquit, qualia sint decreta eccle-
siæ, sed quid potest ex sacra pagina elici. Per-
spice impiam hominis impudētiam. Fatetur
enim decretis ecclesiæ definitum esse contra-
rium, nihilominus errorem suum ex sacra pa-
gina colligi. Eodemq; errore maculatus fuit
VVitcliff, contra quos ambos disputat Tho-
mas VValdenfis. 2. tomo de sacramentis ca-
114. & 115. ostendendo illum esse errorem. Et
hæc sit hic firma conclusio, vtpote quæ quā-
plurimis ecclesiasticis sãctionib⁹ stabilita est.
Primū de cōse. dist. 5. per totum vt can. De
his, qui est Urbani, vbi habetur, quod nisi à sacra.

Expositio ar-
ticuli.

Armachani.

Th. VValdē.

Testimonia

à sacra.

Àa 2 summis

Argument.
S. Thom.

summis pontificibus sacramentum hoc perfici nō potest. Et can. Manus, qui est Eutelij, cuius verba hīc refert D. Tho. Manus enim, inquit, impositionis sacramentū magna veneratione tenendū est, quod ab alijs perfici nō potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tēpore apostolorū ab alijs, q̄ ab ipsis apostolis, legitur aut scitur peractū esse: nec ab alijs, quā qui eorum locū tenent vnquam perfici potest, aut fieri debet: nam si aliter presumptū fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter ecclesiastica vnquam reputabitur sacramēta. Et de conse. d. 4. can. Presbyteris, & can. Presbyteri, & 68. d. can. Presbyteri, & can. Quāuis idem habeatur. Et Innocētius Magnus papa primus c. 3. suorū decretorū edocet, nō solum haberi ex traditione ecclesiæ, vt presbyteri non confirmant, sed etiam ex historia sacra: nam Actuum. 8. refertur Petrum & Ioanem in Samariam missos, vt qui per Philippum diaconū baptismatis vnda fuerant abluti, per impositionem manus apostolorum reciperent spiritum sanctum. Illis ergo tunc solis incumbat officium hoc. Eandem sententiam eodem testimonio confirmant Aug. li. quæstionum noui & veteris testamenti, vbi tanquam ab usum Aegyptiorum & Alexandrinorum refert, q̄ presbyteri absente episcopo confirmarent, quod in scij, inquit, scripturarum aut immemores legis faciūt. Vnde & Damafus papa in epistola ad Leonem Ricardum, & Leo in epistola. 66. & Ioannes papa in decreto ad vniuersos episcopos Germaniæ & Galliæ, eodem sacro testimonio eandē veritatē corroborant. Et Innocentius tertius in cap. Quanto, extra de cōsuetudine, vbi ait, quod si presbyter cōfirmat, inaniter id facit, & sine veritate in effectu. Idēq; ait cap. vnico de sacra vnctio. Et Isidorus li. 2. de origine officiorum, & Hugo lib. 2. de sacram. part. 7. cap. 2. Sed respondent Armeni illum fuisse Philippum apostolum, qui verē poterat confirmare, cæterum quia ab angelo Dei missus fuit ad Aethiopiæ Candacis reginæ, munus illud alijs apostolis reliquit. Vñ Guido Carmelita eundem errorem tribuit Armenis. At tamen certissimum est, non fuisse nisi diaconum, sic enim tenent Chrysostomus, Rabanus & Beda super eundē locum, & Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos, & Anaclethus Papa, qui fuit discipul⁹ Petri in prima epistola sui decreti. Et Innocē. primus in epistola ad Alexandrum. ¶ Armachanus autē quaf

dā auctoritates in contrariū huic sententiæ obmouent. Primū illud. i. ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionē manū presbyterij: quæ si mun⁹ presbyteri sit manus impositio, quæ dicitur confirmatio. At verō Timotheus creditur fuisse episcopus ordinatus à Paulo. Eūdem enim ipsum insinuat cap. 3. dicēs. Oportet episcopum irreprehensibilem esse. Idēq; ait loco proximē citato Aug. Et Ambro. in per illud ad Eph. 4. Dedit quosdam pastores &c. vbi subiungit tunc primos presbyteros appellatos esse episcopos, vt mortuo episcopo primus presbyter succederet. Vnde apud Aegyptios, ait, illa inoleuit cōsuetudo, vt absente episcopo presbyter cōsignaret, hoc est, cōfirmaret. Sed iam cum episcopi per electionem creentur, insinuat nemini præter ipsos, fas esse confirmare. ¶ Secundū adducit illud Actuum. 9. de Anania, qui imponens Paulo, ait Dominus misit me, vt videas, & implearis spiritu sancto. Ad hoc autem respōdetur. Primū q̄ illa manuum impositio nullo modo fuit confirmatio: nam præcessit baptismum Pauli, & ante baptismum nullū recipitur sacramentum: sed fuit sanatio cæcitatē, iuxta verbū euāgelicum, Super agros manus inponent, & bene habebunt. Vnde quod ait, vt videas, refertur ad salutem corporalem, quam illi contulit. Et implearis spiritu sancto, ad baptismū, quem subinde erat suscepturus. Et fortē curatio illa fuit per modum exorcismi, qui super energumēnos præcedit baptismū. Præterquā q̄ Ananias forsan erat episcopus. Quāuis Armachanus sibi ipse nō constet: nā ait fortasse fuisse laicum: quia non habetur in textu, nisi fuisse discipulum. At tamen Aug. q. 42. in quæstionibus super Lucā de decem leprosis ait, Paulum ad eum fuisse missum, vt illo sacerdotio, quod in ecclesia constitutū erat sacramentū doctrinæ fideiq; perciperet, vbi episcopale insinuat sacerdotiū. ¶ Tertio adducit & morē antiquum, quē Dionysius refert. c. vl. eccle. hierar. q̄ scilicet baptizati illico super frontē confirmabātur. Hoc autē potius est cōtra ipsum, vt bene ait VValdēsis: nā Dionysius nunquā cōmemorat aliquē baptizari nisi à hierarcha. i. episcopo, si erat præsens, & ideo statim baptizātū confirmabat. Cū autē episcopus non aderat, nō ait Dionysius, q̄ baptizatus cōfirmaretur. ¶ Postremū Armachanus affert morē Armenorū & Græcorū, apud quos, inquit, presbyteri sacramen-

cramentū confirmationis exhibēt. Ad hoc tamen primū respondet VValdēsis, quod mēdaciter hunc citat morē: nam Guido Carmelita inter errores Armenorū vicelimum primū eum connumerat, q̄ sacramentū confirmationis & extremę vnctionis negant. Secūdo respōdetur, q̄ si talē habēt morem, vt Aug. & Ambro. de Aegyptijs referunt, nō perficiunt sacramētum. Neq; hoc mirū est, cum alijs multis sint erroribus cōplicati. Eorum enim ab usum notauit Grego. cap. Peruenit, ad Ianuarium episcopū Constantinopolitanum, cū quibus ad euitandū scādalum dispēsaui, quæ quidē forsan dispensatione hucusq; contra Romanum decretum vtuntur. ¶ Duo autem canones restant, qui possent lectorem fallere: scilicet canon, Omni tempore, de conse. d. 4. & canon Presbyter. 95. d. in quibus ambobus ait Martinus Papa. Presbyter præsentē episcopo non signet infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi præceptū. Id enim intelligi nō potest de signatione, quā sacerdos facit in vertice: nā illā per se poterat absq; episcopi facultate facere: ergo intelligitur de christimatione in fronte, quæ est cōfirmatio. Vnde colligitur, q̄ absente episcopo presbyter posset cōfirmare, & in eius præsentia de ipsius facultate. Respōdetur, tamē illud intelligi de signatione, quā sacerdotes faciūt in vertice: nā in primitiua ecclesia neq; illa erat licita presbyteris in præsentia episcopi, vt habetur in epistola Leonis. 66. & in epistola Damasi. Sed Syluester illā concessit, vt ait Hugo de sacra. li. 2. par. 7. ca. 3. Ne fortē, inquit, per absentiam episcopi sine manus impositione baptizātū ab hac vita migrare contingeret. Quo verbo nemo fallatur intelligēs Hugonē velle illam vnctionē valere pro sacramēto confirmationis: quādoquidē capite præcedēti dixerat solis episcopis apostolorū vicarijs illud sacramentum competere. Sed voluit dicere illud esse permissum, ne baptizatus absq; vilo christumatis signaculo decederet.

¶ Secunda opinio in alio extremo est, ministeriū confirmationis sic esse proprium episcoporum munus, vt neque ex dispensatione Papæ id possint simplices sacerdotes exequi, imō quamuis id attentarent, sacramentum esset nullum. Huius opinionis fuit Diuus Bonaventura dist. 7. & ibidē Scotus quæst. 1. & Duran. q. 3. & 4. qui id inter omnes asseuerantissimē tenet. Et Adria. q. de confirmatione art. 3. ¶ Tertia opinio est media. scilicet quod solis episco-

pis id ex officio incumbit. Itaq; si absq; commissione Papæ simplex sacerdos id attentaret, nullū esset sacramentū, sed tñ ex tali commissione illud valeret. Quo fit, vt quātum ad necessitatē sacramenti, non sit minister solus episcopus, sed sub distinctione ipse vel sacerdos ex cōmissione Papæ. Atq; hāc opinionē amplexus est Alexāder. 4. p. q. 28. mēb. 1. ar. 3. Et S. Th. in præsentiarū, & in. 4. d. 7. q. 3. & Ricardus ea. d. ar. 2. q. 1. & Palud. q. 4. qui omnia argumēta cōtraria percēset & soluit. & Marilius in. 4. q. 5. ar. 3. ¶ Arguit ergo D. Th. primo loco. Gregorius scribens Ianuario episcopo Constantinopolitano, & refertur can. Peruenit. 95. d. Peruenit, inquit, ad nos quosdā scandalizatos fuisse, q̄ presbyteros christumate tangere eos, qui baptizati sunt, prohibuimus: & nos quidē secundū veterē vsum nostræ ecclesiæ (scilicet, Romanæ) fecimus (loquebatur enim ecclesiæ Græcicæ) sed si omnino aliqui hac de re cōtristātur, vbi episcopi desūt, vt presbyteri etiā in fronte baptizatos christumate tangere debeant, concedimus. Arguitur ergo ex hac pōtistica cōcessione. Illud, qd̄ pertinet ad necessitatē sacramētorū, nō est ppter vitandū scādalu immutādū, ergo q̄ episcop⁹ cōfirmet nō est de necessitate sacramēti. Respōdet, q̄ cū papa in ecclesia habeat plenitudinē potestatis, ex qua pōt aliqua, quæ sunt superiorū ordinū, quibusdam inferioribus cōmittere: sicuti quibusdā presbyteris cōcedit cōferre minores ordines, quod ad episcopale attinet dignitatē, ex hac potestatis plenitudine cōcessit Gregorius q̄ simplices sacerdotes hoc sacramentū conferret, quousq; scādalu tolleretur. ¶ Solutio autē hec Diui Thomæ non videtur in forma satisfacere. Arguitur ergo primū ex potissimo fundamento Scoti & Durandi, & suorū sequaciū. Aut diuina Christi institutio fuit, vt omnes sacerdotes ratione sacerdotalis characteris essent confirmationis ministri: aut q̄ soli episcopi. Si nos primum membrum admittamus, sic arguitur. Potestas ministri diuinitus instituti licet dependeat à Romano pontifice quātum ad vsum, vt per quē potest bona causa ab vfu arceri, nihilominus quātū ad essentiā sacramenti nō dependet ab illo: licet enim papa possit sacerdotē suspēdere ne cōsecret, nihilominus si consecrare pergat, quāuis cōtra obedientiā delinquat, tamē verē cōsecrat: ergo quāquā Papa simplici sacerdoti inhiberet confirmare, atq; adeo peccatū illi esset nō obedire,

nihilominus verū sacramentum cōficeret. Et cōfirmatur ratio. Ob id quod Christus instituit vinū esse materiam eucharistiæ, quanuis aliqua de causa posset quādoq; Papa iubere, vt esset albū, nihilominus impedire non posset, quin si cōsecratio fieret in rubeo, sacramētū esset solidū. Pari ergo modo si Christus instituit oēs sacerdotes ministros consecrationis, nō potest facere Papa, vt episcopus esset de essentia. Contrariū autē decernitur in allegato cap. Manus: videlicet, q̄ sit de essentia. Vbi habetur, q̄ si simplex sacerdos cōfirmauerit, totū sit irritum, & non connumeretur inter sacramenta. & de consuetudine ca. Quāto, dicit Innocentius illud inaniter fieri. Si autē demus secundū mēbrum. s. q̄ Christus instituit solos episcopos ministros huius sacramēti, quod Alexander & S. Thomas & eorū asseclæ sentire videntur, dicentes illis incubere ex officio, tūc emergit grauius argumentū. Diuinus minister tam est de essentia sacramenti, quā materia & forma: sed ea, quæ de essentia sunt, papa mutare nō potest: ergo nec simplici sacerdoti administrationē confirmationis cōmittere. Alioqui eadē ratione diceret quod posset etiā mutare materiā, vt aquā in baptisimo, & oleū in cōfirmatione, & vinū in eucharistia. **Secundū argumentum.** Secundū arguitur. Si episcop⁹ diuinitus habet ex officio confirmare, id habet ratione suæ ordinationis: nam electus nō ordinatus cōfirmare nō potest. Tūc sic. Tā de essentia est minister sacramēti, q̄ ipse qui suscipit: summus autē pōtifex facere nequit, vt nō baptizatus possit suscipere alia sacramenta: eō quod de iure diuino baptisimus est ianua sacramentorū, aut quod mulier recipiat ordines sacros, aut quod sanus suscipiat sacramētū extremæ vnctionis: quia iure diuino determinatū est contrariū: quare facta non tenerent: ergo nec potest facere vt ille, qui non est episcopus possit cōfirmationis sacramentum exhibere. **Tertium argumentum.** Tertio arguitur. Si episcop⁹ habet ex institutione diuina cōfirmare, perinde illam habet, vt sacerdos, consecrare & absoluere & inungere infirmū: hæc autem papa non potest ei, qui non est sacerdos cōmittere: ergo neq; sacramentum cōfirmationis ei, qui nō est episcopus. **Quartū argumentum.** Quarto arguitur. Tā propriū est episcopi confirmandi munus, q̄ conferendi maiores ordines, & consecrandi episcopos: hæc autē non potest papa simplici sacerdoti committere: ergo neq; confirmationis functionē. **Quintū argumentum.** Quinto deniq; arguitur.

Aut papa illā commissionē facere potest ratione iurisdictionis, aut ratione consecrationis: non primū, quia nisi ipse esset sacerdos & consecratus non posset confirmare: quare neque id committere. Alioqui id etiā posset cōmittere ei, qui non est sacerdos. Si verò hoc habet ratione ordinis & consecrationis, cum in hoc non antecellat episcopis, fit vt quicumque episcopus in sua diocesi possit simplici sacerdoti cōmittere confirmare, quod nemo concedit. Imò licet hoc papæ cōpetat ratione iurisdictionis apparet idem subsequi: nam præterquā in foro causarū, episcopus in sua diocesi eandem habet iurisdictionem, quam papa in tota ecclesia. Propter hæc, atq; alia argumenta ait Durandus opinionē S. Thomæ non solū falsam, sed & fidei & ecclesiæ valde periculosam, sicuti illam, quod licet christiana non esset ab episcopo consecratum sacramentum esset validum. Et Durandus omnino sequitur Adrianus. **Conclusio de cōfirmatione.** At profectō solidior est conclusio contraria, quam hic pro certa statuimus. Non est dubitandū, quin simplex sacerdos ex commissione papæ possit sacramentum confirmationis exhibere. Et qui de hoc iā modo hæsitaret, ecclesiasticis functionibus aduerfaretur. Etenim quanuis hæc conclusio ex sacris literis nō planē colligatur, sufficere tamē debet orthodoxis, quod Gregorius illā fecit dispensationē. **Glossatur canon. Peruenit. 95. distinct.** Ad hoc verò Durandus aliter respondere nō potuit, quā quod cum homo esset, & nō Deus, errare potuerit, cui & Adrianus applaudit. Hoc autē profectō viris catholicis, vt isti fuere, nauū impingit. Scotus autē alia duo comminiscitur glossata. Primū. s. quod forsan in primitiua ecclesia nō erat differentia inter episcopum & simplicem sacerdotē. Attamen licet hoc Ambrosio, supra citatus & Hiero. super epistola ad Titū dixerit, & refertur can. Olim ea. d. 95. nihilominus ante tēpus Gregorij iā erat distinctio. Itē, quia Gregorius expressē in dicto ca. Peruenit. eandē infirmat distinctionē, dicens, quod vbi episcopi defuerint, presbyteri confirmare possint. Secūda eius glossa est, quod creauit illos presbyteros episcopos ad illum effectū. Sed in hoc minus probabilitatis est. Primò, quia papa non posset episcopos ordinare absentes. Secūdo, quia nō potest eos ordinare ad vnum effectum, & non ad omnes: qui. n. episcopus est, omnibus fungitur episcopalibus functionibus. Tertio, quia non solū illis singulariter id concessit, sed & alijs ait

Adrianus. illic pro tempore succedentibus. **Adrianus** ait, q̄ forsan nō cōmiserit illis sacramentū confirmationis, sed simplicem vnctionē. At verò nec solutio hæc sustineri potest: nā cum permiserit christum in fronte, id ipsum est cōfirmare. Aliās nō permisisset nisi in vertice capitis. Præsertim q̄ permittit id ipsum, quod antea prohibuerat (s. cōfirmationē.) Alij dicūt, q̄ id tantū permittit tanquā impunitū ad euitandū scādālū, vt meretricium. Sed neq; hoc vllā habet veritatis effigiem: nam tunc illos fessellisset. Quare certissimum est id fecisse ex plenitudine potestatis, quam censebat ad id extēdi. **Cōcilij Florentin.** Sed vt rem concludamus litem hæc iā synodus Florentina diremit approbās, auctoritate apostolicæ sedis posse sacramentum hoc simplici sacerdoti cōmittere. Quapropter licet Sco. & Dur. & alij, qui p̄dictā synodū auceserūt, illā vtcunq; opinionē defendere potuerint, mirādū tamē est de Adriano quomodo decretū illud nō legerit. Est ergo iā non solū opinio, verū & ecclesiæ sanctio. **Argumentorū dilutio.** Respondetur ergo ad primū argumentū contrariæ opinionis, q̄ Christus neq; oēs sacerdotes simplices ministros huius sacramēti instituit, sicut eucharistiæ, aut poenitentia, neq; verò solos episcopos, sed medio modo, quod Paludanus loco citato probè tetigit. Aliquid enim tanquā necessariū determinauit, & aliquid iudicio ecclesiæ reliquit. Statuit, inquā, solos sacerdotes siue ex officio siue ex commissione posse cōfirmare: quod autē episcopi essent, arbitratui ecclesiæ cōmiserit, vt posset illos etiam tanquā sacramento necessarios instituere. Ratio prioris mēbri fuit, q̄ potestas super corp⁹ Christi mysticū deriuatur ab ea, quæ est sup corpus Christi verū, putā cōsecrandi. Vnde sicut baptizare solis sacerdotibus ex officio cōuenit, ita nō nisi illi cōfirmare possūt. Nisi quod necessitas baptismi, quæ legē nō habet, laicis baptizare permittit, non autē cōfirmare: quia nō est sacramentū necessariū. At verò quia cōfirmatio præstantius est sacramentū, vt canones citati docēt, in facultate ecclesiæ cōstituit, vt episcopos tanquā necessarios ministros, suo iudicio declararet, quod tempore apostolorū obseruatū creditur. Respondetur ergo, sacerdotes non sic esse diuinitus institutos ministros, vt aquā in materiam baptismi, & vinum in materiam eucharistiæ, sed dependenter ab ecclesia, quæ posset conditionem illā adhibere, vt necessariū essent episcopi, nisi ex eius dispensatione: non tamē illud vale-

ret cōmittere, nisi sacerdotibus. Quod totum cōstat ex ecclesiæ traditione & ritu. **Solutio alius argumenti.** Et pariter respondetur ad aliud, quod neq; episcopi sunt necessarij de iure diuino, sicut materia & forma sacramentorum, sed de iure ecclesiastico, super quo ideo papa dispēfare pōt. Quod si arguas. Illa, quæ sunt de essentia sacramēti ecclesia nō potest mutare: ergo episcopi non sunt de essentia. Distinguitur antecedēs. Conceditur, inquā, substātiā eorū, quæ sunt de essentia ecclesiā non posse mutare, vt putā materiā & formā, & pariter non potest mutare, quin ministri sint sacerdotes, qualitatē tamē ex cōmissione Christi facere de essentia, nisi ipsa ecclesia dispēsaauerit. Et ita censendum est, episcopū esse de essentia, vt nisi ecclesia dispēsaauerit, sacramentū esset irritū, postquā ipsa ita nos docet. Atq; hæc est mens S. Thomæ in p̄senti solutione. Quemadmodū facere potest, vt cōsanguinei nō sint personæ legitimæ matrimonij contrahendo, quod aliās iure diuino teneret. Ex quo fit, vt nulla, quantuncūq; ultra hominū memoriā antiqua cōsuetudine introduci possit, vt sacramentū confirmationis à simplici sacerdote absq; apostolicæ sedis facultate sit validū. In cuius sententiæ cōfirmationē statutum est cap. Quanto, de consuetudine: nā quod est de essentia sacramenti nulla valet cōsuetudo mutare. **Solutio secundæ.** Eodem modo soluitur secundū argumentū: conceditur enim episcopū ratione suæ administrationis esse necessarium ministrū, non tamē iure diuino, vt est necessariū quod suscipiēs alia sacramenta sit baptizatus, & qui suscipit ordines sit vir, & qui vngitur sit infirmus, vt nomen extremæ vnctionis sonat. Et ideo licet in his tribus papa dispēfare nequeat, potest tamē in primo. **Solutio tertij.** Et per idē respondetur ad tertium. Nō enim sic de iure diuino episcopus est necessarius minister confirmationis sicut sacerdos cōsecrationis eucharistiæ, aut absolutionis sacramentalis, & ideo nō potest Papa dispensare vt non sacerdos consecret, aut absoluat, sicut quod ille, qui non est episcopus, confirmet. **Responsio ad quartum.** Ad quartum eodem modo negatur maior. Collatio enim maiorum ordinū de iure diuino tribuitur episcopo: quare hoc simplici sacerdoti non potest papa committere. Vnde licet doctores pontificij iuris probè teneant, papā posse cōmittere officij confirmationis simplici sacerdoti, glossa tñ citati capituli Peruenit. 95. d. nulli nititur probabilitati: dicens, quod papa potest cōmittere

re simplici sacerdoti, vt cōferat maiores ordines: ob hāc regulā qđ quicūq; ordines, quos habet, pōt ex commissione cōferre. Quare & diacono, inquit, pōt cōmittere, vt confirmet. Eadē enim facilitate dicere potuisset qđ diaconus ex cōmissione pōt diaconatū cōferre. Nā pariter addit glossa in can. Manus de conf. d. 5. quod quicūq; cōfirmatus, etiā laicus, potest ex cōmissione cōfirmare. Regula ergo illa falsissima est. Imò quia minores ordines non habēt necessariā potestātē super corpus Christi verū: quia nō ministrant immediatē sacerdoti, sicut diaconus & subdiaconus, sed sunt ministrorū ministri, pōt papa eorū collationē cōmittere simplici sacerdoti, secus de maioribus ordinibus: eò qđ necessariā habēt potestātē supra corpus Christi verū, aut cōsecrādi, aut sacerdoti materiā ministrādi. Diacon⁹ autē, qđ nō habet illā potestātē immediatā vt conficere possit corpus, fit vt neq; ex cōmissione cōfirmare possit, tantū abest, vt hoc possit laicus. Ad quintū demū respondēdo negatur, eadē ratione posse episcopū functiōnē cōfirmationis suo presbytero cōmittere: nā hoc pertinet ad plenissimā potestatem iurisdictionis vniuersalis ecclesie, cui soli Christus rē tanti momenti cōmisit. Papa autē, sicut generale conciliū eius autoritate indicū, eandē vniuersalē ecclesiā representat. Ex quo fit, vt papa electus antequā sit in sacerdotem ordinatus, licet nequeat cōfirmare, possit tamen eandē functiōnē simplici sacerdoti cōmittere. Secundū argumētū S. Thomę est. Baptismus videtur esse maioris efficacie, quā cōfirmatio, eò quod per illū fit plena peccatorū remissio, quæ nō fit per confirmationē: simplici autē sacerdoti ex officio incūbit baptizare: ergo & cōfirmare. Respōdetur quod licet baptismus sit efficacior quātū ad remotionē mali, eò quod est regeneratio hominis de nō esse ad esse spirituale, tamē cōfirmatio est perfectior quantū ad promotionē in bonū: nā per illā augetur robur gratie ad propugnandā fidē, quæ tenerior recipitur in baptismo. Tertiū arguitur. Sūmitas capitis vbi secundū medicos est propria rationis sedes, eò quod illic virtus viget cogitativa, est fronte nobilior, vbi est locus imaginatiuæ: sed simplex sacerdos pōt vngere baptizatos in vertice: ergo à fortiori in frōte, quæ est cōfirmatio. Respōdetur, discrimē hoc nō sumi ex minorū dignitate, sed ex effectū excellentiā: nā secundū Rabanū lib. de institutione cleri-

Soluitur quintum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

corū, & refertur, de cōse. d. 5. can. Nouissimē. Signatur baptizatus in summitate capitis p sacerdotē: per pontificē verò in fronte: vt in priori vnctiōne significetur super ipsum spiritus sancti descensio ad habitatiōē Deo cōsecrandā: in secūda quoq; vt eiusdē spiritus sancti septiformis gratia cū omni plenitudine sanctitatis & scientiæ & virtutis venire in hominem declaretur: & ideo hoc datur in frōte, quæ est pars omnium patentissima, vbi, vt supra diximus, congruit vexillum crucis ad pugnam circumferri.

ARTICVLVS XII.

Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens.

DE ritu tandem sacramenti statuitur conclusio postrema totius materiæ. Ritus, quos ecclesia in hoc & in alijs sacramentis obseruat, sunt cōuenientes. Probatur, quia regitur spiritu sancto, iuxta illud Matth. 18. vbi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorū. Vnde firma certitudo colligitur, omnes ecclesie ordinationes secundū Christi sapientiam dirigi & sanciri. Ritus autē sunt illi qui præter materiā & formā, quæ ad essentiam sacramenti pertinent: adhibētur. Tēpora verò nō sunt eidem sacramento constituta, sicut baptismō, quauis illis temporibus supra dictis paschatis & pentecostes, quæ baptismō solēni destinabantur, si episcopus adesset, celebrabatur quoq; solenniter sacramentum confirmationis. Quiquidem ritus etiam nunc decori esset, at nō est in vsu. Rursus propter excellentiam huius sacramēti, vbi datur robur ad pugnam, mos erat antiquus, vt tam qui confirmabantur, quā episcopi confirmantes ieiuni ad hoc sacramentum accederent, vt habetur in concilio Aurelianensi, & Meldensi, canone. Vt ieiuni, & canone. Vt episcopi, de consecratio. distinct. 5. Sed propter multitudinem fidelium, qui non possent breui tēpore confirmari, mos ille iam aboleuit, & confirmatio fit, tam à prandio, quā ante prandium. Susceptor, licet non sit de essentia, pertinet tamē ad ritū ex præcepto. Cereus autē, qui offertur, nonnulla religio est, sed tamen eius omisio nullum esset peccatum, sicut neque nō dare alapam. Mos enim ille, vt supra diximus,

Conclusio.

Tempus.

Ieiuni.

Susceptor.

Cereus.

Dare alapam.

diximus, non tam ob id introductus est, vt confirmatus memor sit semper sacramenti, quā vt admoneatur illud suscipere ad pugnam, vt inde discat contumelias & plagas pro Christi nomine perferre. Postremū argumentum S. Thomę est de chrismate. Cū enim per hoc sacramentum conferatur plenitudo spiritus sancti, apparet conficiendum esse potius in festo pentecostes, quā in cœna Domini. Respondetur, quantum ad essentiam attinet omni tempore posse confici, vt habetur in decreto Martini de consecra. dist. 4. can. Omni tempore, sed tamen confectiōnis solennitati congruentissimus est dies cœnæ Domini, tum quod cū in paschate celebrandus erat solēnis baptismus, vbi opus est chrismate, expediebat biduo ante consecrari, vt posset per parœcias distribui, tum etiā quod cū illa die per Christi benedictiōnē consecratum est sacramentum eucharistiæ, quod est omnium sacramentorum ac benedictiōnum finis, aptissimus est, vt etiam tunc chrisma benedictiōnibus cōsecratur, vt supra ex decreto Fabiani monstratum est, quod refertur de consecra. distinct. 3. can. Literis.

De chrismate.

Dies cœnæ.

DISTINCTIO octaua. De sacramento eucharistiæ secundum se.

Cap. j.

ACROSANCTVM eucharistię sacramentum est, quod dicendi series nobis offert, de quo post baptismum & confirmationē dicamus. Est enim eucharistia sacramentum corporis & sanguinis Christi, quo vita spiritualis nutritur, quā & baptismus nobis præstat, & cōfirmatio corroborat. Vnde cū per nutrimentū membra in vnū corpus coalescant, sacramentū hoc, quod vnus habet cōiuij effigiem, atq;

Eucharistia.

adeo perfectione vnū est, ecclesie vnitate tum significat, tū subinde efficit. Quare Paul. 1. Corinth. 10. Vnus panis & vnum corpus multi sumus, oēs qui de vno pane & de vno calice participam⁹. Super quē locū Aug. sicut vnus panis ex multis granis, & vnū vinum ex multis acinis, sic & ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante cōnectitur. Quod quidē sacramētū Christus in nouissima cœna constituit, iuxta verbū Pauli. 1. Corin. 11. Ego enim accepi à Domino, qđ & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis dicens, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, Hoc facite quotiescunque bibetis in meam commemorationem. ¶ Non est autem perinde ad salutem necessariū sacramētum hoc, ac baptismus, dicente ad Bonifaciū Augustino. Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc vnumquēq; fidelem corporis & sanguinis Christi participem fieri, quado in baptisate membrū Christi efficitur: nec alienari ab eius panis calicisq; consortio, etiā si antequā panē illū comedat & calicē bibat, de hoc seculo in vnitate corporis Christi

Paul. 1. Co. 10.

Aug. sermo. de iustitibus & refertur de conse. d. 2. canon. Quis passus.

Paul. 1. Co. 11.

August. ad Bonifacium.

Xpi constitutus abscedat. Quo fit, ut p votū eucharistię, qđ in sacramēto fidei, hoc est, in baptismo includitur, satis quātū ad salutis necessitatē attrinet, māducetur caro, bibaturq; sanguis Christi, ut eius impleatur verbū, Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis. Quę quidē māducatio, spiritalis est per fidē. At quoniā votū hoc secū adfert pręceptū illud re vera implēdi, fit ut pręceptū sit diuinū pro tēpore & loco sacramētū hoc suscipere, quod quidem tēpus sanctiōne sua sacrosancta mater ecclesia semel in anno p̄scripsit

Can. Omnis vtriusque sexus de penitentis & remissio. Cap. iij.

Atqui ut multis nominibus hoc sacramētū designatur, ita & multis fuit antiquitus pręsignatū figuris. Est enim & sacrificiū, quasi quędā immolatio memoratiua passio nis Christi p̄teritę. Et synaxis, hoc est, cōmunio & vnitas, quā in pręsēti vita, dū sumit, operat̄ in ecclesia. Et viaticū, quo ad futurā patriā peregrinātes sustentamur. Ac demū eucharistia, hoc est, bona gratia: vtpote per quod & summā suscipimus gratiam, putā Christū, & maximas illi referimus. Figura autē huius sacramēti fuit manna, qđ post transitū maris rubri, qui baptisimi vmbra fuit, Deus patrib; cōtulit in deserto. Et oblatio panis & vini Melchisedech. Atq; omnium pręcipua paschalis agnus quotannis Hebręorum ritu immolatus.

in Quart. Sentent.

DISTINCTIONIS oĉtauę, Quęstio vnica de sa cramento eucharistię secundū se.

S. Thom. 3. part. quęst. 73.

ARTICVLVS. I.

Vtrum eucharistia sit sacramentum.



IAM supra dist. 1. q. 6. art. 2. ille ordo sacramētorum institutus est, cuius tertiū locū obtinet eucharistia. De quo vtiq; sacramento per sex distinctiones disputandū est. Habet enim sacramentum hoc inter cętera, qđ non solum sacramētū, verū & sacrificiū est. Quare de illo qua ratione est sacramentum quinq; distinctionibus agendum est, & in postrema de eodē quatenus est sacrificiū. Prima ergo pręmittitur distinctio de ipso secundū se sacramēto. Ob idq; primus articulus est, vtrū eucharistia sit sacramētū. Et respōdetur affirmatiuē. Eucharistia est speciale sacramētū à confirmatione & reliquis suapte natura distinctū. Quod. n. sit sacramētū, confessio est ecclesię in illa collecta, Hoc tuū sacramētum nō sit nobis reatus ad poenā, &c. Quod autē sit speciale & distinctū d. 1. q. 6. art. 1. probatū est, vbi rationē distinctionis omnium explicuimus. Vñ & ratio hęc resumitur. Cū enim spiritalia corporaliū analogia perscrutemur, & vita corporalis post eius generationē, qua recipitur, eiusq; augmentū, quo pficitur, alimēto egeat, quo cōseruetur, fit ut & ad vitā spiritalē post baptismū & cōfirmationē necessariū sit eucharistię sacramētū, cuius alimēto nutriatur. Et per hoc soluit primū suū argumentū S. Th. qđ est hoc. Ad eundē effectū nō debēt duo ordinari sacramenta, cū vnū qđq; sit efficax: cōfirmatio autē & eucharistia ordinatur ad p̄fectionē, vt Diony. 4. c. eccl. hierar. autor est: ergo eucharistia sup̄fluit. Respōdet, inquā, qđ duplex est p̄fectio, altera intrinseca in homine, quę fit p̄ augmentū, & huic respōdet cōfirmatio: altera verō p̄ adiunctionē extrinseci alimēti, quo cōseruatur, & huic rñdet eucharistia. Et quoniā p̄fectio intrinseca añcedit extrinsecā, cōfirmatio p̄cedit eucharistiā.

Quantum

Propositio ar. scilicet.

Quantum D. Tho. definitionem eucharistię non conlittuat, colligitur tamen ex eius verbis illa, quam in textu nos pręfiximus. f. qđ sit sacramētū corporis & sanguinis Christi, quo vita spiritalis nutritur. Jam enim supra bis diximus definitionem vniuersaliq; sacramenti sic esse construendam, vt colloca to genere, quod est sacramētū, per eius peculiarem effectū differentia subiiciatur. Atqui in hac definitione gratuitus effectus. f. corpus Christi verū & sanguis exprimitur, quatenus corpus mysticū per gratiam spiritaliter nutrit. Et fundatur maximē definitio hęc in verbis Christi, Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur, & hic est sanguis, qui pro vobis effundetur. Neq; opus est alias inculcare particulas, quas in. 4. Sen. d. 8. q. 1. tū Scotus, tum subinde alij accumulāt. f. qđ sit sacramentum sub speciebus panis & vini sub certis verbis cū debita intentiōe prolatis, &c. Horū enim singula disputatione potius examinanda sunt, qđ in definitione tanq̄ per se nota pręsupponēda. Hęc autē, quę de hoc sacramento, & quatenus sacramentum est & quatenus sacrificiū olim ecclesię molestiam exhibuerunt, diuersis cuiusq; locis recensēbimus. At de nomine eucharistię ar. 4. cum cęteris, quibus hoc sacramētum nominatur, dicemus. Hic ergo hoc solum perscrutandū est, pro quo. f. nomen hoc sacramētū eucharistię supponat. Est enim in eo quatuor cōsiderare: videlicet species panis & vini cōsecratas, corpusq; & sanguinē quę sub ipsis latēt, & tertio eorū cōsecrationē, ac deniq; vsū & sumptionē. Et quidē Sent. Magi. d. 8. species ait esse sacramētū eucharistię. Addit nihilominus Gabriel, tam consecrationē, qđ sumptionem esse quoq; sacramenta. Nā consecratio est visibile signum inuisibilis gratię: scilicet, effectus gratuiti, nempe corporis & sanguinis, quem quidē effectum ipsa consecratio efficit. Et pariter sumptio est signum gratię, quę suscipienti infunditur, eiusq; causa. Quare in eucharistia, inquit, plura sunt sacramenta, sicut in ordinibus. At quia ad vnū corpus vnāq; alimoniam referuntur, vnū censentur. Imō qđ consecratio sit sacramētū est etiam opinio Marci. in. 4. q. 1. ar. 1. & q. 6. ar. 2. & Caiet. supra. q. 63. ar. 5. Quinetiam videtur esse. S. Thomę in. 4. d. 8. q. 1. ar. 1. quęstion. 1. Cui etiā opinioni ratio hęc patrocinari videtur. Verba illa, Hoc est corpus meū sunt forma: ergo sunt forma sacramenti:

at nec sunt forma specierum, nec corporis, sed ipsius consecrationis, quam significant, & efficiunt: ergo consecratio est sacramētū sicut ablutio in baptismo. Veruntamē his non obstantibus dicendum consecrationē si res penitiūs inspiciatur: non esse sacramētum, sed sacramentale quoddam. Consecratio enim sacramenti, vt nomen sonat, nō est nisi actio, qua per formam perficitur sacramentum: quare sicut forma qua fit consecratio, non est sacramentum, ita neq; consecratio ipsa, sed est via ad sacramentum. Hoc. n. differt hoc sacramentum à baptismo & confirmatione, qđ cum illa consistant in vsu materię, actio ipsa seu applicatio materię, quā significat forma, est sacramentum. Hoc autem nō consistit in vsu neq; in fieri, sed in facto esse: & ideo consecratio non est visibilis forma corporis Christi, sed species sunt, quę ipsum repręsentāt. Actio enim habet formam motus, corpus verō Christi non est nisi res permanēs. Neq; verō sumptio est sacramētū, neq; propriē causa gratię, sed est applicatio virtutis sacramentalis: putā, corporis, quod est virtus conferēdi gratiam. Veluti in naturalibus applicatio ignis non est causa caloris, sed ignis ipse applicatus: applicatio verō est conditio agentis. In baptismo nanq; quia non est alia virtus, qđ motus aque applicatio ipsa est sacramentum. At quoniā in eucharistia virtus est res permanens, scilicet, corpus, applicatio non est sacramētum, sed actio sacramentalis. Quare inferiūs. q. 78. art. 1. ad. 2. argumentum ait. S. Th. qđ vsus materię consecratę non est de necessitate huius sacramenti. Superest autem ambiguitas inter corpus & species, pro quo illorum supponat sacramentum. Et quidem Capreolus in. 4. d. 8. q. 1. ar. 3. arbitratur promiscuē de omnibus posse prędicari, vt. f. species dicantur sacramētū, qua ratione cōtinent corp; & sanguinē. Et pariter corpus & sanguis qua ratione cōtinentur sub speciebus. Imō & aggregatū ex speciebus & corpore censerī, inquit, potest sacramētū. Et vt ab hoc vltimo inchoemus. Videtur huic fauere canon. Hoc est, de consecratio. dist. 2. vbi habetur hoc sacramentum duobus constare: scilicet visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine. Et sunt verba Augu. in lib. Sententiarum Prosperi. Quod autem corpus & sanguis dicantur sacramentum, apparet ex Gregorio. can. Multi. q.

Sententia am
toris.Secundū du
bium.
Capreo.

ti. r. q. r. Secundò quando dicimus sacramentum adorare, corpus & sanguinem intelligimus. Tertiò illud est sacramentum per quod gratia confertur: illud autem est corpus, quod etiam fumere dicimus. Quare Christus ego, inquit, sum panis viuus, qui de coelo descendi. Et nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Accedit huc & autoritas non spernenda V Valdensis tomo. 2. de sacrament. ca. 21. ubi hoc discrimen inter hoc sacramentum & reliqua constituit, quod in reliquis sacramentum sit visibilis forma inuisibilis gratiae, vt ablutio: in hoc autem sacramentum sit inuisibilis gratia sub visibili forma: scilicet, verum Christi corpus in recto sub forma panis, quam connotat in obliquo. Hæc ille. His tamen nihil obstantibus, vt res sit perspicua recolendum est tria esse in sacramento, quæ adnotauimus in baptismo: scilicet, sacramentum tantum, quod erat ablutio, res tantum, quæ erat gratia, & res & sacramentum, quæ erat character. Sit ergo prima propositio. Id quod in eucharistia est sacramentum tantum, est species panis, & pariter species vini. Probat, quoniam salua egregia autoritate V Valdensis, illa definitio sacramenti, quod sit inuisibilis gratiæ visibilis forma, omnibus est generalis, aliàs inepta esset. Quare eam & Magister Sententiarum. S. Thom. & omnes etiam huic sacramento competere autumant. Illa autem congruit speciebus, vt potè quæ sunt visibilis forma inuisibilis gratiæ, puta tã corporis Christi & sanguinis, quã gratiæ sacramentalis, quæ corpus mysticum efficitur vnũ ex multis membris, sicuti panis ex multis granis, vt infra videbim. Secunda propositio. Res tantum est gratia, quæ summentibus confertur: est enim res significata & non significans. Tertia. Corpus & sanguis sunt res & sacramentum, & virtus sacramenti. Res scilicet, quia significatur per species, & per consecrationem perficitur. Sacramentum autem, quia corpus Christi quatenus sub eisdem speciebus velatur, corpus mysticum representat. Sũt etiam virtus, quia quatenus corpus Dei est, gratiam in alimentum corporis mystici confert. Et hoc exprimitur can. Hoc est, supra citato, ubi ait Augu, hoc sacramentum constare ex visibili elementorum specie (quæ scilicet est sacramentum tantum) & inuisibili Christi carne & sanguine, tanquam sacramento & re sacramenti. Et sic intelligitur id

V Valdensis.

Resp. leg. iti.

I. propositio.

Secunda.

Tertia.

quod ait epistola. 23. ad Bonifacium scilicet quod corpus Christi secundum quendam modum est sacramentum. Omnes tres conclusiones affirmat venerabilis Hugo lib. 2. de sacramento. par. 8. cap. 7 vnde Magister Sententiarum eas desumpsit dist. 8. cap. vlt. Et. San. Th. hic in solutione secundi & tertij, & expressiuis infra art. 6. Ac demum tanquam ecclesiasticum dogma suscepit Innocentius in capitulo. Cum. Marthæ, extra de celebra, misfarum. Quapropter ad illud Gregorij in ca. Multi, respondetur, quod vocat corpus Christi sacramentum, quia est & sacramentum & res sacramenti, vel certe, quia continetur sub sacramento, sicut confirmationem appellat chrisma, eò quod est eius materia. Et simili modo respondetur ad aliud de adoratione & sumptione, quod cum dicimus adorare sacramentum & ipsum fumere, intelligere possumus, corpus, quod est sacramentum & res, sed nihilominus species ipsas, quatenus ipsum continent. Perspiciamus ergo quemadmodum D. Tho. in solutionibus argumentorum eandem profert sententiam mutatq; illam, quam in 4. designauit. Arguit enim secundo loco ad probandum quod species non sint sacramentum hoc pacto. In quolibet sacramento nouæ legis species visibiles inuisibilem effectum efficiunt: vt ablutio baptismi characterem & gratiam: sed species eucharistiæ neq; corpus ipsum Christi verum efficiunt, quod est res & sacramentum, neq; corpus Christi mysticum quod est res tantum: ergo non sunt sacramentum. Et respondet, quod aqua baptismi non efficit gratiam nisi per virtutem spiritus sancti, secundum illud Chrysostomus super Ioã. cap. 5. In baptizatis non simpliciter aqua operatur, sed cum spiritus sancti susceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata. Sicut autem, se habet virtus spiritus sancti ad aquam baptismi, ita se habet corpus Christi verum ad species panis & vini. Vnde species ipsæ virtute corporis & sanguinis efficiunt gratiam. Vide ergo quomodo licet in quarto dixerat, quod sanctificatio materiæ: nempe, consecratio erat sacramentum. (Vnde Marfilii & Caietani suam fortè opinionem hauserunt) hic non dicit nisi quod species sunt sacramentum, quæ sicut aqua baptismi per virtutem spiritus sancti conferunt gratiam. Idem luculentius demonstrat in solutione tertij, quod est hoc. Sacramenta nouæ legis habentia materiam in eius usu perficiuntur,

Secundum argumentum.

Nota.

Forma non est pars sacramenti.

tur, vt baptismus in ablutione, & confirmatio in chrisinatis consignatione: si ergo eucharistia esset sacramentum, perficeretur in usu materiæ, non in consecratione ipsius materiæ, quod patet esse falsum, eò quod forma huius sacramenti sunt verba, quæ in consecratione materiæ dicuntur, vt infra patebit. Respondet negando similitudinem. Imò est inter hoc sacramentum, & reliqua habentia materiam sensibile interuallum. Ad cuius intellectum recolito, idem esse sacramentum, quod signum continens rem sacram: eucharistia autem continens in se rem sacram absolutè & per modum permanentis: nempe, corpus ipsum Christi & sanguinem: aqua verò baptismi continet aliquid sacrum in se, sed tamen in ordine ad aliud, scilicet, virtutem ad sanctificandam quæ est ipsa applicatio aquæ. Et ideo sacramentum eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materiæ, alia verò perficitur in usu, videlicet in applicatione ipsius materiæ ad sanctificandum. Vnde colligitur, quod si ablutio continens virtutem sanctificandam est sacramentum, ita species continentes corpus & sanguinem. Et ex hoc subsequitur aliud discrimen, quod in eucharistia id quod est res & sacramentum, scilicet corpus & sanguis, est in ipsa materia: nempe sub speciebus id autem quod est res tantum, est in suscipiente: scilicet gratia quæ confertur. In baptismo verò vtrumque est in suscipiente: videlicet, & character, qui est res & sacramentum, & gratia remissionis peccatorum, quæ est res tantum. Et ea dem ratio est de alijs sacramentis. Atqui per hoc ad argumentum, quo supra arguebatur, formam esse partem sacramenti, respondetur id negando. Imò vt dist. 3. art. 1. expositum reliquimus, forma neq; in baptismo neq; in consecratione est pars sacramenti. Nam sacramentum, sicuti res artificata, non supponit nisi pro actione seu passione materiali quatenus determinatur per formam, vt pro ablutione. Sed est differentia, quod forma in alijs sacramentis informat usum materiæ ad conferendam gratiam, vt ablutionem in baptismo, Ego te abluo: in eucharistia verò determinat consecrationem materiæ, vt transubstantietur in corpus, idq; efficit. Quare sicut sacramentum baptismi supponit pro materiali ablutione determinata per formam, quatenus est in fieri: ita sacramentum eucharistiæ supponit pro materialibus speciebus consecratis per formam, quatenus permanenter continent cor

pus. Et idem est de speciebus sanguinis. Atque hac ratione verè dicitur, estque forma sacramenti.

ARTICVLVS. II.

Vtrum hoc sacramentum sit vnum an plura.



Voniam sacramentum hoc duas habet formas, duabusque consecrationibus perficitur, merito queritur vtrum sit vnum sacramentum, an verò plura. Et respondet D. Th. hac conclusione. Hoc sacramentum dicitur vnum. Et deducit conclusionem ex autoritate Aristoteli. 5. Metaphy. tex. 7. ubi ait, quod vnum dicitur tripliciter: scilicet, indiuisibilitate, vt angelus: continuatione, vt linea: & perfectione, vt domus, quæ licet sit plura in genere substantiæ, vt ligna & lapides, est tamen vna vnitate forma in genere qualitatis: hoc autem sacramentum est vnũ perfectione, vt potè ad cuius integritatem omnia concurrunt, quæ ad eius finem sunt necessaria: sicut homo ex multis compingitur membris, & domus ex fundamento, parietibus, & tecto: ordinatur enim ad vnã refectiõnem similem corporali, quæ ex sicco cibo, & humido potu constat: ergo ex duplici consecratione constare debuit: scilicet, corporis & sanguinis: iuxta illud Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: est ergo nõ plura sacramenta, sed vnũ. Conclusio huius articuli tanquam ecclesiæ confessio est amplectenda, vt potè quæ tanquam vnum, hoc sacramentum inter septem vbiq; connumerat, vt patet de summa trinita, & fide catho. cap. firmiter, ubi habetur, quod sub speciebus panis & vini perficitur mysterium vnitatis. Quare in concilio Florentino & alijs vt vnum sacramentum proponitur. Quinimò & ex sacra ipsa scriptura colligitur. Ait enim Apostolus. 1. Corin. 10. Vnus panis & vnũ corpus multi sumus omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Vbi docet, hoc esse sacramentum ecclesiasticæ vnitatis, per cuius gratiam fit vnum corpus mysticum: cum ergo sacramentum debeat suo effectui assimilari, fit vt sit vnũ. At verò quoniam, vt dictum est, plura existit in genere entis, scilicet plures species ex pluribus consecrationibus, resultantes, & plura sunt ibi cõtenta. scilicet corpus & sanguis nõ desunt quibus

Conclusio.

Expositio articuli.

Gabr. fibi nõ fatis perſuadere valeat eſſe ſimplici-
ter vnũ. Vnde Gab. in. 4. d. 8. q. 2. ait hoc ſacra-
mentum non eſſe vnum, nec ſimpliciter nec
propriè: quia non eſt vnum viſibile, nec vnũ
continuatione, cum ſpecies panis & vini nõ
ſint continuatione: imò ſpecies panis ſunt diuer-
ſa accidētia, vt color, calor, & ſapor. Neq; ve-
rò eſt, inquit, vnum vnitate ſigni & ſacra-
menti: quoniam laicus dum ſumit corpus,
verè ſuſcipit ſacramentum, & nihilominus
ſpecies vini ſunt aliud ſacramentum. Neque
ſunt vnum vnitate contenti ſub ſacramento
quoniam ſanguis non eſt ſic pars corporis,
vt illi ſit cõtinaua, ſed eſt diſcontinuuſ per ve-
naſq; diſperſus. Quare, vt infra dicem⁹, ex vi
cõſecrationis panis, nõ eſt illic niſi corpus, ſã
guis verò per concomitantiam: & ex vi con-
ſecrationis vini non niſi ſanguis, & per con-
comitantiam corpus. Concludit ergo ſolum
eſſe vnum ratione totius contenti per aggre-
gationem, ſicuti corpus & ſanguis ſunt vnũ
¶ At verò quanuis ſacramentum non ſit tã
vnũ, quã eſt res indiuiſibilis, eſt tamen pro-
priè vnum in ſuo genere, ſcilicet, in genere
paſtus & conuiuij. Ariſtoteles enim non di-
cit, quòd vnum primo modo ſit propriiſſi-
mè vnum, vt iſti loquuntur, & ſecundo mo-
do propriè, & tertio impropriè: quòd enim
impropriè eſt tale, non eſt tale: ſed ait quòd
indiuiſibile eſt maximè vnum, quia non po-
teſt diuidi, & continuum taliter vnum, vt di-
uidi poſſit, & domus minus vnum, quia par-
tes non continentur. Nihilominus vnum
quodq; eſt propriè vnum, etiam domus in
ſuo genere. Ad proſitum ergo reſponde-
tur, impertinens eſſe ad vnitatem ſacramen-
ti, quòd corpus & ſanguis ſint vnũ per cõtina-
uatione, aut p aggregatione, aut q ſpecies
ſint continuatione: aliàs negãdum eſſet, vbi ſacer-
dos tripartitam ſumit hoſtiam, vnum ſume-
re ſacramentum panis. Vnitas ergo ſacramen-
ti quia eſt ſignum, ſumitur ab vnica ſignifi-
catione, quæ ex duabus conſecrationibus re-
ſultat, vt pote per quas ſignificatur vnica re-
ſectio, cuius integritas cõſtat ex cibo & po-
tu. Et hæc eſt tam propriè vnitas formaliter
in genere ſigni, quã vnitas lineæ in gene-
re continui: quanuis materialiter reſultet ex
pluribus. ¶ Et per hoc ſoluitur aliud argumẽ-
tum Aureoli apud Capreolum diſt. 8. cõtra
eius ſecundam cõcluſionem. Laicus dum ſu-
mit corpus, ſumit totum ſacramentum: nõ
ſumit ſimul ſanguinem illic per concomitã-

tiã contentũ, ſumitq; adeò totam gratiam, q̄
ſacerdos ſumens corpus & ſanguinem, aliàs
iniuria fieret laicis dũ ſumptione ſanguinis
defraudãtur: & eadẽ ratione ſumptio ſanguinis
eſt ſumptio totius ſacramenti: nam pariter il-
lic ſumitur cum ſanguine corpus: ergo ſunt
duo integra ſacramenta. Negatur, inquam,
dum ſumitur ſolum corpus ſumi totum ſa-
cramentum quoad integram eius repræſen-
tationem: quoniam cum ex vi cõſecrationis
non ſit illic niſi corpus, non eſt illa niſi ciba-
tio ſine potu: nam ad potum requiritur ſu-
mi ſanguinem, qui ſit primò per ſe illic ex vi
conſecrationis. Et pariter dum ſumitur ſan-
guis, non eſt niſi potatio, & non cibatio. Vn-
de D. Tho. in. 4. d. 8. q. 1. ar. 1. quæſtiuncu. 2. ad
5. ait q licet Chriſtus perfectus ſit ſub vtraq;
ſpecie, non tamen quantum ad integrum v-
ſum eſt ſub vtraq;. ¶ Ad illud autem de gra-
tia, infra diſt. 12. q. 1. reſpondebimus, vtrũ tã-
tum gratiæ conferatur ſub vna ſpecie, quan-
tum ſub ambabus ſimul. Eſt tamen hoc ad
vnitatem ſacramenti impertinens: nam quan-
uis tota gratia ſumeretur ſub ſpeciebus panis
nihilominus non eſſet quoad repræſentatio-
nem integrum ſacramentũ. Quare tñ modo
ſequitur quòd ſpecies ſanguinis non ſunt di-
ſtinctum ſacramentum totale: poſtquã eã
dem gratiam conferũt. Sicuti dum ſacerdos
plures diuerſas particulas hoſtiæ ſuſcipit,
per quancunque ſolam recipi totam gra-
tiam, & nihilominus omnes ſimul ſunt vnũ
ſacramentum. Sic ergo de ſpeciebus panis &
vini ſimul ſentiendum. Adde quòd & ſi ne-
getur, tantã gratiam ſumi in ſumptione cor-
poris, quãtam in ſumptione corporis & ſan-
guinis: non ſubſequitur, aliquam laicis irro-
gari iniuriam: quia eccleſia nihil debet illis, ſi
modò ſacramenti decentiam ſeruet, quæ eſt
vt propter periculũ ſanguis non temerè pro-
pinetur laicis.

¶ Primum ergo argumẽtum. S. Thomæ eſt.
Nonnũquam ſacramentum altaris pluraliter
dicitur ſacramenta, vt legitur de conſecra. d.
2. can. 1. Qui eſt Alexandri, & refertur in con-
cilio Florentino. Vbi habetur. In ſacramen-
torũ oblationibus, quæ inter miſſarũ ſolẽnia
domino offerũtur &c. Vnde in collecta ait ec-
cleſia. Purificet nos domine ſacramẽta, quæ
ſũpimus: ergo nõ eſt vnũ, ſed plura. Reſpon-
detur aut nõ aliud cõſequi, q̄ ſint plura ſa-
cientia vnum. Vnde in eadem collecta proti-
nus ſubditur. Hoc tuum ſacramentum non
ſit

De gratia.

Argument.

ſecundum ar-
gumentum.

ſit nobis reatus ad pœnã. ¶ Et pariter reſpon-
detur ad ſecundum, quòd eſt huiusmodi. Sa-
cramentum eſt in genere ſigni: ergo vbi ſunt
plura ſigna, plura ſunt ſacramẽta: ſicuti enim
nõ poteſt vnus homo eſſe plura animalia, ita
nec vnũ ſacramentũ plura ſigna: ſed in hoc ſa-
cramento ſunt plura ſigna panis & vini. Re-
ſpõdetur, inquam, nõ eſſe plura niſi materia-
liter. Atq; idem dicitur ad tertium de conſeca-
tionibus, q̄ ſcilicet ſint plures materialiter,
vnũ tamen integrantes ſacramentum.

ARTICVLVS. III.

Vtrum eucharistia ſit de neceſſitate ſalutis.



I cut de baptiſmo, ita & de eu-
chariſtia quaritur, vtrũ ſit ne-
ceſſarium ſacramentum. Sup-
poſita diſtinctione reſponde-
tur ſex concluſionibus. Duo

enim eſt in hoc ſacramẽto cõſiderare: ſcilicet
id quòd eſt ſacramentũ, vt ſunt ſpecies cõtina-
entes Chriſtũ, & id quòd eſt res tantũ, quòd
art. proximo ex Paulo elicitur eſſe vnitate
corporis myſtici, ad quòd gratia huius ſa-
cramenti ordinatur, ob idq; dicitur cõmunio
quod articulo ſubſequenti repetendũ reſtat.

Prima cõclu-
ſio.

¶ Eſt ergo prima cõcluſio. Iſte effectus ſacra-
menti eſt de neceſſitate ſalutis: ſcilicet, vt ho-
mo per gratiam fiat membrum viuum eccle-
ſiæ alijs per charitatẽ vnitum. Probat, quo-
niam extra eccleſiam nemini patet ſalus ſi-
cuti in diluuiò nemo extra arcam Noe fuit
ſeruatus, vt habetur. 1. Petri. 3. Et ne ad hanc
concluſionẽ reuertamur, tenẽda eſt tanquam
de fide, quam Aug. contra Donatiſtas creber-
rimè cõmonſtrat. Et eſt determinatio eccleſiæ
cap. firmiter, extra de ſumma trinita. & fide
catholi. Imò eſt articulus ſymboli, credo in
ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam, ſancto-
rum cõmunionem. ¶ Secunda concluſio. An-
te ſuſceptione in re huius ſacramenti poteſt
percipere homo hunc eius effectũ ſalutis per
ſuſceptione eius in voto. Probat: nam cum
voluntas apud Deum pro facto reputetur, ſi
cut poteſt adultus effectũ baptiſmi per eius
votum ſuſcipere, ita & effectum huius. ¶ Eſt
tamen differentia inter baptiſmum & hoc ſa-
cramentum quantum ad duo. Primum quòd
baptiſmus, & eſt principium ſpiritualis vitæ
atq; adeò ſacramentorum ianua, vt ſine quo
nullum aliud ſuſcipi poteſt: euchariſtia verò
eſt quaſi conſummatio totius ſpiritualis vitæ

Secunda con-
cluſio.

ac perinde ſacramentorũ finis, vt diſt. 1. q. 6.
art. 3. viſum eſt. Per ſuſceptionem enim ordi-
nis ſit præparatio ad conſecrandam eucharis-
tiam, per ſuſceptionem aliorũ ad illam ſuſ-
cipiendam. ¶ Vnde colligitur tertia conclu-
ſio. Perceptio baptiſmi eſt neceſſaria ad in-
choandam ſpiritualẽ vitam: perceptio au-
tem eucharistiæ eſt neceſſaria ad eãdem con-
ſummandã. Neceſſaria ſcilicet, non in re, ſed
in voto, quemadmodum finis deſiderio men-
tis percipitur. ¶ Altera differentia eſt, quòd
per baptiſmum ordinatur homo ad eucharis-
tiam, ad baptiſmum autem non ordinatur
per aliud præcedens ſacramentum. Atque
hinc inferitur quarta concluſio. Pueri dum
baptizãtur, intentione eccleſiæ ordinãtur ad
eucharistiã: quare ſicut fide eccleſiæ credunt
ita & eius voto ſuſcipiunt eucharistiã. ¶ Se-
quitur ſubinde quinta concluſio. Pueri nulla
tenus voto poſſunt percipere baptiſmum,
ſed ſoli adulti, atque adeò neque rem ſacra-
mẽti ſine perceptione ipſius ſacramẽti. Quã
cõcluſionem ſupra diſt. 6. quæſt. 1. art. 2. cõtra
Caietanũ adduximus, ad probãdũ paruulis
nullum patere ſalutis remedium præter ba-
ptiſmum in re. ¶ Sexta igitur concluſio ex
omnibus elicitur hæc. Sacramentum eucha-
riſtiæ non eo modo eſt de neceſſitate ſalutis
quo baptiſmus.

Tertia cõclu-
ſio.Quarta con-
cluſio.Quinta con-
cluſio.

Sexta.

Expoſitio ad
articulũ.

¶ Animaduertendum hũc quæſtionem præ-
ſentem triplicem habere ſenſum. Primus eſt,
vtrũ hoc ſacramentum ſit neceſſarium neceſ-
ſitate finis, vt diximus de baptiſmo: videli-
cet, vt ſine illo ſalus nequeat obtineri. Secun-
dus vtrũ ſit neceſſarium neceſſitate præ-
cepti diuini, & tertius vtrũ ſaltem ſit neceſ-
ſarium ob præceptum eccleſiaſticum. Et qui-
dem Diuus Thom. ſolum reſpondet ad quæ-
ſtionem in primo ſenſu, neque id omnino pa-
tenter & lucidè: nam poſtrema concluſio
dũtaxat ait, quòd non eſt eo modo de neceſ-
ſitate ſalutis, vt baptiſmus. Attamen cum ba-
ptiſmus ſit neceſſarius in re neceſſitate finis,
planè intelligit hoc ſacramentum non eſſe ta-
li neceſſitate finis neceſſariũ in re. Id quòd &
quinta concluſio luculentius aſſeruit. Reſtat
nihilominus dubium circa differentiam, quã
in tertia concluſione inter baptiſmum & eu-
chariſtiam conſtituit. Videlicet, quòd ba-
ptiſmus requiritur in re, eucharistiã verò ſuſ-
ſicit in voto. Arguitur enim ſic. Sicut dum
eſt copia baptiſmi non ſufficit votum, ſed re-
quiritur realis ſuſceptio: ita dum tempus ſuſ-
cipiendi

legitima
responsio.

icipiendi eucharistiā adest, nō sufficit votum sine re. Et ē conuerso sicuti extra illud tēpus sufficit votum eucharistiæ pro suo tēpore, ita & votū sufficit baptismi: nulla ergo est differentia. Respondetur, vt scitē hic dixit Caietanus, discrimen esse, q̄ baptismus suapte natura nō saluat nisi in re susceptus, & ideo per se cōsetur necessarius in re: per accidens autem: nēpe, quia copia eius haberi non potest, vsuuenit vt votum eius sufficiat, idq; dūtaxat in adultis, qui tale votū habere possunt. Eucharistia verò ex natura sua habet per votū sui salutē operari: & ideo per se nō est necessaria in re, sed quoniā præceptū diuinum est vt votum pro tēpore & loco impleatur, remanet obligatio suscipiēdi idem sacramētū secundum ecclesiasticā temporis constitutionē, vt d. 12. q. 1. videbimus. Neq; verò hæc differentia cōfenda est arbitraria: imò ex rerū natura ducitur. Eò enim q̄ baptismus est inchoatio vitæ exigat, vt tanquā causa efficiens applicetur, atq; adeò in re: eucharistia verò quia non est nisi cōsummatio sacramētorū à natura sua adfert, vt per modum finis per mētis votum suscipiatur. ¶ Vnde ad argumentū negatur si militudo. Non enim qua ratione baptismus, quando adest copia, requiritur in re, requiritur etiam eucharistia. Illud enim est de per se de necessitate salutis, & ideo habita opportunitate nō est res amplius differenda: eucharistia verò, quia non est sic de necessitate salutis, etiā habita opportunitate differri potest vsq; ad tēpus præfinitum præcepti, quod in eius voto includitur. De altero verò necessitatis sensu, vtrum de susceptione sacramenti extet præceptū diuinum, nō est hic locus disputandi, sed infrā dist. 12. q. 1. ¶ Atq; inde etiā fit plana quarta conclusio, q̄ quia baptismus ordinatur ad eucharistiā eius suscepcio includit votum eucharistiæ. Ad probādā autem hanc conclusionē citauit D. Tho. Augustinū ad Bonifaciū, quod non intelligas in epistola ad Bonifacium, sed in libro eorū primo, quos contra duas epistolas Pelagianorum, scripsit ad Bonifacium. Illic enim cap. 22. extant hæc verba. Nec dicit, cogitatis, sed cogitatis. Pelagiani enim, vt supra diximus, nō eò baptizabant paruulos, vt crederēt vllum esse originale, quod illic remitteretur, sed vt intrarēt in regnum cœlorū. Quare nō baptizatos putabāt extra regnū cœlorum habere vitam æternā. Redarguit igitur illos Augustinus nō solum ob ingressum illum, sed vt habeant vitā æter-

De quarta
conclusione.

Augusti.
7-to.

nam esse baptizandos. Et ideo ait, Nec illud cogitatis (id est non animaduertitis) Paruulos vitam habere non posse, qui sunt expertes corporis & sanguinis Christi. Dicente ipso, Nisi manducaueritis carnem meam, &c. Vbi docet Aug. ob id paruulos in baptismo obtinere vitam, quod illic includitur eucharistiæ votum. Atque idem illico lib. 2. cap. 4. auctoritate Innocentij primi confirmat. ¶ Quod si arguas. Qui baptizatur non solum proficitur se suscepturum eucharistiam pro tempore, verum & reliqua sacramenta, atque adeò adimplere omnia mandata legis: ergo in baptismo non magis includitur votum eucharistiæ, quàm reliquorum sacramentorum, atque adeò non magis hoc sacramentum in voto est de necessitate salutis quàm reliqua. Respondetur discrimen esse, q̄ cum omnium sacramentorū finis sit vnire nos incorporareq; Christo: & id peculiari modo fiat per hoc sacramētum, vt per quod in eum ipsum, quem hic realiter manducamus, transformamur, quod ideo dicitur sacramentum communionis corporis mystici & charitatis, quæ vt ait Paul Col. 3. est vinculum perfectionis, fit vt hoc singulariter sit proprius omnium finis, ad quod omnia ordinatur, & in cuius sumptione omnia cōsummantur: & quia finis est primū in intētionē, ideo peculiari voto includitur in baptismo, etiam si nō requiratur alia expressior & formalis intētio eius quā aliorum. ¶ Id ipsum D. Tho. in primo argumēto apertius exprimit. Arguit enim. Christus Ioan. 6. Nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: sed in hoc sacramēto caro Christi manducatur, & eius sanguis bibitur: ergo sine eius susceptione nemini contingit salus. Hoc argumento antiquitus nōnullæ particulares ecclesiæ adductæ morē habuerunt ministrādi sacramētum eucharistiæ infantib⁹: vt. d. 12. q. 1. ar. 9. videbimus, nā cū sub eodē tenore Christus dixerit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. & Nisi manducaueritis carnē filij hominis, &c. ambo sacramenta æqualiter arbitrabantur ad salutem necessaria. At verò sancti patres intelligentes nō esse idoneum, vt quispiam absque veneratione & reuerētia sacrosanctam eucharistiam susciperet, ex ipsis diuersis sacramentorum naturis: quia scilicet, vnū erat inchoatio vitæ spiritualis, aliud verò consummatio, elicuerunt nō esse parē necessitatem vtriusq; sacramenti.

Argument.

Primum ar-
gumentum.

Mos anti-
quus.

Adnotandū

Secundum ar-
gumentum.
S. Tho.

sacramenti. Et ideo Aug. tum alias multis locis, tum eodem loco super Ioan. tract. 26. ait, nomine cibi & pot⁹, carnis & sanguinis Christi intellexisse societatem corporis membrorum suorum; quod est ecclesia, in prædestinatis & vocatis & iustificatis, & glorificatis sanctis & fidelibus eius. Hæc autem societas per sacramentum fidei: scilicet per baptismum, comparatur. Vnde in epistola ad Bonifaciū, Nulli, inquit, est aliquatenus ambigendum, tunc vnumquēq; fidelium corporis sanguinisq; domini participem fieri, quando in baptismate membrum Christi efficitur: nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, etiam si antequā panem illum comedat & calicem bibat, de hoc seculo in vnitatem corporis Christi constitutus abscedat. Sed tamen hic admonito opus est falsō imponi Augustino, illud Ioannis. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. sic spiritualiter intellexisse, vt putaret Christum illic minimē de sacramentali manducatione habuisse sermonem. alioqui vix relinqueretur euangelicus locus, in quo fundaretur præceptū diuinum eiusdem realis manducationis, Sed hoc duntaxat sensit, vt quod est de necessitate salutis in hoc sacramento: nempe effectum societatis ecclesiæ per spiritualem manducationem obtineri. Et in hoc sensu dixit manducationem per metaphoram intelligēdam de manducatione per fidem. vnde ait, Crede, & manducaisti. Non autem q̄ gradus sacramentalis gratiæ absq; sacramenti susceptione infundatur, vt loco citato mōstrabitur. ¶ Quod autem dictum est baptismum includere votum eucharistiæ, non sic intelligendum est, vt quasi in suo effectu generandi ab alio dependeat sacramēto: est enim per se ad illum effectum sufficientissimus, sed q̄ cum sit sacramentum fidei, suapte natura incorporat nos Christo, iuxta verbum Pauli ad Ephes. 3. Christū per fidem habitare in cordibus vestris. Et cum ipse realiter contineatur in hoc sacramento tanquam cibus, quo eadē vita nutritur, quam baptismus gignit, inde fit, vt in illo votum huius includatur. Locus autem ille Ioann. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis &c. iterum latius exponēdus redibit dist. sequenti. q. 2. art. 1. Atq; iterum loco citato dist. 12. q. 1. art. 11. ad confirmandum præceptum huius sumendi sacramenti. ¶ Secundo arguit S. Th. Hoc sacramentum est quoddā spirituale alimentum, corporalem verò cibum necesse est

Admonitio.

ad vitam realiter sumi: ergo & hunc spirituale. Negatur consequentia propter dissimilitudinem. Etenim quoniam corporalis cibus non alit nisi in substantiam aliti conuertatur, oportet vt re vera edatur: alimentum verò spirituale è conuerso hominē in seipsum cōuertit, secundū illud Aug. lib. 1. confessionū. Qui vocem Christi audiuit dicētis ei, Nec tu me mutabis in te, sicut cibū carnis tuę, sed tu mutaberis in me. Potest autē homo in Christum mutari, eiusq; fieri membrū per mentis votū absq; reali sacramēto. ¶ Tertium argumētum est. Sicut baptismus est sacramētū dñi-
Tertium ar-
gumentum.
cæ passionis, sine qua non est salus: ita & eucharistia, iuxta illud. 1. Corint. 11. Quotiescunque māducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortē dñi annūciabitis: ergo tam necessaria est eucharistia q̄ baptismus. Respondetur ad maiore, discriminē esse inter baptismū & eucharistiā, q̄ ille est sacramētū mortis & passionis Christi tanq̄ regeneratio in Christo, & ideo ad inchoandā vitam requiritur eius suscepcio in re: eucharistia verò est sacramētum passionis. prout homo perficitur vniendo se Christo passo, quæ quidē vnio per mentis affectū fieri potest. Ob idq; baptismus dicitur sacramētū fidei, quæ est fundamentū vitæ: eucharistia verò sacramētū charitatis, quæ secundum Apostolum ad Coloss. 3. est vinculum perfectionis.

ARTICVLVS IIIII.

Vtrum conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur.



ROPTER eius excellentiam sacramētū hoc pluribus nominibus gaudet, de quorum ideo numero hic quæritur. Et respondet D. Tho. hac conclusione. Plura sunt huic sacramēto indita nomina eadēq; in triplici differētia. Est enim signū & præteritæ passionis cōmemoratiuum, & præsentis gratiæ demonstratiuū, & futuræ gloriæ prognosticum. Ratione primi dicitur sacrificium, & ratione secundū sy naxis, ac demum ratione tertij viaticum & eucharistia. ¶ Sacramētū hoc primo eodēq; græco nomine dicitur teleta teletorū, hoc est mysterium mysteriorū, ea phrasi, qua antiquit⁹ locus vbi sacra reponēbātur, dicebatur sancta sctōrum: igitur quoniā in ceteris sacramētis nulla inest factitas nisi dū applicatur, hic autē ipsum Chri-
Bb flī

Conclusio.

Expositio ar-
ticuli.

sti corpus, ex quo alia sacramenta deriuantur, continetur, meritisimò arcanorū arcanū appellatur. Rursus quoniā vt dist. x. q. i. ar. 3. diximus, inter omnia sacramenta hoc illa trina pollet significatione præteriti, præsentis & futuri, propter mysteriorū multitudinē, vt in solutione primi ait S. Tho. pluribus nuncupatur nominibus. Nihilominus nomē primū: nēpe, vt dicatur sacrificium VViteless, vt VValdē sis tomo. 2. de sacra. cap. 31. refert, & Lutherus in suo blasphemio libro de abroganda missa priuata, repudiare & exterminare cōtendūt: quoniā sacrificiū idem est, quod immolatio, vt in occisione animalū antiqua legis est videre: Christus autē in cruce semel immolat⁹ est, in missa verò, aiunt isti, non rursus occiditur, dicente ad Roma. Paulo, quod Christus mortuus est semel. At verò, quoniā in hoc articulo solū de nominibus agitur, superfedendū est de re ipsa vsq; ad dist. 13. disputare, vbi q. 83. S. Tho. hoc tāgit. Illic enim discrimē explicabitur inter hoc sacramentū, & sex reliqua. Illa enim duntaxat sunt sacramenta, hoc est signa gratiæ suscipientem iustificātis: hoc autē præterquā qd est sacramentū, quod & cōsecratione perficitur, & vsu gratiam confert, habet quoque, vt in ipso immolatio ipsius Christi representetur, ac si re tūc fieret, atque adeò ibidē eum nos in satisfactionē pro nostris expiandis piaculis offerimus. Ob idq; vt ait D. Thom. in solutione tertij, quatenus Christus hic immolatur, & in representatione occiditur, dicitur sacrificium: & quatenus hic cōtinetur & offertur, dicitur hostia pura, sancta, & immaculata, vt in sacro canone habetur. Quantū ad demonstratiuam verò significationē dicitur synaxis, hoc est, communio seu congregatio à *συναγωγῆς*, quod est congrego & cōcilio. Nam, vt lib. 4. cap. 14. autor est Damascenus, vbi in eandē sententiā refert Basilium. Dicitur cōmuniō, quia per hoc sacramentū Christo coadunamur, eiusq; carne & deitate participamus, ac subinde & nos ipsi inuicem in eodē Christo cōmunicamus, & in vnum corpus vnimur. Quod si arguas effectū huius sacramenti esse spirituales refectionem, vnde videtur colligi, nō esse communionē. Negatur cōsequentiā: imò vtrumq; idē est prorsus. Sicut enim corporali cibo simul & homo nutritur, & mēbra inter se compacta consistunt: sic spiritualiter vsu venit in hoc sanctissimo sacramēto. Ob idq; in sacro canone dicitur sacrosancta cōmuniō, ac pro-

Viteless.

Sacrificium.

inde sacramentū pacis & charitatis. *Per spī. Lites Christiane* ergo quātō sint inter Christianos lites, iurgia, & bella magis nefanda, quā inter ceteras gentes, eò quod peculiari nostrę religionis quotidiano sacrificio pacem profitemur, vnitatēq; inuicē seruare. Hinc enim in vsu venit, vt qui se volūt arētissima amicitia conglutinare, eandē inter se hostiā sumendā diuidant. *fratris ex- crabiles.* Ratione tertię significationis futurę fruitionis Dei, quā hoc sacramentū præfiguratur, dicitur viaticū: quia viā scilicet nobis ad illā foelicitatē præbet: quapropter porrigitur infirmis viā vniuersę carnis ingressuris. *Viaticum.* Atq; eadē ratione, inquit, S. Th. dicitur eucharistia, hoc est bona gratia: nam vt Rom. 6. ait Paul. Gratia Dei vita æterna, vel quia cōtinet in se Christū, qui est plenus gratia, & fons vniuersorū charismatū. Hęc est etiā hui⁹ nominis interpretatio Magist. Sentē. atq; omnium eius interpretū. Vnde Albertus Magnus in tract. corporis Christi multas rationes cōgeminatur dicatur bona gratia, quas refert Cardinalis de Turcremata super can. Nihil in sacrificijs. de cōse. d. 2. Sequūtur autē isti simplicē cōpositionē ab *eu* & *χαρις*, quod est bona gratia. At verò si legitimā deriuationē consulas, cū a verbo cadat, qd' est *εὐχαριστία*, id est gratias ago, *εὐχαριστία* idem est, quod gratiarum actiō. Quare forsā nō sic dicitur tā ob beneficiū, quod nos illic recipimus, quā qd per ipsam sacrificij oblationem summas nos Deo quotidie gratias pro vniuersis beneficijs nobis ab illo impēsis agamus, & potissimē pro illo, quod eodem sacramēto recepimus: iuxta verbū Pauli ad Coloss. 1. Cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum. Et est allusio ad verbum Christi, qui accepit panē & gratias agēs benedixit, &c. Quare in psalmo. 110. Ante versiculū Memoria fecit mirabiliū suorū: Escā dedit timentibus se, præmittitur. Cōfessio (scilicet gratiarū) & magnificentia opus eius. Vt enim Deus munificētissimus in hoc fuit, ita & pro virili nos nostra eū ibidem magnificamus. *Coloss. 1.* Notandum ergo est argumentū S. Thomę secundū. Cum enim commune sit omnibus sacramentis gratiā cōferre, quod nomen, eucharistia, designat, viāq; ad cœlestē patriam communire, quod ad rationē viatici attinet, & in omnibus aliquid fiat sacrū, quod imaginē quandam habet sacrificij, & in omnibus fideles cōmunicent, quod nomē synaxis sonat, nihilominus nomina, quę omnibus

Eucharistia.

Eucharistia.

Coloss. 1.

nibus quodammodo sunt communia, propter excellentiam huius sacramenti ei peculiariter per antonomasiam attribuuntur.

ARTICVLVS V.

Vtrū institutio huius sacramēti fuerit conueniens.



VAERITVR deinde de tēporis institutione, & respōdet D. Th. hac cōclusionē. Conueniēter hoc sacramentū institutum fuit in cœna, quę fuit vltima Christi cū suis discipulis cōuersatio. Probatur tripliciter. Primo ratione eius, quod in eo cōtinetur, quod est Christus ipse. Decuit enim, vt quādo se in propria specie a discipulorū conspectu subtracturus erat, tūc in sacra mētali specie seipsum eisdē relinqueret, quę admodū in absentia imperatoris veneranda eius imago exhibetur. Vnde Eusebius Emisēnus. can. Quia corpus de cōse. d. 2. Quia corpus, inquit, assumptū ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat, vt die cœnæ sacramētum corporis & sanguinis sui cōsecraret nobis, vt coleretur iugiter per mysteriū, quod semel offerebatur in preciū. Secundō. Fides Christi fuit semper ad salutē necessaria, secundū illud ad Rom. 3. Quę proposuit Deus propitiatorē per fidē in sanguine ipsius: oportuit ergo omni tēpore apud homines esse aliquid representationū dominicę passionis: cuius in veteri quidē testamēto p̄cipuū sacramentū erat agnus paschalis. Ob idq; ait Apostolus. 1. Corint. 5. Pascha nostrū immolatus est Christus. Successit ergo in nouo testamēto eucharistię sacramentū, quod est rememorationē præteritę passionis, sicut & illud fuit præfiguratiuū futurę. Et ideo cōueniēs fuit, vt imminente passione celebrata priori cetermonia, nouū sacramentū institueretur. Vnde Leo papa dicit, qd vt vmbre cedere rēt corpori, antiqua obseruatiā nouo excluditur sacramēto, hostia in hostiā trāsit, sanguine sanguis aufertur, & legalis festiuitas dū mutatur, impletur. Tertiō, quia ea, quę vltimo dicuntur, maximē ab amicis recedētib⁹, magis memorię cōmendantur: præsertim quia tūc magis inflāmur affectus ad amicos: ea verò ad quę magis afficimur profundius animo imprimuntur. Quia igitur (vt beatus Alexander papa dicit can. nihil. de cōse. d. 2.) nihil in sacrificijs maius esse potest, quā corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio. hac potior est,

Conclusio.

ideo, vt in maiore veneratione haberetur, Dominus in vltimo discessu suo a discipulis hoc sacramentū instituit. Et hoc est, quod Augustinus dicit in li. respōsionū ad Ianuarium. Saluator, quo vehemētius commendaret mysterij huius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memorię discipulorum, a quibus ad passionē digressurus erat.

De tēpore institutionis sacramenti eucharistię trina est quæstio. Prima enim est vtrū institutū fuerit in cœna. Et hæc in præsentiarū dissoluitur. Secūda, vtrū illa cœna fuerit facta quarta decima luna, quādo Iudæi fermētato nō vtebātur, an verò tertia decima præcedenti. Et hæc disputabitur quęst. sequēti ar. 4. Tertia verò vtrū institutū fuerit inter cœnandū, an verò cœna facta. Et hæc disputabitur dist. 12. q. 2. arti. 2. De forma verò & modo, quibus Christus cōsecrauit, dicemus d. 11. q. 1. quę est de forma huius sacramēti. Vbi explicabitur, vtrū prius cōsecrauit, quā discipulis species porrexerit, an verò porrigēdo consecrauerit: nam dixit, Accipite & comedite, Hoc est corpus meū. Attamē vtrū ipsi institutioni sacramēti ibidē præceptū adiunxerit, vbi dixit Hoc facite in meā cōmemorationē, ead. d. 12. art. 11. inter agendū de p̄cepto sumptionis explicabitur: videlicet, quęadmodum ecclesię p̄ceptū indixerit cōsecrandi, quod quidē munus sacerdotibus incūbit. Cōclusio ergo præsentis articuli nullā secū adfert ambigēdi occasionē. Est enim propositio de fide non tantū in cōcilio Viennensi clemē. vnica, de reliquijs & venera. sanctorū suscepta, verū & in euāgelio Matt. 26. & Lucæ. 22. expressa, & ab Apostolo. 1. Corint. 10. relata, & ab ecclesia vsū vniuersali cōfessa, vbi ait, Qui pri die quā pateretur, accepit panem, &c.

Expositio articuli.

Sed arguit tamē S. Tho. primo loco. Per baptismū, qui est spiritualis regeneratio, recipimus esse spirituale, vt. 2. cap. eccles. hierarc. ait Diony. secundū autē Philosophum. 2. de generatione ex eisdē nutrimur & sumus: ergo nō opus erat nouum nutritionis sacramentū institui. Respōdetur, qd quāuis eisdē nutrimur & sumus, quare eadē est gratia secundum substantiā omnium sacramentorū, tamē idem esse per generationē suscipitur, & per nutritionē cōseruatur: & ideo propter hos diuersos modos institutus est baptismus, quo regeneramur in Christo, & eucharistia, per quā māducamus Christū. *Primum argumentum.* Secūdo arguitur. Per hoc sacramentū homines incorporantur Christo *Secundū argumentum.*

sto ceu mēbra capiti: Christus autē fuit vniuersorū caput, qui ab initio mundi nati sunt: ergo institutio huius sacramēti nō debuit vsque ad dominicā cenā differri. Respondetur q̄ cū sit perfectū sacramētū dominicæ passionis, tanquā ipsum Christū continēs, nō potuit institui ante incarnationē, sed tūc ea dum taxat sacramēta locū habebāt, quæ erant eius figura. **Animaduerte**, hanc rationē in omnibus sacramentis, quatenus instrumenta sunt passionis Christi, verificari. Videtur tamen hic S. Tho. nescio quid particulare huic sacramēto adscribere: videlicet, quod quia corpus Christi cōtinet, nō potuit antea institui, quā ipsum corp⁹ Christi realiter existeret. Tamē Sco. in. 4. d. 10. q. 4. arguit, & asserit, Deum potuisse hoc sacramentum ante Christi incarnationē instituere, vt esset tā verū quā nūc & quantū ad significationē, & quantū ad rē cōtentā. Respondetur autē, hanc negationem D. Thomæ nō intelligi de potētia Dei absoluta. Haud enim negatur, potuisse Deū eisdē verbis virtutem tribuere cōuertendi panē in corpus Christi, quanquā non fuisset ex virgine natus, neq; alicubi naturali modo existeret, sed intelligitur de potētia Dei ordinaria. Secundō respondetur, q̄ significatio huius sacramēti non tantūm refertur ad corpus illic cōtētum, verū est memoriale corporis Christi passī, iuxta verbū ipsius Christi, Luc. 22. Hoc facite in meā commemorationē. Quam utiq; significationē ante ipsum patibulo suspensū nullatenus habere potuit. **Sed ex hoc exurgit tertium argumentum.** Sequeretur, q̄ nec in cenā potuerit institui, quia tūc non erat passio exhibita. Respondetur, q̄ instituebatur tūc vt in futurū esset memoriale passionis. Quod quidem designauit Christus ipse dicēs, Hæc quotiescunq; feceritis in mei memoriā facietis. **Postremo arguitur.** Per baptismū ordinamur in eucharistiam, vtpotē quæ non nisi baptizatis cōceditur: sed baptismus institut⁹ fuit post passionē & resurrectionem, vt patet Matth. vlt. ergo eucharistia non debuit ante passionē institui. Duo assignat D. Tho. respōsa, quæ sic possunt distingui. In institutione sacramēti intelligitur & tēp⁹, quo virtutē accipit, & obligādi præceptū. Si ergo præcepta cōsideres, eucharistia præcessit baptismū: nā in cenā dictū est, hoc facite in meā cōmōrationē: post resurrectionē verō. Ite, &c. baptizātes eos. Et huic quadrat prior ratio: videlicet, q̄ cū finis qualis est eucharistia, sit prior

in intentione, debuit eius mandatū antecedere. At verō quantū ad virtutē collatā sacramēto, baptism⁹, q̄ (vt dictū est) est inchoatio vite debuit, prius institui, atq; ea ppter fuit institutus in baptismo Christi, cuius etiā vsus institutionem eucharistie præcessit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum agnus paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.



In isto articulo præsupponit D. Th. hoc sacramētū ob arcano rū exuberantiā, sicut plurib⁹ nominibus nuncupatur, ita & pluribus figuris fuisse præsignatū.

Et ideo non interrogat, nisi quæ fuerit omnium dignissima, an scilicet fuerit agn⁹ paschalis. Et supposita distinctione respondet quatuor conclusionibus. Tria enim est (vt supra diximus) in hoc sacramēto cōtēplari: nēpe, id quod est sacramētū tantū, vt panis & vinum, seu eorū species, & id qd̄ est res & sacramētū: nimirū corpus Christi verū. & qd̄ est res tantū. **Effectus huius sacramēti.** **Est ergo prima cōclusio.** Quantū ad id, quod est sacramētū tantū potissima figura huius sacramēti fuit oblatio Melchisedech, qui obtulit panē & vinū. Hanc probat D. Tho. argumento primo, quia fuit illic maxima similitudo materiz. **Secūda cōclusio.** Quantum ad ipsum Christū crucifixū, q̄ cōtinetur in sacramēto, figuræ eius fuerūt omnia sacrificia, in quibus animalia mactabātur, & præcipue sacrificiū expiationis, quod erat sollemnissimū, vbi immolabatur vitulus pro peccato sacerdotis, & aries in holocaustū, & hircus pro peccato populi, & in holocaustū alter aries, vt legitur Leui. 16. Et erat ei⁹ festū sollemnissimū decima die mēsis septēbris, vt legitur. 23. **Tertia cōclusio.** Quantū ad id, quod est res tantū potissima eius figura fuit manna: effectus nāq; huius sacramenti est gratia, qua spiritualiter nutrimur. Et de manna legitur Sap. 16. quod habebat omnis saporis suauitatē. **Quarta cōclusio.** Agnus paschalis quantum ad hæc tria simul præfigurabat præ omnibus alijs figuris hoc sacramētū. Probat: nam huius qd̄ hic est sacramētū tantū, vt specierū panis, figura illic erat quod agnus comedebatur cū pane azymo, vt Exod. 12. præcipitur. Illius autē, quod hic est res & sacramentum: scilicet, Christi occisi: figura illic erat & agnus & tempus:

Prima cōclusio.

Secunda cōclusio.

Tertia cōclusio.

Quarta cōclusio.

pus: videlicet, q̄ immolabatur quarta decima luna, qua vtiq; die crucifixus fuit Christus. Quantū verō ad effectū figura illi præcessit in sanguine agni paschalis, quo delinita sunt ab Angelo Hebræorū limina, vt illo signo à deuitate angelo protegerētur, deq; Aegyptiaca tyrannide liberi educerētur. Ex his ergo colligitur omnium figurarū significantissimā, ac subinde dignissimā præfuisse immolationem agni paschalis.

Expositio articuli.

Vitcleff.

Lutherus.

De figuris huius sacramēti nemo est catholicorū patrū, qui ambigat. Sed Vitcleff, qui veritatem corporis Christi in eo cōtenti abnegauit, eisdē subinde figuras irridet, vt est videre apud Thomam Valdēsem tomo. 2. de sacram. à capite. 19. & infra. At verō Lutherus illius hæresium hæres multo impudētius, quod suū erat Satanicum ingenium, eisdē figuras exprobrat. Scripsit enim vipereum librum de abroganda missa priuata, virulentissimis scōmatibus plenū aduersus hoc sacrosanctum sacramētū. Inter quæ diabolica furia correptus ingentissimā blasphemiam aduersus officiū corporis Christi euomuit, qd̄ D. Thomas cōposuit. Ait enim officiū illud non nisi à summo Dei hoste conflātū, nisi sint, inquit, alicui⁹ phrenetici, aut arreptiij scōmnia. Ibi enim, inquit, Melchisedech, pducitur panem & vinū offerens, producit hoc dūs filiorum Israel immolatus, panis subcineritius Helie, carnes Iob, manna patrū, Isaac immolatus, tanquā eucharistie figuræ. Et addit, Mirū quod asinam Balaam, & mulā David ille asinus & mulus scilicet D. Tho. prædictis historijs non intexuerit. Perpende impiam impudentiā hominis, & inuerecundissimā blasphemiam, quam diabolus, nisi Lutherana effigie personatus, expuere non fuisset ausus. De bacchatur enim nō modō aduersus pientissimū Thomam, verūm & aduersus orthodoxā ecclesiam, quæ illud officiū singulari spiritus sancti nutu conflātū censet. Quod adeo per Urbanum quartū pontificem maximum inter sacra decreta relatū est. Is enim pontifex in clem. vnica. de reliquijs & veneratione sanctorū solēnitatem corporis Christi instituit, idemq; officiū cantari iussit. Quod profecto adeo est oraculis vtriusq; testamēti typisque consertū, adeoq; ibidē figuræ veritatibus, veritatesq; figuris concinnē resonant, vt nō nisi sancti flammis symphoniam, angelorū centu intonatam dixeris. Sed phanaticus ille demoniaco spiritu plenus nesciuit hostis esse

ecclesie, nisi bellū simul D. Thomæ indiceret. Et nisi asinus ipse iumentum esset Belial, nunquā asinam Balaam cachinnādo ad hoc propositū induxisset, eodēq; nomine D. Thomā subnotaret. Figuræ etenim, quas hic & illic D. Tho. enarrat, non tantūm sanctorū patrum autoritate fulciuntur, sed sunt de media sacra pagina depromptæ. Appellat enim Psaltes *Figura ex sacra psalmo. 109.* Christum sacerdotem secundū ordinē Melchisedech, quam prophetiā Paul. ad Hebræ. 7. edisserens ait, in eius figuram Abraham, vt legitur Genes. 14. in cuius lumbis adhuc gestabatur sacerdotiū Moysaycū, quod de eius propagine erat procreandū, decimas obtulisse sacerdoti Melchisedech, qui offerēs panē & vinum tanquā sacerdos Dei altissimi eidem Abraham benedixit: ad denotandū q̄ sacerdotiū Leuiticū erat in Christi sacerdotiū transferendum. Cur ergo oblatio Melchisedech nō idonea existimetur figura oblationis eucharistie? Quare Damas. lib. 4. ca. 14. & panes propositionis, qui vt legitur Leuit. 24. erāt super mēsam sanctuarij, eius ait sacramēti fuisse vmbra. Sed quod & expiationis sacramentum quando pontifex semel in anno cum sanguine in sancta sanctorum intrabat, sacrificij Christi figura fuisset, quod per proprium sanguinem in cruce celebravit æterna redemptione inuēta, cōsideratissima ratione Paul. ad Hebræ. 9. docet. Quare cū hoc sacrificiū illius sit memoriale, nihil mirum si eidē eadē adaptetur figura. Vñ ait Paul. 1. Cor. 10. oēs eandē escā spirituale, māducaste & potū bibisse. Bibebant autem, inquit, de spirituali consequēte eos petra, petra autem erat Christus. Vbi fit allusio ad manna, quod Deus legitur de cœlo misisse patrib⁹ in deserto. Exo. 16. & ad aquam, quæ exiuit de petra, quam Moyses virga percussit. Nā simili forma post quā nos in baptismo mare transiuimus, vbi nostra delicta suffocauimus, labores & pericula deserti: nempe, seculi huius, refectione istius sacramēti roborati toleramus, quousq; cœlestē patriam nobis promissam intremus. Quinuerō & Christus ipse redēptor Ioan. 6. eandē allusionē attulit dicens. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, &c. quoniā non dabatur nisi in sustentationē tēporalis vite, quæ suapte natura mortalis est. Et subdit. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descēdi. Siquis māducauerit ex hoc pane viuet in æternū. Nimirum quod hic cibus alimentū est spiritualis vite, quæ per se

DISTINCTIO

nona de materia huius sacramenti, deq; eius cōuerfione in corpus & in sanguinem Christi.



Materia huius sacramenti esse panē & vinū, sacra nobis testatur historia, quæ apud Matthæum re-

Cap. j.

Matth. 26.

Matth. 12.

Enormis ca. literas de ce. le. missa.

Cap. ij.

Ioan. 15.

Matth. 26.

fert, quemadmodū in cœna accepit Iesus panē, quē benedixit & fregit dicens, Hoc est corpus meū: similiter & calicē. Vnde cū nomine panis simpliciter tritice^o intelligatur, illa est apta materia. Quare Christus Matt. 12. grano se frumēti cōparauit dicēs. Nisi granū frumēti cadēs in terra mortuū fuerit, ipsum solū manet. Atqui cū ipse in azymo cōsecrauerit, cōsequens fit, vt in eodē sit nobis cōsecrandum, nō q; sacramēti necessitas hoc exigat: nā & Græci in fermētato verē cōsecrāt, sed q; p̄cepti obligatio ad id Latinos p̄stringat. Vñ Honorio tertius de cele. missa. c. Literas, officio & bñficio illū sacerdotē priuari iussit, q; in cypho ligneo & pane fermētato celebrare p̄sumpserat. ¶ Similiter & vinū vitis necessariū est, cui se ipse Christus cōparauit. Ego em̄, inquit, sum vitis vera. Vnde post calicis consecrationem apud Matthæum subdit. Dico autē vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque ad diem illum,

est sempiterna. Et q; agnus paschalis typus extitit huius sanctissimi sacramenti, quod est pascha nostrū, expressē docet Paul. 1. Corin. 5. vbi ait, Pascha nostrū immolatus est Christus: itaq; epulemur in azymis sinceritatis & veritatis. Et quod immolatio isaac, quam pater eius Abraham Dei iussu adornabat, umbra fuerit immolationis Christi, ac subinde huius sacrificij, maxima rei similitudo proclamatur. Neq; verō historia illa Helix. 3. Regum 19. vbi refertur fortitudine subcineritij panis, iter quadraginta dierū vsq; ad montem Dei Oreb sustinuisse, ineptum profectō p̄sagiū fuit diuini huius sacramenti, vbi panis viuus de celo descendens sub cinere nostræ mortalitatis coctus nobis porrigitur. Cuius alimonia curriculum huius mundi peragimus, quousque ad cœlestem mōtem Dei perueniamus. ¶ Quinuerō p̄ter figuras scriptę legis in statu ipso naturę integrę nonnulla imago huius sacramēti p̄fuit vt Inno. lib. 4. de officio missę cap. 44. pulchrē adnotauit. Plantauit enim Dominus in illa paradiso p̄ter cæteras arbores, lignū sciencię boni & mali, cuius pomū causa fuit nostræ mortalitatis, atq; alterū lignum vite, cuius fructus perpetuare vitā edētium poterat. De illo nanq; ligno dictū est, In quacūq; hora comederis ex eo, morte morieris: de hoc autē sacramento ait Christus, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. De illo pollicitus est dæmōn hominibus, quod edentes futuri essent sicut dii: in hoc autem sacramento Deū factū hominē manducantes efficiuntur quodammodo diuinitatis participes. Vnde sicut contra illā mortem institutus est baptismus regenerationis ita & instar illius ligni vitę institutū est hoc refectiois sacramentum ad eandem spiritualem vitam sustentandam. In illo nanq; datur nobis Christus in vitā, in hoc verō in alimentum. Ob idq; similibus verbis dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum, & Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vnde vt in lege quoq; euangelica figura eorundem sacramentorum eluceret, ambo de latere Christi p̄dentis in cruce sub forma aquę & sanguinis promanarūt. Extāt distinct. 2. canones multi sanctorum patrum quibus istę figurarū ordo contextitur vt can. Re vera Ambrosij de manna. Et can. Quid sit Gregorij de agnotypico.

lū, cū illud bibā vobiscū nouum in regno patris mei. Est autē aqua perquam modicū, quæ vnā cū sanguine de eius latere pendentis in cruce exiuit, calici admiscendum, quod possit in vinū cōverti. Quocirca Alexander papa de consecr. distinct. 2. In sacramentorum, inquit, oblationibus, quæ inter missarum solennia Domino offeruntur panis & vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Per mixtio autem huiusmodi, vt de azymo p̄diximus, sic p̄cepto Ecclesię iussa est, vt tamen de necessitate sacramēti minimē sit. Subne-

De consec. d. 2. can. 1.

Cypria. de cōsec. d. 2. can. scriptura.

Cap. iij.

Ca. firmiter de summa trinit.

Et nanq; Cyprianus ea. dist. can. Scriptura. Si aliquis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non obseruauit, vt aquam vino misceret in sacramento, potest simplicitati eius venia cōcedi. Quæquidem venia, si mixtio illa fuisset sacramento necessaria, non fuisset concessa. ¶ Ea autem diuina virtus in Christi verbis inest, vt eorum prolatione, ceu adminiculario Dei instrumēto, panis in verum eius corpus, vinumq; in verum eius sanguinē conuertantur, atq; ad eō sic cōuertantur, vt nihil prorsus earundem creaturarum, p̄terquā sola, quæ apparēt accidētia, illis permaneat. Qua ratione, vt nos Innocentius Papa de summa trinita. & fide catholica orthodoxē loqui docuit, eiusmodi conuersio transsubstantia-

tio quę verē est dicitur. Quo fit, vt corpus & sanguis nō tantū in figura, vt peruersi hæretici p̄dicant, sed veraciter, in hoc sacramento sub sensibilibus speciebus cōtineatur: iuxta verbum eiusdē illic sancti p̄tificis. Corpus enim, inquit, Iesu Christi & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem: potestate diuina. Hęc autem catholica veritas nō solum ecclesię testimonio fulcitur, verū & ipsissimis Christi verbis fundatur, Hoc est corpus meum, & Hic est calix sanguinis mei, quæ p̄prio vt iacent, sensu accipienda sunt. Haud scilicet in figura, sed in veritate iuxta ipsius Domini nostri sententiam, Caro mea verē est cibus, & sanguis meus verē est potus. Vnde Hilarius papa. De veritate, inquit, carnis & sanguinis Christi in sacramento non est relictus ambigēdi loc^o. Et exaggeratissimē Ambrosius lib. 6. de sacramentis. Sicut inquit, verus est Dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris: ita vera Christi caro, sicut ipse dixit, est quam accipimus, & verus eius sanguis est potus. Meritissimō ergo Berengarius ille huius veritatis hostis frequētibus ecclesię synodis condēnatus, cōpulsus demū fuit cōfiteri non solū in figura, sed

Matth. 26.

Ioan. 6.

Can. in Christi de cōsec. d. 2.

Amb. lib. 6. de sacra. ca. 1. de cōsec. d. 2. can. sicut.

De cōsec. d. 2. can. Ego Berengarius.

in veritate corpus & sanguinem Christi esse in hoc sacramento, manibusq; sacerdotum tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri.

Cap. iij. ¶ Fit ergo ex his consequens substantias panis & vini sic omnino totas per conversionem esse desinere, ut tamen non annihilentur: quandoquidem non in nihilum rediguntur, sed illo momento, quo primum perfecta est verborum prolatio, panis conuertitur in corpus, & vinum in sanguinem, ita ut verum sit, non quidem substantiam, quæ erat panis, esse postea corpus: quia panis non potest esse corpus Christi, sed ex pane fieri corpus, & ex vino sanguinem.

DISTINCTIONIS nonæ, Quæstio prima de materia eucharistiæ.

S. Thom. 3. part. quæst. 74.

ARTICVLVS. I.

Vtrum materia huius sacramenti sit panis & vinum.



PRAEMISSA definitione, necessitate & institutione huius sacramenti, proximum est querere de eius materia. Haud enim in hoc eucharistiæ tractatu possumus non plurimum ab ordine Magistri. seu. differre. Tractat namque materia in d. xi. cum tunc, quia fundamentum est totius tractatus, ante conversionem & reliqua debeat hic in foribus præponi. Et sermo de forma, quæ. x. d. ipse præmisit, differendus est usque ad. dist. xi. Qui quidem ordo, ut videbitur, est luculentior. Igitur D. Tho. præarratis erroribus tribus, constituit euangelicam conclusionem. Fuit. n. primus error circa materiam eucharistiæ, ut Aug. li. hæresum refert, quorundam, qui Artotyritæ ob id dicebantur, quod panem cum caseo in materiam eucharistiæ con-

uertebant, a quo panis, est & Tuzio caseo. Fudabant. n. errorem suum in oblatione primo rui fratrum Cain & Abel, quorum alter panem obtulit Deo, alter vero de pinguedine ouium. Secundus error fuit eorum, ut idem Aug. ec. li. c. 26. scribit, qui Cataphryge dicti sunt, & Peputiani, qui farinæ sanguinem infantis miscebant, quæ de toto eius corpore minutis punctonum vulneribus extraherent, ut illo modo sanguinem Christi, qui de eius latere fluxit, atque adeo eius passionem ad vinum repræsentaret. Tertius vero fuerunt Aquarij, qui aquam puram consecrabant, idque sobrietatis gratiam vinum, quod inebriare potest, indignum reputabant, quod in usum tanti sacramenti veniret. Contra hos autem errores statuitur euangelica conclusio. Panis & vinum sunt materia conueniens huius sacramenti. Quam quidem conclusionem esse catholicam fidem ipsa eadem res gesta Christi satis comprobatur. Legitur. n. Matt. 26. quod accipiens panem benedixit ac fregit, dicens, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum. Et consecrato calice subiunxit. Dico vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis usque ad diem illum, quo illum bibam vobiscum in regno patris mei. Eisdem autem orthodoxæ veritati subiunguntur quatuor congruentes rationes. Primo. n. quantum ad usum sacramenti materia hæc fuit conueniens, quia huius sacramenti usus est manducatio & potus: unde sicut in usum baptismi, quo a peccatis abluimur, assumpta est aqua in qua secundum vniuersalem usum humanum fit ablutio ita & in usum huius sacramenti assumitur panis & vinum, quod vniuersaliter in refectionibus & presertim viatorum, quorum est sacramentum istud, vsui esse solent. Secundo quantum ad passionis representationem congruum fuit corpus per se, sanguinemque seorsum consecrare, eo quod sanguis non continuatur corpori, atque adeo in passione ab ipso corpore fuit separatus. Quare corpus consecratur sub forma panis tanquam cibus, & sanguis sub forma vini tanquam potus. Tertio quantum ad singularem effectum in vno quoque; sumentium id etiam fuit congruens: nam ut Ambrosius super epistolam ad Corinthios ait, hoc sacramentum valet ad tuitionem corporis & animæ, & ideo corpus sub specie panis pro salute corporis, sanguis vero sub specie vini pro salute animæ offertur. Ut enim Leuitici. 17. legitur, anima carnis in sanguine est. Hæc vero rationem non sic intelligas, ut corpus non profit ad salutem animæ, aut sanguis non profit ad salutem corporis. Sed est quedam adaptatio & attributio corporis ad corpus, & sanguinem

conclusio.

sanguinis ad animam. Quarto quantum ad effectum totius ecclesiæ, quæ constituitur ex diuersis fidelibus, sicut panis ex diuersis granis conficitur, & vinum ex diuersis vuis, exprimitur, ut ait glossa Augustini super illud 1. Corint. 10. Multi vnum corpus sumus: & refertur de cons. distin. 2. can. quia corpus. ¶ Hic. D. Tho. inter hæreses materia eucharistiæ contrarias, ob scenam illam & nefandissimam Manicheorum silentio præterit, quæ D. Augusti. lib. hæresum cap. 46. refert, qui cum omne alimentum immundum existimarent, humanum semen ad panis expurgationem ei commiscebant, qui erat consecrandus. Id quod animus audire exhorret. Has atque alias hoc genus hæreses refert Thom. V. Val. tomo. 2. de sacramentis. cap. 19. Ceterum conclusio huius articuli confessio orthodoxa est. Ut enim Matth. 26. & Marci. 14. & Lucæ. 22. refertur, Christus in pane & vino consecrauit. Quapropter Ioan. 6. non alij alimento, quam panis se comparauit, dicens. Ego sum panis viuus, qui de coelo descendi. Accedunt & canones quam plurimi de consecra. distin. 2. ut ille primus Alexandri, quem hic citat sanctus Tho. scilicet in sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solennia domino offeruntur, panis & vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Idemque habetur in can. Non oportet. Quare in can. sicut, reprehendit Cyprianus tertium errorem hic citatum: scilicet, quod sola aqua sine vino consecratur. Et in can. In sacramento, sancitur, ut nihil præter panem, aquam, & vinum adhibeatur, contra alios errores admittentium cum pane vel sanguinem, vel caseum. Idem habetur extra de summa trinitate. cap. firmiter. & cap. Cum Marthæ. de celeb. missæ. & in concilio Florentino. Ut autem simul omnes ambiguitates de pane & vino articulo. 3. pertractemus, à longiore disputatione hic absteineamus. ¶ Sunt ergo argumenta S. Thomæ facilissima. Primum quidem, quod cum hoc sacramentum sit passionis Christi memoriale, & carnes animalium, quæ in lege veteri immolabantur, significantius eandem passionem repræsentent, carnes potius quam panis & vinum essent consecrandæ. Pro solutione huius ad notandum est, Christum in carne instituisse sacramentum duobus modis contingere potuit. Vno modo in ipso Christi vero corpore. Atque altero in carne alius animalis. In suo quidem proprio non fuit possibile: nam præ-

Expositio articuli.

Argumenta S. Tho.

Sacramentum in materia carnis institutum non debuit

terquam quod est gloriosum, ac perinde incorruptibile, quantum relinqueret illud mortale, horribile esset carnes comedere humanas, nec posset deglutiri totum, nec crudum, & tandem consumeretur, compluraque alia subsequerentur absurdissima. Atque isto stupore tenebantur discipuli apud Ioan. cap. 6. dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Si autem materia institueretur caro alterius animalis, multa etiam subsequerentur indecentissima. Primum, quod cum christiani profiteamur veterem legem cessasse, incongruum esset immolationes animalium instar illius legis imitari. Præterea, quia caro mortua de se non dicitur cibum humanum: sed est quedam res naturalis. Insuper crudæ non possent sumi ab horreret enim animus quod cereret oculus. Nec assæ aut elixæ possent in ea decetia tractari & conseruari, qua panis. Et ideo respondet S. Tho. quod & si carnes expressius corpus Christi occisum repræsentent, non tamen sunt ita idoneæ ad sacramenti usum, ut panis, qui si non corpus Christi, saltem effectum, qui est ecclesiæ vnitas, congruentius (ut modo dictum est) repræsentat. Unde Augusti. de cons. distin. 2. can. Vtrum. Nihil, inquit, rationabilius, quam ut sanguinis similitudinem (scilicet sub specie vini) sumamus, ut ita & veritas non desit, & ridiculum nullum fiat à paganis: quia cruorem occisi hominis bibimus. Auger etiam res hæc meritum fidei, dum aliud ibi creditur quam cernatur, & aliud ibi cernatur, quam credatur. Hac enim de causa, ut ait Innoc. cap. Cum Marthæ, de celeb. missæ. appellatur sacramentum hoc mysterium fidei. Secundo arguitur. Sacramentum hoc ubique est celebrandum, non tamen ubique panis copia, & presertim vini habetur: alia ergo esset conuenientior materia, quæ ubique reperiri posset, ut aqua baptismi. Tertio, quod cum sit etiam infirmis exhibendum, quibus sæpe vinum noxium est, aptior esset aqua. Ad secundum autem non respondet sicut de confirmatione, quod non est sacramentum adeo necessarium, sed quod panis ubilibet & vinum quoque per vesturam haberi potest, quantum ad hoc sufficit sacramentum. Et re vera vini penuria in nouo occidentali orbe molesta fuit in initio, cuius causa sæpe sacramentum non consecratur, quantum (ut fertur) nunquam omnino defuerit. Addit verum tamen Diuus Thomas, quod ubi altera defuerit materia

*Dubium.**Innocentius.*

materia, ne utiquam altera sola consecranda est videlicet, ut panis ubi non est vinum, vel vinum ubi non est panis consecratur. Eset enim hoc immane sacrilegium, atque adeo nullam ob causam committendum, eo quod sacramentum maneret imperfectum. Sciscitaris autem utrum si aliqua regio religionem nostram susciperet, ubi vinum nulla arte aut diligentia haberi posset, ob illam extremam necessitatem ne ecclesia illic tanto sacramento orbata esset: dispensari posset, ut in solo pane fieret consecratio. *Questionem* mouet Innocentius tertius lib. 4. de officio missæ. c. 23. & recenset opinionem adstruentium: quod si panis consecrari attentaretur sine vino, consecratio non esset valida, neque si vinum consecraretur sine pane. Est tamen assertio absque ullo fundamento prolata. Consecratio namque utriusque per se speciei absoluta actio est, non dependens ab altera: quando quidem forma absolute enunciat hoc esse corpus, sine dependentia de futuro. Et pariter forma calicis est absoluta affirmatio sine dependentia à præterito. *Quæstio* autem solum est de præcepto, utrum esset peccatum unum absque altero consecrare. Ad quod Innocentius respondet quod grauius offenderet, qui id attentaret, Sed de dispensatione nihil respondet. Quapropter affirmare id non audeo: quia res nusquam audita est, ut hoc sacramentum dimidiari fuerit permissum. Haud enim tunc significatio integræ refectionis seruaretur. Ad tertium denique respondetur, quod modicus vini haustus nequit infirmo nocere, prætequam quod (ut infra monstrabitur) non est laicis sacramentum sanguinis ministrandum.

ARTICVLVS II.

Verum requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti.



ONSTITVTA substantia materiae, sequitur de eius quantitate, quanta esse debeat. Et S. Th. reiecta opinione contraria subiicit conclusionem veram. Fuerunt enim qui existimarent sacerdotem non posse quantancumque quantitatem panis, ut totam, quæ venditur in foro aut quantuncumque vini est in dolio consecrare. Contra quos constituitur conclusio hæc. Non potest dici quod quantitas huius materiae sit determina-

Conclusio.

ta. Probat, quoniam multum pauco opponitur: nequit autem esse tam parua quantitas quæ consecrari non possit: ergo neque vlla est tam magna, ut consecrationi non sit idonea. Sed ad rem proprie arguitur. In rebus omnibus, materiam habentibus, ratio eius ex ordine ad finem sumitur: sicut enim materia ferræ ferrum est, eo quod illi vsui est aptissimum, & materia nauis lignum, ita & materia utriusque tanta esse debet, quantam vsus & seruari & nauigandi requirit. Cum ergo finis huius sacramenti sit fidelium vsus, tanta est consecranda materia, quantum est fidelium numerus. Neque vero quantum est modò præsens, alioqui sacerdos, cui pauci parochiani subduntur, nequiret maiorem hostiarum multitudinem consecrare: ergo materia determinatur per comparationem ad fidelium vsus absolute quorum numerus non est definitus: nam quocumque fidelium numero dato, qui sumere possunt, adhuc potest dari maior, atque adeo maior consecrari materia. Et ideo materia, quæ consecrari potest, non est determinata.

In hac elucidanda questione primum distinguendum est inter id, quod sacerdotibus iure licet, ut non peccent, atque id, quod si faciatur licet & solidum. Si enim quis quantum panis est in foro consecraret, sacrilegissimum sacrilegium committeret, propter periculum: quia non posset debita veneratione & secundum ecclesiæ ritum consumi, quod in solutione secundi tangit D. Tho. Utrum verò consecratio esset valida, hoc disputamus. Atqui de quantitate materiae tam secundum paruitatem disputatur, quam secundum magnitudinem. Utrumque vero questionem ex alia pendere censeo, quæ ideo ambabus est præmittenda. utrum scilicet materiae præsentia necessaria sit ad consecrationem. Ioannes quidem Maior est qui rem in dubium euocat. Ait enim in. 4. dist. 11. q. 2. art. 2. sacerdotem posse hostiam, quam à tergo habet, atque adeo illam, quæ trans parietem est consecrare. Eaque sola ratione id probat, quod dum aceruum hostiarum consecratur, ad illam etiam consecratio peruenit, quæ subtus aliis latet, atque adeo potest illa, quæ sub corporali occultatur, consecrari. Et eadem ratione posset vinum, cooperato calice transsubstantiare. Possimus autem alias huic adhibere rationes. Arguitur enim secundò. Res sacramentales non debemus sine necessitate coarctare, quod autem nulla necessitas vincat, ut materia consecranda sit præ-

*Expositio articuli.**De materiae presentia.**Alia argumenta.**sens*

sens probatur, quia vel mouere nos deberet exemplum Christi, qui non nisi præsentem materiam consecrauit, & hoc non: quoniam ipse consecrauit panem, quem discipulis porrigebat: presbyter autem potest consecrare hostiam, quam nec ipse sumpturus sit, neque alijs exhibiturus, vel præsentia materiae ex ipso tenore formæ conuinceretur. Hoc est corpus meum, & hic est calix, &c. ubi pronome hoc demonstrare videtur rem præsentem. Sed neque hoc rem concludit. Nam secundum dialecticos præter demonstrationem ad sensum, est alia intellectualis rei absentis, faciunt enim ad intellectum inductionem rei nunquam visæ, ut hæc phoenix solitariè viuit (nisi fabula sit, ut Plin. lib. 10. ait) & hæc phoenix solitariè viuit, &c. ergo natura phoenixis est solitariè viuere. Tertio. Res dicitur præsens dum sensu percipitur: potest autem presbyter materiam, quam non videt nec tangit consecrare. Noui enim Tridenti antistitem cæcum dispensatione pontificis sacrum quotidie facientem: ergo eadem ratione potest absens materia consecrari. Ad hæc tandem accedit quod secundum quosdam forma consecrationis tenetur materialiter & narratiuè, & tunc certe non requireret materiam præsentem, quia pronomen non demonstraret illam subiectam. Postremo arguitur. Si præsentia requireretur, deberemus eam aliqua distantia loci metiri: at qua ratione possumus vsque ad pedalem distantiam consecrare, possumus & vsque ad distantiam cubitalem, atque adeo si per decem vel viginti passus distaret. His tamen non obstantibus constituitur affirmatiua conclusio, quod requiritur materia consecrandæ præsentia. Quam utique conclusionem Diuus Thomas licet non hic, tamen in. 4. distinctio. vndecima questione secunda articulo primo questionum tertia adstruit, probatque ratione præfata: scilicet, quod nisi materia esset coram sacerdote, tunc forma propter demonstrationem pronomen esset falsa. Cui tamen rationi adiungitur ecclesiæ vsus, qui nunquam fuit materiam absentem consecrare. Tertio, quia sequeretur posse presbyterum Salmanticæ hostiam, quam certa reuelatione nosset Segobiæ existere, consecrare, quod manifestam habet falsitatem. Quod si roges, qualis præsentia requiritur, respondetur per secundam conclusionem, illam scilicet exigere, quæ more & vsu hominum præsentia rei cõ-

*Affirmatiua responsio.**Secunda conclusio.*

setur, ut eius fiat demonstratio per pronomen, hoc. Est enim hoc sacramentum hominibus in eorum vsu collatum, quare humano more est faciendum, demonstratio. Quo fit, ut à tergo, vel post parietem fieri nequeat consecratio, neque si attentaretur, esset valida: quoniam illa non reputatur præsentia. *Urgitur* ad primum argumentum respondetur, quod dum congeries hostiarum consecratur, tota illa multitudo reputatur præsens, ac per inde consecratio pertingit ad formulas etiam, quæ subtus occultantur, etiam si aliquo opperculo essent contextæ, dummodo certus esset presbyter illic subesse hostias. Neque opus est, ut numerum illarum nouerit. Et idem est de opperto calice: quare si presbyter putet vinum, quod ipse egregium posuerat, consecrare, non sit illud tamen sed aliud, firma est consecratio: quia intentio non debet esse conditionalis, sed absoluta consecrandi hoc ut forma sonat. Ad secundum respondetur, non solum ob Christi exemplum, verum & ob ipsum demonstratiuum pronomen requiri præsentiam. Et quamuis dialectici demonstratione vtantur intellectuali & imaginaria, hæc autem, quia præsentia materiae ad operandum designat, requiritur ut sit practica & sensualis. Ad tertium respondetur, præsentiam rei sensu aliquo percipi: scilicet, aut visu, aut tactu, aut olfactu, &c. quare cæco permittere consecrare, periculosum est: neque verò sine dispensatione licet. Vbi autem fit dispensatio, potest tactu, vel gustu, vel olfactu materiam percipere. Attamen quantum nullo sensu eam deprehenderet, sed sola relatione ministri certior factus illam consecraret consecratio teneret. At profecto arbitrò, culpa non careret. Ad aliud autem de forma respondetur, hoc argumentum esse non debile ad probandum verba illa accipi personaliter, ut distinctione vndecima questione prima monstrabitur. Verumtamen quamuis acciperetur materialiter, requiritur præsentia. Ad aliam verò interrogationem quantum scilicet distantia materiae ad præsentiam requiratur, satis responsum est, id esse humana prudentia & vsu arbitrandum. *Urgitur* ut ad questionem de quantitate materiae descedamus, distinguendum est de eius extremis: & utrum versus magnitudinem detur maxima: & utrum versus paruitatem detur minima. Et quidem quantum ad magnitudinem certa

*Contrarior dilutio.**De quantitate materiae.*

fit regula, tantam posse consecrari, quanta arbitrio humano iudicatur presens. Posse, inquam, ut sacramentum sit validum: nam de peccato post dicemus. Probat, quia de essentia sacramenti non est nisi panis, & vinum, & ut ratione pronominis sit presentia. Hinc sequitur quandoque consecrationem esse certam, quandoque verò dubiam. Certum enim est quod si quis consecraret duos, aut paulò plures copiosos panes, quos haberet coram se, consecratio teneret. Item certum est, ut in. 4. ait Divus Thom. loco citato, quod si quis vnica consecratione consecrare intendet omnes panes, qui sunt in ciuitate, aut in foro, si esset ingens copia, quod consecratio non teneret: quia certum est illos panes non esse presentes. Quandoque verò res potest esse dubia, an tanta multitudo dicatur esse presens, & tunc graue esset crimen illam materiam consecrare, neque esset certum, sacramentum fuisse validum. Quod si arguas. S. Th. non ait determinari quantitatem materię quoad magnitudinem, nisi respectu vsus: itaque quibuscumque datis, qui possunt sacramentum sumere, adhuc potest plus consecrari materię, quia plures possunt sumere. Respondetur hoc verum esse ratione quantitatis, scilicet non terminari: nihilominus, quia requiritur presentia, ea ratione datur terminus. Et idem est de distantia. Ad distantiam enim decem passuum, à qua possum hostiam videre certa esset consecratio: ad distantiam autem centum passuum certum est consecrationem non tenere: ad mediam autem distantiam, vbi vix materia posset videri, in dubio res esset. Quando autem res est dubia, iteranda est consecratio, si dubium est rationabile.

Corollarium
Argument.
Versus minimum.
Responsio.

At verò versus minimum, vtrum detur tam parua quantitas, ut illa consecrari non possit, aut minor quam illa. Idem Maioris dist. 10. quæstio. 1. respondet, minimum quantitatem, quæ consecrari potest, esse illam, quæ inter visibiles est minima. Itaque illa, quæ est inuisibilis, non est consecrabilis. Et ratio eius est, quod sacramentum est sacrę rei signum; signum autem debet esse sensibile. Nihilominus contra statuitur conclusio. Quæcumque quantitas, sub qua potest conseruari panis & vinum, potest esse consecrationis materia, siue sit visibilis, siue non. Ex quo sequitur, quod minima quantitas consecrabilis est illa, sub qua conseruatur minimum panis, ita ut si diuideretur, per solam diuisionem de fineret ef-

se panis, & pariter dicendum de vino. Conclusio hic est S. Thomæ, & pariter in quarto loco citato, vbi ait, neque ad minimum, neque ad maximum terminari quantitatem consecrabilem: si modo sit panis. Et primum de parte, quæ est toti vnita, res nullatenus est dubitabilis: dum enim hostia consecratur, omnes eius partes infinitæ consecrantur, etiam illæ quæ sunt minores, quam minima. Est enim tunc Christus sub quantulacunque parte. Quocirca quæcumque particula inde diuideretur, si esset panis, quantumcunque esset inuisibilis contineret corpus. Quare, de hoc indignè dubitat Maioris dicens, quod si esset inuisibilis sustineri posset, & quod conseruaret corpus virtute prioris consecrationis, & contrarium, scilicet quod definirer illic esse corpus. Imò hoc secundum est manifestari error: cum species consecratæ quandiu possunt substantiam panis conseruare, conseruent & corpus. Et idem est de sanguine. Quare in ipso toto in parte etiã, quæ est minor quam minima, putã quæ seorsum non posset separari, conseruatur etiam corpus. At verò de parte seorsum consecrabili superest obscurius dubium. Sed nihilominus si verè est panis, & verè vinum, cum id tantum sit de substantia sacramenti, in illo verificari etiam potest consecrationis forma. Et secundò arguitur contra rationem Maioris. De ratione sacramenti hoc solum est, quod sit signum in sua specie sensibile, ut puta panis & vinum, quæ sunt species sensibiles: quod autem per accidens scilicet ratione quantitatis parua, sit inuisibile, nihil obstat. Nam ipse fatetur, quod potest consecrari panis sub corporali occultus, & vinum coopertum in calice. Imò quod non requiritur presentia, nam, inquit, posse sacerdotem consecrare hostiam à tergo, & etiam trans parietem. Tertio. Minimum visibile non potest certò dignosci: nam quod lippus videre non potest, linceus oculus percipit. Respondet autem debere esse minimum visibile respectu acutissimi oculi, qualem, inquit, habuit Adam. Sed contra. Si materia mihi non est visibilis, quid refert visibilem esse respectu Adæ? Præterquã quod licet non sit visu perceptibilis, potest vel tactu, vel gustu percipi, quod sufficit, ut sit sensibilis: nam forma poenitentię & matrimonij nõ est visibilis. Quare ut iam supra diximus, cecus potest consecrare, etiã si hostia non tãgat. Quapropter si inuisibilè illam particulam

ticulam angelica reuelatione adesse constaret, esset consecrabilis.

Primum argumentum.
Primum argumentum S. Thomæ est. Effectus gratiæ non sunt minus ordinati, quam effectus naturæ: sed omnium natura constantium (ut ait. 2. de anima philosophus) positus est terminus & ratio magnitudinis & augmenti: ergo idem est in hoc sacramento. Respondetur, quod materia naturalis prescribitur ratione formæ, quæ non potest quantumcunque informare materiam: non enim reperitur canis elephantinæ proceritatis: numerus autem fidelium, in cuius usum consecratur materia, non definitur ad maximum.

Secundum argumentum.
Secundò arguitur. Christus suis ministris non dedit potestatem ad irrisionem fidei & sacramentorum, secundum illud. 1. Corint. 10. Secundum potestatem, quã dedit nobis Deus in ædificationem, & nõ in destructionem: sed si sacerdos totum panem, qui in foro venditur, aut totum vinum, quod est in cella viniaria consecraret, irrisioni exponeret religionem: ergo eiusmodi consecrationes cassæ sunt & inanes. Negatur consequentia. Hic nanque distinguenda est potestas sacerdotis: nam altera est characteris, altera verò iurisdictionis. Illa ergo, quæ est iurisdictionis in subditos, si suspendatur vel tollatur per papam, nõ habet effectum. Quare sententia excommunicati vel suspensi iudicis nõ tenet, neque sacramentalis absolutio à casibus reseruatis. Potestas verò ordinis, quia character est indelebilis, nec impediri potest per superiorem, quin factum teneat, neque vero per iniquam consecratis intentionem, si tamen consecrare velit. Bene ergo distinguit S. Tho. iuter effectum proprium consecrationis, & finem eius, dicens quod peruersio finis nõ tollit, quin vera sit consecratio. Data est, inquam, consecrati potestas propter edificationem fidelium, si autem quis consecrare intendat vel propter beneficia, vel propter irrisionem, vel vilipediũ, peccabit sacrilege. Ut si Lutherani intendentes facere, quod ecclesia facit, consecrarent hostiam, ut illam postea conculcarent, quia non credunt illic existere corpus, nihilominus consecratio teneret. Quocirca si fortè tale aliquid cõtingeret, ut si verbi gratia, presbyter capacissimum vini doliũ, vel plura consecraret, vel ingentem copiam venalium panũ, in primis reus ille esset immanissimi sacrilegij, cuius deberet supplicium pendere. Sed deinde cautela esset diligentissime adhibenda, ut species illæ omni veneratione cu-

stodirentur, quousque sacramentalis sumptio nis vsu consumeretur. De illo autem irridendo sophismate, quod idem Maioris ead. distinct. 11. q. 2. comminiscitur, si verbi gratia sacerdos intenderet consecrare omnes partes proportionales impares intercalando pares, quod ipse falsus cõcedit esse possibile, illam que subinde consecrationem valere: non est dignum, ut disputemus. Nam primũ omnium qui id attentaret, ingentissimum committeret sacrilegium. Deinde licet posset aliquot partes atramento delineatas, ut verbi gratia, primam & tertiam, & vsq; ad nonam, vel paulò plures consecrare, minutiores tamen nequaquam posset: quia ad consecrationem non sufficit illa cõfusa intentio consecrandi partes impares, sed has in particulari certa demonstratione notatas. Vnde cum partes illæ in infinitum procedant, non possunt tali certitudine demonstrari. Præterea & ratio physica aperte reclamatur: nam tunc sequeretur continuũ posse diuidi in omnem suam partem, quod 5. phys. impossibile cum philosopho demonstrauimus. Daretur vltima pars, atque adeo indiuisibilis, quod nature partis manifestè repugnat.

ARTICVLVS. III.

Vtrum requiratur ad materiam huius sacramenti, quod sit panis triticeus.



PXPEDITA materię quantitate, subsequitur de eius qualitate, vtrum requiratur ut sit panis triticeus. Et respondetur hac conclusione. Propria materia huius sacramenti est panis triticeus. Etenim ad usum sacramentorum, ut supradictum est, illa assumitur materia, quæ plurimũ apud homines in talẽ usum venit: at inter omnes panes homines vniuersaliter non vtuntur nisi triticeo, nam alij in huius defectum introducti videntur: quare creditur Christum in huius specie panis sacramentum instituisse. Accedit secunda ratio, quod hoc sacramentum est ci bus viaticus, cui ideo aptissimus est panis, valentiũ cor hominis confortans, ut est in psalmo: hoc autem robur est in tritico.

Non est res scitu facilis, vtrum solus triticeus panis sit apta eucharistię materia, de qua proinde varię sunt opiniones. At verò quod certa incertis preponatur, prima assertio sit. Omnia assertio. Prima assertio. Omnia assertio. Omnia assertio.

Assertio enim hæc est euāgelica, de qua ideo nefas est hesitare, sanè cum in euangelio legitur Christū in pane & vino consecrasse. Quo circa quāuis concederetur esse plures species panis dummodo singula verè essent panes, oēs essent materia sacramēti. Theologo enim in præsentiarum nō incūbit physicè de speciebus cōcertare, nisi quatenus scire debet, sit ne verè panis. Veluti si cōcederetur vinū rubeū & albū differre specie, nihil referet, quandoquidē vtrūq; est verè vinū. *Secūda assertio.* *Secūda affirmatio* sit, q̄ requiritur panis de frumento. Hæc enim licet nō quantū prior propositio, nihilominus fundamentū aliquod habet in euangelio, vt hic ait D. Tho. Comparauit enim se Christus grano frumētī Ioan. 12: dicens, Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet. Super quibus verbis ait Aug. Cū sint multa grana frugū, nulli se cōparauit nisi illi, vnde mos cœpit ecclesię de hoc solo grano conficere corpus Christi. Quare can. In sacramēto, de conse. d. 2. ex cōcilio tertio Carthaginēsi, cauetur ne aliud in hoc sacramēto offeratur, quā de vis & frumentis. Omnis ergo dubitādi causa hoc nos admonet, vt exploremus quid nomine frumenti intelligatur. Et quidē Plinius lib. 18. naturalis historię, cap. 7. duas frugū species discriminat. s. frumenta & legumina. Frumenta verò appellat triticum & hordeum. Cui consonat Isidorus lib. 17. etymologiarum cap. 3. dicens, quod frumēta sunt propriè, quæ aristas habent. Et Varro de re rustica ca. 48. ait, frumētum esse illud, quod culmus extulit, putā cuius calamus spicam profert. *Cit.* Sit ergo hæc tertia propositio, quæ omnibus est in cōfesso. Ex leguminibus nequaquam cōficitur panis huic sacramēto idoneus: nempe, ex faba, cicere, lente, & id genus alijs. Nam quāuis hæc in cibū humanum assumantur, nō tamē tanquam panis. Quapropter farinæ illorum non simpliciter sed secundū quid dicuntur farinæ, vt farinæ fabarū, lentium & similiarum. Et multominus fiet ex commolitis fructibus, & commassatis, putā ex amygdalis, castaneis, nucibus, radicibus, &c. nā huiusmodi pastæ, nō sunt, nec propriè dicuntur panes, sicuti aqua rosacea non est aqua, vt diximus in materia baptisii, nec vinū ex malo granatis est vinū. Eadē ratione neq; ex alijs, quæ in iumentorum pabulum seruntur, vt ex siliquis, quas nos garrouas dicimus, aut ex eruiljs, quas aruejas appellamus. Est enim sacramētū hoc

in vsum humanū, tanquam panis, institutū: illa verò non sunt panes, licet egestatis causa homines illis vescantur. *Restat* autem querere, vtrū de omni frumento possit huiusmodi confici materia. Nam in can. citato pluraliter dicitur ex frumētis. Plinius autē loco citato frumētum ait esse tam hordeum, quā triticum, & capite statim. 8. far etiam & siliginem, frumentū appellat. Adde quod & milium & spelta sunt etiam frumenta. Arguitur ergo q̄ ex omnibus possit fieri sacramentalis panis. Materia hæc non est stricte arctanda, q̄ ex Christi factō colligitur: de illo verò solum legimus quod consecrauit in pane: ex omni autem frumēto efficitur verus panis: ergo licet dentur frumenta specie differentia, ex omni potest sacramentum confici. Quemadmodum licet ipse vel in albo, vel in rubeo vino cōsecrauerit, nihilominus vtrūq; sufficit. Damascenus enim lib. 4. cap. 14. & alij sancti non dicunt nisi quod consecrauit in pane ad naturalem comestionem apto. *Secūdo* accedit profectō magnum argumētum, si vera est Plinij historia lib. citato cap. 10. vbi ait, æthyopes non aliam frugem quā milij hordeiq; nouisse, nam tunc concedere debemus, vel in tota illa regione nō potuisse tūc cōfici sacramentum hoc, vel quod posset in milio & hordeo confici. Adde tandem, quod in nouo orbe occidentali, quando inuentus fuit, nullum inuentum est triticum, nisi maiicum, & radices, quibus pro pane ipsi utebantur à tritico latissimè differentibus: quare si in illis non poterat fieri consecratio, expectanda erat vctura ex nostris partibus, quæ quā re motissimæ sunt, atque adeo multo tempore deberet regio illa tota sacramenti huius beneficio carere. *Caietanus* in præsentiarum modum excogitauit dicendi, si tam verus esset quā nouus. Ait quippe materiam sacramēti aliam esse remotam, vt frumenta, aliam verò proximam, quæ est panis. Ait ergo nihil esse curandum ex quibus frumentis fiat panis, dummodo sit panis: quia nihil aliud ex euāgelio habetur, quā quod sit panis. Et addit, quod quemadmodum actione caloris naturalis ex diuersissimis cibis, piscibus scilicet & oleribus, & pane, & carnibus, fit sanguis eiusdem speciei: & humana caro: & ex equo & asina generatur mulus eiusdem speciei cū eo, qui ex asino & equa gignitur: sic ex diuersis frumētis potest fieri panis eiusdē speciei. Et addit, q̄ nec opus est ad hoc recurrere, vt

panis

panis fiat ex frumento: nam hordeum etiam est frumentum, ex quo non cōficitur verus panis, cum sit iumentorum pabulum. Quare inquit, similitudo euangelica Christi, qua se comparauit frumēto, quia est symbolica, & figurata non conuincit in sensu literali, vt sit in frumento consecrandum. *At* verò modus iste dicendi materiam relinquit in ambiguo. Nam si ex frumentorum specie & natura non deprehendimus naturam panis, non relinquitur nobis, vnde eam cognoscamus. Propterea enim panem hordeaceum excludimus ab hac materia, & miliaecum, quod hordeum & milium vsque adeo à tritico differunt, vt nullum sit symbolum, aut transitus inter illa. Item virtutē caloris naturalis trāmutandi diuersos cibos in eundem sanguinem tribuere calori furni, aut clibani philosophia est nimis violenta. *Igitur* post illas supra positas sit hæc quarta propositio. Panis triticeus est necessaria materia huius sacramēti, ita quod sine illo nullum esset sacramētū. Probatur primò autoritate omnium doctorum scholarium. Nam quāuis Gabriel in canone. q. 35. multa confarcinet argumenta ad probandum non esse necessarium panem triticeum, tamen omnia in ambiguo relinquit, nec audet ab vniuersali doctorum sententia discedere. Hanc enim sententiam hic tenet S. Tho. & Alexan. 4. par. q. 32. membro. 2. & Bonauentura dist. 11. artic. 1. q. 4. & Ricardus dist. 11. artic. 2. q. 2. & Scotus. q. 6. & Duran. q. 4. & Palud. q. 1. & omnes breuiter. Nisi quod animaduertendum est aliquos istorum nō exprimere nisi ex pane frumenti, sed ipsi se subinde exponunt intelligentes nomine frumenti tritici, vel id quod est eiusdem speciei. Nam Aug. illud Ioan. 12 de grano frumenti, de tritico intellexit, vbi ait singulariter se illi grano comparauit. His autem doctoribus superuenit concilium Florentinum, vbi materia huius sacramenti expressè decernitur panis triticeus. Cui certe glossa Caietani non satis grate maritatur sic illud intelligentis, quod non sit sola illa materia, sed quod sit principalis, & apud omnes certa & indubitata. Nec dubitatur, quin Christus in triticeo pane cōfecerit, eodemq; optimo, cuius non infima coniectura inde fit, q̄ panes antiquitus in templo super altari positi, quos iam supra cū Damasceno diximus, figuram esse huius sanctissimi sacramēti, ex similia, vt Leuitici. 24. iussum legitur. conficere

bantur, quod non est mediocre argumētum ex eadem similia, quæ flos est albilissima farina tritici Iudæos pro sua quemq; facultate morem habuisse conficiendi panes azimos, cum quibus agnum typicum edebant, quandoquidem ea erat celeberrima eorum solenitas. *Attamē* adhuc animus non quiescit: nam cum materia non sit amplius quā ad triticeam perstringenda, & triticum forsitan non est nomen speciei specialissimæ, sed habens plures species, & quanquā esset species specialissima, sunt tamē diuersa nomina frumēti quæ forsitan omnia sunt triticū, per singula discurrendū est. *Sit* ergo quinta propositio. Panis hordeaceus nullatenus esse potest materia sacramēti. Hæc vnanimis omnium doctorum confessio est. Quare sic arguit D. Tho. primo loco. Hoc sacramentum est rememoratiuū dominicæ passionis: panis autem hordeaceus apparet propter eius asperitatem eidem passioni consonatior: ergo ille est huic sacramēto congruentior. Et respondet, quod materia huius sacramenti non tam deberet congruere asperitati commemoratæ passionis, quā dulcedini & suauitati effectus: & ideo nō in hordeo, sed in tritico est conficiendum. Præsertim quod hordeum, vt D. Aug. lib. 83. quæstionum autor est, propter eius duritiem, & potissimum ob tenacitatem paleę, qua tegitur, vel legem veterem designat, quæ ita data erat, vt vitale alimentum obscuritate sacramentorum obtegeretur: vel populum ipsum duræ ceruicis nondū expoliatum carnali desiderio, quod cordi eius tāquam palea inhærebat, quem ideo Christus populum hordeaceo pane saturando designauit. Quāuis ratio potissima quare non est materia sacramenti, sit, quod non est species tritici, neq; panis apud homines vsualis, sed iumentorum pabulum, & defectu veri panis ab hominibus vsurpatus. Atqui eadem ratione excluditur auena, quæ pariter brutorum alimentum est. *De alijs* autē granis sequitur secundum argumētum. *Figura* est signū speciei in naturalibus: sunt autem aliqua frumēta tritico similia, vt far & spelta, de quibus in aliquibus locis panis conficitur ad vsum sacramēti: ergo triticeus non est necessarius. In responsione constituit Sanctus Thomas regulam certissimam, quod cum generans generet sibi simile, quāuis nonnunquam sit accidentium dissimilitudo generantis & geniti, vel propter mate-

riam

Vtrū de frumento.

Plinius.

Contra Caietanum.

Quarta propositio.

Concilium Florentinum.

Christus in pane triticeo confecit.

similia.

Quinta.

Primum argumentum. S. Tho.

secundum argumentum. S. Tho.

Secūda assertio.

Plinius de frumento.

Isidorus.

Tertia propositio.

Caietanus.

riam, vel propter debilitatem virtutis generatiuæ, tamen quodcumque frumentum quod ex semine tritici nascitur, non obstante aliqua accidentium dissimilitudine, erit materia huius sacramenti, ut siligo, qui in nonnullis sterilibus terris ex tritico provenit, sicuti è conuerso è semine siliginis in aliis pinguib⁹ provenit triticū. *Regula.* Itaq; regula sit certa, quomne & solum triticū sit materia, absq; disputatione, an sint plures species tritici, quod sit genus subalternum, an vero omnes sint eiusdem speciei. Notandum tamen siliginem non esse illud, quod Hispani appellamus centenum, forsitan propter exuberantiam granorum, quod quasi cētum sint in spica: hoc enim Plini⁹ loco citato non appellat nisi græco nomine tipham, & latinè dicitur blatta propter colorem in purpuram inclinantem. Siligo enim latine idem est, ut ait Isidorus loco citato lib. 7. cap. 3. quod seletum: (scilicet triticum candidum.) Et accipitur etiam pro flore farinæ. Quare hoc in dubium non cadit, quin sit legitima materia. Imò Plin. loco citato ex illo ait confici delicias panis. Sed S. Tho. accipit siliginē pro tiphā, hoc est centeno. Quod si arguas esse speciem distinctam ab illo, quod nos vocamus triticum, nihil contendam. Satis est, quod est species tritici, postquam tam facilis est transitus de vno ad alterum. Imo forsitan sunt eiusdem speciei, licet accidentia non sunt omnino similia. *Spelta.* Speltam vero & far negat S. Thomas esse materiam: quia non sunt, inquit, species tritici. Et quidem de spelta opinio etiā est Scoti & communis doctorum, quos supra citauimus. At vero Albertus Magnus in 4. dist. 11. ar. 7. contrarium asserit: scilicet, speltā esse materiam legitimam, quanuis differentem specie ab eo quod nos dicimus triticum, ut modò de tiphā dicebamus: nam dicit satis esse, ut sit species frumētī, & panis in usum humanū. Atq; in eandem sententiam subscribit Thomas de Argentina dist. 11. ar. 1. vbi concedens S. Thomam, Scotum & alios contrarium tenere, reputat probabilius, quod spelta sufficiat. Et idem tenet Petrus à Palude dist. 11. q. 1. atq; hic Caietanus. Et re vera si Dictionarios cōsulas, omnes affirmant speltam, quæ græcè dicitur Zea, esse speciem tritici, imò esse delicatū panem. Quare non negarem esse sufficientem materiam. Imò ait Paludanus nonnunquam ex semine tritici nasci sicut tiphā, & è conuerso. At S. Thomas, quia arbitratus est non esse speciem tritici, ideo id opinatiuè negauit.

Refert enim illic Albertus quosdam dicentes quæstionem hanc relatam fuisse ad curiā Romanam, vbi decretum fuit esse speciem hordei: sed tamē Albertus historiam non credit. Præterquam quod illa quæstio est Physica, quæ non pertinet ad curiam: potissimum quod fateatur hic S. Tho. in aliquibus regionibus confici sacramentum in spelta. *Far.* Far verò secundum vnum significatum est generale nomen omnium frumentorum. Vnde farinæ nomen deriuatur. Est etiam speciale nomen frumenti, nempe Scādia, quod latine dicitur far adolendo, ab adolendo, quia multum crescit. De quo non est dubium, quin sit propria materia eucharistiæ: quoniam est species tritici delicatissima. Sed S. Thom. nomen farris forsitan vsurpauit ut Plinius loco citato, vbi ait quandam speciem farris esse durissimam, ex qua forsitan non fit humanus panis. Eadem ratione excluditur miliū, quod ut ex grani figura aliisq; accidentibus deprehenditur, ab omni specie tritici distat. *Dilutio primi argumenti.* Vnde ad primum, quod licet in euangelio non legatur: nisi quod Christus accepit panem. nihilominus nomine panis in communi sermone latino non intelligitur nisi triticeus, siue triticum sit species specialissima, siue genus subalternum: sicuti nomine vini intelligitur, ut sit vitis. Hæc enim tantum proprie sunt hominum alimenta. *Dilutio secundæ.* Ac perinde ad secundum respondetur, quod vbiq; non fuerit aliud granum nisi milij aut hordei aut similia, non potest ibi sacramentum hoc confici donec triticū aliunde aduehatur, vel ibidem seminetur. Vix enim reperiretur regio vbi triticum si seminaretur, non proveniret. Quare in nouo occidentis orbe, in maicio nunquam consecratum est, nec certè potuit: quia licet proferat aliquam spicæ effigiem, tamen grana patenter attestantur nullā esse speciem tritici, facillimè tamen illic triticum seminatum vberimè multiplicatum est. *Tertium argumentum.* Tertio arguit S. Tho. Permixtio speciei soluit, sed vix potest triticea farina sic pura inueniri, ut non sit permixtione alius frumenti contaminata, ni fortè ex selectis granis solerter commolatur: ergo panis purè triticeus non est necessarius. Quidam, ut Maioris dist. 11. q. 2. fingunt quādam mistionem panis iam cocti triticeī cum hordeaceo ita ut particulè micæ vnius intermiseretur particulis micæ alterius intercalanter. Hæc autem mixtio non est nisi impropria per iuxtapositionem partium. Quare

Quare si ille panis consecraretur, in solis triticeis particulis fieret cōsecratio. Hic autē non loquimur nisi de mixtione propria, quæ fit per miscibilitatis corruptionem, de qua. 2. de generatione Philosophus loquitur: scilicet, dum cum tritico in grano commiscetur grana hordei. Tunc enim in farina non est leorsum discreta illa pars, quæ est hordei ab illa, quæ est tritici: & multò minùs in massa, & minime in pane cocto. Nam licet granorum in propria sit mixtio per iuxtapositionem, demū post tot transmutationes mixtio fit proprie per corruptionem miscibilitatis. Vnde bene respondet D. Tho. mixtionis quātitatem attendendam esse: videlicet, quod dū hordei modicum cum multò maiori quantitate tritici commiscetur, panis inde triticeus resultat, atq; adeò materia legitima est. Si autem mixtio fiat vel ad æqualem, vel illi proximā quātitatem, tunc species triticeī panis mutatur, atq; adeò idonea non est sacramenti materia. *Solutio tertij.* Idem ad tertium argumentum respondet de corruptione. Nonnunquam enim tanta fit corruptio tritici vel in grano, vel in pane cocto, ut species esse desinat triticeī panis, quod ex sapore & odore, atq; alijs accidentibus deprehendi potest, & tunc materia desinit esse legitima. Quandoque verò non est tanta corruptio, quæ speciem panis soluat, & tunc optimè ille panis consecrari potest. Sed quando res est dubia vel in corruptione, vel in commixtione, graue peccatum esset consecrationem periculo exponere ne esset valida. *Amylum.* Infert inde D. Thom. amyllum, vulgo amydom non esse materiam huius sacramenti. Idemq; adtruit Scotus dist. 11. quæst. 6. Paludanus autem quæst. 1. contrariam opinionem tenet: scilicet, quod sit legitima materia, dicens D. Thomam opinatiuè loqui. Et quidē licet creati non potest de materia remota: haud enim dubium, quin fiat ex depuratissimo tritico. Quare si ad hoc tantum aspicias citra dubium est materia legitima. Sed dubium est de corruptione tritici, quod per dies aliquot manet in aqua, ut fiat amyllum. *Prima propositio.* Vnde per duas propositiones respondetur. Prior. Amylum in forma amyli non apparet materia sacramenti. Probat, quia non est nisi lac expressum ex illo madefacto tritico per expressionem: quare lac illud licet postea torreretur, aut asfaretur, certè non posset censerī panis, tum propter corruptionem tritici, tum maxime propter diuersitatem inter farinam, quæ est

puluis cōmoliti tritici, & lac, quod est liquor expressus ex tritico, quæ quidem diuersitas certè speciem variare videtur, ut ex lacte non fiat panis. *Secunda propositio.* Si postea illud coagulatum lac possit in farinam commoliri, & inde panis commassari & coqui, forsitan rediret in naturam panis triticeī, & tunc posset consecrari: haud tamen illud audeam approbare. Atq; adeò nec lagana, nec pultes, licet ex farina tritici fiant, materia sunt sacramenti: quia nec commassantur, neque coquuntur in furno, aut saltem sub cineribus, quod sufficeret, sed elixantur potius aut friguntur: hæc enim artis differentia, differensq; ignis applicatio vel speciem mutat, vel facit pastas illas non esse panes. Ex quo istud infertur *Corollarium.* quod ut differentes species tritici non mutant rationem panis, ita è conuerso diuersa pasta ex eodem tritico potest panis rationem mutare. *De pasta incocta.* Hinc ergo facile possumus gradum ad pastā tritici facere. Et primò quaeritur vtrū requiratur, ut admisceatur cū aqua naturali, an verò sufficiat cum rosacea vel alia artificiali. Ad hoc autem infra art. 7. respondet D. Th. necessariam esse naturalem, quod ideo illic repetendum nobis est. *De pasta incocta.* Sed vtrū commassatus panis, incoctus tamē in massa, sit legitima materia sacramenti. Pars enim affirmatiua inde probatur, quod incocta pasta, & cocta eiusdem speciei esse videntur, quem admodum carnes crudæ, assæ, & elixæ. Ignis enim nihil aliud censetur facere in huiusmodi cibis, quàm per humidam exhalationem res exiccare, & panem vsque ad legitimam consistentiam indurare, ut sit bene compactus. Ad hoc nihilominus citra controuersiam ab omnibus respondetur, pastam incoctam non esse legitimam materiam sacramenti: quoniam siue specie differat à pane cocto, siue secus, non est panis, imò neque est humanus cibus: nam præterquā quod sic edi non potest, non modò non nutrit, verum plurimū saluti nocet. Dissentiūt tamen auctores: nam Scotus loco citato asserit pastam, & coctum panem propter rationem modò factam esse eiusdem speciei. Est tamen contrarium longè probabilius: quod ideo quæst. sequen. art. 6. affirmat S. Th. vbi egregiam adhibebimus rationem. Interim autē dicimus quod licet ars sola non possit mutare species rerum: faber enim dū facit scamnum, non mutat speciem ligni. Tamen vt. 2. sentent. distinct. 7. quæst. 3. arti. 1. ait S. Th. quando applicantur passiuæ actiuis naturalibus,

turalibus, actione ipsa naturæ mutari potest species, nõ quidem semper: quoniam gladius ex ignito ferro fabricatus ferrum manet. Sed tamen quia actiones agentium sunt secundũ dispositionẽ passi, massa, quæ facilis est transmutationis, facile per ignem in aliam transit speciem, vt diuersi accidentium effectus attestantur. Quod si arguas. Mica panis inter digitos compressa facile redit in pastam incoctæ massæ simillimam: ergo non differunt specie. Consequentia certè non valet, quoniam & solidissimum gelu in aquam facile diffluit & tamen forsã specie differunt. At neq; antecedens est verum. Imò nunquam per compressionem mica panis fit massa, vt comesta testatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc sacramentum debeat confici ex pane azymo.



Xpediuimus ergo qualitatem quantum ad materiam remotã que est triticum, sequitur subinde de qualitate panis, vtrũ debeat esse fermentatus, an verò azymus. Ad quam quæstionem D. Thomas quinque conclusionibus respondet. Duo enim in hoc sacramento speculari oportet: scilicet, id, quod est de necessitate sacramenti, sine quo nullum esset, atque id quod est conueniens, ac perinde de necessitate præcepti, cuius ommissio peccatum est. Prima sit ergo conclusio. Quantum ad veritatem sacramenti solus triticus panis est necessarius, sine quo sacramentum non perficeretur. Panis autem azymus non eo pacto necessarius est, imò in fermentato etiã verè conficeretur. Probatur, quia in euangelio solum habetur panis, & si azymus esset necessarius, ecclesia non posset permittere Græcis in fermentato consecrare: quia non esset sacramentum.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Secunda conclusio. Conueniens est, vt in consecratione vnusquisque ritum ecclesiæ suæ seruet, vt scilicet vbi consuetudo est consecrare in fermentato, hoc seruent presbyteri, & vbi consuetũ est consecrare in azymo, eundem quoq; morem custodiant. Probatur, quia non est concessum priuatis sacerdotibus ritum ecclesiæ probatum immutare. Quandoquidem morum mutatio soli ecclesiæ in communi incumbit. Tertia conclusio. Romana ecclesia conuenit in azymo consecrare, Græca verò in

fermentato, & vtraque habet suas causas. Probatum auctoritate Gregorij in regilstro, cuius verba sunt. Romana ecclesia offert azymos panes propterea quòd Dominus sine vlla cõmixtione (scilicet virilis feminis) suscepit carnem: sed certè ecclesiæ offerunt fermentatũ, pro eo quòd verbum patris indutum est carne, sicut fermentum miscetur farinæ. Ex his conclusionibus inferitur corollarium. Sicut peccat presbyter in ecclesia latinorum celebrans in pane fermentato, ita peccaret presbyter Græcus in ecclesia Græcorum celebrans in pane azymo, quasi peruertens ecclesiæ suæ ritum. Confirmatur hoc corollarium auctoritate canonis extra de celebra. nissa. cap. literas, vbi decernitur sacerdoti pœna, qui vel in fermentato celebraverit, vel in cypho ligneo.

Corollarium

Quarta conclusio. Consuetudo celebrandi in pane azymo rationalior est. Idq; tribus rationibus. Primò quidem propter institutionem Christi, qui hoc sacramentum instituit prima die azymorum, vt habetur Matt. 26. & Marci. 14. & Lucæ. 22. qua die nihil fermentatum in domibus Iudæorum esse debebat, vt Exodi. 12. iussum à Deo legitur. Secundò, quia panis est propriè sacramentum corporis Christi, vt forma, Hoc est corpus meũ, sonat, quod quidem sine corruptione conceptum est, vt denotatur in azymo. Nõ autem ita propriè est sacramentum diuinitatis, quæ carne induta est. Tertio, quia hoc aptius fidelium sinceritati congruit, quæ ad sacramenti vsum exigitur, secundum illud. 1. ad Corin. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaq; epulemur in azymis sinceritatis & veritatis. Quinta conclusio. Consuetudo Græcorum aliquam nihilominus rationem habet propter significationem, quam tangit Gregorius, tum etiam in detestationem hæresis Nazaræorum, qui tum alia legalia, tum etiam azymos euangelio miscebant.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Conuenit in præsentiarum ante expositionem articuli solennem illam quæstionem de cœna Domini discutere, vtrũ scilicet quarta decima luna, an verò tertia decima cenauerit. Quam quidem D. Thomas in prima ratione quartæ conclusionis insinuat. Est enim non solum inter Græcos & Latinos, verum & inter nonnullos Latinos de hac re controversia, & vt quidam arbitrantur, non facilis. At verò quia Græci à celebri Latinorum sententia de die ista non statim in primordijs ecclesiæ decesserunt, sed postmodum longo tempore

Quæstio de cœna Dni.

pore. Prius de dissidio inter Latinos disputa bimus: & in calce disputationis sermonem adijciemus de Græcis.

Primum fundamentum.

At qui vt illa fundamenta, quæ cunctis in cõfessio sunt, ante litem iaciamus, omnes consentiunt, (quia nemo dissentire potest) Christum cœnasse feria quinta ad occasum solis, fuisseque passum feria sexta. Ait enim Paul. 1. Corint. 11. quòd dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem &c. Et ecclesia in canone. Qui pridie quã pateretur &c. Quocirca vniuersalis ecclesia etiam Græcorum in die veneris memoriam passionis celebrat. Quin verò & Iudæi nobiscum etiam de hac re conueniunt. Dissensio autem est hæc, quòd Græci & Latinorum nonnulli contendunt illam feriam quintam fuisse lunam tertiam decimam, passumque subinde Christum die veneris, quæ erat quarta decima. Solent autè opinio, quam veram mōstrare adoramus, est, illam feriam quintam fuisse quartam decimam, & passum fuisse Christum quinta decima. Ad huius autem discordiæ elucidationem secundum adiungitur fundamentum, ex veteri pagina ab vniuersis susceptũ.

Status litis.

Secundũ fundamentum.

Exodi. 12.

Tertium fundamentum.

Beda.

Quartũ fundamentum.

Primum Hebræorũ mensem fuisse Martium qui nobis est ordine tertius, quãdo Sol Arietem ingreditur. Dixit enim dominus ad Moysen & Aarõ in terra Aegypti, vt legitur Exodi 12. Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mēsisbus anni. Et cap. statim 13. Hodie ingrediemini in mensem nouarũ frugum. Illo enim seculo tunc fruges albescebant. Eodemque mense, qui apud illos dicebatur Nisan eduẽt? Est Israel de Aegyptõ. Et cum menses apud illos fuissent lunares, non uilunium proximũ equinoctio vernali erat illis prima dies mēsis & anni. Tertium fundamentum est, Dies naturalis apud Hebræos incipiebat ab occasu solis decurrebatque vsque ad alterum occasum. Auctor huius veritatis inter alios est Beda de temporibus, vbi ait, quòd sicut Latinis dies naturalis à medio noctis incipit, ita & Hebræis à principio noctis, scilicet ab occasu solis: Syrijs autem ab eius ortu: sed Aegyptijs à meridie. Vnde astronomia, qui illa scientia in Aegypto præcipuè floruit, à meridiano sole dies cõputat.

Quartum est fundamentum, quòd apud Iudæos festa celebrabantur à vespera vnius diei vsq; ad vesperã alteri? subsequenti: nẽpe, ab initio diei suæ naturalis. Sic enim Leui. 23. sancitum erat. A vespera vsque ad vesperam

celebrabitis sabbata vestra. Quintum fundamentum est. Prima dies illa anni erat radix, à qua omnia anni festa suis dierum numeris derivabantur. Eorum autem primum erat festum paschatis, quod celebrandũ erat quarta decima die eiusdem mensis, & cum menses apud illos essent lunares, eadem erat quarta decima luna. Sic enim Exodi 12. & Leuitici 23. legitur. Mense primo quarta decima die mensis ad vesperam Phase domini est, & quinta decima die mensis huius solenitas azimorũ domini est. Et subditur priori loco. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris. Et septimus, qui erat postremus paschæ, erat celebrior. Itaq; nouilunium illius mensis erat illis prima dies totius anni: & inde cõnumeratis septem hebdomadibus celebrabatur festum p̃tecostes in memoriam susceptę legis. Et postea in septimo mense (putã septembri) in diem decimam incurebat festum scenopęgie seu tabernaculorum. Hæc omnia eodem capitulo extant. Est ergo Paulus Burgensis, qui in

Paulus Burgensis.

Sextum fundamentum.

Septimũ fundamentum.

per illo verbo Matth. 26. Prima die azymorum præcipuè inter ceteros modo quodam ab ipso excogitato sustinet, quòd vesper ille, quo Christus cœnauit, licet fuerit Christo finis quartæ decimæ lunæ, nihilominus apud Iudæos nõ erat nisi tertia decima: quare feria sexta fuit Christo quinta decima, & Iudæis quarta decima, qua ideo ipsi in vesperæ, Christo iam sepulto, celebrarunt agni cocnam. Ad huius autem dissidij intellectu supponendum est fundamentum sextum, quod inter astronomos certissimũ est: nam illa arte potest quisq; illud nunc comperire videlicet illo anno, quo Christus passus est, nouilunium Martij contigisse feria quinta, decima nona hora diei naturalis Hebræorũ, hoc est, prima pomeridiana cũ aliquibus minutis. Sed est septimũ fundamentum, quòd Iudæis erat sollemnissimum, estq; rationi maxime consentaneum: videlicet, quòd quando nouilunium incurrebat decima octaua hora diei naturalis, vel ferius, illa dies nõ cenfebatur prima mensis, quam illi neomeniam Latini calēdas appellitant, sed incipiebat prima dies in occasu solis, illius diei & inde subsequatur. Et ratio erat p̃pter vetustatẽ nouilunij, quia occurrebat in postrema quarta diei, quod idcirco nuncupabatur nouilunium vetus. Itaque illo anno in occasu solis feria quinta coepit neomenia, atque adeò in

tertia inde quinta feria in occasu solis finiebat secundum naturalem cursum quarta decima luna. Atq; illic Christus coenauit. Id quod ingenue Burgenfis, nosq; cum ipso fatemur, neq; vllus valet diffiteri. ¶ Addit autē nescio quae alia fundamenta, quae (salua doctissimi & Christianissimi viri autoritate) debuisset firmius corroborare inquā, quam fecit. Sub necit aliud fundamentum: videlicet, quod quando nouilunium illud occurrebat in feria secunda, vel quarta, vel sexta, deberet repelli in proximē sequentem. Itaque in nulla istarū trium feriarum poterat signi prima dies mēsis. Nam si neomenia mēsis figeretur in feria secunda, tunc festum expiationis, quod erat decima septēbris incurreret in diem veneris, vt supputanti fiet compertum. Si autem prima mēsis esset in feria quarta, tunc idem festum expiationis incurreret in diē dominicū. Quod aut in altera illarū dierū sabbato circūstantiū incurreret illud festū, erat, inquit, maximē in cōueniēs, eō quod cū illud tātē esset solēnitatis, quantae sabbatum, adeo vt neque in illo, inquit, vt ex sacra litera potest haberi, minime parare cibaria licuisset, sicut neque in sabbato: cōcurfus duorum dierum, in quibus cibaria non pararetur, onus fuisset molestissimū. Feria autem sexta propterea non poterat esse prima dies mēsis, quod tunc prima dies festi tabernaculorum quinta decima septēbris incideret in diem dominicam, & cum festum per septem dies succederet, postrema esset in die sabbati, in qua oportebat septies circumire altare in memoriam expiationis Iericho, vt legitur Leuitici. 23. atq; alia laetitiae opera facere, quae non licebant in sabbato. Igitur cum (vt dictum est) prima dies mēsis illo anno incurrisset in feria sexta, translata fuit, inquit, à Iudaeis in sabbatum, atq; adeo sua quartadecima luna coepit in vespere ferie sextae. Christus autem, quoniā sciebat festum illud tabernaculorum in sua morte abolendum, non curauit illam facere repulsam, sed coenauit in quarta decima naturali. ¶ Hęc opinio tantam inter nonnullos vim obtinuit, vt putet esse sacro euangelio concordem. Nihilominus profectō re oculatiūs inspecta nullam prae se fert probabilitatem. ¶ Igitur tanquam certissima statuitur conclusio contraria: scilicet, quod Iudaei eadē nocte Iouis, qua Christus, agni coenam fecerunt: videlicet quarta decima luna secundum naturalem cursum lunae. Et ne opus sit argumenta contraria si hic

Repulsa opinionis Burgenfis.

Conclusio.

Argumenta contra Burgensem.

recēseantur postea in solutione repetere, primo communem hanc nostram sententiam oportet constabilire. ¶ Primum ergo, vt illas Burgenfis neomeniarum dilationes repulsasque diei primi repellamus, arguitur sic. Legem Deus populo illi rudi ita explicatē posuit, vt syllabatim omnia explanaret, quae seruari deberent: quare immane existimabant piaculum, & impium sacrilegium iota legis mutare. Imò quia sic in cortice religiosissime eam obseruabant, non penetrando mysteria, neque literam interpretando, remordet eos. 2. ad Corinth. 3. Paulus dicens. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Erat autē expressa lex Exodi. 12. & Leuitici. 23. vt quarta decima die mēsis ad vesperam vsque ad vigesimam primā pascha Domini celebrarent, & eadem quarta decima luna ad vesperam immolarent typicum agnum: ergo nefas illis erat ne festum expiationis concurreret proximē cum sabbato, vel postrema dies tabernaculorum in sabbato, diem illum mutare: nam proculdubio si Deus, qui incōmoda illa bene prospexit, tanquam inconuenientia existimaret, ipse expressisset exceptionem legis, quandoquidem tam minutatim omnia illis explicabat. ¶ Secundò. Quid nam molestie erat, vt semel in anno duos feriarēt simul dies, in quibus non liceret parare cibaria, vt propter hoc precise diem lege praestitutum & fixū demutarent? Eò potissimum quod carnibus falsis, quae in biduum elixari poterant, atque alijs plurimum vescerentur, quae non opus erat in biduo illo igni admouere. ¶ Tertio vgenius contra Burgensem arguitur. Ait quippe ob id festū expiationis non debere die praecedenti aut subsequente sabbatum celebrari, quia non liceret in illo parare cibaria, vt ex sacra litera, inquit, potest haberi. Illam certe sacram literam allegare debuisset: nam contrarium palam ex lege colligitur. Dies enim prima paschatis, quae erat quintadecima martij, vt legitur Exodi. 12. erat sancta, & vt legitur Leuitici. 23. celeberrima, in qua nihil operis licitum erat: & nihilominus licebat in illa parare cibaria, vt expresse priori loco his verbis legitur. Exceptis ijs, quae ad vescendum pertinent. Si ergo id ea die erat licitum, inulto melius in festo expiationis. Imò in nullo festo, praeterquam in solo sabbato erat illicitū esculenta & poculenta apparare. Erat enim illud sabbato peculiare in memoriam, quod Deus illa die requieuit ab omni opere, quod

Primum argumentum.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

Sextum argumentum.

Septimum argumentum.

Octauum argumentum.

quod patrarat. ¶ Quarto itidem arguitur de festo tabernaculorum. Ait enim feriam sextā non potuisse exiire primā mēsis, nec primam paschae, ne postrema tabernaculorum incurreret in sabbato. Arguitur sic. Illa, quae tunc solenniter celebrabantur, omnia ad religionem pertinebant: fiebant enim intra templum processiones, & laetitiae tripudia, quibus potissimum festum celebrabatur: quis autem dixerit per illa, quibus festum colitur, festum infringi? Vtrum nos dum celebres facimus, processiones festa frāgamus? Vnde Christus Matthaei. 12. Non legistis, inquit, in lege, quia sabbatum sacerdotes in templo violāt, & sine crimine sunt? Nihil ergo opus erat feriam sextam repellere, ne esset prima dies mēsis & subinde paschae. Quare licet mille Hebraeorum autores Burgenfis retulisset, vel historiam nō crederem, vel potius affirmarem post aduentum Christi, quando oculis mentis caligare coeperūt, legem corrupisse, & deprauasse, quam vt credam illas repulsas fuisse vel ex lege licitas, vel tēpore Christi in vñ. ¶ Quinto arguitur. Illa quartadecima luna praefixa fuit in figuram Christi: si autem postea adueniente veritate non erat ab illo populo ceremonia illa typica eadem nocte celebranda, qua Christus eam seruauit, figura nō respondisset veritati. ¶ Sexto. Christus coenauit, vt Iudaeorum legem seruaret: si autem tempus legitimum Iudaeorum praueuisset, non seruauisset legem: & cum sub articulum mortis tam solerter perfidi illi testimonia aduersus illum exquisiuissent, profectō de hoc ipsum reū fecissent, quod morem & legē populi violasset. ¶ Septimo. Si lex non obligabat ad immolandū paschalem agnum vsq; ad diem sequentem, quidnam causae habuit Christus vt pridie coenaret? Aiuunt, quia sciebat in crastino morte praueutum non posse agnum coenare. Sed causa haec nulla est: quia non debebat seruare legem nisi quandiu viueret: & ideo illud mandatum, quod mortem erat subsecuturum, non erat cur antea impleteret. Et ad complendam veritatem figurę agni typici satis erat, vt ipse immolaretur in cruce. Vbi suū corpus sine immolatione agni consecrare poterat. ¶ Octauo arguitur. Opinio Burgenfis, incurrit profectō in errorem Graecorum, tenentium Christum in fermentato consecrasse: nam azymi non inueniebantur in domibus Iudaeorum vsque ad quartam decimam lunam, in qua ipsi agnum paschalem

debeant: quare pridie non inuenisset in hospitio nisi fermentatum. Quod si quis fingat fecisse apparari sibi azymos, hoc certe cum esset nouum & inauditum, scandalum dedisset hospiti, neque verò id euangelistae enarrare neglexissent. ¶ Nonò insuper, vt ad euangelistā descendamus, arguitur ex illo Christi verbo Matthaei. 26. Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Neque verò vim facio in verbo, biduum: facile enim quis dicere posset dictum fuisse vel feria tertia, vel feria quarta: sed in verbo, Scitis. Cum enim ait, scitis, perinde est ac si dixisset, scitis ex lege & more, veluti si quis noster concionator in hebdomada sancta diceret, Scitis quia dominica proxima pascha erit: ergo illic significauit diem ipsum, quo Iudaei celebrabāt pascha: alius non sic dixisset, sed scitis, vel sciatis, quod licet pascha sit post triduum, ego tamen post biduum sum illud facturus. Et potissimum quod cum iam tunc post suum baptisma bis pascha celebrauerat eodem die, quo Iudaei, si praueuere eundem diem cogitasset, id explicuisset. Et quia non dixit, dies festus erit, vel seruabitur, sed pascha fiet, non designauit tempus paschae, sed immolationem agni, vt bene ait Abulensis. Pascha enim fieri, est pascha parari & adorari, sicut vulgo, barbam fieri dicitur dum tō detur. Deuterono. 21. sponsa à viro ducenda iubebatur facere vngues, id est, circumcidere. Imò apud Virgilium. 3. aegloga eodem schemate ait ille. Cum faciā vitula pro frugibus ipse venito, id est, dum vitulam immolo. Et pascha fieri, est ipsum māducari, sicuti praedictum aut coenam fieri. Et cōsonant aliorum euangelistarum verba. Ait enim Marcus. Primo die azymorum, quando pascha immolabant. Et Lucas. Vbi pascha cum discipulis meis manducem. Et infra. Parauerunt pascha. Quapropter illud arbitror Christum dixisse in vespera feriae tertiae, quando regrediens à Ierusalem in Bethaniam sedit in monte Oliueti loquens cum discipulis suis, vt habetur Marci. 13. Ob idq; non ait, Post biduū filius hominis crucifigetur, sed tradetur: scilicet, post tridie nocte, vt altera die crucifigatur. Tametsi August. ad Cassulanum epistola, quae est. 86. ad crucifixionem, quae fuit feria sexta respiciēs, ait dictū hoc fuisse à Christo feria quarta mane. Sed ad nostrum propositum parum refert quando dictum fuerit. ¶ Decimò arguitur ex verbis eiusdem Matthaei

Nonum argumentum.

Pascha fieri.

Decimū argumentum.

thæi ibidem. Prima autem die azymorum ac-
 cesserunt discipuli ad Iesum dicentes, Vbi vis
 paremus tibi pascha? Non ait, die, qua Chri-
 stus comedit azyma, sed simpliciter prima
 die azymorum, hoc est, prima die festi azymo-
 rum Iudæorum, quod per septem durabat.
 Atqui id explicatius refert Marcus capit. 14.
 dicens. Prima die azymorum, quando pascha
 immolabant. Ecquid evidentius, vt loquatur
 de die, qua Iudæi immolabant pascha? Quod
 alludit & cap. 22. explicatissimè Lucas dicens.
 Venit autem dies azymorum, in qua necesse
 erat occidi pascha. Necesse scilicet iuxta te-
 norem verborum legis: ergo eadem die pas-
 cha fecerunt Iudæi, qua Christus. Impossibi-
 le ergo est glossam Burgensis huic textui at-
 texere. Ait quippe tres hos euangelistas dic-
 dūtaxat assignare, qua Christus cœnauit, nō
 autem diem azymorum apud Iudæos. Quod
 quidem assertum aduersariū est textui: nam
 si illa nocte, qua Christus, Iudæi non cœna-
 bant, neutiquam dici poterat prima dies azy-
 morum: hoc enim nomen solenne erat signi-
 ficans illam noctem cum primū incipiebāt
 azymi esse in domibus Iudæorum. Quare li-
 cēt fingeretur Christum illa nocte fecisse sibi
 parari azymos, non posset nominari prima
 dies azymorum, quia non erat prima illarum
 septē, quibus comedebant azymos, sed prior
 illis omnibus, atque ad eō octaua. Quinuerō
 ex illo verbo Christi, quod iussit denunciari
 hospiti, Apud te facio pascha, cum discipulis
 meis: colligitur, eadem nocte Iudæos pascha
 fecisse. Significauit enim planè quod sese in-
 uitasset ad cœnam apud ipsum, id est, ad cœ-
 nandum cum ipso, vt ambo simul facerent
 pascha. Hoc enim sentit amicus, cum amico
 dicit. Apud te hodie facio prandium, id est,
 volo tuus esse conuiuia, vt simul prādeamus.
 ¶ Accedit huc vndecimō & sanctorum auto-
 ritas Chryso. nanque super eundem locū
 ait, quod quinta sabbati, id est, quinta feria,
 quam Matthæus appellat primam azymo-
 rum: quia illa nocte Iudæi debebant comede-
 re azymos, Christus iussit discipulis parare
 pascha, & vespere facto, vt ait euāgelista, cœ-
 nauit. Idemque ait prorsus epistola citata ad
 Cassilianum August. ergo eadem nocte, qua
 Iudæi, cœnauit Christus. Ob id enim nos
 hebdomadā per ferias computamus, nume-
 rando diem lunæ secundam, & sic deinceps
 quia retinemus Hebræorum morem compu-
 tantium à sabbato, appellantiumque domi-

nicam, primam sabbati, id est, à sabbato. Vn-
 de paulò post Chryso. Omnis, in-
 quit, semper vsque ad vltimum passionis die
 non se esse aduersarium legi ostendit: & ta-
 men si non cœnasset ea nocte, qua alij, aduer-
 sarium se ostendisset. Accedit & eodem loco
 Hieronymus dicens. Prima azymorum, quar-
 ta decima mensis est. Et mirum quomodo
 Burgensis glosset eum, quod loquatur solum
 de quarta decima secundum Christum. Nam
 subdit. Quarta decima mensis est, quando a-
 gnus immolatur (scilicet secundum ritum &
 morem Iudæorum.) Et vt omnem ambigui-
 tatem diluat, subnequit. Et luna plenissima
 est, & fermentum abijcitur. Si ergo agnus im-
 molabatur plenissima luna, certè id erat in fi-
 ne quartæ decimæ diei, qua Christus ipse cœ-
 nauit. Idem Magister historiarum ca. de cœ-
 na Domini aduersus Græcos affirmat. Et In-
 nocentius libro quarto de mysterio missæ ca-
 pitulo secundo. Quinta decima, inquit, die
 mensis primi, que tunc extitit feria sexta, pas-
 sus Dominus est. Et præcedente nocte: videli-
 cet, quarta decima luna primi mensis ad ves-
 peram, vt legis figuras impleret, post ty-
 picum pascha corporis & sanguinis sui sacra-
 mentum instituit. Et postea quarto capitulo
 id testimonijs euangelistarum, quæ à nobis
 modò allata sunt, confirmat, & per tabulam
 computi dicit manifestè constare. Et Beda li-
 bro de natura rerū, capitulo sexagesimo ter-
 tio id ipsum affirmatissimè adstruit. Quinuerō
 Iosephus legis ceremoniarumque peritissi-
 mus libro antiquitatum secundo. capitulo
 decimo tertio, & libro tertio capitulo primo
 ait inuolabiliter à Iudæis obseruatū, vt quar-
 ta decima luna (nimirum secundum natura-
 lem cursum) agnus immolaretur, & quinta
 decima fuisse primū diē paschæ. Ac demum
 Abulensis in secūda parte sui defensorij, quæ-
 stionem hanc diffusissimè, vt pleraque om-
 nia solet, vtrinque disputat, & absque dubio
 tenet eadem naturali quartadecima luna &
 Iudæos & Christum celebrasse phase. ¶ Sed
 vt duodecimo argumento, eodemque validissi-
 mo rem concludamus, arguitur autoritate vni-
 uersalis ecclesiæ. Hæc enim discordia de fer-
 mentato & azymo inter Græcos & Latinos,
 vt est videre apud eundem Innocentium ter-
 tium loco proximè allegato, & apud Diuū
 Thomam in Quarto quæstione secūda, arti-
 clo secundo, quæstiuncula tertia, non habuit
 ortum ab initio statim nascentis Christianæ
 fidei,

fidei, imò multo inde tempore vniuersalis ec-
 clesia tam Græcorum, quam Latinorum in
 azymo cōficebat, nimirum certissima Chri-
 stum eundem panem consecrasset, ac subinde
 eadem nocte, qua apud Iudæos nihil erat fer-
 mentati. Sed postea imminente hæresi He-
 bionitarum, qui cum Nazareis, quos hic ci-
 tat Diuus Thomas conspirauerant, dicentes,
 simul cum euangelio seruanda esse legalia: in
 odium & detestationem eorum tota ecclesia
 tam Latina quam Græca abiecit azymos, &
 cœpit fermentatos consecrare. Quare apud
 Chryso. & Origenem, atque alios Græ-
 cos nullus sentitur odor huius discordiæ. At
 verò cum iam hæresis illa sopita censeretur,
 redijt ecclesia ad suum pristinum morem cō-
 fecrandi in azymo, vt exemplum Christi imi-
 taretur. Sed Græci suorum rituum tenacissimi
 noluerunt cum ecclesia Latina cōsentire. At-
 que inde excogitare cœperunt Christum cō-
 fecrasset fermentatum, ac subinde non cœnasse
 quartadecima luna, sed tertia decima. Qua
 de re nos execrantur, & anathematizant, ap-
 pellantes nos azymistas, vt Diuus Anselmus in
 libello, quem hanc ob causam de fermentato
 & azymo edidit, testatur. Et Guidone Car-
 melita referente non permittunt sacerdotes
 Latinos in suis altaribus sacra facere, quod si
 factum comperiat, altaria ceu polluta lauāt.
 ¶ Vnde Leo papa nonus qui sedit anno Domi-
 ni millesimo quinquagesimo, citaturque ibidē
 ab Innocentio, epistolam ad Imperatorem
 Constantinopolitanum scripsit, in qua cum
 alijs Græcorum erroribus & hunc confuta-
 uit: eò quod se ab ecclesia Latina fundata in
 apostolis Petro & Paulo segregasset. Histo-
 ria ergo hæc maximè veritatem confirmat
 Christum eadem nocte, qua Iudæi cœnasse.
 ¶ Opinio autem Græcorum neutiquam su-
 stineri potest, si intelligant Christum cœnasse
 tertia decima luna secundum eius cursum
 naturalem, vt intelligere censentur. Nam de-
 bent tunc dicere cœnasse feria quarta, cum
 certissimum sit (vt supra diximus) illo anno
 lunam quartum decimum circulum comple-
 uisse feria quinta, quando Christus cœnauit.
 ¶ Subsequitur ergo, vt argumenta, quæ pa-
 troni contrariæ opinionis sibi obtendunt, ex-
 pendamus. ¶ Primum illud est verbum Chri-
 sti Matthæi. 26. iubentis discipulis dicere hos-
 piti. Tempus meum prope est, apud te facio
 pascha. Ait enim Burgensis id dixisse ad dif-

ferentiam temporis, quo Iudæi cœnabant.
 Sed re vera Christus ad id non alludit, sed ad
 suam mortem. Sic enim qui est morti proxi-
 mus dicere solet, tempus meum instat, id est,
 postremus dies mihi destinatus. Quo utique
 schemate ait Ioan. capit. 13. Sciens Iesus quia
 venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad
 patrem. Et meminit de illo die, vt significaret
 phase non quodcunque, sed sollemnissimum
 se facturum, quasi postremum, in quo sacro-
 sanctum corpus suum & sanguinem erat cō-
 secraturus. ¶ Secundus locus est Ioannis deci-
 mo tertio. Ante diem festum paschæ sciens
 Iesus, quia venit hora eius, &c. vbi subdit eu-
 angelista. Et cœna facta, &c. cum ergo pas-
 cha cœpisset quarta decima luna ad vespere,
 sequitur quod cœnauerit luna tertia decima.
 Atque hoc est primum argumentum Sancti
 Thomæ in isto articulo, & in. 4. distinctio. 11.
 quæstio. 2. & supra in hac parte quæstio. 46.
 articu. 9. vbi rem presens discuit. Hoc enim
 loco blasphemant Græci dicentes Ioannem
 affirmantem, quod Christus cœnauerit pri-
 die quam essent azymi in domibus Iudæo-
 rum, correxisse tres alios dicentes cœnasse pri-
 ma die azymorum. Tenacitas enim proposi-
 ti eos excecauit, ne Ioannem intelligerent, ac
 subinde in hanc coniecit blasphemiam, vt di-
 cere auderent euangelistas errasse. Alij verò,
 vt refert eodem articulo nono D. Thomas
 ad cauendum hoc absurdum, aiūt, Christum
 verè cœnasse quarta decima luna, sed Iudæos
 in perimendo Christo occupatos contra le-
 gem pascha in crastinum distulisse. Sed hoc
 etiam dissonat verbis Marci supra citatis: scilicet,
 quod cœnauit prima die azymorum
 quando pascha immolabant (videlicet Iudæi)
 Item cum non omnes Iudæi conspirassent in
 illam cædem Christi, imò plurima pars pie
 ipsum vt verum prophetam coleret, nulla est
 verisimilitudo quod totus populus mutasset
 festum, atque ad eō minor separatim id mini-
 mè auderet. Caterum neque per hanc cauila-
 tionem fit satis verbis Ioannis. Dicens nan-
 que ante diem festum, nō potuit festū intelli-
 gere quod contra legē Iudæi procrastinabāt,
 sed quod erat legitimum. Respondetur er-
 go quod Ioannes neque in apparentia quid-
 iam insinuauit alijs euangelistis cōtrarium:
 imò consonantissimè cum ipsis factus est.
 Quod enim alij dicunt. Prima die azymorum,
 ipse, inquit, ante diem festum paschæ. Nam

Glossa Burgensis.

Chryso.

Hiero.

Magister.

Iosephus.

Abulensis.

Duodecimum argumentum.

Anselmus.

Leo nonus.

Respondetur ad argumenta contraria. Primum argumentum. Matth. 26.

Secundum argumentum. Ioan. 13.

Græcorum blasphemia.

Concordia Ioan. cum caeteris.

cum prima dies paschæ & azymorum inci-
peret quinta feria in occasu solis, decurreret-
que per totam sextam feriam, & Christus ea-
dem feria quinta mane vel circa meridiem ius-
serit discipulis parare pascha, optimè ait Ioan-
nes, Ante diem festum. Non enim ait pridie,
aut per diem antea, sed simpliciter ante, quod
verificari potest, licet non nisi quatuor vel
quinque horis ante occasum solis id dixisset.
Nam & Chrysostomus eadem homilia cita-
ta. 82. super Matthæum, ait, primam azymo-
rum euangelistam vocasse diem, quæ est an-
te azyma, id est, in cuius vespere comedendi
erant azymi. Tertio arguitur sic. Feria sex-
ta, qua Christus passus est, erat quarta deci-
ma luna, cuius futura nocte Iudæi facturi erant
phase: ergo feria quinta, quando Christus cœ-
nauit, erat apud illos tertia decima. Probat
antecedens: nam Ioannis decimo octauo le-
gitur, quod Iudæi non introierunt prætorium,
vt non contaminarentur, sed vt manducarent
pascha: scilicet, ipsa nocte. Chrysostomus ho-
milia octogesima secunda super Ioannem duo-
bus modis respondet. Vno scilicet, quod Iu-
dæi armati in fundendo Christi sanguine dis-
tulerunt contra legem cœnam. Sed iste mo-
dus iam supra ostensus est insufficientis. Et ideo
addit alium, quod non accipitur illic manu-
care pascha, pro eo quod est manducare a-
gnum, sed pro tota solennitate paschali: nem-
pe, pro eo quod est manducare azymos, qui
per totum festum durabant, & agrestes lactu-
cas, &c. Atque hoc responsum amplectitur
Diuus Thomas loco citato questio. 46. Et in
nocentius loco etiam supra relato libro quar-
to capitulo quarto. Ait enim, quod manu-
care pascha potest legi vno modo, vt sit abla-
tius (id est vt manducarent in pascha.) Alio
modo, vt pascha accipiatur pro azymis. At-
que idè ait Magist. hystoriarum vbi supra allega-
tus est. Quinuerò præter azymos, vt ait lo-
co citato Iosephus singulis diebus paschæ ma-
stabantur duo vituli, duoque arietes, quæ cœ-
sebatur paschalis victima, & manducabatur.
Sed ait Burgenis, quod licet Chrysostomus,
& Thomas sic textum exponant, tamen nus-
quam legitur, vt azymi dicerentur pascha,
potissimum quod poterant etiam ab immū-
dis manducari: id quod nunc, inquit, consue-
tudo Iudæorum testatur, sed ad esum agni exi-
gebatur mundities. Quicquid autem dixerit
Burgenis, Magister hystoriarum, & Innocen-

Ioan. 18.

Chrysostom.

tius papa locis supra allegatis dicunt, quod ne-
que azyma toto paschate poterant ab immū-
dis manducari. Respondetur ergo Burgenis,
quod Iudæorum dispersio post Christum pas-
sum caligare eos fecit in huiusmodi ceremo-
niis. Eo potissimum quod cum cinere illo vi-
tule rufæ iam modò carcant, qua, vt Numero-
rum. 19. legitur, erant immundi expiandi, pa-
rum de legalibus immunditijs curat. Quarto
contra nos facere illud videtur Matth. 26. *Matth. 26.*
Non in die festo. At verò res attentè perspe-
cta potius nobiscum facit. Est enim iudiciū
maximum, quod bona pars eorum, qui in cō-
silio confidebant, instigabant, vt die primo
paschatis Christus in patibulum raperetur,
& qui contrarias sententias dicebant, non id
dissuadebant propter religionem festi. Vn-
de colligitur, consentire omnes non solum
non esse illam violationem festi, verum esse
obsequium Dei. Sed dicebant, Non in die fe-
sto, ne tumultus obortus in populo innocen-
tem hominem illis è manibus eriperet. Qua-
propter altera pars vicit, atque ob id præci-
puè, quod Iudas horam cum illis pepigerat.
Imò hinc sumitur nouum argumentū quod
eadem nocte Iudæi agnum immolabant. Nā
altissimum illud silentium, quod omnes pas-
cha celebrantes tenebant, occasionem obtu-
lit patranda scelus. Quintus locus, qui con-
trarius apparet, est ille Ioan. 19. vbi legitur. *Ioan. 19.*
Erat autem pasceue paschæ. In quo verbo
plurimū Burgenis connotatur, adnotans non
dixisse pasceue sabbati, sed paschæ, quasi
pasceue paschæ idè sit, quod vigilia paschæ,
atque adeò arbitratur multa festa habuisse pa-
rasceues, id est, vigilijs, in quibus præpararen-
tur ea, quæ opus erant ad festū. Ego autem, vt
exiguitatem ingenij fatear, valde miror quo-
modo Burgenis vel alius locum istū aduer-
sus nos obmoliatur. Enimuerò pasceue no-
men græcum est, idè proprie significans, quod
præparatio: hæc autem præparatio nullius
prorsus festi erat, præterquam sabbati. Cuius
ratione iam supra explicuimus: videlicet, quod
nullum erat festum, in quo non liceret para-
re cibaria, præter sabbatum. In die enim pri-
ma paschatis, vt Exodi. 12. legitur, licebat pa-
rare cibaria, & à fortiori in die pentecostes, &
expiationis, & in festo tabernaculorum: para-
sceue autem non erat nisi præparatio eorum
ciborum, quo sequenti die manducaturi erant.
Vnde simpliciter idè erat pasceue, quod fe-
ria

Matth. 26.

Nouum argu-
mentum.

Ioan. 19.

Reprobatio.

Pasceue.

DEUT. 15.

Argumen-
tum.

Contra Burg.

Augustinus

ria sexta: siue illa festum esset paschatis, siue
profestum. Clare hoc docet Marcus capit. 15
dicens, Quia erat pasceue, quod est ante
sabbatum. Est autem periphralis, quasi dixisset,
Erat pasceue, quod nihil aliud signifi-
cat, quam diem ante sabbatum proximam.
Et Lucas capitulo vigesimo tertio. Et dies e-
rat pasceues, & sabbatum illucescebat. Igi-
tur apud Ioannem per pasceue paschæ, mani-
festum est, vt non intelligatur vigilia paschæ
sed pasceue sabbati, quæ incidebat in pas-
chate. Quali dixisset feria sexta paschæ: & de
postera die dixisset, quod erat sabbatum pas-
chæ. Atque id paulò inferius ostendit Ioan-
nes absolute nominans pasceue. Ait enim
Iudæi ergo, quia pasceue erat, ne manerent
in cruce corpora sabbato. Si autem intel-
lexisset pasceue paschæ, subiunxisset, ne
manerent in cruce corpora paschate. Vnde
in fine capituli absolute etiam dixit, Propter
pasceuen Iudæorum: quasi illud esset no-
men celebre ferie sextæ. Sed arguis, Si fe-
ria sexta fuisset dies paschatis, tam indecens
esset tunc pendere corpora in cruce, quam
sabbato. Profectò non erat: nam & si prima
dies paschæ esset valde celebris, multò erat
tamen celebris sabbatum. Atque eam ob
rem quauis arbitrati se obsequium præsta-
re Deo homicidium in die paschatis procu-
rassent, non autem ausi sunt sacrosanctam
venerationem sabbati polluere. Et hoc est,
quod addit euangelista. Erat enim magnus
dies ille sabbati. Quapropter non dicebatur
magnus, vt fautores contrarie opinionis cen-
sent, quia esset primus dies paschæ, sed vt
Magister hystoriarum, & Innocentius, ac
Sanctus Thomas & omnes aiunt, propterea
quod sabbatum quocunq; die paschatis inci-
deret, duobus erat nominibus celeberrimum:
videlicet, & quia sabbatum, & quia pa-
schale. Vnde quod Burgenis illic propter
allusionem ad pasceuen paschæ affirmat:
nempe, in Hebræorum hystorijs referri Chri-
stum fuisse passum in vigilia paschæ, certè
non est credendum, nisi sit hystoria post Chri-
stum passum ab illis conficta. Complura e-
nim quæ illic Burgenis affirmat, sine proba-
tione relinquit: sed vult, vt eorum sibi adhi-
beatur fides. Vnum autem verbum Augu-
stini fateor negotium faceffere, vt soluat.
Tractatu enim. 120. super illud verbum Ioan-
nis, quod Christus propter pasceuen Iu-
dæorum in proximo monumento conditus

fuit, subdit hæc verba. Acceleratam vult in-
telligi sepulturam, ne aduerseretur, quan-
do iam propter pasceuen, quam cœnam
puram Iudæi latine vsitatius apud nos vo-
cant, facere tale aliquid non licebat. Vbi infi-
nuare videtur, quod cœnam illam illa nocte post
Christi sepulturam facturi erant. Responde-
tur nihilominus primum, quod non intelli-
go interpretamentum Augustini: videlicet,
quod pasceue significet cœnam, cum sit notis-
simum non significare nisi præparationem.
Nisi forsitan significatum illius, quod est pas-
cha siue phase attribuerit nomini pasceue.
Pascha enim, vt ipse super Ioan. cap. 13. & Hie-
ronymus super Matthæum cap. 26 aiunt, non est no-
men Græcum, vt significet passionem, sed
Hebraicum idem significans, quod transi-
tus. Quod quidem designare voluit dicens.
Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quod
venit hora eius, vt transeat de hoc mūdo ad
patrem. Idemque significat phase, iuxta illud
Exodi. 12. Est enim phase, id est, transitus do-
mini. Illa enim nocte transiit angelus per A-
gyptum percutiens primogenitos: pertran-
siens autem Iudæorum domos sanguine ag-
ni rubricatas. Sed quoniam festum incipie-
bat ab agni cœna, phase accipitur pro ipsa
cœna & generaliter pro conuiuio. Attamen
vt ad Augustinum reuertamur, non ait ipse,
quod illa nocte essent facturi cœnam illam
puram (interpretamentum enim cœnæ in pa-
rentesi ponit) sed quod propter pasceuen
non licebat post solis occasum sepelire mor-
tuum. Quare iustius duxerunt in die pascha-
tis illum sepelire, quam in sabbato propter
sollemnissimam diei celebritatē. Et quod Au-
gustinus non intellexerit Iudæos illa nocte cœna-
turos, cōfiteatur palam in epist. citata ad Cas-
sul. circa finem, vbi ait, quod feria. 5. cuius nocte
incipiebat primus dies azymorum, (atque adeò
qua Iudæi cœnabāt) Christus quoque cœnauit.
Alia adhiberi solent minutiora argumēta,
quæ Magist. hysto. & Innoc. atque alij referen-
tes dissolunt: nempe, quod illa die multa facta sunt
quæ non licebat facere in die festo. Ait enim
Lucas cap. 23. quod mulieres sepulto Christo re-
uertentes parauerunt aromata, sed sabbato
siluerunt, vt prima sabbati vngerent corpus
Iesu. Parare aut aromata non licebat in prima
die paschæ. At verò Marcus capit. 16. dictum
Lucæ interpretatur dicens, quod cum transiret
sabbatū sedule illæ mulieres emerunt aromata
Quare Lucas non intellexit pasche illa feria
sexta

Pascha &
phase.

Minutiora
argumenta.

sexta, sed sabbato post occasum solis. Præterquã q̄ profectò in prima paschatis sicut licebat cibos emere & parare, licebat quoq; forte coemere aromata, atq; id gen^o alia. Ad id aut̄ qđ adicitur, illa scilicet die fecisse Iudeos opera feruilia, quę nõ licebãt in pascha te vt accusare Christũ, flagellare, angariare Simonem Cyrenęum venientem de villa. Respondetur primũ Iudeos nec Christum flagellasse, nec crucifixisse, sed gentiles, qui erãt Pilati ministri. Quod autem ipsum comprehenderunt, duxeruntq; ad Pontifices & ad Pilatum, fuit quia (vt dictum est) religionis officium existimabant, hominem, qui faciebat se Deum, de medio etiã in festo tollere.

Angariatio Simonis.

Quod verò angariauerunt Simonẽ non magno opere nobis repugnat. Veniebat enim de villa, quæ erat forte intra spacium, quò poterant in festo, atq; eo maxime, quod non erat sabbatum, peragrarẽ. Angariare verò non significat simpliciter cõducere, sed vi cogere. Vnde forsã ille renitebatur, ne rẽ iniquam faceret, sed fuit compulsus, & forsã ab ipsis Romanorum ministris.

Dubium.

¶ Igitur vt ad literam S. Thomę reuertamur. Dubium apparet corollarium tertię conclusionis, quo ait presbyteros Græcorum peccaturos, si in azymo conficerent, perinde ac Latinos, si conficerent in fermentato. Scot^o nanq; dist. 11. q. 3. & Palud. q. 1. art. 4. hanc sententiam non approbant, imò aiunt, Græcos quia schismatici in hac re sunt, grauius peccare conficientes in fermentato. Atqui Scotum sequitur Gabriel, alijq; eius discipuli. Et re vera non absq; aliquo rationis colore. Errant enim Græci dicentes Christum confecisse in fermentato. Vnde Innocent. loco supra citato illorum morem in fermentato consecrantium reprehendens, ait, quòd ecclesiam Constantinopolitanam multarum hereserũ corruptio fermentauit, alludẽs ad illud Apostoli. 1. Cor. 5. Modicum fermentum totam massam corrupit. Quare subdit quod cũ pascha nostrum immolatus fuerit Christus, iam epulemur non in fermento veteri, neque in fermento nequitie & malitie, sed in azymis synceritatis & veritatis: insinuans Christum illo pane cõfecisse. Vnde colligi videtur Græcos ceu schismaticos in hac re peccare. Nihilominus profectò concilium Florentinum li-

Concilium Florentinum

tem hanc dirimit, vbi Eugenius conciliã Armenos, qui etiam sunt fermentarij, cum Lati-

nis hoc, quod hic ait S. Tho. decernit dicens. Vnumquẽq; iuxta suę ecclesie, siue orientalis siue occidentalis consuetudinem conficere debere siue in azymo siue in fermentato. Quare vt bene ait hic Caieta. licet Græci sint schismatici arbitantes nos exemplum Christi non sequi, nihilominus quia illis permisum est conficere in fermentato propter similitudinem, quam ait Gregorius: scilicet, quia verbum diuinũ corruptione carnis nostrę vestitum est, non peccant illic presbyteri morem suę ecclesie obseruantes, imò eum tenentur seruare. Idemq; ait prorsus Anselmus in illo tractatu de fermentato, & azymo, quem solius causa disputationis huius composuit, vbi hoc constituit, qđ licet mos noster cõuenientior sit, tamẽ illi nihil agunt contra fidem catholicam.

Caietanus.

¶ Primum argumentum S. Thomę iam supra expeditum est. Secundum autem est, quod Græci, vt ait Innocent. nobis obiiciũt, dicentes nos iudaizare. Arguunt siquidem, azymos fuisse in lege veteri Iudais in vsu, vt Exodi. 12. & Leuiti. 23. legitur: quam quidem nos ceremoniã obseruamus: & cũ ceremoniã illæ fuissent futurorũ vmbre, quasi propositiones aliquid in futurum affirmãtes: sequitur nos similiter illud prænunciare futurum, quod est mendacium. Respondetur autẽ cum Anselmo, & Innocẽtio locis supra citatis, quòd nos nõ vtimus azymo in sacramento tanquam futurorum figura, quasi vestitam legem seruantes. Alioqui & ipsi fermentarij Græci pariter iudaizarent. Præcipiebatur enim Leuiti. 23. vt duo panes primitiarum, qui offerebantur in templo, ex similia fermentata conficerentur. Imò hoc facimus in memoriam præteriti operis Christi, qui consecrans in azymo admonuit nos fermentum ceremoniarum legis veteris abiicere, & synceritatem euangelicam obseruare, iuxta verbum sapiũs citatum. 1. Corin. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaq; epulemur non in fermento veteri, sed in azymis synceritatis & veritatis. ¶ Tertium argumentum itidem est Græcorum. Fermentum significat charitatem, nam sicut illud calore suo totam massam fermentat, cuius subinde panem lapidum efficit, & palato gratum, ita & charitas omnia opera reddit suauia, Deoque subinde accepta: quare Matthæ. 13. regnum cõlorum comparauit Christus fermento.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

to massæ commixto: ergo fermentatum magis est sacramento idoneum. Respondetur, quòd & si fermentum aliquem habeat effectum charitati similem, per se tamen intrinsicè est quid corruptum: id autẽ, quod est per se, est citius considerandum. Vnde Christus Cauete, inquit, à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Quare Innocentius loco supra relato, fermentatum, inquit, Christus quasi minus bonum postposuit, & azymum quasi maius bonum prætulit. ¶ Postremo deniq; arguitur. In baptismo nulla habetur ratio accidentium aquæ, sit ne dulcis an salsa, frigida an calida: ergo neq; in eucharistia debuerunt accidentia panis estimari, sicut neq; aestimatur, quòd vinum sit album, vel rubeum. Respondetur, quòd neque in pane alia considerantur accidentia, quàm fermentum, quod corruptionem dicit: cuius vtq; tanta potest esse corruptio, vt materia esset sacramento inepta.

Innocent.

Quartum argumentum.

ARTICVLVS. V.

Verum vinum vitis sit propria materia huius sacramenti.



Conclusio.

RAEMISSA materia panis, sequitur de vino vtrum requiratur esse vitis. Et respondetur vnica conclusione. Solo vino vitis potest confici hoc sacramentum. Primò propter institutionem Christi: nam in tali vino sacramentum instituit. Vnde vt Matthæ. 26. legitur, post calicis consecrationem subiunxit. Non bibam amodò de hoc genimine vitis &c. Secundò quia sicut dictum est, ad materiam sacramentorum assumitur illud, quod proprie talem habet speciem: vinum autem proprie nec est, nec dicitur, nisi quod ex vuis exprimitur, reliqui vero liquores non nisi per abusum dicuntur vina. Tertio, quoniam huiusmodi vinum huic sacramento germanè congruit, quippe cuius effectus sit spiritualis læticia: nam vt legitur in psalmo, Sicut panis (nimirum triticeus) cor hominis confirmat, ita & vinum (scilicet vitis) lætificat cor hominis. Accedit demum & figura: nam sicut Christus comparauit se grano frumenti, ita & Ioannis. 15. ait. Ego sum vitis vera: atque adeò sicut panis frumenti, ita & vi-

num vitis competens est huius sacramenti materia.

Expositio articuli.

¶ De conclusione huius articuli nullatenus dubitare licet. Est enim decreta de consecratione, distinctione secunda can. in sacramentorum, & canone. Non oportet, & canone In sacramento. qui est concilij Carthaginensis tertij. Vnde & can. Sicut, condemnatur error ille dicentium, quòd sola aqua sufficit. Et capi firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica & in concilio Florentino. eadem sancitur conclusio. Nam quanquam in consecratione euangelica non fiat expressa mentio vini, sicut panis: quia non legitur, nisi, accipiens calicem: tamen nomen ipsum calicis admonet, non habuisse intus meram aquam, sed vinum. Vas enim aqua plenum, aquale dicitur, non calix. Vnde in psalmo. 22. Calix meus inebrians quàm præclarus est: Verbum autem subiunctum, Non bibam amodò de hoc genimine vitis vsq; in diem illum &c, rem apertius explicat. Vbi Chryostomus. homilia. 83. de genimine, inquit, vitis, quę certè vinum, non aquam producit. In quo hære fun corũ euellere voluit, qui aqua in his mysterijs vtuntur. ¶ Similis ergo illi in præsentiarum conclusio præfigitur, quam de pane triticeo posuimus: scilicet, qđ omne & solum vinum vitis est materia necessaria huius sacramenti, non perscrutando an vinũ sit species specialissima, an verò genus subalternũ quia in euangelio nihil aliud habetur. Quocirca in can. In sacramento, sicut determinatur, qđ panis debet esse ex frumento, ita qđ vinum sit ex vuis. Quapropter vinũ malogra natorũ, aut mororũ, vt ait S. Th. in solutione primi argumẽti, nõ est idonea materia: quia illa nõ sunt vina, sed per defectũ vini sunt introducta. Quare neq; de Sidra, quę fit ex pomis, neq; de ceruisia potest sacramentũ confici. ¶ Quòd si quæras, vtrũ sint species vitis plures sicut frumẽti, respõdetur verisimile esse, oẽs esse eiusdẽ speciei, licet habeãt accidentia plurimũ distãtia, & vinũ vino lógissimè præstet. At parũ refert, sic differãt necne, dum modò sint verę vites vuarũ viniq; feraces. Legitur enim Canticorũ. 1. vineę Engaddi, vbi nascitur balsamum: at verò licet sic per similitudinem vitium dicantur, non tamen sunt vites, nisi equiuocè, sed aliud genus fructificũ. ¶ De liquoribus autẽ, qui ex vite proueniũt, dubitari potest. Et primũ de aceto arguit

Chryostomus.

Vinum vitis.

S. Tho.

S.Tho. secundo loco. Acetum est quaedam species vini, quae de vite sumitur, ut ait Isidorus: sed de aceto non potest confici sacramentum: ergo non omne vinum est apta materia. Immo lib. 4. de officio missae cap. 30. ait, vinum acidum, quod appellatur acetum posse esse materiam huius sacramenti. Quem utique Alex. 4. part. q. 32. memb. 8. refert, subindeque Isidorum & Galenum ad examinandum an in aceto tanta fiat corruptio, ut desinat esse vinum. Haec autem questio non incumbit theologo. Satis est dicere, quod quando vinum per corruptionem fit perfecte acetum, non est materia sacramenti. Primum, quia est maximum argumentum mutare speciem, cuius indicium ut ait Aristot. 8. Metaphysicae est, quod sicut a privatione in habitum, sic ab aceto in vinum impossibilis est regressus. Deinde quia siue speciem mutet siue secus, non est vinum. Potest tamen vinum servata sua specie acescere: quare in vino acido fieri potest consecratio. Et hoc est, quod dicere voluit Innocentius. At vero quando est notabile dubium an sit acetum, graue peccatum est, sacramentum tali periculo committere: sicuti & panem adeo corruptum consecrare, de quo ambigitur sit ne iam verè panis. Atque hanc ob rem species consecratas vini non est in usu ecclesiae adseruare, sicut species panis: quoniam dum sic acceperent, ut species essent aceti, designaret illuc esse sanguis. Ex his sit consequens, glossam illam canonis sicut in sanctificando, de consecra. dist. 2. quae ait, acetum, dum modò factum sit ex vino esse materiam sacramenti nullatenus esse audiendam: imò si talis consecratio contingeret pro nulla esset habèda.

Tertio arguitur. Sicut de vite sumitur vinum depuratum, ita & agresta, & mustum: sed de istis non potest fieri consecratio: ergo non omne vinum est apta materia. Respondet, agrestam non esse materiam: quia sicut acetum est vinum corruptum, ita & agresta in via est generationis ad vinum, quae eius speciem non attingit. Itaque de agresta idem est habendum iudicium, quod de aceto. In principio namque certissimum est non esse vinum, in progressu vero dum vuae maturescunt, res fit dubia: quare tunc licet forsitan sit vinum, est tamen graue peccatum in re dubia consecrare.

De vuis autem dubitare quis posset an sint consecrabiles, propterea quod iam vinum est, quod latet in illis, & in sexta synodo, ut legitur can. Didicimus, de consecra. dist. 2. com-

*Reprobatur
glossam can. si-
cut.*

*Tertium ar-
gumentum.*

De vuis.

memoratur ritus quarundam ecclesiarum, ubi sacerdotes vvas simul offerebant in altari, & cum sacramento corporis simul dispensabatur populo. Et quauis praecipitur ne id fiat, permittitur tamen ibidem, ut post oblationem corporis, vvas seorsum benedictas populus, qui petierit, accipiat, & fructuum gratias agat: ergo vuae possunt consecrari. Et confirmatur. Mustum est consecrabile: si autem in calice cum musto miscerentur vvarum folliculi, quauis indecens esset nihilominus mustum consecraretur: ergo & mustum conclusum in grano vuae est consecrabile. **N**egatur haec vltima consequentia, quia mustum non est consecrabile nisi sub specie potabilis vini: antea vero quam exprimatur ex vua nec est mustum, nec vinum, & forte differt specie ab ipso postquam expressum est: nam est continuum folliculo, & corpusculis internis vuae, sicut caro cum neruis & pelle animalis. Quare tota vua non est potus, sed cibus differens specie a musto. Sed arguis, facillima illa expressio vuae non videtur mutare speciem: ergo vua & mustum non differunt specie. Negatur consequentia, quia vua (ut modò dicebamus) plura continet quam mustum. Vnde per illam expressionem fit purus liquor, sicut per contusionem amygdalorum, & nucum fit lac & oleum differens specie ab ipsis contusis. Secundò adicitur, quod quauis vua posset esse tam matura, ut aliqua particula musti illic includeretur eiusdem speciei, ac si esset expressa, non tamen est illic potabilis, sed comestibilis. Ad canonem autem citatum respondetur, quod vuae illae, quas populus accipere, si vellet, permittebatur, non censentur fuisse consecratae, sed benedictae ad referendum gratias Deo de fructibus terrae. **A**t verò de musto nemini dubium, quin possit fieri consecratio, est enim verè vinum, vteius dulcedo testatur, atque completa digestio per calorem naturalem, ut quarto Meteororum autor est Aristoteles. Quauis non sit vsque adeo perfectum vinum propter defectum decoctionis, quae fit postmodum in dolio. Quare & in hoc errat dicta glossa super can. Sicut negans mustum, quousque per huiusmodi concoctionem incipiat esse vinum, esse consecrabile. Enimvero Iulius papa. can. Cum omne ead. dist. permittit, ut botrus vvarum tempore necessitatis exprimatur in calice, & permixta gutta aquae fiat consecratio. Verumtamen nisi necessitas ad id perstringat, non est huiusmodi

De musto.

*De alijs vini
generibus.*

De lora.

*De congelato
vino.*

di mustum recentissime expressum consecratur, propter commixtionem, quae illic fiet grossarum particularum vuae, quae non sunt vinum. Per haec iudicare non est difficile de vini generibus, quae ex aromatibus & melle conficiuntur. Si enim tam tenuis esset mixtio, ut verè maneret substantia vini, consecrabile esset: si verò tanta esset commixtio, ut corruptio fieret vini, non esset consecrationi idoneum. Ob idque peccatum est de huiusmodi artificiatas vinis consecrare propter periculum. **E**dem de Lora, seu acinacio vino dicendum, quod ex acinis semel compressis infusa aqua exprimitur. Tam parum enim posset aquae commisceri (veluti diximus de granis tritico commixtis) ut species vini seruetur, & tantum, ut corrumperetur: quocirca non potest sine periculo de eiusmodi fieri consecratio. Et quandoque certum esset consecrationem fuisse cassam. **Q**uid autem de vino congelato: nam nonnunquam accidit, ut congeletur? Et dictum est baptismum non posse fieri in gelu. Respondetur, congelationem posse fieri adeo exiliter, ut maneret vinum, & tunc posset consecrari. Nec est simile in baptismo: nam in gelu non potest fieri ablutio, licet possit fieri consecratio. Sed vsque adeo posset indulescere, ut desineret esse vinum, & transfiret in formam lapidis. Cuius signum esset, quod si postea liquefieret, non haberet vini virtutem. Esset ergo immane sacrilegium gelu consecrare, nisi calore liquefactum documentum praebere esse vinum. Quare idem experimentum sumendum est, ubi species consecratas contingeret congelari. Si enim postea liquefacte specimen praferrent vini in sapore, testimonium esset, illic esse sanguinem. Si autem talem colorem & vigorem non seruarent, non esset sanguis. Nihilominus propter periculum cum veneratione essent sumendae.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum aqua sit vino permiscenda, quae in ipsum conuertatur.



Prima conclusio.

QUOD VINUM solum sit, quod transubstantiatur in sanguinem, mixtio aquae dubium offert triplex. Congruit namque tres articulos aquae, propter eorum connexionem in vnum tribus conclusionibus perstringere. **Q**uare prima est. Vno quod offer-

tur in hoc sacramento, debet aqua permisceri. Eaque primò autoritate Alexandri papae de consecra. distinct. 2. can. 1. probatur dicentis. In sacramentorum oblationibus, quae inter missarum solennia Domino offeruntur, panis tantum & vinum aqua permixtum in sacramentis offerantur. Cui quatuor rationes subiunguntur. Prima, quia sic Christus probabiliter creditur consecrasse: scilicet, lymphatum vinum propter sobrietatem secundum patrum morem, unde Prouerb. 9. Bibite, inquit, vinum, quod miscui vobis. Secundò, propter representationem dominicae passionis, qua ibidem idem pontifex subnectit. Non enim debet, inquit, in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permixtum: quia vtrumque ex latere Christi, in passione sua profluxisse legitur. Tertia, quia ad significandum effectum huius sacramenti illa conuenit permixtio: per illam enim vno designatur quae sit populi Christiani ad Christum. Vnde Iulius papa can. Cum omne, ea. d. Videmus, inquit, in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi: ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Quarta, quia hoc vltimo effectui sacramenti competit, qui est introitus in vitam aeternam. Vnde Ambrosius in lib. de sacram. Rudundat aqua in calice, & salit in vitam aeternam. **S**ecunda conclusio. Appositio aquae non est de necessitate sacramenti. Probatur primò autoritate Cypriani papae can. Scriptura. de cose. d. 2. vbi ait, quod si aliquis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non obseruauit, ut scilicet aquam vino misceret in sacramento, potest simplicitati eius venia concedi. Quod quidem si mixtio esset necessaria nunquam dixisset. Supponitur autem & autoritati ratio. Iudicium enim sacramenti, cum sit sacrae rei signum, ex re ipsa sumendum est, quae significat: appositio autem aquae ad vinum refertur ad significandum participationem sacramenti huius a fidelibus, quatenus per aquam vino mixtam, populus significatur (ut dictum est) Christo adunatus. Sed & hoc ipsum quod de latere Christi aqua profluxerit ad eundem sacramenti usum refertur, quatenus per aquam ablutio peccatorum designatur, quae per passionem fit vsus autem sacramenti, quo a fidelibus participatur (ut supra ostensum est) non est de necessitate sacramenti, quippe quod in sola materiae consecratione consistit, sed est quod consequens ad sacramentum: ergo admixtio aquae huiusmodi vsui representans non est de necessitate sacramenti. **T**ertia

Secunda conclusio.

Tertia cōclū. Tertia cōclū. Semper tutius est parum de aqua apponere. Probatum primo auctoritate Honorij tertij capit. Perniciosus. de celebra. missa. ubi ait. Perniciosus in tuis partibus inoleuit abusus: videlicet, quod in maiori quantitate de aqua ponitur in sacrificio quam de vino: cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesie generalis plus sit in ipso de vino, quam de aqua ponendum. At verò quoniam aquae quantitas inde dependet, ut constet quid de illa aqua fiat, commemorat D. Tho. tres opiniones, quas Innoc. capit. cum Martha. refert. de celebrati. missa. fuerunt enim qui dixerunt, aquam vino commixtam peracta cōsecratione seorsum manere. Haec autem opinio vera esse nequit quoniam per cōsecrationem nihil aliud sub speciebus sacramentalibus permanet, quam corpus & sanguis Christi, dicente in libro de sacramētis Ambrosio. Ante benedictionem illa species nominatur, post benedictionem corpus Christi designatur. Atque idem est de sanguine. Alioqui non totum adoratione patrie adoraretur. Secunda opinio fuit quorundam dicentium, quod sicut vinum trans substantiatur in sanguinem, ita & aqua in illam, quae de latere Christi effluxit. Sed neque hoc veritati consentaneum est, aliis deberet seorsum aqua, sicut per se vinum, consecrari. Tertia demum, eademque ut ipse ait potius, certissima est sententia, quod aqua prius in vinum conuertitur, ac subinde vinum in sanguinem. Hinc ergo colligitur conclusio nostra, si enim aqua debet apponi, ut conuertatur in vinum, sit ut quanto minus apponatur aquae, tanto sit tutius, tunc potissimum quando vinum debile est & tenue. Nam tunc tanta posset esse aquae permixtio ut vini substantiam exhalaret. Unde merito, Iulius papa can. citato Cum omne, de consec. dist. 2. illos reprehendit, qui pannum lineum musto intinctum propter inopiam vini totum annum seruabant, & postmodum aqua illum lauantes de illa conficiebant sanguinem. Illud quippe nec erat vinum, nec inde sacramentum conficiebatur.

Expositio articuli. Circa primam cōclū. admonet Caieta. ne quis arbitretur grecos calicem domini absque aqua offerre. Hic enim, inquit, ut ex concilio Florentino constat, Armenorum ritus est. Attamen Innoc. lib. 4. de officio missa. cap. 3. 2. & Graecis eundem ritum inpingit. Graeci enim & Armeni, ut in fermento

tato conficiunt, ita etiam & in hoc forte conueniunt, quod aquam calici non infundunt. Est tamen iam veritas haec extra cōtrouersiam catholica, ut de consecra. distin. 2. per septem primos canones decernitur, & de celebra. missa. cap. Cum Martha. & cap. In quadam, ac demum in concilio Florentino. Et Cypria. lib. 2. epistolarum. epistola. 3. ex qua desumpti sunt illi canones citati sicut, & can. Scriptura illam tertiam rationem, quam arti. 6. facit S. Thom. late differit, dicens, aquarum nomine populos designari, iuxta illud Apocalip. 17. Aquae, quas vidisti, populi sunt. Et quidem Armachanus libro. 9. cap. 9. arbitratur hanc aquae mixtionem constitutionem fuisse Alexandri, ut patet in can. citato primo, de consecra. distin. 2. qui fuit pontifex à Petro quinto tempore Adriani, nempe trigesimo quarto anno post obitum Ioannis euangelista, à quo praesumitur, inquit, illam ceremoniam accepisse. Veruntamen non est dubitandum, quin apostoli ab ipso Christo illa acceperint, moreque seruauerint, & lege successoribus traderint. Arguit ergo S. Thom. primo loco quod Melchisedeh, qui typum gessit sacerdotij Christi, non legitur Genese. 14. obtulisse nisi panem & vinum. Respondet tamen quod etiam fuit hoc sacramentum designatum in aqua quae in heremo fluxit de petra, secundum illud, 1. Corinthio. 10. Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra. Et ideo aqua admiscenda est vino, sicut admiscetur farinae, ut fiat panis. Diuersa autem ratione aqua sumitur in baptismo, & hic. Quoniam illic est de necessitate ablutionis, hic autem de congruentia refectionis. Haec S. Thomas in argumentis. De secunda vero cōclū. an mixtio aquae sit de necessitate sacramenti, dubitatio est aliquantulo maius. Nam Armachanus loco citato videtur sentire, esse necessariam propter nonnullas canonum auctoritates, quae id videntur sonare, sed potissimum in eius fauorem arguitur, quod si Christus sic consecrauit, consecrareque subinde instituit, apparet eiusmodi mixtio necessaria: quandoquidem necessarium est eius exemplum sequi. Veruntamen his non obstantibus Innoc. loco citato. lib. 4. cap. 3. 2. ait non esse de essentia, allegans Cypriani sententiam, quae hic citatur can. Scriptura: scilicet dandam esse veniam ijs, qui aquam non apponunt. Et re vera ratio S. Thomae est optima. Videlicet, quod cum mixtio haec

Ratio opti.

haec non fiat nisi ad representanda illa, quae non sunt de essentia sacramenti (quae in consecratione consistit) sed ad usum pertinentia, fit ut neque ipsa mixtio sit de essentia. Et accedit manifesta ratio: nam si aqua, ut inquit Innocent. in vinum debet conuerti antequam fiat consecratio, non est magis de essentia apponere guttam aquae, quam vino vinum addere. Unde ad argumentum respondetur, quod non quicquid Christus inter consecrandum obseruauit, est de essentia sacramenti: sed tantum materia, forma & intentio: materia autem est vinum, ut nomina calicis & geniminis vitis euangelica admonent. Nomine autem vini non comprehenditur aqua.

Colligitur ergo ex his duabus conclusionibus mixtionem aquae non esse quidem de necessitate sacramenti, sed tamen de necessitate praeccepti, quod re vera obligat sub reatu mortali, nisi forsitan ex oblivione omittatur. Est enim mos ecclesiae solennissimus. Unde in concilio Florentino solus panis triticus, & vinum de vite ponitur tanquam necessaria materia. Subiungitur verò, quod ante consecrationem aqua modicissima misceri debet. Vbi verbum (debet) solam praeccepti necessitatem designat.

Secundum argumentum.

Instruit ergo primum argumentum Sancti Thomae ex verbis Cypriani, quae referuntur in can. Sicut. Nec tamen Cyprianus ait sicut, sed sic. Extant enim (ut diximus) lib. 2. epistolarum eius, epistola. 3. ubi ait. Sic calix Domini non est aqua sola, & vinum solum, nisi vtrumque miscetur: quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi vtrumque (scilicet farina & aqua) fuerit adunatum. Aquae verò admixtio cum farina est de necessitate panis consecrandi: ergo & admixtio aquae cum vino. Similia ferè sunt verba Iulij can. Cum omne, scilicet. Non potest calix Domini esse aut aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque miscetur. Respondet D. Thom. eodem pacto, quo Innocentius loco citato, quod verbum Cypriani intelligitur eo pacto, quod id dicitur fieri non posse, quod conuenienter fieri non potest. Si enim non apponeretur aqua, esset peccatum. Quare similitudo cum aqua in farina non est omnimoda: nam panis est sacramento necessarius, & mixtio aquae necessaria itidem conficiendo panem. At verò licet sacramento sit necessarium vinum, tamen quod aliqua eius particula fiat per cōuersionem aquae in ipsum, non est de essentia. Secundo

arguitur. In passione Domini, cuius hoc sacramentum est memoriale, sicut de latere eius exiit sanguis, ita & aqua: sed vinum ratione sanguinis est necessarium: ergo paritate aqua. Est argumentum Martini papae can. Non oportet, e. d. Respondet autem D. Tho. non eadem rationis necessitate sanguinem & aquam ex latere Christi emanasse: sanguis quippe directe ad ipsam passionem pertinebat. Est enim naturale vulnerato corpori humano sanguinem emittere: effusio autem aquae non erat sic de necessitate, sed ad demonstrandum effectum passionis congrua, qui est tum ablutio à peccatis, tum & refrigerium contra carnalem concupiscentiam. Et ideo aqua non consecratur seorsum (ut in tertia conclusione dictum est) sed vino admixta, ad denotandum esse de necessitate aqua verò ad representandum populum deseruire, qui conuertitur in Christum, sicuti aqua in vinum. Tertio arguitur. Si aqua non esset de necessitate sacramenti, quaecumque apponeretur sat esset, ut rosacea, aut eiusmodi quavis alia: ecclesia autem non utitur nisi vera aqua: ergo illa est necessaria. Respondet tria. Primum, quod cum aqua non sit necessaria, nihil refert ad necessitatem sacramenti quae aqua miscetur vino, siue naturalis siue artificialis. Secundo ait, peccatum esse apponere aliam aquam quam veram: & profecto arbitror esse mortale, propter significationem, quia de latere Christi non fluxit nisi vera aqua, non autem humor phlegmaticus, ut aliqui dixerunt. Quae quidem aqua documētum perhibuit Christi corpus fuisse cōpositum ex quatuor humoribus, ut Innocentius ait cap. In quadam. extra de celebra. missa. quod supra distinctio. 3. artic. 4. satis expositum est. Tertio ait, quod de aqua admixta farinae diuersa est ratio: nam cum sit de necessitate panis, requiritur aqua naturalis: quare si ex rosacea, vel alia artificiali commasseretur panis, non esset consecrabilis. Caietanus verò hoc in dubium reuocat, imò in contrariam partem flectitur. Ait enim quod cum ad materiam sacramenti non sit necessarium nisi panis, considerandum est, vtrum ex aqua artificiali, quae est herbarum succus, possit confici verus panis. Et applaudit parti affirmatiuae: nam aqua, inquit, non est materia permanens in pane, sed calore ignis exhalatur: & ideo panis ex quacumque fiat aqua, potest esse eiusdem speciei.

At

At verò opinio hæc non est tuta, neque vlllo pacto esset talis licentia concedenda. Et Paluda. dist. II. q. I. circa finem contrariū tenet.

Argumenta. Tertia demum conclusio, quòd aqua in ea quãtitate est miscenda, quæ facillè possit transire in vinum, extra controuersiam est, vt In noc. cap. Cum Marthæ. decernit. Quapropter ex paucitate aquæ nullum potest creari periculum: imò quanto minus miscatur, tanto tutius est, etiam si sit sola gutta, dum modò sit aqua. Nam tã exilis potest esse gutta, vt non sit nisi ros? Sed tamẽ ex magnitudine periculum offertur: nam si tanta esset, quæ non posset conuerti in vinum, solum vinum consecraretur, & ipsa maneret illic in substantia aquæ, quod esset plebẽ seducere, quæ adorat quicquid substantiæ sub illis accidentibus recõditur, tametsi per ignorantiam ab idololatria excusaretur. Igitur sacerdos immane sacrilegium cõmitteret, præsertim si prudẽs & sciẽs id faceret. Quare dũ apparet aquæ plus iusto effusum, debet calix effundi, & iterum vinum cum pauciori aqua infundi. At qui in ordine nostro, & aliis ecclesiis mos seruatur statim ante introitũ missæ calicem miscere, vt tẽpus suppetat aquæ in vinũ conuertendæ.

Argumenta. S. Thomæ sunt huiusmodi. Si erit sanguis ex corpore, Christi, ita & aqua sensibiliter exiuit. Ait enim Ioan. c. 19. Qui vidit testimoniũ perhibuit: exigua verò aqua non est sensibilis. Item multa aqua vino admixta corrumpitur: quod autem corruptum est, perinde habet ac si non esset: ergo debet in notabili quantitate adiungi. Item tertio, quia si tam parum sufficeret, satis esset in toto vegete guttam aquæ infundere, ex quo postea hauriretur consecrandũ vinum: quod apparet ridiculum. Ad primũ respõdetur, satis esse quòd sentiatur aqua dum apponitur, licet post cõuersionem in vinum non sentiantur. Ad secundũ dicitur, quòd si non apponeretur, periret significatio: cum autẽ apponitur, & corrupta cõuertitur in vinum, significat populum in corporari Christo. Ad tertium deniq; respondetur, quod mixtio non debet fieri in vegete aut lagena, sed in ipso calice, vbi consecratio adornatur.

Alioqui non seruaret significationem populi per hoc sacramentum adiuuandi Christo.

in Quart. Sentent.
QVAESTIO. SECVNDA,
 De conuersione panis & vini in corpus & sanguinẽ Christi.

S. Tho. 3. part. quæst. 75.

ARTICVLVS. I.

Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.



EXPEDITA quæstione de materia sacramenti, ex ordine proximè sequitur altera de eius conuersione in corpus. Cuius vtiq; primus articulus, qui vt fundamentum toti quæstioni substernitur, est, vtrum corpus secundum veritatem existat in hoc sacramento. Quæ quidem quæstio eandem includit de sanguine. Et S. Tho. vnica responderet bimembri cõclusionem, nec satis ad formam: quare in virtute alterã præsupponit. Sit ergo prima conclusio hæc. Verum corpus Christi est sub speciebus panis, & verus sanguis sub speciebus vini. Secunda. Mysterium hoc huius sacramenti sensu deprehendi non potest, sed sola fide, quæ autoritati diuinæ innititur. Probat vtranq; ribus sanctorum autoritatibus, deinde rationibus itidẽ tribus. Ait enim Cyrillus super illud Lucæ. 22. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Non dubitẽs an hoc verum sit, sed potius suscipe verba saluatoris in fide: cum enim sit veritas, non mentitur. Et Hilarius. 8. de trinitate. De veritate, inquit, carnis & sanguinis Christi nõ est relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipseus domini professione, & fide nostra caro eius verè est cibus, & sanguis eius verè est potus. Et Ambrosius lib. 6. de sacramento. cap. I. Sicut verus Dei filius est dominus Iesus Christus: ita vera Christi caro est, quã accipimus, & verus sanguis eius est potus. Prima autem ratio inaccessẽ huius veritatis sumitur ex prælatura legis nostræ respectu veteris. Hoc enim sacrificiũ in lege illa fuit tãtum in figura agni paschalis, & aliorum rituum, iuxta illud ad Hebræos. 10. Vmbra habens lex futurorũ bonorum, non ipsam rerum imaginem. Decuit ergo vt in sacramento per Christum Dei filium institutum plus longè cõtineretur: nempe,

Prima cõclusio.

2. conclusio.

Hilarius.

Ambrosius.

1. ratio.

pe,

pe, vt Christus ipse passus, nõ solum in significatione & figura, sed in rei veritate. Quamobrem Dionys. scap. 4. ecclesiasticæ hierar. cõset ipsum perfectiũ omnium aliorũ sacramentorum. Secundò hoc fuit & ipseus Christi charitati congruens, ex qua pro salute nostra corpus verum nostræ mortalitatis assumpsit. Est enim amicitia proprium & natiuũ (quod Philosophus. 9. Ethico. ait) vt sibi inuicem præsentiam suam corporalem Christus in præmiũ repromittit, dicẽs Matth. 24. Vbi fuerit corpus, illic congregabũtur & aquila. Igitur ne nos interim in hoc peregrinationis exilio sua corporali præsentia destitueret, nos sibi per veritatem corporis sui & sanguinis quotidie in hoc sacramento cõiungit. Vnde Ioan. 6. Qui manducat, inquit, meam carnẽ, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in eo. Quò sit, vt sacramentum hoc propter familiarem coniunctionem Christi ad nos sit tum maximæ charitatis signum, tum & nostræ spei subleuamen & robur. Tertio & perfectioni fidei nostræ id fuit cõgruentissimũ: quæ quidẽ fides & de diuinitate Christi est, & de eius humanitate, secundum illud Ioan. 14. Creditis in Deũ, & in me credite. Etenim quoniam fides est inuisibile, oportuit, vt si cut suam nobis diuinitatem inuisibiliter exhibuit, ita & in hoc sacramento suam carnem inuisibili modo perhiberet. In calce demũ articuli subiungit damnatam hæresim cõtrariam Berengarij, qui huiusmodi rationes minimè animaduertẽs, dixit corpus & sanguinẽ Christi non esse in hoc sacramento, nisi in signo, quod est tanquam hæreticum abiiciendum: vt pote assertionibus Christi aduersum Matth. 24. & Luc. 22. Hoc est corpus meum, & Hic est calix sanguinis mei. Quapropter hæreticus ille compulsius postmodum fuit suam hæresim retractare, & veritatẽ cõfiteri. Quæstio hæc solennis est, & tractatu dignissima: nam vt est sapissimè ab ecclesiæ hæresim eorum damnata, & sepulta, qui huius sacrosancti mysterij veritatem negant, ita est frequentissimè per alios atq; alios hæreticos ab orco reuocata: neque tempora nostra ab hac calamitate & tempestate libera sunt. Hostis enim ille antiquus, qui ab initio mēdax fuit, & pater mēdacij, inter omnia orthodoxa fidei sacramenta inaccessã huius maiestati, & veritati infestissimus est: quare nunquam nõ illam labefactare cõtendit. Etenim quoniam

superbia eius ascendit semper, fit vt Deo cõprimis iniudeat, quòd tanta ueneratione in hoc sacramento colatur & adoretur: & sacerdotibus, quòd ea donati sint facultate, quam angeli non meruerunt, vt creatas substantias in corpus & sanguinem Dei trãformare valeant, & cunctis sumentibus, quod illas vires hinc identidem resumãt, quibus eius nequissimos incurfus propulserunt: & ecclesiæ, quòd eo pacis vinculo per hoc sacrum mysterium conglutinetur, quam ipse in cœlo & in terra perturbare semper conatus fuit: & quod per hoc demum viaticum ad illam gloriam capessendã prouehamur, de qua ille fuit suo merito deturbatus. Sex igitur errores, vt Tho. V. Valden. aduersus Vitellium tomo. 2. de sacramento eucharistiæ aduersus Oecolampadiũ cap. 19. & Iodocus Clithoueus lib. de sacramento eucharistiæ aduersus Oecolampadiũ cap. 1. referunt in ecclesia ab eius incunabilis de hoc sacramento oborti sunt. Prima enim hæresis (sic enim eam super psalmum. 54. & iterum super psalm. 98. appellat Augu. & refertur de consecrat. dist. 2. can. Prima quidem.) Prima inquam fuit eorũ, qui, vt habetur Ioan. 6. audientes ab ore Christi, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis, stupuerunt arbitrati, quod deberent carnes ipsas Christi, vt in macello bouinæ laniantur, deuorare: & ideo murmurarũt dicentes, durum esse sermonem. Hæc autem improprie dicitur hæresis circa hoc sacramentum: quippe, quæ uidente Christo antequam illud institueret, accidit. At quoniam hæresis idem est quod abscissio, & multi eorum non tam propter sermonis duritiem, quam propter faxæ suæ petora à Christo abscesserunt, hæresis dicitur. Secunda fuit Nestorij blasphemiam circa annum Domini quadringentesimum, qui cum Christum negasset verbum esse diuinũ per naturam, quod nostram assumpsisset humanitatem, sed diceret purum esse hominem, in quo verbi diuinitas quasi in tabernaculo inhabitabat, quanuis concederet in hoc sacramento esse corpus & sanguinem Christi, negabat tamen esse corpus & sanguinem Dei. Quare cõsultò aiebat dixisse Christum, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, quasi non esset filius Dei. Hæc autẽ hæresis in concilio Ephesino per Cyrillum & alios patres ibidem confidentes condemnata fuit, vt patet in eius synodica epistola ad eundem Nestorium inter gesta eiusdem concilij. §. Ad benedictio

Hæretici errores circa hoc sacramentum.

1. hæresis.

2. hæresis.

D d dictio

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Expositio articuli.

Diaboli inimicus.

diſtiones myſticas: illicq; decretum fuit tanquam catholica veritas verum corpus & ſanguinem, quæ verbo in vnitatem ſuppoſiti vniuntur, exiſtere in hoc ſacramēto. Ex quo decreto deſumptus eſt canon. Neceſſariè de conſecra. diſt. 2. vbi decernitur, in hoc ſacramēto participes nos fieri corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti, non vt communem carnē percipientes, nec viri ſanctificati, & verbo cōiuncti ſecundum dignitatis vnitatem, ſed verè viuificantem, & ipſius verbi propriam factam.

Tertia hæreſis Berengarij.

¶ Tertia fuit hæreſis Berengarij Galli ſub annū Domini milleſimum quinquageſimum. Is enim fuit primus, qui buccinare fuit auſus peracta conſecratione non manere ſub ſpeciebus corpus aliud, quàm panis & vini, quæ antea erāt, ſed illa aiebat corpora dici corpus Chriſti & ſanguinem in typo & figura, ſicut crucifixus in ligno ſculptus dicitur Chriſtus, & quemadmodum Chriſtus ipſe, vt. 1. Corin. 10. ait Paul. dicitur petra. Itaq; conſecratio illa nihil aliud efficiēbat quàm vt ſubſtātia panis eſſet imago quadā corporis Chriſti, quā ideo perinde vt imaginē crucifixi adoramus. Hæreſis hæc, vt in vita Leonis noni refert Platina, primò in concilio Vercellenſi ſub eodē pontifice fuit condemnata. Cæterum eodem hæretico in ſuam hæreſim relapſo coacta fuit ſynodus Turonenſis in Gallia ſub Victore ſecundo, & illic præſente Hildebrando Romani pontificis legato, qui poſtmodū fuit Gregorius ſeptimus, conuictus iterum idem Berengarius fuit pollicitusq; adeo eam hæreſim ſe nunquā ampliùs deſenſurum. Veruntamē quia iterū malè de ea audiebat, vocatus fuit ad concilium Romanum primum ſub Nicolao ſecundo, & illic tertio eādē hæreſim reuocauit, atq; ea reuocatio eſt, quæ refertur de conſe. diſt. 2. can. Ego Berengarius, vbi abiuratione hæreſim illam promiſit ſe pro virib⁹ extirpaturū. Nihilominus quartò (quod hæreticorū ingenium eſt) relapſus, delatus fuit in concilium Romanum ſecundū ſub Gregorio ſeptimo anno Domini milleſimo ſeptuageſimo, vbi iureiurando eandē maledictā hæreſim abrogauit, veniamq; ſubinde à Pontifice obtinuit. Et vt Gaguinus hiftoric⁹ Gallus in vita Hærici regis refert, bona ſua in pauperes diſtribuens poenitentis vitam ſanctè finiuit. ¶ Tres aliæ hæreticorum ſectæ, qui ſubſtāntias panis & vini vnà cum Chriſti corpore & ſanguine in ſacramēto relinquunt, ad ſubſequentem articulū ſpectat recēſere. ¶ Hæc

ergo Berengarij toties peremptam hæreſim tandem Ioan. VVitleſſ hæreſiarcha ille Bohemiam putidā reuocauit in orbem: impudentiſſimè cōmentus, vt refert Tho. VValdē ſis loco citato cap. 18. primū annorum milliarium ab orbe redempto eccleſiam nunquam ſomniāſſe corpus & ſanguinem Chriſti realiter eſſe in hoc ſacramēto, ſed tanquā figurā, vt memoria eſſet ſuę paſſionis, ſed inde aliud cœpiſſe diaboli milliarium quando Romani pontifices hanc idololatriam introduxerūt, vt ſacramentales ſpecies tanquam verū corpus & ſanguinem Chriſti adoraremus. Alludit enim in hoc milliarium ad tempus Berengarij, quem deſenſorem autumat antiquæ ſententiæ eccleſiæ, ſed Gregorium nonū, atque alios tres deinceps commemoratos ſubnotat tanquā erroris introductores. Cōtra illud hominis monſtrum ſcripſit Tho. VValdenſis ſecundū illum tomum de ſacramentis, vbi innumereſ testimonijs illud obruit. Tandem in concilio Conſtantienſi, quod aduerſus illū indiētū fuit, ſeſſione. 8. anathematis ſententia conſoſus condemnatur, cū alijs quadraginta quatuor eius erroribus, cuius condēnationi poſtmodum Martinus quintus in cōcilio Baſilienſi ſubſcripſit. ¶ Sed Leo ille inferiorū, qui cōtra hoc tremendum myſteriū rugire non ceſſat, Oecolampadium Lutheranum diabolico ſuo ſpiritu cōcitauit, vt eādē toties maledictam hæreſim, quam infernus iterum parturiebat, polluto ſuo ore euomeret. Et quanuis hæreſiarcha Lutherus, non hac ſed alia, vt poſt videbimus infeſtus fuit: tamen Oecolampadij venenum adeo per Germaniam atque alias prouincias effuſum eſt, vt vix ſit locus ab eius cōtagione tutus. Vnde nos quaſi idololatrias omni conuictorum genere proſcindunt, imò vbi cōſecratas ſpecies habere poſſunt Satannica furia (quod nos dum inter illos in curia Cæſarea conuerſabamur, continenter audiebamus) cōculcant, peſſundāt, & nullo non vituperio commaculant. Quòd ſi, vt ait Pau. propterea quòd venerabile hoc ſacramentum indignè ſumitur, infirmitates nos plurimè, ac ſubinde mortes inuadūt, quomodo non credamus ob tam indignam eius execrationem totam Chriſti familiam tā crebris bellis & calamitatibus diuini⁹ opprimi? ¶ Igitur non grauabitur lector ſacrorum mendaciam perſpicere, quibus quàm ſit impudentia iſtorū impia percipiat. Nam etſi illis, qui diuinæ eccleſiæ autoritati audientes ſunt, ſatis

tis eius decreta & canones faciāt, vt nullo hæreticorum ariete conturbentur. Sunt tamen, qui quod iudicio ſui capitis in euangelio nõ perſpicuè vident, id neq; docenti eccleſiæ credant. Et quāquam VValden. & Clithoueus locis citatis copioſè diſputationem hanc aduerſus VVitleſſ & Oecolampadium diduxerint, forſan nec hæc noſtra reputabuntur ſupernacanea. ¶ Primus locus, idēq; inuictiſſimus eſt ipſiſſima Chriſti aſſertio Matth. 26. Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meū, & addit apud Lucam cap. 22. quod pro vobis tradetur, & apud Matth. Bibite ex hoc omnes, Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: idēq; apud Marcum cap. 14. Cū enim verba hæc ſecundum propriam natiuamq; ſignificationē ſyncerè ſint prolata, quo alio opus eſt teſtimonio? Sed ait Oecolampadius in ſuo infami lib. de cœna Domini quem cauſa huius hæreſis ſeminandæ Satanico ſpiritu ſcripſit. Ait in quā illa verba Chriſti ſub tropo & figura eſſe prolata, idēq; alterò duorū modorum: ſcilicet, vt vel verbū, eſt, idē ſit, quod ſignificat, ac ſi dixiſſet, hoc, quod do vobis, ſignificat corpus meū: vel corpus pro corporis figura accipiat, vt ſit ſeſus, Hoc eſt figura corporis mei. Quemadmodum Apoſtolus 1. Corin. 10. Petra autē, inquit, erat Chriſtus, id eſt, figura Chriſti. Perpende argumentum hæreticis conſuetiſſimum. Inde enim quòd ſacra ſcriptura ſæpe vtitur metaphoris, generaliter pergunt vbicunq; illis libet verba per metaphoram transformare. Quæ licentia ſi licita eſſet, nihil in tota ſcriptura maneret firmum. Dixit Ioānes. Verbum caro factū eſt. Facile poſſent perſidi illi, qui corpus tantum phantaſticum tribuebant Chriſto ſic illud interpretari. Verbū figura carnis factū eſt. Dixit Chriſtus, Ego & pater vnū ſumus, facile poſſent Arriani per metaphorā illud eludere, dicentes, Ego & pater figuram vnus habemus, ſicut duo amici per vnionem amoris. ¶ Duobus ergo modis iſtorum veſaniam retundimus. Primò, q̄ quanuis euangelicus cōtextus non adeo lucidè conuinceret intelligendum eſſe in ſenſu proprio, eccleſiæ tamē autoritas eo ſenſu verba intelligētis ſatis eſſet, vt eiufmodi ſenſus eſſet tanquam catholici & orthodoxi colendus. Hæc enim eſt illa Chriſti pollicitatio Ioā. 14. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. In

quibus verbis ſemper ſancti patres cognouerunt eccleſiā in erudiendis ſenſibus ſacræ paginæ diuina autoritate pollere. In præſentiarum verò non opus eſt hoc vti præſidio: ſed affirmamus ſecundò, verba ipſa euāgelica per ſe eſſe lucida, vt in ſenſu proprio, vt ſonant, ſint intelligēda. Nā vt regula Aug. lib. 83. quæſtionum. q. 69. docemur, ſcripturæ circumſtātia ſententiā illuminat. Vnde verba quæcunq; euangelij hanc ſibi vendicāt autoritatē, vt in ſenſu proprio accipiantur, niſi literæ circumſtātia cogat in ſenſu improprio eſſe intelligendam. Ait Chriſtus Ioan. 15. Ego ſum vitis vera: quod autem illa ſit metaphora ſubiunctum verbū conuincit. Et vos palmites. Quæ admodum enim nos nõ niſi per metaphorā palmites ſum⁹, ita nec ipſe vitis. Ruſſus illud 1. Corin. 10. Petra autem erat Chriſtus, præcedens verbum manifeſtat per tropū intelligi. Prædixerat nanq; Bibebant autem de ſpiritali conſequentē eos petra. Dicens ergo ſpiritali, & conſequentē, intellexit petram illam tantum fuiſſe figuram Chriſti: nam illud ſaxū non eos ſequebatur, ſed Chriſtus ſuo ſauore per illud præſignatus. In præſentiarum verò nihil circumſtat, quod Chriſti verba per metaphorā deſſeēt. Quod ſi dicas. Neq; ait Chriſtus, Hoc proprie eſt corpus meum. Reſpondetur neq; opus fuiſſe: nā eandem vim habet hoc eſt, & hoc verè & proprie eſt. Qui enim dicit, Hic eſt pater meus, vel Hæc eſt domus mea, non neceſſe habet addere verè vel proprie. Quocirca ſicuti qui rem poſſidet non tenetur probare ſuam eſſe, ſed actori, qui vult illam auferre, incumbit illa probatio: ſic nos, qui verba habemus plana, non cogimur probare ſenſum facere propriū, ſed hæretici, qui id negant, obligantur contrarium oſtendere. Vnde Paſchaſius egregius autor apud VValdenſem capit. 23. ſuper eadem verba, Hoc eſt corpus meum. Audiant, inquit, qui volūt extenuare hoc verbum corporis, q̄ non ſit vera caro Chriſti, quæ nunc in ſacramēto celebratur, quaſi Dominus mentiatur. Cū ipſa veritas dicat, Non hæc eſt, vel in hoc myſterio eſt quædā virtus vel figura corporis mei: ſed ait non fictè, Hoc eſt corpus meum, & Hic eſt ſanguis meus. ¶ Alterā item regulam conſtituit li. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 10. idem Aug. ſcilicet, q̄ in ſermone dominico id tantū figuratum eſſe cenſetur, quod neque ad fidei veritatem proprie referri poteſt. Verbū autem, Hoc eſt corpus meū, perinde ac verbum

bum caro factū est, ad fidei veritatē propriē refertur. Igitur Caietanus notamē, quod hic adhibuit, dissimulare potuisset. Contendit quippe nō apparere ex euāgelio coactiuum aliquod (vt eius vtamur verbo) ad intelligendū Christi verba propriē, sed solū ob ecclesie auctoritatē, qđ quidē cōsultius siluisset. Nā et si (vt supra dixim⁹) ecclesie auctoritas ad id sufficiat: nihilominus aduersus hæreticos qui ecclesie non tantū deferunt fidei, ex ipsis euāgelicis verbis vrgenti⁹ sumitur argumentū. Et re vera oratio illa, Hoc est corpus meum, quanuis non esset adiectum, quod pro vobis tradetur, per se facit propriū sensum, quē vtique & adiectio ipsa, exaggerationis causa facta, apertius depromit. Cordati⁹ ergo idem Caiet. in opusculo quodam de cœna Domini dixit, eundem propriū sensum ex verbis euāgelicis colligi. ¶ Sciscitabar. n. ego non nūquā ab illis hæreticis, potuissētne Christus, qui est omnipotens, verū suum corpus consecrare, & apostolis porrigere? Et qui sanioris erant mentis, negare non poterant. Rogabā eos subinde, si id facere voluisset, quibusnam verbis explicati⁹ significasset, quā dicendo, Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus? Vtrū ad cauendas eorum argutias debuisset addere, propriē & nō per metaphorā? Profectō quæcūq; adieciisset verba, suis cauillis detorsissent. ¶ Secundus locus est apud Ioā nē ca. 6. Vbi postquā Christus turbas paucissimis panib⁹ saturauit, quod quidē miraculū ad introducendum huius sacramenti mysteriū præmiserat, ait, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descēdi. Vbi sese cū manna contulit, quod patribus Deus dederat in deserto, significās illud fuisse huius figurā. Si autē panis sacramentalis nihil aliud est, quā eius itidē Christi figura, nihil præstātius habet quā manna illud, imō multo minus: nam manna vitā tēporalē sustēbat: panis verò sacramentalis nec ipsam nec spiritualem: quia Christiani nō vident illo pane ob vitā tēporalē. Et tamen Christus cōstituit differentiā, qđ cibus ille, qui erat eius vmbra vitā tantū tēporalē alebat, quæ morte cōcludebatur. Sed si quis, inquit, māducauerit ex hoc pane, viuēt in æternum. ¶ At aiūt isti. Illud intelligebat de se ipso, qui per fidē manducatur. Sed illis respōdemus, qđ licet pri⁹ de se ipso, qui per fidē māducatur, fuerit locutus, sermonē tamen de māducatione spiritali palā subiunxit. Est enim circa illū locum Ioannis adnotandus mos Christi,

Secundus locus. Ioan. 6.

Obiectio. Dilutio.

qui ex tēporalibus ansam nāciscēbatur ad loquendū de spiritalibus. Vt enim Ioan. 4. sermonē cū Samaritana iniuit, vt de aqua materialia verba innecteret fidei, quæ est fons aque salietis in vitā æternam, dicēs, Qui biberit ex hac aqua sitiet iterū: qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet in æternum. Sic prothematē sumpto de panibus, quibus fatiuerat turbam, ait illis, Queritis me nō quia vidi stis signa, sed quia māducaistis ex panibus, & saturati estis. Operamini cibū, qui non perit, sed qui permanet in vitā æternam. Vbi nomine cibi mādata suæ legis intellexit, quæ in fide fundantur. Vnde subdit, Hoc est op⁹ Dei, vt credatis in eū, quem misit ille. In cuius consequentiā infert. Nō Moyses dedit vobis panē de cœlo, sed pater meus. Et inferi⁹. Panis verus est qui de cœlo descēdit, & dat vitam mūdo. Et subnectit. Ego sum panis vitæ: qui venit ad me nō esuriet, & qui credit in me nō sitiet in æternum. Hic manifestē non corpus suum, sed se ipsum appellat panem. Et per fidem venire ad ipsum, appellat comedere & bibere, ppterā qđ per fidē ei incorporamur. Et de hac māducatione ait illic Aug. tract. 26. qđ credere in Christū, est manducare Christū, Et, Quid paras dentē & ventrē? Crede, & māducaisti. Qui canones referuntur de cōse. d. 2. Atq; in eodē sensu Christus sermonē protendit vsq; ad illū locum. Ego sum panis viuus, &c. Sed inde vbi ait, Et panis, quē ego dabo, caro mea est pro mundi vita, apostrophē a se facit ad suū corpus & sanguinē, quæ in sacramēto sunt cibus & potus. Etenim si solā fidē, qua credimus Christū esse Deum & hominē, appellasset māducationē panis, cōtentus fuisset dicere, Ego sum panis viuus. Cum autē adiecit, Panis, quē ego dabo, nō de se tantū, qui iam erat, nec de sua fide, quam iam prædicabat, loquebatur, sed de pane, quē nobis in sacramento, quod nōdum instituerat, præstiturus erat. Et cū subiunxit, Panis, caro mea est, rem explicati⁹ declarauit. Nam si tantū sensisset, qđ carnem daturus erat nobis in cruce, non eā vocasset panē: quia illic nō habuit alimētī formā, sed dixisset, Caro quā ego dabo, salus est, aut pretiū est pro mūdi vita, aut quid simile: dicēs autē, Panis, quē ego dabo, caro mea est, palā docuit qđ carnē ipsam, quā affixurus erat cruci, relicturus subinde esset nobis sub specie panis in cibū: qđ cōsonat verbo eius apud Lucā, Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur. ¶ Tertius

Mos loquendi Christi.

Tertius locus verò

verò locus paulò inferi⁹ rem etiamnum vehementi⁹ cōfirmat. Ad eodē enim planē loquebatur de carne sua manducanda, vt murmur inter discipulos suboriretur dicentium. Quo modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandū? Profectō eadem cordis durities permanet in omnibus hæreticis: quoniā nec modo isti percipiunt, quomodo potest Christus dare nobis carnē suam ad manducandū. Nisi quod illi carnalissimē verbū intellexerunt, isti verò figuratissimē, cum tamē in medio consistat virtus. Quare vtriusq; eodeni verbo respōdet Christus. Etenim cōtra istos, qui post successerunt dicentes per figuram illud esse dictum respōdit carnalibus illis murmuratoribus, Amen amen dico vobis, quasi dicat affirmatē & affirmatissimē dico vobis, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis: eandem scilicet carnem, quā vos intelligitis, & quā me videtis habere. Percontor ergo ab istis metaphoricis hominibus, si Christus tantū intellexisset carnē suam per metaphoram esse cibū, quia corde creditur & sanguinem suum per metaphoram potū, nonne facillimo illo verbo potuisset animos eorum pacare dicendo solū per metaphoram se loquutum? Et tamen non id fecit, sed id, quod ipsi intellexerant, confirmauit quantum ad veritatem carnis & sanguinis, quæ tā quā verum cibum & potum comedere & bibere debebant. Attamen quia nondum erant mysterij capaces modum non exposuit: scilicet, quod non erant comesturi carnem, sicut bouinā materialiter in macello laniatam, vt putabant, nec bibituri sanguinem, sed sacramentaliter. Veruntamen eundem insinuauit modum dicēs. Spiritus est qui viuificat, caro nō prodest quicquam, vbi māducationē sacramētalem appellauit spiritualem: tū quod non illic caro sub forma carnis, sed inuisibiliter manducatur, tum quod corpus ipsum solū sacramentaliter susceptū sine spiritali gratia, quæ est res sacramenti, non prodest quicquam, imō sepe sumitur ad iudicium, vt ait 1. Corin. 11. Paul. ¶ Adde quod si tantū de māducatione spiritali per fidem tropo loqueretur, satis dixisset, Nisi me ipsum māducaueritis: cū autē distinxit carnem & sanguinē tanquā cibum & potum, quis neget mysteriū aliud, quā mentis fidem designasse: nam fides nō aliter suscipit sanguinē quā carnē, vt fides sanguinis dicatur potus, & fides carnis mādu-

Aliud argumentum.

catio. Imò neq; opus erat de sanguine meminisse magis quā de phlegmate vel alio humore. Neq; verò de carne: nam iam quantum ad fidem planē & sine metaphora dixerat, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille, & postea Ioā. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Adde quod si de fide tantū, qua creditur in Christum, loqueretur, similiter debuisset addere, Diuinitas mea verē est cibus & potus: quandoquidem ad eius fidem tam diuinitas eius pertinet, quā humanitas. ¶ Præterea si nihil aliud esset manducare quā credere, idq; sub figura, vt isti aiunt, nihil præstantius nobis pollicēbatur, quā iam patribus concesserat: nā etiam illi māducātes inanna fide credebant in Christum, iuxta verbum Pau. 1. Corin. 10. Omnes eandem escam māducauerūt. Quinverò ipsi apostoli antequā in cœna manducassent Christi corpus iā per fidem eum manducabant. Et tamē Christus de futuro ait, Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, sacramentalē carnem & sanguinem insinuans. ¶ Item si nihil aliud quā fidem significaret, nulli discipulorum scādalum accepissent: nam facillē illud intelligerent. Et augetur inde argumentum, quod cum Christus pri⁹, vt modo dicebamus, fidei mentionē fecisset, dicens, Hoc est opus Dei, vt credatis in eū, quem misit ille, & subinde petentibus ab illo signum, quoniā patres eorum manna manducauerant, introduxisset mysteriū de sacramentali māducatione carnis, & potu sanguinis, fit consequēs præter fidem, realem māducationem carnis designasse: aliā nullam mysterij nouitatem insinuasset, quā non discipuli omnes facillē possent percipere. ¶ Quod si dicas etiā Augustinum illic tractando de carne & sanguine Christi, per cibum illum & potum intellexisse societatem corporis Christi mystici: scilicet, membrorum ecclesie. Iam supra responsū est, duplicem esse māducationem sacramenti: alteram scilicet, quæ est de necessitate salutis, & illa fit per votum, quod in baptismo includitur, vbi homines associantur Christo. Sed tamen ex illo voto nascitur obligatio præcepti suscipiendi postea sacramētum in re, vt d. 12. q. 1. ar. 11. monstrabitur. ¶ Ad hæc & subiuncta illic protinus exaggeratio (qui quartus locus est) istos figurarū autores aperte reuincit. Videtur enim Christus eorū veritatem prospexisse, qui dicturi essent māducationem illam carnis & sanguinis figuram

Alia ratio.

Alia confirmatio.

Quartus locus.

tantū esse: quibus vt os obstrueret, subiūxit, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Vbiq; enim isti mēdacis Satānae semen se esse profitentur, veritatisq; subinde inimicos. Ait Christus Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis: & ca. 17. Pater sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Et tamen cōtra istas veritatis voces aiunt Lutherani, quorum errorem libr. 2. de natura & gratia cap. 19. impugnavimus, quod Deus nō verè iustificat, nec verè peccata remittit: imò q; sepeper manent in homine licet non impuretur. Pari modo hic ait Christus, Caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus vbi cum loquatur cum hominibus, ac perinde ad eorū modum & vsum, veritatē manducandi intelligit: & reclamant ipsi, nō verè sed in figura. **¶** Accedit & locus quintus apud Paul. 1. Corint. 11. vbi postquā recensuit quē admodum Christus consecratum panem & calicem ministravit apostolis, subdit. Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit non diiudicans corpus Domini. Si autem nihil aliud esset: illic quā memoria passionis Christi, quid opus erat maiori probatione, q̄ ad adorandum imaginem Christi? Et tamen Apostolus nomine iudicij graue piaculū & nefas insinuat, quia indignè manducans non discernit inter corpus Christi, quod illic recōditur, atq; alias materiales escas, quas epulantes & conuiuantes seculariter deuorant. Et c. 10. præcedēti, Calix, inquit, benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nō ne participatio corporis Domini est? Quoniā vnus panis, & vnū corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & vno calice participamus. Quæquidem verba non figuram, sed certè veritatem corporis & sanguinis, quib⁹ Christiani alimur, & in vnum corpus coalescimus, significant. **¶** Illud quoq; orationis dominicæ Matth. 6. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Hierony. super eundem locum Matth. Et Ambro. lib. 5. de sacramen. & Aug. sermone. 28. de verbis Domini, atque alij, quos VValdensis loco citato cap. 38. refert, de hoc sacramentali pane intelligūt. Vnde vbi nos legimus quotidianum, alia lectio habet τὸ ἡμετέριον, id est, super substantialem: tametsi in alio sensu nomine illic panis temporalis victus vite corporali necessarius intelli-

gatur. **¶** Sunt & frequentissima sanctorum testimonia id cōfirmantia. Primò eorum quos hic S. Tho. allegauit, qui de conse. d. 2. referuntur Hilarius can. In Christo. De veritate, inquit, carnis & sanguinis Christi in sacramento non est reliētus ambigendi locus. Et can. Corpus, iterum, Corpus, inquit, Christi, quod sumitur de altari, figura est dum panis & vinū videtur extra: veritas autem dum corpus & sanguis Christi in veritate interiūs creditur. Et Cyrillus. Qui dubitat an hoc verū sit, Christum ipsum, qui veritas est, facit mendacem. Sunt verò illi, qui per tropum hoc intelligūt certius mendacissimi. Ait siquidem Ambrosius can. Sicut. Tam vera est caro Christi, quā accipimus in sacramento, & tam verus eius sanguis, quā verus ipse est Dei filius. Atqui id ipsum affirmat Damascenus lib. 4. orthodoxæ fidei cap. 14. & Innocē. lib. 4. de sacrificio missæ cap. 7. Vbi omnes isti patres identidem repetunt, q̄ non in figura, & tropo, sed in rei veritate corpus Christi & sanguis sunt in sacramento. Et Chrystostom. super Ioan. homilia. 45. ait, Christum non tantum se permisisse à desiderantibus videri, sed tangi & manducari, ac dentes carni suæ infigi. Quod & Berengarius fateri compulsus est, vt can. Ego Berengarius, de conse. d. 2. legitur. Et Augu. ead. d. can. Vtrum sub figura, quæstionem in terminis mouens ambiguitatem diluit, dicens, Non sub figura, sed in veritate illud audiendū, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Alioqui, inquit, quomodo magnum erit, Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro? **¶** At verò vt res perspicaciūs concludatur, dubium hinc emergit, an sit veritas hæc tanquam articulus fidei suscipienda. Scotus nanq; & Duran. d. 10. q. 1. tanquā articulum fidei confitentur. Atqui ratio dubitandi est, quia non est inter quatuordecim articulos fidei relata: neq; verò apparet in euāgelio ita expressa, vt eius negatio sit tanquam hæresis reputanda. **¶** Respondetur autem, aliquam veritatem in triplici gradu censei posse articulum fidei. Vno modo, quia est à sanctis concilijs definita. Secūdo, quia est in sacra pagina expressa. Et tertio, quia est inter quatuordecim fidei articulos vniuersis Christi fidelibus ad credendum proposita. Atque omnibus his tribus modis veritas hæc est de fide. Primū enim quantū ad sanctas synodos, iam supra ostendimus in Ephesina, Vercelleni, Turonensi, Romanis

&

& Constantiensi definitam. Est præterea sancta cap. Ad abolendam, de hæreticis, vbi anathemate feriūtur quicumq; de sacramento corporis & sanguinis Domini aliter quā ecclesia senserint. Et in cap. firmiter, extra de summatrini. habetur, q̄ in sacramento altaris corpus & sanguis Christi sub speciebus panis & vini veraciter continentur. Idemq; cap. cū Martiæ. de celeb. missa. Et in clem. vnica. de reliquijs & veneratione sanctorum, & in cōcilio Florentino. Et de cōse. d. 2. frequentissimis decretis, quæ omnia percensere satietatem faceret. Sed quod in euāgelio continetur, constat affirmate Christo, Hoc est corpus meū, & Hic est sanguis meus: quæquidem verba postquā nulla circumstantia pertrahuntur ad sensum metaphoricum, & ad fidei veritatem propriè pertinet, secundum proprium significatum, vt supra ostēsum est, vbi pāda sunt. Quocirca non tantū est habenda hæc veritas de fide tanquā determinatio ecclesiæ, vt Caieta. insinuat, sed tanquā in euāgelio contenta. **¶** Veritatem q̄ non sit in numero articulorum fidei, extat sextum argumentum apud D. Thomam. 22. q. 1. ar. 8. vbi dubitat, cur non sit expressus articulus fidei de sacramento eucharistiæ. Et respondet duo esse in eo cōsideranda. Vnū scilicet, quod est omnibus sacramentis commune, putā suscipientes sanctificare: & secundum hoc, inquit, pertinet ad illū articulum, Credo sanctam ecclesiam. Aliud autem habet peculiare, quia continet corpus Christi secundum veritatem: quod cum sit miraculum, pertinet ad articulum omnipotentis. Huic autem cum Tho. VValdensi cap. 95. addiderim, quod cum sit sacramentū communionis, iuxta verbū Pau. 1. Corint. 10. Multi vnū corpus sumus, oēs qui de vno pane & vno calice participam⁹, peculiariter pertinet ad illam particulam symboli, Credo sanctorum communionem. **¶** Igitur impientissima fuit blasphemia VVitcleff, dum ait mille primos annos à passione Christi nunquam hoc dogma in ecclesia viguisse, sed modò in hoc diaboli milliario esse inuentum. Hæretici namque videntes quantum autoritatis pōdus antiquitas adferat, vbiq; sua dogmata antiquitate donare contendunt. Fuit autem in præsentiarū VVitcleff duplici nomine impius. Primò, quod negauerit hæc veritatem à Christo ipso pmanasse, & semper in ecclesia fuisse cultissimam. Deinde, quod dixerit, à quingentis hinc annis ecclesiam suo diuino præsi-

dio destituisse, permittēdo eam in errore manere: cum, vt ait ad Ephes. 5. Paul. eam sic dilexerit, vt pro ea se ipsum traderet, eamq; adeo sanctificauerit, vt esset sine macula & sine ruga. Cui subinde pollicitus est Ioan. 14. paraclētum, qui cum ea in æternum permaneret. Imò & de se ipso Matth. vl. adstruxerit. **¶** Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationē seculi. **¶** Argumentorū autē capita, quæ huic orthodoxæ veritati hæretici obmoluntur, duo sunt. Nimirum Christum sic esse in sacramento, vt catholici profiteamur, aut impossibile esse, aut certè indecens. Quibus nonnulla sacrae paginæ, sanctorumq; loca sensu detorto adiiciunt. Quod autem ab impossibilitate ducunt, art. 4. diluemus: vbi sacramentalis cōuersionis natura & mod⁹ explicabitur. Deo nanq; cui ex nihilo mundum condere quā facillimum fuit, blasphemum est impossibile reputare (vti Ambrosius lib. de sacramē. ait) panem in corpus & vinum in sanguinem cōuertere. **¶** Interim autē alia dissoluamus, quæ hic facit S. Thomas. Arguunt enim ex verbis Augustini perperā intellectis hoc pacto. Cū Dominus, vt Ioan. 6. legitur, dixisset, Nisi māducaueris carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. multi ex discipulis eius audientes, dixerunt, durus est hic sermo: quibus ipse ait. Spiritus est qui viuificat, caro nō prodest quicquam, quod Aug. super psalmū 98. sic exponit. Spiritualiter intelligite, quæ locutus sum: non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis, nec bibaturi illum sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifigunt: sacramentum aliquod vobis commendauit: spiritualiter intellectum viuificabit vos. Caro autem non prodest quicquam. Respondet D. Thom. hoc fuisse Berengarij argumentū prae Augustinum intelligentis. Dum enim ait, Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis, non intendit excludere veritatem corporis Christi, sed modum, quo illi putabant esse manducandum: scilicet, in propria specie, qua ab illis videbatur. Vnde dum subdit, sacramentum vobis aliquod commendauit: spiritualiter intellectū viuificabit vos, non intendit, quod corpus Christi sit in hoc sacramento solum secundum mysticam significationem, sed spiritualiter dicit, id est, impasibiliter, & per se inuisibiliter, quod per virtutē spiritus sancti nobis gratiam infundit. Vnde super Ioan. cap. 6. exponens illud, Caro non prodest quicquam, dicit. Sed quomodo illi

Dd 4 intel

Quintus locus.
Pan. I. Co. II.

Panem nostrum.

Sanctorum testimonia.

Damascenus

Chrystostom.

Dubium.

Responsio.

Caieta.

S. Thom.

Nota VVal.

Hæreticorū argumenta.

intellexerunt? carnem quippe sic intellexerunt quomodo in cadauere laniatur, aut in macello venditur: non quomodo spiritu vegetatur. Accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimum. Nam si caro nihil prodesset, verbum caro non fieret, vt habitaret in nobis. Hęc August. Idemque in epistola ad Irenæum, & refertur can. Non hoc. de consecra. distin. 2. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis, ipsum quidem, & non ipsum: ipsum inuisibiliter, & non ipsum visibiliter. Et canon. Hoc est, ait sacramentum hoc constare visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine. Inuerecunda ergo temeritas est Augustinum sic allegare, quasi de veritate corporis & sanguinis Christi in hoc sacramento hæstauerit. Præcipue si eius verba in can. supra citato. Vtrū sub figura, inspiciantur, vt infra. q. 12. vbi de eiusdem sacramenti vsu redibit sermo, copiosius demonstrabitur. **Secundū arguitur.** **Secundū arguitur.** Super illud Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi: ait Augu. Donec seculum finiatur sursum est Dominus, sed tamē nobiscum est veritas Domini: corpus enim, in quo resurrexit in vno loco oportet esse, veritas autem eius vbiq; diffusa est: de consecr. dist. 2. can. Prima quidem: non ergo secundum veritatem, corpus Christi est in hoc sacramento, sed solum secundum signum. Respondetur, illud, similiaq; omnia Augustini verba intelligēda esse de corpore secundum esse, quod habet naturale, extensum & sensibile, in qua forma passus est, & ascendit in cœlum: in illa enim forma non nisi in cœlo est sedens ad dexteram patris. Et secundum illud schema dixit Matth. vigesimo secundo. Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Hoc tamen nihil obstat, quominus inuisibiliter & sacramentaliter secundum veritatem sit in sacramento. Vnde idem August. in lib. sententiarum Prosperi, & refertur canon. Semel. de consecratio. distinctione secunda. Semel, inquit, immolatus est in se ipso Christus, & tamen quotidie immolatur in sacramento. **Tertio.** Nullum corpus potest simul esse in pluribus locis, cū nec angelo hoc conueniat: aliās eadem ratione posset esse vbiq;: corpus autem Christi verum est in cœlo: ergo in sacramento non est secundum veritatem. Hic etiam est hæreticorum Achilles: nihil enim, nisi quod est ante oculos, mente

Secundū arguitur.

Tertium arguitur.

possunt comprehendere. Ob idque pleraque eorum, quæ sunt supra naturam, impossibilia arbitrantur. Ad hoc autem diligentius distinctione sequenti articulo quinto respondetur inter tractandum de modo existendi corporis in hoc sacramento: vtrum etiam extensiuè & diffinitiuè possit Deus per suam omnipotentiam idem corpus simul in pluribus locis collocare. Nunc autem satis est respondere, non esse corpus in hoc sacramento quasi suis dimensionibus loco commensuratum quemadmodum est in cœlo, sed modo quodam speciali, qui huic sacramento proprius est: scilicet, per conuersionem panis & vini in corpus ipsum & sanguinem. Quomodo non repugnat simul esse in pluribus altaribus, per plures eiusmodi conuersiones: licet non sit ibi sicut in diuersis locis diffinitiuè, vt ead. quæst. sequenti articulo quinto monstrabitur: at sub diuersis speciebus. Sed tamen hoc non est tantum in signo, hoc est, sicut in figura, sed est secundum veritatem modo prædicto: tametsi species sacramentales signum rei contentæ sub illis, & gratiæ, quam virtute corporis conferunt. **Quartū arguitur.** **Quartū arguitur.** Sacramenta, vt ait in quadam homilia Gregor. ad vtilitatem & commodum fidelium instituta sunt: præsentia autē corporea Christi potius nobis impedimento est ad eius diuinitatis mysteria cōtemplanda. Quare fides centurionis Matthæ. 8. laudatur, quod se indignum reputauerit, vt Christus intraret sub tetum suum: & super illud Ioānis decimo sexto. Si non abiero, paracletus non veniet ad vos, adnotat August. quod apostoli impediebantur recipere spiritum sanctum propter affectum, quo tenebantur præsentia Christi: ergo nō est in rem nostram quod corpus Christi sit præsens in sacramento. **Hoc est capitulum secundum arguitur hæreticorum contententium existentiam realem corporis & sanguinis Christi in sacramento neque maiestatem Dei decere, neque nobis ad illam reuerendā prodesse. Et est vigesima prima obiectio Oecolampadij apud Clichtoueuum. Aiebat enim, quod cū Paul. ad Colossen. 3. adinuerit nos dicens. Quæ sursum sunt querite, non quæ super terram: cuius etiam in initio præfationis sacerdos cominonefacit dicens, sursum corda: nos autem mentem ad terram demittimus credentes illic esse corpus Christi. Sic isti assolent sacra irridere. Respondetur ergo, quod præsentia, quæ impedimento erat**

Quartū arguitur.

erat apostolis, erat illa corporalis & visibilis, quæ sensus eorum afficiebat: in sacramento autem inuisibiliter existit. Vnde super Ioā. c. 6. Aug. Si intellexisti, inquit, spiritualiter verba Christi de carne sua, spiritus & vita tibi sunt: si intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Atque adeo hæretico illi respondemus, propterea nos excitari, vt corda inter missarum solennia sursum habeamus, vt mysterium, quod sensibus non percipitur, mentis acie contemplerur, intelligentes ob id esse nobis hoc beneficium collatum, vt illo sacrosancto pane, spiritus noster nutriatur, & ad cœlestæ conuiuuij exardescat. Quare in hoc sacramento & fides nobis augetur cum intellectum captiuat, aliud illic credim⁹ latere, quam oculis obijcitur, & spei fiducia subleuatur, vt eum speremus, qui in cruce se nobis & in sacramento subinde tradidit, oblatum se nobis in gloria: atque adeo charitas nostra inflammatur credentium in hoc sacramento tanta ipsum nobiscum familiaritate conuersari. **Alia,** quæ nullius sunt momenti, argumenta hæretici adferunt, quæ tum VValdensis loco citato aduersus VVitcleff, tum & aduersus Oecolampadium Iodocus Clichtoueus libr. 2. de sacramento eucharistiæ, quasi nullo negotio diluunt.

ARTICVLVS. II.

Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem.



NON satis est nosse corpus & sanguinem esse in hoc sacramento, nisi perscrutemur, an illic maneat cum ipso simul substantia panis & vini. Et respondet Dinus Thomas confutando contrarium errorem duabus cōclusionibus. **Prima.** Post cōsecrationem substantia panis & vini in sacramento non remanet. Probatur conclusio aduersus erroris patronos quatuor rationibus. **Primò,** quia positio contraria: scilicet, quod panis & vinum illic maneat, veritatem sacramenti tollit. Veritas enim sacramenti in hoc cōsistit, vt corpus Christi & sanguis, quæ ante consecrationem illic non erant, post cōsecrationem ibidem existant: hoc autem fieri non potest, si substantia panis & vini illic maneat: ergo illud est falsum. Probatur mi-

Prima cōclusio.

nor. Nihil esse potest vbi prius non erat, nisi vel per loci mutationem, vel per alterius conuersionem in ipsum: sicuti in camino incipere esse nequit ignis, nisi vel aliunde illuc delatus, aut ibidē ex materia genitus: corpus autē Christi non incipit esse in sacramento per localem motum. Aliās locum cœli desereret: nihil enim mouetur nisi deferendo locum vnde mouetur, & acquirendo nouum. Itē, quia corpus, quod localiter mouetur pertrahit per media: quare corpus Christi prius esset in aëre, quam in sacramento. Tertio, quia quicquid mouetur, ad vnum certum terminum mouetur: accidit autem corpus Christi in quā plurimis altaribus simul consecrari: ergo ad illa simul loca non posset moueri. Fit ergo consequens, vt incipiat esse in sacramento per cōuersionem panis in ipsum: quod autem conuertitur in aliud, facta conuersione non manet. Concluditur ergo, substantiam panis post consecrationem salua veritate sacramenti remanere illic non posse. **Secundū id probatur,** quia ille contrarius error aduersatur formæ sacramenti, quia dicitur, Hoc est corpus meum: pronomen enim omnem substantiā illic existentem demonstrat: substantia verò panis si maneret nunquam esset corpus Christi: quare potius dicendum esset, Hic est corpus meum. Item tertio illa venerationi sacramenti contraria est. Si enim illic maneret panis, non posset adoratione patriæ adorari, quia tamen adoratur sacramentum. Et quartò demum repugnat ecclesiæ ritui, secundū quem post corporalem cibū non licet sumere Christi corpus: cum tamen post vnam hostiā consecratam liceat alteram sumere. **Concludit ergo secundam cōclusionem:** scilicet, quod opinio asserens substantiam panis & vini manere in sacramento est hæretica. **Præter tres supra recitatas hæreses negantium corpus Christi verum & sanguinem in sacramento altaris, fuerunt tres aliæ adstruentes substantiam panis & vini vnā cum corpore ipso & sanguine ibidē permanere:** qui quidem proinde panitē dicuntur, hoc est corpus Christi impanantium. Prima fuit cuiusdam Valerani nomine, contra quem tomo secundo citato. capitu. 65. & 66. Thomas VValdensis disputauit. Is enim paulò post Berengariū: nepe, anno Domini millesimo ceteresimo, asserēs secundū Berengarij cōdēnationē: corpus Christi & sanguinē esse in sacramento: quomōdā comprehendere non valebat quomodo acciden-

Secunda cōclusio.

Expositio articuli.

Heretici Valerani.

accidentia sine subiecto sustentarentur, potuit cum corpore Christi manere substantia panis, Non q̄ aliquo pacto vnirentur, sed taliter existerent, vt essent duo supposita omnino distincta. ¶ Secunda fuit cuiusdam, qui dicitur Ioannes Parisiensis, non quidem ille ordinis prædicatorum, sed alter, cuius liber inuentus est Parisius apud Iacobitas sub titulo Ioānis pungentis alinum. Sed propter nominis absurditatem dicitur esse Ioānes Parisiensis seu Iacobita. Quicquid modū tam subtilem quam falsum cōfinxit: nēpe, q̄ sicut verbum in vtero virginis assumpsit humanitatē, ita & in sacramento virtute verborū mediante corpore assumit substantiā panis in vnitatē suppositi, & mediante sanguine substantiam vini, virtute cuius assumptionis verificatur, vt panis sit corpus, & vinū sit sanguis. Non autem dicere audebat, q̄ immediatē verbum assumeret dicitas substantias: nam tunc sicut verbum est incarnatū, & verē homo, ita & ipsum verbum esset impanatū, & esset panis, quod planē est erroneū. Neq; vero mediāte humanitate, aliās sicuti ratione albedinis, quę est in humanitate, Christus est albus: ita virtute illius assumptionis Christus esset panis, quod est absurdum. Nam inde sequeretur, q̄ Deus esset panis postquam Christus est Deus. Sed solum sustinebat, quod panis esset corpus. Atque hunc errorem impugnat satis Duran. in. 4. dist. 10. q. 1. ¶ Tertia fuit hæresis Lutheri in suo blasphemio libello de captiuitate Babilonica, contra quē disputauit Clichtoueus lib. 2. de sacramento eucharistię, cap. 22. Illi enim placuit opinio prima: scilicet, Valerianorum differēter in modo loquendi. Etenim quoniam panis & corpus sunt duo supposita, nō concedēbat Valerianus, quod panis esset corpus Christi, sed quod corpus erat cooperatū pane, sicut Nestorius aiebat, quod verbum erat cooperatū humanitate, in qua erat sicut in tabernaculo. Et nos dicimus q̄ corpus inane sub speciebus panis: Lutherus vero quauis nullam assereret coniunctionem inter panem & corpus Christi, nihilominus affirmabat hęc esse veram per metaphoram, Panis est corpus Christi, sicuti dicitur, Petra est Christus. In quo ideo cum Berengario consensit, nisi quod præsentiam corporis & sanguinis falsus est. His erroribus non annueramus errorem Durandi tenentis materiā panis & vini manere in sacramento. Neq; alium tenentium manere illic formam, licet nō lon-

Hæresis Ioā. Parisi.

Hæresis Lutherani.

ge ab his distent. Et de priori dicemus artic. 4. Et de posteriori arti. 6. ¶ Est autem circa hos errores notandum quod Valerianus non alia ratione motus est, quam vt euitaret accidentia manere sine subiecto. Ioannes autem Parisiensis præter illam, habuit aliam, quod apparet Christum cum consecrauit, de pane ipso, quē accepit in manibus, asseruisse, Hoc est corpus: hic scilicet panis est corp⁹. Quod quidem verificare autor ille non potuit, nisi per vnionem hypostaticam. Tunc enim per cōmunicationem idiomatum panis est corpus, sicuti homo est Deus. Lutherus autem satis duxit per tropum concedere, quod panis sit corpus. Quare secundum illos in illa propositione, Hoc est corpus meum, pronomen supponit pro pane illo frumenti, quod ipse hæreticus vocabat corpus sacrificij. Cōsonare ei videtur illud. 1. Corinth. 10. Panis, quem frangimus omnes, nonne participatio Domini est? Nam corpus Christi, cū immortale sit, non frāgitur, sed panis. Item Matth. 6. secundum expositionem sanctorum, quos supra citauimus, vbi petimus panē nostrum quotidianum, hoc sacramētum sub nomine panis designamus, Et. 1. Corinth. 10. Probet autē se ipsum homo, & sic de pane illo edat. Et illud Luca. 24. quod cognitus fuit Dominus in fractione panis, interpretatur Aug. in de consensu euangelistarum, de sacramento eucharistig, sicut & exponi solet illud Actū secūdo, q̄ erant discipuli perseuerantes in fractione panis. Quinuerō & ipse Aug. can. Corpus & sanguinem, de consecr. dist. 2. Corpus, inquit, & sanguinem Christi dicimus, illud quod ex fructibus terrę acceptum, & precē mystica consecratum rectē sumimus ad salutem. Preterea, vt supra citatus Chrysost. ait, & Berengarius in sua retractione fateri cōpulsus est, corpus Christi in hoc sacramento manibus tractatur, & frangitur, & dentibus atteritur, quod fieri nō potest nisi in pane. Et Damascenus lib. 4. cap. 14. ait q̄ panis & vinū virtute spiritus sancti transmutatur in hoc sacramento. Quod autē sit panis trāsumptus non potest cōmodiūs intelligi, quā si accipitur in vnitatē suppositi. Quare Diony. cap. 3. de cælest. hierar. hoc sacramētū assumptionē appellat. ¶ Sūma igitur argumētōrū, quibus hæretici vtūtur, est, quia cū hoc sacramētū dicatur panis & corpus Christi, illa prædicatio defendi debet Panis est corpus. Et sic omnia clarescunt, nec opus est ponere accidentia

Nota discrimen.

Hæreticorum argumēta.

Argumētōrum summa.

dentia sine subiecto. ¶ Quinuerō non solum hæretici, verum & Rupertus Abbas vir alioqui doctrina clar⁹ eidē errori applaudēs, ait, q̄ Christus Dominus sicut nec naturā humanā nec mutauit, nec destruxit, sed assumpsit: ita in sacramento nec destruit, nec mutat substantiā panis & vini, sed assumit in vnitatem corporis, & sanguinis sui. ¶ Contra istos autē sunt argumenta, tū cōtra singulos particularia, tū contra omnes cōmunia. Primū enim hæresis Valeriani, & Lutheri nullam veritatē sacramēti seruat: nam si panis & corpus Christi sunt duo supposita distincta, & nullo modo vnita, nullaten⁹ panis per consecrationē fieret corpus, nisi sicut ait Lutherus, q̄ panis fiat figura corporis. Item neq; corpus Christi contineretur magis sub pane, quam ē conuerso panis sub corpore: atque adeo neque ad motū panis virtute illius motus moueretur corpus, neque ad manducationem panis sequeretur manducatio corporis, neq; ad fractionē vnius fractio alterius. Nihil ergo contra illos opus est disputare. ¶ Sed & opinio illius Parisiensis deridicula est. Quis enim opinetur Christū tot quotidie substantias in vnitatē suppositi assumere, eadēq; relinquere? cū axioma sit theologorum, quod semel assumpsit, nunquā dimissit. ¶ Secūdo. Licet verbū assumpsit humanitatē, nō tamen naturā, quæ erat in alio supposito: isti autē concedūt, q̄ assumpsit naturā panis, quæ erat in proprio supposito, quod non est satis intelligibile. ¶ Tertio. Assumere in vnitatē suppositi arguit infinitā virtutem: nā terminare subsistentiam alienæ naturæ nemo potest nisi qui est ipsius nature Dominus, a quo eius esse dependet: quare hoc soli Deo tribuitur: corpus autem Christi est mera creatura, quæ nō habet infinitā potentiam: non ergo potest mediāte corpore talis fieri assumptio. Ac multo minus mediante sanguine fieri potest assumptio vini, siquidē sanguis cū nō sit continuus corpori Christi, nō ita ad eius vnitatem suppositi pertinet: vt mediāte illo possit vinū assumi ad vnitatem suppositi Christi. ¶ Quarto. Neq; istę assumptiones ad rem quicquā cōferūt: nā cū corpus & sanguis hic esse asseratur secundū veritatē, nō intelligitur q̄ mediāt per assumptionē panis, atq; adeo per cōmunicationem idiomatū panis sit corpus, sed q̄ corpus ipsum per se illic immediatē existat, vt verba sonāt, Hoc est corp⁹ meū. ¶ Cōtra oēs autē pariter militāt rationes hęc

Argumenta contra hæreticos.

S. Thomæ. s. q̄ oēs asserētes panē manere cū corpore aduerfatū & veritati cōuersionis panis in corpus, & formę cōsecrationis, Hoc est corpus meū, & sacramēti adorationi, & sumptionis ritui. ¶ Quocirca, vt ait in secūda cōclusionē S. Tho. cōtraria assertio non est opinio, sed hæresis, ac subinde assertio nostra catholica fides. Itaque nō solū est fides manere hęc corpus & sanguinē, sed manere tales substantias solas absq; pane & vino. ¶ Quod si roges an hæc secūda veritas sicut alia præcedētis articuli solū sit ecclesię sanctio, an verō ex euāgelio colligatur. Respondetur primò, esse determinationē ecclesię, vt de cōse. d. 2. multis canonibus decernitur, vt cā. Panis, qui est Ambrosij, vbi ait. Panis est vsitatus ante verba cōsecrationis, vbi accessit consecratio de pane fit caro Christi. Et can. Omnia. Licet figura panis & vini videatur, nihil aliud post consecrationē q̄ corpus & sanguis Christi credendū est. Idē prorsus ait Hilarius papa can. Corpus Christi. Eadē est determinatio cōcilij Lateranēsis, vt patet ca. firmiter. extra. de summa trini. s. In sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter cōtineri corpus & sanguinē Christi, trās substantias pane in corp⁹, & vino in sanguinē. Et ca. Cū Marthæ. de cele. miss. Et cle. vnica, de reliquijs & veneratio. sanctorū. Ac demum in cōcilio Florētino. In his quippe omnibus determinatur, nō manere panē nec vinū, sed trās substantiari in corp⁹ & sanguinē. Idēq; ait Damas. li. 4. ca. 14. ¶ His tū adijcitur secūdo eandē veritatē ex euāgelio planē colligi. Ait. n. Christus Ioā. 6. Panis, quē ego dabo, caro mea est, p̄ mūdi vita, vbi nō aliū panē q̄ carnē designat. Vnde subdit. Nisi māducaueritis carnē filij hominis & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis. Et rursus. Caro mea verē est cibus, & sanguis meus verē est potus. Cū ergo tāta inculcatione carnem suā panem verū & cibum: ac subinde sanguinē potū nominauerit, omnē aliam substantiam panis & vini verē excludit. ¶ Igitur ad primū hæreticorum argumētum negatur cum dixit Christus, Hoc est corpus meū, pronomine demonstrasse panē: quare vanē insultat Luther⁹ in nos, vt est videre apud Clichtoueu li. 2. citato ca. 20. dicēs q̄ nos vim inferimus verbis Christi. Ait siquidem (ingr.) euāgelista, accepit verū panē & dixit, Hoc (scilicet panis) est corp⁹. Imò ipse addit ad verba Christi, quare illa comprehenditur maledictione Ioānis, in vltimis verbis Apocalipsis, vbi

Quomodo sit articulus secundus dei.

Colligitur ex euāgelio.

vbi anathemate illos ferit, qui sacris eloquiis quidpiam, vel addiderint vel mutauerint. Nam licet Christus accepit panem, non tamen dixit, Hoc est corpus meum, & panis sed dicit, Hoc est corpus meum. Etenim cum sermo Christi, vt can. Panis est, citato Ambrosius ait, operatorius sit, fit vt quemadmodum Deus dicendo, fiat lux, fecit lucem: & dicendo, fiat firmamentum, fecit firmamentum: ita Christus dicendo, Hoc est corpus meum, fecit, vt panis transiret in corpus. Et ideo non dixit, Hic panis est corpus meum, sed contentum quod initio erat panis, & in fine est corpus. Vnde idem Ambrosius can. In calice. Ante verba, inquit, Christi quod offertur, panis dicitur: vbi Christi verba deprompta fuerint, non iam panis, sed corpus dicitur. Quapropter praua hereticorum mens & verba Christi deprauat dicens pronome, Hoc, demonstrare panem: imo carnem ipsam designat quam sumpsit de virgine, & quam crucifixa est, & sepulta, vt idem ait Ambrosius can. Re vera, & can. Omnia. Et Augustinus can. Vtrum sub figura, & Gregorius can. Quid sit. Imo vt ipse ait Christus, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, et Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur. Ad alia vero omnia, quibus arguitur sacramentum appellari panem, tribus modis respondetur. Primum enim mos scripturae est, vt res nomen aliarum rerum retineat, ex quibus facte sunt. Ait enim Adam Genes. 2. de Eva. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: quia ex eius costa fuerat formata. Et exodi. 7. Virga Moysi deuorauit Magorum virgas, vbi serpens ex virga factus, virga appellatur. Et de vxore Loth versa in statuam salis dicere possumus. Haec est vxor Loth. Et Ioannis secundo Cum vidisset architrachus aquam vinum factam. Et Matth. 11. Caeci vident, & claudi ambulat. &c. Vbi qui caeci fuerant, caeci dicuntur: igitur quia corpus & sanguis ex pane & vino fiunt, panis & vinum dicuntur. Vnde can. Species Gregorius de consecratione. dist. 2. Species inquit, & similitudo, illarum rerum vocabula sumunt quae antea fuerunt, scilicet, panis & vini. Secundo. Idem mos est, vt res quales apparent, nominentur. Legitur enim Genes. 18. apparuisse Abraham tres viros, qui tamen erant angeli: eodem ergo modo, quia corpus Christi sub speciebus panis videtur, frangitur, & comeditur, & sanguis sub speciebus vini adoratur & bibitur, panis & vinum me-

rito dicuntur. Vnde Augustinus supra citato. Vtrum sub figura. Panis, inquit, quem dedit Christus, non nisi eius vera caro est: sed tamen quia Christum vorari dentibus fas non est, ex substantia panis & vini mystice idem corpus Christi consecratur. Et hoc est, quod ait can. Corpus, citato: nempe, panem & vinum de fructibus terrae sumptum prece mystica consecrari, id est, transubstantiari. Adde tertio, quod cum Christus ipse dixerit, Panis, quem ego dabo, caro mea est, eademque caro verus est cibus, absque alio schemate loquendi carovere dicitur panis, & sanguis calix, vt panis generali nomine pro cibo & vinum pro potu usurpetur. Argumenta S. Thomae non sunt magni momenti. Primum est autoritas Damasceni loco citato, vbi ait quod Christus in sacramento suam diuinitatem coniugauit panis & vino, vt panis non sit simplex, sed diuinitati vnitus, sicut carbo, inquit, simplex non est, sed vnitus igni. Respondetur autem, Damascenum non aliud significare, quam quod virtutem diuinam coniugauerit Christus panis & vino, non vt maneret, sed vt ex illis fieret corpus & sanguis, vt expressè illic ipse subdit. Et hoc est, quod ait, panem & sanguinem transumi (id est transubstantiari) in hoc sacramento, Idem que appellat Dionysius assumptionem. Secundo arguitur. In baptismo manet substantia aquae, & in confirmatione substantia chrisimatis: ergo in eucharistia substantia panis. Negatur consequentia. Illa namque sacramenta consistunt in vsu materiae, quae ideo remanet, hoc autem in consecratione materiae, quae transubstantiatur in corpus, atque adeo non remanet. Tertio. Panis & vinum sunt materia ob significationem, scilicet, quia constant ex multis granis & multis racemis ad significandum vnitatem corporis Christi mystice: ergo debent permanere in sacramento. Negatur consequentia, quoniam in eadem significatione satis est, vt permaneant eorum species. At quanquam de veritate corporis & sanguinis in isto sacramento nemo orthodoxorum dubitet, contra rationem tamen, quas hic D. Thomas facit, & potissimum contra primam arguit Durandus. dist. 10. q. 1. & Scotus ibid. q. 1. 3. & 4. & dist. 11. q. 2. In quorum argumentis intelligendis plus difficultatis est, quam in dissoluendis. Prima ratio sancti Thomae ad excludendum substantias panis & vini ab hoc sacramento fuit haec. Nihil incipere esse potest in loco vbi prius non erat, nisi vel

Argumenta
S. Tho.
Primum.

secundum.

tertium.

Scot. & Durandus.

Durandus.

Argumentum.

Argumentum
vbi responsa.

aliunde veniat, vel aliud illic conuertatur in ipsum. Intellige, vel illic creetur: ergo cum per consecrationem corpus fiat praesens vbi antea non erat, nec tamen descendat de caelo, neque creetur, consequitur vt fiat praesens per hoc, quod panis conuertitur in ipsum. Arguit vero contra maiorem Durandus. Si supremam sphaeram Deus superponeret aliam, illa, quae nunc est suprema inciperet esse in loco, & tamen nullo illo rum modorum. Respondetur autem, hoc esse sophisma viro Theologo indignum. D. enim Thomas intelligit de loco, qui antea erat, illa vero sphaera creatur de nouo circum locatum. Secundo esse in tali loco accipitur formaliter per respectum ad puncta fixa in caelo: & isto modo sphaera tunc illa non incipit esse in loco, imo manet in antiquo, sed acquirit locum materialiter: sicut si me manente in hac aula, quae plena est aere, repletur aqua. Aliter tamen contra causam hanc arguitur: scilicet, quod conuersio non sit causa praesentiae Christi. Duo enim de nouo fiunt in sacramento: videlicet, vt corpus fiat de non praesente praesens, cuius mutationis terminus est praesentia, secunda vero, vt ex pane fiat corpus, cuius terminus est substantia corporis. Arguitur ergo sic. Conuersio panis in corpus est impertinens ad praesentiam corporis: potuit enim Deus hic ponere corpus penetratiue cum pane sine conuersione: imo seruata substantia panis, vt ponebat Valerianus. Quinetiam ita ponit animam suam, in quam non conuertitur panis: potest enim Deus idem corpus in duobus locis ponere, vt infra dicemus. Secundo. Si prius corpus esset isto modo praesens, posset tunc panis conuerti in ipsum, & tunc conuersio non esset causa praesentiae. Tertio. Posset etiam panis conuerti in corpus Christi existens in caelo licet non fieret illic praesens: hoc enim omnipotentiae Dei minimè repugnat. Quarto arguit Scotus. Ratio quare id, in quod aliud conuertitur, fiat praesens in aliquo loco est, quia manet eadem materia, vt patet dum ignis generatur ex ligno: hic autem nulla manet. Quinto denique. Christus non sit praesens in sacramento tanquam loco, quia non est ibi existentia in ordine ad locum, sed in ordine ad species sacramentaliter: quare ratio D. Thomae ruit. Tandem arguit Scotus quod confessio praesentiae corporis Christi antiqua est in ecclesia, quod autem fiat illa conuersio non fuit in principio ita manifestè creditum. Ad haec autem primum respondetur, istos impugnato-

res D. Thomae non contra ipsum tantum, sed contra sanctiones ecclesiae arguari. D. enim Tho. suam maximam assumpsit ex concilio Lateranensi cap. firmiter, de summa trinitate. vbi ratio praesentiae non datur alia, nisi transubstantiatio. Illa siquidem loquendi forma: scilicet, Corpus & sanguis sunt sub speciebus, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina (cui postea concilium Florentinum subscripsit) conuersione plane causam esse denotat praesentiae. Et Damascenus lib. 4. ca. 14. ait corpus Christi esse in sacramento, non quod ipsum ex caelo descenderit, sed quod ipse panis & vinum transmutatur in corpus & sanguinem Dei. Sed dicent isti. Licet concilium illud assignet pro causa, non tamen dicit aliud non fuisse possibile, vt ait S. Thomas. Respondetur, quod nec S. Thomas negauit alium praesentiae modum fuisse possibilem de omnipotentia Dei, sed loquitur de lege ordinata instar naturae, quam Deus in suis miraculis quam fieri potest maximè seruat. Vult ergo dicere, quod sicut lege naturae nihil incipit esse vbi antea non erat, nisi per motum, vel generationem (nam creatio supernaturalis est) ita Deus seruato modo praesentiae, qui est corporis in sacramento non nisi per conuersionem potuit lege ordinaria iuxta similitudinem ordinis naturalis rerum praesentiam illam perficere. Et arguitur contra istos. Nam postquam impugnant modum S. Thomae nullum alium tradunt, qui satisfaciatur. Ait enim Scotus dist. 10. q. 1. corpus fieri illic praesens non per motum, sed per respectum extrinsecus aduenientem, quem habet ad illas species, qui est sicut propinquitas. Attamen hoc non est ad rem respondere: respectus namque est id, a quo formaliter denominatur praesens: quaeritur autem de causa, quae fecit illud esse praesens, vbi ante non erat: quae quidem in naturalibus est vel motio vel generatio: ad quod neque Durandus neque Scotus quicquam respondent. Nam dicere quod Deus ponit, non est respondere: quia id non ambigitur, sed quomodo ponat inquiritur. Et est planissima veritas quod non ponit nisi per conuersionem, vt forma sonat, Hoc est corpus meum. Igitur ad primum eorum argumentum negatur, quod conuersio sit ad corporis praesentiam impertinens, imo est vera eius causa. Et ad argumentum. Potuit Deus ponere illud praesens sine conuersione, distinguitur. De potentia eius absoluta, concedimus: sed tamen de eius lege ordinata, qua in miraculis non facit nisi quod necessarium

Ad primum.

rium est seruando quam fieri potest naturæ leges, non potuit nisi per conuersionem: quando quidem corpus illud non creatur de nouo, nec aliunde mouetur, tamen si conuersione fuerit supra naturalis. Et quantum conuersione non fiat in animam immediatè, fit tamen in corpus, quod cum sit uinum, necesse est illic animam adesse, quæ det ei esse corporeum.

Ad secundum Ad secundum respondetur, quod si esset illic corpus penetratiuè, & panis conuertetur in ipsum, aliter fieret corpus præfens sub speciebus: quia scilicet contineretur sub illis quodammodo sicut panis, qualiter antea non continebatur. Vbi ad plenum rei intellectum notato, per consecrationem non utcumq; fieri corpus præfens, sed taliter contineri sub speciebus, qualiter panis continebatur, seclusa inherentiis: ut per visum specierum videatur corpus: sed ad motum specierum sequatur ex natura rei motus corporis, ut infra explicabitur. Et hoc certe fieri non potuit, nisi per conuersionem panis in corpus.

Interrogatio Sed rogas, Nunquid non posset Deus ponere corpus Christi simul cum pane sub speciebus, ut corpus contineretur sub illis, sicut modo continetur in sacramento. Capreolus dist. 11. q. 1. arti. 2. respondet, quod posset quidem ponere ambo corpora penetratiuè, non tamen corpus sacramentaliter, ut ad motum specierum sequeretur motus corporis, & ad visum earum videretur corpus. Et profectò habet magnam apparentiam, de quo infra redibit sermo. Et quidem Picus à Mirandula concessit id fieri posse, cuius tamen sententia reprobata fuit. Quicquid autem de potètia absoluta concedatur, nihilominus de ordinaria non potuit.

Mirandulanus. Ad tertium. Ad tertium argumentum primo respondetur, non esse ita facile intellectu, ut putant isti quod Deus etiam de potentia absoluta posset conuètere panem hoc loco in corpus existens in celo, quamuis hic non fieret præfens. Nam profectò cum nullo modo alio se habeat corpus illud, quam antea, vix intelligi potest quem alium respectum desitio panis haberet ad illud corpus, ut diceretur conuerti in ipsum, quam ad lapidem, vel ad quodcumq; aliud, in quod non conuertitur. Secundò autem dicimus, quod licet de potètia absoluta potuerit id fieri, tamen de potentia ordinaria ipsa conuersione huius in hoc secum adfert, ut res, in quam fit conuersione, illic succedat, iuxta tenorem formæ, hoc est corpus meum.

Ad quartum. Quapropter ad quartum respondetur, quod si-

cut in generatione naturali, materia quæ manet, est causa, ut illic succedat genitum: ita & hic, quia conuersione facit, ut corpus contineatur sub speciebus eo modo, quo panis (seclusa inherentiis) continebatur, ex natura sua facit corpus præfens. Ad aliud Durandi, quod corpus non fit præfens tanquam loco circumscriptiuè, concedimus: ut S. Tho. insinuat dicens quod non mouetur localiter, quod profectò videbitur: satis est tamen, quod fiat contentum sub speciebus, quæ sunt circumscriptiuè in loco. Ad aliud demum Scoti, quod ista conuersione non est tam antiqua in ecclesia, quam fides præfentis corporis, respondebitur articulo 4. habere eandem antiquitatem, nam utraq; pariter colligitur ex verbis Christi. Hoc est corpus meum. Et oppositum asserere esset subscribere in hæresim eorum, qui dicunt panem manere cum corpore.

Ratio secunda Ratio secunda S. Thomæ erat, quod si maneret panis in sacramento, forma esset falsa, Hoc est corpus meum. Contra quam arguit Scotus dist. 11. q. 3. quod nihilominus esset vera: nam pronomen tunc posset demonstrare non substantiam panis, sed contentum sub speciebus, sicut modo non demonstrat accidentia. At verò impugnatio profectò nulla est: nam secundum usum communem loquendi pronomen, hoc, substantiam demonstrat. Cum enim quis dicit, Hoc est corpus meum, non designat accidentia, sed substantiam suam: quare ex hoc quod pronomen illud modo non demonstrat accidentia altaris, non subsequitur quod non demonstraret substantiam panis, si illic esset. Aliter tamè arguit Durandus q. 1. quod cum illa assertio, Hoc est corpus meum, sit indefinita, posset verificari pro solo corpore, quamuis illic esset panis. At verò cauillum hoc regulis dialecticis aduersatur: cum enim, hoc, sit pronomen singulare, quomodo potest indefinitè accipi? Necesse est enim, ut quamcumq; substantiam demonstrat, quæ est hic. Si enim ego bursam monetis argenteis & aureis plenam ostendens dicerem, Hoc est aurum, profectò falsum dicerem, quia totum non est aurum. Quod autem illic addit Scotus Christum sicut dixit, Hoc est corpus meum, potuisse dicere, Hic est corpus meum, id est, in hoc loco, profectò non est veritati consonum: voluit enim significare, Hoc, quod dabat, esse corpus, non solum quod illic esset. Cum enim Scotus fateatur illic non esse panem, nescio cur non illud ex

verbis

verbis Domini, ut potest, conuincat. Pariter impugnat tertiam rationem, quæ est, quod si illic esset substantia panis aduersaretur adorationi. Ait enim, quod sicut modò non adoramus accidentia, sed corpus & sanguinem, quæ sunt sub illis, ita si adesset substantia panis, non adorarem illam. Respondetur autè, quod S. Tho. non negat, quin possent tunc admoneri Christiani ne aliud adorarent, quam corpus Christi, sed tamen dicit, quod substantia panis aduersaretur adorationi, quam modò facimus. Adoramus namq; non accidentia secundum se, quippe quæ sensu deprehendimus esse creaturas, sed id absolutè quod sub illis latet.

ARTICVLVS. III.

Vtrum substantia panis vel vini post consecrationem huius sacramenti annihilatur.



STENSO substantiam panis & vini non manere in sacramento, cõsequens est indagare quid de illa fiat. Et quamuis quæstio solum inquirat an annihilatur, est tamè virtute bimebris. Nam illi, qui impossibile arbitrantur panem & vinum posse in corpus & sanguinem Christi conuerti, bipartiti sunt. Alij enim dixerunt, quod resolverentur in præiacentem materiam, puta in aerem vel in aliud. Alij verò, quod annihilarentur. Duabus ergo conclusionibus respondetur. Prima. Panis & vinum non resoluntur in præiacentem materiam. Probat dupliciter. Primò quia resolutio mixti debet fieri in elementa: quandoquidem in materiam primam, ut quæ sine forma esse non potest, fieri nequeat resolutio: cum autem nulla post consecrationem sub speciebus maneat substantia, nisi corpus & sanguis: fit ut elementa, in quæ fieret resolutio per motum localem illic abscederent, atque adeò sensu perciperentur, quod est contra experientiam. Ad intellectum autem secundæ rationis recolere oportet ex philosophia, quod resolutio mixti non potest fieri in instanti: nam fit per motum: positio autè corporis & sanguinis non fit successiuè, sed in ultimo momento verborum, ubi perficitur significatio formæ. Arguitur ergo. Substantia panis, & similiter vini, manet per totum tempus consecrationis: in ultimo verò instanti prolationis iam est corpus & similiter sanguis: ergo nullum erit tempus vel momè-

tum, in quo sit præiacens illa materia, in qua fiat resolutio: quia nec quando est panis, nec quando est corpus. Nisi diceretur, quod paulatim & successiuè desinit panis resolutus esse sub speciebus: nam si illa resolutio incipiat fieri in postremo instanti prolationis verborum, tunc simul esset cum corpore aliqua particula panis nondum resoluta. Si autem inciperet ante illud postremum instans, tunc daretur aliquod tempus, in quo nec esset panis sub totis speciebus, nec verò corpus, quod est absurdum: nam panis non abit, nisi subintrante Christi corpore. Ob id ergo alij dixerunt, quod panis & vinum annihilantur, contra quos statuitur secunda conclusio. Nec panis, nec vinum annihilantur. Probat, quoniam (ut dictum est) non reperitur modus alius, quo corpus & sanguis sint in sacramento, quam per conuersionem panis & vini in ipsa: quod autem in aliud conuertitur, non annihilatur: nam terminus annihilationis est nihil: terminus autem conuersionis est illud, in quod fit conuersione. Deinde adhibet quartam rationem ad ambas simul conclusiones. Effectus sacramenti significatur per eius formam: hæc autem forma, Hoc est corpus meum, nec resolutionem significat panis, neque annihilationem: ergo nihil est unde talis resolutio vel annihilatione fiat. Accedit demum & autoritas Augustini libr. 83. quæstionum, quod Deus non est causa tendendi in non esse: cum ergo eius virtute hoc sacramentum perficiatur, nulla hic accidit rei desitio simpliciter.

Prima conclusio S. Thomæ, quod non fiat resolutio panis in præiacentem materiam, ex ultimis duabus rationibus, quæ sunt theologica, satis probatur. Nam cum nulla sit ratio cur panis desinat esse, nisi ut conuertatur in corpus, neque sacramenti forma aliud significet, error esset dicere quod fiat eius resolutio in aliam materiam. At verò quia Sanctus Thomas non fuit theologus rationibus contentus, duas philosophicas præmisit. Primò autem contra id, quod ait non posse resolutionem fieri in materiam primam, quia non potest esse sine forma, arguit Scotus dist. 11. quæstio. 3. id non satis probari, imò sustineri posse, materiam primam posse omni forma denudari. Hoc autem non est præfentis loci disputare. Id namq; D. Thom. 1. parte. quæst. 66. ar. 1. optimè profectò probare contendit, propterea quod materia prima est mera potentia passiva, quæ nisi aliqua forma actuetur, non

non potest actu existere. Ad rem autem factis est, quod per naturam id fieri non potest, & dicere Deum sua omnipotentia hic citra necessitatem uti, ut materiam primam omni forma denudet, cum id ad sacramenti veritatem nihil referat, esset plusquam temerarium. *Secundū argumentum.* *Secundū* argui potest contra diuisionem illam, quod scilicet, resolutio fieri non posset nisi vel in materiam primam, vel in elementum: nam diceret quispiam fieri posse in aliud mixtum. Hoc autem argumentum Philosophi peritus non faceret: quoniam corruptio in aliud mixtum nec dicitur resolutio, nec fieri potest nisi per veram generationem, quae in consecratione nulla fit. Tertio posset quis arguere, quod licet resolutio fieret in elementa, non necesse erat, ut excluderentur ab illis speciebus, sed illic manerent, sicut erat panis. Haec autem argutia minoris est apparentiae: tum quod illa accidentia, quae manent non sunt elementorum, ut possint eis inherere: tum quod si illa resolutio admitteretur, non esset alia de causa, nisi ut succederet corpus & sanguis ubi erat panis: cuius causa excludenda erant illa elementa, sicuti & ipse panis, potissimum quod secunda ratio Diui Thomae manet in suo vigore, qua probatur non posse dari tempus, quo fieri illa posset resolutio. Secunda conclusio, qua panis annihilatio negatur, ut comodius elucidetur, doctrinam subsequenter articuli praesupponit.

ARTICVLVS IIII.

Utrum panis possit conuerti in corpus Christi.



QUANTUM in superioribus articulis quatenus eorum conclusiones exigebant, dictum fuerit, panem conuerti in corpus, Et vinum in sanguinem nihilominus ad rei elucidationem quaeritur an sit verum. Et respondet D. Tho. quatuor conclusionibus. *Prima.* Necesse est dicere quod Christi corpus incipiat esse in sacramento non aliter quam per conuersionem. Probatur primo auctoritate Eusebii Emisleni, quae refertur de consecra. dist. 2. can. Quia corpus, ubi postquam ait, quod cum ad nutum precipietis Domini repente & ex nihilo substituerint excelsa caelorum &c. subdit non nobis nouum & impossibile esse de

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Prima conclusio.

bet, quod in Christi substantiam terrena & mortalia conuertuntur. Secundo probatur ratione supra iam facta. Corpus Christi verum incipit esse de nouo in hoc sacramento, & non per motum localem, quia nec est ibi sicut in loco, sed indiuisibiliter, ut art. 1. dictum est: ergo est per conuersionem, articulo enim secundo ostensum est, non esse alium modum quo illic corpus Christi esse incipiat. *Secunda conclusio.* Conuersio haec non est conuersionibus naturalibus similis, sed omnino supranaturalis, sola Dei virtute effecta. Probatur primo auctoritate Ambrosij, quae refertur de consecra. dist. 2. can. Re vera, dicitur. Liqueat, quod praeter naturam ordinem virgo generauit, & hoc, quod consecrauit corpus, ex virgine est: quid ergo quaeris naturam ordinem in Christi corpore, cum praeter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex virgine? Et auctoritate Chrysostomi super illud Ioannis. 6. Verba, quae ego locutus sum vobis (scilicet de hoc sacramento) spiritus & vita sunt, Vbi ait. Spirituales sunt nihil habentia carnale, neque consequentiam naturalem: sed eruta sunt ab omni necessitate, quae est in terra, & a legibus, quae hic positae sunt. *Tertia conclusio.* In hoc sacramento diuina virtute tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi, & tota substantia vini in totam substantiam sanguinis Christi. Probatur per comparationem ad naturales generationes. Omne enim agens creatum, quia constituitur in sua specie per determinatum genus & differentiam, habet essentiam finitam, ac perinde determinatur ad certum actum & certum modum agendi. Ut ignis non potest agere nisi ignem, eundemque in materia certo modo disposita, & causae caelestes non nisi secundum determinationem istarum causarum secularium. Determinatio autem cuiuslibet rei inesse actuali est per eius formam: nam cum materia sit mera potentia, non dat esse rei, sed forma: homo enim per formam est homo, et per calorem calidus. Atque hinc fit, ut omnis actio agentis naturalis sit formalis, quod est dicere: agens naturale non potest producere nec destruere materiam, sed tantum supposita materia pellere vnam formam & introducere alteram, ut ignis pellit ex aqua frigus, & inducit calorem, quae dicitur alteratio, atque in eius materiam excludendo formam aquae infert formam ignis, quae est generatio. Deus autem, quia nullo genere, aut differentia limitatur

mitatur, est purissimus actus ac perinde infinitus infinitaque substantia, ut prima par. q. 7. egregie demonstratum est: unde fit, ut eius actio nullatenus limitetur, sed ad omnem naturam mentis protendatur. Quocirca non solum conuersionem potest perficere formalem, ut scilicet diuersae formae in eodem subiecto sibi succedant, sed & conuersionem totius entis & cuiuslibet eius partis, videlicet, ut tota substantia huius quantum ad materiam & formam conuertatur in substantiam alteram. Atque hoc est quod diuina virtute agitur in hoc sacramento. Quare non est conuersione formalis, ut quauis alia naturalium generationum, sed substantialis. *Quarta conclusio.* Conuersio haec proprio nomine dici potest transubstantiatio.

Quarta conclusio.

Expositio articuli.

Lutherus.

*Primum omnium in praesentiarum ad notandum nomen conuersionis aut transmutationis, quod prima conclusio insinuat, aut transubstantiationis, quod explicatur in quarta, in euangelio non haberi expressè. Propter quod Lutherus libello supra citato, & refertur à Clichtoueo lib. 2. de sacramento eucharistiae cap. 22. ait assertionem de transubstantiatione non esse recipiendam: quoniam res est, inquit, noua in ecclesia, scilicet à tempore Innocentij in c. firmiter. Quinero Scotus dist. 10. ut supra citauimus. q. 1. & dist. 11. q. 3. & Caieta. praesenti q. art. 1. non solum transmutationis nomen aiunt esse nouum, verum & rem ipsam conuersionis dicunt, ecclesiam à doctoribus suscepisse, qui de consecra. dist. 2. referuntur. Imò ait Scotus quod primum iste intellectus fidei susceptus est in illo concilio Lateranensi. Et percontatus cur articulum tam intellectu difficilem ecclesia suscepit, Respondet nihil aliud, quam quod id illuminata spiritu sancto fecit. *Tria tamè hic de hac re cõfrendenda cõmonstrandaque sunt.* Primum quod nomen transubstantiationis à tempore Innocentij usurpatum est. Quonia in nulla vetustiori scriptura reperitur. Secundum quod res ipsa sub aliis nominibus: scilicet, transmutationis aut conuersionis, non solum res est antiqua, in ecclesia, verum ex ipso euangelio collecta. Probatur de consecra. dist. 2. Canonibus multis, Etenim ca. Panis est. Ambrosij, vide, inquit, quomodo operatorius sit sermo Christi: si enim tanta uis est in sermone Domini Iesu, ut inciperet esse, quod non erat (scilicet mundus) quanto magis operatorius est, ut sint quae erant, & in aliud cõmutentur. Et subdit. Quia*

Sanctorum canones.

sermo Christi creaturam mutat. ex pane fit corpus Christi. Idemque repetit can. Reuera: Et can. In calice. Et Aug. can. Vtrum. sub figura ait quod sicut ex virgine per spiritum sanctum caro Christi creata est, ita per eundem ex substantia panis & vini mystice in corpore Christi consecratur. Et can. Nos autem. fideliter fatemur ante consecrationem panem esse & vinum, quod natura formauit, post consecrationem verò carnem Christi & sanguinem, quod benedictio consecrauit. Et Eusebius Emislenus can. Quia corpus inuisibile, inquit, sacerdos visibiles creaturas in substantias corporis & sanguinis sui verbo secreta potestate cõuertit. Et Damascus. paulò ante citatus lib. 4. cap. 14. Corpus, inquit, in sacramento secundum veritatem cõiunctum est diuinitati: non quod ipsum corpus ex caelo descenderit, sed quod ipse panis & vinum transmutatur in corpus & sanguinem Dei. Et Hugo lib. 2. par. 8. cap. 2. Christus, inquit, post eam panem & vinum in corpus & sanguinem suum diuina potentia transmutans apostolis sumendum tribuit, ut idem post in sui memoriam ageretur. Non est ergo res noua. *Sed ait Scotus.* Hoc ecclesia reuelatione spiritus sancti suscepit. Fatemur & nos equidem tanquam verissimum. Attamen quia ecclesia non immediata reuelatione quemadmodum apostoli utitur, sed diuina ope & opera, ne in eruendis è sacra pagina articulis fidei erret: non satis est Theologo dicere, ecclesia in veritatibus fidei sic decreuit, sed munus eius est ostendere ex quibus locis scripturae id collegerit. Illud. n. verbum hominis, id est consubstantialis patri, Nicena synodus nunquam in usum recepisset, nisi ex verbo ipso euangelico eliciisset, ego & pater vnum sumus. Pari modo nunquam sancti nomen conuersionis & transubstantiationis vspassent, nisi in verbis Christi perspexissent, Hoc est corpus meum. Cum enim accepit panem, et non dedit nisi corpus, optima consequentione patres intellexerunt verbo ipso, conuertisse panem in corpus. Quapropter nescio cur Scotus dixerit, quod siue Christus diceret hoc est, siue hic est corpus meum, nihil ad. b. cum tantum ad rem faciat dixisse hoc est, ut si non dixisset nisi hic, id est hoc loco, nunquam ecclesia conuersionem sacramentalem recepisset. Igitur non plaris aestimare hoc, quam hic, est fibras & nervos veritatis succidere. Nam nisi inde eliciamus panem non manere

re cum corpore, marcescit elanguetq; auctoritas aduersus hereticos, qui sanctiones ecclesie, nisi in sacris literis fundentur, recutiunt. Tertium tandem dictum sit, q; postquam hanc conuersionem sancti patres ex euangelio colligerunt, aptissime nomen transubstantiationis illi accommodarunt. Nam si generatio naturalis propterea q; illic forma submutatur, transformatio recte dicitur, hanc ubi tota substantia transit in aliam, significatissime transubstantiatio nominabitur. ¶ Quocirca heretici dum nobis impropere, q; verbis utamur, quae non sunt in euangelio, Hieronymum audiant respondentem super illud ad Galatas. 1. Notum vobis facio euangelium, &c. Vellem enim, inquit, ut isti à Cicerone quererent cur in sua philosophia portetosis verbis usus fuerit, inde enim se excusat, quod aliis non posset philosophiam Platonis explicare. Multo ergo ecclesia maiori iure sicut contra Arium recepit verbum homouisionis: ita quia prius Berengarius negauerat veritatem corporis in sacramento, & deinde alij dicebant permanere cum eodem corpore panem, ad eorum exhibendos errores verbum transubstantiationis sapientissime usurpauit. Quapropter Tridentina synodus in decreto de sacramento eucharistiae can. 2. Si quis, inquit, dixerit in sacrosancto eucharistiae sacramento remanere substantiam panis & vini una cum corpore Domini nostri Iesu Christi & eius sanguine, & negauerit mirabilem illam & singularem conuersionem panis in corpus, & totius substantiae vini in sanguinem manentibus duntaxat speciebus panis & vini: quam quidem conuersionem catholica ecclesia aptissime transubstantiationem appellat, anathema sit.

Durandus.

¶ Hoc ergo adnotamento praefato de prima & secunda conclusionibus nihil inter doctores catholicos ambigitur, quippe cum vniuersis propter modo citata testimonia receptissimum sit conuersionem in hoc sacramento interuenire, eademq; diuina supernaturaliq; virtute fieri. De eius tamen qualitate & modo, qui affirmatur in tertia: scilicet, quod tota substantia panis transmutetur in corpus Christi, quia altissima ac perinde recoditissima res est, non omnes consentiunt. Quatuor ergo opiniones sunt examinandae. ¶ Prima est Durandi in. 4. d. 1. q. 3. qui plane hanc denegat tertiam conclusionem: scilicet, totam substantiam panis conuerti in corpus, sed conuersionem aut fieri instar generationis. Videlicet per consecratio-

nem excludi formam panis à materia, quam subinde materiam anima Christi informat. Idemq; inquit, & de forma sanguinis & materia vini sentiendum. Et subdit id fieri ad modum nutrimenti, quod per calorem naturalem transmutatur in substantiam aliti, Idq; subinde autoritate Damasceni lib. 4. c. 14. confirmare contendit, dicentis, quod quia mos est hominibus panem manducare, & vinum bibere, in hunc modum coniunxit Deus sua diuinitatem pani & vino, quas res fecit esse corpus & sanguinem suum. ¶ Vtitur hic tamen Durandus (qua solet) libertate loquendi. Non enim solum temere contra omnia citata testimonia loquitur, quae extant de consecr. dist. 2. ubi nullus sanctorum patrum insinuat quicquam panis remanere, sed totum aiunt conuerti in corpus: verum & aperte concilio Lateranensi in cap. firmiter, & cap. cum Marthae, de celebra. missa. & concilio Florentino contradicit. In quibus omnibus locis nomen transubstantiationis receptum est, ubi significatur mutatio totius substantiae, & cuiuslibet eius partis: cum tamen haec Durandi non sit nisi transformatio, id est, mutatio formae, sicuti fit in generatione naturali. Vnde sequitur quod esset vera corruptio panis, & generatio Christi, sicuti dum ex ligno generatur ignis. Quis autem audeat dicere in sacramento Christum gigni? ¶ Secundo arguitur. Vel illa materia panis facta consecratione habebit humanam effigiem, vel aliam: non quidem aliam, quoniam cum perdidit effigiem panis, non est cur aliam recipiat, quam corporis Christi: cuius animam recipit: tum etiam quia aliis non posset informari anima rationali Christi. Si autem effigiem recipit humanam, hoc in primis non est opinabile, videlicet, quod per consecrationem materia haec panis complexionem & organa, ac demum iustam figuram humanam suscipiat, & subinde talis effigies fiat inuisibilis. Sed praeterea arguitur. Tunc vel ista materia panis continetur materiae corporis Christi, quod est in caelo, vel non. Primum quidem horror esset concedere, fieret enim corpus Christi monstrificum, non solum propter nimiam quantitatis mole, quam haberet, verum quia haberet innumeras effigies humanas. Si autem detur secundum membrum, tunc sequitur quod anima Christi simul informat innumeras materias distinctas, in altaribus quae plurimis, quod paulo minus monstrum est. ¶ Tertio sequeretur, quod aliqua pars christi esset

Reprobatur opinio Durandi.

esset in sacramento, quam non haberet in caelo: scilicet, illam materiam, quae fuerat panis atq; adeo aliqua pars eiusdem corporis est in vno sacramento, quae non est in alio. Ac deinde de sequeretur, quod in vno sacramento non suscipitur corpus, quod est in caelo, neque in vno sacramento suscipitur quod est in alio. ¶ Quarto. Secundum opinionem Durandi, corpus ipsum Christi in sacramento frangitur, atteritur, & comeditur, & digeritur, postquam illa materia, quae prius fuerat panis, istarum est passionum capax. Consequens autem nefas est concedere, quia corpus nec frangitur, nec atteritur nec digeritur nisi ratione specierum. ¶ Quinto sequeretur, sicut contra relinquentes panem in sacramento supra argutum est, quod Christus quotidie aliquid assumeret, quod quotidie relinqueret: scilicet materiam illam. ¶ Sexto arguitur. Secundum hanc opinionem accidentia non essent illic sine subiecto, imò inherere deberent vel corpori Christi, quod est contra physicam: quia illa accidentia non sunt hominis, sed panis: & contra theologiam, quae docet corpus Christi non habere illic extensionem in ordine ad locum, non possunt illi inherere accidentia illa, quae extensa sunt: vel deberent inherere materiae, quae permanet: nam ipse tenet cum nominalibus accidentia inherere materiae. Hoc autem in concilio Constantensi sessione. 8. contra Vitellium condemnatum est: scilicet, accidentia illic esse in subiecto. Est ergo opinio Durandi non solum falsa, verum & erronea quasi ad illos deflectens, qui ponebant panem manere cum corpore. ¶ Argumenta vero eius, quia à D. Thoma insinuantur, inter eius argumenta soluentur. ¶ Secunda opinio est hic Caietani, qui concedit quidem tertiam conclusionem: scilicet, totam substantiam panis transubstantiari in corpus Christi: modo tamen & intellectu difficili, & creditu, nescio an dixerim impossibili. Ait enim, id quod erat panis postmodum esse corpus. Et quidem si relatiuum acciperetur vagè & accommodè, (vt dialectici aiunt) scilicet, quod contentum sub speciebus, prius erat panis, cui succedit postea corpus, verissimum quidem diceret: nam participium illud, contentum, est commune in significando quicquid illic continetur: scilicet, panem & corpus, vt S. Th. in. 4. dist. 11. q. 1. ar. 4. & hic infra. ar. 8. & q. 78. art. 5. plane docet. Et sunt qui putent hoc Caietanum sensisse. Sed tamen alijs & mihi quidem videtur singulari

Caietanus.

ter sentire, quod ipsissima res, quae modo est panis, postea est corpus. Quae quidem est prima eorum trium opinionum, quas glossa super can. In sacramentorum, de consecra. dist. 2. refert, illamq; reprobat. Itaq; sensus huius opinionis est, quod facta consecratione verum est dicere, Res, quae erat panis, modo est corpus: quemadmodum in predicationibus accidentium concedimus, quod ipse, qui modo infirmatur, postea erit sanus: & qui modo est calidus, postea frigebit. Imò non desunt, qui Caietani in eodem sensu suslineant. Ob idq; necessarium est hanc opinionem pressim discutere. Primum ergo animaduertendum, quod secundum hanc opinionem non modo panis non annihilatur, verum neq; ipse neq; vlla eius pars desinit esse simpliciter, sed res ipsa manet facta corpus Christi. Et haec ceteris opinionem esse S. Thoma, atq; adeo certam, vt de illa ambigere nemo debeat. Et fuit antiqua opinio Henrici Guandensis, quae Scotus dist. 11. q. 4. & recitat, & refutat. ¶ Et vt verum fatear, verba Ambrosij significare videntur hanc fuisse eius opinionem. Verba sunt illa, quae supra citauimus libr. 4. de sacrament. cap. 4. & referuntur can. Panis, de consecr. d. 2. Ait quippe quod si tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperet esse, quod non erat (scilicet mundus) quantum magis operatorius est, vt sint quae erant, & in aliud commutentur? si ergo sunt quae erant, manent res ipsae, quae erant panis & vinum, & fiunt corpus. Et subdit. Sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem. Et can. In calice. Ante verba, inquit, Christi quod offertur panis dicitur, ubi Christi verba deprompta fuerint, non iam panis, sed corpus dicitur: eadem ergo res, quae prius dicebatur panis, dicitur postea corpus. In eandem sententiam videtur Magist. Senten. d. 11. subscripsisse dicens, q; substantia panis & vini, quae antea non fuerat corpus & sanguis, verbo Christi efficitur corpus & sanguis. Et inferius ait, distinguendum esse cum dicitur, substantia panis, vel id quod erat panis, modo est corpus Christi: manens enim panis non est corpus Christi, sed mutata in id, quod facta est, est corpus Christi. Et Inno. li. 4. de officio missae ca. 6. Incomparabiliter, inquit, maius est, quod Deus ita factus est homo, quod non desijt esse Deus, quam quod panis ita fit caro, quod desinit esse panis. Et infra. Quod panis erat cum accepit, corpus suum erat cum dedit. Et Tho. VValdensis tomo. 2. citato

Ambrosius.

Magist. Sen.

cap. 68. eodē intellectu legere videtur verba Ambrosij. Et in cōfessione Berengarij de con-
se. d. 2. ait ille, panem & vinū, quæ in altari po-
nuntur, post consecrationē verū corpus & san-
guinem Christi esse. Nihil ergo mirum si quis
suspicietur illā fuisse opinionem Ambrosij, à
quo eam reliqui hauserunt. Videtur tamen
mihi (vt exiguitatē ingenij mei prodam) at-
tentius rē speculanti imperuassibilis. Quam
quidē certus sum nec S. Thomam somnialle.
¶ Primū enim sic ista opinio annihilationem
cauet, vt transubstantiationem tollat: si enim
res ipsa, quæ est panis, manet facta corp⁹, nul-
la sit propriē transubstantiatio. Etenim tran-
substantiatio non dicit quancunq; mutatio-
nē substantiæ, vt dū album sit nigrū, sed tran-
sitiū de substantia in substantiā: qui quidem
transitus duos dicit terminos: scilicet, à quo,
qui corrūpitur & simpliciter desinit esse, &
ad quē, qui incipit esse vel simpliciter, vel sal-
tē vbi aliud erat. Secundū autem hāc opinio-
nē panis, quāuis desinit esse panis, tamē non
desinit esse simpliciter, nec desinit esse substā-
tia: nam eadē res proximē erit substātia: tran-
sire ergo ab esse panis ad esse corporis Chri-
sti eadem re secundū se & quodlibet sui per-
manēte, non est transubstantiatio. Patet exē-
plo in generatione. Impossibilis enim esset
transformatio, nisi vna forma deperdita, alia
acquireretur: transubstantiatio autē addit su-
pra transformationē, q̄ non solū forma, sed
tota materia trāsit in aliā, atq; adeo desinit ef-
se. Ad hoc enim demonstrandū contulit hic
D. Th. infinitā virtutē Dei quę se extendit ad
corrūpendum materiā: cū illa sit limitata quę
est in causis naturalibus quæ solū pellit for-
mā. ¶ Secundō arguitur. Impossibile est q̄ res
desinat esse panis, quin desinat esse substātia,
& desinat esse simpliciter: cuius contrariū isti
dicunt. Cū. n. res desinat esse aliquid, q̄ de illa
quidditatiūē predicatur, desinit simul esse quicquid
est de intrinseca ratione eiusdē predicati: ge-
nus autē substantiæ est de intrinseca ratione
panis: est enim quidditatiua predicatio, Pa-
nis est substātia, & substātia est ens: ergo si de-
sinit esse panis, desinit esse substantia, & sim-
pliciter ens. Profectō nescio quid ad hoc au-
tores cōtrarię opinionis respōderent. In præ-
dicantēis quidē accidentium fatemur, q̄ ho-
mo potest desinere esse albus, quando nō de-
sinit esse coloratus, quia potest alium habere
colorē: & Christus, qui habebat duas substan-
tias potuit desinere esse homo, manēs substā-

Expositio ar-
ticuli.
Impugnatio
opinionis.

tia, non tamē potuit desinere esse homo, quin
desineret esse animal: sed tamen substātia me-
rē creata intelligibile est, vt desinat esse pa-
nis aut vinū, quin desinat esse omnia quiddi-
tatiūē superiora atq; adeo desinat esse simpli-
citer. Et tamen Caiet. cōcedere deberet, q̄ si
Deus suo modo transubstantiaret hominē in
equū vel aliud animal, desineret tunc esse ho-
mo tamē non desineret esse animal, & substā-
tia, quod nescio quisnam percipere satis pos-
sit. ¶ Tertio ad maiorem huius claritatem ar-
guitur. Si res illa maneret, fieret consequens,
vt idem subiectū maneret prius sub esse pa-
nis, & postea sub esse corporis: quare verum
esset dicere. Panis potest esse corpus, imō erit
corpus, sicut album erit nigrum. Hæc autem
D. Tho. ar. 8. omnino negat. Quare illic in so-
lutione tertij planissimē affirmat nihil panis
manere. ¶ Quarto. Qua virtute posset Deus
panē transmutare in suū corpus præexistēs,
posset transmutare in id, quod nō est, putā in
lapidē. Arguitur ergo sic. Lapis incipit esse la-
pis: ergo simpliciter incipit esse. Cuius cōtra-
riū hæc opinio cōcedit: nam cum lapis antea
erat panis, potuit esse ab initio mūdi, & tamē
incipere modō esse lapis. Hoc autē propriū
est prædicamentorū accidentiū, vt scilicet ho-
mo incipiat esse albus, quādo nō incipit esse:
quod & Christo propter duas naturas conue-
nit: videlicet, vt incipiat esse homo, nō tamen
incipiat esse. In summa, mysteria fidei nō de-
struunt naturā: tribuere autē substātiæ, quod
est accidentiū, vt scilicet incipiat & desinat ef-
se panis & lapis, quando non incipit nec desi-
nit esse, est rerū naturas sine causa peruerrere.
¶ Quinto arguitur. Cū nulla prorsus deperdi-
tio fiat in pane. s. nec partis, nec accidentium,
nec situs &c. intelligibile nō est quomodo pa-
nē hūc sacramentale cōuertat Deus in corpus,
magis quā rem aliā. Nam si dicas q̄ facit illū
esse corpus Christi, hoc est principiū petere.
Hoc enim quæro qd faciat circa panē, vt con-
uertatur in corpus, quod nō facit circa aliam
rē. Si dicas q̄ ponit corpus sub speciebus, fac-
q̄ vertat vnū lapidē prorsus in lignū, & acci-
dētia eius in accidētia ligni manente re, quæ
erat lapis, quid faciet circa illū lapidē vt fiat li-
gnum? ¶ Sexto eadē ratione potuisset ante
creationē mūdi creare vnū granū milij, atq;
illud trāsmutare in cœlū manēte re, quę erat
miliū, neq; aucta materia, sed quod illa mate-
ria milij immutata esset tota materia cœli, &
quod erat forma milij, fieret forma cœli. Nā
qua

qua ratione potest conuerrere minimū panē
in corpus Christi, poterat illud facere. Quod
si quis cōcedat, indignus profectō fit, vt con-
tra eū arguatur. Nā eadē ratione id, qd̄ erat
vnū granū sinapis, posset esse totus munus:
& è conuerso posset totū cœlum in granū si
napis cōuertī nihilo materiæ, aut formæ, aut
quantitatis deperdito aut condensato: quare
tūc totū cœlū contineretur in loco grani sina-
pis. ¶ Septimō arguitur. Sequeretur q̄ posset
dari ad præteritū potētia, quod oēs fatentur
Deo esse impossibile. Signem⁹ quippe lignū,
quod nunquā fuit, in quod Deus potest cœlū
transubstantiare. Arguitur sic. Hoc lignū non
fuit ab initio mūdi, & tamē potest fuisse: quia
hoc cœlū fuit ab initio mūdi, & hoc lignū po-
test esse hoc cœlū: ergo potest esse illud, qd̄
fuit ab initio mūdi, atq; adeo potest fuisse ab
initio mūdi. ¶ Octauo deniq; arguitur. Seque-
retur hæc esse possibilē: Petrus, qui est præde-
stinatus, dānabitur: nā si res ista, quæ est Pe-
trus, trāsubstantiaretur in Paulū, qui est repro-
bus, tūc enūciatio hæc esset vera. Petrus præ-
destinatus erit homo dānatus. Non cōseo su-
peruacaneū opinionē hanc tam multis impu-
gnasse, quia sunt qui illā defendūt: & tamē ar-
bitror adeo esse incredibile, vt inde catholi-
cis hæretici argumentū obmoliri possent ad
sacramentale conuersionē dissuadendā, & irri-
dendā. Fatetur Caiet. se factū insipientē, sed
tamē à Durando coactū. Ego verō si fortē in
multiloquētiam impegerim, dicā ambos me
in ipsam adegisse. ¶ Igitur ad Ambrosiū res-
pōdetur primō, q̄ etsi suspicaremur illā fuisse
eius opinionē, nihilomin⁹ citra vllā detractio-
nē autoritatis sanctissimi doctoris possemus
de re, quę ad veritatē catholicā nullatenus est
necessaria, & philosophiæ repugnare vide-
tur, aliter sentire. Secundō tamen satius respō-
detur, q̄ viri illi grauisimi nō vsque adeo ad
modū loquēdi scholasticum suas assertiones
exigebāt. Et quidē verba illa ex præcedenti-
bus interpretari licet. Cū enim dixisset Deū
ex eo, quod nō erat, mundū creasse, subiecit,
facilius facere potuisse, vt sint, quæ erāt, & in
aliud cōmutentur. Vbi verbū, sint quæ erant,
nō debet accipi in sensu quē in rigore sonat:
scilicet, q̄ illa res, quæ erat panis, maneat alio
qui ex eisdē verbis colligeres, vt maneret id,
quod erat (scilicet secundū esse panis) nā in
rigore hoc sonat, sint quæ erant. Quare & cō-
traria opinio tenetur etiā glossare Ambrosiū.
Cū ergo ait, vt sint quæ erāt, & in aliud com-

responsio ad
Ambrosiū.

mutentur, sensus est, vt res, quæ erāt, in aliud
cōmutentur. Quare eadē verba super illud. 1.
Corinth. 11. Hoc est corpus meū, sic citantur.
Nūquid potest ea, quæ sunt mutare in id, qd̄
nō erant? Nō ergo dixit, vt sint quæ erāt, nisi
ad differētiā creationis, quæ fit ex nihilo. Vbi
autē subdit. Quod erat panis ante cōsecratio-
nē, iam corpus Christi est post cōsecrationē.
D. Tho. in. 4. dist. 11. q. 1. ar. 4. tanquā peritissi-
mus philosophus exponit: videlicet, vt relati-
uū referat accōmodē (quod aiunt) & vagē. s.
quod continebatur sub speciebus, antea erat
panis, & postea corpus. Ait enim aliquando
à sanctis huiusmodi locutiones vsurpari: ta-
mē idēitas, inquit, importata, nō refertur ad
subiectū, vt. s. idē maneat subiectū sub vtraq;
forma, sed q̄ sicut in generatione in eadē ma-
teria succedūt diuersæ formæ: ita in trāsubstā-
tiatione sub eisdē speciebus diuersa substātia.
Et ita Magist. Senten. si tenendus est, glossari
debet, atq; adeo Innocen. & omnes. Alia ve-
rō Ambrosiana propositio. Ex pane fit cor-
pus, plana est. Hoc enim modō dicim⁹ ex vi-
no fieri acetū, & aere fieri aquā: nō q̄ maneat
res, quæ antea erat, sed q̄ corrūpatur in aliā.
Et in eodē sensu accipitur illud. Quod offer-
tur panis est, & post consecrationem corpus
dicitur. Et hæc, Panis conuertitur in corpus,
& similes. Hæc autem luculentius infra artic.
8. patebūt, vbi S. Tho. huiusmodi locutiones
interpretatur. Et. d. 11. q. 1. art. 5. vbi demōstra-
tio pronominis, Hoc est corpus, explicabi-
tur. Imō passim in subsequētibz liquebit
hanc esse S. Thomæ sententiam. ¶ Tertia opi-
nio est Scoti in. 4. d. 11. q. 4. vbi ait per cōse-
cratiōnē fieri, vt panis & vinum secundum se &
quodlibet sui desināt esse, quorū loco succe-
dit corpus Christi & sanguis sub eisdē specie-
bus. Et hætenus quidē rectē: nā & hæc est D.
Thomæ, omniūq; doctorū, si sanē intelligan-
tur, catholica sentētia. Differt tamē in duob⁹.
Primō, q̄ hāc nō cōset propriē transubstantia-
tionē. Et secundō, quod licet de annihilatiōe
an accidat hīc necne, vacillet, tandē propēdet
q̄ panis & vinū annihilatur. ¶ Quarta igitur
opinio, eadēq; S. Thomæ, est, quæ si absq; ca-
lūnia intelligatur, verissima est: nēpe, panē &
vinum desinere esse secundū se, & quodlibet
sui, vt expressē ait ar. 8. in solutione tertij: &
nihilomin⁹ illā esse conuersionē, & trāsubstā-
tiationē, atq; adeo nullatenus annihilationē.
Probatio est, quia sicut in corruptione, & ge-
neratione propterea q̄ vna forma depulsa, al-

Scoti.

S. Thomæ.

Explicatio
conuersionis
maximè no-
tandæ.

tera in eadem materia subrogatur compo-
situm, quod corrumpitur, cõuertere dicitur in alte-
rum, quod gignitur. ¶ Ad cuius intelligentiã
& persuasiõem hoc fati est adnotare, quod
inter has duas mirabiles nouitates. scilicet cõuerfio
nẽ panis, & existentiã corporis, est talis neces-
sarius ordo, vt cõuerfio sit causa existentiã il-
lic Christi. Si enim oẽs sanctorũ canones su-
pra citatos reuideris, nulla alia ratione in co-
gnitiõem cõuerfionis deuenit ecclesia, quam
ad verificandũ verbũ Christi: Hoc est corpus
meũ. Ideo nãq; assuerunt, ex pane fieri corp⁹
& similiter ex uino sanguinẽ. Vnde sicut i cor-
ruptiõem & generatiõem naturali ob id, qd eadẽ
agẽtis actione, qua depellitur vna forma, in-
ducitur alia: taliter vt desitio prioris sit via ad
productiõem alterius, nulla est annihilatio: sic
in proposito, quia eadẽ cõsecratione excludi-
tur panis tanquã mediũ, vt sub eisdẽ specieb⁹
cõtineatur corpus, locus annihilatiõis nõ re-
linquitur. Quapropter quod in generatione
erat materia manẽs sub vtraq; forma, in hac
cõuerfione sunt species, sub quibus duæ sub-
inde substãtiæ continentur. ¶ Ex quo colligi-
tur aliud cõtra Scotũ & Durandũ, quod hic
attẽtissima consideratione speculandum est.
Aut enim Scot. d. 10. q. 1. & Duran. d. 11. itidẽ
q. 1. nõ esse aliter corpus in sacramẽto, quam
per respectũ præsentia, sicut locatũ est præ-
sens loco continenti, vel angelus loco, in quo
operatur. Quod profectõ latenter est verita-
tem conuersionis subuertere. Nam ad eiu-
modi præsentiam nulla opus erat conuersione,
nec vt panis desineret esse. Præterea dis-
simulãter negãtur illa, quæ de sacramẽto affir-
mat ecclesia, quod quæst. seq. ar. 5. & 6. repetẽ-
dum nobis est. Haud enim ad eleuationẽ spe-
cierũ ex natura sacramenti sequeretur eleua-
tio corporis Christi, neq; ad earũ mãducatiõ-
nẽ manducatio illius: neq; ad earũ desitiõem
desitio illius in eodẽ loco. Nã, ppter eã qd loca-
tũ eleuatur superficies loci nõ eleuatur: neq; si
duo corpa penetratiuẽ se haberẽt, ad motiõ-
nẽ vnus seqretur ex natura rei motio alteri⁹.
Quare sacerdos nõ moueret corp⁹, sed ipsum
moueret se. Quod quidẽ esset totũ mysteriũ
sacramenti exterminare. ¶ Igitur cõuerfio in
hoc ordinatur, vt corpus contineatur sub spe-
ciebus, sicuti panis, seclusa inhærentia: videli-
cet, vt ad illarũ motũ consequatur motus ip-
sius. Quam quidẽ veritatem nos optimè Au-
gustinus, vt plerq; omnia, docuit in lib. Sen-
tentiarũ Prosperi. Quod Magist. Senten. dist.

Contra Scot.
& Duran.

Nota cõuer-
sionem.

10. perspectè speculatus est, & refertur de con-
sec. d. 2. can. Hoc est. Ait, inquam, sacrificium
ecclesiæ duobus constare, visibili elementorũ
specie, & inuisibili Domini nostri carne & sa-
guine. Nota verbũ, constare, ac si vnũ sit com-
positũ, perinde atq; ex pane & speciebus, se-
clusa inhærentia. Si enim tantummodò esset
simplex præsentia corporis ad species nunq̃
sic tanquã de vno loqueretur. Atq; hæc fuit
priscorum patrũ planissima sententia, quam
si Scotus & Durandus animaduertissent, nun-
quã in illã annihilatiõis opinionem fuissent
collapsi. Vnde Hugo lib. 2. de sacra. par. 8. ca. 9.
tanquam indubitã & catholicã verita-
tẽ adstruit, panem & vinũ non annihilari in
sacramẽto, sed cõuertere in corpus & sanguinẽ.
Quasi cõuerfio & annihilatio è diametro pu-
gnent: atq; adeo qui annihilatiõem admittit,
conuersionem denegat. Cui & Inno. lib. 4. de
mysterio eucharistiæ ca. 7. eisdẽ verbis adsti-
pulari. Quare annihilatiõis opinio nescio
quo modo citra errorẽ sustentari possit. Vn-
de Magist. Senten. dist. 11. eiusmodi opinio-
nem tanquã reprobã recitat. Cui subscribũt
& Alex. Alesis. 4. par. q. 38 memb. 3. & Bona-
uen. d. 11. q. 3. Atq; oẽs alij. ¶ Ex his elicitur co-
rollarium, qd corpus & sanguis nõ est in sacra-
mento per aliquã mutationem, quæ fiat in ip-
so corpore & sanguine, sed per transmutatio-
nem panis in corpus, & vini in sanguinẽ. Si-
cuti cũ Deus incipit esse per gratiã in homi-
ne iusto, non mutatur, sed homo mutatur in
ipsum. Veluti & de gratia, quæ effectus est hu-
ius sacramenti, audiuit Augustinus Christum
dicentem, Nõ tu me mutabis in te, sed tu mu-
taberis in me.
¶ Restat ergo aduersariorũ argumenta dilue-
re, eo tamẽ ordine, quo D. Th. procedit. Duo
enim hic hæretici reputant impossibilia. scilicet
& conuersionem & existentiã corporis Christi
cũ sua quãtitate sub qualibet particula sacra-
menti. De quorũ hoc secũdo tractabitur. q. se-
quẽti. Hic verò cõtra cõuerfionem arguit S.
Tho. Et in art. 3. primo loco sic. Quicquid est
corporale, alicubi esse oportet: substãtia pa-
nis & vini (vt dictum est) nõ permanet in sa-
cramẽto, neq; locus illi assignatur, in quo sit:
ergo post cõsecrationem vel annihilatur, vel
resoluitur in præiacentẽ materiam. Respon-
det, qd substãtia panis vel vini facta cõse-
cratiõem neq; sub speciebus sacramenti manet,
neq; alibi. Nota cõtra illam secundã oppug-
natã Caietani. Si enim res, quæ est panis ma-
neret

Doctõrum te-
simonia.

Primum ar-
gumentum.

Arg. Scoti.

Responsio.

neret facta corpus, duxat S. Tho. dixisset qd
res illa non manet panis: cum ergo ait, quod
substãtia panis nõ manet, intelligit quod illa
res simpliciter definit esse. Conuertitur tamẽ
in corpus, quod sub illis speciebus succedit:
& ideo panis non annihilatur. Et subdit ex-
plum de aere, ex quo genitus est ignis, qui li-
cet simpliciter definat esse, non tamen anni-
hilatur, quia conuertitur in ignẽ. ¶ Et per hoc
respondetur Scoto & Durando arguentibus
di. 11. illi scilicet. q. 4. & huic. q. 3. quod desitio
hæc panis sit annihilatio. Arguit enim Sco-
tus. Quauis positio corporis Christi sub spe-
ciebus panis concomitetur desitiõem panis,
nihilominus sunt duo motus: quare primus
habet suum terminũ, qui est nihil, atq; adeo
non est conuersio, sed annihilatio. Et cõfirma-
tur secundo, quia id, quod est per accidens,
nõ mutat id, quod est per se: sed successio cor-
poris accidit desitiõem panis: ergo si non suc-
cedente corpore non esset illa desitio con-
uersio, sed annihilatio, sit, vt sit etiam modò.
Nihil enim vetat, quominus Deus possit me
annihilare creãdo aliud pro me in eodem lo-
co. Et tertio arguitur. In corruptione nõ pro-
pterea forma censetur non annihilari, quod
succedit in eadẽ materia alia forma, sed quia
ipsa forma corrupta manet in potentia ma-
teria, ex qua iterum potest educi: ergo neq;
in sacramẽto positio corporis tollit, quin de-
sitio panis sit annihilatio. Et declarat hoc am-
plius Durandus. Si vnus panis diceretur trã-
substãtiantur in corpus & alius simpliciter an-
nihilaretur, nihilo plus prioris panis mane-
ret, quã posterioris: ergo si annihilatur secũ-
dus, annihilatur & primus. ¶ Hæc autem om-
nia argumẽta, si quæ dicta sunt cõsideres, fal-
so nituntur fundamẽto. Desitio enim panis,
& successio corporis sub eisdẽ speciebus nõ
sunt duæ actiones per accidens se concomi-
tantes: imò non sunt nisi duo effectus eiu-
sã actionis: scilicet, consecrationis, qua panis de-
pellitur, vt eisdẽ speciebus contineatur cor-
pus. Itaq; actionis terminus nõ est annihila-
re panem, sed ipsum cõuertere in corpus. Ad
hoc enim propositũ citauit D. Tho. Augusti-
num dicentem, qd Deus nõ intendit non esse.
Quemadmodũ secundũ Dionysium neq;
natura corruptionẽ per se intẽdit. Atqui exẽ-
plũ naturalis corruptionis potius à parte no-
stra, quã contra nos pugnat. Nam dũ forma
corrumpitur in materia non ob id non anni-
hilatur, quod manet in potentia materia, sed

propterea qd natura non intendit corruptio-
nem illam per se, sed generationem, in quam
corruptio terminatur. Ex quo fit qd si Deus
formam destrueret manẽte materia nuda, ve-
rè illam annihilaret. ¶ Vnde ad Durandum
respondetur, qd quauis illius panis, qui tran-
substãtiantur in corpus, nihilo plus maneat,
quã illius, qui annihilatur, nihilominus ille
non annihilatur, quia nõ terminatur in nihil,
sed in corpus. Et per idem respondetur ad a-
liud Scoti. Possit quidẽ Deus annihilare me
creando aliud in eodem loco. Sed tunc essent
duæ mutationes distinctæ, quæ nullam inter
se haberent cõnexionem, vt vel desitio vnus
terminaretur in alterum, vel productio alteri-
us procederet ex altero. Demum, vt cõpre-
hensim dicamus, sicuti creatio non estimatur
ex termino ad quẽ: quia scilicet aliquid pro-
ducitur, sed ex termino à quo: quia sit ex ni-
hilo: ita neque annihilatio indicatur ex termi-
no à quo: quia scilicet, illius, quod definit, ni-
hil superest, sed ex termino ad quem: nempe
quia illa actione, qua illud definit, nihil succe-
dit. Quare sicut corpus Christi in sacramẽto
non creatur: ita neq; panis annihilatur. ¶ Ali-
ter tamen arguit ead. dist. Scotus. q. 3. nec sine
apparentia. Duobus enim modis possumus
transsubstãtiationem considerare. Vno sci-
licet si aliquid trãsubstãtiantur in id, quod
nondum erat. Et hæc quidem, quia termina-
retur ad substãtiam & esse rei, quæ per talẽ
trãsubstãtiationẽ inciperet simpliciter esse,
posset quidem dici conuersio productiua, at
que adeo non esset annihilatio. Hæc tamen
non habet locum in consecratione, cõ quod
corpus Christi præexistit. Secundo modo, vt
aliquid transsubstãtiantur in id, quod exi-
sit, sicut re vera accidit in consecratione. Et
hæc, inquit, propriè non est conuersio, nec
transsubstãtatio, quia nõ est productiua rei,
sed adductiua corporis in hunc locũ. Et ideo,
quia desitio panis non terminatur ad esse cor-
poris, est mera annihilatio. Paludanus hanc
ob rem. dist. 11. q. 3. ait, licet sine assertiõem, qd
substãtia panis conuertitur non in substã-
tiã corporis, sed in esse illic præsens. Est tamẽ
hoc veritatẽ trãsubstãtiationis inficiari, quip-
pe quæ mutationem significat substãtiæ in
substãtiam. Quare nõ seruetur synceritas
assertiõnũ sanctorum patrum & cõcilliorum,
nisi fateamur cõuerfionem fieri in substãtiã
ipsius corporis & sanguinis. ¶ Igitur ad argu-
mentum bifariam respondetur. Vno modo
Ec 4 quod

Ad Duran.

Aliud argu-
mentũ Scoti.

Responsio.

Obiectio.

Dilectio. 1.

Dilectio. 2.

Secundū argumentum.

Elucidatur solutio S. Th.

quod verba consecrationis vim habent tran-
 substantiandi panem in corpus, etiam si cor-
 pus non existeret. Sic enim dicit Gabriel in
 4. d. 11. q. vnica. & in can. lectione. 40. Quod
 si arguas. Deus nemini superflua tribuit vir-
 tute: illa autē virtus superflua esset, quoniā
 nunquā talem effectum habebit, vt corpus
 producat. Respondetur, nō esse superflua,
 quoniam ex natura sua, quia conuersua est,
 hoc habet. At quoniam corpus existit, acci-
 dit vt nunquam talē sortiatur effectum. Secū-
 dō respondetur, satis esse, vt sit vera conuer-
 sio, quod virtute eius succedit illic corpus nō
 quasi aliunde adductum: iam enim diximus
 cum Damasceno, quod non descendit de cœ-
 lo, sed perinde succedit virtute conuersionis,
 ac si alibi non esset. Quare malē appellat eam
 Scotus adductiuam. Imō est vera conuersio.
 Incipit enim illic esse corpus, vt supra dixi-
 mus, non per aliquam mutationem, quæ fiat
 in illo, sed per transmutationem panis in ip-
 sum. Secundum argumentum S. Thomæ
 est. Illud, quod est terminus à quo, in quali-
 bet conuersione non remanet, nisi forsan in
 potentia materie, vt cū ex aere fit aqua, for-
 ma aeris non manet actu, sed in potentia ma-
 terie, ex qua iterum potest educi: in hoc au-
 tem sacramento substantia panis & vini se-
 habent sicut terminus à quo, corpus verò &
 sanguis sicut terminus ad quem, iuxta verbū
 Ambrosij de conse. dist. 2. Ante benedictionē
 illa (seu) alia species nominatur, post benedi-
 cationem corpus significatur: ergo facta con-
 secratione substantia panis non manet, nisi
 fortē resoluta in suam materiam. Respondet,
 quod in generatione forma non conuertitur
 in aliam formam, quia cōuersio est totius cō-
 positi in alterum cōpositum, sed vna forma
 succedit alteri in eodem subiecto: in transub-
 stantiatione autem tota substantia panis con-
 uertitur in corpus. Vnde non sequitur. Hoc
 autē postremū verbum amphibolū est: vide-
 tur nāq; fauere opinioni superius impugnatę
 quod substantia panis manet. Illa enim fue-
 rat consequentia: ergo non manet substantia
 panis, sicut non manet forma corrupta. Cum
 ergo ait, nō sequitur, videtur cōcedere quod
 maneat. At verò cū in solutione proxima
 dixerit, quod substantia panis non manet, nō
 est cōsensus sibi protinus contrarius. Igitur,
 verbū erog nō sequitur, referendū est ad totā
 illationem: scilicet, non manet substantia pa-
 nis nisi resoluta in materiam, quasi substantia

panis maneat in potentia materie, sicut for-
 ma dum corrūpitur: hoc enim negatur, quia
 tota conuertitur in corpus. Quæ quidem
 responsio ex subsequenti confirmatur. Ar-
 guit enim tertio. Duorum contradictoriū
 alterum oportet esse verum: facta autem con-
 secratione hæc est falsa, substantia panis & vi-
 ni est aliquid: ergo verum est quod sunt nihil
 atq; adeo annihilantur. Respondet verò, quod
 licet tunc hæc sit falsa, substantia panis & vi-
 ni est aliquid, non tamē sequitur, quod sit an-
 nihilata: quia id, in quod panis conuersus est
 (scilicet corpus) est aliquid. Nota prudētem
 responsionem. Nō enim ait, quod illa res, que
 erat panis, est aliquid. Imō tota esse desinit.
 In argumentis quarti articuli tangitur du-
 bium aliud. Vtrum scilicet, sicut Deus con-
 uertit panem in corpus, possit quodlibet cō-
 uertere in quodlibet. Quod quidem dubium
 mouet Scotus & Durandus dist. 11. q. 2. Hoc
 est. n. vnū ex præcipuis hæreticorū argumē-
 tis, quod si cōuertit Deus materiam panis in
 materiam corporis, & formam panis in for-
 mam corporis Christi, quæ est anima rationa-
 lis, eadē ratione posset quācūq; rem in aliā
 quamlibet conuere, vt lapidem in angelū,
 quinuero in seipsum. Et quidem Scotus ait,
 quancūq; creaturam posse in quancūque
 aliam conuerti, etiam si altera sit corporea, al-
 tera verò spiritus. Durandus verò negat. Et
 arguit argumento, quod est primum hīc S.
 Thomæ. In omni mutatione oportet esse sub-
 iectum, quod prius sit in potētia, postmodū
 verò in actu, vt. 3. Phisic. autor est Aristoteli. Nā
 quia materia aeris est in potentia ad formam
 aquæ, ex aere fit aqua, & eadem ratione, in-
 quit Durandus, forma, quæ corrūpitur, de-
 bet manere in potentia eiusdem materie, ex
 qua iterum possit educi. Ex quo infert, quod
 nullum materiale potest conuerti in angelū,
 quia non communicant in materia: neq; cor-
 ruptibile in cœlum, quia non communicant
 in materia eiusdem rationis. Igitur cū non sit
 dare aliquod subiectū panis & corporis Chri-
 sti, quia de ratione totalis substantię, vt ait Ari-
 stoteli, in prædicamento substantię, est, vt non
 recipiatur in subiecto, fit vt panis non pos-
 sit conuerti in corpus. Secundō addit argu-
 mentum, quod facit S. Tho. secūdo loco. Quā-
 do vnū conuertitur in alterū, forma illius, in
 quod fit conuersio debet recipi in eadē mate-
 ria, in qua erat forma conuersi, vt patet dum
 aer conuertitur in ignem, & cibus in substan-
 tiam

*Tertium ar-
gumentum.*

*Prudens res-
ponso S. Tho.*

Dubium.

Sec. Dur.

*Primum ar-
gumentum.*

*Secundum ar-
gumentum.*

*Solutio D.
Thomæ.*

*Tertium ar-
gumentum.*

tiam aliti: si ergo panis conuertitur in corpus
 Christi, fit vt forma Christi informet mate-
 riā, quæ prius fuerat panis. Ecce argumentum,
 quo Durandus concludit suum errorem: sci-
 licet, quod materia panis manet in sacramen-
 to. Hoc autem iam ostensum est non solum
 falsum, verum & erroneum. Respondet er-
 go D. Tho. propositiones in his argumentis
 assumptas intelligendas esse duntaxat in trā-
 substantiationibus naturalibus: nam cū agēs
 naturale nec destruere possit, nec producere
 materiam, illam prærequirit, vnde vnā formā
 pellat, & aliam subinde inducat. Secus autem
 de Deo credendū, qui sua infinita virtute ma-
 teriam ipsam creauit, atq; adeo mutare in a-
 liam quancūq; potest. Quod qui negant ni-
 mium sunt rationibus naturalibus alligati, ne
 que infinitam Dei virtutem, vt par est, suspi-
 ciunt. At verò vt exploretur vtrum vnā
 quancūq; rem possit Deus in quamlibet cōuer-
 tere, arguit S. Thom. tertio. Eorum, quæ sunt
 inter se diuersa, nunquā vnū fit alterum: si-
 cut albedo nunquam fit nigredo, licet album
 fiat nigrum, vt. 1. Phisic. ait Aristoteli. sicut autē
 due formæ contrariæ sunt secūdū se diuer-
 se, tanquā principia formalis differētie, quæ
 diuersas species constituit: ita & due signatæ
 materie, quia principia sunt materialis distin-
 ctionis inter individua, sunt secūdū se di-
 uersæ: ergo neq; vna forma potest conuerti,
 in aliam, neq; vna materia in aliam, atq; adeo
 nec panis in corpus. Respondet D. Th. quod
 licet virtute agētis finiti nec forma possit cō-
 uerti in formam, nec materia in materiā, quia
 habet limitatam virtutem agendi educendo
 formas de potentia materie, quā supponit: id
 autē fieri potest virtute agentis infiniti, quæ
 se extēdit ad totam rerū naturam, neque ha-
 bet limitatū modum agēdi. Et ad illud de di-
 uersitate respōdetur, q quāuis materie inter
 se, & inter se formæ diuersæ sint, nihilominus
 cōueniūt in ratione entis. Ob idq; Deus quic-
 quid est entitatis in vna, in id, qd est entitatis
 in altera potest cōuere. Fecit autē entitatis
 mentionē, vt doceret, id quod in materia est
 pura potētia, aut priuatio, non posse propriē
 cōuerti in aliud. Conuersio nanq; propriē in
 vtroq; extremo dicit ens positiuū. Cū enim
 quidpiā ex nihilo fit, aut reducitur in nihilū,
 nō est conuersio, neq; ex cæcitate, neq; in cæ-
 citatē. Vtrum verò res corporalis possit in-
 mēre spirituale cōuerti S. Th. infra. ar. 6. & in-

ferius q. proxima ar. 1. negare videtur, & Du-
 randus loco citato planē negat. Scotus tamē
 concedit, cui hic Caietanus subscribit. Neq;
 verò est opinio omnino improbabilis. Quod
 enim lapis modò superius impugnatō manē-
 te eadem re, quæ modò est lapis, fieret ange-
 lus, non est intelligibile: neq; q eadē res, quæ
 modò est granum tritici, postea sit cœlū non
 aucta materia. Quod autē desitio lapidis ter-
 minaretur ad productionem angeli, licet nō
 sit multum intelligibile, & ideo pars negati-
 ua est sustentabilis, nihilominus non est tam
 euidentis repugnantia, quin de potentia Dei
 possibile appareat. Sed arguit Durandus,
 absurdum esse concessū, vt lapis conuertatur
 in angelum: nam materia, inquit, quomodo
 in spiritum conuertatur? Respondetur autem
 q modò explicato non ita est euidenter im-
 possibile. Sed arguit secūdo. Angelus, quia
 materiam non habet, nec potest nisi per crea-
 tionē incipere esse, neq; desinere nisi per anni-
 hilationem: si autem lapis conuertetur in
 angelum, ille inciperet per conuersionem, &
 si ipse conuertetur in lapidem, desineret pa-
 ri modò. Respondetur autem, quod quauis
 lex ordinaria secūdū naturam angeli sit,
 vt neque nisi per creationem incipiat, neque
 desinat nisi per annihilationem: tamen abso-
 luta Dei potentia aliud facere potest. Ar-
 guitur autem. Ergo, vt supra insinuabamus,
 posset Deus creaturam aliquam in se ipsum
 cōuere, vel se in illam. Ait enim hīc Sanctus
 Thom. ob id quod res in ratione entis conue-
 niunt, posse Deum quancūque in alteram
 conuere: Deus autem & creatura conue-
 niunt in ratione entis: ergo similis fieri po-
 test conuersio. Secundō arguit Scotus. Di-
 uinitas potest terminare assumptionem hu-
 manitatis, quæ est actio Dei: ergo & conuer-
 sionem creaturæ in ipsum. Ad hoc respon-
 detur, nature diuinitatis repugnare, vt ipsa
 in rem aliam, vel alia in ipsam mutari possit.
 Hoc enim sonat nomen Dei: scilicet, purum
 actum, qui nihil habet potentie passiuæ, vt
 ipse fiat ex alio vel ex ipso aliud. Quocirca
 dum ait S. Thomas quādo ratio entis est illis
 vniuoca: de Deo autem & creaturis non nisi
 analogicē prædicatur, quæcūq; cōueniunt in
 ratione entis posse trāsmutari, intelligit. De
 assumptione autē humanitatis diuersa est rō:
 per illam enim Deus non fit, imō perficit na-
 turam assumptā tribuendo illi esse suppositi.
 Quod

Scotus.

Responsio.

Interrogatio Quod si hic perconteris, an conuersio panis ita fiat in corpus Christi, vt materia in materia, & forma in formam, quæ est anima rationalis, transubstantietur, statim arti. 6. respondebitur.

ARTICVLVS. V.

Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis & vini.



QVONIAM dictum est panem in sacramento non manere, sed conuerti in corpus, queritur de accidentibus vtrum manent. Et respondetur affirmatiue: scilicet, accidentia manere. Neque verò quæstio tanquam dubia submota est: nã sensus ipsi huius nos admonet veritatis, tamen si fide credamus accidentia manere sine subiecto: sed vt rationibus fulciatur, & à contrarijs defendatur. Ratio prima inde sumitur, qd Deus omnia disponit suauiter secundum eorum naturam, quibus prouidet: non est autem hominibus consuetum, imò esset horribile, carnem hominis comedere, & sanguinẽ potare: hac ergo de causa proponuntur nobis caro & sanguis sub eorum speciebus, quæ frequẽtius in vsum humanum veniunt, vt sunt panis & vinum. Secundò ne hoc sacramentum ab infidelibus irridetur si in propria specie Dominum māducaremus. Et tertio vt dum inuisibiliter corpus & sanguinem Domini sumimus, hoc profit ad fidem: nam vt ait Gregorius, fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.

Conclusio.

Expositio articuli.

Veritas hæc perinde atque illa superior de transubstantiatione eisdem decretis constabitur: nam si panem non manere, fide credimus, & species videmus, tangimus, & gustamus, planè colligitur illic manere accidentia sine subiecto. Et ideo eisdẽ sancitur decretis. Vt can. Nos autẽ. de consecratio. distinctio. 2. ex Augustino hoc citato lib. sententiarum Prosperi, vbi ait. Nos autem in speciebus panis & vini, quas videmus, res inuisibiles (id est carnem & sanguinem) adoramus. Et can. Species eadem est confessio Gregorij. Et in concilio Lateranensi. cap. firmiter. de summa trinitate. Et in concilio Florentino, & Tridẽtino supra citatis idẽ extat decretum. Atqui rationes decetie huius, vt. f. Christus nõ sub speciebus carnis & sanguinis, sed sub speciebus pa-

nis & vini nobis relinqueret sacramentũ, quæ. precedenti articulo. locupletius explicauimus. ¶ Existit autem contra hanc veritatem argumentum. Accidentia rei non solum sunt illa quinti prædicabilis, quæ possunt adesse & abesse, verũ & propria passionis quarti prædicabilis, quæ fluunt ex essentia subiecti, vt risibilitas in homine, & potentia anime: hæc autem nõ possunt sine subiecto manere, Ob id enim dicuntur accidentia inseparabilia: ergo hæc panis & vini propria accidentia non permanent in sacramento. Offendas forsitan aliquos, qui arbitrentur hæc accidentia aded esse inseparabilia, vt Deus per suã omnipotentiam non possit illa seruare sine subiecto. Esset tamen error circa hoc sacramentum id negare. Nam ecclesia, vt ex canonibus modo citatis constat, transubstantiationem nude substantia in substantiam confitetur, manentibus accidentibus absque vlla eorum distinctione. Idq; confirmatur, quia omnes perinde proprietates panis ac vini manet in sacramento, ac si substantia ipsa persisterent. Quare hoc est inuincibile argumentũ contra Thomistas, si qui sunt fortè, dicentes propriam passionem non posse seruari per potentiam diuinam sine subiecto, sicuti eõuerso potest Deus seruare hominem absq; qualitate illa, quæ est risibilitas, licet per aptitudinem diceretur risibilis. ¶ De reliquis difficultatibus, quæ ex ista accidentium existentia sine subiecto emergunt, dist. sequenti. q. 2. habendus est latissimus sermo. Hic autẽ vnum hoc est dubium præsentis articulo annexũ, nec prorsus inutile scitu (Tangit enim illud Diuus Thomas in argumento tertio.) Videlicet, vtrum sicut manent accidentia panis & vini, ita maneat notitia tam intellectiua, quã sensitua, quæ antea erat, panis & vini. Nam cum fide credamus illic nõ manere panem, apparet per eandem fidem tolli notitiã panis & vini. Nonnulli summulista, & vt sic dicam, Terminista, arbitrantur nullã nos habere rerum notitiã sensitua, præterquam accidentium, quæ sensibus obiciuntur. Itaq; non habemus visionem niuis, sed albedinis, neq; mellis sensum: sed dulcedinis. Et secundum istos manifestũ est easdẽ manere notitias, cum eadem maneant obiecta. At verò isti in superficie de rebus philosophantur. Cognoscimus enim intuitiue substantias nõ solũ per notitiã intellectiua, verũ & per sensitua. Quis enim neget me videre non solum alborẽ, verũ & niuem, & hominem

Argumentũ de propriis passionibus.

Dubium præsentis.

hominem, & gustare panem, & vinum, & audire loquentem. Vbi enim ait Aristoteles, quod accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, non solum intelligit qd per accidentia iudicamus de rerũ substantia, verũ qd per ipsa intuemur easdem substantias tam per sensum quam per intellectum. Intellectiua enim notitia ex sensitua gignitur. Et ratio naturalis est, quod accidentia sunt substantiarũ instrumenta. Vnde sicut ignis per calorem agit ad producendũ alterum ignem, ita & per eundẽ calorem producit notitiã sui ipsius. Et pariter nix per alborẽ cernitur. Idemq; de cæteris sentiendũ. Quod si isti respondeant, nos non sentire substantias, sed argumentatiue cognoscere esse sub accidentibus, arguitur contra. Illa argumentatio non fit in sensu, sed in intellectu: & tamen ante operationes intellectus cognoscimus substantias: imò & bruta easdem cognoscunt. ¶ Vt ergo res per distinctionẽ elucescat, notitia alia est sensitua, atq; alia intellectiua. Sensitua autem non potest esse nisi apprehensiu: quia sensus exterior non indicat: eademque esse debet intuitiua & connotatiua: scilicet, Hoc album, hoc dulce &c. Quæ quidem licet complexe exprimantur, sunt tamen simplices. His autem similes notitiæ respondent in intellectu, ex quib; intellectus ipse abstrahit notitias absolutas: scilicet, homo, lapis &c. In responsione ergo quæstionis sit hæc prima propositio. Post consecrationem manent eadem notitiæ sensitua: quæ erant ante consecrationem: scilicet, hoc album, hoc sapidum, hoc rotundũ, & similes, nõ solum in sensu exteriori, verum in interiore. Hoc primum patet experientia: quia sensus nihil dum sit consecratio mutatur. Etenim dum Turca consecrare cernit hostiam, eandem retinet sensitua notitiã, post consecrationem: notitia autem sensitua eadẽ permanet in nobis, quæ in infideli. Quare si quis nostrũ duas hostias videret, quarum altera esset consecrata, altera verò nõ, eandem haberet apprehensiuã notitiã. ¶ Idemq; ostenditur ratione physica, quã D. Tho. in arti. sequenti in solutione tertij docet. Accidentia nãq; sunt substantiarum virtutes ad producendũ in sensibus notitiã earundem substantiarum: ergo vbi cunq; sint, etiam sine subiecto, retinebunt eandem virtutem: sicuti calor, qui est virtus ignis, vbicunq; poneretur etiam per se sine igne calefaceret: imò arbitror si summus ef-

sententia autoris.

Prima propositio.

Argumentũ

Responsio.

Secunda propositio.

Primum argumentum.

set, ignem produceret. Sicut virtus feminis mortuo generante gignit animal. Quapropter licet miraculum sit accidentia remanere in sacramento absq; subiecto, tamen naturale est, vt notitias substantiarum earum generent in quibus præfuerant, ac si eisdem inessent, non solum in sensu verum & in intellectu. ¶ Sed arguis. Ergo illæ notitiæ essent intuitiua: panis & vini sicut antea: postquam eadem manent. Consequens tamen apparet falsum, quia panis & vinum non sunt ita tunc præsentia. Respondetur, forsitan nominalem esse disputationẽ, atq; aded dici posse, quod eadem notitia quæ in præsentia obiecti erat intuitiua, in absentia fit abstractiua. Libetius tamen alluxerim manere intuitiua: quia natura secundũ se nõ mutant. Neq; verò de notitia tantum accidentium in abstracto loquimur, illam quippe planissimum est, esse intuitiuã, sed de notitia quoque connotatiua panis & vini. Etenim licet non sint præsentia in se, sunt tamen præsentia in sua virtute: scilicet, in accidentibus, quæ vim retinent conseruandi easdem notitias. Imò & notitia simplex, & absoluta panis, quæ manet in intellectu, cõsetur eadẽ ratione tunc intuitiua. Quapropter ex natura sua, nisi per supranaturale fidem impedirentur, iudicium in intellectu producerent illic esse panem & vinum. ¶ Secunda propositio. In Christiano nõ manet notitia iudicatiua, qua iudicatur illic esse panem & vinum: nam & si illa apprehensiuã intuitiua, ex natura sua tale produceret iudicium, nihilominus per fidem impeditur, vt potè quia creditur illic abesse panem & vinũ. In infidelibus aut naturaliter gignitur errorẽ iudiciũ. ¶ Quod si arguas. Ergo Deus illos decipit, negatur cõsequencia: quoniã credere fidei mysteriũ renuũt. Quid autẽ de illis qui inuincibiliter ignorant hostiam esse consecratam? videtur Deus illos seducere. Respondetur quod nec istos decipit, quoniam illud falsum iudicium res ipsæ naturales sua virtute inducunt (nempe accidentia) veluti qui hastam videt, cuius medietas est in aqua, & medietas in aere, nõ à Deo fallitur, iudicasse fraetã, sed ab ipsa specierũ visualiũ refractione. ¶ Primum argumentũ S. Th. est. Substantia, vt. 7 Metaphy. autor est philosophus, naturaliter prior est accidente: cũ igitur facta consecratione non remaneat substantia panis, apparet vt nec maneat accidentia. Respondetur, qd cũ effectus, vt li. de cau. legitur, plus à prima causa, qd à se.

à secunda dependeat, potest accidens absque sustentamento substantiæ virtute Dei sustentari. ¶ Secundo & tertio argumētis insinuat dubiū, quod nos modò enucleauimus. Arguitur enim. In sacramento veritatis nulla esse debet fallacia: at cū per accidentia de substantia iudicemus: fit vt si accidentia sine substantia remaneant, humanū iudicium decipiatur: non ergo id huic sacramento cōuenit. ¶ Accedit tertio, q̄ quauis fides nostra non sit rationi subiecta, non tamen est cōtra, sed supra ipsam (vt. i. part. q. i. art. i. ostensum est) ratio autē nostra à sensu ortum habet: nō ergo debet fides sensibus repugnare: repugnare autē videtur dū per accidentia iudicamus panem illic esse: per fidē verò contrarium credimus: ergo hoc nō cōgruit dignitati sacramēti. Ad hæc iam nos respondimus nullam offerri in hoc sacramento deceptionē: nam sensus quorum proprium obiectum sunt accidentia, per notitiam apprehensiuā, qua illa cognoscunt, non falluntur quia nihil dicant: intellectus autem, cuius proprium obiectum, vt habetur. 3. de anima, est substantia, per fidem corrigitur, ne indicet illic esse panē & vinū: quare fides nō est contra sensus, sed est genitrix iudicij, ad quod sensus non attingit. Si enim sensus iudicaret illic esse panem, fides esset cōtra ipsum, illud tamen iudicium extra sensuum lineam est. ¶ Quarto arguitur. Id, quod facta conuersione manet, est subiectum conuersionis: si ergo accidentia permanent, vicem habere videntur subiecti, quod quidem accidēti repugnat: nam vnum accidens non est subiectum alterius, saltem, quod (vt aiunt philosophi) nam quantitas subiectum est, quo mediante reliqua accidentia insunt substantiæ, & intellectus est subiectum, quo mediāte habitus inhaerent animæ. Respondetur huic cōuersioni non subesse subiectum trāsmutationis: accidentia verò hanc habent subiecti similitudinem, quod permanent sub vtroque trāsmutationis extremo.

ARTICVLVS VI.

Virum facta consecratione remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.



REMADMODVM Durandus excogitauit materiam panis manere in sacramento, ita fuisse, qui relinqui illic censēbāt formam eius substantialem sine

materia. Ob idq; licet quæstio inter catholicos non sit dubia, mouetur tamen vt veritas ab illo errore protegatur. Est ergo conclusio. *Conclusio.* Forma substantialis panis & vini non manet in sacramento. Primò, quia si forma illic maneret, nihil de pane conuerteretur in corpus Christi, nisi sola materia: quare conuersio nō fieret in totū corpus, sed in eius materiā. Negare hic videtur D. Thom. posse Deum materiam solam conuertere in materiam & formam corporis Christi: nam supponit non nisi materiam in solam materiam posse mutari: eò quod anima Christi est spiritualis. Quare virtute consecrationis nō esset illic totum corpus, atque inde fieret forma falsa, Hoc est corpus meum. Secundò, quia si forma panis maneret: aut persisteret in materia, aut ab illa separata. Primū dici non potest, nam si in materia panis persisteret, tunc tota maneret substantia panis, quod supra impugnatum est. In aliam verò materiam transire non potest, quia vnaquæq; forma vindicat suam sibi materiam dispositam. Si verò seruetur se parata à materia, tunc fieret forma per se intelligibilis, & per se intelligens. Omnis enim forma est huiusmodi, vt in Deo patet, & angelis, & animabus nostris. ¶ Est autem ratio hæc S. Thomæ nimium metaphysica, contra quam arguitur. Forma panis est res distincta à materia: ergo potest Deus illam absque materia per suam omnipotentiam seruare, eandemq; in esse corporeo, vt nō esset per se intelligibilis. Non desunt ex discipulis Sancti Thomæ, qui ipsum vsque adeò literaliter intelligant, vt Deum negent posse seruare formā separatā, qui fiat p se intelligibilis, imò neque albedinem sine subiecto, quin faciat illā esse substantiam intelligibile. At verò Sanct. Thom. non philosophabatur tam crassa Minerva, vt id negaret. Concedit enim quantitatem panis manere in sacramento sine substantia, cur non concederet posse Deum seruare eius formam sine materia? At verò supponit semper non fieri miracula sine necessitate: & ideo loquitur secundum naturam rerum: forma autem quæ natura sua separabilis est à materia, est per se intelligibilis, & intelligens, vt anima rationalis, & angelus. ¶ Tertio id probatur, nam accidentia panis ob id præcisè in hoc sacramento perdurant, vt per ipsa videatur, tracteturq; corpus Christi, quod fieri non posset, nisi toto pane depulso, corpus sub speciebus contineretur.

¶ Conclu

Expositio articuli.

¶ Conclusio præsens, nēpe formā substantialem panis nō manere in sacramento, perinde est de fide catholica, atq; alia, quæ cōtra Durandū constituta est, videlicet, nō manere materiā. Nam eodē modo repugnat trāsubstantiationi, quā (vt tam multis canonibus supra ostensum est,) ecclesia fieri cōfiteatur in hoc sacramento. Trāsubstantiatio enim trāsmutationē dicit totius substantiæ, cuius ideo nulla pars permanet, vt corpus dūtaxat & sanguis sub eisdem speciebus adorētur, & sumantur. ¶ Est ergo primū argumentū S. Thomæ non contēndū. Accidentia omnia panis permanent in sacramento: forma autem panis est accidens: quoniam fit per artem, quæ quidē ars formam substantialem producere nō potest: ergo illa forma permanet. Negat autē minorem: quia ars licet per se solā nō possit formā substantialem producere, vt patet in statua, nihilo minus applicatō actiua naturalia passiuus, ea dē virtute naturali fieri potest, vt substantia signatur. Hac enim arte magi Pharaonis ranas fecerunt & serpētes. Pari ergo modo per cōmāflationē farinæ cum aqua, & decoctionē per ignem fit forma substantialis panis. ¶ Perspice hic illud, quod. q. præcedēti arti. 3. contra Scotū adnotauimus: nēpe panem specie differre à pasta: alioqui forma panis non haberet supra formam pastæ nisi accidentia, quæ recipit in furno: scilicet, duritiē, & saporem &c. Vnde, vt bene hīc arguit Caietanus, cum ex decretis ecclesiæ hoc solū habeamus q̄ sola substantia conuertitur in substantiā, fieret consequēs, vt forma panis nō conuerteretur, sed permaneret in sacramento, quod apparet concessu absurdum. Scotus nanq; non absolute, sed cū restrictione debet dicere, q̄ forma panis quantum ad id, quod in ipsa est substantiale, definit esse. ¶ Secundò arguit S. Tho. forma corporis Christi est anima rationalis, quæ, vt habetur 2. de anima, est actus corporis physici organici potētia vitā habētis: sed forma panis cū sit corporea nō potest in animā spirituale conuerti: ergo illa permanet. Vide quomodo non admittit formā panis eo q̄ corporalis est, conuerti simpliciter in animam secundū suū esse spirituale, sicut nec cōcessit, materiā posse in animā conuerti. Nisi forsā nō loquatur de potētia Dei absoluta, sed de ordinaria ex vi consecrationis. Respōdet ergo supponendo in homine non esse nisi vnicā formā, quæ ordine quodā tribuit ei omnē perfectionē, vt esse, & esse cor-

primū argu.

Caietanus.

secundū argu.

poreū, & animatū & rationale: virtute autem consecrationis, vt forma sonat, solum est illic corpus: quare forma panis cōuertitur in animā, quatenus dat esse corporeū, non autem quatenus dat esse animatū, aut rationale. Scotus verò dist. 11. q. 3. negat conuersionem forme panis vllō pacto in animam Christi fieri, sed fieri, inquit, in formā corporeitatis. Hanc autē ambiguitatē quæstione proxima arti. 1. congruentius enodabimus. ¶ Sed contra hæc solutionem S. Thomæ huius secundi argumenti posset fieri aliud. Si enim materia conuertitur in materiā, & forma in formam, duæ sunt conuersiones. Et quidē Palu. dist. 11. q. 3. & Marsilius. q. 8. art. 2. sic vidētur sentire. Ex eorum autē opinione subsequeretur eadē ratione, q̄ vna medietas materiæ deberet conuerti in vnā medietatē alterius materiæ, & altera in alteram. Et sic de minoribus partibus. Et tamē non potest signari quæ pars in quā conuertatur. Et ideo melius est forsā dicere, q̄ nō est nisi vna cōuersio totius in totū, per quā syncer⁹ seruetur veritas formæ, Hoc est corpus meū, quæ vnā designat conuersionē. Quare S. Th. noluit aliud dicere, quā q̄ sic panis vnica cōuersione cōuertitur in corpus, vt materiæ materia, & formæ forma respōdeat. ¶ Tertio arguitur. Propria operatio rei sequitur formā substantialem eius: sed illud, quod manet in hoc sacramento nutrit, & eam operationē facit, quam faceret panis existens: ergo illic manet forma. Respondet autem operationū panis quæsdā consequi ipsum ratione accidentiū sicut immutare sensus, & tales operationes illic inueniuntur in speciebus panis post consecrationē, quia permanent accidentia. Nota doctrinā, quā nos articulo præcedēti præmisimus, q̄ scilicet accidentia produciunt notitias sensitivas panis, scilicet, Hoc albū, hoc sapidū &c. Aliæ verò sunt operationes, quæ cōsequuntur panē ratione materiæ aut formæ. s. q̄ verè nutriūt tanquā cibus, & cōuertūtur in vermes. Et hoc nō fit per accidentia, nec per panē, sed per diuina miracula, vt in subsequētibz monstrabitur.

ARTICVLVS VII.

Virum ista conuersio fiat in instanti.



EMODO item conuersio nis queritur an sit instantanea. Et respōdetur conclusione affirmatiua, quod scilicet est instantanea. Probatur, quia fit virtute

vt vñ sint plures conuersiones.

Tertium argu.

Conclusio.

virtute diuina, quæ cum sit infinita, à nullo tēpore pendet. Et declaratur subinde ratione naturali. Triplici enim de causa productio aliqua fit in momento. Vno modo ex parte formæ, quæ est terminus productionis, quæ quidem dum recipit magis aut minus fit successiue, vt sanitas. Sed si non recipit magis & minus, qualis est omnis forma substantialis, fit in temporis momento. Vnde omnis generatio fit in instanti, atq; adeo non dicitur motus, sed mutatio. Secūdo modo ex parte subiecti, quod quidem, si non est in vltima dispositione ad formam, successiue disponitur, vt lignum successiue calorē suscipit: vbi autem summū suscepit, in instanti producit forma ignis. Vnde aer, quia diaphanus est applicato luminoso in instanti suscipit lumen. Tertio modo actio fit in instanti propter infinitam agentis virtutem, quod scilicet super naturam vno momento potest materiam dispoere, vnde Christus quo pūcto dixit, ephetha, quod est, aperire, aperte sunt surdo aures, & lingue vinculum dissolutum. His ergo omnibus causis cōuersio sacramentalis est instantanea. Etenim neq; corpus Christi suscipit magis aut minus, neque conuersio subiectum supponit, in quo fiat transmutatio, & fit virtute Dei infinita.

Expositio articuli.

Conclusio hæc presentis articuli licet prima facie nemini sit dubia, nihilominus propter amphibologiam fit contra eam argumentum, quod tyroni theologo posset molestiam exhibere. Arguitur enim sic. Conuersio fit per illam verborū formam, Hoc est corpus meū quæ est practica, id est, efficiens quod significat: illius autē prolatio tempore durat: ergo toto illo tempore fit cōuersio atq; adeo non est momentanea. Et confirmatur. Conuersio & consecratio idem sunt, toto autem tempore, quo sacerdos profert verba, verum est dicere, iste consecrat: ergo pariter verum est dicere, iste transubstantiat panem in corpus. Enimvero in causis, quæ successiue applicantur, siue naturales sint, siue artificiales, toto tēpore verificatur verbum actionis. Dicimus enim quādiu panis est in furno, ignis facit panem, & quādiu artifex sculpsit lapidem, facit statuam: ergo conuersio non instanti, sed in tempore fit. Respondetur, quod conuersio & consecratio vsu & more loquendi accipitur dupliciter. Vno modo pro applicatione cause, seu pro actione & motu tendente ad cōuersionem. Et isto modo non est negandum

Responsio.

quin toto tempore cōuersionis fiat consecratio, sicuti & toto tempore, quo durat forma baptismi fit sanctificatio. Alio modo accipitur pro termino illius actionis, qui est definitio panis & inceptio corporis, & hæc fit in instanti terminatio verborū: quo pacto & in baptismo infunditur gratia. Sicuti & in naturalibus toto tēpore, quo aer in cauernis terræ humectatur & ingrossatur, aqua gignitur, & tamen forma eius substantialis in instanti terminatio producit.

Emergit hinc tamen argumentum, quod cum ad definitionem panis incipiat corpus, necesse est assignare quo in instanti vnum definat, atq; alterū incipiat. Nā si panis definat per vltimum sui esse, tunc vel in eodem instanti incipit corpus, & sic in eodē erunt ambo, quod est falsum, vel incipiet in altero, & tunc duo instantia erūt immediata, aliās in tēpore medio essent species & panis & corpore vacuæ.

Hunc ergo nodum intendit D. Tho. argumento primo dissoluere. Arguit enim sic. In cōuersione prior est substantia panis, & postea substantia corporis Christi: nō ergo ambo sunt in eodem instanti, sed vnum in vno & alterum in altero: sed inter quæcūq; duo instantia datur tempus mediū, quia non possunt esse immediata, aliās tempus componeretur ex indiuisibilibus momentis, quod est tam impossibile, quā quod continuum componatur ex indiuisibilibus punctis: nam vt ait Philosophus. 6. Physic. indiuisibile additū in diuisibili non reddit maius, ergo cōuersio debet fieri in eo tēpore, quod est inter vltimū esse panis, & primum esse corporis: aliās species illo tēpore essent sine pane & corpore.

Ad intellectū responsi, quod rudibus Philosophiæ nō est vsq; adeo peruiū, animaduertendum, quod corpus (& similiter sanguis) incipit esse in sacramento per primū sui esse momentum, sicuti forma substantialis dum generatur: nam quæ secundum se tota incipiūt esse in instanti, nequeūt aliter incipere. Panis autem cogitari quidem potest definere aut per vltimū sui esse, aut per primum non esse. fuerunt ergo qui arbitrati sunt definere in sacramento per vltimum sui esse: nam re vera si Deus mundum anihilaret: illo modo mundus esse desineret. Ob idq; subséquenter dicere tenebantur, non eodem instanti quo panis definit, corpus incipere: alias in eodem simul essent: ac subinde illa duo instantia esse immediata, ne inter illa tempus admitterent quo

Primum argumentum.

Quatuor errores in philosophia.

quo essent species sine pane & corpore. Igitur qui id sustinebant quadripartiti sunt. Primi enim aiebant, quod quāuis in eodem tēpore non possunt esse duo instantia immediata, sicut neque in eadem linea duo puncta, si tamen referantur ad diuersos motus, quales sunt definitio & inceptio, nihil obstat quominus sint immediata. Sicuti dum duæ hastæ e regione oppositæ se contingunt: tunc enim extrema earum puncta sunt immediata. Responso tamen est sophistica: quoniam vnitas vel pluralitas temporis nō sumitur in ordine ad vniū vel ad diuersos motus horum inferiorum, qui finiuntur, sed in ordine ad motum cœli, qui est vnus & perpetui cōtinuus. Quapropter vniuersa instantia sunt in eodem tēpore, atque adeo esse nequeunt immediata, sed vnum quodlibet coniungit tempus præteritum cum futuro, ac proinde est vtriusque terminus. Alij secundò dicebant, quod licet in tempore, quod est mensura cœli, non dentur duo immediata instantia, nihilominus sunt aliqua operationes non dependentes ex motu cœli, vt sunt angeiorum actiones, quæ possunt habere instantia immediata. Angelus enim potest esse nunc hic, & immediatè in cœlo, quia neq; à loco neq; à tempore pēdet, vt 1. part. quæst. 53. art. 3. demonstratum est: quare illa duo angeli instantia sunt immediata. Et cum hæc cōuersio fiat actione Dei qui ex tēpore non pendet, idem hic affirmabant. Sed tamen nec hæc solutio ad rem pertinet: quoniam licet conuersio à virtute diuina fiat, fit tamen per verborum formam, quæ temporalis successione profertur. Tertij ergo dicebāt, quod instans definitionis panis, & aliud inceptio corporis Christi, sunt duo per ordinem ad mēsurata: scilicet, ad panem & corpus, sunt tamen vnum in ordine ad tēpus mensurans. Exemplum est supra positum. Dū enim duæ hastæ e regione se contingunt, puncta intrinseca terminantia sunt duo, sed illud, quod in loco illis respondet, quo se contingunt, est vnum. Attamen & hoc quoque cauillum est, quoniam instantia non dantur intrinseca in motibus definitionis panis, & inceptio corporis Christi, sicut sunt puncta in lineis inuicem se tangentibus, sed solum extrinseca in tempore mēsurante: quare nec duo possunt esse immediata, neq; idem potest esse vltimū panis & primū corporis, aliās in eodē essent panis & corpus. Alij ergo dicebant, quod illa instantia sunt idem re, differentia verò ra-

tionem. Sed neq; hoc quicquam valet: nam differentia rationis nō facit mensuram rei. Quare idem sequeretur absurdum, quod in eodē instanti essent panis & corpus. His ergo re pulsis quatuor erroribus, legitima responsio est, panem nō definire per vltimum sui esse, sed per primum non esse. Et ratio est, quia licet transubstantiatio fiat virtute diuina, quæ per se non dependet à motu, fit tamen mediante verborū forma, quæ successiue motu profertur, & ideo definit panis quando definit prolatio. Motus autem non potest definire per vltimum sui esse: nam quādo cūque est restat aliqua eius pars futura, sed per primū non esse: quare non sunt duo instantia definitionis panis & inceptio corporis, sed vnum, in quo corpus incipit per primum sui esse, & panis definit per primum non esse. Et hoc vocat hic D. Tho. vltimum instans prolationis verborum: scilicet, intrinsecum, in quo prolatio non est, & immediatè antea erat. Quare panis fuit in toto illo tēpore præcedēti, quod extrinsecè terminatur ad illud instans. Quod si contra sic arguas, Quod non est, nullius est causa: forma consecrationis in illo instanti nō est: ergo non est causa existentiae corporis Christi in sacramento. Respondetur ad maiorem, quod licet tunc non sit causa, quia nō est, fuit nihilominus causa toto tempore terminato ad illud instans, sic enim contingit in naturalibus, vt. 8. Physicorum docetur. Motus enim calfactionis est causa formæ substantialis ignis, quæ producit in instanti terminatio, quo motus definit esse per primū non esse. Non autem deest & contra hanc sententiam argumentum. Sequeretur enim tunc quod si scrupulosus morosusque sacerdos prolationem vltimæ syllabæ dictionis, meum, nimium prolixè protraheret, non inciperet illic esse corpus, donec pro suo libito ipse cessaret. Consequens tamen apparet absurdum: nam cum primum incipit proferrī syllaba, um, completa est significatio. Respondere in scholis solebam, quod fortè postquā incipit vltima syllaba, datur primum instans esse completæ significationis formæ, in quo incipit corpus adesse per primum sui esse, & definit panis per primum non esse antequā profertur tota vltima syllaba. Cui tamē magis placuerit dicere, quod consecratio non perficitur, nisi tota prolata forma, concedat consequens huius argumenti: quia non est absurdum.

Solutio legitima.

Arg. contra.

Aliud arg.

Ex

Corollarium falsum. Ex his autem subsequi videtur corollarium, quod omnes concedunt: videlicet, quod si dum incipitur consecratio, inciperet panis naturali causa corrumpi, ita ut in illo primo instanti, quo deberet esse corpus, panis cum suis speciebus desinat esse, per primum non esse concurrunt omnia, quæ sunt necessaria ad sacramentum: nimirum, materia, & forma, & minister, & tamen non fit sacramentum. Ego tamen præterquam quod casus vix est possibilis, negarem materiam concurrere: debent enim species simul esse in momento consecrationis, quæ corrupto pane fieri non potest nisi virtute consecrationis. *Secundum argumentum.* Secundum argumentum S. Th. est. In omni conversione est fieri, & factum esse, quæ quidem non possunt esse simul: nam quod fit non factum est, & quod factum est non fit: ergo in hac conversione est prius & posterius, quæ non possunt esse in instanti. Respondetur, quod in conversionibus momentaneis simul sunt fieri, & factum esse. Dicitur enim aer nunc primo illuminatus, quia iam habet lumē, & nunc simul illuminari, quia antea non habebat lumē, & sic fit in hoc sacramento.

ARTICVLVS VIII.

Utrum hæc sit falsa, Ex pane fit corpus Christi.



ARTICVLVS hic vltimus non parum ad superiorum explicationem conducit, quo scilicet enunciationes explicantur, quæ in hac conversione inter eius extrema affirmari possunt, aut negari. Quasquidē Diuus Thomas profectō dissentit enucleat. Iacit ergo primo quatuor pulchra fundamenta, quibus acutē comparat conversionem hanc per vnum extremum ad creationem, & per alterum ad naturalem transmutationem, ut per duo extrema medium elucescat. *Primum fundamentum.* Est ergo primum fundamentum bimbre. Hæc conversio panis in corpus Christi in aliis quibus conuenit cum creatione & cum naturali transmutatione, & in aliquibus differt vel ab ambabus, vel ab earum altera. *Secundum fundamentum.* In duobus conuenit cum ambabus: scilicet, & in ordine terminorum, ut post vnum fit alius, atque in eo quod non sint simul. Enim verò in creatione esse est post non esse, ut mundus post nihil: nunquam tamen sunt simul nihil & mundus. Pariter post aërem est ignis, & post album nigrum, nunquam verò vel aër

est ignis, vel album nigrum. Eodē modo post panem est corpus, & nunquam est verum dicere, panis est corpus. *Tertium fundamentum.* Tertium fundamentum. Cōuersio sacramentalis & creatio, in eo quod in neutra supponitur subiectum, in quo recipiantur extrema transmutationis, in quo differunt à naturali transmutatione, in qua supponitur materia. Hinc ergo speculati incipe quemadmodum S. Thom. illam destruat supra expugnatam opinionem, quod eadem res, quæ est panis, manet postea facta corpus. Tunc enim idem maneret subiectum, quod prius fuerat panis, & postea corpus. *Quartum fundamentum.* Cōuersio hæc & transmutatio naturalis conueniunt in duobus, licet parum dissimiliter, in quibus differunt à creatione. Primum quod in utraq; vnum extremum transit in aliud, ut aër in ignem, album in nigrum, & panis in corpus: cum tamen in creatione non ens, non transeat in ens. Dissimilitudo autem est, quod panis secundum se totum transit in corpus: aër verò non transit in ignem, nisi secundum formam remanente materia, in qua præfuerat forma, quæ depellitur & recipitur noua. Secundum conueniunt, quod utrobique remanet aliquid idem, quod non accidit in creatione: dissimiliter tamen: quia in transmutatione naturali remanet commune subiectum, sed in sacramento remanent accidentia, quæ inerant subiecto. *Prima conclusio.* Ex his ergo quatuor fundamentis colligitur sex conclusiones in hac conversione asserendas, vel negandas. *Prima.* In nulla istarum trium conversionum affirmatur vnum extremum de altero per verbum substantiuum præsentis temporis. Neque enim conceditur in creatione, non ens est ens: neque in naturali transmutatione, aër est ignis, aut album est nigrum: neque in hoc sacramento, Panis est corpus. Hæc conclusio colligitur ex secunda parte secundi fundamenti, quo diximus, nunquam extrema conversionis esse simul. *Secunda conclusio.* In omnibus his conversionibus possumus uti hac præpositione, ex, ut dicamus in creatione, Ex non ente fit ens: & in generatione, Ex aëre fit ignis: & in alteratione, Ex albo fit nigrum: & in hac conversione, Ex pane fit corpus. Atque hæc est assertio Ambrosij, quam hic D. Thom. in argumento. Sed contra, citat. Legendum enim est, Ex pane, non de pane, ut constat ex lib. 4. de sacramentis c. 4. & ex can. Panis. de consecra. dist. 2. Hæc elicitur ex priori membro eiusdem secundi fundamenti,

damenti, vbi diximus in his omnibus conversionibus esse ordinem extremorum. Hæc enim præpositio, ex, nihil aliud dicit, quam ordinem prioris & posterioris inter terminum à quo, & terminum ad quem. *Tertia conclusio.* In hac conversione sicuti & in transmutatione naturali uti possumus nomine conversionis, quod facere non possumus in creatione. Sicut enim dicimus, aër conuertitur in ignem, & album in nigrum: ita & panis conuertitur in corpus. In creatione verò non possumus dicere quod non ens conuertitur in ens. Hæc præpositio elicitur ex prima parte quarti fundamenti, quo diximus in conversione naturali, & hac sacramentali vnum extremum transire in aliud, non autem in creatione: quoniam conversio nihil aliud dicit quam transitum vnius in aliud. Et hoc quoque adnotato aduersus illam refutatam opinionem, quod res quæ erat panis, est postea corpus. Conversio nanque dicit transitum: transitus autem substantiæ in substantiam dicit definitionem illius, quod transit. Sicut aër desinit esse cum transit in ignem, nisi quod illa, cum transitus tunc fiat tantummodo secundum formas, manente materia, dicitur transformatio & generatio: hæc verò, vbi tota substantia transit in aliam dicitur transubstantiatio. Sed in conversione accidentali, ut cum album conuertitur in nigrum, manet eadem substantia. *Quarta conclusio.* Illa, quæ ratione naturali conueniunt ratione subiecti, non possumus in hac conversione concedere. Concedimus enim quod album potest esse nigrum, & quod aër potest esse ignis: quoniam verbum posse, dicit potentiam subiecti, quæ est ad diuersas, atque adeo ad oppositas formas. Licet magis propria sit illa prior accidentalis, quia manet tota substantia sub utroque accidenti, quam hæc posterior, vbi non manet nisi materia. At verò in hac, inquit, conversione, (& similiter in creatione) quia non manet vnum subiectum, sicut dicere non possumus, Non ens potest esse ens: ita neque, Panis potest esse corpus. Pespice quam planis verbis contradicat illi opinioni supra confutatae Caietani: nam si res, quæ est panis, maneret postea facta corpus, manifeste inde colligeretur veritas huius, Panis potest esse corpus Christi, quia maneret tanquam subiectum utriusque extremi. *Quinta conclusio.* Eadem ratione non potest proprie dici, quod de non ente fiat ens, vel quod de pane fiat corpus Christi: quia hæc

præpositio, de, designat causam consubstantialem utrique extremo, quæ quidem in naturalibus attendetur penes conuenientiam in subiecto, quod hic non habet locum. Perpende differentiam inter, ex, & de, illa enim non dicit subiectum sicut hæc, sed tantum ordinem. De, verò dicit causam materialem, ut de ligno fit statua. Et simili ratione non conceditur, quod panis erit corpus Christi, aut fit corpus Christi, sicut neque in creatione conceditur quod non ens erit ens, aut fiet ens. Quoniam hæc omnia dicunt communicationem in subiecto. Attende iterum repulsam illius repudiatæ opinionis: nam si res, quæ modò est panis, maneret postea facta corpus, hæc esset vera, panis erit corpus & fit corpus, sicuti album erit nigrum. *Sexta conclusio.* Ob id, quod facta consecratione manet accidentia panis, secundum similitudinem huiusmodi locutiones concedi possunt, De pane fit corpus Christi, Ac perinde, Panis erit corpus Christi. Imò & de præfenti, Panis est corpus Christi. Quare hæc & tales propositiones in proprio sensu intelligenda sunt ubicunque apud sanctos doctores reperiantur. Non ut nomen panis substantiam eius significet, sed accidentia, quæ, ut can. Species, de consecra. dist. 2. ait Gregor. nomen retinent earum rerum, quæ antea fuerant. Quare hæc tunc præpositio, Panis est corpus, non est identica, ut idem significant subiectum & prædicatum, sed idem significat, quod sub pane (hoc est sub speciebus panis) est corpus. Dicuntur enim species consecratus panis. *Primum argumentum.* Omnia argumenta S. Thomæ contra illud assertum diriguntur. Ex pane fit corpus. Est ergo primum. Omne illud ex quo fit aliquid, est id, quod fit ex illo, licet non conuertatur: etenim quia ex albo fit nigrum, verum est, album fit nigrum: tamen è conuerso licet concedamus quod homo fit niger, non tamē concedimus ex nigro fieri hominem: nam ut habetur. i. Physico. nihil fit nisi ex suo contrario, ut homo ex non homine: si ergo ex pane fieret corpus, pariter verum esset dicere quod panis fit corpus Christi: quod tamen est falsum, cum res, quæ est panis, non sit subiectum transmutationis, ut eadem maneat, ut dicebat Caietanus qui plane hic iterum condēnatur, ergo non debet concedi quod ex pane fiat corpus. Respondet, præpositionem, ex, significare nonnunquam cum termino à quo subiectum,

Tertia conclusio.

Quartum fundamentum.

Quarta conclusio.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Quinta conclusio.

Sexta conclusio.

Primum argumentum.

DISTINCTIO decima, De modo, quo & Christus, & accidentia existunt in sacramento.

Secundus argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

etum, vt cum ex albo fit nigrum: & tunc pariter conceditur, Hoc fit hoc. Quandoque vero non significat nisi purum ordinem prioris & posterioris inter terminum a quo & terminum ad quem, vt cum dicimus, ex mane fit dies: & tunc non conceditur, Mane fit dies. Et pariter in proposito contingit. Atque eodem modo respondetur ad secundum, quod est hoc. Fieri terminatur ad esse vel factum esse: sed haec nunquam est vera, Panis est, aut erit corpus. Respondetur ad maiorem, illam habere verum quando extrema communicant in subiecto, vt quia ex albo fit nigrum, album erit nigrum: & quia ex ligno fit statua, lignum est statua: hic autem non manet idem subiectum. Tertio arguitur. Omne illud, ex quo fit aliud, conuertitur in ipsum: hic autem non apparet conuertendum quod panis conuertatur in corpus: nam conuersio haec multo est mirabilior creatione, in qua tamen non conceditur, non ens conuerti in ens: ergo falsum est, quod ex pane fiat corpus. Respondetur concessio plura esse mirabilia ac difficilia in hoc sacramento, quam in creatione: illic enim vnum est tantum difficile, quod ex nihilo fiat aliquid: qui tamen est proprius modus agendi primae causae, quando se sola agit, quia tunc neque ex subiecto neque ex alia causa pendet. Carterum in hoc sacramento hoc est difficile, quod totum conuertitur in totum, ita vt nihil prioris maneat. Vide quomodo non maneat res, quae est panis, neque aliqua pars eius, quod quidem non pertinet ad communem modum agendi causae primae, sed est miraculum maxime singulare. Praeterea & hoc habet difficile, quod accidentia maneat corrupta substantia, & multa alia. Quare ob id, quod conuersio haec est mirabilior, concedimus conuersionem hic, quam in creatione negamus. Quarto arguitur. Id, ex quo aliquid fit, potest esse illud: sed panis non potest esse corpus: ergo neque ex illo fit corpus. Respondetur ad maiorem, quod posse dicit potentiam subiecti: haec autem conuersio non fit per potentiam subiecti, sicuti ex aere fit ignis propter potentiam materiae, sed ex omnipotentia causae agentis Dei. Quare non conceditur, Panis potest esse corpus.

Cap. j. ADEM igitur nos catholica fides comonitos habet, virtute praefatae conuersionis totum Christum



sub vtrisque speciebus veraciter contineri: nempe, sub speciebus panis corpus eius ex vi sacramenti: vide licet, virtute consecratrix formae, Hoc est corpus meum, quae facit vt panis directe conuertatur in corpus: sanguinem vero per concomitantiam, ob id quod & in caelo corpori coniunctum est. Sub speciebus autem vini vice versa se habent sanguis & corpus. Ex quo fit consequens vt in triduo dominicae sepulturae nec sub speciebus panis sanguis, qui effusus erat, neque sub speciebus vini corpus, quod erat ex aequo, contineretur. Eademque ratione quantitas eiusdem corporis & sanguinis dimensiuam, licet non ex vi sacramenti, tamen ex eadem naturali concomitantia in eodem sacramento existit. Vnde subsequitur, vt sub singulis speciebus particulis, siue vnitatis siue fractas consideres, totus vere sit Christus, iuxta verbum Augustini in sermone, qui de consuetudine. d. 2. can. Singuli, refertur, quo ait, Singuli accipiunt Christum Dominum, & in

Cap. j.

Aug. can. Singuli, de consuetudine. d. 2. can.

1. Cor. 10.

Cap. ij.

Cap. iij.

August.

& in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se praebet in singulis. Haec ille. Corpus. n. incorruptibile est: quare per se non diuiditur, sed fractione specierum frangitur, secundum Apostolum, vbi ait, Panis, quem frangimus, non est participatio Domini est: At vero cum Christus in hoc sacramento non sit secundum modum suae quantitatis, fit vt nec sit tanquam in loco aut circumscriptione, aut de finitiue, sed sacramentaliter: atque eadem ratione non per se, sed specierum motu mouetur. Atque adeo neque villo corporeo oculo aut sensu percipi potest, sed solo intellectu illius, qui beatifica Dei visione fruatur. Nam dum aliqua humana effigies, manentibus specierum dimensionibus, in sacramento apparet, non est vera Christi caro, sed similitudinaria per mutationem reliquorum accidentium panis. Sunt igitur in hoc venerabili sacramento, vt fides catholica docet, accidentia panis & vini sine subiecto, cui inhæreant: tamen si quantitas modo quodam non improprio reliquorum subiectum censeatur. Vnde Augustinus sententiarum Prosperi, Nos, inquit, in specie panis & vini, quam videmus, res inuisibiles, id est, carne & sanguinem honoramus. Ob idque & agere possunt, & vsque ad sui corruptionem peregrinis actionibus affici. Sensu enim deprehendimus & in pulueres verti, & in vermes

putrefieri, & vt est in confessione Berengarii, frangi & dentibus attri: quare & sumptae nutrire valent. Quod alludens Paulus ait. Alius quidem esurit, alius ebrius est. Cum autem speciebus vini liquor alius infunditur, quando illa manent, sanguis sub illis tantum continetur. Nam liquor infusus, vt ca. Cum Marthae, de celebr. missa. ait Innocentius. nec transit in sanguinem, neque vero sanguini, sed accidentibus prioris vini commiscetur.

Cap. iij.

DISTINCTIO decimae, Quaestio prima de modo, quo Christus existit in hoc sacramento.

S. Thom. 3. part. quaest. 76.

ARTICVLVS I.

Vtrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento.



DISTINCTIO haec superior est annexa. Expeditis enim difficultatibus conuersionis, subsequitur, vt de existentia tam Christi quam accidentium in sacramento, facta conuersione, dicamus. Est ergo prima quaestio de existentia Christi, cuius primus articulus est, vtrum totus contineatur sub hoc sacramento. Est enim Christus nomen Dei & hominis, suppositi scilicet, quod in diuina & humana natura subsistit. Et ideo substantias ambas & accidentia, quae in ipso sunt, comprehendit: nempe, diuinitatem, & totam humanitatem secundum animam & omnem corporis partem, etiam sanguinem, licet non sit corpori vnitus: omniaque eius accidentia, ac pende quantitate, quam tam exiguus locus capere non videtur. Et respondet D. Tho. tribus conclusionibus. Prima. Omnino necesse est

Prima conclusio.

Et 2 confite

conferri secundum fidem catholicam, quod totus Christus sit in hoc sacramento. Hanc non probat, sed ex fide supponit: quoniam cum in caelo tota sit humanitas diuinitati unita in unitate suppositi, nefas esset suspicari corpus, quod existit in sacramento, ab eadem esse diuinitate dimissum. Ob idque fides catholica credere nos admonet, sic esse quantum ad hoc in sacramento, ut est in caelo. At vero quoniam formae consecrationis non exprimunt nisi corpus & sanguinem, sciendum, inquit, aliquid in sacramento altero duorum modorum existere: scilicet aut ex vi sacramenti, aut ex naturali concomitantia. ¶ Est ergo secunda conclusio. Ex vi quidem sacramenti existit sub speciebus id, in quod directe substantia panis & vini praexistens conuertitur, prout verbis formae significatur, Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus. Itaque sub speciebus panis tantum est corpus, & sub speciebus vini tantum est sanguis. Haec non aliter probatur, quam quod forma, cum sit practica, tantum efficit, quantum significat. ¶ Tertia conclusio. Ex naturali concomitantia est in hoc sacramento quicquid ei coniunctum est, in quod conuersio terminatur. Probatur, quia si duo sunt realiter coniuncta, ubicumque est unum, ibi est alterum: sola enim mentis ratione potest unum sine altero considerari. Fit ergo consequens, ut tam sub speciebus panis quam sub speciebus vini totus Christus contineatur.

Expositio articuli. ¶ Prima articuli huius conclusio. I. Christum esse totum in sacramento, fide catholica, ut ait S. Thomas protestemur. Alia vero duae: puta quod aliquid eius ibi sit ex vi sacramenti, alia vero ex concomitantia, veritas est, quam Theologi ex ipsis consecrationum formis deduxerunt. Apparet autem, omnia illic esse ex vi sacramenti: nam sola verborum vis facit, ut illic sint omnia. Respondetur, quod esse ex vi sacramenti non hoc tantum sonat, quod ratione sacramenti illic existat, sed quod sit expressum in forma, atque adeo sit proximus consecrationis terminus, qui quidem, licet esset ab alijs se iunctus, existeret illic. ¶ Alio tamen contra rationem S. Thomae ad tertiam conclusionem arguitur. Non enim sequitur quod si sunt duo realiter coniuncta, ubicumque sit unum, ibi sit aliud: diuinitas enim christi ubi que est per essentiam, praesentiam, & potentiam, & tamen humanitas eius, quae est eidem diuinitati in caelo coniuncta, non est ubique. Secundo arguit Dur. dist. 10. q. 2. In caelo corpus Christi habet propinquitatis praesentiaeque respectum ad coelum, in quo est: tamen il-

lam praesentiam non habet in sacramento, quod ab eodem caelo longe distat. Tertio. Illa subiecta propositio est falsa, quae ait, illa, quae realiter coniunguntur, sola animae operatione discerni: nam illa, quae realiter coniunguntur, ut anima & corpus, realiter nihilominus distinguuntur. Ad haec respondetur, maximam intelligi primam, quando unum illorum non habet modum existendi eminentiorem, & magis illimitatum. Diuinitas enim Christi ratione suae infinitatis est ubique, humanitas vero minime. Itaque intelligitur de absolutis: nam respectus extrinsecus aduenientes, ut praesentia caeli, possunt esse in uno loco, & non in alio. Itaque quando dixit, ea, quae realiter coniunguntur, sola animae operatione discerni, non intellexit sola ratione distingui, sed quod solo intellectu consideretur unum esse sine alio. Neque negauit de potentia Dei absoluta posse separari. Quare ambigere nemo potest, quin Christus posset facere ut corpus esset in sacramento & non anima, neque quantitas neque aliquid eius accidens, sed loquitur de naturali concomitantia supponendo, ut res habet, quod Dominus non facit hic aliud miraculum, quam quod in forma explicatur. ¶ Dubium autem est, cum dicitur corpus esse sub speciebus panis ex vi sacramenti, quomodo accipiat corpus. Potest enim tribus modis nomen hoc usurpari. Vno scilicet, ut sit genus subalternum directe positum in praedicamento substantiae, sicut dicimus, quod animal est corpus, & corpus substantia. Secundo modo accipitur, ut est species quantitatis continua, quae sunt tres: scilicet, linea, superficies & corpus. Et tertio denique, ut est altera pars compositi, quae differt ab anima: constat enim homo ex corpore & anima.

¶ Ad hoc respondetur, non accipi primo aut secundo modo, sed tertio. De secundo non est dubium, quia quantitas non est substantia, cum tamen haec conuersio sit transubstantiatio. Et de primo etiam probatur, quia tunc corpus supponeret pro aggregato ex anima & corpore, atque adeo per communicationem idiomatum supponeret pro ipso supposito Christi. Nam ut verum est homo & animal, sic est corpus. Et tamen forma non dicit, hic sum ego, sed, Hoc est corpus meum. ¶ Item arguitur. Christus dominus dedit nobis corpus suum & carnem in cibum ad manducandum: corpora autem animalium, dum nobis in cibum veniunt, occisa sunt, atque adeo animam non includunt. Accipitur ergo hic corpus, ut distinguitur ab anima,

anima, quam ideo non includit in recto, ut supponat pro aggregato ex corpore & anima, sed in obliquo, quia habet esse corporeum ab anima, sicut album ab albedine. At quoniam post mortem Christus resurrexit & viuit, idem corpus consecratur, quod in caelo vita fungitur. ¶ Sed tamen esto, corpus accipiat hic pro altera parte compositi, dubium restat quae nam res sit illa. Illi namque ex nominalibus, qui unam tantum animam in homine agnoscunt (nam Occam plures fingit) aiunt corpus esse nihil aliud quam materiam primam. Quoniam in homine, praeter animam, non est alia pars substantiae, quam materia. Atque hanc opinionem amplectitur Gabr. in. 4. d. 11. q. 1. & in canone lectione. 42. Scotus vero dist. 11. q. 3. dicit, corpus esse aggregatum ex materia & forma corporeitatis, quam ponit coaenam materiam. Ait quippe, dum aer conuertitur in ignem, non fieri resolutionem usque ad materiam primam, sed manere compositum ex materia & forma corporeitatis, cui superuenit forma ignis. In proposito ergo ait, formam panis conuerti in formam corporeitatis Christi, illamque duntaxat subinde ex vi consecrationis manere in sacramento. ¶ Attamen contra priorem opinionem est argumentum, quod corpus non dicit meram materiam primam, sed ipsam cum omnibus organis & dispositionibus ad vitam necessarijs, quae habere non potest nisi per aliquam substantiam formam, secundum sententiam Aristoteli. 2. de anima, ubi ait, animam esse actum corporis physici organici potentia vi tam habentis. Deinde arguitur. Sequeretur secundum illam opinionem, quod si materia corporis Christi daretur sine forma, quod ipsi admittunt, tunc panis dum consecratur, non conuerteretur nisi in materiam: imo quod neque modo conuertitur nisi in illam. ¶ Sed contra opinionem Scoti arguitur. Sicuti forma accidentalis est actus totius substantiae, ita & forma substantialis est actus immediatus materiae primae. Unde colligitur, quod in omni corruptione fit resolutio usque ad materiam primam, ut in generatione adueniat forma, nudae materiae tanquam actus suae propriae potentiae. Quapropter quod maneat compositum actu in corruptione, cui superueniat alius actus substantialis, sincera philosophia abhorret. Optime ergo conclusit S. Thomas art. 6. praecedentis quaestionis, formam panis conuerti in animam Christi quatenus dat esse corporeum: ac perinde hic dicendum ex vi consecrationis manere hic

corpus Christi, quod supponit pro altera parte compositi connotando illam formam, a qua recipit esse corporeum, quae est anima rationalis. Sub qua ideo praecisa ratione est hic anima ex vi consecrationis. ¶ Contra hanc autem sententiam arguit Scotus loco citato dupliciter. Primo. Si anima rationalis daret homini esse corporeum, & esse rationale, sola ratione differret in quantum dat unum esse a se ipsa, in quantum dat aliud. Ex quo consequeretur, quod forma panis conuerteretur in ens rationis. At vero concessio antecedenti negatur haec consequentia. Saepe enim impugnatores D. Thomae hoc fallit, quod putant, ob id quod distinctio sit rationis extrema esse entia rationis, cum tamen anima, licet diuersis rationibus a se ipsa distinguatur per distinctionem rationis, nihilominus ipsa utroque modo sit ens reale: quare forma panis in ens reale conuertitur. ¶ Secundum argumentum Scoti & Gabrielis est. Si hostia, quam Christus consecrauit in coena, mansisset in triduo consecrata, idem corpus virtute praeterite consecrationis conseruaretur sub speciebus: & tamen tunc corpus non habebat esse corporeum ab anima rationali, quippe quae per mortem fuit ab ipso separata: ergo non erat illic ex vi consecrationis nisi forma corporeitatis, quae mansit in cadauere: atque adeo illa erat, in quam dum fiebat consecratio conuerfa fuit forma panis. Absurdum enim est dicere, quod illa forma, quae fuit terminus consecrationis non maneret semper in sacramento. Eadem ratione concludit Gabriel quod conuersio fit in solam materiam, ut potest quae sola manet in corpore viuo & mortuo. ¶ Ad hoc respondetur per distinctionem maioris: scilicet, quod mansisset idem corpus in triduo in illa hostia. Mansisset enim idem eo modo, quo in esse naturali manebat: in sepulchro non enim aliud est in sacramento, quam est in natura: in sepulchro vero mansit idem quantum ad materiam & hypostaticam subsistentiam, quia mansit corpus assumptum a verbo, non tamen idem mansit formaliter, quia non ab eadem forma habebat esse corpus, sed a forma cadaueris. Quod enim maneret eadem forma corporeitatis, quae erat in viuento, iam modo impugnatum est. ¶ Sed praeterea arguitur. Cum corruptio unius sit generatio alterius, necesse est ut abeunte anima Christi a corpore succederet in corpore alia: noua forma cadaueris, quandoquidem tamen verum mortuus fuit in quantum homo, quam caeteri hominum. Et profecto negare cadauer in

Argumentum
primum
Scoti.

Argumentum
secundum
Scoti & Gabrielis.

Dubium.

Responsio.

Gabriel.
Scoti.

Contra Scot.

Christo, est quodā modo verā negare mortē. Sunt autem qui horribile arbitrantur ponere in Christo formā cadaueris, vt que via est ad corruptionē. Eō quod dixerit Pfaltes. Nō dabis sanctum tuum videre corruptionem. Nihil hoc tamen absurditatis habet: nam homo etiam cum anima rationali corruptibilis est, & tamen Christus factus est homo. Nō ergo plus deformitatis habet cōcedere in Christo formam cadaueris, quā consiteri mortuum fuisse & sepultum. Verbum enim Psalmista. Hoc tantum admonet, qd virtute diuina cadauer illud foret seruādum ne vlla ex parte corrumpere, quousque integrum resurgeret. Ad formā ergo argumenti respōdetur, quod in triduo mansit idem corpus Christi eo modo, quo corpus defuncti dicitur idem, quod fuit viuentis, atq; eidem diuino supposito vnium. Quare non sequitur, Erat corpus ab alia forma: ergo non erat idem. Hoc enim esset verum si forma esset pars intrinseca corporis sicut anima est pars hominis: & tamen nō est nisi extrinseca sicut albedo albi, vt iam supra expositum est. Vnde sicut si Petrus perdita ista albedine acquireret aliam, maneret idem albus, ita illic manebat idē corp⁹ materialiter.

Primum argumentum. Punctum hoc tangit S. Tho. argumēto primo, quod est huiusmodi. Corpus Christi incipit esse in sacramento per conuersionē: panis autem & vinum conuerti nō possunt in diuinitatē Christi, neq; in eius animā: Christus vero constat ex tribus substātijs: scilicet, diuinitate, anima, & corpore: ergo nō est tot⁹ Christus in sacramento. Respondet, argumentum concludere diuinitatem & animā Christi secundū esse spirituale non esse in hoc sacramento virtute consecrationis, sed ex reali concomitantia: quoniā diuinitas corpus assumptū nunquā dimisit, neq; in triduo. Quare in symbolo Ephesino, vt supra dictū est, & refertur de conse. d. 2. can. Necessariē, confitemur, qd in hoc sacramento participes efficiamur corporis & sanguinis Christi, non vt communē carnē percipientes, nec viri sanctificati & verbo coniuncti secundū dignitatis vnitatē, sed verē viuificatricē, & ipsius verbi propriam fatam (id est illi vnitā.) At quoniā anima in triduo separata fuit à corpore, si tūc fieret cōsecratio corporis, non esset in illo sacramento anima neq; ex vi consecrationis, neque ex cōcomitantia. Verū quia dum resurrexit, anima reddita est corpori, & vt ait Paul. Roma. 6. iā non moritur, nunc in sacramento est ipsa ani-

In Christo defuncto fuit forma cadaueris.

Primum argumentum.

Cōcilium Ephesinum.

ma ex concomitantia. Quod intelligitur inquantū dat esse viuens & rationale: nam inquantū dat esse corporeū, iam dictū est, esse idem ex vi cōsecrationis. Ex hac solutione fit cōsequens, qd si in triduo fieret cōsecratio, ex vi consecrationis esset illic forma cadaueris. Quapropter si hostia illa consecrata cōsecraretur vsq; ad diē resurrectionis, virtute eius dē elapsē cōsecrationis esset anima succedēs formæ cadaueris, dansq; subinde esse corporeū. Arguitur autē, qd anima non solū quatenus dat esse corporeū, verū & quatenus dat esse vitale & rationale sit in sacramento. Idē efficit nūc forma, quod fecit dū Christus consecrauit: sed ipse consecrauit corpus tunc viuū, quale tūc habebat, habensq; esse rationale: ergo tale corpus est ex vi sacramēti. Itē arguitur autoritate Hugonis libr. 2. de sacra. pat. 8. cap. 3. & Inno. lib. 4. cap. 22. vbi vltro citroq; differentes vtrū tradiderit Christus discipulis, ac subinde nobis in sacramento corpus mortale, an immortale, in hanc tandē flectuntur partē, qd dedit nobis corpus immortale quale nunc est: immortalitatē autem nō habet nisi per animam quatenus est immortalis, quod habet in quantum rationalis.

Aliud arg. Sed ex cōtraria parte nihilo debilius arguitur, qd non deberet hic esse nisi forma cadaueris, qualē habuit in triduo: nam dedit nobis corpus, vt est esui aptū: nō autē comedimus corpora animalū nisi ex anima, quod, vt supra diximus, videtur significasse dicēs, Quod pro vobis tradetur. Respondetur ex vi cōsecrationis neq; esse corpus viuū nec mortuū, nec mortale nec immortale, sed simpliciter corpus, prout verba sonāt, siue viuū siue mortuū. Vnde ad primum argumentū respondetur, qd quanquam Christus viuus consecrauit, nō tamen cōsecrare voluit nisi corpus, & hanc virtutē dedit formæ, qua ideo in triduo etiam vtendū esset dum erat mortuus, & modo dum viuuit. Vnde cū adiecit, Quod pro vobis tradetur, solū significauit id ipsum, quod erat futurū in precium redēptionis, relinquēdum in cibū sustentationis: sed quia nō dedit carnes māducandas nobis sub forma carniū, nihil refert sint ne viuæ an mortuæ. Quapropter quod ait Hugo tradidisse nobis corpus immortale, intelligitur, qd tradidit nobis corpus, quod non erat incinerandum, sed resumpturū animā, in qua erat perpetuō victurum: quæ tamen anima non est hic nisi per naturalem concomitantiam. Aliter tamen arguitur,

Argument.

Hug.

Aliud arg.

Argu. de vnitate.

tur, qd sit in sacramento diuinitas ex vi consecrationis. Quicquid enim exprimitur in forma est ibi virtute consecrationis: illic autē exprimitur, corp⁹ meū (hoc est, christi) existere esse autē Christi non pōt nisi assumptū à diuinitate, vt modò ex concilio Ephesino allegatum est: ergo virtute consecrationis illic est diuinitas. Negatur cōsequens: nā etsi nō possit esse Christi, nisi assumptū à diuinitate, nihilominus etsi esset vnitū in celo, & nō in sacramento, verificaretur forma: esset enim corpus Christi quāuis hic nō esset Christi. Quare forma in rigore non significat, qd in sacramento sit vnitū. At quia re vera nō dimisit illud, ex concomitantia est illic diuinitas. Eo potissimū qd in triduo in rigore non erat corpus Christi, sed corpus, quod fuerat Christi, vel corpus suppositi, quod fuerat Christi: Et nihilominus tunc fieri poterat cōsecratio. Secundo arguit S. Tho. Christus est in hoc sacramento secundū quod cōpetit refectioni fidelium, quæ in cibo & potu cōsistit: dominus autē. Ioan. 6. Caro mea, inquit, verē est cibus, & sanguis meus verē est potus: ergo ex vi sacramenti solū est hic caro & sanguis: in corpore autē sunt alia multa, vt nerui & ossa: ergo non est illic totū corpus ex vi sacramenti. Respondetur, totū corpus, vt verba sonāt, esse in sacramento. Quare Ioan. 6. Caro accipitur pro toto corpore includente neruos & ossa & omnia, vt distinguitur contra sanguinem. Appellauit autem corpus carnē, quia illa est ad mādicationē aptior quā ossa. Nota ergo hic, qd nō est ex vi sacramenti solū corpus sicut lapidis aut ferri, quod nō habet partes heterogeneas: sed corpus humanū, qd dicit compaginē ex ossibus & neruis & carne & diuersis organis, hoc est, diuersarū complexionū & qualitātū, vt supra ex Aristotele 2. de anima citatū est, vbi ait, animā esse actū corporis Physici, organici, &c. Et sic accipit ecclesia carnē dum cantat. Verbo carnē efficit: nā & can. Nos autē, & can. Corpus, atque multis alijs de cōsecre. dist. 2. caro pro corpore accipitur. Atq; hinc magnū argumentū aduersus Scotū struitur, qd non sit virtute cōsecrationis solū compositū ex materia & forma corporeitatis. Nā illa forma solū faceret corpus, vt est genus omnium corporū, non autē corpus humanū ex ossibus & carne compactū, & organis efformatum. Contra hoc autē est argumentū fortius quā supra fecimus. Sequeretur, inquit, qd non esset idē cor-

Secundū argumentum.

Notandum.

pus in triduo Christi mortui, quod nunc est viuens: nam vt inquit Aristot. oculus mortui nō est oculus nisi equiuocē, & pariter carnes cadaueris non sunt carnes nisi equiuocē. Respon detur, vt supra, satis esse vt sit idē corpus eo modo, quo dicimus, corpus idē Petri sepeliri. Est enim articulus fidei Christū fuisse sepultū, propterea qd eius corp⁹ fuit sepultum. Tertium argumentum est, de quantitate corporis Christi, quæ cum sit sex vel septē pedum, non videtur capi sub speciebus paruæ hostiæ. Et respondet, qd cū facta conuersione panis in corpus, & vini in sanguinem, omnia accidētia ipsius panis & vini maneāt consequēs est, vt etiā dimensiones maneant quibus etiā panis & vinū mensurabantur, ac subinde sublequitur, vt eadē dimensiones panis & vini non conuertantur in dimensionem corporis Christi, sed tantū substantia in substantiā, vt verba formæ sonant. Quapropter dimensiones corporis Christi non sunt in sacramento ex vi consecrationis, sed per concomitantia sicut diuinitas & anima. Ex quo rursus sequitur, qd corpus Christi nō est sub speciebus per modum quantitatis: quia non est ibi ratio illius, sed est per modū substantiæ: quæ quidē modum quātitas ipsa conuenitur. Substantia autē ex natura sua tota continetur in parua quātitate, imo in puncto: tota enim natura aeris, non quidē tota quantitatiua, sed tota ratio speciei, quæ explicatur per definitionem, est sub qualibet particula quantitatis aeris. Et si non haberet quantitatem, esset in puncto, sicut est natura Angeli: tota ergo substantia corporis est sub vtraq; specie. Et quia quantitas est illic tantum per concomitantia, tota etiam eius quantitas est sub qualibet particula, vt articulo quarto monstrabitur.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS II.

Vtrum totus Christus contineatur sub vtraq; specie huius sacramenti.



ON satis est credere Christū esse totū in sacramento, sed nos se oportet, vtrum sit totus sub speciebus panis, & totus sub speciebus vini. Ad quod D. Th. respondet duabus cōclusionibus. Prima, Certissimē tenendū est qd sub vtraq; specie sacramēti tot⁹ sit Christi, iuxta glos. sup illud simi

Prima cōclusio.

liter & calicē. 1. Cor. 2. affirmatē qđ sub vtraq; specie panis & vini idē sumitur. Aliter tñ est sub alijs speciebus qđ sub alijs. Nā sub speciebus panis est quidē corp⁹ Christi ex vi cōsecrationis, sed sanguis ex naturali concomitantia, sicut diuinitas & anima: sub speciebus verò vini è cōuerso est quidē sanguis ex vi cōsecrationis, & corpus ex naturali cōcomitantia sicut diuinitas & anima, eò quòd nūc sanguis Christi non est à corpore separatus sicut fuit in triduo. ¶ Hinc infert conclusionē secundā, qđ si in triduo fieret cōsecratio corporis, illic nō esset sanguis ex concomitantia, neq; si fieret cōsecratio sanguinis, illic esset corp⁹. Supponit enim D. Tho. totum tunc sanguinem fuisse effusum, & à corpore separatum.

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

¶ Quòd totus Christus sit sub vtraque specie in dubium reuocare nō licet, quia est fides catholica. Non solū propter glossam, quam hic D. Tho. citat, ceterū ob decretū concilij Florentini. Quæ itidē veritas ex more ecclesiæ colligitur, æqualiter adorantis sanguinē ac corpus, quod nisi sub vtraque specie totus esset Christus, nō faceret, imò suos erudiret alumnos, vt inter cultū sanguinis, & cultū corporis discerneret. ¶ At verò circa postremū verbum secundæ conclusionis. s. qđ in triduo sicut in rei veritate corpus erat separatū à sanguine, ita si tunc fieret consecratio, neutrum esset sub speciebus alterius, litē mouet hic Caietanus aduersus Scotū in. 4. dist. 10. q. 4. Scotus enim illic, licet cōcedat cōclusionē: videlicet, quòd in triduo nec corpus esset sub speciebus sanguinis, nec sanguis sub speciebus corporis, negat tñ illā causālē, qua ex existētia naturali in cœlo infertur similis existētia sacramentalis, & è cōuerso. Imò ponit duas cōtrarias conclusiones: scilicet, qđ posset corpus & sanguis aliquas habere proprietates, & modum existēdi naturalem, quas quidē proprietates & modū non haberet sacramentaliter & è cōuerso. Nā existētia, inquit, corporis Christi in rerum natura indifferens est vt existat naturaliter vel sacramentaliter. Quare potuisset Deus sine eo qđ Christus nasceretur è virgine ponere in sacramento corpus, eò modo quomunc est, vnitum diuinitati, licet nullibi modo naturali existeret. Et eadē ratione posset nunc in cœlo habere quantitatem, quam nō haberet in sacramento. Et potuit etiā facere vt licet in triduo esset corpus à sanguine separatū, nihilominus in sacramento essent tñ coniuncta, & vice versa, vt licet in cœlo sint mo-

Caiet. aduersus Scotum.

dō coniuncta, sint in sacramento separata. Cōtra hanc autē opinionem non opus erat tam acri oppugnatione insurgere, quam Caietanus instruit: nam si sermo sit de potentia absoluta, nemo ambigere debet, quin hæc omnia Deus possit facere, vt supra dictum est. Quinverò quanuis anima in triduo fuerit à corpore separata, potuit Deus facere, vt in sacramento esset ei coniuncta. Sicut & me viuente potest mei partes alibi seorsum disiunctas ponere. At verò S. Tho. nullā istorum miraculorum rationem habet, quæ ad rem non pertinet, sed vno supposito admirandæ cōsecrationis effectu, cætera (quod officium theologorum est) secundū rerum naturam perpendet. Sed quorundā ingenium est rationes, quæ ex natura sacramenti pullulāt, per potentiā Dei absolutam impertinentissimē infirmare & labefactare. ¶ Vehementius tamē argumētum cōtra conclusionē huius articuli fit hoc modo. Sanguis non est corpori vnitus per cōtinationem, sed per venas & arterias proprium habet motū: nam si continuus esset, tunc dū de vena vel naribus emittitur, discrasia illa interna, hoc est discontinuatio dolorē faceret: cuius cōtrarium experientia docet: ergo sanguis non informatur anima rationali: nam qđ eadē anima duo disiuncta corpora in formet, impossibile est. Hinc ergo primū consequitur, vt sub speciebus vini ex vi cōsecrationis nō sit aīa: nā cū nō informet sanguinē, non dat ei esse sanguinis atq; adeò forma vini nō conuertitur in ipsam. Item neq; est illic corpus ex cōcomitantia, postquā in cœlo nō est vnitū sanguini. Et cōfirmatur secūdō. Dū Christus cōsecrauit suū corpus, neq; ex vi cōsecrationis neq; ex cōcomitantia erat in sacramento cocna, quā crudā habebat in stomacho quia nō erat pars corporis: ergo neq; sanguis eadē ratione. Et tertio id confirmatur. Christus non proprie videtur assumpsisse sanguinē. Haud enim assumpsit nisi humanitatem, quæ cōstat ex anima & corpore: anima autē cū non informet sanguinē, non perficit eum, nec tribuit ei vitā, sanguis enim nō viuunt: Christus verò nō videtur assumpsisse nisi corpus per animā perfectū & viuēs: si ergo nō assumpsit sanguinē, non sequitur vt consecratū corpus concomitetur sanguis, aut consecratū sanguinē concomitetur corpus. ¶ Ad hæc respōdetur qđ etsi sanguis & reliqui humores non sint vniti corpori, neq; sic anima informatur vt viuāt, imò habent proprias formas substantiales

Vehementius argumētum.

Responsio.

tiales licet imperfectas nihilominus sunt de integritate, ac perinde de veritate corporis, sine quibus corpus viuere nō posset, vt ait S. Tho. 1. par. q. vlt. art. 1. & in. 4. sententiarū dist. 44. q. 1. ar. 2. quæstiuncu. 2. Atq; hac ratione dicuntur coniuncti corpori. Quæ vtiq; ratione Philosophus lib. de animalibus, sanguinē inter partes animalis cōnumerat. Vnde anima actione caloris naturalis digerit sanguinē & alios humores, eosq; adeò perficit tanquā in via vt cōuertantur in substantiā aliti, & tunc anima ipsa informatur. Vnde nō est negandū quin Christus consequutiue assumpsit sanguinē & reliquos humores, sine quibus viuere nō poterat. Imò vt S. Tho. in hac. 3. part. q. 31. ar. 5. docet, ex sanguine virgineo corpus assumpsit. Hac ergo ratione sanguis corpus cōcomitatur in sacramento, & sanguinē corpus & anima. De cibo autem, quem Christus habebat in stomacho dū consecrauit, non est par ratio, cū crud⁹, nō esset de integritate corporis magis qđ morsellus, quē haberet in ore.

Primum argumentum.

Secundū argumentum.

Nota bonam rationem.

¶ Primum argumentū S. Thomæ est. Hoc sacramentū in salutē fidelium institutū est, nō quidē ob virtutē specierū, sed illius rei, quæ sub illis cōtinetur: si ergo nihil cōtinetur sub vna specie, quod nō sit sub altera, tūc consecratio pane, superflua est consecratio vini. Respondetur, qđ licet totus Christus sit sub vtraq; specie, nihilominus nō frustra seorsum duæ sūt cōsecrationes. Primū ad repræsentandū passionē Christi, in qua sanguis à corpore fuit se iūctus, in cuius ideo cōsecratione mētio fit effusionis. Secūdō hoc etiā vsui sacramēti congruit, vt sumatur sub forma cibi & potus, ex quibus alimentū constat. Et tertio cōpetit pīnde effectu, vt corpus in salutē corporis sumatur, & sanguis in salutē animæ, eo modo, qui dist. præce. q. 1. ar. 1. expositus est. ¶ Secūdō arguitur. Sub nomine carnis, vt supra dictū est, oēs corporis ptes intelliguntur, veluti ossa, & nervi, quibus & figuris & reliq; humores annumerantur: ergo sicut post consecrationē corporis, nō consecratur seorsū ossa, aut reliq; humores: fit vt neq; operæpretiū sit cōsecrari sanguinē. Respondetur, in passione Christi, cuius hoc sacramentū est memoriale, nō fuisse à corpore reliquas partes, aut humores, separatas, iuxta illud Exod. 12. Os nō cōminuetis ex eo, fuit autē effusus sanguis, & ideo seorsū consecratur. Accedit & alia ratio optima, qđ sanguinis effusio mortē respētat, per quā nos redemit. Vñ in Apoc. c. 1. & 5. & ad Rom.

3. & aliàs crebro in nouo testamēto, Christus legitur redemisse nos in sanguine suo, sicuti filij Israel in Aegypto sanguine rubricati seruati sunt. Atq; in huius figurā Pontifex antiquæ legis introibat in sancta sanctorū cū hircorū sanguine & vitulorū. Quod vtiq; Apostolus Hebr. 9. vmbra fuisse docet summi sacerdotis nostri Christi, qui nos sanguine suo redemit. In cuius ideo cōsecratione fit mētio qđ sit sanguis noui & æterni testamēti. ¶ Tertio arguitur. Quod factū est, iterū fieri nō potest: sed sub speciebus panis iā est corpus cum sanguine: ergo nō incipit esse postea p consecrationē vini. Respondetur qđ sicut sanguis sub speciebus corporis nō incipit esse ex vi consecrationis, sed postmodū per cōsecrationē vini: ita & corpus, qđ prius fuit ex vi sacramēti nō incipit sic esse postea sub speciebus vini, sed per concomitantiam.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS III.

Vtrū sit totus Christus sub qualibet parte Specierum panis vel vini.



¶ Quoniam definitū est sub speciebus panis totū esse Christum, & totū sub speciebus vini subsequitur quæstio vtrū sub qualibet quoq; particula specierum panis, & sub qualibet specierū vini sit itidem totus. Et respōdet D. Th. tali cōclusionē affirmatiua bimēbri. Manifestum est qđ sub qualibet particula specierum panis est totus Christus, etiā hostia integra manēte. Et quia conclusio est de fide declarat illā rōne naturali, vt fiat intelligibilis. Dictū. n. est ar. 1. solā substantiā corporis Christi & sanguinis esse ex vi cōsecrationis in hoc sacramento: quātitatē verò dimensiuā eiusdē corporis, nō nisi p concomitantia. Ex quo fit, vt illic dicebam⁹, corpus esse illic p modū substantiæ. i. p modū, quo corpus est sub demētionibus, & nō p modū dimētionū. i. nō p modū illū, quo quātitas dimensua corporis christi, est sub quātitate dimensua loci, quæ admodū est in cœlo. Natura verò substantiæ est tota sub qualibet parte dimētionū, vt supra diximus: vt tota natura specifica aeris vel panis est sub qualibet particula dimētionū: ergo Christus hoc modo est in sacramento, ac si nullā haberet quantitātē. Declarat secundā partē conclusionis. s. hoc esse verū etiā antequā hostia frangatur: nam vt tota natura substantiæ sit sub qualibet parte dimētionū indiffe-

Conclusio.

*Exemplū de
speculo non
admit titi-
tur.*

indifferēs est illa eadē dimēsiōnū fractio. Ex quo inferitur exemplū illud vulgō cele-
bratū de speculo, licet sit plebeis aurib⁹ plau-
sibile, esse aliquatenus deceptorium, & ad rē nō
vsq; adeo aptū. In speculo enim integro vna
apparet rei imago, cum autē frangitur, in sin-
gulis particulis representantur imagines sin-
gulæ. Hęc autē non est omnino simile: nam
multiplicatio illa imaginū resultat ex fractio-
ne speculi, per quā fiunt specula plura, in quo-
rū cuiusq; superficie fit vnus specierū conus:
qua ratione fiunt reflexiones diuersæ: In sa-
cramento autē antequā hostia frangatur in
qualibet parte est totus Christus.

*Expositio ar-
ticuli.*

Totū igitur Christū esse sub qualibet spe-
cierum parte cōfessio est ecclesię, vt habetur
ex verbis Augu. hic citatis in sermone domi-
nicę quintę post Epiphaniā, & refertur de cō-
secra. dist. 2. can. singuli. & ex Hilario canone
statim proximo, Vbi pars, & ex concilio Flo-
rentino. Et ex vsu ecclesię, quæ vnā hostiam
in plures sumētes distribuit, tanq̄ singulis tri-
buens quātum omnib⁹. Quin verō & ex ipsa
Christi actione idē receptus fuit vsus Matth.
26. & Lucæ 22. Haud quippe creditur singu-
las buccellas singulis cōsecrationibus conse-
crasse, sed eadē omnes. Quod & de calice ma-
nifestū est, Accipite enim, inquit, & diuidite
inter vos. Quod autem sit totus in qualibet
parte ante fractionem, non omnes fatentur.
Quin verō Alexan. 4. parte. q. 40. membro. 3.
art. 7. & Bonauentura dist. 10. in prima parte
distinctionis. q. 5. quorundam opinionem re-
ferūt, q̄ in vna hostia nō esset nisi in tota: cū
autem diuiditur, manet totus in qualibet par-
te exemplo speculi fracti. Idq; sic probabāt.
Vbi non est nisi vna hostia sacerdos non in-
tēdit nisi illā consecrare, intentionē ad vnā di-
rigendo: ergo nō est illic in tota semel. Cum
autem post diuiditur, nō quidem virtute con-
secrationis, sed quia corpus ipsum est incor-
ruptibile & indiuisibile, non diuiditur ad
diuisionem specierum, sed manet in singulis
partibus integrum. Et forsan sunt qui dicant
hanc opinionem nō esse erroneam, quia non
citatur illic tanquā erronea. Neq; verō eccle-
sia videtur determinasse totum esse in singu-
lis partibus, nisi quādo frangitur. Sic enim le-
gitur in cōcilio Florētino. Sub qualibet parte
separatiōe facta, totus est Christus. Et in can.
Singuli, hic citato hoc tantū habetur, q̄ in
singulis portionibus, dum sumitur, totus est
Christus. Nihilominus profectō dicere nō

*Sententia au-
toris.*

auderē, minoris esse erroris, negare totū esse
in singulis particulis ante fractionem, quā
post fractionē. Primū enim in can. Vbi pars
sine discrimine dicitur, vbi pars est corporis,
est & totum. Vbi subditur exemplum de man-
na, de quo dicitur, q̄ qui plus collegerat non
habuit amplius, neq; qui minus parauerat,
habuit minus. Secundō & ratio est planif-
sima. Facta diuisione hostiæ sub singulis par-
tibus est totum: id autē nō fit virtute fractio-
nis, vt fit in speculo fracto: ergo antea existe-
bat sub singulis. Probat minor. Existētia
corporis in sacramento non est naturalis, sed
miraculosa per diuinā virtutem: fractio autē
illa non est actio nisi humana: ergo existen-
tia corporis sub qualibet particula nō est vir-
tute fractionis, sed virtute cōsecrationis: diui-
na enim virtus in sacramento nō nisi per vim
cōsecrationis operatur: ergo cōsecratio fecit
vt sub singulis particulis esset corpus. Vnde
Inno. lib. 4. de mysterio missæ cap. 8. Totum
inquit, corpus in singulis particulis cōtinetur
quod inde conijcio, quoniā in quotlibet par-
tes species diuidatur, sub singulis partib⁹ to-
tus est Christus. Ratio ergo quare totus exi-
stet in singulis post diuisionē est, quia simili-
ter integra hostia existebat. Tertiō argui-
tur. Omnes partes hostiæ sunt homogeneæ,
hoc est eiusdē rationis: ergo sicuti dum sacer-
dos plures simul hostias cōsecrat eadē inten-
tione in singulis ponit corpus: ita & in singu-
lis partibus eiusdē hostiæ. Vnde ad eorū ar-
gumentū respondetur q̄ non opus est singu-
las intentiones ad singulas particulas hostiæ
dirigere, sed vnica id fit. Quarto. Si in tota
hostia esset sic totus Christus, q̄ non esset to-
tus in qualibet parte, deberet subinde conce-
di, q̄ esset illic tantū quanta est tota hostia, at
que adeo deberet signari punctū vbi est ca-
put & non pes, aut vbi est vnū brachium &
non alterum, ac perinde cōcedendū esset q̄
nunc esset illic Christus supinus, nunc verō
resupinus, quæ omnia vergerent in irrisionē
fidei. Designemus enim stilo vnū punctum
in hostia. Aut illic est totū corpus: & tūc idē
debes de singulis cōcedere. Si verō nō sit nisi
pars: ergo in alio inferiori sunt pedes: quare
vertendo hostiā erit corpus nunc transuer-
sum, nunc verō inuersum. Præterea. Si con-
secraretur hostia multo maior quā est quāti-
tas Christi in cœlo, sequeretur tunc quod ali-
quæ partes illius hostiæ essent corpore Chri-
sti orbata, puta ad quas eius quantitas non
posset

*Primum ar-
gumentum.*

Argumentum.

posset pertingere. In summa, Cū sit illic cor-
pus ad modum substantiæ, fit vt sit in quoli-
bet puncto, sicut anima rationalis est in toto
corpore & in qualibet eius parte. At quā-
quam vera sit cōclusio, ratio verō S. Thomæ
nō apparet efficax: videlicet, quia est illic ad
modum substantiæ, cuius tota essentia est in
quolibet puncto. Nam etsi hoc verum sit de
substantia homogenea, id est, eiusdē rationis,
vt est aer & ignis: tamē in heterogeneis, id est,
habentibus partes diuersarum rationum, id
non apparet verum, quale est corpus huma-
num: constat enim substantia hominis ex ca-
pite habēte os, nares, &c. & ex brachijs & pe-
dibus: hæc autem cogitari non possunt substi-
tere omnia sub quacunque particula specie-
rum: nā tunc essent sine ordine. Respondetur
etiam in huiusmodi substantijs verū esse non
sic per se existere in ordine ad locum, sed hoc
habere ratione quantitatis. Verum est tamen
q̄ non posset homo habere organa nisi quan-
titate cōstituente ordinem inter partes ipsas
corporis: videlicet, vt caput sit supra pectus,
& pectus sit supra ventrē: quare corpus Chri-
sti suam habet quātitatem in sacramento hoc
munere fungentē, vt art. proximo videbim⁹.
Primum argumentum S. Thomæ est. Spe-
cies sacramentales sunt in infinitum diuisibi-
les: si ergo Christus sub qualibet specierū est
antequā diuidatur, infinities esset in sacramē-
to: infinitum autē & naturæ repugnat & gra-
tiæ. Nonnulli, quorum est Marsilius lib. 4.
q. 7. art. 1. per distinctionem respondēt, quod
corpus Christi sit in hostia pluribus vicibus
partialibus, non tamen totalibus. Est tamen
ineptum dicere plures vices partiales: nam
vices, diuisionem dicit. Optimē ergo absolu-
tē respondet D. Thomas negando consequē-
tiam: numerus enim sequitur diuisionem con-
tinui, vnde quādiu res est indiuisa nō est plu-
res res actu, sed tantū in potentia. Ob idq; si-
cut substantia panis ante consecrationē non
est pluries sub suis dimensionibus, ita neque
corpus illi succedens est nisi semel sub illis. Si-
cuti anima licet sit in qualibet parte corporis
non nisi semel est in toto. Facta verō diuisione,
quot erūt partes actu, toties erit sacramen-
tum. At quod nō sit totus sub qualibet par-
te apparet argumentū. Sunt enim aliquę par-
ticulæ adeo exiguæ, quæ per se non possunt
subsistere, vt potē quæ sunt minores minimo
panis vel vini: ergo sub illis non erit corpus
nec sanguis: quoniā cū Deus nihil faciat fru-

stra, sub illis, quæ per se separari non possunt,
vt lumentibus porrigantur, nō est cur sit cor-
pus. Audiui quandoq; hoc esse sustentabile,
vt non esset sub illis, imō hęc opinionē diuo
Bonauenturæ impingebant. Ipse autē nō ait
in præallegata. q. 5. nisi quod hostia nō potest
in infinitas partes esse diuisa: quia in diuisione
perueniendum est ad partem minimā for-
malē. I. vt sub minori nequeat esse panis, quā
quidem verissimum est. At verō quod aliqua
esset hostiæ particula sine corpore, hæresis es-
set asserere: nam cū totus panis conuertatur
in corpus, nulla potest esse particula vbi non
sit corpus: aliās essent particule vacuæ & cor-
pore & pane. Item si vna particula minor mi-
nima illic esset sine corpore, quacumq; talis
ad intellectum signata esset pariter sine illo,
atq; adeo per singulas inducendo cōcluderes
in tota hostia non esse corpus. Respondetur
ergo, quod quāuis separata minima parte si
illa diuideretur desineret illic esse corpus, quā
desinerēt species panis: tamē in toto quia cō-
seruātur illic species non datur tā parua pars
quin sub quātis minori sit corpus. Secundū
arguitur. Corpus Christi est organicū: ergo
habet partes distantes, vt oculum ab oculo,
& manū à pede: hoc autē fieri non posset sub
qualibet specierū particula: ergo non totum
corpus est sub qualibet. Respondet S. Tho. &
est notāda solutio, quod nulla substantia quā-
uis organica habet per se, sed per dimensiūā
quantitatē q̄ mēbra ab inuicem distent: quā-
titatē autem natura ipsa substantiæ ratione sua
præcedit: & quia cōuersio panis terminatur
per se ad substantiā corporis, & nō ad quanti-
tatem, corpus nō est in sacramento per modū
quantitatis, sed per modū substantiæ: quare
partes eius in sacramento non habent eandē
distantiam, quā per eandem quantitatem ha-
bent in cœlo. Sed hinc oboritur argumen-
tum, quod tūc sequeretur partes corporis in
sacramento confusissimē esse permixtas: nā
vbicumque esset vna absq; vilo ordine essent
omnes. Respondetur S. Thomam solum nega-
re distantiam partiū, quæ est in ordine ad locū,
nō tamē ordinē inter se partiū, vt inter aures
sint oculi, & inter oculos nasus, & subtu caput
reliquum corpus: quare non est cōfusio,
vt art. pximo videbimus. Tertiū arguitur.
Corpus Christi semper retinet verā corporis
naturā, neq; vnquā mutatur in spiritū: de ra-
tione autē corporis est, vt sit quātitas positio-
nē habēs, & sitū in ordine ad locū, vt scilicet
diuersē

*Secundū ar-
gumentum.*

Argumentum.

*Tertium ar-
gumentum.*

diuerſe partes corporis ſint in diuerſis parti-
bus loci. Reſpōdetur ad minorē, quōd intel-
ligitur de natura corporis, quā à dimenſiua
quantitate fortitur. Dicitur autē corpus
in ſacramēto non eſſe per modū quantitatis,
ſed per modū ſubſtātiæ, & ideo non opus eſt
vt habeat ſitum & dimenſionem in loco.

ARTICVLVS. IIII.

*Virum tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti
ſit in hoc ſacramento.*



Voniam dictum est corpus &
ſanguinē Chriſti in ſacramen-
to non eſſe, niſi per modū ſub-
ſtātiæ, atq; adeo ſub qualibet
particula ſpecierū totum, cogi-
tare quiſpiam poſſet non eſſe illic eius quan-
titatē. Et ideo S. Thomas hoc interrogās reſ-
pondet ſuppoſita diſtinctione per duas con-
cluſiones. Aliquid enim eſſe in ſacramēto cō-
tingit, vt pluries dictū eſt, vel ex vi cōſecratio-
nis, vel ex naturali cōcomitantia. Prior ergo
cōcluſio eſt. Quantitas corporis Chriſti non
eſt in ſacramento ex vi cōſecrationis: nā hoc
pactō ſolū eſt illic id, quod eſt terminus pro-
ximus cōſecrationis: ille autē ſolū eſt id, quod
exprimitur per formā: ſcilicet, corpus & ſan-
guis. Nam cum quātitas panis & alia eius ac-
cidentia illic permaneant, non cōuertuntur
in quātitatē corporis & alias eius qualitates.
Poſterior concluſio. Quātitas corporis Chri-
ſti eſt in ſacramēto ex naturali cōcomitātia.
Probat, quia quantitas naturaliter non ſe-
paratur à corpore: hic autē non eſt admitten-
dum aliud miraculum præter id, quod pro-
uenit ex cōſecratione: ergo ſicut ex naturali
cōcomitantia eſt in ſacramento diuinitas &
anima, ſic & quantitas cum reliquis acciden-
tibus, quæ illi ſunt in cœlo coniuncta.

Concluſio prima.
*Concluſio ſe-
cunda.*
*Expoſitio ar-
ticuli.*
Durandus.

Concluſio hæc de exiſtentiā quātitatis cor-
poris Chriſti in ſacramēto neque in euāgelio
neq; in ſacris ecclēſiæ canonibus eſt tam ex-
preſſe aſſerta, quā ſuperiores de cōuerſione
& exiſtentiā corporis & ſanguinis. Et ideo o-
pus eſt illā ex alijs iuuāte naturali ratione eli-
cere. Nam heretici hoc potiſſimū ab impoſi-
bilitate argumentū ducunt, quōd intelligere
nequeunt quomodo tanta quātitas ſub tāta
ſpecierum anguſtia valeat contineri. Duran-
dus ergo diſt. 10. q. 2. per quā difficile repu-
tat, ei uſinodi aſſertionē quantitatis ſuſtinere.

Enimuerō q̄ corpus abſque quantitate eſſet
ſub qualibet parte hoſtiæ, facile eſt intellectu
quia ſubſtātia non niſi per quātitatem habet
extenſionē in ordine ad locū. Quōd autē quā-
titas ſit illic ad modū ſubſtātiæ, difficillimum
inquit, eſt creditu. Arguit enim ſic primō. Id
quod per ſe intrinſeca ratione alicui cōpetit
ex ſua natura, per nullā potentiam eſt ab illo
ſeparabile, nequit enim eſſe homo, quin ſit ra-
tionalis & riſibilis: & ideo quia ſubſtātiæ cor-
poris per ſe nō cōuenit extenſio, vt habeat
partē extra partem in ordine ad locum, ſed
per quantitātē, poteſt per potentiā diuinam
abſque quantitate exiſtens eſſe in quolibet
pūcto ſpecierum: at verō quantitātē per ſe in-
trinſeca ratione conuenit habere partes po-
ſitione & ſitu diſtantes in ordine ad locum:
ergo per nullam potentiā fieri poteſt, vt quā-
titas ſit in ſacramento abſque illa extenſione
& ſitu. ¶ Secundō arguit. Anima rationalis,
quia eſt indiuiſibilis, ſibi quē adeo repugnat
habere ſitum & extenſionē in loco, quamuis
ſit in corpore quāto & extēſo, ipſa tamen nō
habet modum extenſum, ſed eſt in quolibet
pūcto: quantitas verō tam intrinſeca ratio-
ne eſt diuiſibilis, quā anima eſt indiuiſibilis:
ergo vice verſa nullibi, niſi diuiſibiliter eſſe
poteſt, atque adeo cōparari ad locum nō po-
teſt, niſi diuiſibili modo, vt vna eius pars ſit
in vna parte loci, & alia in alia. ¶ Et tertio id
ipſum declaratur. Subſtātia nullibi eſſe po-
teſt niſi ſubſtāntialiter, quia iſ eſt modus inſe-
parabilis ab ipſa: ergo quātitas nullibi eſſe va-
let, niſi quantitatiuē, quoniā tam inſeparabi-
lis eſt hic modus à quantitate, quā ille à ſub-
ſtāntia. ¶ Reuera puro philoſopho argumē-
ta non imbecillia exiſtimarentur. Nihilomi-
nus cōfeſſio omniū doctorum imō & ſancto-
rum eſt, in ſacramento eſſe quātitatē cum re-
liquis ſuis corporeis accidentibus, vt hic ſan-
cti Thomæ, & Alexan. 4. par. q. 40. mēbro 3.
art. 4. & Bonauenturæ diſt. 10. in priori parte,
q. 2. & Ricardi diſt. 10. q. 2. art. 1. & Scoti ead.
diſt. q. 1. ar. 2. & Marſilij. q. 7. ar. 1. & Gabrielis
in canone lectione 43. & Maioris diſt. 10. &
omniū. Et quidē Bonauentura ait cōtrariā opi-
nionē, quamuis non erroneā, eſſe tamen errori
propinquā. Alexāder verō (& vt arbitror me-
lius) erroneā omnino aſſerit. Quare Durādus
nō prorsum reſpuit opinionē cōmunē, ſed ta-
mē arbitratur, ſuā eſſe probabiliorē. ¶ Ad rei
autē perſpicuitatē notādum, opinionē hanc
cōmunem & verā bifariā ſuſtineri. Vno mo-
do

*Argumen-
tum primū,
Durandi.*

*Argumen-
tum 2. Durā
di.*

*Argumen-
tum 3. Durā
di.*

do ab Okam & ſuis ſequacibus, qui putant
quantitatem non diſtingui à re quāta. Atque
aliter ſecūdum alios vniuerſos, qui (vt res ha-
bet) conſententur eſſe accidens diſtinctum. Se-
cundum quos animaduertendum eſt, quan-
titatis duplex eſſe officium. Vnum eſt, ordi-
nē ponere inter partes corporis organici in ſe
ipſis: videlicet, vt oculi ſint inter aures, & in-
ter oculos naſus, & collum inter caput & pe-
ctus, &c. Alterū verō extendere corpus in or-
dine ad locum, vt vna pars corporis ſit extra
locum, in quo eſt alia. Okam ergo cū teneat
quantitatem non eſſe diſtinctam à ſubſtātia,
ſed modum quendam ſe habēdi in ordine ad
locū, ait in ſacramento manere corpus, quod
in cœlo habet modum quantitatiuum, non
autem illū habere in ſacramento. Itaq; quod
in cœlo eſt quantitas, in ſacramento non eſt
quantitas, nec ſecūdum vnum officiū, nec ſe-
cūdum alterum. Hoc docet in. 4. q. 4. & in tra-
ctatu de eucharistia cap. 29. Ipſumq; ſequitur
ſuus Alia cēſis. Vniuerſi verō reliqui citati au-
tores, atq; alii aiunt, prius officium quantita-
tis eſſe ei natiuum & inſeparabile, alterum ve-
rō in ordine ad locū non eſſe ei vſq; adeo in-
trinſecum, quin per potentiā diuinam poſ-
ſit eſſe ſine illo. Quare in ſacramēto, aiunt, cor-
pus eandem omnino quantitātē habere, quā
in cœlo, non autem in ſacramēto habere niſi
prius officiū. Et quidem S. Tho. in. 4. diſtin-
10. q. vnica. art. 3. quæſtiuncu. 3. expreſſe hanc
aſſerit ſententiam. Hic autem non ita expreſ-
ſe, tamen in ſolutione ſecundi præceden-
tis articuli dicendo eſſe in ſacramēto corpus
organicum, cōſequenter ſentit ordinem eſſe
inter partes organicas, in ſolutione verō ter-
tij negat eū eſſe reſpectu loci. ¶ Hiſ ergo ſup-
poſitis non eſt hic locus de quātitate diſputā-
di contra Okam, an diſtinguatur à re quāta,
ſed quæſt. ſequenti art. 2. vbi videbimus quan-
titatem panis manere abſque ſubſtāntia tan-
quam aliorum accidētium ſubiectū. Interim
tamen illo cū omnibus theologis & verē phi-
loſophis ſuppoſito, arguitur q̄ quātitas cor-
poris Chriſti ſit in ſacramēto. Et primum ad
hoc argumentum S. Thomæ, quo omnes vtū-
tur: videlicet, vbi cūq; eſt aliquid eſt quicquid
ei naturaliter coniungitur: quantitas eſt cum
corpore naturaliter coniuncta: ergo eſt cum
eo in ſacramento, Durandus non ſatis reſpō-
det. Ait enim maiorē illā intelligi quando res
eſt alicubi tanquam in loco: corpus autē non
eſt ſic ſub ſpeciebus, vt articulo proximo vi-

*Duplex offi-
cium quantita-
tis.*

Okam.

*Argumen-
tū S. Thomæ
Durandus nō
dilat.*

debimus, ſed ſolum, inquit, eſt illic per habitu-
dinem præſentiæ ad ſpecies. Quare nō eſt ne-
ceſſe vt quicquid eſt ei coniunctū in cœlo, ſit
& in ſacramēto. Hæc autem non ſolutio ſed
euaſio eſt. Nam poſtquā corpus eſt verē in ſa-
cramēto, quid ad rē non contineri illic locali-
ter, vt nō ei illic cuncta inhæreant, quæ inſunt
in cœlo? Et potiſſimū q̄ non quomodo cūq;
eſt corpus ſacramēto præſens, vt vbiq; Dur-
putat, ſed vt ſupra oſtenſum eſt, eo modo cō-
tentū, ſeclufa inhærentia, vt cōtinebatur pa-
nis. ¶ Secundō ſi hoc argumentū S. Thomæ
nō valeret, nullū fieret reliquū ad probādum
illic eſſe animā & diuinitatē: imō conſequeretur
nullū eſſe in ſacramento accidēs corporis
Chriſti, puta neq; colorē neq; pulchritudinē,
neq; vllū temperamētum aut humorem, quæ
ſunt de integritate vitæ. Quoniam non aliter
probamus illic eſſe hæc omnia, niſi quia ſunt
coniuncta in cœlo. Præſertim q̄ pulchritudo
& color, ac ſimilia accidentia non inſunt ſub-
ſtātiæ niſi mediāte quantitate: quare ſi ipſa nō
eſt in ſacramēto, ſit vt neq; aliorū vllū. ¶ Ter-
tiō. Si illic nō eſſet quantitas, fieret cōſeque-
ns vt partes corporis non ſolū in ordine ad locū
non eſſent ſitu diſtantes, verū neq; inter ſe
vllō eſſent ordine diſtinctæ, ſed eſſent omni-
no vt indiuiſibilis ſubſtāntia angeli, ſi eſſet in
quolibet pūcto hoſtiæ. Cōſequens autē eſt
abſurdū: quia tunc omnia eſſent mēbra con-
fuſa: nam vbi nullus eſt ordo, confuſio eſt. Ne-
que vlla eſſet figura organi: videlicet, oculi,
aut naſi, aut manus, aut pedis, &c. Quare nec
corpus eſſet illic organicum, neque vlla vitæ
opera exercere poſſet, imō neq; naturaliter
viuere. Siquidē anima, vt ait Ariſt. 2. de anima,
certā quantitātē ſibi vēdicat, ſine qua viuere
nequit: quare mōſtrifica potius eſſet maſſa &
moles, q̄ corpus humanū. Hoc autē cōcedere
nō ſolū abſurditas eſt, ſed etiam error in fide.
Cū. n. Chriſtus dixit, Hoc eſt corpus meū, de
corpore loquebatur ſecūdum naturā, & nō ſe-
cūdum aliquod excogitatū figmentū, quale
hæc opinio ponit. ¶ Ad primū ergo argumē-
tū Dur. negatur, ſic eſſe de intrinſeca ratione
quātitatis ordinē ad locū, vt ille modus nō ſit
ab illa ſeparabilis. Imō dicim⁹, q̄ ſicut ſubſtā-
tia corporea quā eſt in loco rōne quātitatis (quæ
contingit vbi cūq; eſt naturaliter) ab illa ſuf-
cipit extenſionem & ſitum in ordine ad eun-
dem locum: ita vice verſa quando quantitas
eſt alicubi nō ratione ſui, ſed ratione ſubſtā-
tiæ, poteſt per diuinam potentiā inſequi mo-
dum

*Durandi di-
uenticulum.*

*Solutio argu-
mentorum
Durandi.*

dum ipsius substantiæ. Et quia in sacramento sola substantia est ex vi sacramenti, quãtitas verò ex ipsius substantiæ concomitantia, fit vt sit illic ad modum substantiæ, cui ex natura sua non repugnat esse in quacunq; parua quãtitate. Quem quidem modum appellat hic Caietanus indiuisibiliter existendi. At verò quia licet quantitas in ordine ad locum non sit diuisibilis, seruat tamẽ ordinem inter partes corporis, forsan non tam exacte dicitur esse illic indiuisibiliter, quã sacramentaliter: quicquid est modus singularis, nullum habens exemplum. Ac perinde ad secundum negatur, quãtitate tam intrinsecè esse diuisibilem in ordine ad locum, quã est anima indiuisibilis. Et ad tertium respõdetur, quod sicut substantia nullibi esse potest nisi substantialiter, ita neq; quãtitas, nisi quãtitatiuè secundum eius primum modum, qui est ordo partium inter se, secus autem de ordine respectu loci. ¶ Sed arguit preterea loco citato OKam multis modis ad probandũ istos modos quãtitalis non esse separabiles. Quod enim oculus sit orbicularis figuræ & natus oblongus, & vnus oculus distet ab alio per nasum, non potest esse sine distantia in ordine ad locum: ergo esse nequit vnum officium quantitatis, sine altero. Nã linea circularis & recta ordinẽ dicit ad locum. Secundò, quia Aristò. in prædicamento quantitatis tanquã intrinsecum, ei tribuit habere situm & positionem in continuo. Tertio, quia si quãtitas illud officium haberet in corpore, posset se tunc corpus in sacramento mouere, quod est falsum. Alexander loco citato dicit, qd iste modus nõ solum est supra naturam, sed etiam supra nostrum intellectum. Et Marsilius in. 4. q. 7. ait, quod imaginatio viatoris eum nõ capit, sicut nec mysterium trinitatis, & incarnationis. Nihilominus est verus, quia est supra naturalis. Alij contendunt adeo esse intelligibile, vt sit in naturalibus aliquod exemplum. Si enim, inquit, esset stipes arboris erectus per vacuum, & globus ab eius cacumine caderet, tunc ille globus seruata sua figura esset in eodem instanti. singulis punctis illius stipitis præfens: nam putat motum per vacuum fieri in instanti. Ego verò, vt, 4. Physi. disputabam, arbitror intelligibile esse motum locale fieri in instanti, vt pote cui necessarium est prius & posterius. Quare graue per vacuum non moueretur, nisi subito, ita vt si nunc esset in cacumine arboris, immediatè posthac esset

in terra. Tamen cum ante quodlibet instans præcedat instantia infinita, successiuè descenderet per illa. ¶ Ergo ad hæc omnia respondendum, qd nisi fides nobis ista miracula persuasisset, nullatenus ratio naturalis nos doceret esse possibilia. Iam verò modò lumine fidei suffulsi satis est nobis intelligere hoc naturæ rerum minimè repugnare. Enimverò tam officium quantitatis est occupare repletq; locum, quã extendere corpus in ordine ad ipsum. Et tamẽ intelligimus per fidem quẽadmodum corpusculũ Christi cum nasceretur ex virgine penetraverit se cum lateribus virginei vteri & cum ingressus fuit conclaue ad discipulos penetraverit se cum valuis, quæ erant occlusæ. Pari ergo modo intelligo, qd Deus potest ponere aliud corpus vbi ego sum: quod vtq; corporibus gloriosis competit. Et cum non repugnet ponere idem in diuersis locis, vt articulo proximo monstrabitur, fit vt absque mei diuisione & organorũ destructione, possit ponere vnam mei medietatẽ vbi est altera: & eadem ratione quancũq; mei particulam, vbi est alia, atque adeo totum. Et hoc est, quod de suo corpore facit in sacramento. Nam vt Gabriel ad Mariã dixit, nõ est impossibile apud Deum omne verbum. ¶ Quocirca ad primum argumentum OKam, negatur non esse vnũ quantitatis officium ab altero separabile, negaturq; adeo non posse vnum oculũ ab alio distare, nisi in ordine ad locũ. Imò distare potest per latitudinem nasi, & frons ab ore per eius longitudinem: & seruari suam in se orbicularem figuram. Itaque si corpus illic esset modo diuisibili, & funderetur caput in ordine ad reliquas partes, prius funderetur frons quã natus. Sed quia diuisio dicit ordinem ad locum non est illic modo diuisibili. Et quãuis Arist. forsan existimauerit de intrinseca ratione & definitione quãtitalis esse extendere corpus in ordine ad locũ: nihilominus fides nos contrarium admonet. Vnde de intrinseca ratione quantitatis est facere quantum: extendere autem in ordine ad locum est accidens posterius, quasi ex priori consequens, vt ait sanctus Thomas articulo proximo in solutione tertij. Vnde, vbi, ponitur inter prædicamenta accidẽtium. Non autẽ repugnat, vt Deus eo, quod prius est, seruato, aliud quod posterius est, per suam infinitam potentiam, remoueat. Intelligimus ergo esse possibile. Tã etsi fatendũ sit, hoc esse vnum inter præcipua miracula

Sententia au
toris.

Ad argumẽ
ta OKam.

miracula huius sacramenti. Non tamen propterea deberent hæretici veritatem deserere, sed intellectum in obsequium Christi captiuare. Vt enim ait Damascenus lib. 4. cap. 14. cum opus hoc perinde atq; inclusio incõprehensibilis Dei in vterum virginis supernaturale sit, quemadmodum ipsa interrogas. Quo modo fiet istud? contenta fuit solo illo angelico responso, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: sic & in præsentiarum homines non debent esse in miũ arguti. ¶ Ad tertium verò negatur corpus habere illic suum proprium motũ: quia motus dicit ordinem ad locum, sed mouetur duntaxat ad motum specierũ, vt articulo sexto videbitur. ¶ Quod si quis ex præbe curioso se sic arguat. Sequeretur ex hoc modo dicendi, quod corpus Christi haberet in hostia differentias omnes positionis, vt scilicet, caput esset sursum, & pedes deorsum, aut vice versa & aliquando haberet faciem versus populũ, aliquando verò deorsum. Et sic de dextro & sinistro. Respõdetur, qd in ordine ad seipsum eadem omnino habet differentias, quas in cœlo, vt sit caput, vt diximus, supra pectus, & pectus supra ventrem. Esset enim imperfectio, & monstruosa deformitas si partes ordinem perderent, quem habent in cœlo. Imò cũ corpus illic sit viuens, ac perinde omnia mēbra sint continua sicut in cœlo, hæreticum esset talem eorum ordinem negare. Quocirca vt Alexander loco citato refert, cuidam sacerdoti hæsitati sub qua forma Christus esset in sacramento, reuelatus est in hostia dum inter sacra eleuabatur efformat⁹ puer. De quo iterũ art. 8. redibit sermo. Attamen in ordine ad locum, & ad species panis non habet talẽ ordinem: quare quomodo cũq; hostiã vertas, nunquã est corpus supinum, nec resupinũ, neque frõtem ad nos vertit, neq; occiput. ¶ Postremũ deniq; sit argumentũ. Sequeretur ex hac opinione, qd corpus in sacramento posset in omnẽ suam partem diuidi: non quidem ad diuisionẽ hostiæ: nam iam dictum est qd fracta hostia integrum manet in qualibet parte, sed si angelus virtute Dei ipsi per se corpori applicaret gladiũ, cum in quocunq; puncto sit quæcũq; pars, vbicũq; diuideretur vna, diuideretur simul omnes. Maioris loco citato cõcedit corollarium dicẽs hoc argumentũ egregiè sibi fauere, qui tenet continuum componi ex indiuisibilibus, atque adeo diuisum esse posse in omnes suas partes. Est tamẽ opinio

Ad tertium
argumentum
OKam.

Plurimorum
argumentũ.

viro philosopho indignissima. Vnde ad argumentũ respondetur. Primũ de corpore Christi nullo modo currere, nã cũ sit immortale & incorruptibile, nõ est diuisibile. Secundò quãuis argumentum pro illo tẽporis articulo fieret, quo ipse suum corpus mortale consecrauit. Respondetur, qd cum diuisio dicat ordinẽ ad locum, Deus per suam omnipotentiam non potest diuidere corpus in partes quantitauas, nisi habeat esse per modum quantitatis extensum: quare in sacramento non est diuisibile. Neq; vllum motũ aut sitũ habere potest in ordine ad locum: scilicet, nec sedere, nec stare, neq; species emittere vt videatur, neque illas aliunde recipere vt videat id, quod à se distat, vt articulo 6. latius explicabitur. Et tertio dicimus esse corpori repugnantissimũ, vt ex indiuisibilibus componatur, atq; adeo vt per omnẽ Dei potentiam possit esse diuisum in omnẽ suã partem: nam impossibiliũ nulla est potẽtia. ¶ Primum argumentum S. Thomæ est. Sub qualibet parte hostiæ est totum corpus: sed nulla quantitas diuisiua est tota in qualibet parte loci: ergo corpus in sacramento nõ habet suam quantitatem. Respõdet egregiè, qd modus essendi vniuscuiusque rei iudicatur secundũ id, quod est per se, & non secundum id, quod est per accidens. Nam licet idẽ corpus sit album & dulce, ramen quia in visu nõ est nisi quatenus album, fit vt dulcedo non sit in visu nisi admodum albedinis. Pari ergo modo, quia ex vi consecrationis non est in sacramento nisi substantia corporis, quantitas verò per concomitantiam, fit, vt quantitas nõ sit illic per suum proprium modum, vt tota sit in toto, & singulæ partes sub singulis partibus hostiæ, sed ad modum substantiæ tota in toto, & tota in qualibet parte. Scotus autem distinct. 10. quæst. 1. hæc rationem impugnat, sic argumentatus. Vnumquodque vbicunq; sit, quomodocunq; sit debet seruare suum naturalem modum: ergo quantitas siue sit in sacramento tanquam terminus immediatus consecrationis, siue non, indifferens est, vt modũ quantitatum non seruet. Respõdetur, argumentũ procedere ex falso intellectu rationis S. Thomæ. Non enim S. Th. hac præcisa ratione vtitur, qd quia quantitas est per concomitantiam non seruat suum modum, sed ex eo qd nõ est illic ex vi consecrationis infert, nõ esse per se in sacramento, sed ratione substantiæ, & inde infert non esse nisi admodum substantiæ. Sicuti è conuerso, vbi substantia est

Primum ar
gumentum.

Scoti argu.

Solutio.

est per modum quantitatis, non seruat modum finem, ut sit tota in qualibet parte, sed quantitas, ut sint partes extra partes. *Secundum argumentum.* Eodem ergo modo responderetur ad secundum, quod est hoc. Impossibile est duas quantitates dimensiones esse simul, etiam si una sit separata & alia in corpore naturali, ut. 3. Metaphys. autor est Philosophus: sed in sacramento remanet quantitas dimensua panis: ergo illic non est corpus. Respondetur, inquam, maiorem intelligi quando illæ quantitates ambæ sunt modo quantitatio in loco: in sacramento verò sola quantitas panis est modo quantitatio. Imò verò in corporibus gloriosis reperitur etiam exceptio, ut proxime dictum est. *Tertium argumentum.* Ac perinde responderetur ad tertium. Videlicet, quod ubi sunt duæ dimensionæ quantitates, maior excedit minorem: quantitas verò corporis Christi est sex septemve pedum, & quantitas hostiæ multò minor quam semipedalis: ergo non sunt eidem adæquatæ loco. Respondetur, enim, maiorem intelligi quando ambæ sunt modo quantitatio.

ARTICVLVS. V.

Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco.



MACTENVS dictum est corpus Christi esse in sacramento sub speciebus panis, explorandum ergo restat, Vtrum sit illic sicut in loco, quæadmodum erat panis. Ad quod D. Thom. duabus conclusionibus respondet. *Prior conclusio.* Corpus in hoc sacramento non est per se ipsum in loco. Hæc ex supra dictis planè colligatur. Nam substantia non est in loco nisi ratione suæ quantitatis: ergo cum corpus, ut dictum est, non sit in sacramento per modum quantitatis sibi in hæretis, sed per modum substantiæ, fit ut quantum ad se attinet non sit ibi tanquam in loco. Et confirmatur, Corpus succedit substantiæ panis sub eisdem speciebus: substantia verò panis non erat sub speciebus tanquam in loco, ita quòd species essent sicut locus & vas concanum panis, sed quia continebatur sub illis: ergo neque corpus est sub speciebus tanquam in loco, ita ut species sint locus eius. *Posterior conclusio.* Neque est commensuratiue in loco ratione specierum, sicuti erat panis. Nam substantia non est in loco nisi ratione suæ propriæ quæ-

titatis, ratione cuius occupat locum: corpus autem Christi non est subiectum specierum sicuti erat panis: ergo licet panis ratione suæ quantitatis esset in loco, tamen corpus quia non est sub illa quantitate tanquam sub proprio accidente, non est ratione illius in loco. Intellege per se sicut erat panis: quia erat sub proprio accidente. Nam per accidens ratione alienæ quantitatis non est negandum, quin corpus in sacramento sit in loco, ut articulo proximo liquebit.

De hac existètia corporis & sanguinis Christi in sacramento inter doctores controuertitur. Sūt. n. qui duos tantum distinguunt modos existendi in loco: scilicet, circumscriptiue & definitiue. Circumscriptiue esse in loco idem est, quòd esse commensuratiue, ita ut totum locatum sit in toto loco, & partes eius in partibus loci distanter. Esse autem definitiue est, aiunt, esse totum in toto, & totum in qualibet parte, sicut est anima rationalis in toto corpore, & in qualibet eius parte. Distinctio est Gabrielis in. 4. dist. 10. q. 1. & in canone lectione. 43. in quam quidem distinctione coetus Summulistarum subscribit. Vnde Gabriel loco citato infert, corpus Christi esse in sacramento, non quidem circumscriptiue, sed definitiue. Illa verò distinctio ad libitum est constituta, neque vllum habet in philosophia fundamentum. Debet enim nominum significatio eorum etymologia perpendi. Definiri autem loco (ut nomen sonat) idem est quòd loco coarctari & perstringi, ut virtute talis existètiæ repugnet locato simul naturaliter esse alibi. Quapropter, ut aliquid sit definitiue in loco nec requiritur, nec sufficit ut totum sit in qualibet parte. Lapidem, enim, negari non potest, esse definitiue in loco postquam illic limitatur. Et anima licet sit in qualibet parte corporis, in nulla est tamè definitiue: quoniam cum in nulla sit eius virtus limitata, imò sic sit in capite ut simul sit in pede, in nulla est definitiue, sed toto corpore, quia illic finitur eius virtus: sicuti angelus definitur loco, ultra què non potest suam operationem protendere. Deus tamen licet sit in toto mundo & in qualibet eius parte, tamen neque in parte neque in toto est definitiue: quia virtuti suæ non repugnat esse in infinitis mundis, si essent. Quare esse circumscriptiue & definitiue non sunt duo membra eiusdem diuisionis: imò quicquid est circumscriptiue, est definitiue, sed non conuertitur. Nam circumscribi loco, ultra limitationem & termina-

Expositio articuli.

Impugnatur nominalium opinio.

Definiri loco.

Prior conclusio.

Posterior conclusio.

terminationem in loco, dicit commensurationem, ut scilicet singulis partibus loci respondeant partes locati. Quamobrem sola corpora circumscribuntur loco. Et per hæc clarescit cur hæc consequentia non valeat. Intellectus est in anima: sed anima est in pede: ergo intellectus est in pede. Quia huiusmodi consequentiæ non valent, nisi ubi res sunt in loco definitiue. Ut si dicas. Nummus est in crumena: & crumena in arca: ergo nummus est in arca. Hinc colligitur, corpus Christi in sacramento nec esse circumscriptiue, nec verò definitiue. Haud enim est illic per suam quantitatem aut virtutem limitatus, sed per conuersionem panis in ipsum: quare sic est in sacramento ut virtute illius non repugnet simul esse in caelo, & in alijs altaribus. Atque hæc est sententia Alexandri. 4. parte. q. 40. membro. 3. art. 6. & Scoti dist. 10. q. 1. & omnium attentè loquentium. *Quòd si ex dictis inferas. Christum non esse in caelo definitiue: quandoquidem existentiæ illi non repugnat esse alibi: nimirum, in sacramentis. Aliquis forsan responderet, hoc esse supranaturaliter. Sed responsio nulla esset: quia eadem ratione esset in sacramento definitiue: quia non posset esse alibi nisi supranaturaliter. Responsio ergo legitima est, quæ D. Tho. in. 4. dist. 10. ar. 3. docet, quæstionum. 3. Definiri enim loco est quodammodo commensurari loco per aliquid sui: scilicet, aut per quantitatem aut per virtutem. Quare corpus Christi est in caelo definitiue: quia illa quantitas illo finitur & terminatur loco. Cui scilicet quantitati ex natura sua non competit in maiori esse aut in pluribus simul. Et animæ virtus finitur toto corpore, & angeli operatio certo loco. Corpus autem est in sacramento non per aliquam sui quantitatem aut virtutem illic coarctatam, sed ratione panis, qui in ipsum conuertitur. Ob idque existètia in tot aut pluribus sacramentis non terminatur per quantitatem aut per virtutem eiusdem corporis, sed per numerum substantiarum panis, quæ in ipsum conuertuntur. Et ideo est definitiue in caelo, & non in sacramento. *At si instantius percontaris quomodo ergo sit illic, respondent Scotus dist. 10. q. 1. & Durandus dist. 11. q. 1. quòd non aliter, quam per presentiam. Et quidem Scotus ait esse præsens per respectum propinquitatis, sicut locatum est præsens loco, licet (ut dictum est) non contineatur illic circumscriptiue aut definitiue. Durandus autem subdit exemplum. Sicut angelus**

Argumentum.

Legitima responsio.

Scotus & Durandus.

est præsens loco, in quo operatur. Hoc autem satis dist. præcedenti. q. 2. art. 4. reprobauimus. Ad hanc siquidem presentiam non esset opus conuersione panis: quare corpus non diceretur præsens ratione conuersionis, sed certè quia aduenit de caelo. Quem quidem sermonem neque Damascenus, neque sanctorum vllus admittit. Item neque ad motionem hostiæ ex vi consecrationis sequeretur motus corporis, neque dum species deglutirentur ex natura rei deglutiretur corpus: quare sacerdos nec portaret, nec moueret, nec deglutiret corpus, nisi quia ipsum sua se sponte vult mouere. Nam dum duo corpora sunt præsentia, aut penetrantia se in eodem loco, ad vnius motionem non sequitur motio alterius. Imò verò neque ad desitionem specierum sequeretur desitio corporis ex natura sacramenti in eodem loco: quare sine nouo miraculo posset illic manere. Quod, ut illic diximus, est mysterium consecrationis labefactare. Respondetur ergo, quòd corpus & sanguis Christi est in sacramento nec circumscriptiue nec definitiue, sed neque duntaxat præsentia, at sacramentaliter, id est, taliter continetur sub illis speciebus, ut ad earum motionem ex vi sacramenti moueatur, & ad earum desitionem desinat illic esse, nisi per nouum miraculum velit manere præsens aëri.

Hic præterea operæpretium est non nihil de illa quæstione dicere, quam D. Th. quæstione præcedenti art. 1. tetigit. Vtrum scilicet Deus possit ponere idem corpus definitiue & circumscriptiue simul in pluribus locis. Illic enim argumento tertio id negare videtur. De hac quæstione, quam Theologi in. 4. dist. 10. vltro citat; discutiunt, in diuersas ipsi dissecantur sententias. Diuus enim Thomas quodlibeto 3. art. 2. & in. 4. dist. 44. quæst. 2. artic. 2. aperte id negat, dicens implicare contradictionem. Atque idem inferius negare videtur articulo 8. Cui Capreolus in. 4. dist. 10. quæst. 1. artic. 3. firmiter adhæret. Et Duran. ead. dist. quæst. 1. Atque alij, quos Scotus ibi. quæst. 2. refert. Scotus verò ipse, & Okam in. 4. quæst. 4. ac subinde nominales asseueranter contrarium asseuerant: videlicet, illud esse possibile. Et quidem fundamentum Diui Thomæ in quodlibeto est definitio existendi in loco circumscriptiue & definitiue. Est enim concludi & limitari loco. Conclusio autem & limitatio repugnat simul alibi. At verò ne quæstio texatur de nomine: seponamus nomina circumscriptiue &

Existètia in sacramento.

Vtrum idem possit poni in diuersis locis.

definitiuè, de re enim ipsa quærimus, Vtrum me Salmanticæ existētem possit Deus simul statuere Romæ. Faciens, vt ambo simul loca repleam. Fortasse est problema. Et quauis dum in scholis artium versabar pars affirmatiua plausibilior mihi erat, iā verò modò non tam firmiter illi adhæreo, quin contrariū existimè esse æquè probabile, ne plus dixerim.

Arg. Scoti. Argumentum enim Scoti, quod omnes sequuntur, est illud celebre. Quicquid non implicat contradictionem potest Deus facere: hoc non implicat contradictionem: ergo fieri ab ipso potest. Hæc autem collectio nō est ita multum euidentis. Nam imprimis licet hoc sit per se notū, vt quicquid est factibile Deus facere possit: nam hoc nomen omnipotentie pollicetur: non tamen sic est manifestum, vt quicquid non implicat contradictionem, sit factibile. Illa enim angelica enunciatione, Nō erit impossibile apud Deum omne verbum, id duntaxat significari videtur, q̄ nihil, quod Deus dixerit se facturum est illi impossibile. Et quauis accipiatur verbū pro opere, iuxta illud Luc. 2. Videamus hoc verbum, quod factum est, nō aliud significatur, quàm quòd nihil possibile erit Deo impossibile. Fatendū nihilominus est quàm maximam esse probabilitatem, vt quicquid non implicet contradictionem sit Deo pro sua infinita potentia possibile. Negari tamen posset, aliquid circūscriptiuè esse simul in duobus locis, non implicare contradictionem. Imò Diuus Thomas in. 4. loco citato aliter explicat hoc implicare contradictionem. Solet enim fieri argumentum sic. Tantum repugnat, duo corpora esse circūscriptiuè in eodem loco, quā tum vnum in duobus: sed prius contingit in corporibus gloriosis, vt patet cum Christus resurrexit clauso sepulchro: ergo & secundū est possibile. Ad hoc ipse respondet negādo maiorē. Individuum enim, inquit, duo dicit: scilicet, & quòd sit indiuisum in se, id est, non sit duo: & quòd sit diuisum à quolibet alio. Et primum quidem est de intrinseca ratione indiuidui: nam vt habetur. 4. Metaphys. ratio vnius perficitur in indiuisione: diuisio autem ab alijs est de consequentibus ad rationem vnius, quod ideo Deus potest à ratione vnius separare: sicut supra diximus de quantitate intrinsecum ei esse facere quantum, sed consequens, extēdere in ordine ad locum. Et se autē plura in eodē loco est, solū cōtra secūdā rationem: potest ergo Deus contra illam

facere vt duo corpora sint in eodem loco: nō tamen contra primam, vt idem corpus sit in pluribus locis. Itaque sicut implicat contradictionē vt Petrus sit duo: scilicet, ipse & Paulus, ita repugnat vt sit in duobus locis. Et fortasse purus philosophus hoc pro certo haberet. **¶** At verò postquam per fidei veritatem mysterium huius sacramenti persuasum nobis est: inde maximum sumitur argumētum, quòd sicut corpus Christi est in pluribus locis sacramentaliter: ita Deus possit facere vt sit in pluribus circūscriptiuè. Et argumentum Marsilij in. 4. quæst. 7. vbi hoc latissimè disputat est hoc. Nullatenus ratio cōtradicit quominus possit Christus ostendere se extēsum in sacramento, hoc est, occupando illic totum locum, quem viuens occupabat inter nos. Et quauis S. Thom. negaret vt articu. 8. videbimus: est tamē probabile. Et eadē rōne simul se ostendere posset in alio sacramento. Sed ais. Adhuc in nullo esset definitiuè: quia sic esset in vno, vt simul esset in alio. Respondeo me non disputare de nomine. Satis est q̄ maneret in pluribus locis localiter replendo illa loca. Quare taliter esset in hoc, vt quantum est ex natura rei non posset esse in alio, nisi absoluta Dei potētia interueniret. Et hoc sufficit, vt dicatur illic esse definitiuè. **¶** Secūdo cum anima sit in qualibet parte corporis, nihil repugnat vt abscisso capite maneret & in ipso & simul in corpore trunco, vt dū Diuus Dionysius suum caput gestabat in manibus, posset Deus facere, vt anima simul maneret in corpore & capite. Tertiò, quia multi sic interpretantur Aristotelem, vt dixerit intelligentiam motricem cœli esse simul in oriente & occidente. Et quicquid de hoc sit, certum est angelum esse in toto loco, in quo operatur: si ergo ille sit bipedalis, posset Deus facere, vt diuiso loco maneret in vna & in altera pedalitate per eius absolutam potētiam: nam quantum est ex natura angeli non potest esse in duobus locis discontinuis. Hoc est enim proprium Dei. **¶** At verò licet istæ rationes opinionem faciant probabilem: sequuntur tamen ex illa tam stupenda corollaria, vt rursus eam in dubium reiciant. Tres ergo adnotandæ sunt propositiones. **¶** Prima. *Omni alio miraculo secluso, quàm quòd idem sit in duobus locis, quantum est ex natura rei omnia prædicata absoluta, quæ in vno loco ei conueniunt, pariter conueniunt & in altero, licet non omnia respectiua. Esset enim hic propè*

*Resolutio
quæstionis.*

*Secunda pro
positio.*

*Tertia pro
positio.*

*Prima pro
positio.*

propè flumen Tormes, & Romæ propè Tyberim. Vt si in vno loco Petrus est albus, calidus, currens, aut sedens, eodem modo est in altero. Quapropter si hic esset ad motus igni quauis Romæ esset ab illo separatus, calefceret Romæ per calorem, quem hic recipit, ipsumq; illic calorem sentiret. Quare si illic simul esset in gelu tantæ actiuitatis, quantæ est in hoc loco ignis, ambo agētia se impediret, ne alterum calorem produceret, aut alterum frigiditatem: quia est eodem subiectum applicatum duobus contrarijs. Quòd si alterum esset maioris virtutis, superaret alterum. Ex quo fit, vt existens Romæ videret Salmanticam, audiretq; Salmanticæ loquentem. Nam cum idem sit sensus hic & illic eandem sensationē, quam habet ille sensus hic, habet illic.

¶ Secunda propositio. Per nouum aliud supernaturale miraculum posset Petrus hic habere vnam qualitatem, & Romæ aliam, vt hic habere albedinem & Romæ nigredinem, etiam in summo vbique. Nil enim vetat quominus albedo ponatur hic & non illic, & nigredo è conuerso. Sed tamen non esset simul albus & niger: quia illæ duæ denominationes sunt repugnantæ. Imò cum vna qualitas esset alteri in eodem subiecto admixta, esset ille medio colore coloratus. Calorem autem in vno loco in summo, & frigus in alio non posset Deus ponere, nisi impediendo actionem, ne calor ageret in frigus, aliàs ipsum corrumpere. Concurfu autem suspensio, licet ambæ qualitates essent in summo, homo tamen nō esset calidus nec frigidus, sed tepidus.

¶ Tertia propositio. Duo contradictoria de homine illo nequaquam possent verificari, vt scilicet, esset albus & non albus, currens & non currens: neque priuatiuè opposita, vt esset videns & cæcus, aut ambulans & quiescens, quia quiescens includit non moueri, & cæcum esse, non videre. Cum limitatione tamen & restrictione possent verificari: quia tūc nō sunt simpliciter contradictoria, vt si dicatur esse sedens Salmanticæ & currens Romæ: dormiens Salmanticæ & vigilans Romæ. Sic de cæco & vidente. Item idem aer numero posset hic esse illuminatus, & Romæ nubilus. Ad hæc posset idem homo à Roma moueri versus Salmanticam, & simul à Salmantica per eandem lineam versus Romam, & in loco, quo sibi obuiarent, non se impediret: quia esset idem homo. Infertur demum ex his, quòd posset Deus vnum corpus ponere vbique.

Quæquidem profectò non sunt creditu facilia. **¶** Tametsi non desint qui arbitrentur re vera iam euenisse. Legitur enim in vita sancti Martini, quòd cum D. Ambrosius Mediolani sacrum faceret, obdormiuit, & excitatus dixit se funeri Martini interfuisse. Haud tamen est credendum re vera fuisse in ambobus locis: nam tūc quid opus fuisset obdormire? Somnus ergo indicium fuit; imaginariā fuisse visionem.

¶ Primum argumentum S. Thomæ est. *Argumentum.* Apparet corpus Christi esse in sacramento definitiuè: quia sic est in hostia, vt non sit in alia parte altaris. Item videtur esse circūscriptiuè, quia videtur esse in loco adequato hostiæ, & nō in maiori nec minori. Respondetur, propterea non esse definitiuè: quia ex modo extēdi illic non repugnat simul esse in cœlo nec in alio altari. Item neque est circūscriptiuè: quia non est ad mēsuram suæ propriæ quātitatis, quæ est maior quàm hostia. Quòd autem sit in loco adequato hostiæ non est, nisi quia incipit esse illic per conuersionem panis in ipsum. **¶** Contra hanc autem solutionē *Bonum argu-
mentum.* arguitur, quòd saltē sanguis eiusdem corporis sit illic circūscriptiuè. Sanguis enim, vt ait Aristo. in lib. de respiratione, & in de somno & vigilia, est in vena sicut in vase & receptaculo: & illo modo est in sacramento: nam iam definitum est, partes corporis eudem habere ordinem inter se ipsas, quem habent in cœlo: ergo saltē in vena est circūscriptiuè, quoniam extenditur per ipsam, quando quidem eam replet. Negatur hæc consequentia: nam ad hoc quòd sit circūscriptiuè non fatis est, vt repleat venam, sed requiritur venā ipsam replere locum, extendiq; per ipsam.

¶ Secūdo arguitur. Locus, vbi est corpus, nō est vacuus, neque tamen ibi est substantia pa *Secundū ar-
gumentum.* nis, ergo repletur corpore ipso. Respondetur, neq; esse vacuū, neq; repleri corpore, sed dimensionibus paui, quod habent vel ex natura quantitatatis, vel ex miraculo, sicuti miraculo per se subsistunt. An verò sint duo miracula, videbitur quæst. proxima art. 2. **¶** Arguitur tertiò. Corpus est in sacramento cū sua *Tertium ar-
gumentum.* quantitate dimensua, & cū omnibus suis accidentibus: vnum autem accidentium corporis est esse in loco, quare, vbi, est prædicamentum accidentium: ergo est illic tāquam in loco. Nota solutionē, quam articulo præcedēti præmissimus. Esse enim localiter in loco non est de intrinseca ratione quātitatis, sicut face-

re quantum, sed est accidens extrinsecum in ordine ad locum: & quia accidentia corporis non sunt in sacramento, nisi per concomitantiam, atq; adeo admodum substantia, fit, vt corpus non sit illic localiter.

ARTICVLVS VI.

Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.



M dictum sit corpus verè & realiter esse in hoc sacramento, & non solum intentionaliter, & vt album visum est intentionaliter in oculo meo, qd' ideo ad motum oculi non mouetur, merito interrogatur, vtrum illic sit realiter mobile. Respõdet ergo S. Tho. per quatuor conclusiones.

Prima conclusio.

Prima. Christus non mouetur per se in sacramento secundum locum. Probatur, cum aliquid est vnum secundum subiectum, & multiplex secundum accidens, nihil prohibet esse mobile secundum vnum, & non secundum aliud. Dum enim corpus album & quantum sine augmento nigrescit, mouetur secundum albedinem & non secundum quantitatem: Christo autem non est idem esse in caelo & in sacramento, illic enim est localiter secundum suam quantitatem, hic autem non est localiter, vt explicatum est, sed sacramentaliter: qd' autem non est in loco commensuratiue, non mouetur in illo localiter: quoniam mouere dicitur ordinem ad locum: igitur quauis Christus sit in caelo mobiliter, non tamen sic est in sacramento.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio. Corpus Christi mouetur in sacramento per accidens ad motum specierum.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Nec corpus Christi mouetur in sacramento per se quacunque alia mutatione: scilicet, vel inceptio, vel desitione, sed per accidens ad motum specierum. Probatur. Quod per se est ingenerabile, & incorruptibile & indeficiens non potest esse principium deficiendi, nisi alio deficiente, sicut Deus immortalis nec incipit, nec desinit esse in creatura, nisi quia ipsa vel incipit, vel desinit: eodẽ ergo pacto corpus Christi, quia immortale est, non incipit esse per se nec desinit: sed sicut per conuersionem panis incipit esse in sacramento: ita nec desinit, nisi per desitionem specierum.

Quarta conclusio.

Sequitur ergo quarta conclusio responsiua questionis. Christus per se loquendo immobiliter est in hoc

sacramento. Probatur. Impossibile est idem per se simpliciter esse motum & quietum: alioqui duo de eodem verificarentur contradictoria: corpus autẽ Christi in caelo quietum residet: non ergo est in sacramento mobiliter.

Expositio articuli.

De prima conclusione nemo dubitare potest, qui agnouerit corpus Christi non esse in sacramento localiter, nec definitiue. Vnde ex hoc quod non est illic tãquam in loco infert D. Thom. non moueri per se localiter: consequuntur enim se hæc duo. Et quauis Gabriel & nominales dicant illic esse definitiue, non tamẽ intelligunt esse per limitationem & definitionẽ in loco, sed quia est in qualibet parte. Quare neq; ex eorum opinione sequitur, quod possit per se moueri localiter. Ob idq; de hoc sunt duntaxat reprehendendi, quod malè definiunt esse definitiue in loco. Vnde Okam in. 4. quest. 5. dicens, quod corpus potest hic moueri localiter, sicut angelus mutando locum, si intelligat per se (vt apparet) nullum habet similitudinis fundamentum. Quoniam angelus, vt supra est expositum, definitur loco, in quo eius virtus limitatur: quod corpori Christi in sacramento non conuenit.

Expenditur secunda conclusio.

Secundam verò conclusionem: scilicet, corpus moueri localiter per accidens ad motum specierum, negat Scotus dist. 10. quest. 6. & Durandus. quest. 3. Quam quidem opinionem ex altera ducunt, quam ambo quest. 1. sustinent: videlicet, corpus Christi non aliter esse in sacramento, quam per simplicem respectum presentia, sicut angelus est presentis loco, aut si duo se penetrarent corpora.

Arg. Scoti.

Arguit igitur Scotus. Ad hoc quod ad motum vnius sequatur motus alterius, requiritur, quod alterum sit illi colligatum, vel tanquam actus & potentia, sicut motus nobis, inquit. 2. topi. Aristote. mouentur omnia quæ in nobis sunt. s. materia & forma & accidentia: vel secundum aliquam necessitatem naturalem, sicut mouens nauem, mouet hominem qui naturaliter sustentatur à nauis: corpus autem, inquit, Christi nullam habet colligationem cum speciebus, nisi per meram voluntatem, quia scilicet Christus vult illis assistere: ergo motus accidens tibus ex natura rei non mouetur corpus. Et subdit exemplum. Sicut si angelus per suam voluntatẽ se applicaret lapidi, ille qui moueret lapidẽ, non moueret angelum, sed ipse si vellet sua sponte insequeretur eius motum. Pari ergo, inquit, modo corpus Christi non mouetur à sacerdote, sed ipse Christus sequitur motum

Conclusio generalis Scoti.

tum specierum. Quocirca statuit generalem conclusionẽ, qd' nulla creatura potest mouere corpus in sacramento localiter nec per se nec per accidens: sed dũ mouetur, à solo Deo mouetur. Quod si arguas. Ergo est nouum miraculũ, vt motus speciebus, moueat se cum illis Christus. Negat consequentiam, quoniam ea voluntate, qua instituit sacramentũ, nobiscum pepigit, speciebus, vbicũq; existerent, adesse.

Arg. 1. Dur.

Eodẽ modo arguit Durandus, qd' cum neq; species insit corpori, neq; ipsum sub illis contineatur, sit vt ad motũ ipsarum, nõ sequatur motus eius. Secũdò. Sequeretur, inquit, ex cõtraria opinione, qd' corp' Christi simul moueretur motibus contrarijs, vt si dum hostia eleuatur in vno altari, deprimeretur in alio.

Tertium.

Tertio. Sequeretur, inquit, eadẽ ratione qd' ad fractionem hostie diuideretur corpus: quare nõ esset totum sub qualibet parte.

Quartum.

Quarto. Corpus Christi incipit esse in sacramento dũ consecrantur species absq; vilo motu sui, quia nõ descendit de caelo: ergo pari ratione neq; motus ipsis mouetur.

Reprobatio opinionis.

Hanc autem opinionẽ iam dist. præcedenti. q. 2. art. 4. & hic artic. proximo monstrauimus esse falsam. Haud enim proprie assertionem obseruat, quas ecclesia ex euangelio colligit. Dixit enim Christus Accipite & comedite, & bibite & can. Ego Berengarius, de consec. d. 2. decernitur, quod corpus Christi in sacramento sacerdotis manibus tractatur & frangitur, & dentibus atteritur, & deglutitur: ergo secundum propriam significationem debemus asserere, nos comedere corpus & bibere sanguinem: comedere autẽ & bibere actiones proprias comedentis & bibentis significat: si verò ad comestionem specierum non sequeretur corporis comestio, sed Christ' per guttur se ipso intraret stomachũ, non esset ille motus actio comedentis: quare nec proprie diceremur comedere corpus, sed solas species. Perinde enim intraret, ac si ipse per se sine speciebus ingredi vellet, vt descendit ad inferos: vbi nullatenus est dicendum, qd' infernus locus deglutit ipsum. Imò verò neq; proprie acciperemus corpus in manibus, nec tractaremur, cũ tamen ipse dixerit, Accipite, vt patet in exẽplis illius opinionis de articulo: nã accipiens lapidẽ, non accipit angelũ, qui est presentis lapidi. Quinimo nec proprie diceremur adorare corpus, nisi contineretur sub speciebus, sicut continebatur panis. Neq; verò seruaretur sub speciebus, vt supra disputatũ est: nam seruari est contineri & non quod

Christus vellet illic esse sicuti dum erat domi sua. Conclusio ergo Scoti, qua ait nullã creaturã posse mouere corpus nec per se nec per accidens (vt bona venia dixerim) nõ satis synecdochice verbis citatis euangelij cõsonat: præterquã qd' secundum suam opinionem corpus esset per se mobile in sacramento: quandoquidem non mouetur ad motũ specierum, sed secundum suã voluntatẽ insequitur earũ motiones.

Conclusio Scoti præcedens suspecta.

Solutio primũ argu. Scoti.

Vnde ad eius primũ argumentũ distinguitur quod ait, corpus nõ aliter coniungi speciebus, quam per voluntatẽ Christi. Si enim intelligatur, qd' Christus ad id nõ cogitur: verisimilẽ est: quia sua sponte instituit sacramentũ. Si autẽ intelligat, qd' non est illic per aliũ nexum, nisi quia vult corpore esse presentis, negatur consequentia. Imò virtute cõsecrationis sequitur, vt corpus nõ quomodocunq; sit presentis, sed eo nexu contineatur sub speciebus, ratione cuius ad motũ specierum sequitur motus eius.

Durand. arg. solutum.

Et ideo eodẽ modo respõdetur Durando negando, qd' corpus illic nõ continetur sub speciebus. Hæc enim veritatis saluam nunquã potuit deglutire. Quocirca exemplũ de angelo nulla vi agit cõtra hanc veritatẽ: quoniam non sic continetur in lapide, vt corpus sub speciebus. Tametsi præterea, vt hic ait Caietanus, negandum sit postquã angelus se applicuit loco ad operandũ per certum tẽpus, qd' medio illo tẽpore ad motũ lapidis nõ subsequatur motus angeli: imò consequitur, sicut ad motum nauis sequitur motus eius, qui in ea existit.

Solutio 2.

Ad secundũ Durandũ conceditur in vno altari per accidens eleuari corpus, & in alio deprimi: quoniam continetur in illis altaribus sub diuersis speciebus. Simile quidã concedunt de anima, dũ quis erigit vnum brachiũ & demittit alterũ. Ego verò non concederẽ: quia non est definitiue nec sacramentaliter in brachio.

Solutio 3.

Ad tertium negatur cõseq. vt ad fractionẽ hostie diuidatur corpus, tũ quã nõ est mortale, tũ maxime quia non habet extensionem in ordine ad locum, quod requiritur ad diuisionẽ. Quare sicut abscissa manu tota anima manet in reliquo corpore: sic diuisa hostia totũ corpus est in qualibet parte.

Solutio 4.

Ad quartum demũ cõceditur, qd' ad consecrationem specierum non mouetur corpus nec per se nec per accidens: quia non incipit illic esse corpus per motionẽ earum, sed per conuersionem panis in ipsum. Negatur tamen consequentia, quod ad earũ motionem non moueatur. Quod si arguas.

Argument.

Dictum est articulo præcedenti corpus Christi

Iti non esse in loco nec ratione suæ quantita-
tis, nec ratione alienæ (scilicet panis) ergo nec
ratione illius mouetur per accidens. Iam illic
diximus, non esse negandum corpus esse in
sacramento tanquā in loco per accidens ra-
tione alienarū specierum. ¶ Sed arguis vice
versa. Sequeretur q̄ corpus Christi per se mo-
ueretur sicut panis mouebatur: nā mouetur
per eandem quantitatem, per quā moueba-
tur panis. Vel si corpus mouetur per accidēs
pariter & panis: quia mouetur per suam quā-
titatē, quæ est accidens. Respondetur latissi-
mum interessē discrimen. Panis enim est pro-
priè in loco ratione propriæ quantitatis, &
ideo per se mouetur: non quidem ad motum
suæ quantitatis: imò quia substantia mouetur,
mouetur quantitas: nam motus nobis mouē-
tur ea quæ in nobis sunt, licet extensio, quan-
titatis sit requisita ad motum corporis. Econ-
uerso verò nō quia corpus Christi mouetur,
mouētur species: quia nō sibi insunt, sed quia
mouētur species, ipsum mouetur. ¶ Cum au-
tē audis, corp⁹ Christi moueri ad motum ho-
stia, intelligito dum tota hostia mutat locū.
Nam dum circulariter mouetur in eodem lo-
co, quia tota nō mutat locū, fit vt nec corpus
mouetur. ¶ Tertia conclusio S. Thomæ est
consideratē meditanda. Etenim quanuis exē-
plum tantum subijciat, q̄ corpus in sacramē-
to non potest deficere, nisi deficientibus spe-
ciebus: intelligitur tamen generaliter q̄ nulla
mutatione neq; per accidēs potest affici: cili-
cet, nec alterari, nec augeri, &c. Et quoniā cir-
ca materiam huius conclusionis multi multa
congerunt, distinguendum est, vt distinctio
lucem adferat. Bitariam enim aliquid conue-
nire pōt corpori Christi in sacramento. Vno
modo per actionem circa species: atque alte-
ro per hoc, q̄ aliquid ei circa modum natura-
lem alibi existendi insit. Et quidē primo mo-
do dictum est ad motum localem specierum
moueri per accidens corpus. Apparet ergo
inde subsequi pari ratione ad causationē spe-
cierum, corpus per accidens calferi, post quā
sub eisdem continetur speciebus sicut cōtine-
batur panis. Negatur tamen consequentia:
imò statuitur conclusio, q̄ præter motum lo-
calem nulla passio per accidens cōuenire po-
rest corpori ratione specierum. Sed contra,
dictum est, ratione quantitatis panis esse cor-
pus per accidens in loco: ergo si ratione illius
mouetur per accidens localiter, etiam altera-
bitur per accidens ratione specierum. Nega-

Argument.

Exponitur
tertia conclu-
sio articuli.

Distinctio.

Primum mē-
brum distin-
ctionis.

Conclusio ex
superioribus
elicitur.

tur consequentia: quoniam cum corpus con-
tineatur sub speciebus necesse est, vt vbicūq;
sint species, sit ipsum, ac subinde quocunq;
moueantur, moueatur ipsum. At verò cum
quātitas illa specierum nec insit corpori nec
per eā extendatur in ordine ad locum: nō se-
quitur, q̄ si quātitas illa frigeat vel caleat,
sic afficiatur corpus nec per se nec per acci-
dens, nec si frangatur quantitas, frangatur cor-
pus. Exemplum est in anima, quæ ad motū
corporis mouetur localiter: quia est actus eius:
tamen ad alterationem corporis nō sequitur
alteratio corporalis in anima: quia cū sit indi-
uisibilis, non est subiectū eius. Nā pariter cor-
pus Christi est indiuisibiliter in sacramento.
Sequitur tamen in anima ex alteratione cor-
poris alteratio spiritualis: nempe, lætitia vel
tristitia. Sed neque ista sequitur in corpore
Christi: quia non est actus specierum. ¶ De se-
cundo autem modo iā supra dictū est, omnia
accidentia, quæ sunt corpori cōiuncta in coc-
lo, esse per concomitantia in sacramento. At
verò ponamus esse passibile, sicut erat inter-
nos, vtrūm quacūq; qualitate frigoris aut ca-
loris afficeretur secundū esse naturæ, afficere-
tur in sacramento. Scotus dist. 10. q. 4. statuit
propositionē, q̄ in sacramento inhaereret om-
nis absoluta proprietas, quæ inhaereret secun-
dū esse naturale, vt si calefieret aut frige-
fieret nocte, qua captus fuit, sic afficeretur in sacra-
mento. Et hoc certē est verū, quoniam esset
idem subiectū, licet calor in sacramento non
haberet esse extensum. Imò dū flagellabatur
sentiret dolorem in sacramento: nā de spiritua-
libus nō est dubiū. Mœrorem nāq; & lætitiā
quā in cruce haberet, pariter sentiret in sacra-
mēto, sicuti & dū moreretur pariter in sacra-
mēto anima separaretur à corpore, & dum re-
surgeret, iterū vniretur quantū est ex natura
rei. ¶ At verò q. 5. addit tres alias propositio-
nes. ¶ Prima. Omnis operatio, quæ conuenit
Christo in cœlo, conuenit in sacramento. Pro-
bat, quia operatio res est absoluta sicut calor
& ideo non variatur propter respectū. s. q̄ sit
præfens huic vel alteri loco. Hanc verò ego
intelligere non possum. Si enim moueretur
in cœlo, nescio quomodo moueretur in sa-
cramento: nam mouere dicit ordinē ad locū,
quem non habet in sacramento. Quare quies-
cente hostia corpus non mutaret locū: aliā
esset illic mobile, quod est impossibile. Et ea-
dem ratione quāuis loqueretur in cœlo, non
loqueretur in sacramento: quia hoc etiā dicit
motum

Secundū mē-
brum distin-
ctionis.

Scoti propo-
sio.

Tres aliæ Sco-
ti propositio-
nes.

Prima.

motum linguæ. Quare hæc differentia nō ac-
cidit propter respectū propinquitatis ad di-
uersa loca, vt putat Scotus, sed quia in sacra-
mēto nō est illarū prædicationū capax. Quo-
circa neque si in cœlo stat, sedet, aut recubat
tales situs habet in sacramento in ordine ad lo-
cū. ¶ Secunda eius conclusio. Nulla sensatio
potest primò inesse Christo in sacramento. Di-
xit primò, quia sensationes, quas habet in cœ-
lo, habet in sacramento per concomitantiam.
Attamen in sacramento non potest recipere
species, vt oculo corporali videat vel audiat
nos. Et hoc est certissimū, vt art. proximo cō-
stabit. Et eadē ratione non potest videri nec
audiri à nobis: quoniā hæc specierū multipli-
catio ordinē dicit ad locum. Huic similem a-
liam propositionē addit. q. 7. Videlicet, quòd
Christus in eucharistia non potest vt aliqua
potentia actiua corporea respectu passio-
extrinseci. Quæ itidē certissima est. Videlicet, q̄
non potest calore suo calcare hostiam, nec
manu manū sacerdotis tenere. ¶ Tertia pro-
positio est. Operatio spiritualis, vt intellectus
& volūtatis, potest cōuenire Christo, vt in eu-
charistia. Hoc est, non solum quia intelligit
& vult in cœlo, sed quia per se potest intelli-
gere, & velle in sacramento. Quæ quidem cō-
clusio est etiam certissima, quia illæ actiones
nec requirūt, nec dicunt ordinem ad locum.
Okam. ¶ Okam verò in 4. q. 5. omnem istam philoso-
phiam negat. Ait, inquam, corpori Christi in
sacramento, quatenus illic existit, posse omnē
actionē & passionē cōpetere, quæ cōueniret
illi, si esset circumscriptiuē. De qua re statim
articulo sequenti.
¶ Primum argumentum S. Thomæ iam solu-
tum est. Motus enim inquit nobis, vt habetur
2. Topic. mouētur omnia, quæ in nobis sunt,
etiam spiritualia, vt anima: corpus Christi est
in sacramento: ergo mota hostia mouetur. Res-
pondetur, argumentum concludere q̄ moue-
tur per accidens, neq; verò eo modo, quo mo-
uētur accidentia corporea ad motū substan-
tiæ, cui insunt, quibus per se potest conueni-
re motus, sed sicut mouētur spiritualia (qui-
bus per se nō potest cōuenire) ad motū cor-
porū, in quibus sunt. ¶ Secundò. Veritas de-
bet correspondere figuræ: de agno verò pas-
chali, qui figura erat huius sacramēti legitur
Exod. 12. q̄ non remanebat quicquam vsque
mane: ergo corpus Christi nō manet in hoc
sacramento, nisi quando recipitur. Respondet,
quòd hac ratione moti nonnulli putabant fa-

Secunda Sco-
ti propositio

Tertia propo-
sio.

Okam.

Primum ar-
gumentum.

Secundū ar-
gumentum.

cramentū non posse seruari. Contra quos ait
Cyrillus. Insaniunt quidā dicentes mysticam
benedictionē cessare à sanctificatione, si quæ-
cuis reliquæ remāserint in diē subsequētem:
nō enim mutatur sacratū corpus Christi, sed
virtus benedictionis, & viuificatiua gratia iu-
gis in eo est. Videlicet, quādiu species manse-
rint, quemadmodū aliæ consecrationes, vt tē-
plorū, altariū, & similibum, rebus ipsis cōse-
cratis cōuere sunt. Vnde ad argumētum respō-
detur, quòd etsi veritas figuræ respōdeat, ta-
men figura non adæquat veritatem. ¶ Et per
hoc respōdetur ad tertiū, quod est huiusmo-
di. Corpus Christi nō depēdet ad speciebus
sacramentalibus: ergo ad desitionē illarū non
desinit ipsum. Respondetur, inquam, quòd li-
cet corpus nō dependeat ab speciebus, nihilo-
minus ad earū desitionem desinit: quia cessat
habitus, quā habet ad illas, sicuti corrupta
creatura desinit Deus esse in illa, nō quia ab il-
la dependeat, sed quia illā desinit conseruare.

Tertium ar-
gumentum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramen-
to possit videri ab aliquo oculo saltem glorificato.



XPEDITO modo existen-
di corporis Christi in sacra-
mento, queritur an sit cognoscibi-
lis. Et est hic distinguendum &
de potentia, & de re cognita, &
de modo cognoscendi. De potentia quidem
vtrū sit cognoscibilis vel ab oculo corporeo,
vel ab intellectu, qui est oculus spiritualis. De
re verò vtrū cognosci possit vel corp⁹ ipsum
existēs in sacramento, vel modus ipse existēdi.
Sed de modo vtrū possit cognosci vel natura-
liter vel supranaturaliter. Et respōdet D. Th.
quatuor cōclusionibus. ¶ Prima. A nullo oculo
est in sacramento. Et intelligitur à nullo oculo
existenti extra sacramentum: scilicet, alio ab
oculo ipsius Christi. Probatur primò, quia vi-
sibilis substantia per sua propria accidentia
immutat mediū, vt sentiatur: accidentia verò
corporis Christi sunt illic, vt dictū est, ad mo-
dū substantiæ, hoc est, neq; extensionē habent
in ordine ad species sacramentales, neque in
ordine ad earum locum: ergo nō possunt per
mediū multiplicare species ad immutādum
oculum extra sacramentū. Secundò, quia vt
supra dictū est, existit in sacramento per mo-
dū substantiæ: substantia autē quatenus substā-
tia,

Prima cōclu-
sio.

ria, nō est sensibilis corporali sensu, neq; verò interiori imaginationis, sed solū subiacet intellectui, cui⁹ obiectū, vt, 3. de anima habetur, est qđ quid est: ergo quatenus est in sacramēto à solo intellectu perficitur, qui est oculus spūalis. ¶ Percipitur tū, inquit, diuersimodē à diuersis intellectibus. Quare subditur secūda cōclusio. Modus existēdi corporis Christi in sacramēto secūndū se à supranaturali intellectu potest intelligi, s. à Deo, ac subinde ab intellectu beato vel angeli vel hominis per visionē diuinę essentię. Probatur. Obiectū, qđ per se est supranaturale, à supranaturali intellectu percipitur, qualis est Deus, & ab eo, qui eius lumē participat, vt est intellectus beatus. Modus autē existēdi corporis Christi in sacramēto est supranaturalis: ergo ab illis intellectibus percipi potest. ¶ Tertia cōclusio. Neque intellectus hominis viatoris, neq; angeli eius per sua naturalia potest illū modū existēdi cognoscere, nisi per fidē. Probatur eadē ratione, quia modus ille est supranaturalis, quare sola cognitione supranaturali percipitur. Huic appēditur corollariū. Dēmones nō nisi per fidē possunt cognoscere Christū in hoc sacramēto. Non qđ in ipsis sit virtus fidei: quia nō sua spē captiuat intellectū in obsequiū Christi, sed qđ euidētia signorū conuicti, vt ait Iacobus ca. 2. credūt & contremiscūt. ¶ Quarta cōclusio. Inter oculos corporales solus oculus Christi in sacramēto videt seipsum sub sacramento existēte, nō tamē potest videre modū essēdi, quo est sub sacramento, quod pertinet ad solū intellectū. Hanc conclusionē subdit in solutione secūdi argumēti, quod est huiusmodi. Corpora glorioza, vt ad Philipp. 3. legitur, erūt configurata corpori claritatis Christi: sed oculus Christi videt seipsum prout est in sacramēto: ergo & quilibet alius oculus glorificatus. Et respondet, quod oculus corporalis Christi in sacramēto (hęc enim postrema particula deest in aliquibus mendosis codicibus) videt seipsum sub sacramento existēte: non tamē videt modū existēdi: quia est obiectum solius intellectus. Nec tamē, inquit, est simile de alio oculo glorioso: quia etiam ipse oculus Christi est sub ipso sacramēto, in quo non cōformatur ei alius oculus gloriosus. Quare docet corpus Christi à nullo alio oculo corporali posse videri.

Secunda cōclusio.

Tertia cōclusio.

Quarta cōclusio.

Expositio articuli.

¶ Primā conclusionē cōcedit cū D. Thoma, vt supra vidimus, Scotus d. 10. q. 5. & iterū, q. 9. & Ricardus ea. d. ar. 5. q. 2. & ferē omnes. Ne

gat eā tamen Okam in. 4. q. 5. & Maioris dist. 10. quæst. itidē. 5. Aiunt siquidē Christum in sacramēto oculo corporeo videre adstantes, audireq; canentē clerū, & quantū ad rei naturā attinet, posse ipsum videri & audiri, nisi qđ ob meritū fidei occulit sese. Et eadē ratione, inquit, potest proprio calore manū sacerdotis calefacere, ab ipsaq; caleferi. Probatio Okanica est, qđ illic verē habet principia actiua & passiua illarū actionū & passionū. Sed nō opus est cōtra quēlibet disputare. Pugnāt enim cū principijs philosophicis, qui ait appropinquationē aliter fieri posse agentis ad passum, quā per quantitātē extēsam in ordine ad locū, si actio sit corporea. Nam omne agēs agit per contactū, secūndū Aristotelem, qui quidē contactus nisi per quantitātē fieri nō potest: corpus autē Christi est illic, quantum ad hanc rationem res attinet, sicuti angelus, qui corporaliter nec agere potest nec pati. Et quantū ad visionē est insuper particulare argumentum de speciebus, quę sub forma pyramidalī debēt multiplicari, cuius basis est in obiecto, & conus in oculo, quod fieri non potest, nisi vbi & obiectū & oculus modum habet extensum. Sed Okam negat species, & ideo nō est cū illo certandū. ¶ Circa secūdam verò rationē S. Thomę forsan philosophię peritus hęsitabit, quomodo dicit substantiā inquantū huiusmodi non subiacere imaginatiuę potentię, sed solū intellectui. cū substantia singularis quantitate signata phantasmata producat, quibus imaginatiua mouetur. Respondetur eum loqui de substantia pura vt abstrahit à modo quātītatis, & cōditionibus singularibus: hoc enim sonat, inquantum huiusmodi, quemadmodū est corpus Christi in sacramento. Illic enim nō producit phantasmata magis quā substantia in cōmuni, quę solius intellectus obiectū est. ¶ Dubium autē ex his fit reliquū vtrū saltem supranaturaliter corpus in sacramento possit oculo corporali videri. Paluda. nanq; dist. 10. q. vltima, & Capreolus. q. 4. aiunt per nullā potentiam id fieri posse. At verò S. Tho. in. 4. ea. dist. q. vni ca. art. 4. non negat quominus per miraculū possit videri ab alio oculo quā Christi. Idēq; ait Scotus loco citato. q. 9. Et ideo ad conciliandū has opiniones duabus conclusionibus respondetur. ¶ Prior est. Quod visio illa fiat per multiplicationē specierum ab ipso corpore per nullā potentiam factibile est, ob rationē iam factā. Quia nec corpus potest illas multiplicare

Dubium.

Prior conclusio.

Posterior cōclusio.

Scotus cōtra secundam cōclusionem.

Contra tertiam.

Primū argumētū Scoti contra rationē tertie conclusionis.

placare, vt dictum est, neq; illas multiplicatas suscipere. ¶ Posterior. Nihil obstat quomin⁹ Deus de potentia absoluta possit producere notitiā intuitiuā rei obiecto nō concurrēte per species: nā quicquid potest per causam secundā efficientē, potest se solo. Cū ergo species cōcurrant in genere causę efficientis, sine illis poterit Deus notitiā intuitiuā conferuare, atq; adeo producere, etiā in absentia obiecti. Quod si interrogas. In quo loco tūc obiectū repręsentarent? nā notitiā intuitiuā non potest nō repręsentare rē ceu pręsentē. Respondetur, qđ repręsentabit in loco, quo Deus voluerit: & nisi Deus impediāt, producet iudiciū rei illic existētis. Neq; diceretur propterea Deus decipere: nā illa deceptio ex natura notitię intuitiuę proueniret supranaturaliter existētis sine obiecto. ¶ Contra secūdā conclusionē: scilicet, qđ beati videāt in verbo corpus Christi in sacramento arguit Scot. in. 4. d. 10. q. 8. sic. Beatus à non beato sola visione beatifici obiecti distinguitur: obiectum autē beatificum nō includit existētiā corporis Christi in sacramento, hoc enim est quod creatū, & quędā sacramentalis gratia: cognoscere autē sacramēta non est de ratione visionis beatificę: ergo hoc nō videtur in verbo. Respondetur, argumētum nihil contra D. Thomā pugnare: quoniam ipse non dicit hoc esse de essentia beatitudinis: nā per hoc qđ quis nūdā essentiā videret, esset perfectē beatus. Sed tantū ait, qđ sicut illa existētia est visibilis à Deo: ita & in ipso per lumen glorię ab intellectu beati. Secūdo respondemus cū Caietano, qđ cū hoc sit tam altū mysterium, quod fideles in via frequēter adorant & suscipiunt, ac perinde nosse percipiunt, credibile est diuinā largitatem hoc idem mysterium in verbo eisdē fidelibus ostendere ad completam eorū satiētātē. ¶ Contra tertiam verò arguit ibidē instantiūs probando, qđ licet intellectus coniunctus corpori ob id quod intellectiōnē ab speciebus corporeis mendicat, non possit naturaliter existētiā sacramentalē videre, nihilominus separatus tam hominis quā angeli qui solis intellectualibus speciebus vtuntur, id per suam naturam potest. Et licet prius arguat contra conclusionem, deinde contra rationē, tamen quia ratio, declaratio est conclusionis, arguamus nos primò cōtra rationē. Naturale & supranaturale solū dicitur ad agens, quia scilicet vnū prouducitur à Deo, & alterū per causas naturales:

discrimen autē hoc non variat rationem cognoscibilitatis: nam Adam à Deo productus tā cognoscibilis erat, quā ceteri homines, & vinum, quod Deus fecit in nuptijs: ergo si existētia corporis Christi est cognoscibilis, etiam si sit supranaturalis erit cognoscibilis, naturaliter. Ad hoc autē, quod est suę argumētationis basis, respondetur, dupliciter rem aliquā esse supranaturalem. Vno modo accidentariē: videlicet, quia licet possit per naturā res eiusdē speciei produci, fit tamen à Deo sicuti primi parentes, & visus cæco nato restitutus. Et hęc quia sunt eiusdē speciei cum rebus naturalibus, pariter sunt cognoscibilia. Sed tamen alia sunt genere suo supranaturalia, quia nō possunt per naturā produci, eò qđ sunt extra ordinem vniuersi, vt vnio hypostatica humanitatis ad verbū, lumen glorię, & similia. Et hęc, quia sicut se habent ad esse, sic se habent ad cognosci, fit vt nisi per auxiliū supranaturale cognosci non possunt à creatura. Et talis est existētia corporis in sacramento. ¶ Atque hac ratione cetera eius argumenta ruunt. Arguit enim contra conclusionem secūndā. Ens creatum est subiectū intellectus: cū ergo tā corpus Christi, quā eius existētia in sacramento sit creatura, fit vt possit ab intellectu naturaliter percipi. ¶ Tertiò. Substantia per se est intelligibilis prius natura, quā quicūque eius modus existēdi: qui est ei accidentarius: ergo quomodo cūq; existat, in illo priori potest intelligi naturaliter. ¶ Quartò. Potest intellectus percipere illic nō esse panē: sed absentia panis fit per pręsentia corporis: ergo intelligit corpus. ¶ Quintò. Saltē anima Christi naturaliter cognoscit, se esse vbiq; est: ergo cognoscit quomodo sit in sacramento. ¶ Eodē autē modo omnia solūtur. Ad secūdā enim negatur, omne ens creatū & modū di. eius esse obiectū proportionatum intellectui naturali: imò sicut Deus excedit omnes vires cognitivas naturę, ita & quicūq; modus genere suo supranaturalis, qualis est vnio hypostatica ad verbū, atq; hęc existētia supranaturalis in sacramento. Et pariter ad tertium respondetur, qđ etsi substantia creata, sit cognoscibilis naturaliter abstrahendo ab hoc vel illo modo existēdi, tamen cū modo existēdi supranaturali nō est cognoscibilis. Quapropter licet intellectus possit cognoscere illic non esse panem, atque adeo accidentia esse sine subiecto, non tamen subinde cognoscet quomodo corp⁹ illic existat. Eò vel maxime,

Dilutio.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Solutio secundæ.

Solutio tertij.

mè, q̄ vt supra dictum est, corpus non replet illum locū, sed quātitas ipsa præteriti panis.

*Soluitur quin-
tum.*

¶ At licet de anima Christi fieri posset forsan exceptio, videlicet q̄ sicut cogitationes cognoscit, quæ alios latet, ita naturaliter cognoscit suā illic existentia. Certius tamē respon- detur, per vires nature ad id non pertinere, sed lumine gloriæ, qua perfruitur. ¶ Quartā conclusionē non concedit Capreolus loco ci- tato, imò negat oculū Christi videre se in sa- cramento. Sed tamē fuit falso codice seductus: legit enim truncā hāc solutionē secūdi argu- menti S. Thomæ, sic scilicet, oculus corpora- lis Christi videt seipsum in sacramēto existē- tem, quod pertinet ad intellectū. Quæ verba vidētur repugnantia inuoluere. Vnde infert non fuisse mentē S. Thomæ id concedere. Co- dex tamē Parisiensis habet aliā particulam, quæ rem clarificat: scilicet, oculus corporalis Christi videt se ipsum sub sacramēto existē- tem, nō tamen potest videre ipsum modum essendi sub sacramēto, quod pertinet ad intel- lectum. ¶ Sed nota, q̄ nō dicit Christū oculo suo videre proprium corpus, sed q̄ oculus vi- det se ipsum existentē. Vbi reciprocatio rela- tiui, & accusatiui? masculini generis designāt solum oculū. Et re vera nō caret difficultate: nam cum nec corpus nec oculus videri pos- sit oculo corporali, nisi per species sensibiles, quas illic nō potest multiplicare, videtur nō esse visibilis. Item oculus noster neutiquā se potest videre, quia non potest species sui ad suū centrū multiplicare, sed foras. Responde- tur, q̄ cum corpus gloriosum aliud secū cor- pus cōpatiatur in eodē loco, licet in sacramē- to nō possit multiplicare species per mediū, potest tamen illas multiplicare per seipsum: quandoquidē eius partes, habēt intrinsecum ordinē, vt dictū est, inter se. Quod si verū est, eadē ratione, qua oculus videt se, eodē oculo Christus videt suum corpus. Neque (vt arbi- tror) hoc D. Thomas negasset.

Nota.

*Primum ar-
gumentum.*

¶ Primò ergo loco arguit sic. Oculus noster à visione corporis Christi in sacramento per species ipsum circumuelantes impeditur: o- culus autem glorificatus non potest ab ali- quo corpore impediri: ergo potest ipsum vi- dere. Negatur maior. Non enim impedimen- tum, ne possimus videre illud corpus, est q̄ fit velatū & occultū, sed quia mediātib? pro- priis accidentibus non habet ordinē ad locū, & ideo non est visibile neque ab oculo glori- ficato alterius corporis. ¶ Tertio arguitur.

*Tertium ar-
gumentum.*

In resurrectione homines erunt angelis pa- res: sed angeli possunt videre corpus in sacra- mēto: nā & demones inueniuntur huic sacra- mento reuerentiā exhibere, ipsumq; timere: ergo oculus corporeus beati idē poterit. Re- spondetur, q̄ angeli non possunt videre, nisi per intellectū: quare non est par ratio de ocu- lo corporeo beati. Quod autē dicitur dæmo- nes exhibere reuerentiā sacramēto, nō est quia videāt intuitiue, sicut angeli beati in verbo, sed abstractiue per coactā fidē, vt dictū est.

ARTICVLVS. VIII.

*Vtrum quando in hoc sacramento apparet mira-
culose caro vel puer, sit ibi corpus Christi.*



In superioribus definitum est corpus Christi nō esse in sacra- mento modo quantitatiuo in ordine ad locum. Cuius contra- rium ob id quispiam suspicari

posset, q̄ nō nunquam apparet in hostia hu- mana figura. De qua ideo queritur vtrum sit verè corpus Christi. Et respōdet D. Tho. dua- bus cōclusionibus. Prima est negatiua quæ- sitionis. Quomodocūq; illa figura apparet in hostia, nō est vera caro Christi. Probat. Dupliciter enim illa apparentia euenire po- test. Vno modo nulla mutatione facta circa species, sed solum ex parte vidētium, quorū oculi immutantur ac si exterius viderent car- nem vel sanguinē, vel puerum. Et indicū, q̄ nō fiat mutatio ex parte obiecti, est, vel quia aliquibus illa figura apparet, aliquibus verò minimè, sed hostia vt antea, vel quia modò apparet, & statim dispāret. Neque hoc tamē ad aliquā deceptionē attinet, sicut euenit in magorū præstigiis, eò quod talis species di- uinitus in oculis formatur nō ad fallendū, sed ad aliquā indicandam veritatē: nempe, verè illic Christum existere, vt supra dictum est, si- cut Christus apparuit discipulis euntibus in Emaus ad adstruendā fidem suę resurrectionis. Ait enim August. in lib. de quæstionibus euangeliorum, quod cum fictio nostra refer- tur ad aliquam significationem, nō est men- dacium, sed aliqua figura veritatis. Et quan- do huiusmodi apparentia fit, liquidum est id, quod apparet, non esse veram carnem & sanguinem. ¶ At verò potest secundo modo talis caro, & puer representari, non per so- lam immutationem oculorum videntium, sed

*Prima cōclu-
sio.*

*Expositio ar-
ticuli.*

*Quomodo fiat
apparis.*

sed specie, quæ videtur, realiter exterius exi- stente. Cuius indicium est, quod nō quibus- dam præcisè, neque ad horā illa fit apparitio, sed cūctis & in longū tēpus. Et tunc sunt qui arbitrentur veram carnem & sanguinem cor- poris Christi esse, quæ in propria forma o- culis subijcitur. Neque obstat, q̄ quādoque non totus apparet Christus, sed aliquod eius mēbrum, neq; in illa ætate, qua mortuus est, sed in infantili: nā licet oculis beatorū non se ostendat, nisi sicuti est, oculo tamē nō glori- ficato potest se, vt ei placuerit, offerre. ¶ Atta- mē q̄ neque tunc vera sit caro illa quæ appa- ret, probatur dupliciter. Primò, quia corpus Christi nō potest videri in propria specie, ni- si vbi est definitiue: est autē definitiue in cœ- lo: ergo non simul alibi. Supponit enim D. Tho. idē corpus nō posse definitiue simul es- se in duobus locis. Secūdo, quia corpus glo- riosum, quod, vt vult, apparet, subinde vbi vult dispāret, vt legitur Luca ultimo, q̄ Do- minus ex oculis discipulorū euauit: hoc au- tē, quod sub specie carnis apparere solet, diu- permanet: quinimo legitur quādoq; multo- rum episcoporum cōsilio in pyxide inclusum & asseruatū, quod de Christo secūdum pro- priam speciem nefas esset concedere. Dicendū ergo est huiusmodi apparitionē eo pacto fie- ri, q̄ manētibus dimētionibus, quæ prius fue- rant, sit circa illa accidentia immutatio quæ- dam coloris & figuræ atq; aliorū accidentiū, vt videatur caro, vel sanguis, aut puer. Neq; verò, vt dictū est, vlla illic fit deceptio, quan- doquidē diuinitus ad veritatis confirmatio- nem fit. ¶ Secunda conclusio. Quandiu ma- net quantitas dimēsiua, quæ fuerat panis, & fundamentū est aliorū accidentium, remanet corpus Christi sacramentaliter sub illis, earū immutatione non obstāte. Hæc cōclusio per ea, quæ dicta sunt, liquidò comprobatur. Præ- terea, quia tali apparitione facta, eadē exhibe- tur hostiæ reuerentiā, quæ antea exhibebatur.

modum, quo ait D. Thomas id accidere, du- bitatur, quo modo immutatio fieri possit in oculo sine mutatione obiecti. Respondetur autē id fieri posse tripliciter. Vno modo ex læsione sensus, quod naturaliter euenit in le- thargo, & phrenesi, & sub mortis articulum: læso enim sensu cōmuni, commouentur illic phantasmata, sicut in somniantibus, & ideo repræsentantur res in aere, quæ non sunt. Po- test etiam secūdo id cōtingere ex aeris mu- tatione, quem præstigiatores immutare so- lēt applicatis rebus quibusdam naturalibus. Hi autem modi nō sunt ad propositum. Sed tertio id contingit diuina virtute producen- te species, vel in oculo externo, vel etiam in potētia imaginatiua: quæadmodum in visio- nibus prophetarum vsu venit. Atq; hūc mo- dum intelligit hic S. Thom. Exemplum au- tem, quod subdit de Christo post resurrectio- nem apparēte discipulis, non eò adfert, quod tunc non verè apparuerit in sua substantia, erat enim ipsissimus, sed in hoc, q̄ sicut tunc, licet appareret forma peregrini, nulla esset deceptio: ita neque in sacramento. ¶ Circa secundum modum apparendi per mutatio- nem specierū notandum, q̄ si illa reprobata opinio intelligat, quod Christus per suā ab- solutam potētiā possit corpus suum, quod definitiue est in cælo, ponere simul etiam cir- cūscriptiue & definitiue in vno vel pluribus altaribus, tūc est problema. Diuus enim Tho- mas vt supra diximus, negaret, vt hic etiā ne- gare videtur in priori ratione. Alij verò affir- mabunt. De quo satis articulo quinto disputa- tū est. Si verò sentiat re vera iam contigisse, vt vera caro Christi & sanguis appareat, si- cut est in cælo, profectò nullatenus est auscul- tandum propter rationem secūdam S. Tho- mæ. Indecens enim esset credere, quod vera Christi caro maneret in pyxide. ¶ Quare in prædictis Darocēsis linteolis minimè cre- dendum est eandem veram carnē & sangui- nem sub eadem forma & figura, quam habet in cælo, permanere. Tunc enim dicendum esset, quantitatem panis cum omnibus eius accidentibus fuisse corruptam, atque adeo illic non esse corpus sacramentaliter, sed so- lam particulam carnis, quam habet in cælo, & sub tanta quantitate, quanta est illa par- ticula in cælo. Quod profectò dignitatem corporis Christi non condecet. Est ergo tan- tum mutatio coloris & figuræ, & huiusmo- di accidentium, vt hic ait Sanctus Thomas manente

*Secundus mo-
dus.*

*Linteola Da-
rocensis.*



manete corpore sub quantitate, & ideo adoratur adoratione latría.

Primum argumentum.

At verò contra secundam cõclusionem arguit S. Tho. primo loco, probando, quòd dũ fit huiusmodi apparitio, non manet illic corpus Christi. Corpus enim illud nõ manet, nisi quãdiu manet species, quæ sufficeret conseruare substantiam panis: facta verò illa mutatione non manent eiusmodi species: ergò nec corpus.

Durandus.

Ob hoc argumentum Durandus dist. 10. q. 4. censet in eiusmodi apparitionibus, dũ mutantur species, non manere corpus sacramentaliter: at neque veram carnem Christi, sed accidentia carnis in genere sine subiecto: & ideo non esse adorandas species adoratione latría, sed tanquam reliquias miraculose seruatas. Quare & dist. 12. q. 3. tenet, qd etiam si quantitas sacramentalis maneat, nihilominus per corruptionem qualitatum desinet illic esse corpus & sanguis, eo qd illa magis requiruntur tum ad conseruationem panis & vini, tum subinde ad repræsentationem sacramenti. At verò S. Tho. argumento respondet dicens, quòd in apparitione prioris generis, quando fit sola mutatio sensus, non dubium quin species totaliter maneat, atq; adeò sacramentum. In secundo verò modo apparitionis manent secundum id, quod est principale in eis: puta secundum quantitatem panis, atq; adeò manent accidentia, quæ sufficerent conseruare substantiam panis, vt virtus confortatiua cordis, & forsã sapor, & aliæ proprietates. Color namq; & figura, & si quod est aliud huiusmodi mutatum accidens, non sunt necessaria ad conseruationem panis. Corruptis autem accidentibus necessariis panis corrumpitur & quantitas, sicut corrumpitur panis, generaturq; alia substantia, sub qua nõ esset corpus Christi. Quapropter negatur contra Durandum, posse villo modo manere quantitatem panis, quin maneat corpus.

Secundum argumentum.

Secundò arguitur. Vbiq; est corpus Christi, vel est sub specie propria, vel sub aliena sacramenti: quando verò huiusmodi apparitiones fiunt manifestum est corpus non esse in illis sub propria specie, cum videatur sub forma paruuli, & tamẽ propria species sit magna & integra in celo, neq; apparet sub forma sacramenti, quæ est panis & vinum, cum appareat caro. Respondetur, nunquam apparere sub propria forma: sed quando mutatio fit in oculo manet sub speciebus panis & vini, quando verò mutatio fit in speciebus, manet nihilominus

sub eisdem dimensionibus panis & vini, licet non sub colore & figura. Quòd si arguas tertio. Caro & sanguis nõ fuerunt species cõsecrate: ergo sub illis nunquam manet corpus. Respondetur, inquam, manere sub dimensionibus panis & vini, quæ fuerunt cõsecrate, licet color & figura fuerint immutata.

Tertium argumentum.

DISTINCTIONIS
II. Quæstio, 2. de accidentibus remanentibus in hoc sacramento.

S. Tho. 3. part. quæstio. 77.

ARTICVLVS. I.

Utrum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento.



QVAESTIONEM hanc disputat Petrus Lombardus distinctione. 12. sed tamẽ lucidus ordo postulat, vt cum precedenti de existẽtia corporis Christi cõiungatur. Et quãuis D. Tho. supra. q. 75. ar. 5. præmõstrauerit, accidentia panis & vini manere in sacramento sine subiecto, super est tamẽ eorũ cõditiones patefacere. Quare vnica cõclusionem affirmatiua respõdet. Accidentia panis & vini relinquantur in hoc sacramento sine subiecto: videlicet, sine substantia. Probatur, quia nec sustinetur in substantia panis & vini quæ non manet, ac perinde neque in earum forma, quæ simul desinit, & quãuis permaneret, nõ inhereret illi: quoniã accidentia, corporea, vt lib. de trinitate autor est Boetius, non insunt formæ, sed toti composito. Neque verò subiectantur in corpore & sanguine Christi, tum quia huiusmodi accidentia non sunt humani corporis, sed panis & vini, tum etiam quia corpus Christi, cum sit gloriosum ac perinde impassibile, non potest huiusmodi accidentibus affici. Sed neque insunt aeri circumstanti, vt quidam autumant: primò quia cum non sint accidentia aeris, non est eorum susceptiuus. Secundò quia nec mouetur ad motum aeris, imo aer transire potest ipsis permanentibus, & accidentia motu proprio aerẽ loco pellunt. Tertio, quia accidentia cũ per receptionem

Cõclusio.

I.

in

in hoc subiecto indiuidentur, non possunt eodem numero transire de subiecto in subiectum. Quarto, quia cum aer proprijs accidentibus non denudetur, nõ potest alienis superuelli. Neq; sustineri potest id per miraculũ fieri: quoniã id maxime virtute cõsecrationis contingeret, quod falsum est: nam nec forma id significat, nec aliud quàm significat efficit. At verò quoniã hæretici impossibilem hanc cõclusionem reputant, eò quòd natura accidentium sit inherere subiecto, arguitur, id fieri posse per Dei supernaturalem virtutem. Nam cum Deus sit prima causa tam substantiarum, quàm accidentium non dependens à causis secundis, sit vt sicut per substantiam cõseruat naturaliter accidens, ita & absq; illa possit supernaturaliter illud custodire. Si quidem & alios effectus naturalium causarum sine illis nonnunquam profert, vt Adamum sine semine produxit de limo terræ, & corpus Christi in vtero virginis munere spiritus sancti.

Expositio articuli.

Præsentem cõclusionem, quippe cum catholica sit, nefaria esset hæresis negare. Vniuersa siquidem sanctorum testimonia supracitata, quibus asseritur conseruationem panis & vini fieri in corpore & sanguine Christi, subinde attestantur species manere sine subiecto, sub quibus corpus continetur, vt dist. precedenti disertum est. Atqui hic est sensus Gregorij in homilia paschali, quæ refertur can. Species, de cõsecra. dist. 2. Vbi ait, species illarum rerum vocabula retinere, quæ ante fuerunt, panis & vini. Et can. Nos autem Aug. Nos, inquit, in specie panis & vini, quæ videmus, res inuisibiles, id est, carnem & sanguinem honoramus. Vnde in hoc sensu intelligitur transubstantiatio cap. firmiter, de summa trinit. Et in concilio Florentino: scilicet, qd abeunte pane eius species manent. Quin imò in propria forma contraria hæresis in concilio Constatiensi sessione. 8. cõdenata fuit contra Ioannem Vitcleff, decretũq; est manere accidentia sine subiecto. Ille tamen hæresiarcha contrarij erroris semper fuit pertinax, quem Oecolapadius sequutus fuit. Quare hoc fuit vnum ex suis præcipuis argumentis, quibus probabant impossibilem esse veram existentiã corporis Christi in sacramento, qd accidens, vt nomẽ ipsum accidentium proclamat, nequit extra subiectum existere. Hæretici namq; quãdo illis libet totã philosophiã perfundant, sed quando eius indigent suffragio

Ioan. Vitcleff.

Aristotelẽ ecclesiæ præferunt. Quocirca blasphemus ille Vitcleff inuentum hoc esse aiebat, & cõmentum Innocentij tertij. Contra Th. Valdensis tom. 2. de sacra. capit. 76. & infra egregie disputat: ostendens primò nõ desuisse philolophos, qui arbitrarẽtur accidens existere posse sine subiecto. Nam, Physicorũ redarguit Aristoteles Anaxagoram dicentẽ omnia esse commixta, atq; etiam accidentia cũ substantijs, omniaq; subinde posse abinuicem separari. Contra quem Aristot. inferebat posse esse accidentia sine subiecto. Deinde & Plato posuit vniuersales formas ab indiuiduis abstractas, & tamẽ Cõmmentator. 2. Physico. cõment. 29. ait, difficilius esse illud opinari, quàm qd formæ accidentales abstractantur à subiecto. Et. 4. Physico. refert Aristot. quosdã opinantes inane & vacuũ, esse locum dimensionibus repletum sine substantijs. Atqui Auicbron in libr. fontis vitæ tractatu. 2. nihil affirmare veretur, accidentia existere posse sine subiecto. Quinverò Basilius egregius autor in suo Hexamero homi. 6. ait lucem illam quæ fuit prima die creata, fuisse accides sine subiecto. Cui & Damascenus ad stipulatur. Hæc autem recensita sunt, non qd vera existimẽtur, sed vt monstretur, nõ tam ab hominum opinione distare accidentia sine subiecto existere posse, quàm hæretici clamant. At verò orthodoxis autoribus satis est ostẽdere, hoc rerum naturæ nõ repugnare, cum cõstet infinitam Dei virtutẽ sine vlla dependentia à causis secundis & mundũ creasse, & mortuos pristinae luci restituisse, & Christi corpus in virgineo vtero efformasse. Quòd si arguas Deũ, licet possit supplere vicẽ causæ agẽtis, non tamen formalis aut materialis. Vt enim nequit albũ facere absq; inherente colore: ita neque potest accidentibus subijci. Respondetur, qd licet non possit ipse esse subiectum accidentium, valet tamen ea sine subiecto sustentare, & cõseruare: nam hoc ad genus causæ efficientis reducitur.

Contra Th. Vald.

Primum argumentum.

Hæc autẽ perspicaciũs D. Th. inter arguendũ elucida, cuius primũ argumentum est. In hoc veritatis sacramento nihil inordinatũ aut fallax esse decet: accidentia autẽ sine subiecto existere apparet tũ naturalis ordinis peruersio, tũ & fallacia quædã, cũ accidentia inditent subesse substantiã, quæ tamẽ nõ est superstes. Respondetur, nihil esse absurdum si quod secundũ communem legem naturæ ordinatũ sit, secundũ superiorem ordinem gratiæ alium habeat

habeat contrarium ordinem. Nam etsi secundum ordinem naturæ Aristoteles doceat, à priuatione in habitum impossibile esse regressum, tamē in resurrectione mortuorum, & in illuminatione cæcorū per diuinam virtutem contrarium euenit: sic ergo in accidentium existentia sine subiecto. Quare ibidem non est fallacia, vt articulo supra citato dist. præcedenti, ostensum est. ¶ *Secundò arguitur.* Fieri nec per diuinam potentiam potest, vt definitio rei ab ea separetur, vel alteri alius speciei eadem conueniat, vt quod homo sit animal irrationale: nam cum definitio, vt. 4. Metaphysicę habetur, sit id, quod nomen significat, sequerentur duo contradictoria: sci licet, quod homo esset homo. & non esset homo: definitio autē accidentis est esse in subiecto: definitio verò substantiæ per se subsistere: ergo non potest accidenti conuenire, vt per se subsistat, aliàs esset accidens, & non esset accidens. Est argumentum, quod insolubile arbitrantur hæretici, & ideo penetranda est solutio, quam D. Thomas ex media rerum natura elicit. Esse enim, inquit, non est de intrinseca ratione, & quidditate substantiæ, neque accidentis, aliàs esset genus vtriusque sicut animal est genus hominis & equi, quod est falsum: quia non est generalissimum, sed transcendens. Item quia esse non est de intrinseca ratione, nisi solius Dei, qui cū esse aliunde non recipiat, per suam substantiam existit: substantiæ verò creatæ & accidentia receperunt esse per creationem, & quotidie per generationem: quare esse non est eorum definitionibus intrinsecum. Sed esse per se est modus & actus conueniens quidditati substantiæ, & esse in alio modus & actus conueniens naturæ accidentis. In sacramento verò non datur accidentibus, vt per suam naturam subsistant, sed per virtutem diuinam illa sustentantē tribuitur illis alius modus essendi, quā habent ex sua natura. Quare nec definiūt esse accidentia, nec eis sua definitio aufertur, quæ est per suam naturam esse in alio. Neque eis tribuitur definitio substantiæ, quæ est ex sua natura per se subsistere. Et contra hæreticos subiungamus nos aliud exemplum. Quemadmodum licet natura substantiæ sit per se subsistere, nihilominus humanitas Christi sustentatur in alieno supposito: nempe, in diuino: sic vice versa & accidēs virtute diuina potest per se subsistere. ¶ *Tertiò.* Accidens indiuiduatur per receptionem in subiecto: si er

secundū argumentum.

Nota solutio nom.

Tertium argumentum.

go accidentia manent sine subiecto, nō sunt indiuidua, sed vniuersalia, & tunc nō essent sensibilia, vt apparent, sed tantum intelligibilia, vt Plato fingeat ideas rerum. Respondetur, illa accidentia fuisse indiuiduata per receptionem in panem, sed post cōsecrationē manent virtute diuina in eodem esse indiuiduato, quod prius habebant. ¶ *Quartum argumentum est metaphysicum,* ob idque subobscurum. Ad cuius intellectum notandum, quod omne suppositum creatū dicitur componi ex eo, quod est, & eo, quo est, vt homo est humanitate homo, & albedine albus, & angelus sua etiam natura angelus, licet natura & suppositum non distinguantur, vt duæ res. Accidens verò, quia non per se subsistit, non habet illam compositionem, sed est forma, qua subiectum est tale. Arguit ergo. Accidentia dum erant in pane non erāt hoc pacto composita: quia non erant id, quod est: ergo neque post cōsecrationē habent illam compositionem, & cū nullam nouam acquirant, sunt magis simplicia, quā angelus. Respondetur, quod quia dum erant in pane, non erant per se, sed dabant esse accidentale subiecto, post cōsecrationē verò per se subsistunt virtute diuina, sit vt per cōsecrationem acquirant quodāmodo illud esse, vt ad modum substantiæ sint ea, quæ sunt, atque adeo similē metaphysicam compositionem illi, quæ est in angelis.

Quartum argumentum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum in hoc sacramento quantitas dimensiuā panis & vini sit aliorum accidentiū subiectum.



In præcedenti articulo solū conclusum est manere accidentia sine subiecto, quod est substantia. Et ideo subsequenter queritur, vtrum quantitas sit aliorum subiectum. Ad quod hac respondeatur affirmatiua conclusione. Necessē est dicere accidentia alia, quæ remanent in hoc sacramento, esse sicut in subiecto in quantitate dimensiuā panis, vel vini remanente. Probat̃ur tripliciter. Primò ad sensum per experientiam. Apparet enim aliquid quantū, durum, & solidum illic manere coloratū & lapidum, aliisq; accidentibus affectū, circa quæ sensus non fallitur. Secūdo, & ratio naturalis à priori id ostendit. Est enim quantitas prima mater

Conclusio.

teriæ disposito. Vnde Plato, vt. i. Phy. refert Aristoteles, primas differētias materię posuit magnum & parū. Quocirca cum primum subiectum rei sit materia, cui inest substantialis forma, sit vt primum accidēs, quod inest toti composito, sit quātitas, ac perinde se habeat tanquam subiectum quo mediante cætera accidentia insunt composito. Qua vtiq; ratione, vt. 4. Metaphysicę refertur, quidā posuerunt dimensiones esse substantias rerum. ex quo fit, vt in sacramento, sublato subiecto substantiali, quātitas sit superflua fundamentum aliorum accidentiū. Tertiò id longius, sed nō minus efficaciter probatur. Est enim notandum, vt supra diximus, accidens per receptionem in subiecto indiuiduari, & ideo quicquid habet rationē subiecti, est quodam modo principium indiuiduationis, & è conuerso. Est autem de ratione indiuidui, vt non possit esse in pluribus. Quod cōtingit dupliciter. Vno modo, quia non est natum esse in aliquo. Et hoc modo formæ immateriales, vt angeli, quæ per se subsistūt sunt p se indiuiduæ. Quæ quidē non faciūt ad propositum. Altero modo, quia est forma receptibilis in aliquo, sed non in pluribus, quales sunt oēs formæ, quæ recipiuntur in subiecto. Et quantum ad primam cōditionem, materia prima est primum principium indiuiduationis, nam cum formæ de se habeant esse in alio: materia verò sit primum subiectum, quod nō est in alio, eo quod forma substantialis recipitur in materia indiuiduatur tam ipsa quā suppositum, ac subsinde accidentia eo q recipiuntur in hoc supposito. Sed quātum ad secundam conditionem, quod est esse in vno solo supposito & nō in pluribus, quātitas dimensiuā est indiuiduationis principium. Ex hoc enim aliquid est natū esse in vno solo, quod est in se indiuisum ab omnibus alijs: diuisio autē, vt habetur. i. Physicę. accidit rei ratione quātitatis: quare quātitas dimensiuā, quia positionē habet in cōtinuo, est causa, vt forma corporeā habeat partes extensas in diuersis partib; subiecti. Vñ p diuisionē cōtinui partes eius fiunt actu indiuidua. Itaq; si quæras de alijs formis, quare sunt indiuiduæ, respondeatur, quia inter se diuisæ: diuisiō vero ratione quātitatis. Sed si per imaginationē cōsideres duas lineas quantitatis, per se ipsas sunt diuisæ. Atq; hac ratione duplex est principium indiuiduationis: scilicet, materiale, quod est prima materia quantum ad hoc, quod est re

ceptionis subiectū, & quodāmodo formale, quod est quantitas, quantum ad id, quod est esse indiuisū à se, & diuisum à quolibet alio. Est igitur argumentum. Quocirca ratione aliquid est principium indiuiduationis accidentiū, est eorum subiectum: quantitas est tale principium: ergo est & quodāmodo subiectum.

Expositio articuli.

¶ *Primā* controuersiam creat hīc nobis Okā, & eius assecle nominales negantes quātitatē distinguī à re quanta. Aiunt quippe isti, quot quot sūt res in aliquo supposito tot esse quātitates: vt materiam esse suam quantitatem, & formam & quocunq; accidēs esse suam. Quorum potissimum argumentum est, frustra absq; necessitate entitates multiplicari, nullamq; necessitatem existere distinguēdi quātitatē ab alijs rebus. Sententia verò, & Aristotelis, atq; omnium philosophorū, semper indubitata fuit, quantitatem vnum esse per se prædicamentum, hoc est vnum accidētis genus à reliquis distinctum, virtute cuius tam substantia quā reliqua accidentia locū cōplent. ¶ *Disputauimus de hoc in prædicamentis.* Sed quia potissima argumenta ex hoc sacramento ducuntur, necessum est vnum aut alterum verbum de hoc dicere. In primis Aristoteles. i. Physicę. contra Parmenidem tanquam philosophiæ axioma adfert, quod si substantia & quātū sunt, duo sunt. Est enim ridiculum commentum dicere, q si substantia quanta est duas habet partes: sic enim potuisset dicere, infinita sunt. Cū ergo ait duo intelligit quantitatem perinde at que qualitatem à substantia distinguī. Et. 4. Physicę. arguendo contra illos, qui aiebant, vnum esse locum repletum dimensionibus sine substantia, supponit, quod si locus esset plenus colorib; separatis, nihil obstaret quominus possent corpora illic simul existere. Vbi planē docet, neq; colores neq; alia accidentia esse p se quāta, neq; occupare locū, sed solam esse quantitatem, ratione cuius & substantia & accidentia eundem replent locū. ¶ *Secundò* arguitur. Substantia per se secundum suam definitionem non magis includit intrinsecè occupare & replere locum, quā esse calidam, aut albam, &c. ergo sicut qualitas est accidens faciens calidum & album: ita est aliud accidens, quod est quantitas, ratione cuius occupat locū. Et per hoc ad eorū argumentum respondeatur, qui arguūt sine necessitate affirmari quantitatem distinctā. Est enim

enim tanta necessitas, quanta est qualitatis. Quod inde etiam confirmatur, quod habet suum proprium motum: nam sicut terminus generationis est substantia, & alterationis qualitas, ita & terminus augmentationis est quantitas. Accedit & pulcherrima hic ratio S. Thomæ, quod qualitates non sunt per se diuisibiles, sed ratione subiecti: cum ergo in sacramento frangatur, fit ut diuidatur ad diuisionem quantitatis, quæ earum est sustentaculum. **Tertio.** Quantitas (ut omnibus in cõfesso est) sic locum occupat, ut duæ quantitates penetrare se in eodem loco non valeant naturaliter: si autem in lacte materia & forma & albedo & dulcedo quatuor sunt quantitates, non possent esse in eodem loco. Quod si respondeant, ob id quod faciunt unum posse esse in eodem loco, tunc sequeretur, quod si Deus illam earum coniunctionem dissolueret non possent manere in eodem loco, quod esse falsum inde patet, quod non maiori loco indiget abinuicem separatæ, quam coniunctæ. Et est in speciebus cõsecratis patentissimum argumentum. Illic namque cum nec sint in substantia, nec ut ipsi dicunt, in quantitate, nulla inter se colligatione uniretur. Quare cum quodlibet accidens sit illic sua quantitas non possit simul esse in eodem loco. **Postremo** denique arguitur. Dicere quod accidentia in sacramento sint abinuicem seiuncta, est experimentum negare: sensu enim percipitur eodem esse pacto, quo erant in pane: si autem non insint quantitati, consequens palam sit, ut nullo inter se ligamine connectantur: quoniam non magis calor est in sapore, quam sapor in figura, aut figura in colore. Ex quo subinde fieret consequens ut ad motum albedinis non sequeretur motus saporis, neque ad motum saporis motus figuræ, quod est concessu absurdissimum. **Atque** hoc argumento falsa ostenditur aliorum opinio, quod arbitratur, quod licet quantitas sit accidens à qualitatis distinctum, nihilominus in sacramento non est aliorum subiectum, sed quodcumque per se subsistit: sic enim Marsilius in. 4. q. 9. arti. 2. & Majoris dist. 12. q. 3. opinatur. Ad quam quidem opinionem consequitur omnia existere absque villo subiecto. Et rationes eorum sunt. Prima, Quando erant in pane, non subieciabantur in quantitate, sed in substantia: ergo nec facta cõsecratione. Et probant antecedens, quoniam cum substantia, ut ait in prædicamentis Aristoteles, sit accidens subiectum, non restat mo-

per quod naturaliter existit. Neque verò, inquit, est quæstio de nomine: imò inter has opiniones quatuor dignoscuntur differentia. Prima, quod secundum aliam opinionem omnia alia accidentia, sicut & ipsa quantitas, sustentantur per miraculum: nam quod qualitates, sustententur in quantitate, quæ per se non est nisi subiectum quo, miraculum est, ut argumentum modo ostendebat: si autem quantitas acquirat nouum esse, non est nouum miraculum. Item nec quantitas secundum Caietanum sustentabitur per nouum miraculum. Deinde & quantum ad agere, aget per modum substantiæ. Et pariter quantum ad pati eodem modo recipiet, quod secundum aliam opinionem non fit, sed omnia sunt miracula. Et hanc censet esse opinionem S. Thomæ, & suauem modum sustinendi sacramenti accidentia. **At** profecto hæc, neque est opinio S. Thomæ, sed Henrici Gadenfis, quem Scotus impugnat, neque est bene intelligibilis, neque satis credibilis. Enimvero istud esse existentia nunquam intellexi esse aliquam entitatem distinctam à subiecto, tanquam aliam rem, sed est modus & actus substantiæ. Quare dum quantitas perdere dicitur esse quo, & acquirere esse quod, nihil noui acquirit, neque amittit, sed hoc tantum per miraculum fit, ut non insit, sed per se stet. **Quo** fit, ut eadem interueniant miracula in sustentatione accidentium secundum Caietanum, quæ secundum aliam opinionem. Imò esset maximum omnium miraculum: quinetiam naturæ repugnans, quod Deus tribueret quantitati esse existentia, per quod naturaliter subsisteret. **Quod**, ut docuit S. Tho. articulo præcedenti in solutione ad secundum, esset prorsum facere, ut esset accidens & non esset accidens. Vide quam longè D. Tho. ab hac opinione sit alienus. **Respondeo** detur ergo ad Caieta. Primum, quod quantitas esse subiectum quo accidentia insunt substantiæ, sufficit, ut dum quantitas per se subsistit, illo solo supposito miraculo, ipsa, tanquam virtus substantiæ, sustentet alia accidentia. **Quemadmodum** calor separatus ab igne, tanquam eius virtus naturaliter calefaceret: & intellectus, quo mediante habitus insunt anime, separatus ab anima eosdem conseruaret habitus. Secundò respondetur, quod etiam si alia accidentia miraculose sustententur, suauis sic sustentantur, quam tribuendo quantitati esse existentia, quod est proprium substantiæ. **Quod** autem Caietanus pro se allegat ex

Elucidatio.

Bonum argumentum.

Caietanus.

Scotus.

per

per quod naturaliter existit. Neque verò, inquit, est quæstio de nomine: imò inter has opiniones quatuor dignoscuntur differentia. Prima, quod secundum aliam opinionem omnia alia accidentia, sicut & ipsa quantitas, sustentantur per miraculum: nam quod qualitates, sustententur in quantitate, quæ per se non est nisi subiectum quo, miraculum est, ut argumentum modo ostendebat: si autem quantitas acquirat nouum esse, non est nouum miraculum. Item nec quantitas secundum Caietanum sustentabitur per nouum miraculum. Deinde & quantum ad agere, aget per modum substantiæ. Et pariter quantum ad pati eodem modo recipiet, quod secundum aliam opinionem non fit, sed omnia sunt miracula. Et hanc censet esse opinionem S. Thomæ, & suauem modum sustinendi sacramenti accidentia. **At** profecto hæc, neque est opinio S. Thomæ, sed Henrici Gadenfis, quem Scotus impugnat, neque est bene intelligibilis, neque satis credibilis. Enimvero istud esse existentia nunquam intellexi esse aliquam entitatem distinctam à subiecto, tanquam aliam rem, sed est modus & actus substantiæ. Quare dum quantitas perdere dicitur esse quo, & acquirere esse quod, nihil noui acquirit, neque amittit, sed hoc tantum per miraculum fit, ut non insit, sed per se stet. **Quo** fit, ut eadem interueniant miracula in sustentatione accidentium secundum Caietanum, quæ secundum aliam opinionem. Imò esset maximum omnium miraculum: quinetiam naturæ repugnans, quod Deus tribueret quantitati esse existentia, per quod naturaliter subsisteret. **Quod**, ut docuit S. Tho. articulo præcedenti in solutione ad secundum, esset prorsum facere, ut esset accidens & non esset accidens. Vide quam longè D. Tho. ab hac opinione sit alienus. **Respondeo** detur ergo ad Caieta. Primum, quod quantitas esse subiectum quo accidentia insunt substantiæ, sufficit, ut dum quantitas per se subsistit, illo solo supposito miraculo, ipsa, tanquam virtus substantiæ, sustentet alia accidentia. **Quemadmodum** calor separatus ab igne, tanquam eius virtus naturaliter calefaceret: & intellectus, quo mediante habitus insunt anime, separatus ab anima eosdem conseruaret habitus. Secundò respondetur, quod etiam si alia accidentia miraculose sustententur, suauis sic sustentantur, quam tribuendo quantitati esse existentia, quod est proprium substantiæ. **Quod** autem Caietanus pro se allegat ex

Reprobatio.

Contrariorū solutio.

solutione quarti præcedentis articuli: videlicet, quantitatem componi ex esse & quod est, non sic intelligit D. Thomas, ut nouum esse acquirat, sed hoc tantum quod per miraculum sustentatur ad modum substantiæ. **Hinc** ergo alia emergit dubitatio, vtrum pari modo posset Deus alia accidentia in sacramento sine quantitate sustentare, ut sustentat quantitatem sine substantia. Aegidius siquidem, quem Scotus dist. 12. q. 2. oppugnat, arbitratur neque per absolutam Dei potentiam esse possibile. **Quam** opinionem omnes Thomista putant esse S. Thomæ hic, & in quodlibeto. 7. articulo. Nihilominus absque dubio id Deus potest facere, neque S. Tho. id negasset. Imò planè loco citato concedit. Et. 4. libro contra gentiles cap. 65. Etenim tantum quantitas à substantia dependet in indiuiduari & seruari, quantum reliqua accidentia à quantitate. Si ergo Deus quantitatem seruat sine substantia, cur non poterit & reliqua sine quantitate custodire? **Vnde** sicut articulo præcedenti in solutione ad tertium dixit S. Thom. quod licet quantitas indiuiduetur per receptionem in substantia, nihilominus in sacramento conseruatur in eodem esse indiuiduato, quod prius habebat: ita licet alia accidentia quodammodo indiuiduentur per quantitatem, possunt tamen sine ipsa in eodem esse conseruari.

Primum argumentum S. Thomæ est. Subiectum accidentis non est accidens, cum subiectum sit materie proprium: quantitas verò est accidens: ergo non est aliorum subiectum. **Respondetur**, quod licet dum est in subiecto non sit subiectum, nisi quo, ut superficies est subiectum coloris: nihilominus quando ei datur diuinitus, ut per se sit, subinde tribuitur, ut aliorum subiectum existat. **Hoc** etiam verbum putat Caietanus sibi patrocinari, quasi detur quantitati nouum esse. Sed tamè S. Thomas non censet, nisi quod supranaturaliter sustentatur ad modum substantiæ. **Secundò** arguitur. Sicut quantitas indiuiduatur ex substantia, ita reliqua accidentia: si ergo quantitas conseruatur in sacramento in illo esse priori, pariter & reliqua accidentia, atque adeò non insunt quantitati. **Respondetur**, discrimen esse quod reliqua accidentia indiuiduantur ex substantia mediante quantitate, & hac ratione insunt post modum ei. **Tertio.** Accidentia sacramentalia deprehenduntur esse rara & densa: istæ autem affectiones non possunt esse

Aliadubitatio.

Aegidius.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Hh in

in quantitate sine materia: nam, vt quarto Physic. ait Aristot. rarum est, quod sub magna quantitate parum habet materiae, & densum, quod sub parua, habet multum. Respondeatur. Cum rarum & densum sint accidentia, quae consequuntur materiae, fit vt, sicut sublata substantia manent in quantitate reliqua accidentia, quae consequuntur formam: ita sublata materia conseruatur raritas & densitas.

Quartum argumentum.

¶ Quartum. Quantitas separata non censetur sensibilis, sed intelligibilis, vt idea Platonis: ergo non potest esse subiectum accidentium sensibilium. Respondetur, quod quantitas mathematica non abstrahit a materia intelligibili: siquidem geometria tractat de materia quatenus intellectu percipitur, sed a materia sensibili: quia scientia non considerat de hac vel illa figura, sed de figura in genere. Quantitas vero in sacramento non abstrahitur a materia sensibili: quia est indiuiduata, & ideo est subiectum accidentium.

ARTICVLVS. III.

Vtrum species sacramentales possint immutari aliquod extrinsecum.



OSTquam species sacramenti per se subsistit, quaeritur vtrum agant. Et respondet S. Thom. affirmatiue: scilicet, quod possunt agere extra se. Neque mouetur quaestio eod quod conclusio sit dubia: nam experimeto constat, hostiam in aestate calefacere manum, & species vini guttur, atque in hyeme contrarios habere effectus, sed est dubium vtrum id per miraculum, an per naturam fiat. Et S. Thom. demonstrat, (quod omnium consensus est) species ipsas natura sua id facere. Nam cum vnumquodque in quantum est actu agat, consequens est, vt res quatenus se habet ad esse, se habeat ad agere. Vnde cum speciebus detur diuinitus per se subsistere, hoc est, vt supernaturaliter conseruentur, consequitur vt in sua etiam virtute permaneant. Quapropter quicquid agere poterant substantia panis & vini existente, possunt ipsis substantiis absentibus, ita vt non sint duo miracula per se subsistere & agere, sed supposito priori ex natura rei consequitur alterum.

Primum argumentum.

¶ Nihil hic prorsus praeter ea, quae dicta sunt dicendum superest, sed ne seriem S. Thom. interruptam, primum eius argumentum est.

Formae quae recipiuntur in materia sunt, a formis, quae existunt in materia: eo quod vt habetur. 7. Physic. Simile agit sibi simile: species autem sacramentales sunt sine materia: ergo non possunt immutare materiae exteriorum. Respondetur autem, quod licet sint sine materia, retinent tamen esse & eandem virtutem quam habebant in materia. ¶ Et pariter respondetur ad secundum quo arguitur. Cessante actione principalis agentis, cessat & actio instrumenti, veluti quiescente fabro, non mouetur malleus: accidentia vero sunt instrumenta, quae agunt in virtute substantiae: cum ergo in sacramento non maneat substantia, apparet nec accidentia illic agere posse. Respondetur, inquam, non magis dependere actionem formae accidentalis a substantia, quam esse eius ab esse illius. Quare quacumque virtute conseruetur accidens sine substantia, aget subinde sine illa: quia est virtus eius. ¶ Plusculum vero

Secundum argumentum.

difficultatis latet in tertio argumento. Nihil enim agit ultra suam speciem: quia effectus esse nequit praestantior quam causa: species autem sacramentales sunt accidentia: ergo non possunt producere substantialem formam. Et est singulare argumentum de speciebus consecrati vini, quae mutaret gutta aquae sibi appositam in vinum, sicuti mutatur dum infunditur vino in calice. Et de speciebus hostiae, quae sua humiditate aut alia sua mala qualitate linteola quibus in pixide inuoluitur, corrumpere.

Tertium argumentum.

¶ Scotus in. 4. d. 12. q. 3. omnino negat quod possit accidens substantiam producere, nec quando est in suo subiecto, nec si sit separatum. Calor enim, inquit, ignis solum disponit lignum, sed forma substantialis est, quae postea introducit formam ignis. At vero S. Thom. contrarium hic respondet dicens, quod cum immutatio, quae tendit in formam substantialem non fiat a forma substantiali immediate, sed mediantibus qualitatibus, quae agunt in eius virtute & virtus illa instrumentaliter conseruetur diuino munere in speciebus sacramenti, fit vt eadem species possint agere usque ad productionem formae substantialis. Neque vlla prohibet ratio quominus aliquid agat ultra suam speciem (quod est argumentum Scoti) quamdo non agit propria virtute, sed in virtute substantiae absentis. Atqui simile est in virtute seminis, quae mortuo animali seminante, quasi eius virtus pertingit ad productionem similis animantis. Et corroboratur deinde haec veritas. Ignis non producit ignem nisi

Scotus.

nisi per calorem expellendo contrarium frigus, intendendoque ipsum calorem usque ad summum, verbi gratia, usque ad octo: sed illa est vltima dispositio, quam naturaliter consequitur introductio formae substantialis: ergo non aliter ignis introducit illam quam introducendo proprium calorem. Atqui quod argumentum patentius fiat, conseruet Deus calorem vt octo separatum ab igni, ille tanquam virtus ignis expellet totum frigus & humidum, quibus conseruatur forma aquae: ergo corrumpet eandem formam. Et cum corruptio vnius, sit generatio alterius, generabit subinde ignem. Neque locum habet appellatio ad constellationes caelestes, quasi ille producat talē substantiam: nam superna illae constellationes non agunt nisi mediantibus causis secundis. Sed instat Scotus percontans, quoniam fit illa virtus in calore, quae id faciat? Cui respondetur, nihil aliud quam ipsum calorem. ¶ Duradus vero dist. 12. q. 2. concedit species sacramentales posse corrumpere formam substantialem in materia sibi applicata, sed tamen non posse formam nouam inducere: sed Deus tunc, inquit, ad sustentandum meritum fidei illam producet. At vero profecto cum naturaliter nihil nisi per generationem alterius corrumpatur, eadem virtus, quae vnum corrumpit, alterum generat: alioqui corrumpendo formam, nihil hilaret, quando quidem finis actionis esset nihil, cum tamen natura corruptionem per se non intendat, sed generationem.

Duradus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum species sacramentales possint corrumpi.



OST actionem specierum subsequitur quaestio de earum corruptione: non quod dubia sit: experientia enim comperitur species illas corrumpi, & comestitas digeri, sed vt declaretur quomodo hoc sit naturale. Respondetur ergo duabus conclusionibus. ¶ Prima. Sicut istae species poterant pane & vino existentibus corrumpi: ita & dum sine illis existunt. Et ratio est illa iam explicata: quoniam seruant idem esse, quod habebant in pane. Ad maiorem autem explanationem subdit D. Tho. bifariam potuisse corrumpi in pane & vino: scilicet, & per se & per accidens. Per se quidem, aut per alterationem diuersarum qualitatum, aut per augmentum,

Prima conclusio.

aut per diminutionem. Non quidem per augmentum aut decrementum proprie dictum, quod est proprium animalium, sed per additionem vel diuisionem: nam vt habetur. 3. metaphy. per diuisionem vna dimensio corrumpitur & fiunt duae. Et per hunc modum possunt corrumpi huiusmodi accidentia: quia tam species hostiae quam calicis possent usque adeo diuidi, vt in minoribus partibus non possent conseruari. Et speciebus vini potest infundi aliud vinum vel alius liquor, vt art. 8. constabit. Rursus cum quantitas illic habeat vicem subiecti potest recipere peregrinas alterationes, vt expulso calore inferatur frigus manentibus semper speciebus, quae possent conseruare panem. Secundo modo poterant corrumpi per accidens ad corruptionem subiecti: scilicet, panis & vini. Atqui cum eo, quod accidentia manent in quantitate tanquam in subiecto: fit vt ad corruptionem illius quantitatis sequatur corruptio ipsarum specierum: vt puta si species mittantur in ignem, aut per putrefactionem vertantur in puluerem aut vermes. ¶ Secunda conclusio. Distinguendum est inter hos duos corruptionis modos.

Secunda conclusio.

Enimvero quoniam corpus & sanguis succedunt panis & vino, si non fiat tanta immutatio accidentium, quin semper conseruetur panis & vinum, propter talem immutationem non definit illic esse corpus & sanguis. Vt dum parum immutatur hostia in calore, aut colore aut sapore, aut si diuidatur in partes, sub quibus potest conseruari forma panis. Si vero fiat tanta immutatio, vt panis & vinum corrumpantur, tunc definit & corpus & sanguis, siue id fiat per tantam alterationem coloris, saporis & reliquarum qualitatum, vt panis non permaneret, siue per diuisionem in tam minutas partes, quae nequissent substantiam panis & vini retinere.

¶ Circa praesentem articulum nihil aliud adnotandum, praeter illa, quae articulo 2. aduersus

Expositio articuli.

negantes quantitatem distinguere quanta, aut accidentia sacramenti in ea non subiecta ri, cum labamur. Enimvero secundum illos dum hostia ignis admouetur, nequaquam calescit: quia calor ille productus cum in quantitate non recipiatur, non producit in hostia atque adeo neque in aliquo subiecto, eod quod albedo & sapor non est magis subiectum caloris, quam calor, subiectum albedinis. Ac perinde consequitur calorem illum creari, sicut si produceretur in vacuo: & cum agens

Hh 2 naturale

naturale creare nequeat, fit secundum eos omnes alterationes, quibus videtur hostia affici, a Deo solo promanent sine causa secunda. Quæ quidem omnia Gabriel distin. 12. quæst. 1. conclusione. 3. serena fronte concedit. Et subsequenter concedere debent, quod hostia in ignem missa non corrumpitur ab igne, sed a Deo ob meritum fidei. At verò si hæc argumenta non conuincunt quantitatem esse in sacramento tanquam subiectum ac ligamen reliquorum accidentium, omnis ratio disputandi in philosophia, & theologia cessat. Putant enim isti satis se fecisse si præuisa absurda, quæ ex sua opinione sequuntur, prius fateantur, quam ab alijs inferantur. Est ergo rei veritas quod supposito miraculo sustentationis quantitatis, illæ species naturaliter & agunt, & patiuntur, & nonnunquam vsq; ad corruptionem sui. At verò circa secundum modum corruptionis, quo ait Sanct. Thom. corrumpi species sicuti corrumpentur ad corruptionem subiecti, arguit Durandus. Quantitas illic non corrumpitur ad corruptionem subiecti, quia nullum habet, neque per actionem contrariorum: quia quantitas, vt ait Aristoteles in prædicamentis, per se non habet contrarium, sed nec per diuisionem, quoniam diuisio quantitatis procedit in infinitum sicut numerus, ob idq; non datur minima quantitas, quin minor possit existere. Et ita concedit quantitatem illam non corrumpi per naturam, nisi per miraculum virtute diuina. Hoc autem est absq; necessitate miracula congeminare, quæ vnico supposito omnia possunt per naturam seruari. Quod elucidare officium Theologi est.

Durand. arg.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Hæc ergo D. Thom. inter arguendum explanat. Arguit quippe primo loco. Corruptio fit per separationem formæ a materia: in sacramento autem in illis speciebus non est talis compositio: ergo nec poterit esse talis separatio, atq; adeo nec corruptio. Respondet quidem egregie quod corruptio per se solum dicit quod auferatur esse rei: & quia forma dat esse materię, corruptio fit per separationem formæ a materia. Quando verò accidentia seruant idem esse, quod habebant in materia, vt fit in sacramento, potest illud esse auferri etiã non existente materia. Et pariter respondetur ad secundum, quod est. Nulla forma corrumpitur nisi per accidens corrupto subiecto: quare formæ per se subsistentes vt angeli & animæ separatae nõ sunt per se corruptibiles:

sed species sacramentales sunt formæ sine subiecto: ergo non possunt corrumpi. Respondetur ad minorem, quod licet sint sine subiecto habent tamen idem esse, quod habebant in illo, & ideo corrumpuntur. Ecce ergo soluta argumenta Durandi. Respondetur enim, quod licet non corrumpantur ad corruptionem subiecti, corrumpuntur tamen ad modum, quo si essent in subiecto, ob id quod idem esse seruant. Vnde licet quantitas per se non habeat contrarium, tamen per illa contraria, quibus corrumpuntur qualitates conseruatrices panis & vini, perinde naturaliter corrumpitur quantitas, ac si corrumpetur panis, ad cuius corruptionem corrumpetur quantitas. Et idem dicendum de diuisione: nam licet quantitas per se non terminetur ad minima, tamen cum diuisio fit in tam paruas partes, quæ nõ possent conseruare panem (vt si hostia commoleretur, aut species vini guttatim exhalaretur) quia quantitas idem esse habet, quod habebat in pane, naturaliter corrumpitur ac si corrumpetur panis. Id quod in solutione tertij statim declaratur. Arguitur enim. Aut illæ species naturaliter corrumpuntur, aut miraculose: non naturaliter, quia nullum est ibi subiectum, quod maneat sub vtraque transmutatione: nec miraculose, quia miracula, quæ contingunt in hoc sacramento fiunt virtute consecrationis: quæ cum sit causa conseruationis earum, nõ erit causa corruptionis: nulla enim est causa duorum contrariorum. Respondet corruptionem illam nõ esse miraculosam, sed naturalem. Supponit tamen miraculum, quod fit per consecrationem. Videlicet, quod ille species retineant idem esse, quod habebant in materia. Sicuti cæcus, inquit, miraculose illum inatus naturaliter videt.

Ad argum. Durand.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS. V.

Vtrum ex speciebus consecratis aliquid possit generari.



I species consecrate interire possunt, vt dictum est, inuestigandum restat, vtrum ex eis possit aliquid generari. Et rei difficultas independet, quod dum ex speciebus vbi gratia, generatur vermes, nulla est illi materia, quæ nouæ formæ subdatur. Tria ergo agit S. Th. Primò constituit conclusionem affirmatiuam. Necessè est, quod ex speciebus sacramentalibus aliquid generetur dum corrumpuntur,

Prima conclusio.

cum

cum corruptio nõ fiat nisi per generationem, alioqui esset annihilatio. Præterquam quod sensibus patet, ex hostia combusta generari cineres, & ex confusa pulueres, & ex putrefacta vermes, & ex speciebus vini acetum. Secundò, refutat tres modos, quibus solet eadem conclusio defendi. Et tertio, adhibet secundam conclusionem, qua modus legitimus declaratur. Ait ergo, quod si substantia panis & vini maneret simul cum corpore & sanguine, facile esset rem explicare: qua de causa hæretici supra impugnati assererent illic prædictas substantias persistere. Sed quia illud hæreticum est, difficilis fit explicatio. Dixerunt ergo quidam huiusmodi generationes non fieri ex speciebus consecratis, sed ex aere circumstante. Hoc autem quatuor argumentis recutitur. Primò, quod generatio non fit nisi ex eo, quod prius alteratum corrumpitur: alteratio autem nulla fit in aere, atque adeo nec corruptio. Secundò, quia nec natura aeris talis est, vt possit aut per contusionem verti in pulueres, aut per combustionem in cineres. Tertio, quia tanta hostiarum multitudo posset comburi aut putrefieri, vt tam ingens generatio ex aere, nisi in magnam copiam congesto, fieri non posset: quare tunc tanta condensatio aeris, sensibilis esset. Et quartò, posset eadẽ generatio ex speciebus inclusis in ferro aut argenteo fieri, vbi nullus esset conclusus aer. Secundi ergo dixerunt, reuertuntur tunc substantiam panis & vini, ex quibus illæ pullularent generationes. Et hæc est opinio Innocentij lib. 4. de officio missæ, ca. vndecimo, quam Alexan. 4. p. q. 40. membr. 2. arti. 4. sequitur & Bonauentura. in. 4. distin. 12. art. 2. q. 1. probabilem & securam arbitrat, maxime propter tanti viri auctoritatem. Veruntamen vniuersi alij eam condemnant, vt est videre apud Ricardum ead. distin. q. 2. articu. 2. & apud Scotum. q. vltima. Quare D. Thom. duplici medio illam explodit. Primo quidem, quod cum illæ substantiæ fuerint conuersæ in corpus & sanguinem Christi, non possunt redire, nisi vice versa corpus & sanguis in easdem substantias iterum conuerterentur. Sicut ignis versus in aquam non reuertitur, nisi aqua iterum conuersa in ipsũ. Quod si illæ substantiæ fuerint annihilatae, vt quidam volunt, multò minus redire possunt: nam quod in nihilum decidit, idem nullo modo redire non potest, nisi forsitan dicatur, quod Deus per miraculum alias substantias lo-

Conclusio secundam.

co illarum creat, & hoc est, quod ait Innocentius. Sed profectò est miraculum magnum sine necessitate inducere, inò repugnante conuersionis natura. Ad cuius maiorem explicationem arguitur secundò. Aut illæ substantiæ redeunt manentibus speciebus panis & vini: & hoc non, quia quandiu illæ manent latet illic corpus & sanguis, quæ secum, vt dictum est, non admittunt panem & vinum: aut redeunt in primo instanti corruptionis specierum, & hoc est minus possibile: nam cum illud sit primum non esse specierum: quia est primum esse substantiæ genitæ, fit vt panis & vinum redirent sine suis proprijs accidentibus. Et certè argumentum consideratè per pensum conuincit reditum illum substantiarum non solum nihil ad rem pertinere, inò ei repugnare. Quare tertia opinio eademque cõmunis est, quod in illo instanti creatur nõ quidem substantia panis ac vini, sed materia, in quam inducitur forma vermum, etiam per primum sui esse, quia illud est primum non esse specierum panis & vini. Atq; hanc opinionem merito ait. D. Thom. posse sustineri. Non quod illa fuerit materia panis, sed quod sit tunc loco illius creata. Nihilominus nõ obstante, quod opinio hæc, communis sit et probabilis. D. Thomas quartum introducit modum, secundam subijciens conclusionem: Generatio illa nec fit ex aere, qui circumstat, nec ex pane, qui reuertitur, nec ex materia, quæ creatur, sed ex quantitate, quæ illic habet, vt fit primum subiectum subsequentiũ formarum. Ait quippe, in ipsa consecratione tribui quantitati panis & vini nõ solum per se subsistere, verum etiam vt sit primum subiectum reliquarum formarum, non tantum accidentalium quandiu durat sacramento, sed etiã substantialium, dum accidentia corrumpuntur. Ita que potest, inquit, illa quantitas omne illud, quod ad materiam pertinet. Et ideo quicquid posset generari ex materia panis si adesset, totum potest generari ex prædicta quantitate. Ratio D. Thomæ eademque vnica est, quod non censet rationabile aliquod miraculum in sacramento admittere, nisi quod ex ipsa consecratione accidit: ex qua tamen nõ habetur quod materia creetur vel redeat, sed quod quantitas per se subsistat. Quare sine nouo alio miraculo ex ipsa subsequenter fiunt generationes. Dux priores opinioes satis refutate sunt: inter tertiam verò, quæ est cõmunis, & hanc

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

S. Thomae lis restat, quam etiam idem ipse tenet in .4. dist. 12. q. 1. art. 2. Prius autem quam ulterius progrediamur, nota quod S. Thom. non videtur admittere annihilatum idem numero posse iterato creari: tamen si homines, quia animae sunt immortales & materia incorruptibilis, idem sint numero resurrecturi. Quamquam fortasse loquitur de miraculis, quae Deus facere consuevit: secus de potentia Dei omnino absoluta. Per quam & panem ipsum conuersum in corpus Christi posset quoque absque conuersione corporis in ipsum reproducere. **¶** Quo igitur ad eius opinionem reuertamur, duobus modis à quibusdam sustineri solet, qui sunt creditu difficillimi. Aegidius namque theoremate .44. & .45. contendit ex ipsa quantitate permanente in esse accidentis, fungente tamen vice materiae, generari vermes, & pulueres, & cineres, & acetum. Atque haec fuit semper praeursorum Thomistarum opinio. Et profecto ei, qui attentè verba D. Thomae inspexerit, non potest non vehemens in animum suspicio irrepere, quod haec fuerit eius opinio. Ait enim ex ipsa quantitate generari id, quod ex ipsa materia panis generaretur. At verò ingenuè cum omni reuerentia fateor mihi vix posse persuaderi. Quod enim accidens per ullam potentiam formam substantialem suscipiat, creditu durissimum est. Primum quia licet alia accidentia mediante quantitate insint subiecto, forma tamen substantialis est proprius actus materiae, cui prius natura inest, quam toti composito quantitas. Secundò, quia quantitas natura sua minoris entitatis est, quam forma substantialis, cum forma sit pars substantiae, quantitas verò accidens. Tertiò, actus & potentia secundum Aristotelem debent esse eiusdem generis: cum ergo forma sit in genere substantiae tanquam eius pars, materia etiam debet esse in eodem genere. Quartò, ex substantia & accidente sibi inhaerente non fit compositum per se, ut ait Aristoteles: ergo multò minus ex accidente & forma ei inhaerente. Quare illud compositum nec esset ens per se, neque verò substantia, sed res alterius generis. Postremo arguitur. Sequeretur pari ratione ex eadem quantitate absque alia materia: posse generari animal, imò verò hominem, quod esset totam philosophiam ludibrio exponere. **¶** Caietanus ergo hunc modum reputans impossibilem, alterum inducit nihil plus credibilem. Ait siquidem in ipso momento corruptionis specierum quantitatem

Caietanus.

ipsam transire in materiam: ita quod virtute conuersionis quantitas accipit, ut durante sacramento sit vicemateria sustinens accidentia, & in puncto verè corruptionis specierum, sit verè materia. Itaque sicut superius dixerat eandem rem, quae est panis, postea esse corpus, ita ait de quantitate. Et quo absque aenigmate loquatur, addit quod ipsa eadem quantitas, quae dum erat vice materia patiebatur alterationem ignis, deinceps facta verè materia est passum ipsum intrans compositionem geniti. **¶** Veruntamen, quod eadem res, quae nunc est accidens, postea sit materia, re vera nescio quis possit tanquam factibile comprehendere, ut supra de pane & corpore diffusè argumentati sumus. **¶** Igitur tertio modo opinionem interpretemur, ut de conuersione panis in corpus dicebamus. Videlicet, quod dum per actionem ignis quantitas specierum corrumpitur: non annihilatur: quia eius definitio non terminatur in nihilum, sed in generationem ignis: quare ad definitionem eius, quae sit per primum non esse, subsequitur per primum sui esse existentia materiae informata forma ignis. Et hoc est quod ait D. Tho. materiam illam non creari, sicut quantitas non annihilatur. Et in hoc sensu intelligitur quod ex quantitate fit generatio, quia ex illa producitur materia, in quam inducitur forma. Quaequidem opinio (ut reor) vel fuit S. Thomae, vel certè est vera: quam utique Bonauentura cum alia Innocentij probabile censet. Et Ricardus d. 12. q. 2. ar. 2. licet obscuris & perplexis verbis. Atque haec sententia non differt à comuni in positione materiae, sed in hoc, quod nos dicimus materiam non creari, sed subsequi virtute miraculi consecrationis.

Tertiusmodus.

¶ Quod si arguas. Agens naturale non potest materiam producere, ut Arist. 1. Phys. & ubique clamat: ergo producitur à solo Deo, atque adeò creatur. Ad hoc vno modo quispiam posset respondere, quod licet producatur à solo Deo: quae tamen producitur per definitionem quantitatis non creatur. Solutio tamen haec non est solida: quoniam cum quantitas corrumpatur per actionem agentis naturalis, non potest dici quod Deus se solo per corruptionem quantitatis producat materiam, sicut per consecrationem conuertit panem in corpus. Quod autem Deus speciali concursu vtatur actione ignis ad productionem materiae non est vero simile. Et ideo dicendum, quod agens naturale non simpliciter naturaliter, sed tamen supposito miraculo quod quantitas per se subsistat, corrupendo eam producit materiam: cuius proinde nec est creatio, nec generatio,

nec

sed (si loqui sic licet) congeneratio: quia com producitur ad generationem illius, quod ex speciebus gignitur, atque adeò eius productio non est nouum miraculum praeter illud subsistentiae quantitatis. **¶** Attamen his sic constitutis existit nihilominus argumentum tam contra nostram opinionem quam contra communem. Agens naturale non inducit formam substantialem nisi in materiam prius dispositam: dispositiones autem praecedunt in quantitate: ergo cum in primo non esse specierum incipiat esse materia & si simul forma in ipsa, sit ut illa forma non inducatur ab agente naturali, sed à solo Deo: quam doquidem in instanti non disponitur naturali ter materia. **¶** Scotus dist. 12. q. vltima tenet non solum materiam à solo Deo creari, verum & formam geniti: quia arbitratur accidens ad talem generationem non posse pertinere. Quare contra ipsum non militat argumentum. Atque illi qui tenent dispositiones recipi non in toto composito, sed in materia, id quoque dicere coguntur: quia agens naturale non potest in instanti materiam disponere. At verò secundum Aristotelem, & veritatem, quam D. Tho. sequitur, facillima est solutio. Dum enim stupa ad generationem ignis disponitur, calor in tota stupa recipitur, atque adeò ille idem non manet in igne genito, aliam transiret de subiecto in subiectum, sed perit cum ipsa stupa: virtute cuius forma ignis secum adfert suas dispositiones dum introducitur. Pari ergo modo virtute dispositionum, quae praecedunt in quantitate, inducitur forma in succedente materia cum similibus quantitatibus.

Argument.

Scotus.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

¶ Ad hanc ergo doctrinam adaptandae sunt solutiones argumentorum D. Thomae. Arguit enim primo loco. Nihil nisi ex materia generatur, quamuis ex nihilo aliquid creetur: speciebus autem sacramentalibus nulla subest materia: ergo ex illis nihil generatur. Respondetur ad minorem, quod quantitas quae subest speciebus, vicem gerit materiae, ad modum compositum. **¶** Et similiter respondetur ad secundum quando arguitur. Quae non sunt vnius generis non possunt ex se inuicem fieri: siquidem ex linea non fit albedo. Respondetur ad minorem, quod licet species sint accidentia, habent tamen vim substantiae quatenus quantitas sustinet illas sicut panis. **¶** Tertium argumentum est. Si ex illis speciebus generaretur aliqua substantia, generaretur cum suis accidentibus, potissimum cum quantitate: atque adeò ex sacramentali quantitate generaretur

substantia & accidens: scilicet, duo ex vno. Respondet D. Tho. concedendo totum: nam cum quantitas & naturam propriam accidentis retineat, & per miraculum vim ac proprietatem substantiae accipiat, non est mirandum si ex illa & substantia fiat & quantitas modo exposito.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Species sacramentales possint nutrire.



¶ Nutritio ex substantia fiat, non defuerunt qui negaret, species sacramentales posse nutrire. Respondetur autem affirmatiua conclusione. Manifestum est,

Conclusio.

quod species sacramentales nutriunt. Probatur ex illo. 1. Corin. 11. ubi loquens de sacramento ait Paulus. Alius quidem esurit, alius verò ebrius est. Vbi secundum glossam notantur quidam, qui species consecratas panis & vini, quae in totum populum deberent distribui, sibi usurpabant, ita ut inde usque ad ebrietatem reficerentur alios priuantes ne sacramentum susciperent. De cuius loci explicatione dist. 12. inter disputandum de sumentibus sacramentum redibit sermo. Refici autem & inebriari non poterant nisi species nutrirent. Secundò id ipsum ex praecedenti articulo colligitur. Cibum namque, ut est in 2. de anima, ob id nutrit, quod conuertitur in substantiam aliti: dictum est autem species posse conuerti in aliam substantiam: ergo eadem ratione nutriunt. Tertio probatur per repulsam duarum opinionum circa hoc errantium. Aiebant enim quidam non verè nutrire, quasi in corpus conuerterentur humanum, sed per quaedam immutationem sensuum confortare, sicut solo odore cibi & vini solet nonnunquam homo refici & inebriari. At verò talis refectio est quasi momentanea: quare non sufficeret hominem diu sustentare, qui propter continuam deperditionem humidi continenter restauratione indiget. Et tamen posset quispiam per bonam specierum consecratarum quantitatem diu nutrir. Neque verò aliorum opinio admittenda est, dicentium nutritionem fieri propter formas substantiales panis & vini remanentes: nam praeterquam quod error est dicere illas remanere, nutrire non est actus formarum, sed potius materiae quae expulsa forma cibi suscipit formam aliti, iuxta illud Philosophi. 2. de anima. Nutrimentum in principio est dissimile, in fine autem simile.

Hh 4 Vide

¶ Videtur tamē Ambrosius in lib. de sacram. contrarius dicens. Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit: & tamen nisi vadat in corpus, nutrire non potest. Respondetur, quod nomine panis post consecrationem intelligi possunt species, quæ, vt ait Gregor. can. species. de consecra. distin. 2. nomen rerum præcedentium retinent: & hoc modo panis nutrit corp⁹. Sed accipitur quoque pro corpore ipso Christi, qui dicitur panis mysticus de cælo descendens. Et hunc panem ait Ambrosius non corpus, sed animam reficere, & ideo non vadit, id est, non conuertitur in corpus. ¶ Secundò. Ex eisdem, vt habetur. 2. de generatione, nutrimur & sumus: species autem sunt accidentia, homo verò cõstat ex substantijs: ergo ex illis non nutrimur. Quod confirmatur ex illo. 2. de anima. Alimentum nutrit prout est substantia quædam: auget autem prout est quoddam quantum. Respondetur ad argumentum, qd licet species sint accidentia, cõuertuntur tamē in substantiam, ex qua homo nutritur: propterea quod dum sunt accidentia existunt ad modum substantiæ. Et per hoc soluitur confirmatio.

Secundū argumentum.

ARTICVLVS VII.

Utrum species sacramentales frangantur.

DOST nutritionē sequitur de fractione specierū, de qua duo errores præcesserūt: quibus reprobatu statuantur hic tres cõclusiones. Etenim quoniam fractio non fit nisi in substantia, quæ nulla subest sacramentalibus speciebus quidam dixerunt non frangi secundum veritatem, sed tantum secundum apparētiam. Hoc verò inde apparet falsum, quod in hoc veritatis sacramento sensus non decipitur circa ea, quorum iudicium ad ipsum pertinet, inter quæ est fractio, per quam ex vno fiunt multa: vnum nanque & multa sunt sensibilia communia, vtpotè quæ & tactu percipiuntur & visu. Et ideo alij dixerunt, esse quidem veram fractionem, sed quæ non fit in subiecto. Sed & hoc quoque sensui aduersatur. Videmus enim quantum illic diuidi, atque adeò quãtatem, quicquid illa sit, esse fractionis subiectū. ¶ Est ergo prima conclusio. Dicitur non potest quod corpus Christi (aut sanguis) per se frãgatur, tū quod

Prima cõclusio.

est incorruptibile, ac perinde impasibile, tū quod, vt supra definitum est, totū est sub quacunq; particula, atq; adeò manet totum sub quacunq; diuisa. ¶ Secunda cõclusio. Fractio specierum subiectatur in quantitate dimensiu, sicuti & alia accidētia. Proprium enim est quantitatis secundum illam diuisionem fieri. Ex hoc sequitur corollarium, quod sicut species sacramentales sunt signum & sacramentum corporis Christi veri, sic & earū fractio est sacramentum, & representatio quædam Dominicæ passionis: per illam enim designatur eius interfectio, qua mortuus est tam pro vniuersis quàm pro defunctis, quod tres illæ portiones hostiæ significant, vt quæst. postrema totius materiæ monstrabitur. ¶ Hic ergo in virtute clauditur tertia cõclusio. Corp⁹ Christi si per accidens & sacramentaliter diuiditur ad diuisionem specierum: quemadmodū ad motum earū sequitur motus corporis, vt docet S. Tho. in solutione tertij. Non quod corpus in se diuidatur: nam totum est sub qualibet parte, sicut abscissa manu tota anima manet in reliquo corpore, sed quod cum prius sit in vna tantum hostia, & in eius partibus, quæ sunt entia tantum in potentia, facta diuisione est in pluribus hostijs, quæ sunt actu plures. Quæ quidem cõclusio ob id conceditur, quod cum hostia frangitur inter plures sumētes, non est negandum, quin corpus Christi distribuatur inter illos. Caue tamen ne inde inferas ad digestionem specierum sequi digestionem corporis aut per se, aut per accidens: quoniam digeri dicit corruptionem & conuersionem in substantiam aliti, quod corpori neutiquam accidit.

Secunda cõclusio.

Tertia cõclusio.

¶ Primum argumentum S. Thomæ est. Philosophus. 4. Meteororū ait corpora esse frangibilia propter determinatã dispositionē pororum, qui in speciebus non vidētur esse. Itē fractio sequitur sonus: species autem sacramentales non sunt sonabiles: quoniam vt habetur. 2. de anima. Sonabile est corpus durum habens superficiem lenem. Respondetur, quod sicut est in ipsis rarum & densum, ita & pori, qui ad raritatem pertinet, & durities, quæ attinet ad densitatem. ¶ Tertio arguitur. Eiusdem videtur esse manducari & frangi & masticari: sed verū corpus Christi est, quod manducatur secundum illud Ioan. 6. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinē: ergo corpus Christi est quod frãgitur & masticatur. Vnde in confessione Berengarij dicitur

Primum argumentum.

Tertium argumentum.

citur de consecra. distin. 2. Consentio Romanæ ecclesiæ, & corde & ore profiteor panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem verum corpus Christi & sanguinem Christi esse, & in veritate manibus sacerdotū tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: nõ ergo fractio debet sacramentalibus speciebus attribui, sed corpori Christi. In responsione explicatur tertia conclusio supra à nobis posita. Conceditur, inquam, id, quod in specie propria frangitur & masticatur, in eadem proprie manducari: corpus autē Christi nec frangitur nec manducatur in specie propria, sed in specie sacramentali, atq; adeò non manducatur nisi per accidens ad manducationē specierum. Vnde August. super illud Ioan. 6. Caro non prodest quicquam, hoc, inquit, est intelligendum secundum illos, qui carnaliter intelligebant, carnem esse manducandã quomodo in caduere dilaniatur, aut in macello venditur. Quare eo modo intelligenda est cõfessio Berengarij, vt fractio & attritio referatur ad speciem sacramentalem, sub qua per accidens corpus dicitur atteri.

Explicatur tertia conclusio.

August.

ARTICVLVS VIII.

Utrum aliquis liquor possit vino consecrato commisceri.

NTER disputandū de specie rum passione & corruptione, congruens fuit singularis mentio de speciebus sanguinis, quæ per mixtionem alterius liquoris corrumpi etiam possunt. Vnde quinque conclusionibus D. Thom. respondet. ¶ Prima est fundamentalis. Alius liquor vino consecrato permisceri potest, sicut ante consecrationem. Quæ quidem conclusio præterquã quod ad sensum patet, ex superius assertis colligitur. Distum enim est species ex vi consecrationis adipisci modum existendi substantiæ, ac perinde modum agēdi & patiēdi, ac si essent in pane & vino. Atqui potest permisceri vel liquor eiusdem speciei, puta vinum, vel alterius, vt aqua: idemq; in magna vel in parua quantitate. Et quò res perspicacior fiat loquamur de mixtione facta cum vino nõ consecrato, per quam iudicabitur de consecrato. ¶ Sit ergo secunda conclusio. Si liquor alterius speciei in tanta quantitate cum vino mis-

Prima cõclusio.

Liquoris duplex permixtio.

Secunda conclusio.

ceatur, vt diffundi possit per totum vinum, totum fieret permixtum: quare neutrum miscibiliū maneret, sed resultaret tertius liquor alterius speciei. Vt si permisceretur aqua fieret liquor medius, qui nec esset pura aqua, nec purum vinum. ¶ Tertia conclusio. Si ille liquor in magna quantitate permixtus esset eiusdem speciei: nempe, aliud vinum, tunc resultaret vinum eiusdem speciei, sed tamen aliud numero, quod diuersitas accidentium declararet, si rubeum misceretur albo: nam partes permixtæ se inuicem per diuisionem penetrarent, & fieret vnum tertium. ¶ Quarta conclusio. Si verò liquor adiunctus esset tam parua quantitate, vt non posset per totum diffundi, tunc nõ totum, sed aliqua pars esset permixta. Quæ ideo non remaneret eadem numero, sed tamen eiusdem speciei, etiam si liquor admixtus alterius esset speciei: quoniam parua gutta aquæ multo vino infusa in vinum transit, vt primo de generatione habetur. Definitum est autem, corpus & sanguinē tandiu contineri sub speciebus, quandiu eadem numero, quæ consecratæ sunt permanēt. ¶ Ex his ergo colligitur quinta conclusio. Si tanta fiat liquoris cuiuslibet permixtio, vt peringat ad totum vinum consecratum, mixtum illud, erit aliud numero, ac perinde non remanebit sanguis Christi. Si verò fiat tam parua, quod non possit diffundi per totum, sed vsq; ad aliquam partem specierum, desinet esse sanguis Christi sub illa parte viniconsecrati, remanebit tamen sub alia. ¶ Materia hæc nec facilis est, nec parum ad re theologam conducens, & ideo est examinanda. Præiacta ergo tanquam nota prima conclusione, secundam quoque omnes fatentur, inter quos est Durandus distin. 12. quæst. 13. vbi inter quatuor conclusiones hæc ponit primam. Tametsi in probatione non nihil variane videatur. Ait quippe corruptionem miscibilium diuersarum specierum fieri per actionem inuicem contrariorum: cū tamen S. Th. nõ videatur aliam rationem assignare, q̄ mixtionē intersectionemq; & subintrantiam alterius in alterum. At verò nulla est discrepantia, vt Paluda. distin. 12. quæst. 5. & Capreolus distin. 13. quæst. 1. adnotarunt. Vterque enim modus potest concurrere simul, atque alter alterum præuenire. Dum enim illa, quæ commiscetur, grossa pinguiq; sunt, vt si oleum miscatur vino grosso: quia neutrum alteri facile cedit, citius per vicariam actionem & passio

Tertia cõclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Expositio articuli.

Durandus.

& passionem corrumpuntur, quā per diuisionē. Si verò subtilis aqua misceatur subtili vino, diuisionem partium velocior erit quā alteratio. *Argumentū.* Contra hoc autem nonnulli arguunt. Continuum non potest diuidi in omnem suā partē, cum sint infinita: ergo non potest per solam diuisionē fieri corruptio. Negatur consequentia: nam cum vnumquodq; ens physicum determinet sibi suam quantitatem, cum diuisionem venerit ad minimas, si ulterius procedat, corruptionem faciet. Cum autem aqua misceatur vino, illo modo vtrumque alterum interfecit. Neque satisfacit solutio dicentium particulas vini reuniri particulis aquae: nam cum specie differant, non magis reuuantur in suis proprijs speciebus, vnica alijs, quā si essent seorsum posita, sed fit vnū tertium. Tamen si negandum non sit quominus alteratio contra se inuicē particularū permultum adiuuet, vt citius corrumpantur. *Aliud argumentum.* Aduersus hūc autem corruptionis modū obiicitur argumentum, quod Innoc. c. Cum Marthae, de celeb. missa. appellat physicorū, qui aiunt per artem posse à vino lymphato extrahi aquam. Id namq; fieri non posset, si vinum & aqua fuissent in aliquod tertium conuersa. Respondetur id forsan fieri posse antequā sit facta perfecta mixtio, postquam verò perfecta fuerit, non est credibile. Sed aliter arguitur. Illud tertium est alterius speciei à vino & aqua: ergo ab illis minimè generatur, quia nihil gignit nisi sibi simile. Negatur consequentia. Producitur enim ab illis sicut mola ab equa & asino, vel sicut forma cadaueris ab hominida. Quādo igitur huiusmodi magna mixtio liquoris differētis specie fit cum speciebus consecratis, nullum sit reliquum dubium, quin species corrumpantur, atque adeo illic sanguis nō diutius maneat, quā dum perficiatur mixtio. Nam tempore quo fit, manebit sub particulis specierū, quae nōdum sunt corruptae, etiā si sint interfectae. Est enim hic memorandū, id quod questione praecedenti articulo vltimo contra Durandum. d. 11. q. 3. constitutum est. Ait quippe per corruptionem qualitatum sacramentalium, etiam manente quantitate desinere illic esse corpus & sanguinem. Attamen non considerauit, quod quantitas corrumpitur quādo corrumpitur panis. Et ideo nō stat corrūpi qualitates necessarias ad cōseruationem panis, quin corrumpatur quātitas. Atq; adeo quādiu manet ipsa indi-
ciū est manere, simul qualitates cōseruādo pa-

ni sufficientes, quare & manet corpus & sanguis. *De tertia cōclusionē.* Tertia verò cōclusio aliquatulo plus ambiguitatis inuoluit: videlicet, quando per mixtio fit alterius vini cum speciebus, praesertim si sit idem vinū quod adiungitur, & quod fuerat consecratum: puta ex eodem dolio. Quare Durandus contrarium asserit, videlicet, qd tunc quauis vinum appositum species diuidat vsque ad paruas partes porosas, semper manet sanguis sub illis particulis consecratis: nam sub particulis vini nō consecratis nullatenus existit. Et re vera opinio nō omnino apparet floccipēda. Enimvero corruptio miscibilium fieri non potest, nisi aut per mutuam alterationē qualitatum, aut per mutuam diuisionē quantitatis. Duo enim ad cōseruationē rei naturalis exiguntur: scilicet & debita qualitates, & certa quantitas: alteratio verò illic nulla est, cum qualitates non sint contrariae. Diuisionem vero, licet fiat vsque ad minima, nihilominus partes, vt diuiduntur, ita inuicem reununtur, & cum sint eiusdem speciei videntur inuicem cōseruari. Secundò, vt fieret illa corruptio necessarium erat, vt diuisionem progrediretur vsq; ad partes minores minimas, quae possunt cōseruari vinū. Tāta verò diuisionem vix posset cōtingere, nisi vbi vinum maximo impetu infunderetur alteri. *Durandum.* Tertiò vrgentissimè arguitur. Si dum vnū vinum alteri infunditur, neutrum manet idem numero, sequeretur subinde qd si species consecratae vnius calicis cōmiserentur cum speciebus alterius calicis, neque istae, neque illae persisterent eadem numero: nā similis fieret per diuisionem corruptio, atq; adeo sanguis desineret illic esse, quod asserere, nefandus esset error. Alioqui si species in vno calice consecratis in duos diuideres, & iterum cōmiseres, aboleretur sacramentū. Quinuerò si cooperito calice vsq; deque species easdem versares, sanguis abiret. Profectò res est, quae me semper perplexū habuit. *Paludanus.* Et quidem Paludanus. dist. 12. q. 5. & Capreolus dist. 13. q. 1. opinionem S. Thomae sustinere conantes, tribus distinctionibus vtuntur. Primò enim potest esse vinum valde spissum, & penetrati difficile: & tunc permixtio vsque ad minima vix esse contingit: sed nihilominus erit aliqualis corruptio partium sese tangētium. Si autem vtrumque mixtorum sit vinum subtile, contingere potest permixtio per totum, vt neutrum maneat idem numero. Secundò, esse possunt differentiū qualitatum, licet vina essent eiusdem

eiusdem speciei, vt si essent album & rubeum, vel dulce & acidū, maturum & immaturū. Et re vera istae qualitates licet sint substantiarum eiusdem speciei, nihilominus propter discrepantiam permultū faciunt ad corruptionem vtriusq; vt experientia docet. *Durandus.* Durandus verò, licet misceantur album & rubeum, dicit manere idem: quia colores non corrumpuntur, sed per iuxtapositionem, inquit, apparet color medius. Cui ego addiderim, qd licet rubedo corrūpatur, illa non est de essentia vinisimo per artem fieri potest, vt eodem vino manente color mutetur. Tertia diuisionem est, quod posset gutta vini, vel minima quantitas addi magnae quātitati vini: & tunc illa facillimè per diuisionem corrumpitur. Quare ait Paludanus. quod si gutta consecrata infundatur magno dolio vini simillimi, ridiculum est dicere quod illic maneat sanguis: alioqui non posset vinum dolij profanè potari. *Sententia d. 10. 11.* Ad hanc verò ego cōiectando respondeo. Primū, si duo essent calices consecrati siue vtrumq; vinum spissum esset, siue subtilissimum, siue eandem qualitatum, siue diuersarum, siue vtrumq; esset in magna quantitate, siue alterum in magna, & alterum in tenuissima, & ambo commiscerentur, non audeo dicere, quod desineret illic esse sanguis, neque in aliqua earum parte. Et arbitror hęc esset semper ecclesiae censura. Quare etiam si gutta specierum consecratarum infundatur dolio vini, dicendum est illic manere sanguinem: quia licet illa per se diuisa nō posset seruari vinum, seruat tamē dum particulē cum reliquo vino continuantur. Sed quia non potest percipi vbi sit illa gutta: imo quauis essent quatuor vel decē, non essent perceptibiles, nullū esset periculum vinum bibere. Tamen si tanta posset esse mixtio specierum, vt res esset dubia: & ideo inter missarum solennia esset totum per partes consecrandum & sumendum. Secundò addiderim, quod vbi vina essent diuersarum qualitatum, multò facilius species corrūperentur, atq; adeo dum desineret esse species vini, desineret illic esse sanguis. At verò quāuis ratio theologica ob venerationem sacramenti hanc sententiam persuaadat, nihilominus ratio physica videtur opinioni sancti Thomae patrocinari. Quare sub conditione dicendum, quod si daretur perfecta mixtio per penetrationem: videlicet, vsq; ad particulas minores minimas, quae sufficiunt cōseruari vinum, fortè vinum non

maneret idem numero, atque adeo si species consecratae sic commiscerentur, nō maneret illic sanguis. Et ad argumentum à nobis factum respondetur, quod licet dum sit diuisionem & penetratio, particulae diuisae reuniantur inuicem, nihilominus iterum atque iterum diuiduntur, vt non maneat eadem numero. Quare opinio D. Thomae intelligēda est conditionaliter, si daretur illa mixtio. Sed tamen quia illa est latētissima, nunquam ecclesia iudicaret per mixtionem specierum consecratarum sanguinem desinere illic esse, quousq; perciperentur non esse species vini. Adducitur ecclesiae potest in fauorem S. Thomae, fit enim lotio prima calicis mero vino, quod si per diuisionem nō citius corrumpere species, potius fieret aqua. Sed respondetur, illud non fieri, vt facilius reliquiae diuidantur, sed quia fortius sit purificatio per vinum, quam per aquam. *Quarta cōclusio:* scilicet, quod si fiat mixtio in parua quātitate, vt dum gutta aquae vel vini infunditur calici, nō maneat sub illa particula sanguis, neque Durandus dubia est, neque cuiquam esse potest. Est enim conclusio Innocētij cap. cum Marthae de celebr. missa. Nam si quod misceatur vinum est vinū perseverat vel idem, vel aliud numero. Si verò est aqua, certum est quod vertitur in vinum: & quia illud nunquam fuit consecratum, non manet ibi sanguis. *Argumentum 2. tum.* Sed arguitur cōtra. Sequeretur quod illa exigua aqua, vel vinum appositum annihilaretur, nam diuiditur in partes minores minimas, vt dictū est, postquā est tam tenue (non enim dicendum est quod maneat tota illa seorsum sine mixtione) non est autem aliud vinū, cui illae particulae continuantur, fit ergo vt annihilentur. Respondetur, partem illam misceri, cuius particulae continuantur cum speciebus: nempe, cum quantitate consecrata: sicuti si vna hostia pro medietate consecraretur, & pro altera medietate maneret panis. *Quod si interroges,* vtrum parua illa gutta aquae vino apposita aliquid etiam corrūperet specierum consecratarum. Respondetur, tam paruum esse posse, vt citius corrūpatur, quā quicquam corrūpat, sed si sit maiuscula poterit aliquid corrumpere, & in aquam vertere, sub qua pariter desinet esse sanguis. Quapropter licet illud corruptū species postea rursus cōuertāt in vinū, neutiquā idem sanguis illic redibit. *Primum argumentum.* Primum argumentum S. Thomae est cōtra primā cōclusionem. Accidentia sacramentalia sunt

sunt sine subiecto, vt dictum est: ergo nullus liquor potest qualitates illas suscipere, atque adeo neque illis misceri. Ad hoc respondet negando priorem consequentiam: nam cum, vt dictum est, illa accidentia sint per modum substantiæ possunt agere, atque adeo aquam appositam alterare, & vertere in vinum. Et sic exponitur dictum Innocentij cap. Cũ Marthæ, de celebrat. missa. dicentis quod vinum appositum speciebus consecratis, species ipsæ afficiunt: non enim intelligitur quod eadẽ numero subiecerentur in vino appposito, sed quod per alterationem suam ei tribuant saporem & colorem. ¶ *Secundò* arguitur. Liquor appositus speciebus neque fit vnum cū ipsis, cum sit substantia & species accidentia, nec cum sanguine ipso, qui illic non est miscibilis: ergo impossibilis est talis mixtio. Respondetur, quod nõ fit mixtio cum sanguine, sed cum speciebus consecratis, quæ quidem si in totum corrumpantur, totum fiet vna continua substantia. Si autem corrumpantur in parte, ita quod mixtio non omnes penetret, fiet vna continuatio dimensionum, non tamẽ habebunt idem esse: quia pars consecrata manebit sine subiecto, & alia erit verè substantia. ¶ *Tertiò*. Cũ aqua benedicta miscetur non benedictæ, tota est benedicta: ergo si liquor aliquis miscetur speciebus consecratis, totum manebit consecratum, atque adeo sub illo liquore manebit sanguis sine eius consecratione, quod est absurdum. Negatur prima consequentia: quia benedictio aquæ non mutat eius substantiam sicut consecratio: quare vt ait Innocentius in prædicta decretali, cum Marthæ, dum vinum apponitur calici consecrato, non transit in sanguinem, neq; ei commiscetur, sed sanguini circumfunditur, quia continuatur speciebus consecratis. Quod tamen intelligitur, quando non est tanta mixtio extranei liquoris, vt species corrumpantur. ¶ *In quarto* argumento refertur quorundam opinio dicentium, quod quantuncunq; modica fiat permixtio extranei liquoris cū speciebus consecratis, corrumpuntur totæ, atque adeo definit illic esse sanguis. Et mouebatur duabus rationibus. Prior, quod magnum & paruum sunt differentiæ quantitatis, sicut album & nigrum coloris: cum ergo per quancunq; appositionem extraneæ quantitatis fiat maior, non manet eadem. Posterior ratio. Cũ species sint vacuæ subiecto, & quod apponitur est substantia solida absque resistentia pe-

Secundũ argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

netrabit omnes. Respondetur tamen ad priorem rationem qd licet paruum & magnũ discriminent quantitatem quantũ ad terminos magis vel minus distantes, non tamen quantum ad essentiam quin possit manere minor quantitas alteri adiuncta. Ad secundam respondetur, qd quauis species sint sine subiecto, existunt tamen ad modum substantiæ, vt possint subintranti liquori resistere.

DISTINCTIO vndecima de forma & effectibus sacramenti.



HX PEDITA conuersione materiæ in corp⁹ & sanguinem Christi, quæ sub speciebus panis & vini continentur, subsequitur sermo tã de forma, per quam eiusmodi fit conuersio, quàm de effectibus sacramenti. Forma autem, vt libr. 4. de sacrament. ait Ambrosius, sermo Christi est. Consecratio enim, inquit, fit verbis & sermonibus Domini Iesu: videlicet, Hoc est corpus meum, &, Hic est calix sanguinis mei. Et August. Credendum est, ait, quod in verbis Domini sacramenta conficiantur. Huiusmodi namque verbis, cum Dominus suũ consecrauit corpus, virtutem tribuit, quib⁹ sacerdotes nomine suo idem sacrosanctum mysteriũ perficerent. Quocirca idem ibidem Ambrosius, Si tanta, inquit, est vis in sermone Domini Iesu, vt inciperet esse quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant

Ambros. lib. 4. cap. 4. De conse. dist. 2. can. Panis.

De consecra. dist. 2. can. Vtrum subst. gna.

DISTINCTIONIS vndecimæ, Quæstio prima, de forma huius sacramenti.

S. Thom. 3. part. quæst. 78.

ARTICVLVS. I.

Vtrum forma sacramenti eucharistiæ sit, Hoc est corpus meũ, & Hic est calix sanguinis mei.



VONIAM tractatus materiæ sacramenti in aliã nos disputationẽ misit de cõtinencia corporis & sanguinis Christi sub speciebus, deq; earum existentia sine subiecto, dilata est huc vsq; quæstio de forma. Ad quam D. Tho. vni-

Conclusio.

ca conclusione respondet: videlicet, formam cõsecrandi panem esse, Hoc est corpus meũ: formam verò consecrandi vinum, Hic est calix sanguinis mei. Non quod quæstio dubia sit, postquam autoritate Christi Matth. 26. & Luca. 22. ac subinde celeberrimo orthodoxe ecclesiæ vsu cõprobatur, sed vt eius ratio explicetur. Differt enim hoc sacramentum à reliquis in duobus. Primò, quod hoc perficitur in consecratione materiæ, reliqua verò in vsu materiæ cõsecratæ, vt in ablutione & vnctione. Secundò, qd consecratio materiæ in alijs sacramentis consistit in quadã benedictione, per quam materia suscipit spirituales virtutes, quæ per ministrũ tanquam instrumentũ animatum ad instrumenta inanimata procedere potest. Vt in consecratione chrisimatis liquet, per quam episcopus tribuit materiæ illi virtutẽ ad confirmandum & ad vngendũ sacerdotem, & in benedictione aquæ baptismalis, Tametsi hæc, vt supra dictũ est, non sit de essentia, sed de decentia sacramenti. In alijs verò, quæ non consistunt in applicatione materiæ, vt in pœnitentiã, nõ requiritur benedictio. In hoc aut sacramento consecratio materiæ cõsistit in quadã miraculosa cõuersione substantiæ, quæ à solo Deo perficitur. Non qd sacerdos nõ concurrat tanquã minister, sed qd fiat virtute supranaturali: ad differentiam benedictionis chrisimatis & aquæ, vbi nullum interuenit miraculũ. Vnde minister inquit, in hoc

erant, & in aliud cõmutentur? Nihilominus cuncta, quæ in forma calicis per ecclesiam ex traditione apostolorum adhibita sunt, in causam sacra conuersionis concurrunt.

Cap. ij. ¶ Effectus autẽ venerabilis huius sacramenti est cõmunionis gratia, qua Christi fideles vnũ in ipso sumus, iuxta verbũ Pauli, Multi vnũ sumus, omnes qui de vno pane & calice participamus, per quã vtiq; gratiam & nostra alitur spiritualis vita, & ad beatam illam sempiternam perducimur, dicente Domino. Si quis manducauerit ex hoc pane viuere in æternum.

Cap. iij. ¶ Obstat autem huic assequendo effectui consciẽtia letalis criminis: nam iuxta verbum Apostoli, qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Venialis autem culpa nõ item, nisi ex parte, quatenus eiusmodi culpa actuali deuotioni spiritualiq; dulcedini obest. Quinimò cui nullius peccati affectus placet, sacramentum ipsum venialia delet.

Cap. iiij. ¶ Adde quod cum non tantũ sacramentum, verũ & sacrificium sit quo Christus immolatur & hostia pro peccatis offertur, hac ratione non solũ sumentibus, sed & alijs pro quibus offertur, prodest, iuxta verbum ipsius Christi. Qui pro vobis (scilicet sumentibus) & pro multis (scilicet alijs) effundetur in remissionem peccatorum.

1. Cor. x.

Cap. iij.

1. Cor. x.

Cap. iiij.

in hoc sacramento perficiendo non habet alium actum quam verborum prolationem. Non quod non concurrat ad conuersionem, sed quod nullam applicet materiam, sicut in baptismo & confirmatione: licet quantum ad usum, sacramentum ministret populo. Ex his ergo colliguntur duo alia discrimina: nã cum forma debeat rei sacramenti congruere, formæ aliorum sacramentorum important usum, vt Ego te baptizo, Ego te chrisma &c. forma autem huius solum importat transubstantiationem: quare debet esse hæc, Hoc est corpus meum, Hic est calix sanguinis mei. Ex hoc sequitur alterum discrimen, quod aliæ formæ proferuntur in persona ministri: vel exercentis actum, vt Ego te baptizo, confirmo &c. siue per modum imperantis, vt in sacramento ordinum, Accipe potestatem: siue deprecantis, vt in extrema vnctione, Per istam sanctam vnctionem indulgeat tibi Deus, &c. forma verò huius sacramenti profertur quasi ex persona Christi loquentis, Hoc est corpus meum, vt significetur sacerdotem solum proferre verba, per quã prolationem applicãdo tanquam minister formam concurrat ad conuersionem. ¶ Et per hæc peruia fit responsio tertij argumenti S. Thomæ quod est huiusmodi. In forma baptismi exprimitur persona ministri, cum ait, Ego: similiter ergo debet exprimi in hac forma. Negatur enim cõsequencia: quia illic minister aliquem actum circa usum materiæ exercet, sicuti & in confirmatione: hic verò minimè.

Tertium argumentum.

Expositio articuli.

¶ Si Guidoni Carmelitæ libr. 9. de hæresibus VValdensium danda est fides, inter eas commemorat, quod nõ consecrabat forma Christi, sed dicendo septies, Pater noster. At verò Aeneas Syluius in libr. de origine Bohemorum cap. 35. inter enarrandos eorundem VValdensium errores non solum hoc non refert, verum & contrarium insinuat: scilicet, quod vterentur forma Christi. Sed tantum est in hoc errore dementiæ, vt nulla sit oppugnatione dignus. Cum enim Christus hisce formis consecrauerit, præcepitque discipulis, vt quotiescunque id facerent, in eius commemorationem perficerent, solidissima fides est hanc esse formam necessariam. Vnde Ambrosius, quem hic refert Sanct. Thomas, libr. de sacrament. Consecratio, inquit, fit verbis & sermonibus Domini Iesu. Nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, laus Deo refertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, & cæteris. Vbi

Ambro.

autem sacramentum conficitur, iam nõ suis sermonibus sacerdos vtitur, sed sermonibus Christi: ergo sermo Christi est necessaria forma, qua perficitur sacramentum. ¶ De nomine autem posset esse nonnulla controuersia propter Scotum, qui dist. 8. q. 1. in solutione ad. 3. ait non esse dicendam formam sacramenti, sed consecrationis: nã cum sacramentum hoc sit res permanens, forma autem verborum sit successiua, nõ quadrat, vt sit forma sacramenti: forma enim rei permanentis debet esse pars eius. Quare licet in alijs sacramentis, quæ consistunt in applicatione materiæ, forma verborum dicatur forma sacramenti, non tamẽ hic tã aptè. Quæstio est de nomine: nihilominus S. Tho. in titulo quæstionis appellat formam sacramenti, & sic appellarunt semper omnes antiqui: sed statim art. 2. & 3. appellat formas consecrationis. Et profecto quia est forma consecrationis, aptissime dici potest & debet forma sacramenti. Enimverò cum forma relatiue dicatur ad materiam, & sit tãquam determinans eius significationem, in qua consistit ratio sacramenti, & materia sacramenti huius sit panis & vinum, quæ consecratur per illam formam, optime dicitur forma sacramenti. Et confirmatur. Sicut per illam formam, Ego te baptizo, determinatur ablutio materialis ad significandum sacramentalem effectum: sic species sacramentales per hanc formam determinantur ad significandum corpus illic contentum, atque adeo per ipsam constituantur in esse sacramenti. Et tertio id confirmatur: quoniam secundum Scotum dabitur sacramentum sine forma sacramenti, quod non videtur res conueniens: quandoquidem sacramentum consistit in hoc, quod est signum, cuius significatio potius ex forma oritur, quã ex materia. ¶ Vnde ad eius argumentum respondetur, quod cum forma duo habeat: scilicet perficere & componere speciem, licet in naturalibus vnum sine alio non contingat: anima nanque componendo hominem perficit speciem: tamen in moralibus potest forma perficere illud, in cuius compositionem non intrat. Sicut charitas, quæ est in voluntate, perficit omnes virtutes aliarum potentialium. Pariter in sacramento, quod, vt supra diximus, est sicut res artificialis. Vnde sicut nomen statuat pro ligno supponit connotando formam: sic & sacramentum eucharistiæ supponit pro speciebus connotando, quod virtute transeuntis formæ significant corpus & sanguinem. Reliqua verò

tria

tria argumenta S. Thomæ elucidato subsequenti articulo commodius tractabuntur.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis panis, Hoc est corpus meum.



QUANTUM in genere de forma tam panis quam calicis dictum sit, necesse est in particulari singulas diligentius explicare. Et ideo de forma corporis

singulariter queritur, vtrum sit hæc præcisè Hoc est corpus meum. Et respondetur vnica affirmatiua conclusione, illam esse conuenientem formam. Probatur primò autoritate euangelica Matth. 26. per illam enim Christus consecrauit. Et subiungitur ratio optima. Formam enim sacramenti id significare oportet, quod efficit: fit autem per illam formam conuersio panis in corpus Christi: ergo illam debet aptè exprimere. In conuersione verò tria est considerare: scilicet, & actionem ipsam, & terminum à quo, & terminum ad quem: hæc autem tria optime per hanc formam explicantur. Conuersio siquidem dupliciter explicari potuit: scilicet, & vt in fieri, & vt in facto esse: non autem debuit explicari in fieri, sed in facto esse. Primò, quia non est successiua, vt dictum est, sed momentanea: in momentaneis verò fieri est factum esse. Secundò, quia eodem modo sacramentales formæ significant sacramenti effectum, quo artificiales effectum artis: forma autem artificialis est similitudo vltimi effectus, in quem fertur intentio artificis: forma siquidem artis in mente ædificatoris est forma domus ædificatæ, ad quem ordinatur ædificatio: & quia intentio consecrationis est corpus, quod illic per conuersionem continetur, debuit conuersio tanquam in facto esse representari, atque adeo extrema, vt sunt etiam in facto esse: debent enim termini actioni proportionari. Terminus autem ad quem: scilicet, corpus, facta conuersione habet naturam suam substantiæ: terminus verò à quo: scilicet, panis, non manet secundum suam substantiam, sed secundum accidentia, quibus ad sensum demonstratur. Ex his ergo fit consequens, vt terminus à quo congruè exprimat per pronomen demonstratiuum relatum ad accidentia sensibilia, quæ manent: non quod demonstrat accidentia: nam ipsa non sunt corpus, sed cõten-

Conclusio.

Tria in conuersione consideranda.

Solutio contrarij.

tum sub illis, vt art. 5. luculentius explicabitur, terminus verò ad quem exprimat per nomen significans substantiam illam, in quam fit conuersio, vt est corpus, verbum autem nõ fit, fit, sed, est, quod significat rem iam factam. Quare congruentissima forma est, Hoc est corpus meum.

¶ Circa hanc formam prima dubitandi occasio est, quod euangelistæ non affirmarunt hanc esse formam, qua Christus consecrauit, neque aliam, qua ecclesia vtitur in consecratione calicis, sed tantum rem à Christo gestam narrauerunt. Vnde Lutherus in suo libello de abroganda missa priuata ait, esse institutam ab ecclesia. Contra quem disputat Iodocus Clichto ueus lib. 2. de officio missæ ca. 19. & alio libro contra formam missæ ab eodem Luthero inuentam ca. 24. Quinverò Erasmus in annotationibus super epistolam primam ad Corinth. ca. 11. ait. Vtinam Paulus traderet nobis illa verba, quibus consecratus est panis ille à Christo: nã illa, inquit, Hoc est corpus meum, potius sunt porrigentis, quã consecrantis. Perpendat lector an verba hæc in homine orthodoxo ferenda sint. Respondetur ergo imprimis, quod quantum in euangelio nõ palam dixerit Euangelista illis verbis Christum consecrasse, catholicis tamen sufficere debet sollemnissimus vniuersalis ecclesiæ usus. Nam cum à tempore apostolorum perpetuo more his consecrandi formis vtitur, firmissimum documentum est non modò apostolos, verum & Christum illa fuisse formam vsum. Et enim cum cõstet Christum hoc sacramentum instituisse, nunquam ecclesia, quæ nutu spiritus sancti gubernatur, aliam quam Christi formam usurpasset. Hæreticis autem respondetur non fuisse euangelistis necessarium dicere illas fuisse formas, quibus Christus consecrauit, satis enim est retulisse Christi verba, quibus expressit illud esse suum corpus & sanguinem. Nam vt supra citatum est ex Ambrosio libr. de sacra. quod refertur de cõse. dist. 2. can. Panis. Cum panem accipiens diceret, Hoc est corpus meum, planè monstratur verbum illud operatum fuisse, conuersumque panis in corpus. Quare non alio testimonio indigebat ecclesia, vt illam formam ceu à Christo sancitam usurparet, vt ait ibidem Ambrosius, & Eusebius canon. Quia corpus, & Innocen. capit. Cum Marthæ, de celebratiõ. missæ. & tandem in concilio Florentino decretum est formam huius sacramenti esse verba Saluatoris, quibus hoc sacramentum confecit: scilicet,

Hoc

Expositio articuli.

Lutherus.

Erasmus.

Solutio.

Testimonia sacra.

Concilio Florentino.

*Primum ar-
gumentum.*

Hoc est corpus meū, & Hic est calix sanguinis mei. Unde præcedenti articulo arguit sic primo loco S. Thom. Illa verba videntur ad formam huius sacramenti pertinere, quibus Christus corpus suum & sanguinem consecrauit: antea verò acceptum panem benedixit, quā diceret, Accipite & comedite, Hoc est corpus meū, vt Matth. 26. constat: ergo nō per illa verba vltimò, plata, sed per alia priora, quibus panem benedixit, consecrauit. Et confirmatur, per particulam, enim, quæ denotare videtur panem iam fuisse consecratum. Res est, quæ in varias sententias antiquos patres discidit, quarum Sanctus Thomas in præsentiarum quatuor refellit & quintam statuit. Prima fuit quorundam dicentium, quòd Christus per potestatem excellentiæ, quam non habebat sacramentis alligatam, prius virtute diuina: scilicet, absq; vllis verbis consecrauit panem, deinde fregit & distribuit dicens, Hoc est corpus meum, non quòd tunc consecraret, sed vt ostēderet formam, qua sacerdotes consecrare deberent. Et huic opinioni videtur alludere Innocē. lib. 4. de mysterio missæ, cap. 6. Refragantur verò ei euangelica verba, quibus adstruitur, quòd Christus accipiēs panem benedixit: benedictio nāq; absq; verbis non fit. Quare verba illa (inquit S. Tho.) Innocentius non tanquam papa determinando asseruit, sed tanquam doctor retulit opinādo. Alij autem dixerunt, antea quidem verbis benedicendo consecrauit panem & vinū. Illa verò verba esse nobis ignota, quia non sunt ab euangelistis relata. Sed neque horum interpretatio locum habet, tum quòd si alijs verbis benedixisset, quā istis, quibus modò ecclesia vtitur, euangelistæ non vtiq; subtrouissent: tum etiam quòd nunc ecclesia vtitur hac forma consecrationis per imitationē, eorum, quæ Christus fecit. Quare per eadem ipse consecrauit. Alioqui neque ecclesia consecraret per illa. Et ideo tertij quidam alij aiunt, bis eadem protulisse, primò quidem fecerēt ad consecrandum antequā panem distribueret, mox publicè ad instruendum. Sed neq; hoc ritui ecclesiastico consonat: nam sacerdos verba hæc profert non tanquam occulta benedictione à Christo prolata, sed tanquam publica, vt iacent in euangelio. Vnde cum per solam Christi prolationem vim habeant consecrandi, fit vt tunc per ipsa palam dicta consecrauerit. Quarto ergo loco accedunt alij dicentes, per hæc verba semel prola-

*secunda opi-
nio.*

Tertia opinio

*Quarta opi-
nio.*

ta consecrauit. Attamen vt libr. de consensu euangelistarum autor est Augustinus, non semper Euangelistæ eundem narrandi ordinem seruauerunt, quo res actæ sunt: si autem illum seruarent, sic dicerent. Accipiens panem benedixit dicens, Hoc est corpus meum. Ita que non fuit alia benedictio quā ipsa consecratio. Quare particula enim nō significat consecrationē corporis factā fuisse, sed tūc fieri. Et deinde (vt aiūt) fregit & dedit discipulis. At verò quanuis hæc quarta opinio sustentabilis sit, tamen non est necessarium, ait D. Thom. dicere alium fuisse ordinem narrationis quā actionis. Atque hoc saluari potest, si verbum, dicens, quod ponit Lucas, non solum concomitantiam designet respectu vltimi verbi, hoc est proximè præcedentis: quasi dicat quòd tunc solum quādo dedit discipulis dixit, Hoc est corpus meum, sed vt referatur ad omnia præcedentia in hoc sensu. Dum benediceret & frangeret & daret discipulis suis dixit, Hoc est corpus meū. At verò nō dum res satis euadit lucida, & ideo quo perspicacius elucidetur, legātur verba Matthei, Accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum: & Lucas, Accepit pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens, Accipite, Hoc est corpus meum, &c. Quarta ergo opinio ait, quòd accipiens panem benedixit, hoc est consecrauit, & deinde consecratum fregit & dedit. Quam quidem opinionem S. Thomas non reprobatur, sed ait, qd idem sensus colligitur seruatō ordine verborum, vt iacet, si verbum, dicens, referatur ad totum tempus. At profectò est argumentū quòd non prius consecrauerit quā fregit panem, & obtulerit discipulis. Primū, quia in re tam graui non erat cur euangelistæ ordinem rei gestæ narrando mutarent, & tamen omnes consentienter aiunt, quòd accipiens fregit, & fractum dedit, & dando dixit Accipite & comedite, & postremò adiecit, Hoc est corpus meum: ergo consecratio non fuit prolata nisi postquam dixit, Accipite & comedite. Secundò cum verba consecrationis non nisi semel protulerit, multò concinnior est hic orationis ordo, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, quā si prius benedixerit dicens, Hoc est corpus meum, & deinde frangēs dixerit, Accipite & comedite. Sic enim solemus dicere conuiujs, Accipite & comedite, Hoc est capō vel perdix. Quare Christus

*Quinta opi-
nio.*

*Examinatio
quæstionis.*

*Notamen e-
gregium.*

stus vsitato sermone dixit, Accipite & comedite: haud enim putetis esse solum panem, quē videtis, sed est verum corpus meum. Tertio, si prius consecrauit quā fregisset, periculū esset, ne aliqua micæ consecrata dispergerentur, & relinquerentur in mensa, quod nullatenus est credibile. Quarto, quia cum non consecraret nisi præcisum panem, quem distributus erat discipulis, non tam congruè consecrare prius potuit panem, quē diuisurus erat, quā si prius buccellas faceret discipulis numero pares. Dicere autem quòd interim dū frangebatur, dicebat verba consecratoria, vt quibusdam videntur verba S. Thomæ insinuare non est credibile: tum quòd dum consecraret, non deberet esse fractioni attentus, tum quòd fractio in tot particulas longiori indigebat tempore, q̄ prolatio. Fuit ergo res gesta, vt ordo euāgelicus habet: nēpe, vt prius fregit, deinde porrigēs dixerit, Accipite & comedite, & postremò, Hoc est corpus meū. Sed arguat quis forsitan contra. Sequeretur, qd dum singulis buccellas porrigebat, singulas consecraret, atque adeò duodecies, vel terdecies formam protulerit. Negatur consequentia. Sed si vlla coniecturæ tribuēda est fides, prius fecit duo decim vel tredecim buccellas (si ipse suā sumpsit, vt d. sequēti videbimus) quas in patella vel paropside posuit, ac deinde paropsidem offerens dixit, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum. Ita vt verba porrigētis essent pariter consecrantis. Ex quo sequitur aliter tūc fecisse, q̄ sacerdotes modò dū sacramentū dāt: quia non possunt ordinē eundē seruare. Neq; hoc profectò in præsentiarum admonere dissimulabo: videlicet, quòd quāuis pleriq; omnium per verbum benedixit, quòd euangelista ante fractionem refert, non aliud intelligant quā formam ipsam consecrationis in fine prolata, fortasse aliud designatur. Erat enim Christo in more quotiescunq; panem comederet, gratias agere, imò quotiescunq; miraculum aliquod adornaret. Quocirca si dum panibus quinque turbas pavit, benedixit ac fregit, vt ait Matth. cap. 4. & Lucas cap. 9. licet verba benedictionis non expresserint, nihil mirum si aliqua hūc benedictione vsus fuerit ante fractionem: quam, quia consuetissima illi erat, euangelistæ non expresse- runt. Vnde quòd Matthæus ait, benedixit, Lucas ait, gratias egit: cui concinit & Paul. i. Corinth. ii. Quare ecclesia illud vsurpauit, Eleuatis oculis in coelum, tibi gratias agens, be-

nedixit, fregit, & dixit, Accipite, Hoc est corpus meum. Vbi insinuatur, quòd gratiarum actio consecrationem antecesserit. Imò propterea ante consecrationem dicens sacerdos, benedixit, signo crucis benedicit materiam, nō quòd illo signo fuerit vsus Christus, sed vt nonnulla eius benedictionis fiat imitatio. Secundo arguit S. Thom. Eusebius Emisenus, & refertur de consecra. dist. 2. can. Quia corpus ait, qd inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suum corpus conuertit dicens, Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum. Et simile ait Ambrosius in can. Panis est: ergo totum illud, Accipite, &c. est forma. Eodēq; dirigitur argumentum quartum. Sola enim forma verborum sufficit ad perficiendum sacramentum, vt si dicas, Ego te baptizo in nomine patris, &c. si ergo hæc sola esset forma, Hoc est corpus meum, sequeretur quòd ipsa seorsum prolata absque præcedentibus verbis sufficeret: consequens tamen est falsum, quia nisi prius dicatur, Accipiens ergo panem &c. videbuntur verba formæ quasi ex persona sacerdotis prolata, ac subinde significarēt conuersionem fieri in corpus sacerdotis. Propter hæc argumenta. Scotus dist. 8. quæst. 2. tenet illa præcedentia verba, Accipite & comedite, esse necessaria. Neque verò sola illa, sed & alia antecedentia in canone, Accipiens panem, &c. Verum est tamen, quòd tandem rem sub dubio relinquit dicens, quòd si quis proferret sola verba, Hoc est corpus meum, sine præcedentibus, non esset illud adorandum, nisi sub conditione, si verè consecratum est, atq; adeò adseruandum, quousque sacerdos in alia missa post summptionem sacramenti illud sumeret. Imò verò ait assertū esse minus discretum, quòd sit necessum in quolibet sacramento scire, quæ verba sint præcisè de forma: illud enim, inquit, manifestè falsum est, non solum in hoc sacramento, verum & in baptismo, & pœnitentia, & sacramento ordinis. Ob idq; consultum censet, vt sacerdos intendens facere quod facit ecclesia, distinge que legens verba canonis à principio vsque ad finem intentionem habeat consecrādi sub verbis, quæ Christus instituit tanquam necessariam formam, non coarctando intentionē ad hæc vel illa præcisè verba. At verò (vt cum omni reuerentia celeberrimi autoris loquamur) tā laxa licentia ignorādi, quæ sit forma sacramenti, non est valde tuta: nam cū ecclesia præscriptis formis sacramentorum vta-

*Secundū ar-
gumentum.*

*Quartum ar-
gumentum.*

Scotus.

*Oppugnatio
opinionis.*

tur, quanuis licitū sit verbum aliud pro alio æquiualeus vsurpare, tamen nō licet liberius rem extendere. Haud enim pium est credere quod Christus, ac subinde apostoli in re tam necessaria, quā sunt materia & forma sacramentorum, ecclesiam tam ancipitem & perplexam reliquerint. Dixit Christus, Baptizantes eos in nomine patris, &c. certi ergo sumus illam esse formam, Ego te baptizo in nomine patris, &c. vel abluo, &c. In proposito itidē arguitur. Sola forma cum materia est ad sacramentum perficiendum necessaria. Forma verò est illa, quæ significat effectum: illud autem effectum sola hæc verba, Hoc est corpus meum, significant: ergo alia non sunt necessaria. Negat verò ipse cōsequentiā dicēs, q̄ præcedētia verba nō pertinet essentialiter ad consecrationē, tanquā forma, sed esse nihilominus necessario præmittenda, vt forma accipiatur tanquam prolata in persona Christi. **Sed contra.** Iam ergo agnoscit illam solam esse formā, de qua paulò antea dubitauerat. Item cū ipse cēseat, formā nō cōcurrere effectiue ad cōsecrationē, sed tanquā causam sine qua non, nescio quid plus necessitatis est in forma, Hoc est corpus meum, q̄ in præcedentibus verbis. Præterea dicere aliud esse necessarium quā materiā & formā & intētionem, certè est res noua. Ad hæc. Si illa verba, Accipite & comedite, sunt necessaria, profectò & alia, vt ipse fatetur, ab illo saltem loco, Accipiens panem: nam inde perpetuum incipit orationis filium. Illa tamen præcedentia verba partim sunt euangelistæ, & partim ecclesiæ: & tamen sancti omnes, & iam concilium Florentinum vno animo consentiunt, verba necessaria consecrationis non esse nisi verba Christi. De alijs ergo nō est cur vel minimus iniiciatur scrupulus. **Ad autoritatē ergo Eusebij & Ambrosij** respondet S. Tho. q̄ verba illa, Accipite & comedite, non significant cōuersionem, sed vsum sacramenti: & quia vsus huius sacramenti, vt dictū est, nō est de eius essentia, fit vt neq; illa verba sint de essentia formæ, atq; ad eò neque de essentia sacramenti. Nihilominus quia vsus pertinet quodāmodo ad subsequenter perfectionem sacramenti, sicut operatio rei, retulerunt illa Eusebius & Ambrosius tanquam à Christo prolata. **Ad argumentum verò, quod apud S. Thomam est quartum, respondet illa verba præcedentia canonis ante verba Christi nullatenus posse cenferi de essentia, tum q̄ sancti so-**

la verba Christi ponūt necessaria, tum quod canon non fuit semper ecclesiæ idem, sed successu temporum factæ sunt additiones, vt d. 13. q. 2. narrabitur. Quare sola illa verba, Hoc est corpus meū, sunt de necessitate sacramenti. Vnde si quis illa proferret cum intentione consecrandi, sacramentum procul dubio cōficeret, quia per illam intentionem, quæ est intentio ecclesiæ, determinantur verba tanquā prolata in persona Christi. Reliqua verò præcedentia sunt necessaria de necessitate præcepti: quare grauius, hoc est, mortaliter peccaret sacerdos illa contra ecclesiæ ritum prætermittens. Neq; est simile de baptismo, qui cū fit sacramentum necessitatis, potest in tali articulo sine ecclesiæ solemnitate exhiberi: hoc autem sacramentum non est de necessitate: quare eius defectum, quando nō potest missa integra celebrari, manducatio spiritualis, vt ait super Ioan. capitu. 6. Augustinus, supplet potest quantum ad gratiam, licet non quantum ad sacramentalem: vt quæ non confertur nisi per sacramentum in re. **Sed arguit contra hanc solutionem Scotus.** Verba consecrationis non tantū ex sola intentione proferentis, sed ex vi suæ significationis debent significare effectum sacramenti: verba autem formæ sine præcedentibus nō ex sua vi significat proferri in persona Christi, sicuti si quis diceret, Mea doctrina non est mea, quāuis intenderet illa dicere in persona Christi, qui illa protulit, tamen ex se non significaret nisi doctrinam proferentis. Negatur tamen suum assumptum: quod enim forma sumatur in persona Christi, licet per verba præcedentia significetur, ob idq; ecclesia ea præmitti iusserit, tamē intentio sola sacerdotis per se etiam id factis significat: quia ecclesia cum tali intentione illa proferre mādauit. Imò vt bene Durandus. dist. 8. q. 2. arguit, nisi talis intētio adesset, verba præcedentia per se non id certò significassent. Nam ex eorum rigore, Accipiens Iesus panem, &c. pronomen, hoc, non demonstraret id, quod sacerdos habet in manibus, sed quod Christus habebat: intentio ergo facit, vt verba prolata in persona Christi significēt hūc nostrum panē cōuerti in corpus Christi. **Alia verò ambiguitas sit reliqua de adiectione illa, Quod pro vobis tradetur:** cum enim vnica oratione, vt Lucas & Paulus referunt dixerit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, & adiectio illa sit pars prædicati, videtur & ad formæ integritatem attinere.

De

De hoc autem statim articulo proximo. **Argumenta secundi articuli** facillima sunt, & partim soluta. **Primum.** Forma debet effectum significare, quem efficit: effectus autē est conuersio, quæ melius significatur per, fit: ergo dicendum esset, Hoc fit. Respondetur ad minorem, vltimum effectum nō esse fieri, sed factum esse, & ideo dicitur, Hoc est. **Secundum.** Sermo Christi, vt ait Ambrosius. can. Panis est de conse. dist. 2. quo facta sunt omnia, conficit hoc sacramentum: illa autem fecit iubendo: ergo & forma huius sacramenti cōuenientior esset per verbum imperatiuum fiat. Negatur consequentia: nam licet sermo sit, eiusdem virtutis, aliter tamen operatur: siquidem hic non operatur tantū effectiue, verum & sacramentaliter per formæ significationem, quæ ideo debuit esse enunciatiua illius, quod factum est, per verbum substantiuum præsentis temporis. Res verò creauit solū effectiue, cui congruentius est verbum fiat, vt fiat lux, &c. **Tertium.** Per subiectū formæ significatur id, quod cōuertitur, sicut p̄ prædicatū, id in qd̄ fit cōuersio: sed sicut corp⁹ est id in qd̄ fit cōuersio, ita & panis est, q̄ conuertitur: ergo sicut corp⁹ exprimitur p̄ suum nomē, sic dicēdū esset, Hic panis est corpus. Respondetur ad minorē, q̄ licet panis sit materia, nō tñ manet post conuersionē, & ideo nō debuit significari, nisi per pronomē vagum, hoc, vt demonstraret in genere, quod continetur sub speciebus, vt art. 5. patebit, quod facta conuersione mutatum est. **Quartum.** Sicut terminus conuersionis est determinatæ naturæ, ita determinatæ personæ: ergo dicendum esset, Hoc est corpus Christi: nam, meum, potest referri ad sacerdotem. Respondetur, quod cum verba proferantur in persona Christi, cōgruentius per pronomē, meum, eadem significatur, quā si diceretur Christi. **Quintū.** In verbis formæ non debuit poni nisi quod est de substantia eius: cū ergo particula, enim, non sit de substantia, non est illic ponenda, præsertim cū non in omnibus ecclesijs habeatur. Respondetur, eam non poni tanquam de essentia, sed vt aptius cohareat oratio præcedentibus, Accipite & comedite. Idque secundum cōsuetudinem Romanæ ecclesiæ à Diuo Petro deriuatam.

ARTICVLVS III.

Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis vni, Hic est calix sanguinis mei, &c.



VM in consecratione calicis plura adhibeantur verba, quā in cōsecratione panis: imò quæ nec in euangelio sunt cōtexta, merito quaeritur, vtrum omnia sint formæ congruentia. Et ideo S. Tho. duabus conclusionibus respondet. **Prima.** Nō est dicendum, vt quidam opinati sunt, de substantia formæ calicis illa esse verba præcisè, Hic est calix sanguinis mei: imò omnia sunt de substantia vsque ad, remissionem peccatorum inclusiue. Probat, quia cū ecclesia ab apostolis instructa omnibus illis verbis utatur tanquam forma, non est negandum, quin omnia ad effectū consecrationis concurrant, atque ad eò sint de substantia. **Secundò,** quia omnia illa subsequenter adhibentur tanquam determinationes & modi prædicati: scilicet, sanguinis, sub eodem locutionis contextu: nempe, Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorum. **Tertiò,** quoniam sacerdos eodē ritu & modo: scilicet, calicē manu tenens euncta profert, quasi per omnia consecrare intendens. **Quartò,** quia & Luca. 22. illa verba interponuntur, Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine. **Secunda conclusio.** Per priora verba, Hic est calix sanguinis mei, significatur ipsa conuersio vini in sanguinē, vt p̄ formā cōsecrationis panis cōuersio in corp⁹: p̄ verba autē subsequētia designatur virt⁹ sanguinis effusi in passione, qui operatur in hoc sacramento. Probat, Passio Christi ad tria nobis contulit. **Primum,** ad æternam hereditatem ad eundam, secundum illud ad Hebr. 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem eius. Et ad hoc designandum dicitur, noui & æterni testamenti. **Secundò,** ad iustitiam gratiæ, id est, ad nostram iustificationē, quæ fit per fidē quæ p̄ charitatē operatur, secundum illud ad Roma. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius, vt sit ipse iustus iustificans eū, qui ex fide est Iesu Christi. Et ob hoc subditur, mysterium fidei. **Tertiò** demum contulit ad remouenda peccata, quæ vtriusque effectus impedienda sunt, secundum illud ad Hebr. 9. Sanguis Christi emundauit conscientiam nostrā ab operibus mortuis, hoc est, peccatis. Atq; huius gratia subiungitur, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

¶ 2. Quæstio

Solutio.

Quartum argumentum.

Prima conclusio.

Forma calicis consecrationis.

Secunda conclusio.

Triplex passio Christi.

Expositio articuli. **Q**uestio præfens grauis est, & plusculum disputationis postulans, quam præcedens. Prima nanque hæsitandi ratio animum subit, quod cum hæc forma neque ex verbis Christi neque ex euangelistarum vllis colligatur, & penes ecclesiam (quod supra diximus) vt facultas non est instituendi sacramenta: ita neq; sit eorum mutadi materiam aut formam: mirum est quomodo celebriter habeatur pro forma. *Imocen.* **Q**uestio est, quam Innocentius cap. Cum Marthe. de celebra. missa. tanquam sibi propositam refert. Ad quam respondet, multa tã de verbis Dominicis, quam de factis ab euangelistis omilla, quæ apostoli vel supplemente verbo, vel facto expressisse leguntur. Explicatiùs verò ad eandem respõdet lib. 4. mysteriorum missæ cap. 5. vbi ait, quod formam istam ab ipso Christo acceperunt apostoli, & ab ipsis accepit ecclesia vt in nono argumento videbimus apud S. Thomã. **A**t verò in prima conclusione: videlicet, omnia illa verba esse de substantia formæ, apparet prima facie D. Tho. & communi doctorum consensui & rationi aduersus. *Alexan. & Bon. et Du.* Alexander nanq; 4. part. quæst. 33. & Bonauentura in. 4. dist. 8. ar. 1. quæst. 2. & pleriq; alij contrarium censent: nẽpe, Hic est calix sanguinis mei, vel, Hic est sanguis meus sufficientem esse cõsecrationis formam. Et Durandus potissimè ead. dist. q. 2. ar. 2. Quanquam Ricardus eadem dist. art. 3. q. 2. cum Diuo Thoma consentiat. Nam Scotus dist. 8. q. 2. vt supra diximus, dubius heret, imò cõsulit vt nemo definiat quenam sit forma necessaria. Quare si sola illa verba proferrantur, Hic est calix sanguinis mei, ancipitem esse censet & dubiam consecrationem. Cui *Pal. et Cap.* Marsilius in. 4. quæst. 6. art. 1. adhæret. Quinimò & discipuli eiusdem sancti Doctoris de hac re dissident. Paludanus nanq; ead. dist. q. 3. & Capreolus Diuum Thomam iuxta primum verborum sonum sustinent: scilicet, sic esse omnia de essentia, vt vna prætermissa particula nulla fieret consecratio. Caietanus verò in præsentiarum contrariũ assertissimè sustinet. Et conatus primùm D. Thomam ad se pertrahere: quia videt non posse, tandem eum deserit. **S**ed tamen semper arbitratus sum, D. Thomam egerrimè sustineri posse in sensu, quo à quibusdam defensatur, si tamen sanè intelligatur, repudiãdus nõ est. Ad cuius intellectum distinguendum est inter essentia & substantiam sacramenti. Id enim dicitur de essentia, sine quo nullatenus fieret conse-

cratio. Sed de substantia id credo censet D. Thom. quod est de integritate: nempe, quod ad consecrationem concurrat, nihilominus sine illo fieri posset. Igitur prima verba, Hic est calix sanguinis mei, seu, Hic est sanguis meus, sunt de essentia, reliqua verò de substantia, hoc est, de integritate. Primùm probatur, quia illa verba sunt in hoc sacramento duntaxat de essentia formæ, quæ significant totum effectum sacramenti. Forma siquidem id efficit quod significat: ea autem sunt illa præcisa, Hic est calix sanguinis mei. Negat autè Paludanus priorè præmissam. Illa enim verba baptismi, Ego te baptizo, significant effectum baptismi, & tamen nisi addas, in nomine patris, &c. non perficitur sacramentũ. *Durandus.* Durand. verò respondet rationem illius inuocationis trinitatis in baptismo esse, vt significetur autor illius effectus: scilicet, Deus. Attamè responsio hæc minus valere videtur, quam argumentum: nam omnia sacramenta virtute diuina suum sortiuntur effectum, & tamè inuocatio illa trinitatis solum est necessaria in baptismo & confirmatione. Ratio ergo non est, nisi quia sacramentum baptismi ex sua essentia habet, vt sit professio fidei, quæ per cõfirmationem irroboretur, & ideo vtrobiq; illa expressio trinitatis est de essentia formæ. In reliquis verò profectò id tatum est de eius essentia, quod ad significatione effectus pertinet. Atque id præsertim in hoc sacramento confirmatur, cum enim tanquam vnum conuiuium constet ex cibo & potu, non est cur aliud ad essentiam consecrationis calicis requiratur, quam ad essentiam consecrationis corporis. Atque adeò sicut, Hoc est corpus meum, est sufficiens forma vnius, ita & Hic est calix sanguinis mei, est forma alterius. Quod quidem hic D. Thom. fateri videtur, vbi ait eodem modo vnam significare effectum sacramenti, quo alteram. **S**ecundò ad idem *Secundũ argumentum.* arguitur. Quod est de essentia, vbicunq; varietur, quasiatur sacramentum: sed tamè Græci in forma calicis non omnia verba ponunt quæ Latini: imò quatuor hæc missa faciunt, calix, æterni, mysterium, fidei. Asserit enim Durandus se vidisse, & Caietanus certiorum esse factum in missa Basilij, quam fertur dictã te angelo excepisse, non esse in forma calicis nisi, Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. In canone verò secundum regulam Ildori, què ego ipse in missali mozarabo

Paluda. mozarabo legi, habetur iuxta cõtextum Lucae & Pauli, Hic est calix noui testamenti in meo sanguine, qui pro vobis, &c. Et quanuis Paludanus dicat, quod si illa forma duntaxat Græci vtuntur, non verè consecrant, nõ est credendum, quandoquidem de hac re ab ecclesia Romana non culpantur. Capreolus ait, qd Deus dispesat cum illis. Sed hoc profectò est ad libitum loqui. **A**dde tertio, quod illa significatio effectũ sanguinis, quam D. Tho. hic declarat, ratio non cogit, vt sit perficendo sacramento necessaria. Quoniam cum vsus istius sacramenti, vt aliàs sæpe, & proximè art. 1. D. Tho. concessit, nõ sit de eius essentia, fit, vt neque gratia, quæ per vsum confertur, per quam vtiq; effectus passionis nobis applicantur. Si ergo effectus nõ sunt de essentia sacramenti, fit vt neq; illa verba illos significantia sint de essentia formæ. Arbitror profectò conclusionem tum veram esse, tum & apud D. Thomam certam: scilicet sola verba Hic est calix sanguinis mei, esse de essentia. **N**ihilominus doctè asserit reliqua esse de substantia, hoc est, omnia ex intentione ecclesie ad consecrationem concurrere: quandoquidẽ sub tenore vnius formæ eã proferri si per calicem iubet. Neque mirandum aliquid esse de substantia, putã de integritate, quod nõ sit de essentia. Digitus enim & manus substantia hominis sunt ceu partes (quas aiunt) integrales, & tamen nõ eatenus sunt de essentia, quominus sine illis possit homo viuere. Item si quis vltimam syllabam, meum, longissima mora proferat, tota prolatio concurrat ad consecrationem, & tamen minor sufficeret. Quinuerò si consecratio fiat secundum illam formam Lucae & Pauli, Hic est calix noui testamenti in meo sanguine, certum est cõsecrationem non perfici quousq; nominetur sanguis, & tamè incongruè diceretur in meo sanguine, nisi interiecta particula, noui testamenti, in quam ablatiuus ille fertur: ergo illa est de substantia & integritate, licet nõ sit de essentia. Imò & forsan quis dicat particulam, enim, concurrere ad consecrationem corporis tanquam de integritate formæ, & tamen non est de essentia. Sed tamen hoc ego non certò asseruerim: quoniam particula illa, vt in calce præcedentis articuli dixit Sanct. Tho. solum ponitur gratia coniungendi verba cõ præcedentibus, & ideo non tanquam pars cõcurrentis ad consecrationem. Sicuti illa, quæ adhibentur in forma calicis, eò quod adhibe-

tur tanquam modus prædicati. Extat aliud exemplum. Vbi enim baptismus celebratur sub trina mersione, re vera omnes sunt de integritate & concurrunt ad effectum baptismatis, qui quidem effectus non existit vique ad postremam: & tamen non sunt omnes de essentia. Nam si quis vnica baptizare intenderet, sacramentum vtiq; perficeret. **R**eliqua, quæ scitu dignissima sunt, perdoctè D. Thom. inter arguendum edisserit. *Primum argumentum.* Arguit ergo primò. Sicut panis per formam cõsecrationis vertitur in corpus, ita & vinum in sanguinem: sed in forma consecrationis panis corpus sine vlla adiectione ponitur in re: ergo incongruè in cõsecratione vini, sanguinis, cõ adiectione ponitur in obliquo, vbi dicitur, Hic est calix sanguinis mei. Respondetur, Hic est calix sanguinis mei, figuratam esse locutionem, quam dupliciter interpretari possumus. Vno modo per metonymiam, qua ponitur continens pro cõtento, vt sit sensus, Hic est sanguis meus contentus in calice. Fit autem calicis mentio congruentissimè, eò quod sanguis hic consecratur in quantum est fidelium potus, quod per se sanguis nõ significat, nisi sit vase receptus. Quin adde, & altera ratione consideratus: scilicet, vt effusus nõ vtcunq; sed in redemptionis pretium, non id per se satis designasset: quia pretium in vase colligitur in custodiam: Est ergo calix & pretiosi sanguinis, & potabilis. Accipi nihilominus põt calix per similitudinis metaphoram, pro ipsa passione Christi, quæ ad similitudinem calicis inebriat: vel quia, vt supra diximus, in vase propinabatur reis lethale venenum. Vnde Matthæ. 10. Potestis biberere calicem, quem ego bibiturus sum? & capitũ. 26. Transeat à me calix iste. Et tũc sensus est, Hic est calix passionis meæ, cuius passionis mentio fit in consecratione sanguinis: quia per eandem fuit effusus. Siquis autem subtacito nomine calicis dicat, Hic est sanguis meus, vt ait Matthæus, & Marcus, peccaret quidem grauitè, consecraret tamen. Imò Innocentius & Ambrosius sic quandoque proferunt. Idem dicendum si quis pro calix diceret poculum, aut vas. **S**ecundò arguitur. Non minoris virtutis est forma panis, quam vini, cõ vtraque sit Christi: sed cum primùm dicitur, corpus meum, est perfecta consecratio: ergo cum primùm dicitur, Calix sanguinis mei, atque adeò reliqua quæ sequuntur non sunt de substantia, præsertim cum pertineant ad

proprietates sacramenti tanquã effectus, qui consequuntur ex substantia, & non intrant ipsam. Subobscurè videtur ad argumentum respondere, nec satis nodum soluere. Solùm enim reddit rationem cur reliqua adhibeantur formæ sanguinis, & non formæ corporis. Scilicet, quia sanguis seorsum consecratus representat passionem, cuius utique effectus congruit illic explicari. Vbi insinuare videtur consecrationem non fieri vsque ad finem omnium verborum. ¶ Contra hoc autem arguitur. Vbi primum profertur, mei, iam tunc quicquid est de essentia sacramenti consummatur sicuti dum super panem dicitur, meum, ergo illic absoluitur consecratio. Respondetur, quòd si intentio sacerdotis fuit per illa sola verba consecrare, optimè concluditur. At verò mortale sacrilegium committeret, qui per illa sola consecrare intenderet. Nam cum sit ecclesie institutum ut per omnia verba fiat consecratio, per omnia tenetur sacerdos intendere consecrare: & ideo vsq; ad finem, in remissionem peccatorum, non perficitur conuersio. Et hoc est quod Sanct. Thom. docet. ¶ Subiungit autè in consecratione panis mentionem quoque eiusdem passionis fieri cum dicitur. Quod pro vobis tradetur. Vnde exurgit argumentum, quòd pariter forma panis deberet esse hæc, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: nam similiter relationum illud determinat modificatque prædicatum, sicut corpus in forma sanguinis, qui pro vobis effundetur: cum ergo sit vna perpetua locutio, non est cur magis adhibenda esset particula illa in vna forma, quam in altera. Et confirmatur, quia Græci ita consecrant panem addentes, quod pro vobis tradetur, & ita habet canon illius missalis Basilij, & alterius Isidori, quæ supra citauimus. Innocen. in cap. Cum Marthæ, huius etiam rei meminit. Respondetur ergo duo. Primum, particulam illam non esse de essentia, tum quòd ecclesia Romana illa non vtitur, tum quòd neque in forma calicis, ut dictum est, similis particula qui pro vobis effundetur est de essentia: tum denique quia particula illa, Hoc est corpus meum, satis effectum significat. Quare neque apud Græcos est de essentia, licet sit de integritate, sicut apud nos sumi milis particula in calice modo iam exposito. Secundò dicimus congruum fuisse adhibere illam in forma calicis, & non in forma panis, propter rationem: scilicet, quia sanguis ef-

fusus expressius passionem significat quam corpus. Deinde, quia ut Innocen. in allega-
to cap. Cum Marthæ, adnotauit, illas particulas formæ calicis omnes tres euangelistæ: scilicet, Matth. Marc. & Luc. consentienter referunt, quasi aliquid maioris energię sit in illis, Sed in forma panis solus Lucas adiecit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Sic enim habetur Græcè *διδόμενον*. Paulus verò retulit, quod pro vobis tradetur: vbi Ambrosius legit, pro vobis frangitur, annuente Erasmo. At verò profectò multò congruentius legitur, tradetur. Est enim Græcè *κλωμενον*, quod vtranque significationem admittit. Nam quod Lucas ait, pro vobis datur, non refertur ad illam dationem panis tunc consecrati, sed ad oblationem in cruce, quam interpres Pauli expressit per, tradetur. Est enim sensus. Hoc corpus, quod pro vobis tradetur in pretium spiritualis vitæ, datur quoque vobis in escam ad eandem alendam. ¶ Tertiò arguitur. Testamentum nouum pertinere videtur ad internam inspirationem, ut colligitur ex Apostolo ad Hebr. 8. vbi verba introducit Hierem. 31. Consummabo super domum Israel testamentum nouum, dando leges meas in mentibus eorū, ad differentiam vetusti testamenti, quod exterius in tabulis lapideis fuit exaratum: sacramentum autem hoc est exterius sensibile: incongruè ergo dicitur testamentum. ¶ Et quartò arguitur. Nouum ex eo quippiam dicitur, quod propinquum habuit initium: æternum verò est quod principium nullum habuit: ergo minus aptè coherent noui & æterni. Respondetur ad tertium, quòd testamentum est dispositio hereditatis: cœlestem autem hereditatem Deus per virtutem sanguinis Iesu Christi hominibus disposuit ad eundem, secundum illud ad Hebr. 9. Vbi est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Sanguis verò Christi dupliciter est hominibus exhibitus. Primò quidem in figura, quod pertinet ad vetus testamentum. Quare ibidem Paulus cōcludit, nec primum testamentum sine sanguine dedicatum esse, ut Exodi. 24. legitur: videlicet, quòd lecto omni mandato legis à Moysè, omnem populū sanguine asperfit dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Secundò autem idem sanguis exhibitus est in rei veritate, quod ad nouum attinet testamē-
tum.

tū. Vnde Apostolus ibidē præmittit dicēs. Ideo noui testamēti mediator est Christus, ut morte intercedente repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternę hereditatis. Meritò ergo in cōsecratione sanguinis additur, noui testamenti: quia iam non in figura, ut olim, sed in veritate exhibetur. Ob idque subditur, qui pro vobis effundetur. Interna autem inspiratio, quæ spiritualis est inscriptio fidei legisque in cordibus, virtute eiusdem sanguinis emanat, quatenus passionem Christi iustificamur. Quare nihil obstat, quominus virtute visibilis sacramēti eadē lex intus per gratiam imprimatur. ¶ Ad quartum respondetur, particulam, æterni, non extare apud euangelistas, sed adiectionem esse ecclesie, ut ait Innocen. in dicto capitulo. Cum Marthæ. Suscepit eam tamen ex traditione Apostolorum. Optimè enim connectuntur noui & æterni. Noui enim refertur ad exhibitionem, quia Christus suo sanguine idem testamentum confirmauit. Æternum autem refertur & ad æternam prædestinationem, & ad æternam hereditatem, quæ per hoc testamētum disponitur, & ad æternam testatoris personā, quæ est Christus, ut Innocentius cap. Cum Marthæ, adnotauit. ¶ Quintò arguitur. Occasiones peccandi, præsertim in sacramentis præscindendæ sunt, iuxta illud Esaia. 57. Auferte offendicula de via populi mei: quidam autem, ut supra visum est, turpiter errarunt dicentes, non esse hęc corpus & sanguinem secundum veritatem, sed secundum figurā, quod mysterij nomine designatur: ergo periculosè dicitur, mysterium fidei. ¶ Et sextò arguitur. In superioribus dictum est, quòd sicut baptismus est sacramentum fidei, ita & eucharistia est sacramentum charitatis: scilicet, communionis fidelium: congruentius ergo diceretur mysterium charitatis, quam fidei. Argumentum quintum facit Innocentius loco citato, dicens, ex illa particula occasionem sumpsisse hereticos negandi veritatem corporis & sanguinis in sacramento. Quæ quidem particula apud euangelistas non legitur, sed est ab ecclesia ex traditione Apostolorum intexta. Et respondet sicut hęc Sanctus Thomas, quod nomen mysterij nō excludit rei veritatem, sed denotat res illas contineri illic non visibiliter, sed occultè, quas fide credendum est

illic latere. Adde, quòd cum hoc sacramentum fiat in memoriam passionis Christi, ut ipse iussit, & memoria lit rei figura & imago, totum hoc sacramentum, & expressius (ut expositum est) consecratio sanguinis dicitur hac ratione figura, qua nihilominus Christus hęc verè existens immolatur, non realiter & visibiliter ut in cruce, sed occultè & sacramentaliter, ut de consecratione distinctione secunda ait Paschasius papa, canon. Iteratur. Et August. canon. Vtium sub figura. Et per hoc respondetur ad sextum, quòd dicitur mysterium fidei quasi fidei obiectum: quia veritatem sanguinis non oculis cernimus in sacramento, sed fide tenemus per quam etiam fidem passionis Christi sanguine representata iustificat. Dicitur autem baptismus aliter sacramentum fidei, id est, fidei professio, sicuti & hoc dicitur sacramentum charitatis, hoc est signū charitatis, qua fidelium communio conglutinatur. ¶ Septimum argumentum iam supra solutum est. Videlicet, quòd cum consecratio tam corporis quam sanguinis fiat in memoriā passionis Christi, siquidem de vtraque retulit Paulus. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis: cur potius in forma sanguinis sit mentio remissionis peccatorum, qui fuit eius fructus, quam in forma corporis? Ratio, inquam, ea reddita est, quòd sanguis effusus & seorsum consecratus eadem passionem apertius representat. ¶ Octauò arguitur. Passio Christi quantum ad sufficientiam quidem pro omnibus oblata est, & quantum ad efficaciam multis profuit: igitur ad hos duos modos designandos dici deuit, pro omnibus & pro multis, & nō pro vobis, singulariter. Respondetur primum, nullum euangelistarum dixisse, pro vobis & pro multis, sed Lucas dixit pro vobis, Matthæus verò & Marcus, pro multis: cæterum ecclesia ambas coniunxit particulas, quæ ad efficaciam passionis attinent, at que ad eius percipiendum fructum. Et ideo tantum nominantur illic prædestinati & electi, quibus re vera profuit ad salutem. Quare vel dum dixit, vobis, intellexit Iudæorū electos, quales erant illi præter Iudam, qui sedebant ad mensam. Et cum adiecit, multis, intellexit electos ex gentibus. Vel dum ait, vobis, intellexit sacerdotes, quo gradu
Ii 4 insti

Argument.

Tradetur.

Argument.

Solutio duplex.

Innocen.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Solutio tertij

Exod. 24.

Solutio quartij.

Quintum argumentum.

Sextum argumentum.

Septimum argumentum.

Octauum argumentum.

instituebantur tunc apostoli, & cum adhibuit, multis, intellexit electos: scilicet, assistentes, & alios, pro quibus sacramentum offertur. Quam distinctionem significare videtur sacerdos dum ait in canone, Qui tibi offerimus, vel qui tibi offerunt. Quod si istes interrogans, cur non dixit, pro vniuersis, postquam quo ad sufficientiam pro vniuerso mundo obtulit. Nam uti prima Ioannis secundo habetur, Christi, non pro peccatis nostris tantum, sed etiam pro totius mundi propitiatio factus est. Respondetur, quod illis verbis voluit duntaxat fructum suae passionis explicare, ut significaret illis se praecise profuturum, ut cibum, quibus erat profuturus ut pretium. Et quia eius passio non fuit nisi in praedestinati fructuosa, non dixit pro omnibus, sed pro vobis & pro alijs multis vobis similibus. Cui alludit & Paulus capitulo nono ad Hebraeos. Christus semel oblati est ad multorum exhaurienda peccata. Vbi Ioannis. 17. Ego pro eis rogo, Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Scilicet, pro electis. Non denique arguitur. Verba, quibus hoc sacramentum conficitur, efficaciam habent ex institutione Christi: sed nullus euangelistarum narrat Christum haec verba dixisse: ergo superuacanea sunt. Respondetur, quod euangelistarum propositum non erat sacramentorum formas ad amissim pro palare, sane cum nascenti ecclesiae expediret illas esse occultas, ut Dionysius in calce ecclesiasticae hierarchiae refert, ne mysteriorum margaritae spargerentur vulgo. Sed munus eorum fuit Christi historiam persequere. Nihilominus omnes particulas ecclesiae tradentibus apostolis ex diuersis scripturae locis decerpit. Vnde Innocentius in saepe allegato capit. Cum Martha, ait particulam illam, eleuatis oculis in caelum, ecclesiam collegisse ex verbo apud Ioannem in suscitatione Lazari, referentem tunc Christum oculos in caelum eleuasse. Quauis illa non sit pars formae. Nomen autem, calix, expressè habetur Lucae vigesimo secundo, & prima ad Corinthios vndecimo. Et, noui testamenti, apud Matthaeum vigesimo secundo. Nomen verò, aeterni, & mysterium fidei, apostoli spiritus sancti lumine addiderunt. Quare & Paul. eodem capit. citato ad

Nonum argu-
mentum.

Innocen.

Paul. Heb. 9.

Hebraeos. 9. ait, quod Christus mediator fuit noui testamenti, ut morte intercedente in redemptionem earum praeruaricationum, quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, aeternae hereditatis. Quasi dixisset vetus illud testamentum, quod hircorum sanguine & vitulorum celebrabatur, non fuisse validum ad expiationem peccatorum, sed ad purgationem corporalium irregularitatum, ac subinde neque ad confirmandum promissionem aeternae hereditatis, sed ad retributionem temporalium bonorum, ut frumenti & olei, triumphorum de hostibus temporalibus. Per nouum verò promissio aeternae hereditatis confirmatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in praedictis formarum verbis insit aliqua virtus creata consecrationis effectiua.



VM sacramentorum forma id efficiant, quod significant, merito interrogatur, vtrum verbis consecrationis vis insit vlla creata conuertendi panem & vinum in corpus & sanguinem. Respondet ergo Dignus Thomas contraria opinione reiecta, per hanc affirmatiuam conclusionem. In verbis formalibus huius sacramenti est quaedam virtus creata ad eius conuersionem faciendam: instrumentalis tamen, sicut & in alijs sacramentis. Probatur primo autoritate Ambrosij libro de sacramentis & refertur de consecratione distinctione secunda canone. Panis est, vbi ait. Si tanta est vis in sermone Domini Iesu, ut inciperet esse quod non erat, quanto magis operatorius est, ut sint quae erant, & in aliud commutentur. Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat. Item & ratione confirmatur. Illi enim, quos distinctione prima quaestione tertia articulo primo retulimus, quorum est Scotus, Durandus & reliqui, qui negant sacramentum efficaciam habere respectu sui effectus, sed aiunt esse

Conclusio.

Scot. Durand.

esse tantum signum: pari ratione negant verba consecrationis virtutem habere conuertendi panem & vinum in corpus & sanguinem. Sed aiunt ad praesentiam verborum Deum conuersionem perficere, sicuti ad praesentiam baptismi Deus se solo infundit gratiam. Hoc autem iam illic satis superque monstrauimus, tum dignitati sacramentorum nouae legis derogate, tum & sanctorum patrum assertis contradicere, qui aiunt sacramenta nouae legis id efficere quod significant. In quo antiquis antecellunt, quae tantum erant signa & figura. Vnde cum hoc sacramentum sit omnium praestantissimum, fit ut virtus diuina verbis consecrationis ad perficiendum consecrationem inhaereat. Et confirmatur. Cum verba haec ex persona Christi eiusque mandato proferantur, fit, ut quandam instrumentalem virtutem ab ipso habeant, ut per ea ipse faciat conuersionem. Quemadmodum dum mortuos suscitabat, aut alios curabat infirmos verbis ipsis & tactibus: scilicet, Tibi dico, surge, tanquam instrumentis coniunctis illa patrabat miracula. Post illa, quae loco citato distinctione prima quaestione tertia diximus, nihil opus est alia de hac re adhibere. Scotus enim distinctione prima quaestione quinta hanc virtutem negat his verbis inhaerere. Et arguit contra hanc rationem supponens sententiam Sancti Thomae esse, sacramenta non esse instrumenta, quae attingunt productionem gratiae, sed producere characterem vel ornatum, qui est dispositio ad gratiam: cum ergo verba sacramentalia talem dispositionem non producant, fit ut neque ad conuersionem concurrant. Quapropter Capreolus distinctione prima quaestione prima articulo tertio illius ornatus defensor, quam opinionem falso putat esse Sancti Thomae, hoc argumento conuictus ait, formam consecrationis duntaxat concurrere ad definitionem panis, Deum autem se solo corpus illic Christi sub speciebus ponere. Illic autem satis ostendimus illam non esse opinionem Sancti Thomae in tertia parte, sed sacramenta concurrere tanquam immediata proximaque instrumenta gratiae, hoc est faciendi hominem gratum, consecutiue tamen sunt causa, ut Deus illam qualitatem producat, quae est gratia. In hoc tamen sacramento verba immediate concur-

Expositio ar-
ticuli.

Capreolus.

runt ad consecrationem. Neque inde vlla sequitur suspicio, ut creatura possit creare: nam transubstantiatio non est creatio. Opinio vero Capreoli repugnat formae consecrationis, quae significans hoc esse corpus facit panem non solum desinere esse, sed verti in corpus. Et est determinatio concilij Florentini, vbi habetur, quod sacerdos in persona Christi loquens, conficit sacramentum. Et subditur. Nam ipsorum verborum virtute substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi conuertitur. Sed arguit. Quia verba illa sacerdos consecratus profert nullam illis qualitatem ingenerat: ergo nulla in eis est consecratiua virtus. Respondetur concessio antecedenti. Haud enim credibile est vllam qualitatem prolatione verborum diuinitus produci. Negatur tamen consequentia. Nil enim aliud nomine virtutis intelligimus quam verborum prolationem a sacerdote cum intentione perficiendi sacramentum. Distinctione enim prima quaestione tertia articulo quarto satis monstrauimus sacramentorum virtutem non esse nisi motum eorum, & applicationem ad faciendum id, quod significant. Quapropter non est opus in sacerdote aliam ponere virtutem quam characterem sacerdotalem, quae est potestas conficiendi: qua quidem potestate virtur applicando verba ad legitimam materiam. Et per hoc patet solutio autoritatis Damasceni, libro quarto capitulo decimo-quarto quam hic adfert Sanctus Thomas vbi ait, quod sola virtute Spiritus sancti fit conuersio panis in corpus Christi, quae quidem virtus increata est. Respondetur, inquam, quod nomen, sola, non excludit virtutem instrumenti, quae est in verbis: nam etsi verum sit solum fabrum cultellum facere, tamen non excluditur quominus malleo utatur. Eodem modo soluitur secundum argumentum quando arguitur. Miracula nulla virtute creata sunt: sed sola diuina: conuersio autem panis in corpus est tantum miraculum, quantum incarnatio Christi, & creatio mundi, ad quae opera nulla fuit concurrens creata virtus: ergo neque ad conuersionem concurrat. Respondetur, ad nullum miraculum posse creaturam concurrere virtute propria, secus tamen instrumentali diuinitus recepta. Sicut Christus digitorum tactu sanauit leprosum, & cae-

Concilium Flo-
rentinum.

Argument.

Sacerdotis
virtus.

Primum ar-
gumentum.

Secundum ar-
gumentum.

cum

cap. 17. q. sacerdos nihil demonstrat, cum illis verbis non utatur enunciativè, sed recitativè, quemadmodum qui legit verba illa Christi. Ego sum vitis vera, & Ego sum lux mundi, non de se loquitur, sed materialiter recitat verba Christi. Eadem opinionè sequitur glossa Decreti super cap. Timorè. de consec. dist. 2. Cui subscribit Durandus in. 4. d. 8. q. 2. Et videtur eodem loco assentiri Scotus, quavis id non tam clarè per eius verba costet, an in illa persisterit. Maioris quoque eadem dist. idè tenet. Reliqui verò Innocentiū aliàs celeberrimum doctorem in hac parte deserunt, dicentes quod verba accipiuntur personaliter, ut Alexander 4. par. q. 33. mēb. 3. arti. 2. Et Bonauertura dist. 8. in. 2. parte distinctionis art. 1. q. 1. & Ricard. arti. 3. q. 1. Et Marsilius in. 4. q. 6. art. 1. Atque omnes utuntur rationibus D. Thomæ. Nam si, Hoc est corpus meum, acciperetur materialiter, non applicaretur ad hanc materiam, sed recitaretur tanquā prolata super materiam, quā Christus consecrauit: & ideo non accederet verbum ad elementum, ut fieret hoc loco consecratio. Respondent autē Durandus loco citato, & Gabriel in cano. lectione. 48. q. et sic accipiuntur materialiter, nihilominus per intentionē sacerdotis applicantur ad materiam, quā habet presentē per Dei virtutē consecrandam. At verò profectò solutio nulla est. Quoniam tenendo, ut verè res habet, formā concurrere ad consecrationem, non satis est ex intentione sacerdotis applicari ad opus, sed necesse est ut significet id quod efficit: quando quidē virtute significationis operatur. Si autem acciperetur materialiter, profectò non magis significaret illum panē sacerdoti presentē conuerti in corpus, quā quicunque alium. Adde, quod cum sacerdos in persona Christi pariter concurrat ad consecrationem, fit ut debeat affirmare & enunciare quod facit, atque adeo significatiuè illa verba proferre. Et confirmatur, quia in reliquis omnibus sacramētis minister utitur forma assertiuè & significatiuè, Ego te baptizo. Ego te absoluo. Fit ergo ut in hoc, quod est omnium presentissimū simili modo loquatur. Secunda verò ratio S. Thomæ: scilicet, quod in consecratione, qua Christus consecrauit, eadem reddit ambiguitas, quid pronomen demonstrat, non militat contra Innocentium, sanè qui tenet non consecrasse per illa verba, sed quod porrexisset tunc corpus antea consecratum: quare ipsissimum tūc corpus demonstrat. At

quia hoc satis supra expugnatum est, non est dicendum, nisi quod Christus eisdem verbis consecrauit. Vnde & nouum argumentum sumitur, contra ipsum, quod si ecclesia ob id his consecrat verbis, quod Christus eisdem consecrauit, intentionem habeat loquendi, quomodo ipse locutus est: videlicet, ut sacerdos in eius persona enūciat asseratque, dicens, Hoc est corpus meum, utpote in quod panē conuertit. Contra hoc autem arguitur. Sequitur nullum esse prorsus discrimē inter modos loquēdi hic & in cæteris sacramētis: nā in cæteris sacerdos etiam loquitur in persona Christi, hoc est tanquam eius minister: dicens, Ego te baptizo, in nomine patris &c. Respondetur, latissimum esse discrimē: nam loqui tanquam ministrum Christi, non est nisi loqui per potestatem, quam ab eo accepit, sicut prætor tanquam regis minister ius dicit, & ideo utitur pronomine ego. Loqui autem in persona Christi est, quod quis induens illius personam loquatur, sicuti in comœdia ille loquitur, qui induit alterius personam: scilicet, Chremetis aut Dauis. Quemadmodum angelus Exodi. 3. legitur de rubo locutus Moyse representans Dei personam, Ego sum Dominus Deus tuus &c. Hoc ergo modo loquitur sacerdos, dum consecrat tanquam Christus. Quare non dicit, Ego. Arguitur autem in fauorē Innocentiij. Sacerdos ante consecrationem præmittit illa verba, Qui pridie quā pateretur accepit panem, &c. & benedixit dicens, Accipite & manducate: ergo duo hæc postrema materialiter sumuntur tanquā à Christo prolata: cum ergo sub eodem tenore subiungatur, Hoc est enim corpus meum, fit ut & ista quoque materialiter accipiantur. Respondetur, ut bene Marsilius loco citato, quod sacerdos omnia præcedentia vsque ad, Accipite, significatiuè profert referendo Christi gesta: scilicet, Accepit panem, & eleuatis oculis in cœlum benedixit, fregit & dixit: atque adeo, Accipite & comedite, materialiter accipit. Sed deinde personam induens Christi significatiuè, asserendo enunciat, Hoc est corpus meum, id demonstrando, quod corā se habet. Et quidē hæc probe dicit. Et est indubitata sententia S. Thomæ, & omnium, quos supra citauimus. At quatenus insinuat sic accipi verba formæ significatiuè & assertiuè, ut non accipiatur recitativè, tradidit S. Thomæ dicenti, quod profert sacerdos illa recitativè, quasi à Christo dicta, sed nihilominus

lominus significatiuè. Quare non impugnat Innocentium quantum ad hoc quod ait accipi recitativè, sed quantum ad hoc quod accipiuntur materialiter. Quod quidem assertum D. Thomæ inde probatur, quod reliqua sacerdos recitat tanquam à Christo dicta, & cum ille simul dixerit, Hoc est corpus meum, fit ut hoc quoque sacerdos recitet tanquam ab eo dictum. Et confirmatur. Ecclesia adiecit illam particulam, enim, quæ non est apud Euangelistas ad coniungendum verba illa cum præcedentibus, quasi Christus dixisset, Comedite: quia hoc est corpus meum. Et arguitur tertio. Si verba illa formæ sacerdos non diceret recitativè, tunc falsum esset verbū præcedens dixit, nam illud fertur in totum sequens, Accipite, Hoc est, &c. atque adeo ad eius veritatē requiritur, quod eadem verba, quæ dixit, recitentur. Responsio namque Marsilij: scilicet, quod accipitur in hoc sensu, dixit similia verba, his, quæ ego dico, non castè synceritatem formæ seruat. Vult ergo S. Tho. quod simul accipiatur recitativè, ut illa, Accipite & manducate, nihilominus non materialiter, ut illa, sed significatiuè & assertiuè, quod aliorum, nemo quos viderim, adnotauit. Sunt ergo alij in duobus extremis: scilicet, Innocentius & Durandus quod forma accipiatur recitativè & materialiter, quasi idem sit: Alexander verò, & Marsilius, ac reliqui, quod accipiatur significatiuè, & non recitativè. At verò S. Tho. medius incedens ait accipi recitativè cum Innocentio, sed cum alijs, non accipi materialiter, sed significatiuè. Quod si arguas. In cōmuni sermone cum quis aliorum dicta recitat, materialiter solum illa accipit: ergo pari modo sacerdos. Respondetur concessio antecedenti, & consequentia perempta. Et enim est hoc priuilegiū huius sacramenti ex institutione Christi, ut hinc docet S. Thomas ob id quod illis verbis virtutem consecrandi contulit, à quocunque sacerdote cum legitima intentione super debitam materiam proferretur. Quare nil vetat quominus sacerdos referens ea, quæ Christus dixit, perueniens ad formam consecrationis eam referat tanquam dictam à Christo, & simul ex institutione ipsius, eius representans personam, applicet verba ad eam, quæ sibi presentis est, materiam, enunciando, Hoc est corpus meum. Ex quo fit, ut si laicus, vel sine intentione consecrandi sacerdos ea eodem tenore: scilicet, recitativè proferret, materialiter acciperet. Itaque intentio legitima facit, ut accipiatur & recitativè & per

sonaliter. Et per hoc elarescit cur præcedentia verba, Accipite & comedite, accipiuntur materialiter. Est enim causa, quod accipiuntur recitativè, & non sunt pars formæ consecrandi. Sed arguitur contra. Ineruditus sacerdos, nesciens quid debeat demonstrare, si legitimam habeat intentionem verè consecrat. Imò & qui habet opinionem Innocentiij & Durandi: scilicet, quod verba accipiuntur materialiter, & per consequens nihil presentis demonstrando, verè consecrat: ergo non requiritur, quod accipiuntur verba personaliter & aliquid demonstraretur. Negatur consequentia: nam qui intendit facere quod Christus instituit, & ecclesia tradit, quancumque ignorantiam vel opinionem habeat, verè accipit formam, ut insti-tuta est, atque adeo in virtute accipit personaliter, & verè consecrat. Aliter arguit Durandus. Si forma calicis proferretur à sacerdote significatiuè, etiam si proferatur in persona Christi, sequeretur esse falsam pro illa particula, qui pro vobis effundetur: quoniam iam nunc non est effundendus, attestante Paulo, quod Christus semel mortuus est, & iam non morietur. Respondetur, argumentum esse optimum contra Alexandrum, & Marsilium & alios negantes non accipi recitativè. Nos autem dicimus, quod licet forma accipiatur significatiuè quatenus per eam enunciatur, Hoc contentum sub his speciebus vini esse sanguinem, nihilominus adiectio illa: quia recitatur tanquam dicta à Christo, refertur ad tempus, quo ipse consecrauit. Circa secundam conclusionem est dubium Scoti loco citato dist. 8. quæst. 2. contendentis verbum propositionis significare momentum ipsum, in quo profertur. Quare è rigore, inquit, sermonis dicitur formam. dicimus, Hoc est corpus meum, verbum con-significat illud tempus quando non est facta consecratio, atque adeo de rigore forma esset falsa. Sed tamen ex intentione & determinatione proferentis: quia scilicet sacerdos illud profert pro instanti terminatio, redditur vera. At verò Aristoteles primo libr. Perihermes. contrarium docet. Verbum enim, inquit, significat compositionem, quam sine extremis intelligere non est. Ex quo fit, ut legitimum significatum propositionis non nisi prolatis extremis percipere possimus. Et confirmatur secundò. Qui audit, Homo est, pendulus mente expectat prædicati plationem: nā si illic sistatur, solum significatur existētia hominis: cum aut additur, doctus vel indoctus vel iniustus

Glossa decreti.

Durandus & Scotus.

Reliqui Theologi.

Durandus.

Non argu.

Argument.

Pro Innocentio argumentum.

Opin. S. Tho.

Argumentum Durandi.

Circa secundam conclusionem de significatione formæ.

iniustus, alium audiens conceptum format. Colligitur ergo quod non solum ex virtute intentionis proferētis, sed ex vi significationis non significat perfectam rerum compositionem usque ad completam prolationem. Quare, verbum non significat nisi tempus: vel monumentum quod est eiusdem prolationis terminus. Et arguitur tertio. Istae propositiones, Ego taceo, Nihil dico, &c. non solum ex intentione proferentis, sed ex rigore sermonis sunt verae: ergo non significant, nisi pro monumento terminatiuo: nam dum proferuntur falsa sunt. Quare & forma consecrationis, Hoc est corpus meum, virtute sermonis est vera, licet non verificetur nisi pro instanti terminatiuo. Quod si contra arguas. Propositio dum est, tunc significat: est autem dum profertur: ergo tunc significat, atque adeo est vera vel falsa. Respondetur primo ad minorē, quod res successiva si sit continua in quocumque instanti continuatiuo temporis est, ut, nunc est hora quinta, & dies Iouis: quia partes continuantur ad hoc instans si autem non est continua, ut est oratio, cuius una dictio non continuatur cum altera, non est nisi toto tempore prolationis. Nunc ergo ad maiorem respondetur, quod licet toto tempore partes significant sua partialia significata, nihilominus tota propositio non significat, nisi pro instanti terminatiuo, & tunc est vera, vel falsa. Tertia vero conclusio: quae tangit, pronomini demonstrationem, in maiori opinionum turbaveratur: sunt enim tot capita, quot sensus. Quidam enim volentes vt pronomem panem demonstrat, verbum mutant. Vnde Bonaventura loco citato ait, verbum, est, accipi loco illius, quod est, fit, vt fit sensus, Hoc fit corpus meum. Hoc tamen (salua autoritate grauisissimi doctoris) est nimium formam inuertere, aliter quam ea Christus usus est. Item, vt articulo 2. probauimus, & S. Thom. ostendit, cum conuersio fiat in instanti, non debet exprimi per fieri, sed per factum esse. Ad hanc dist. 9. q. 2. art. ultimo ostendimus, non esse concedendum, quod panis sit corpus, eo quod nullum manet subiectum vtrique extremo commune. Marsilius vero loco citato ait sensum esse, id, in quod hoc (scilicet panis) conuertitur, est corpus, quam opinionem falso impingit Ricardo, cum ille patenter adhaereat opinioni S. Thomae. Et re vera locutio illa est ad rem inepta, tum quod illa forma Christus non est usus, tum quod illa non est practica & ope-

rativa, significat enim conuersionem in actu signato per verbum conuertitur, cum tamen vt sit practica debeat significare illam exercendo & faciendo, sicut, Fiat lux. Okam. vero quodlibet. 2. quest. finali dicit pronomem demonstrare corpus, & ideo, est, accipi pro, erit, puta, Hoc erit corpus meum. Sed illa non est forma Christi imo contraria phrasi illius. Loquebatur enim vt homo dicit amico, Accipe, Hoc est perdix. Item quia illa perinde valet, ac si dicas, corpus meum est corpus meum: quae quidem forma, vt bene hic ait S. Thomas, non est operatiua: sed merè speculatiua: quia non denotantur duo extrema, quorum alterum fiat ex altero, quare absque vlla consecratione est vera. Maioris tenens quod sacerdos nihil demonstrat, quia accipit materialiter: ait cum Innocentio quod Christus per illa verba non consecrauit, nam prius corpus consecratum erat. Quare dum illud porrexit apostolis non demonstrauit id, quod habebat in manibus, sed corpus suum, quod sedebat ad mensam. Verum tamen hoc est recitatu indignum: manifestum enim est, quod demonstrabat id, quod habebat in manibus, & quod erat verum, etiam si corpus illic non adesset, sed anima eius separata à corpore id dixisset. Alioqui discipulos decepisset, qui putabant corpus suum sub figura panis illis offerre, vt impleret quod dixerat, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem &c. Quae enim rerum consequentia erat, Accipite & comedite, Hoc, quod videtis vobiscum sedere, est corpus meum. Et Alexander. 4. part. q. 33. memb. 3. arti. 2. ait sensum esse, Quod significatur per hoc: scilicet, per panem, in quod est conuertendus, est corpus. Est autem molestum huiuscemodi formas, ei, quae legitima est tam difformes, recensere. His ergo praetermissis Scotus loco citato, & hic Caietanus conueniunt cum Okam, vt demonstratur singulariter corpus: non quidem determinate sub illo conceptu, corpus. Sed Scotus ait, quod demonstratur sub illo conceptu transcendentem ens, vt sensus sit, Hoc ens est corpus meum. Caietanus vero sub illo conceptu, substantia, vt sit sensus, Haec substantia est corpus meum. Sed est attentè speculanda alia differentia Caietani ab Scoto in hac demonstratione. Sustinet namque opinionem illam, quam docuit q. 75. arti. 4. Videlicet, eandem omnino substantiam, quae est panis, esse postea corpus. Quare secundum ipsum eadem ipsa substantia

substantia panis demonstratur, quae in instanti terminatiuo est corpus: sicut quod nunc est calidum postea est frigidum. Illam autem opinionem illic satis cōculimus, & (vt arbitror) exclusimus. Fateor namque me nescire quis eam possit villo modo concipere, vt suspicetur esse veram. Et tamen hic putat esse opinionem Sancti Thomae, quod aliter rem habere illi co monstrabimus. De hac ergo opinione nihil amplius. Scotus vero licet de sacerdote non satis liquidè loquatur, proferat ne verba materialiter an significatiue, de Christo tamen dum consecrauit, vel si modo consecraret, ait quod non nisi corpus suum singulariter demonstraret: tamen sub conceptu entis transcendentem. Atque adeo idem secundum eum dicendum si sacerdos formam accipiat significatiue. Et illo modo ceter peracutè ad argumentum respondere, quod hic facit S. Thomas contra tertiam opinionem: scilicet, quod si demonstraretur corpus, sensus esset, Corpus est corpus: quare non esset practicus, sed speculatiuus. Negat enim illum esse prorsus sensum. Sed significat, inquit, hoc ens fieri hoc corpus. Nam licet tam subiectum quam praedicatum supponant pro eodem corpore, nihilominus alius est conceptus subiecti, atque alius praedicati: imò conceptus vniuersalis est prior natura. Cum enim aliquid à remotis videmus ordine quodam prius concipimus esse corpus, quam animal, & animal quam hominem. Ob idque cum dicimus, Hoc ens est hoc corpus, concipimus quasi duo extrema, vt hoc ens fiat hoc corpus. Contra hoc autem arguitur. Conuersio sacramentalis est realis: scilicet, rei vnius in aliam: ergo in forma, quae illam efficit, demonstratio pronomini debet esse ex sua significatione indifferens ad supponendum pro duobus: illi autem conceptus, hoc ens, & hoc corpus licet ordinem habeat in intellectu, singulariter tamen ambo, vt Scotus fatetur, supponunt pro hoc individuo corpore: ergo demonstratio non est apta, vt forma sit practica denotans conuersionem vnius in alterum. Sed recidit in opinionem Okam, ac si dicat, Hoc corpus est corpus meum. Secundò explicatius arguitur. Illa propositio, Hoc ens est hoc corpus, vtrouique demonstrato corpore, absque vlla consecratione est vera, etiam si proferretur à laico, qui nullam facit consecrationem: ergo virtute illius significationis nulla significatur conuersio vnius in aliud, atque adeo non est practica, sed merè specula-

tiua. Est ergo opinio S. Thomae, pronomine illud demonstrare id, quod continetur sub illis speciebus, vt, id quod continetur, sit conceptus communis & indifferens ad supponendum pro pane & pro corpore, quae sunt duae res & pro quocumque alio, quod illic contineretur. Quare hoc facit per illam formam sacerdos virtute Dei, vt hoc quod continetur sit corpus, cum antea esset panis, ex quo fit corpus. Perspice planum discrimen inter Sanctum Thomam, & Scotum & alios. Nam secundum Scotum, etiam si laicus, qui non consecrat, diceret, Hoc ens est corpus, verum diceret, quia speculatiue idem de eodem enunciat. Sed tamen si pronomem demonstrat, vt vult S. Thomas, falsum diceret, & sacerdos verum: quia facit quod dicit. Atque haec est opinio Ricardi loco citato, dist. 8. articulo 3. quaest. 1. & Durandi: nam etsi dicat sacerdos materialiter accipere verba, ait nihilominus, quod Christus cum consecrauit, demonstrauit in genere id, quod continetur sub speciebus. Arguit autem Caietanus primo, quod opinio sua sit S. Thomae propter verba postrema articuli, vti ait Sanctus Thomas, quod pronomem in forma consecrationis significat substantiam in communi sine qualitate, id est, sine forma determinata. Quod ipse glossat, id est, corpus singulariter sub conceptu substantiae. Secundò arguitur. Si pronomem ex sua significatione esset indifferens ad res duas, tunc haec propositio Hoc est corpus meum non esset singularis sed indefinita. Tertiò arguit loco citato Scotus quasi ad idem. Sequeretur enim, inquit, illa propositio in virtute esse disiunctiuam, scilicet, Hoc, vel hoc est corpus meum, demonstratis pane & corpore, quae quidem ante consecrationem erat vera, atque adeo est speculatiua, & non conuersua vnius in aliud. Ad primū respondetur, S. Thomam nunquam cogitasse id quod Caietanus arbitrat: nempe, pronomem demonstrare hanc substantiam, scilicet panem, quae postea est corpus, sed contentum in communi sub speciebus vt ipse se exponit. Hoc namque vocauit substantiam sine qualitate, puta, sine specificatione ad tale speciem, vel indiuiduationem ad hoc indiuiduum, quantum est ex modo significandi. Indiuiduum enim substantiae appellat Aristoteles quale quid. Et ideo tale pronomem vocatur à dialecticis singulare vagum: quia ex modo significationis vagatur ad multa, ad differentiam singularium nominum, Petrus & Paulus, quae dicuntur singularia determinata.

Et est

Et est quodammodo simile in suppositione, quam vocant, accommodā. Hæc herba crescit in horto meo, quæ significat speciē huius herbe. Sed cōmodius exēplū est, si Deus tribueret virtutem meis verbis faciendi ex argēto aurum, & ostenderem burfam argento plenam dicens, Hoc est aurum: Pronomen tunc demonstraret contentum in hac bursa quod ex argento fit aurum. Et accedit cōgrua explicatio Ricardi, Nomē enim & pronomen secundum grāmaticos non cōsignificat tempus, sed verbo id cōpetit, quare demonstratio per se pronominis abstrahit à tempore: scilicet, & quo profertur pronomen, & quo terminatur toti⁹ orationis prolatio. Quare vtrāque substantiam significat, pro qua item posset supponere. At quia verbū, vt dictum est in secunda propositione, cōsignificat tempus terminatiū oratiōis, virtute eiusdē verbi trahitur suppositio pronominis ad corpus. Et per hoc respondetur ad secundū, quod licet illud pronomen ex vi significationis faciat propositionem indefinitam, tamen quia virtute verbi restringitur & trahitur ad supponendum pro corpore, est singularis. Vnde ad tertium negatur, quod æquiualeat illi disiunctiua, Hic panis, vel hoc corpus est corpus meum: quia vtrūque pronomen est singulare determinatū. Et ideo secunda pars erat vera sine cōsecratione, & prima sic falsa, vt nequeat per cōsecrationē fieri vera. Hęc autē, Hoc est corpus meū, simul dum legitime à sacerdote profertur suā efficit veritatem.

Primum argumentum.

Primum argumentū S. Thomæ est. Quando profertur pronomen demonstratiū cōsecrationis, non est illic nisi substantia panis, quia cōuersio non fit, vsq; ad vltimū instans prolationis verborum: sed nunquam verum est panem esse corpus: ergo illa est falsa, Hoc est corpus. Respondetur cōcessa maiore, nō tamen demonstratur hic panis in sua propria natura, sed substantia, quæ illic continetur abstrahēdo ab illo tēpore, quo pronomen profertur, vt satis expositū est. Eodem modo respondetur ad secundum quando arguitur. Pronomen facit demonstrationē ad sensum: ergo demonstrat species, quæ tamen nunquā sunt corpus. Negatur cōsequētia. Non enim ob id dicitur demonstratio ad sensum, quod species sensibiles demonstrantur, sed quia demonstratur contentum sub illis, quod prius erat panis, & postea est corpus. Caue hic tamen à sensu Caietani, scilicet, vt cogites eandē nu-

Secundum argumentum.

Nota.

mero substantiam, quæ prius erat panis postea esse corp⁹, sed sicut dicimus, quod prius erat vinū, postea est acetum, & quod prius erat lignum postea sunt cineres. Tertio arguitur. Verba cōsecrationis, vt dictum est, sua significatione efficiūt cōuersionem panis in corpus: sed causa effectiua debet esse prior suo effectū: ergo significatio verborū præintelligitur cōuersioni: sed ante cōuersionem est falsa: ergo simpliciter est falsa. Respondetur, quod significatio verborū solum præintelligitur cōuersioni ordine naturæ, si cut causa naturaliter est prior effectū: non tamen ordine tēporis: quia simul habet secum suum effectū, atq; id ad eius veritatem sufficit. At quia solutio non satis rem explicare videtur, arguitur sic. Si illa propositio est causa cōuersionis, vel est causa quatenus est vera, vel quatenus est falsa, vel prius natura, quàm sit vera vel falsa, non potest responderi, quod quatenus est falsa: aliàs dicendum esset quod semper est falsa, vel quod mutatur de falsa in veram, quorū vtrūque est erroneum: si autem est causa in quātum est vera, tum cum omnis causa saltem natura debeat præcedere suum effectū, fit vt prius natura sit vera, quàm contentum sub speciebus sit corpus. Consequens tamen est falsum: nam cum id ipsum illa propositio significet, necesse est, vt prius natura res ipsa sic se habeat putā, vt contentum sub speciebus sit corpus, quàm illa sit vera. Nam vt. 1. Perihermenias autor est Arist. ab eo quod res est, vel nō est propositio est vera vel falsa. Scotus loco citato licet hoc argumentum non faciat, tenet illam propositionem esse causam cōuersionis, in quantum est signum eandem cōuersionem præsignificans, quæ quidem significatio præcedit natura cōuersionē, non tamen in quantum vera vel falsa, sed in quātum neutra. At profectō naturæ ipsi significandi propositionis repugnat, in aliquo priori significare, & nec verè nec falsè: nam de intrinseca eius natura est alterutro istorum modorum rem enunciare. Et ideo responsio colligitur ex doctrina præsentis S. Thomæ, videlicet, formam cōsecrationis esse causam cōuersionis, in quantum est propositio vera, ne que hoc dubitare licet, quando quidem virtute veræ significationis id efficiat. Supponimus ergo quod simul tempore: nēpe in eodem instanti, vt supra expositum est, incipit & illic corpus esse, & propositio esse vera.

Quare

Tertium argumentum.

Argumentum.

Scoti opinio.

Reprobatio opiniois.

Sententia autorū.

Quare non datur instans, in quo vnum sit sine alio, sed solum disputatur de priori natura: hoc autem nihil dicit nisi causam, scilicet, quia hoc est, illud est. Respondetur ergo quod in diuersis generibus causarū Aristoteles docet vnum esse prius altero, & vice versa. Introitus enim aeris aperientis fenestram prius natura est in genere causæ efficientis, quàm fenestra aperiat: quoniam intrando illa aperit. Et tamē in genere causæ materialis prior est apertio, quàm introitus aeris: nam nisi aperiretur fenestra, non pateret aëri ingressus. In re ergo præsentī, quia conditio propositionis præctica est, quod sit causa suæ veritatis, illamque secum adferat, fit vt in genere causæ efficientis prius natura propositio sit vera quàm cōuersio fiat. Quod est dicere: quia propositio est vera cōuersio fit. In genere autem causæ obiectiue prius natura est corpus illic existerē, quàm propositionē esse veram. Quod est dicere: quia res ita se habet ad æquationem consistit veritas, sicuti ordine executionis prior est causa efficiens, sed ordine intentionis prior est causa finalis.

ARTICVLVS VI.

Vtrum forma cōsecrationis panis consequatur suum effectū antequam perficiatur forma cōsecrationis vini.



NON defuerunt antiquitus qui dicerent, duas formas cōsecrationis panis & vini seiuicem expectare in agendo, ita vt prima nō perficeret suū effectū ante prolationem secundæ. Quare ad refutandum illum errorem mouetur iste articulus; Vtrum illud sit verum. Et respondet D. Tho. hac negatiua conclusione. Prima forma cōsecrationis non expectat secundam, sed statim habet suū effectū. Probat. Illa forma profertur per verbum præsentis temporis: ergo ad sui veritatem expostulat, vt simul cum sua significatione res significata sit: nēpe, cōuersio: alioquin per verbum enuncianda esset futuri temporis: scilicet, Hoc erit corpus meum: significatio autem illic perficitur vbi completur verborum prolatio: ergo tunc est absoluta cōuersio. Et confirmatur ex vsu & ritu ecclesiæ: nam protinus vt corpus cōsecratur ante cōsecrationem calicis proponi-

Conclusio.

tur adorandum, qui quidem ritus, nisi perfecta tunc esset cōuersio, idolatrare faceret adorantes.

Nulla subest in hac conclusione ambiguitas, adeo est per se certa. Et quod de cōsecratione corporis asseritur, id quidē & de cōsecratione calicis pari ratione verificatur. Si enim quis ipsum prius quàm panē cōsecraret, sacramentum perficeret, enorme tamen committeret sacrilegium. Ordo enim est vt prius cōsecratur corpus. Neque verò vnum cōsecrare licet absque altero: esset quippe sacerdos in sacramentum iniurius nisi ambas species cōsecraret & sumeret, vt decretum ait Gelasij can. Cōperimus. de cōsecr. dist. 2. Quocirca in concilio Toletano septimo capit. x. sancitum est, vt si contigerit inter missarum solennia sacerdotē morbo aliquo corripri, alius rem sacrā peragat. De qua re Innocentius lib. 4. de mysterio missæ cap. 22. sermonē habuit. & cap. 23. dicit, quod vbi non est copia vini, nullatenus est cōsecrandum corpus.

Argumentum potissimum, quo patroni allegati erroris seducebantur, est quod hic facit S. Tho. Sicut per cōsecrationem panis incipit esse corpus Christi sub eius speciebus, ita per cōsecrationem vini incipit esse sanguis: ergo si prior cōsecratio effectū ante posteriorem haberet, esset corpus in sacramento sine sanguine, atque adeo non esset verè si cut est in cælo. Ad hoc autem plerumque in superioribus responsū est, quod sub speciebus panis est corpus ex vi cōsecrationis, & sanguis ex concomitantia: & sub speciebus vini vice versa, quare vtrōque est integrū.

Secundū. Duæ istæ cōsecrationes videtur se habere vt tres mersiones baptismi: sed vbi baptismus sub trina mersione celebratur nō habet effectū vsque ad vltimam: ergo neque hic prima sine secunda. Negatur maior, nam istæ cōsecrationes licet faciant vnum perfectum conuiuium ex cibo & potu, nihilominus vna est perfectus cibus & altera perfectus potus. Quare vtrāque per se habet suā perfectionem: mersiones autem sunt sicut partes, quæ ad vnum effectū ordinantur. Et ideo quando intentio intercedit baptizandi non nisi per omnes, effectū non habent nisi simul. Et idem est de verbis, ex quibus componitur forma cōsecrationis corporis. Ordinantur enim ad vnicū effectū, & ideo non habent effectū, nisi absoluta omnium prolatione.

Kk Quæst

Expositio articuli.

Innocentius.

Primum argumentum.

Secundū argumentum.

QVAESTIO SE-
cunda de effectibus hu-
ius sacramenti.

S. Thom. 3. part. quæst. 79.

ARTICVLVS. I.

Vtrum per hoc sacramentum conferatur gratia.



MERSIMVS tandem ex dialectica metaphysicæque scopulis, quos ad declarandam mirabile hu-ius sacramenti cõuersionẽ, euitare nequiuimus. Excepit ergo nos iã gratissima planities effectuum eiusdem sacramen- ti, qui sunt numero sex: nempe, collatio gratiæ, adeptio gloriæ, delictorũ mortalium expiatio, & venialium absterio, ac pœnæ pro præteritis peccatis debita condonatio, & præseruatio à futuris. Quos quidẽ partus germinat quæ ratione est sacramentum. Nam quatenus sacrificium habet præterea, vt sit pro illis, pro quibus offertur, satisfactio. Queritur ergo primum, vtrum per ipsum conferatur gratia. Ad quod respondetur affirmatiua conclusio- ne. Hoc sacramentum gratiam confert. Ait quippe Dominus Ioã. 6. Panis, quem ego da- bo, caro mea est pro mundi vita: vitam au- tem spiritualem nemo, nisi per gratiam, ad- ipiscitur. Quatuor verò sunt capita, quibus huic sacramẽto munus hoc competit. Primum scilicet, ac præcipuum ex eo quod continet quod est Christus. Qui quidẽ sicut in mundo visibiliter apparens vitam ei contulit gratiæ, secundum illud Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est: ita & in hominem sacramentaliter ingressus eandem operatur, iuxta illud Ioan. 6. Qui manducat me, viuet propter me. Vnde Cyrillus in epistola concilij Ephesini, quod refertur de cõse. dist. 2. can. Necessariẽ viuificantem, inquit, Dei verbum vniens seipsum propriæ carni, fecit ipsam viuificantiam. Decebat ergo eum nostris quodammodo vniri corporibus per sacram eius carnem & pretiosum sanguinem, quæ acci- pimus in benedictione viuificantiam in pane & vino. Secunda ratio sumitur ex eo, quod in hoc sacramento representatur: scilicet, ex

Conclusio.

in Quart. Senten.

passione Christi. Effectus enim, quem passio fecit in toto mũdo quantum ad sufficientiã, habet quoad efficaciam sacramentum hoc in singulis hominibus. Vnde Chrysostomus su- per illud Ioan. 19. Continuo exiuit sanguis & aqua, Hinc ait, suscipiunt principiu sacra- menta. Cũ ergo accesseris ad tremẽdum ca- licẽ, vt ab ipsa bibiturus Christi costa, ita ac- cedas. Quare Dominus Matth. 26. Hic est, in- quit, sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Tertio idem ef- fectus pensatur ex vsu, & modo huius sacra- menti, quod dispẽsatur sub forma cibi & po- tus. Caro enim, inquit, mea verẽ est cibus, & sanguis meus verẽ est potus. Quapropter om- nes effectus, quos corporeus cibus & potus exhibet in vita corporea, præstat & hoc sa- cramentum in spirituali: scilicet, sustentare, au- gere, reparare & delectare. Quamobrem Am- bro. lib. de sacrament. Iste panis est vite æter- næ, qui animæ nostræ substantiã fulcit. Quar- to idem huius sacramenti effectus deprehen- ditur ex speciebus, quibus traditur: scilicet, panis & vini. Vnde Aug. super eodem loco Ioan. 6. Dominus noster corpus & sanguinẽ suum in eis rebus commẽdauit, quæ ex mul- tis ad vnum aliquid rediguntur. Panis enim ex multis granis vnus fit, & vinum ex multis acinis confluit. Vbi fidelium gratia vnitatis designatur. Ob id quæ ait alibi super eundem Ioan. O sacramentum pietatis, õ signum vni- tatis, õ vinculum charitatis.

¶ Si cui fortẽ articulus hic supernacaneus ap- pareat, ob id, quod dist. 1. q. 3. in genere de cõ- sistentiis sacramentis disputatum est, quemadmo- dum per omnia gratia cõferatur, meminerit illic etiam D. Thomam adieciisse, quod quan- tus omnium gratia eadem sit quoad essentiã, nihilominus est multiplex quãtũ ad effectũ varietatẽ. Atq; adeo operæ precium est in sin- gulis adnotare, quisnam sit vniuscuiusq; pro- prius. Præterquã, quod vltra communes ra- tiones omnium cõferẽdi gratiã sunt in singu- lis peculiare, vt in præsentiarũ S. Th. ostẽdit Adnotauit autem Duran. in. 4. dist. 12. q. 4. ¶ Aliud est querere de effectu huius sacramen- ti, & aliud de effectu, quem materia consecra- ta facit in suscipiente: nam sacramentũ istud consistit in sola consecratione materiæ, licet nullus subsequatur vsus. Potuisset tamen il- lam adnotationem excusare: quippe cũ ef- fectus sacramenti nullus sit, nisi quem facit in suscipiente: nam species consecratæ conti- nentes

Expositio ar- ticuli.

Duranus.

Aut.

centes

Distinct. II. Quæst. 2. Artic. 1.

tinẽtes corpus existẽtiãq; corporis & sangui- nis sunt quidẽ effectus cõsecrationis, non tũ sacramenti: quia consecratio non est sacramẽ- tum, sed causa sacramenti, quod est corpus & sanguis sub speciebus, cuius ideo sacramenti effectus non est, nisi gratia. Neq; verò solum augmentum gratiæ. Quare S. Tho. non qua- rit, vt Durandus & alij, vtrum effectus huius sacramenti sit augmentum gratiæ, sed vtrum sit gratia: quia etiam per se ei conuenit colla- tio primæ, vt in solutione primi videbimus. Propria ergo species gratiæ huius sacramen- ti, vt eadem dist. q. 6. videbimus, est nutritio, atq; adeo cõseruatio spiritualis vitæ, cuius generationem baptismus, augmentum verò, confirmatio nobis præstitit. ¶ Fuit autẽ Mel- salianorum hæresis vt libr. 7. histo. tri. cap. 11. refertur dicentium diuinum cibum huius sa- cramenti nec prodesse quicquam nec ledere. Contra quos stat firmissima non solum scho- lastica conclusio, sed & catholica fides, quod sit spiritualis refectio per gratiam. Hic enim alludunt verba Christi, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & in me manet & ego in illo, & caro mea verẽ est cibus, & sanguis meus verẽ est potus, & similia. Præterea & ecclesia sticis sanctionibus cõfirmatur, vt patet in di- cta epistola Cyrilli concilij Ephesini, & in cõ- cilio Florentino, vbi habetur effectum huius sacramenti esse adunationẽ hominis ad Chri- stum. Quare sumentibus, inquit, gratia auge- tur. Et subduntur verba hinc S. Thomæ: scili- cet, Omnem effectum hinc locum habere, quẽ cibus & potus habent in vita temporali: vide- licet, sustentando, augendo, reparando, dele- ctando. Et subiunguntur Urbani verba dicẽ- tis. Gratiam saluatoris nostri recensemus me- moriam, à malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarũ proficimus incrementum. Virtus enim alimenti est restau- rare illud humidi, quod calore naturali consu- mitur, & ideo dicitur reficere, & sustentare, ne homo decidat in morbum & mortem. Et pa- riter gratia huius sacramenti sustentat spiritua- lem vitam ab spiritualibus peccatorum mor- bis, & sustentado indies vires auget, iacturã- que & languores venialium peccatorum re- parat: quimvero & ruinas, quas mortalia præ- cedentia, à quibus respicimus, fecerãt. Et sic per modum refectiois delectat: quia per hu- iusmodi gratiam homo, quasi spirituali cibo faginat, & potus dulcedine inebriatur.

Conclusio ca- tholica.

Urbanus.

¶ Ad hæc id etiam adnotandum quod hoc sa- cramentum non tunc dum perficitur, id est, consecratur, neque dum tanquam sacrificiũ offertur, gratiam confert, sed vsu dum sumi- tur: iuxta verbum supra citatum, Qui man- ducat me, viuet, ppter me, & Nisi manducaue- ritis, &c. Quapropter scire expedit quãtum sit tempus, quo sacramentum gratiam cõfer- re potest. Ad quod Caietanus in præsentiarũ respondet, nõ solum tempore, quo est in ore, aut in gutture, sed toto, quo in stomacho du- rant species posse virtute sacramenti cõferri gratiam. Consentit Maioris dist. 9. argumen- to. 5. ¶ Hæc autem opinio non apparet vnde quaq; vera. Primò, quia vel intelligunt toto il- lo tempore si homo est dispositus, sacramen- tum continenter conferre, augereque iugiter gratiam. Atq; hoc dicere non possunt: quia gratia sacramentalis in instanti producitur. Præterquam, quod inde fieret consequens au- tiorẽ gratiam sacramentalem ei imperti- ri, qui maiorem hostiam suscipit, atque ei, qui ob imbecillitatem stomachi tardius digerit: quia proluxius est tempus collationis gratiæ. Aut intelligunt, vt Maioris insinuat, & Caieta- nus dicere debet, quod cũ non nisi certus gradus cuiq; sacramento respondeat, illo per- cepto, non amplius virtute sacramenti auge- tur. At tanquã suæ opinionis consequens, con- fitentur, quod si dum homo sacramentum de- glutit obicem habeat mortalis culpæ, cuius illico antequam species digerantur eum pœ- niteat, gratiam sacramentalem, quam prius propter obicem non receperat, tunc recipiet. Vnde rursus confitentur consequi, vt quispiã recipere possit sacramentum in peccato mor- tali, atq; adeo vt perceptio ipsa sit mortalis, & nihilominus virtute ipsius recipiat vitalẽ gra- tiam, quæ quidem profecto confessio non ni- hil absurditatis præ se fert. ¶ Sed arguitur se- cundo. Vnicuiq; sacramento signandum est punctum, quo suum sortiatur effectũ, quod quidem punctum est instans illud & momen- tum, quo perficitur applicatio: ista autẽ opi- nio nullum assignat, nisi latum tẽpus. ¶ Ter- tiò id euidentius explicatur. Sacramentũ hoc gratiam cõfert per comestionem & potum: ergo illo adæquato momẽto, quo perficitur comestio, cõfertur gratia. Sicut in baptismo illo momento, quo perficitur verborum pro- latio. Ex quo fit, quod dum est in ore, etiam si sit sumptum cum intentione deglutendi, nõ habet suum effectum: nam si expueretur,

Verbum.

Tempus colla- tionis gratiæ Caietanus et Maioris.

Reprobatio.

Kk 2 falsum

Sententia au-
toris.

falsum esset dicere contulisse gratiam. Item quia masticare proprie non est comedere, sed deglutire. Colligitur ergo ut instans collationis gratiæ huius sacramenti sit illud, quo primum verum est dicere, Comestum est: scilicet, guttur aut gulam transtulit. Nam & eius applicatio comestio est, & scilicet applicatio perficitur. Vnde si illo tunc momento suscipiens non habet obicem culpæ, illic suscipit sacramenti gratiam. Si autem tunc habet obicem, licet antea vel post fuerit bene dispositus, habebit quidem gratiam virtute meriti & operis operantis, non tamen virtute operis sacramenti. Et quartò arguitur. Digestio specierum nec est sumptio neque usus sacramenti, neque actus pro tunc spontaneus, sed merè naturalis: ergo virtute illius non est censendum gratiam conferri. Argumentorum verò in fauorem Caietani primum est. Locus ille Ioan. 9. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi, hoc tamen applicare ad existentiã in stomacho, nihil rei consonat: loquebatur enim Christus de luce suæ doctrine & exemplorū. Secundò arguitur. Cibus & potus corporalis quã diu est in stomacho prodest: sed hoc sacramentum sumitur per modum cibi & potus, & durat in stomacho: ergo toto illo tempore prodesse poterit spiritualiter. Negatur consequentia: est enim discriminẽ, quòd cibus corporalis non prodest dum sumitur, sed dũ digeritur: quia tunc conuertitur in substantiã aliti. Effectus autem sacramenti est spiritualis, qui subinde fit in instanti, atque adeò nõ quãdo digeritur, sed dum sumitur effectũ habet. Alioqui si instar corporalis cibi quandiu in stomacho durat corporaliter reficeret, sequeretur, quod tota illa mora semper augeret gratiam. Præsertim, quòd cum ut supra distin. 6. quæst. 1. de baptismo dictum est, foelicior dispositio suscipiẽtis in causa sit, ut effectus ipse sacramenti copiosior conferatur, sequeretur, quòd si in deglutitione propter minorem dispositionem minor gradus collatus est, postmodum crescente dispositione, cresceret gratia sacramenti, quandoquidem dum existit in stomacho semper secundum istos est in actuali applicatione. Atque adeò conduceret, ut digestio fieret morosius, quòd profectò concessu ridiculum esset. Tertio arguit Caietanus. Sacerdos dum sumit propter occupationem quam habet & attentionem ad reuerentiam exteriorem ne hostia adhæreat palato, aut sanguis effundatur, non habet tunc

Obiectorum
Solutio.

illam contritionẽ, quæ requiritur ad recipiendam gratiam sacramenti: quare nisi sufficeret postea illam habere, iacturam maximam faceret: nam contingeret, ut quandoq; non reciperet primam gratiam, per quam fieret ex attrito contritus. Respondetur, hoc argumentum fundari in quadam eius propria opinione: videlicet, quòd requiratur actualis deuotio ad suscipiendum sacramentalem gratiam. Quòd profectò est scrupulũ iniicere, vbi non opus est, ut artic. vltimo apparebit. Imò verò quãdo quis accedit attritus putans se esse contritum, quantum dum sumit non habet actuale deuotionem, fit virtute sacramenti contritus: nam postquam non opponit obicem, non est cur effectus sacramenti impediatur. Sed si absit actualis deuotio, hæc sola fit iactura, quòd non sentitur dulcedo, & gustus spiritualis: hoc enim dicit actum: quare non est timenda propter absentiam actualis deuotionis iactura in gratia. Adde quòd non est necesse ut illa attentio ad actũ exteriorem sumptionis deuotionem impediatur. Subdit hic Caietanus forsan dandum esse medium, ut quispiam sacramentum sumens in peccato, nec sumendo peccet, sed excusetur, ob id, quod diligenter putet fecisse indignẽ, nec tã gratiã suscipiat, ob id quòd non fecerit sufficientem. Sed hæc disputatio ad distinctionem sequentem, quæst. 1. ar. 4. proprius pertinet, vbi de peccatore ad sacramentum accedente disputabitur. Hoc tamen interim hic adnotandum, quòd qui propter obicem gratiæ illam non recipit dum suscipit sacramentum, nunquam gradum illum sacramentalem postea recuperabit: nõ ut distin. 6. quæst. 1. dicebamus, solius baptismi priuilegiũ est, ut effectus perfectionem impeditus dum recipitur, postea sublata per poenitentiam fictione virtute præteriti sacramenti redeat. Subiungit demum, quòd neque ille, qui accedit in gratia, suscipit augmentum nisi tunc habeat actualem deuotionem in cuius cause patrocinium quàm plurima congerit. Et glossat dictum S. Thomæ in art. vltimo præsentis quæstionis, quòd contrarium apparet: & ideo illuc usq; disputatio nem differre oportet, vbi omnia eius asserta examinabuntur.

Primum argumentum S. Thomæ est huiusmodi. Hoc sacramentum est nutrimentum spirituale: nutrimentum autem non applicatur nisi viuenti, & vita nõ acquiritur nisi per gratiam, quæ quidem vitalis gratia proprie confertur

Primum ar-
gumentum.Documentum
notandum.

Admonitio

confertur in baptismo: ergo hoc sacramentum non confert primam gratiam. Neq; verò augmentum: nam illud, ut dictum est, confertur in confirmatione. Responsio tria habet membra. Primum, quòd hoc sacramentum ex se virtutem habet conferendi gratiam: scilicet, primam: quia nemo sine eius susceptione vel in re vel in voto potest illã suscipere: scilicet, vel in voto proprio, ut habent adulti, vel in voto ecclesiæ, ut paruuli dum baptizabatur. Vnde cum hoc sacramentum sit finis baptismi, sicut baptismus, ut dictum est, concurrat in re ad primam gratiam: ita & hoc concurrat in voto, quòd illic includitur. Colligitur ergo secundò, ut dum in re suscipitur eadẽ gratia augeatur. Itaque per se hoc sacramentum in voto quidem conferre habet primam gratiam, in re verò non nisi augmentum, sed per accidens ratione dispositionis suscipientis: scilicet, quia accedit attritus putans se esse contritum, confert, dum suscipitur, primam gratiam. Sed tertio differt à confirmatione: quia illic augetur corroboraturq; gratia ad propugnandam fidem contra exteriores impugnationes hostium Christi: hic verò ad sustinendam perficiendamq; spiritualem vitam, ut homo perfectius tãquam per spirituale alimentum adunetur Christo, in ipsumque magis ac magis conuertatur. Ex hac solutione attentè colligito, desiderium & votum eucharistiæ non sufficere ad conferendam gratiã eius sacramentalem. Est enim regula in omnibus, ut hoc etiam comprehendatur, vniuersalis, quòd gradus gratiæ, qui correspondet sacramento, nunquam nisi in re suscepto confertur. Et ideo admonendi maxime sunt parraciarum sacerdotes ne ex quacunque leui causa omittant bucellam infirmis porrigere, fraudantes eos illo gradu gratiæ, quam virtute operis sacramenti reciperent. Grauitur enim falluntur putantes idem esse adorare & suscipere nisi quantum ad præceptum implendum. Quòd enim ait super Ioan. Augustinus. Credere in Iesum Christum, hoc est manducare panem viuum. Et in lib. de poenitentia medicina, Quid paras dentem & ventrem? crede & manducasti, qui canones referunt de cõsecra. distinct. 2. solum de illa manducatione intelligitur, quæ est de necessitate salutis, ut hic ait Sanctus Thomas, & superius latius quæst. 73. arti. 3. Ad salutem enim sufficit hoc sacramentum suscipere in voto, si tamen per susceptionem baptismi, aut poenitentia, aut

veram contritionem aliàs sit homo in gratia. Vnde si infirmus non sit nisi tantum attritus nunquam per adorationem sacramenti fiet contritus, nec recipiet gratiam potius quam dum sanus adorat in ecclesia. Vide quanta iactura fiat ex leui causa tunc non conferre sacramentum. Quando verò vomitus, vel alia irreuerentia timetur, tunc saluti infirmi præferenda est reuerentia sacramenti, atque adeò nõ est ministrandũ. Secundò arguitur. Hoc sacramentum est quædam spiritualis refectio: huiusmodi autem refectio magis ad usum gratiæ, quam ad eius perfectionem pertinere videtur: non ergo gratiam confert. Respondetur ad minorem negando refectioem pertinere duntaxat ad usum gratiæ, imò etiam pertinet per se ad augmentum & per accidens in eo qui accedit attritus ad receptionem: nõ si, uti gratia, est refectio, fit ut & ipsam recipere ad id pertineat, sicut receptio cibi. Imò non solum augmentum vel receptio gratiæ, sed etiam charitatis est huius sacramenti effectus. Neque id tantum propter generalem connectionem: quia gratia vbicunque recipitur secum adfert charitatem cum aliarum virtutum comitatu, sed ex peculiari natura refectiois, quæ fit per calorem, qui quidem calor proprius est charitati. Vnde Damascenus libr. 4. cap. 14. Sacramentum hoc carboni confert, quem Esaias vidit cap. 6. carbonem non est simplex lignum, sed igni vnitum, sicuti & panis communionis (hoc est corpus Christi) non simplex est, sed diuinitati vnitus, atque adeò sumentem per amorẽ Deo cõiungens. Cum autem secundum Gregorium amor Dei nõ sit ociosus, sed magna operetur, fit ut hoc sacramentum non modò gratiam & charitatem conferat, sed ad usum etiam & actus carum excitet, iuxta illud. 2. Corin. 5. Charitas Christi vrget nos. Colligitur ergo ut virtute huius sacramenti anima reficiatur, & delectetur, & inebrietur dulcedine bonitatis diuinæ, que omnia dicunt actum & usum, secundum illud. Cantico. 5. Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi. Vnde Duran. distin. 12. quæst. 4. aliud discrimen ponit inter augmentum gratiæ, quòd est effectus huius sacramenti, & illud, quòd fit in confirmatione: nõ illud magis comparatur augmento non viuũtium, ut si aquæ aquam apponas. Hoc autem, quia fit per viam nutritionis, æquiparatur augmento viuũtium, quòd fit calore interno, & vitali opera. Tertio arguitur. In hoc

Secundum ar-
gumentum.

Damascenus

2. Corin. 5.

Tertium ar-
gumentum.

hoc sacramento, vt supra dictum est, corpus Christi offertur pro salute corporis, sanguis verò pro salute animæ: corpus autem non est gratiæ capax: ergo saltem quantum ad hunc effectum hoc sacramentum non confert gratiam. Respondetur, quòd cum sacramenta operentur salutem, quam significant, fit vt secundum quandam similitudinem & attributionem dicatur corpus offerri pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ, quanuis cum vtroque sit totus Christus, vtrunque & corpori conferat & animæ. Adde quòd licet corpus non sit capax subiectum gratiæ, ex anima tamen gratuitus effectus gratiæ redundat in ipsum tã in præsentī seculo, in quo per Dei gratiam exhibemus membra nostra vt ait Paul. ad Rom. 6. arma iustitiæ Deo, quã in futuro, vbi corpus incorruptionem & gloriam ex animi redundantia sortietur.

ARTICVLVS II.

Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ.



Equitur de alio effectu huius sacramenti: scilicet, an sit adeptio gloriæ. Respondet Sanct. Th. vnica affirmatiua conclusione. Conuenit huic sacramento cau-

Conclusio.

sam esse adeptionem vitæ æternæ. Probatu primò ex verbo Christi Ioan. 6. Siquis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: vita enim æterna idem est, quod gloria æterna. Deinde probatur ex duplici capite: scilicet, tam ex eo, quod continet & representat, quæ sunt Christus & eius passio, quàm ex vfu sacramenti eiusque speciebus. Christus enim, qui hîc cõtinetur, per suam passionem, quæ hîc representatur, aditum nobis pandit sempiternæ vitæ, secundum illud ad Hebræ. 9. Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, qui vocati sunt accipiant re promissionem æternæ hæreditatis. Ad cuius significationem in forma calicis habetur, Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti. Secundò eadem conclusio fit manifesta ex vfu & speciebus. Est enim spiritualis resectio, & vnitas, quæ per speciem panis & vini, vt articulo præcedenti dictum est, significatur, quæ quidem resectio & vnitas in hac vita imperfectè habetur: in futura verò perfectè. Vnde August. super illud Ioan. 6. Caro mea

in Quart. Senten.

verè est cibus, Cùm cibo, inquit, & potu id appetant homines, vt non esuriant, neque sitiant, hoc veraciter non præstat, nisi iste cibus & potus, qui eos, à quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit in societate sanctorum, vbi pax erit & vnitas plena atq; perfecta.

Qui conclusionem huius articuli superficie tenus aspexerit, putabit adeptionem gloriæ non esse proprium effectum huius sacramenti, sed per accidens, quod est omnibus generale, quando conferunt primam gratiam. Aperire enim gloriam, illi conuenit sacramento, quod per se confert primam gratiam, vt est baptismus, vt distin. 7. quæst. 1. artic. 7. dictum est, & per suam formam pœnitentiæ, per quam remittuntur actualia. Cùm ergo hoc sacramentum, dum confertur in re, non habeat per se conferre primam gratiam, fit vt neque conferre gloriam, sed augere. At verò mens Diui Thomæ sublimior est, censet enim hoc per se conuenire huic sacramento, sicuti baptismus, licet quodammodo differenter. Primùm, quia vt artic. proximo dicebamus, in baptismo includitur votum huius tãquam finis omnium sacramentorum, per què modum confert primam gratiam. Secundò, quod ad rem magis attinet, quòd cùm gloria non sit nisi vita æterna, cuiusque sacramento per se conuenit dare aut sustentare vitam spiritualem, quæ hîc incipit & in futuro seculo perpetuatur, conuenit propriè cõferre gloriam. Sacramentis ergo confirmationis, extreme vnctionis, ordinis, & matrimonij, quia sua gratia non est per se dare vitam, nisi per accidens, quando accedens est attritus, sed alios habent effectus, non per se conuenit conferre gloriam. Baptismo verò & eucharistiæ per se id conuenit: baptismus enim, quia est regeneratio dat nobis vitam faciendo nos filios Dei, & si filios, vt ait ad Roma. 8. Paul. ergo hæredes æternæ vitæ. Eucharistiæ verò, quia eandem vitam sustentat, nutrit & auget, virtute sua facit, vt detur nobis perpetua in patria.

Expositio articuli.

Primum argumentum sancti Thomæ est. Effectus proportionatur causæ: hoc autem sacramentum conuenit viatoribus, quibus datur causa sustinendi vitam huius seculi: viatores autem non sunt capaces gloriæ: ergo virtute huius sacramenti non confertur. Respondetur, quòd per hoc sacramentum adipiscimur gloriam, sicuti per passionem Christi,

Primum argumentum.

sti, cuius virtute operatur: per passionem autem non illico introducimur in gloriam, inò vt ait ad Roma. 8. Paulus, Oportet nos prius in hac vita Christo compati, vt in futura cum ipso conglorificemur. Hoc ergo sacramentum est causa gloriæ, quatenus est viaticum subsidiū sustentandi spiritualem vitam per quã peruenimus ad gloriam. In cuius figuram legitur. 3. Reg. 19. quòd Helias comedit & bibit & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad motem Dei Oreb, quo celsitudo gloriæ contemplationis designatur. Secundò arguitur. Multi accipiunt hoc sacramentum, qui nunquam ad gloriam peruenient, vt. 21. de ciuita. Dei autor est Augustinus: ergo effectus eius non est adeptio gloriæ. Negatur cõsequentiæ: nam sicut passio Christi per se sufficiens est, vt per illam quisq; gloriam adipiscatur, si bene se ad illã accommodauerit: sic & hoc sacramentum. Si quibus ergo non prodest, nõ est ex defectu ipsius, sed ex eorũ culpa. Vnde super Ioan. idem August. Multi, inquit, de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Panem ergo cœlestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate. Tertio arguitur. Maius nõ efficitur à minori: maius autè est Christo in cœlo sub propria specie frui, quod pertinet ad gloriam, quàm ipsum sub aliena in sacramento percipere: ergo hoc non est illius causa. Respondetur ad maiorem, quòd licet maius à minori non fiat tãquam à causa principali, fieri tamen potest tãquam ab instrumento, per asciam enim fit statua: sic ergo per sumptionem sacramenti instrumentaliter adipiscimur gloriam, quam Deus nobis confert.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS III.

Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.



Equitur de tertio effectu, qui est expulsio mali: scilicet, peccati mortalis, vtrũ hoc conueniat eucharistiæ sicut baptismus & pœnitentiæ, quæ est absolutio peccatorum. Ad quod per distinctionem respondetur quatuor conclusionibus. Sacramentum enim hoc considerari potest aut secundum se, aut respectu suscipientis. Est ergo prima conclusio. Secundum

Prima conclusio.

se consideratum virtutem habet remittendi quæcũque peccata. Probatu, quia est instrumentum passionis Christi, quæ omnia peccata delere sufficit, nisi obstaculum inueniat.

Secunda conclusio. In eo, qui sacramentum recipit cũ conscientia peccati mortalis nullã operatur remissionem, inò culpam accuuiulat. Probatu primò ex illo. 1. Corint. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi inãducat & bibit. Vbi glossa. Ille manducat & bibit indignè qui in crimine est, aut irreuerenter tractat, qui ideo iudicium manducat & bibit: scilicet, cõdemnationem. Et confirmatur ratione. Sacramentum hoc eo quòd datur in nutrimentum, est sacramentum viuientium, quibus solũ nutrimentum competit: ergo quicumque accedit cum conscientia peccati mortalis obicem opponit sacramento, tum quia non viuunt, tũ quia vniri non potest Christo tãquam eius membrum, qui est effectus sacramenti, & ideo tanquam indignus susceptor iniuriam irrogat sacramento, atq; adeò veniam non obtinet, sed sumendo peccat. Vnde in lib. de ecclesiasticis dogmatibus. Si mès in affectu peccati est grauatũ magis eucharistiæ perceptione, quàm purificetur. Ad explicandam autem conclusionem, adhibentur aliæ duæ. Tertia ergo est. Hoc sacramentum operari contingit peccatorum remissionem dupliciter, vno modo dum recipitur in voto: scilicet, dum quis iustificatur aut per baptismum, aut per confirmationem, vtrobi que enim includitur eius votum, ceu omnium sacramentorum finis. Operari enim remissionem peccatorum, est primam gratiam conferre, qualis per huiusmodi iustificationem confertur. Quarta conclusio. Secundo modo hoc sacramentum in re susceptum conferre potest primam gratiã, atq; adeò remissionem peccatorum, dum quis accedit in peccato mortali, cuius tamen nec conscientiam habet nec affectum, vt putat si accedat attritus putans se esse contritum, aut si sine culpa est oblitus alicuius mortalis. Tunc enim sacramentum hoc charitatis contritionem perficiet & remissionem operabitur.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Tres primæ conclusiones apud catholicos adeò sunt perniæ, vt nulla indigeant discussione, sed soli hæretici, qui negant sacramenta conferre gratiam, negant subinde per aliquod eorum conferri remissionem peccatorum, sed peculiariter qui negant Christum contineri hîc secundum veritatẽ. Subsequen-

ter nullam huic sacramento attribuunt culpa-
rum remissionem, in quorū numero est Oe-
colampadius, cōtra quem lib. 2. de sacramēto
eucharistia capit. 8. disputat Clichtoueus.

August.

¶ Caterum testimonium illud Augustini de
ecclesiasticis dogmatibus cap. 53. quod refer-
tur de conse. dist. 2. can. Quotidie. Diuus Tho-
mas hic, ad secundam conclusionem, & Sco-
tus & omnes de affectu peccati mortalis in-
telligunt, qui quidem aggrauat sumentis cul-
pam, sed non desunt qui illud intelligant de
affectu peccandi venialiter, propterea, quod
ait inferius, De illo dico, quē capitalia & mor-
talia peccata non grauant. Certius tamen est
intelligi de affectu mortali, vt intelligitur à S.
S. Thoma: nam affectus venialium nō obstat
effectui huius sacramenti, vt arti. 8. per aliam
autoritatē eiusdem Augustini cōstabit. Hūc
autem locum art. 8. perpendemus, vbi dispu-
tabitur vtrum affectus peccati venialis impe-
diat effectum huius sacramenti. ¶ Quarta ve-
rō conclusio disputationem nobis prolixiorē
aperiebat de accedēte ad hoc sacramentū
in peccato de quo est solū attritus, quomodo
tūc non modò non peccet, verū & gratiā sus-
cipiat, qua veniam obtineat. Sed ne toties eā-
dem rem tangamus, hęc disputatio vsque ad
quæstionem subsequētem art. 4. referuetur
vbi de accedente in peccato explorabitur an
peccet.

Primum ar-
gumentum.

¶ Primum argumentum S. Thomæ est. Eccle-
sia in quadam collecta petit. Sit hoc sacramē-
tum ablutio scelerum: scelera autem nō sunt,
nisi peccata mortalia: ergo illa per hoc sacra-
mentum abluuntur. Respōdetur non esse in-
telligendum de ablutione eorum, quorū con-
scientiam homo ad hoc sacramentum adfert,
sed bifariam aliter: scilicet, vt illa abluantur,
quorum conscientiam non habemus, iuxta
illud Psalmi, Ab occultis meis munda me do-
mine: aut illa, quorum imperfecte dolemus,
quē dolorem petimus per sacramentum per-
fici. Aut denique in hoc sensu petimus ablu-
i, vt robur nobis per sacramentum accrescat.

Secundum ar-
gumentum.

¶ Secundò arguitur. Hoc sacramentum ope-
ratur in virtute passionis Christi sicut baptis-
mus: per baptismum autem remittuntur pec-
cata mortalia, vt supra dictum est: ergo &
per hoc sacramentum, præsertim cum in for-
ma calicis adhibeatur, Qui pro vobis & pro
multis effundetur. Respōdetur ad maiorem,
discrimen esse inter baptismum & hoc sacra-
mentum, quod baptismus operatur in virtu-

te passionis Christi tanquam regeneratio spi-
ritualis, quæ scilicet est mutatio de non esse
spirituali in esse spirituale: præterea datur per
modum ablutionis. Quorum neutrum obstat,
quominus possit quis dignè ad ipsum acce-
dere cum conscientia peccati mortalis, dum
modo nō habeat cōplacentiam, vt supra ex-
positū est, ac perinde optās à suis delictis per
baptismum abluī & de morte transiret ad vi-
tam. Sed per hoc sacramentum homo susci-
pit Christi gratiam pro spirituali nutrimen-
to, quod non conuenit mortuo in peccatis:
& ideo per se exigit, vt nemo ad ipsum acce-
dat, nisi qui bona fide crediderit se viuere vi-
ta gratiæ. Ex natura ergo diuersa horum sa-
cramentorum, diuersitas colligitur disposi-
tionis in suscipiente. Ad baptismum nanque
sufficit, vt non opponat obicem: ad eucha-
ristiam verò, vt probet se ipsum, vt ait Paul. an-
tequam de pane illo edat, aut de calice bibat.

¶ Tertiò arguitur. Per hoc sacramentum
gratia confertur: sed effectus gratiæ est iusti-
ficatio à peccatis mortalibus, secundum illud
ad Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ip-
sius: ergo per hoc sacramentum remittuntur
mortalia. Respondetur, quod licet gratia per
se sufficiat remittere peccata, nō tamen actu
remittit nisi quando datur prima: hoc autem
sacramentum dum re suscipitur, non habet
per se conferre primam gratiam, sed augere
per nutrimentum. Quare nec per se conue-
nit ei, peccata remittere, sed per accidēs ratio-
ne subiecti: quia scilicet suscipiens putat se ca-
rere peccato, quod tamen habet.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per hoc sacramentum remittantur pecca-
ta venialia.



¶ V M dictum sit, huic sacramē-
to remissionē mortalium pec-
catorum non competere, quæ-
ritur, an idem sit de venialibus
censendum. Et respondetur cō-
clusionē diuersa. Hoc sacramentum virtutē
habet ad remissionem venialium. Primò pro-
batur autoritate Innocentij libr. de mysterio
missæ, dicentis, Hoc sacramentum venialia
delet, & cauet mortalia. Deinde probatur ra-
tionibus duabus, quarum vna sumitur ex na-
tura sacramenti, atque altera ex re ipsius. Na-
tura

Conclusio.

tura enim sacramenti est suscipientes spiri-
tualiter nutrire: natura autem nutrimenti
corporalis est restaurare id, quod quotidie p-
actionem caloris naturalis deperditur: cum
ergo similiter calore concupiscentiæ per pec-
cata venialia aliquid feruoris charitatis amit-
tatur, fit vt ex natura huius sacramenti eius-
modi venialia remittantur. Vnde Ambros. li-
bro de sacrament. Ille, inquit, panis quotidia-
nus sumitur in remedium quotidianæ infir-
mitatis. Secundò probatur ex parte rei huius
sacramenti, quæ est charitas non solum in ha-
bitu, verum etiam in actu. Diximus enim ar-
tic. 1. per hoc sacramentum excitari nos ad a-
moris feruorem: actus verò & feruor charita-
tis, sicut per venialia, dum actu committuntur,
tepefit, sic cum complacentiam eorum
non inuenit eadem venialia vicissim delet.

Expositio ar-
ticuli.

¶ Notato in primis discrimen hoc, quod cum
hoc sacramentum in re non habeat per se cō-
ferre primam gratiam, imò illam supponit,
non habet per se remittere mortalia, nisi ex
sui voto, quod includitur in baptismo. Qua-
re si recipiatur cum conscientia peccati mor-
talis, illud non remittit. At verò quia peccata
venialia gratiam non excludunt, dignè quis
cum illis potest ad hoc sacramentum accede-
re, cui ideo virtute sacramenti remittentur,
nisi qui accedit obicē adferat alicuius venia-
lis maculæ. Obex enim ille obstat remis-
sioni illius venialis peccati, non tamen remis-
sioni aliorum: quia venialium peccatorū pos-
sunt aliqua sine cæteris remitti. ¶ Hæsitabit
quis forsitan, eò quod Diuus Thomas vide-
tur peculiariter hunc effectum huic sacramē-
to tribuere, cum tamen ex altera parte cun-
ctis videatur cōmunis: nam cum omnia gra-
tiam cōferant, cuius peccatum veniale obex
non est, videtur venialia per omnia alia sacra-
menta remitti. Ad hoc bifariam responderi
posset. Primò quod cum susceptio aquæ lu-
stralis & episcopalis benedictio, atque alia id
genus sacramentalia remittant omnia venia-
lia, quorum complacentiam non inueniunt,
absque aliquo eorum dolore, probabile est,
vt per omne sacramentum generali ratione
gratiæ pariter remittantur. Nihilominus tum
baptismus, tum etiam hoc sacramentum id
habet ex sua natura propriè: ille scilicet, quia
regenerat hominem in nouam vitam, hoc ve-
rò propter rationes in præsentiarum allatas.
Attamen & veritati fortè similius, & menti
S. Thomæ vicinius respondetur negando id

Dubitatio.

omni sacramento conuenire.

¶ Arguit nanq; sic primo loco S. Thom. Hoc
sacramentum, vt super Ioannem ait August. ¶ *Primum ar-
gumentum.*
est sacramentum charitatis: venialia autem nō
cōtrariantur charitati: cum ergo nihil nisi per
suum contrarium corrumpatur, videtur hoc
sacramentum minimè venialia remittere. Et
respōdet ad minorem, quod licet venialia nō
obstant habitui charitatis sicut nec gratiæ: ni-
hilominus contrariantur actuali feruori cha-
ritatis. Vnde cum ille sit effectus huius sacra-
menti, per illū remittuntur. Vult ergo S. Th.
nō remitti venialia per habitū charitatis aut
gratiæ, sed per actum. Cum ergo per alia sa-
cramenta, si nudam eorum naturam contem-
pleris, nō nisi habitus infundatur, nō habent
venialia remittere, præter baptismum, qui est
nova regeneratio. Vnde Iulius Papa can. Cū
omne de consecr. dist. 2. Omne, inquit, crimē
atque peccatum oblati Deo sacrificijs dele-
tur. Et Gregorius can. Species, huic etiam sa-
cramēto peccatorum remissionem adscribit.
Quod autem aqua benedicta & alia sacramē-
talia veniales culpas deleant, ex peculiari in-
stitutione & intentione fortiuntur. ¶ *Secundū ar-
gumentum.*
¶ Secundò arguitur. Si per hoc sacramentū venialia remit-
terentur, fieret vt remitterentur vniuersa: qua-
re si frequenter affirmare possemus, nos esse sine
peccato, cōtra illud. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, qd
peccatū nō habem⁹, ipsi nos seducimus. Res-
pōdet D. Tho. illud verbū non sic esse intelli-
gendum, quin aliqua hora absq; omni reatu
peccati venialis possimus existere: sed sic, qd
istam vitā neq; sancti absque huiusmodi leui-
bus culpis ducunt. Adde, qd Ioannes nō dicit
nos non posse esse sine peccato, sed qd nemo
id debet dicere: quia nescit an alicuius habeat
complacentiam, quæ ipsum lateat. Quare li-
cet quispiam dicat nullius se memorem esse
peccati venialis, non se seducit, sed dum pro-
certo affirmat nullum habere. ¶ *Tertiū ar-
gumentum.*
¶ Tertiò argui-
tur. Contraria mutuò se expellunt, sed pecca-
ta venialia, non sunt sacramēta cōtraria: quia
prohibent, dicētenemineb eius perceptione
Augustino super illud Ioan. 6. Patres vestri
manducauerunt manna in deserto. Innocē-
tiam ad altare apportate: peccata etsi sunt
quotidiana, non sunt mortifera: ergo venialia
per hoc sacramentū non tolluntur. Respon-
detur, maiorē esse charitatis virtutē in bonū,
quæ charitas effectus est huius sacramenti,
quàm venialium peccatorum in malū. Quare
venialia nō possunt in totum impedire cha-
ritatis

ritatis actum, licet eis quis accedat infectus ad sacramentum: & ideo sacramentum ipsum illa poterit delere. Complacentia autem venialium impedimento essent ne delerentur.

ARTICVLVS. V.

Utrum per hoc sacramentum tota poena peccati remittatur.



Vipam consequitur poena: & ideo quaeritur, utrum per hoc sacramentum etiam poenae peccatorum remittatur. Ad quod supposita distinctione D. Thomas quatuor conclusionibus respondet. Hoc enim sacramentum, ut initio diximus, & in

Eucharistia est sacramentum.

fine. d. 13. quaest. 2. artic. 1. examinabimus. Singulare hoc habet, ut sit non solum sacramentum: sed etiam sacrificium. Habet enim rationem sacrificij in quantum offertur, rationem vero sacramenti in quantum sumitur. Et ideo effectum sacramenti habet in eo, qui sumit: effectum vero sacrificij in eo, qui offert, atque in ijs, pro quibus offertur. Et quidem in quantum sacramentum, operatur vno modo directe, ex vi sacramenti, atque altero ex concomitantia: sicut dictum est de continentia, quod scilicet sub speciebus panis corpus continetur ex vi sacramenti, sanguis vero ex concomitantia. Est ergo prima conclusio. Hoc sacramentum directe nullam habet remittere poenam, sed solum ex concomitantia. Probatur, sacramentum enim illum habet effectum directum, ad quem institutum est: hoc autem non fuit institutum nisi ad nutriendum hominem, atque adeo ad incorporandum ipsum Christo, sicut membrum capiti, & ad conglutinandum ipsum cum ceteris fidelibus, ut uniantur sicut membra in vno corpore: quos quidem effectus & corporale nutrimentum habet: quae quidem ratio nullam includit poenarum remissionem. At quia haec vnio fit per actum feruoremque charitatis, & huiusmodi feruor non solum veniales culpas remittit, verum & poenas quatenus est actus amicitiae Dei, ex hac parte per hoc sacramentum non nihil suppliciorum condonatur. Secunda conclusio. Non tamen semper remittitur omnis poena, sed secundum modum cuiusque deuotionis & feruoris. Nam cum non remittatur per habitum, sed per actum, quantus fuerit actus, tanta erit & remissio. Tertia conclusio. Hoc sacramentum in quantum sacrificij

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

in Quart. Senten.

de se habet quod sit satisfactorium pro offerente, & pro quibus offertur. Quarta conclusio. Quamuis oblatio ex sui quantitate sufficiat pro satisfactione totius poenae, tamen in re non habet efficaciam nisi pro ratione & quantitate deuotionis & feruoris tam offerentis, quam illorum, pro quibus offertur. Quare non semper satisficit pro tota poena. Probatur, quia satisfactio magis attenditur penes deuotionem offerentis, quam penes quantitatem rei oblatae, ut patet in illo exemplo Luc. 21. de vidua, quae cum non obtulisset nisi duo minuta aera, iudicio Christi plura fuit eius oblatio aestimata, quam oblationes aliorum, qui pretiosiores numos in gazophylacium mittebant.

Quarta conclusio.

Hic discrimen adnotandum est, quod cum hoc sacramentum quatenus sacrificium, gratiam non conferat, sit ut illa ratione neque ullam operetur culpam remissionem, nisi per modum meriti si offerens sit in gratia, ut d. 13. q. 2. artic. 1. explicabimus: quia offert hostiam sanctam. Et ideo haec in remissione culpam nulla est habita mentio huius sacramenti quatenus est sacrificium. Habet autem per se rationem satisfactionis pro poenis culpam non tantum venialium verum etiam mortalium, quae iam sunt per gratiam deletae, prodestque offerenti, & pro quibus offertur. Et ideo de istis conclusionibus iterum nobis dist. 18. inter agendum de satisfactione, commemorandum est. At vero circa intellectum quartae dubium est non mediocre, quo modo D. Thomas intelligat oblationem huius sacrificij ex sui quantitate sufficere ad satisfaciendum pro omni poena: nihilominus non esse satisfactoriam nisi pro quantitate deuotionis offerentis, & illius pro quo offertur. Haec enim verba submouere videtur celebrare illam quaestionem, utrum missa oblata pro pluribus, tantumdem singulis valeat, quantum si oblatio pro vno solo fieret. Haec vero quaestionem, et si li. 9. de iustitia & iure. q. 2. artic. 2. tractauerimus, cum exactius limatiusque inferius dist. 13. quaest. 2. artic. 1. examinabimus. Quare de illa nihil in praesentiarum. Imo vero cum illius examen praesenti conclusioni non parum lucis adferat, illic amplius haec elucebit. Ne tamen hic nihil dicamus, animaduertendum est, id quod in hoc sacrificio offertur, esse per se infiniti valoris: est enim corpus & sanguis, quae cum sint diuinitati coniuncta, sunt suppositi infinite grati, & ideo quantum est de se ad infinitum effectum sufficeret. Attamen quia sacrificium non solum dicit rem oblatam, sed oblationem: nempe,

Expositio articuli.

Dubium.

Distinct. II. Quaest. 2. Arti. 5.

offerentis actum, sit ut quantum ad efficaciam, dum ab hominibus offertur, non habeat nisi taxatum effectum. Sacrificium vero Christi in cruce non tantum quia id quod offerebat erat infinitum, sed quia ipse offerens erat suppositum infinite gratum Deo, fuit simpliciter infiniti valoris: non autem sic dum ab homine puro offertur licet per nostram oblationem illa Christi quo ad efficaciam applicetur, sed crescit valor secundum deuotionem offerentis. Dum enim duo nummum eiusdem valoris pauperi porrigunt, ille qui ardentiori affectu eum largitur, plus meretur. Et huic veritati seruit exemplum viduae offerentis duo minuta ex maiori feruore: tamen etiam illic res oblata secundum proportionem suam inopia erat maior, quam pretiosior munus oblatum adiuuante. Sic ergo in proposito, quia res oblata est eadem, quanto sanctiori animo fiat oblatio, erit magis satisfactoria. Sed tamen veritas haec perspicaciori indiget explicatio. Queritur ergo, Utrum satisfactio in diuersis pensetur solum ad aequalitatem deuotionis, ut si vnus offerat deuotione ut vnus, & alter ut duo, satisfactio huius sit dupla ad satisfactionem alterius. Apparet enim hanc esse sententiam S. Thomae: quoniam quantitas deuotionis vnus est dupla ad quantitatem deuotionis alterius. In contrarium tamen est, quod satisfactio huius sacrificij attendi debet non solum ex opere operantis: scilicet, ratione meriti, sed ex opere, quod vocatur, operatum: nempe, virtute hostiae oblatae: & superius dist. 6. inter disputandum de effectibus baptismi diximus, effectum ipsum sacramentalem fieri maiorem in eo qui habet maiorem deuotionem. Quare qui offert deuotione, ut duo, videtur satisfacere: primum in ratione deuotionis in duplo, quam ille qui offert deuotione ut vnus: & praeterea ex opere operato etiam in duplo. Respondetur primum consulto D. Thomam & graues doctores non esse sollicitos tam minutatim istos gradus admetiri. Nam satis est, quod qui maiorem habet deuotionem, plus participat satisfactionis ratione eiusdem hostiae, sed forte non in eadem proportione: neque virtute meriti neque virtute operis exhibiti: quia non omnia duplicantur. Enimvero si duo aequae diuites aequalem pecuniam offerant Deo, non ideo quod Petrus offert duplo maiori deuotione duplicatur ei vel meritum, vel satisfactio: quia est considerata & deuotio & res oblata: & quia res

Dubium.

oblata non duplicatur, non totum quod facit Petrus duplicatur respectu eius quod facit Paulus: & ideo nec duplicatur satisfactio nec meritum. Vnde D. Tho. solum dicit quod magis attenditur animus offerentis, quam quantitas oblationis: sed nihilominus attenditur quantitas etiam oblationis. Quare cum offerentes sacrificium eandem rem offerant, sit ut quantum ex deuotione offerentis crescat satisfactio, non tamen in eadem proportione, quae excedit deuotionem alterius. Et eodem modo diximus de gratia sacramentali, quod licet crescat ratione deuotionis suscipientis, non tamen ad aequalem quantitatem. Ut si deuotio sit ut decem, sacramentalis gratia crescat ut decem supra illam, quae datur ratione meriti. Secundo respondetur non esse omnimodam similitudinem inter sacrificium & sacramentum: nam gratia sacramentalis confertur virtute ipsius sacramenti tanquam operis & instrumenti Dei, homine solum concurrente, ut digne suscipiat: & ideo crescit secundum dispositionem subiecti: scilicet, suscipientis: sed satisfactio in sacrificio non datur tanquam per solum instrumentum Dei, ut homo non faciat nisi digne recipere: imò est opus ipsius offerentis. Et ideo crescit per eius deuotionem tanquam per causam agentem. Ex his ergo fit consequens tantam esse posse deuotionem offerentis, ut pro vniuersis poenis & venialium & mortalium quo ad culpam remissorum quantumuis magna fuerint, virtute huius sacrosancti sacrificij plenissima fiat satisfactio. Id quod D. Thomas insinuat dicens quod haec oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni poena, nisi ex parte deuotionis quidpiam deficiat. Sed haec loco citato dist. 13. fulgentius elucebunt, ubi praeter satisfactionem, alios effectus sacrificio conuenire monstrabimus.

Discrimen inter effectus sacramenti & sacrificij.

Primum argumentum S. Thomae est. Per hoc sacramentum, sicut per baptismum, communicatur nobis effectus passionis Christi: sed per baptismum recipit homo plenissimam remissionem peccatorum quo ad culpam & poenam, ut supra dictum est: ergo & per hoc. Negatur consequentia: nam cum baptismus sit regeneratio, ut per quem comorimur Christo, & resurgimus in nouam vitam, per se institutus est in remissionem totius culpae & poenae: hoc autem quia non est nisi in nutrimentum, non habet illum effectum remittendi poenas, nisi secundum quantitatem deuotionis, per quam fit spiritualis

Primum argumentum.

Secundū ar- spiritualis nutritio. ¶ *gumentum.* Secundo arguitur. Nihil in sacrificijs maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi, vt ait Alexander Papa de consecra. dist. 2. can. Nihil: per sacrificia verò veteris legis homo satisfaciebat pro peccatis suis, iuxta legem Leui. 4. & 5. Si peccauerit homo, offerat hoc vel illud pro peccato suo, & remittetur ei: ergo per hoc sacramentum plenissima fiet remissio. Responso Sancti Thomae est nimis compediola, & ideo notato discrimen, quòd in antiqua lege si- cut nullum erat sacramentum, quod virtute operis conferret gratiam (licet in circūcisione conferretur virtute fidei) ita nullum erat sacrificium, quod ex opere (quod aiunt) operato aliquam haberet satisfactionem: quia nō erant instrumenta passionis Christi, sed mere protestationes fidei eius venturi: quare solum per modū meriti operantis & augebant gratiam & satisfaciebant pro culpis. Quapropter hoc nostrum sacrosanctum sacrificium longissimè illis antecellit, non solū in re oblata: quia illi offerebant animalia, nos verò corpus & sanguinem Christi, eius diuinitati coniuncta, verū & in satisfactione virtute operis operati, quæ illic nulla erat. Applicabantur nihilominus certis peccatorum speciebus expiandis certa sacrificia, vel propter adaptationem rei oblatae ad culpam, vel propter representationem ecclesiae nostrae, in cuius figura omnia illis contingebant. Respondet ergo Sanct. Thom. ad minorem, quòd reliquæ oblationes tam veteris legis quàm nouae non solū non per se operantur ad remissionem totius poenae, verū neque adaequant virtutem huius nostri neq; quantum ad quantitatem rei oblatae, neq; quātum ad deuotionem offerentis, quæ innititur intentione ecclesiae. Et nihilominus ex defectu deuotionis offerentium, vel illorum pro quibus offertur, euenit vt nec hoc sacrificium pro tota poena satisfaciatur. ¶ Et similiter respondetur ad tertium quando arguitur. Per hoc sacramentum aliquid de reatu poenae dimittitur, qua propter poenitentibus solent in satisfactionem iniungi elemosynae pro celebratione missarum: ergo qua ratione remittitur aliquid, remittitur totum. Negatur enim consequentia. Defectus quippe non accidit ratione sacrificij, sed ex tepore deuotionis. ¶ Sed arguis. Tam multa esse possent tamque nefanda hominis flagitia, vt vnum sacrificium, quantacunque deuotione oblatum, non sufficeret ad satisfac-

Satisfactio per euch. quāta egregie.

ciendum pro omnibus. Negatur assumptū: imò tanta esse posset deuotio non solū sacrificij, verū etiam contritionis, vt vna ad plenam omnium criminum satisfactionem sufficeret.

ARTICVLVS VI.

Vtrum per hoc sacramentum præsruetur homo a peccatis futuris.



VAERITVR vtrum non solū respectu praeitorum verū etiam respectu futurorum criminum habeat hoc sacramentum efficaciam. Et respō-

detur hac affirmatiua conclusione. Hoc sacramentum inter alios effectus, hunc etiam habet, vt à peccatis in posterum præsruetur. Conclusio hæc primū elicitur ex verbis Christi Ioan. 6. Hic est panis de caelo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur, quod cum planum sit, non intelligi de morte corporali, fit vt intelligatur de morte spirituali, quæ fit per peccatum. Secundo patet ratione. Cum enim peccatum sit quædam spiritalis mors, fit vt quemadmodum corpus à morte, sic & anima præsruetur à peccato: præsruatur autem corpus bifariam. Vno modo interius contra illa, quæ intrinsecus sunt causa mortis, & sic præsruatur per corroboracionem cibi & potus, quibus reficiuntur humidi ruinae, quæ fiunt per actionem caloris naturalis, & per medicamenta, quæ morbis obsistunt. Et alio modo defenditur homo per arma & munimenta exteriora aduersus hostes, qui causa esse possunt violentæ mortis. Vtroque ergo modo hoc sacramentum nos à peccato tuetur. Primū: scilicet, per hoc quòd nos cum Christo per gratiam conglutinat, ac subinde spiritualem nostram vitam corroborat tanquam cibus & potus, & spiritalis medicina: nam vt est in Psalmo, Panis cor hominis confirmat. Vnde August. super Ioan. Securus, inquit, accede, panis est, non venenum. Altero etiam modo tanquam signum passionis Christi, per quam daemones victi sunt, aduersus eosdem nos daemones cōmunit, infestissimas eorum pugnas propulsando. Vnde Chrysolom. super Ioan. capit. 6. Vt leones, inquit, flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo.

Conclusio.

¶ Effectus

Expositio articuli.

¶ Effectus hic huius sacramenti attenda meditatione contemplandus est: videlicet, quē admodum per se proprie & inter omnia singulariter hoc sacramentum, nostram habeat spiritalē vitam perpetuare, si nos semper ipsum pro rei dignitate suscipere & tractaremus. Hic enim est legitimus illorū Christi verborū sensus Ioan. 6. Hic est panis, qui de caelo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri māna & mortui sunt. Qui manducat hunc panē viuēt in aeternum. Hoc est, quoniam manna non erat diuinitus missum nisi in subsidium tēporalis vitæ, quæ suapte natura finitur, manducātes tandem mortui sunt. Hic autem meus panis, quia præsidium est spiritalis vitæ, quæ per se est perpetua, neque per corporis mortē interpolatur, virtutem habet eandem cibandi, & à morte peccati tuendi. Et accedit ratio, quòd cum eadē vita tum intrinsecus per sensuales carnis illecebras, quæ secundū Paulum cum spiritu continēter colluctatur, tum extrinsecus per daemones prælia oppugnetur, cōtra vtrumque hoc sacramentum vigorem habet. Nam cum, vt ait Aristote. eisdem nutriamur & simus, & per hoc sacramentum corpore & sanguine Christi indies nutriamur, deberemus, nisi nostra nos nequitia comprimeret, & potissimū sacerdotis, per cōtinuam huiusmodi nutritionem in Christum adeo esse cōuersi, vt nihil in nobis nisi ipse viueret, ac subinde eius spiritus, cui adeo nullus carnalis insultus præualere posset. Ad hæc, licet reliqua sacramēta in virtute passionis Christi operentur, hoc tamen quatenus sacrificium, ipsissima est eius imago, vbi sacerdos Christum representās ipse corpus immolat. Quare nō tantū quasi crucis signaculo, sed quasi ipso crucifixo Christo, angelorumque comitatu sacramēto isto daemones abiguntur. Quapropter impudētia nefanda est tum aliorum fidelium ad sacramentum hoc indies accedentium, tum præsertim sacerdotum, qui quoti die hoc pane cœlesti visitantes, vlli vel carnis vel daemones prælio succumbant.

¶ Est ergo primum argumentū S. Tho. exaggeratione dignū. Arguit siquidem. Per multū hoc sacramentū quotidie sumentes indies in crimina prolabūtur, quod, si à peccatis præsruaret, non accideret: non ergo hic est eius effectus. Sed nihilominus respondet, quod effectus huius sacramēti, (quæ cuiuscunque causæ actiuae generalis conditio est) recipitur in

Primum argumentum.

homine ad modum ipsius recipientis. Vnde quia homo suapte natura liber est, liberumque eius arbitrium in hac vita non est in bonum confirmatum, licet sacramentum per se virtutē habeat ipsum in bono seruandi, non tamen potestatem tollit, quin possit ipse in malum flecti. ¶ Secundo arguitur. Eucharistia est sacramentum charitatis: charitas autem nō videtur à futuris peccatis præsruare, quādoquidē per peccatū amittitur: ergo hoc sacramentum non præsruat à peccatis. Respōdetur negata minori: imò charitas suo pte ingenio & virtute à peccato præsruat, iuxta illud ad Roma. 13. Dilectio proximi malū non operatur. Sicuti & gratia eo quòd est semen gloriae, secundū illud. 1. Ioan. 3. Omnis, qui natus est ex Deo peccatum non facit: quoniam semē ipse in eo manet, & non potest peccare. (scilicet mortaliter) quoniam ex Deo natus est. At quoniam forma recipitur in subiecto per modū suscipiētis fit vt ratione humane libertatis habeat, tā charitas quā gratia in hac vita, vt sint mutabiles, & amissibiles, quousque in patria liberum nostrum arbitrium confirmetur in bonum. ¶ Tertio. Origo peccati in nobis est lex peccati: scilicet, sensualitatis cōcupiscentia, quæ, vt ait Pau. ad Ro. 7. est in membris nostris: sed mitigatio fomitis quæ est eiusmodi lex, non ponitur effectus huius sacramenti, sed baptismi: ergo præsruare à peccatis illi potius cōgruit, quàm eucharistiae. Respōdetur, quòd licet baptismus directē habeat diminuere fomitem, eo quòd ex originali culpa, quam baptismus delet, relictus est: eucharistia tamen, quia tanquam nutrimentū directē habet cōfirmare cor: scilicet, volūtate, cōsecutiue habet remittere fomitem. Vnde lib. 83. quæsti. Augu. Augmentū inquit charitatis est diminutio cupiditatis.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hoc sacramentum proficit alijs quàm sumentibus.



VM nullū aliud sacramentum alijs quàm sumentibus proficit queritur, vtrū eucharistia hoc habeat singulare vt alijs proficit. Et respondetur per distinctionem duabus cōclusionibus. Est enim, vt dictū est, huic sacramento, singulare, vt sit non tantū sacramentum, verū & sacrificium.

Eucharistia est sacramentum & sacrificium.

In

In quantum enim in eo representatur Christi passio, qua, ut habetur ad Ephesi. 5. obtulit se hostiam Deo, habet rationem sacrificij. In quantum verò per ipsum traditur inuisibilis gratia sub visibili forma, habet rationem sacramenti. ¶ Est ergo prima conclusio. Hoc sacramentum sumentibus quidem prodest, non solum per modum sacramenti, quia confert gratiam, verum & per modum sacrificij, eo quòd pro omnibus sumentibus offertur. Id quod illis verbis canonis significatur. Quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumperimus omni benedictione cœlesti & gratia repleamur. ¶ Secunda conclusio. Alijs verò, qui non sumunt, prodest per modum sacrificij in quantum pro salute eorum offertur, iuxta verbum eiusdem canonis. Memento domine famulorum famularumq; tuarum, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis sue. Atque utrunque proficiendi modum expressit dominus Matth. 26. & Luc. 22. dicens, Qui pro vobis (scilicet sumentibus) & pro multis (scilicet alijs) effundetur in remissionem peccatorum.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Error sacerdotum.

Percontatio.

¶ Quæstio hæc satis art. 5. explicata est. Unde colligitur in quantum sacrificium non omnibus æqualiter prodesse quoad satisfactionem, etiam si æqualem habeat deuotionem, sed illis amplius, pro quibus singulariter offertur, scilicet, qui vel eleemosynam pro missa obtulerunt, vel ex alia particulari causa singulari intentione à sacerdotibus designati sunt. Quapropter falsa est illorum sacerdotum existimatio, qui arbitrantur satis esse in genere offerre pro illis, quibus magis tenentur. Imò quamplurimum cõducit singulariter pro aliquo offerre: quòd patet ex ritu ecclesie, quæ nõ sine causa expressè nominari iubet Papam, episcopum, & regem &c. ¶ Sed percontaris, utrum in quantum sacrificium solum proficit per viam satisfactionis: nam postquam illa ratione gratiam non confert, videtur aliter non prodesse. Respondetur prodesse etiam offerentibus per modum meriti de condigno si sint in gratia, ut distinct. 13. quæst. 2. art. 1. monstrabimus. Illis verò pro quibus offertur posunt iidem offerentes mereri de congruo melius quam per alia opera per hoc sacrificium bonum motum in Deum, & respicientiam à peccatis eorumque à Deo veniam: atque a-

lia id genus beneficia & subsidia. Nam inter omnes orationes & sacrificia, hoc ut est excellentissimum, ita & efficacissimum, & Deo acceptissimum. Quocirca non solum ad satisfaciendum pro alijs, verum & ad reuocandum illos in viam salutis, atque ad alias commoditates tam spirituales quam temporales, quæ cadunt sub merito de congruo, præclara religio est & pietas missarum sacrificia offerre, ut sanctus ecclesie ritus attestatur, qui illa solènia pro pace, pro fidei tutela, pro peccatoribus, & pro alijs multis temporalibus celebrat.

¶ Arguit nihilominus primo loco. S. Thom. Hoc sacramentum est vnius generis cum alijs: alia non profunt nisi sumentibus: ergo neque hoc, sed iam responsum est, habere præ alijs ut sit sacrificium. ¶ Secundo, effectus huius sacramenti est adeptio gratiæ & gloriæ, & remissio culpæ ad minus venialis: si ergo alijs quam sumentibus prodesset, cõtingere posset, ut quispiam propria actione vel passione ob id solum quod alius pro ipso sacrificium offerret adipisceretur gratiam & gloriam ac remissionem culpæ. Respondetur egregiè cõsequètia precepta. Etenim sicut passio Christi vniuersis quoad sufficientiam prodest ad hos effectus obtinendos, nihilominus quantum ad efficaciam effectum non habet, nisi in illis, quibus per fidem & charitatem eadem applicatur passio: ita & hoc sacramentum, quod est eiusdem passionis memoriale, non habet effectum nisi in illis, qui per eisdem actus vel habitus eidem sacramento coniunguntur. Unde Augu. ad Renatum, Quis, inquit, offerat corpus Christi nisi pro ijs, qui sunt membra Christi? Quare in canone non oratur pro eis, qui sunt extra ecclesiam. Neque verò in illis, quibus prodest æquale habet effectum: sed secundum quãtitatè deuotionis, ut dictum est. ¶ Contra hanc verò solutionem existunt duo argumenta. Primum quòd sequeretur hoc sacrificium nemini prodesse, nisi haberet tunc actualè deuotionem, atque adeò eius satisfactio nõ prodesset illis, qui vel dormiunt, vel ignorant hoc sacrificium pro ipsis offerri, quod est contra ritum ecclesie.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Augu.

Contra solutionem, arguuntur primum.

Secundum.

Soluitur primum.

Secundo, quòd sequeretur nunquam licere offerre missam pro infidelibus, aut hæreticis: & tamen reperi nonnullos sic esse affectos ad infidelium conuersionem, ut missas faciant pro illis offerri. Ad primũ negatur con-

attentio

attentio & deuotio in illo, pro quo offertur, sed ut satisfactio illi prodest, satis est quòd sit in gratia, ut dicemus in quæstione de satisfactione, per quam vnitur sacramento, sed per viam meriti de congruo nemini proderit, nisi faciendo quòd tum vel postea habeat bonum motum in Deum. Ad secundum, conceditur illatum: scilicet, non posse autoritate publica ecclesie, qua vtitur in sacris sacerdos, offerri sacrificium altaris pro infidelibus: quia non sunt eius fructus capaces, atque adeò nec pro hæreticis, quia fide carent: Imò neque pro excommunicatis, quia ecclesia prohibet, Nisi in die parasceue, quando speciali gratia ecclesia omnes in horam absoluit, ut possit pro eorum conuersione orari. Orationibus tamen priuatis, atque alijs diuersis oblationibus, cuius licet pro huiusmodi infidelium conuersione preces Deo fundere. ¶ Tertio arguitur. Si hoc sacrificium prodesset alijs, sequeretur quòd magis alicui prodesset, si multi pro eo sacramentum sumerent, aut si sacerdos multas offerret & sumptio ad rationem sacramenti pertineat, ex hoc quòd vnus vel plures sacramentum sumant nullum inuamentum alijs accrescit. Neque verò ratione sacrificij per hoc quòd sacerdos plures hostias, vel offerat vel sumat, sicut nihil prodest quòd multum, vel parum vini consecret: quia vnum est sacrificium. Si autem missæ multiplicarentur, multiplicarentur & fructus. Et eadem ratione si idem sacrificium non solum sacerdos, sed plures adstantes: & eleemosynam conferentes, offerrent pro aliqua necessitate, plus prodesset quam si vnus vel pauciores offerrent cæteris paribus. Et pariter quòd offerentes maiore charitate feruent aut maiorem conferunt eleemosynam auctius profunt.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS VIII

Utrum per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti.



VAERITVR tandè de impedimento, quod prouenit ex peccato veniali. Ad quod D. Thom. supposita distinctione tribus respondet conclusionibus. Peccatum enim veniale aut consideratur ut iam præteritum, solum reatum relinquens aut in actu: scilicet, quòd tunc exercetur dum sacramentum sumitur: videlicet, ut si quis ac-

cedat cum complacencia peccati, aut proposito peccandi, aut quòd sumptio ipsa sit veniale peccatum: scilicet cum quis accedit propter vanam gloriam. ¶ Est ergo prima conclusio. Peccata venialia sub priori ratione: scilicet, quia solum durant secundum maculam nullo modo impediunt effectum huius sacramenti, quia nõ obstant gratiæ. Imò ut art. 4. probatum est, vsu venire potest, ut quis accedens cum multis, quæ cõmiserat, venialibus, ea deuotione hoc sacramentum suscipiat, ut omnia ei condonentur. Et hæc conclusio cõfirmatur tertio argumento S. Thomæ. Nihil enim quod remouetur per actionem alicuius causæ potest impedire eius effectum: peccatum veniale præteritum remouetur per hoc sacramentum: ergo eius effectum non impedit. ¶ Secunda conclusio. Peccata venialia in actu licet non ex toto effectum huius sacramenti impediunt, impediunt tamen ex parte. Enimvero, ut art. 1. ad 2. argumentum monstratum est, duplex est huius sacramenti effectus: scilicet, habitus tam gratiæ, quam charitatis, & actualis resectio spiritualis dulcedinis per actualem deuotionem. Cum ergo peccata venialia mentè distrahant ab attentione & actuali deuotione sacramenti, fit ut hunc effectum impediãt. Et confirmatur conclusio autoritate Damasceni lib. 4. cap. 14. vbi hoc sacramentum cum ignito carbone cõfert. Ait siquidè Diuinum carbonem, (hoc est ignitum desiderium sacramenti) suscipiamus, ut ignis in nobis desiderij assumens ex illo carbone (hoc est ex sacramento) ignitionem, comburat peccata nostra, & illuminet corda nostra. Et participatione diuini ignis igniamur & deficemur. Cum ergo ignis desiderij nostri per peccata venialia, quæ feruorè charitatis tepescit impediatur, fit ut huic sacramenti effectui peccata obstant venialia. ¶ Tertia conclusio. Per huiusmodi peccata in actu non tollitur augmentum habitualis gratiæ & charitatis. Hæc tanquam per se notã relinquit, ob id quòd peccata venialia non sunt obices gratiæ.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Expositio articuli.

¶ Duæ priores conclusiones ab omnibus vno animi cõsensu approbatur. Tertiã verò Dñs Caietanus, negat. Is namque super art. 1. presentis quæstionis singularè de hac re sustinet opinionem, quã, quia hinc D. Tho. ei planè aduersari videtur, hucusque distulimus examinandã. Opinio ergo Caietani in his propositionibus cõsistit. Prima ad percipiendũ effectum huius sacramenti quencumque (generalissimè namque loquitur) requiritur

requiritur, vt sumatur cū actuali deuotione. Itaq; qui propter peccata venialia vel aliam ob causam distractus ipsum sumit, nullū tunc sacramentalem effectum percipit. Et quidem in hac propositione videtur ei fauere Durandus in.4. dist. 12. quæst. 4. in solutione. 3. quamquam non sic loquatur generaliter, quod impediatur omnis effectus, sed augmentum gratiæ. & Bonauentura ead. dist. art. vlt. q. 1. eodē alludit. **Secunda propositio** (in qua Caietanus atque in omnibus, quæ subsequuntur singularissimis est. Si in eo qui sic distractus accedit post sumptionem deuotio sacramenti superueniat tunc effectus sacramentales suscipiet, quos recepisset si sacramentum cum simili deuotione susciperet. Ex quo ipse infert, quod si quis attritus sine actuali deuotione accedat ad sacramentum, dignè tamen putans se esse contritum, non fiet tūc ex attrito contritus, sed postea quādo deuotionem habuerit. Pari modo si accedat in gratia, nō recipiet tunc augmentum, sed postea. Atq; idē censet de omnibus effectibus sacramenti: qui sunt adeptio gloriæ, remissio peccatorum, & præseruatio à futuris. Censet enim istos effectus ex illo priori pendere: scilicet, ex actuali deuotione & refectione: quare nisi illo percepto reliqui non percipiuntur. Rationes eius sunt istæ. Prima est autoritas D. Thomæ in 4. dist. 12. q. 2. ar. 1. quæstiu. 3. vbi ait, augmentum gratiæ impedi per distractionem & defectū actualis deuotionis, & singulariter per peccata venialia. Secundò arguit, quia si absque actuali deuotione augetur per quotidianum sacramentum habitus gratiæ & charitatis, maior esset gratia & charitas sacerdotum quotidie in gratia celebrantium, quàm ratio nabile sit credere: nam cum amor, vt ait Gregor. nō sit ociosus, sed operatur magna si est, deberet tam ingēs charitatis habitus per heroica opera foras prodire, quod tamen experientia non attestatur. **Tertio** arguit ex propria ratione sacramenti. Datur enim, vt dictū est, per modum cibi & potus, iuxta verbum Domini. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: ergo nec confert nec auget gratiam nisi per modum nutritionis: nutritio autem est actus vitalis: ergo hoc sacramentum non auget gratiam nisi adit actualis deuotio. Et confirmatur ex eo, quod ar. 4. diximus: scilicet, peccata venialia non remitti in hoc sacramēto nisi per feruorem charitatis & per viā nutritionis, qua restauratur de-

Secunda propositio.

Rationes Caietani.

perditum. **Veruntamen** his non obstantibus opinio hæc, non intelligo, quo possit protegi probabilitatis clipeo. In primis enim, vt ad primum eius argumentum respōdeamus, quicquid D. Tho. in. 4. vt nonnunquam solet cum vulgo fuerit opinatus, in præsentiarū clarissimam ponit tertiam conclusionem, quod per peccata venialia non tollitur augmentum gratiæ. Neque Glossa Caietani vilo potest colore adaptari. Ait enim, q̄ loquitur D. Tho. de gratia in habitu, hoc est, in aptitudine & virtute: quia scilicet sic distractus absq; deuotione suscipit sacramentum, vt virtute cuius postmodum adueniente deuotione augetur gratia. Hæc, in quā, glossa nequaquā hic habet locum: quoniam cum S. Thom. distinguat duos effectus sacramenti, qui sunt habitus & actus, manifestè accipit habitum pro illo, qui infunditur animæ. Atque ad eō subdens per peccata venialia impedi actualē deuotionem & non augmentum habitus, planè docet eiusmodi habitus augmentum non pendere ex actuali deuotione. **Secundò** arguitur. Hæc est generalis conditio omnium aliorum sacramentorum, vt accedenti in gratia per solam sui susceptionem illā augeant, quādo non inueniūt obicem, & illū effectum habent ex opere operato secluso alio merito operantis quàm quod actu libero sacramentum suscipiat. Cur ergo sacramento eucharistiæ conditio hæc denegetur & auferatur? **Tertio**, illud suspendiū sacramēti, vt dū deuotio in susceptione defuit, post tempus adueniens eundem effectum redire faciat, res in audita est, & videtur eam autor ad mitigandum rigorem siæ opinionis excogitasse. Adde quod contingere tunc posset, vt decies homo absque gratiæ augmento sacramentum sumeret, qui tamē adueniente post mensem vni ca tenui sacramenti deuotione omnia simul cremēta gratiæ susciperet, quibus fuerat fraudatus: quod nō videtur rationi consentaneū. **Quartò** contra illud consequens, quod concedit: scilicet, quod suscipiens sacramentum bona fide attritus sine deuotione non tūc, sed postea adueniente deuotione suscipiat primā gratiam arguitur. Peccatum mortale non remittitur nisi vel per legitimam cōtritionem, vel per illam adiuncto sacramēto: in huiusmodi autem homine nunquam fuit legitima per se contritio: ergo si tunc quando suscipitur sacramentum per eius susceptionem ille non fit contritus, cum postea deuotio nec fit susceptio

Solutio primi arg. Caietani.

susceptio sacramenti, neque actus poenitentiæ, nunquam per illam conferetur prima gratia. Præsertim, quod vt supra dictum est, nec Caietanus inficiatur, solius est cōditio baptismi, vt eius prohibitus effectus, postea recedente fictione redeat. Neque verò fictio, quæ illum impedit effectū postea tollitur nisi per actū poenitentiæ. **Quintò**. Cum omnia sacramēta sola sui ipsorum susceptione faciant ex attrito contritum, cur hoc denegandū est huic sacramēto? **Et sextò** vrgentiū arguitur. Certè si peccata venialia aut distractio deuotionis impedimentum esset recipiendæ aut augendæ gratiæ: tunc sic recipere sacramentum, peccatum esset mortale: quia opponeretur obex gratiæ. Quod certè non solum inopinabile est, verum & assertum temerarium. **Postremò** deniq; arguitur. Opinio hæc grauem iniecit scrupulum. Per multis nanq; accidit vt nec dū sacramentū sumunt, nec postea actualē habeāt deuotionem: inter quos maxime sunt phrenetici, quibus quæst. proxima monstrauius exhibendum esse hoc sacramentum: quare orbarentur gratiæ augmento, & nonnunquam attriti sumentes priuarentur prima gratia. Est ergo conclusio S. Thomæ, eademq; vera, quam indubius in. 4. q. de eucharistia art. 1. Adrianus amplexatur, quod per peccata venialia, & quomodocunq; per absentiam deuotionis nihil habitualis gratiæ aut charitatis impeditur, sed actualis tantum refectio spiritualis dulcedinis. Et ratio est plana: quia refectio & dulcedo dicit actū gustandi sicut gustare, & ideo contradictio est, vt sine actuali deuotione & actu contingat actualis refectio & dulcedo: esset enim habere actū sine actu.

Certa sententia.

Primum argumentum.

Atque id ipsum S. Tho. asserit in solutione primi. Allegat siquidem Augustinum super illud Ioan. 6. Patres vestri māducauerunt māna, &c. & refer. can. Panem de consec. d. 2. vbi ait, Panem cœlestem spiritualiter manducate, innocētiam ad altare portate: peccata etsi sunt quotidiana, nō sunt mortifera. Et similis est autoritas Hilarij can. Si non tāta, de consecra. dist. 2. vbi ait. Si non tanta sunt peccata, vt quis excommunicetur, non debet se à medicina corporis & sanguinis subtrahere. Ex quo videtur colligi peccata venialia non impedire sacramenti effectum. Ad quod respondet D. Tho. q̄ qui cum actu venialis peccati ad hoc sacramētū accedit, habitualiter quidē manducat sacramentum, hoc est, augmentum

gratiæ suscipit, non tamen actualiter manducat: quia non actu gustat sacramenti dulcedinem & refectionem. Certè sententia est clara quæ ex Augustino & Hilario colligitur. Et Caietanus ipse fatetur in superficie nostrum sensum exhibere. Excogitat tamen tres vel quatuor modos aliter exponendi, & tāta sensum multiplicatione testatur nullum esse alium legitimū. **Idemq;** S. Tho. affirmat in solutione secūdi, quod est huiusmodi. Hoc sacramentum non est minoris virtutis quàm baptismus: ille autem per solam fictionem, vt supra dictum est, impeditur: quia vt Sapient. 1. legitur. Spiritus sanctus disciplinæ fugiet fictum: peccatum verò veniale, quia nō obstat spiritui sancto, nō est fictio: ergo effectum sacramenti non impedit. Respondet discrimen esse, quod etsi baptismus ordinatur ad infusionem gratiæ habitualis & charitatis, non tamen ad eius feruorem & actum, sicut hoc sacramentum. Et hic feruor charitatis est, qui impeditur per peccatum veniale. Vbi planè D. Tho. docet, quod quantum ad gratiam & charitatem habitualement nō magis impeditur hoc sacramentum per peccatum veniale aut distractionem, quàm baptismus. **Hinc** ergo elicitur plana solutio tertij argumenti Caietani. Quando enim arguit. Hoc sacramētum neque infundit neque auget gratiam nisi nutritio: nutritio autem dicit actum: ergo sine actuali nutritione nullū effectum habet. Respondetur enim ad minorem: quod est duplex spiritualis nutritio sicut duplex manducatio: scilicet, habitualis & actualis. Quando enim homo sine actuali deuotione accedit ad hoc sacramentum, nutritur quidem habitualiter per augmentum gratiæ, non tamē actualiter per sensum dulcedinis. Per illud autē augmentum gratiæ poterit ipse postea habere actualē dulcedinem si habeat deuotionis actum. Itaque contrarius est ordo, quàm Caietanus putat. Ipse enim arbitratu prius natura esse actualē deuotionem quàm augmentū gratiæ. Et tamen est e conuerso, quod cum gratia augetur virtute susceptionis sacramenti; prius natura augetur quàm excitetur deuotio & feruor charitatis, qui est effectus sacramenti. Sicuti prius natura est sumptio nutrimenti, quàm excitatio spirituum vitalium. Quamquam possit homo ad sacramētū adferre aliam priorem deuotionem & feruorē tanquam dispositionem præuiam. **Quantū** verò ad remissionem venialium, quæ in nostra

Secundū argumentum.

Solutio tertij argumenti Caietani.

confirmacione tangebatur, conceditur, quod non nisi per actualem deuotionem & feruorem remittantur. Nisi aliam teneas opinionem, quam art. 4. tetigimus: scilicet, per quodcumque sacramentum remitti: nam tunc etiam remittuntur per hoc dum gratia augetur. **¶** Secundum verò argumentum Caietani fateor multum urgere: scilicet, quomodo sacerdotes quotidie celebrantes, non fecundius proficiant locupletiores per sua opera referentes charitatis habitum. Sed profectò paulò minus urget secundum suam opinionem. Nam plurimi sunt, qui nunquam celebrant sine aliquali vel presente vel subsequente deuotione, saltem tepida, quæ secundum ipsum sufficit ad augmentum gratiæ. Inò simile fit argumentum de actibus meritorijs. Tenendo enim nullum dari in indiuiduo indifferentem quantum ad meritum, sed omnia opera iusti genere suo bona, quæ non habent malam circumstantiam esse meritoria, deberet crescere gratia plus quam experimur. Respondetur ergo, primum, quod in sacerdotibus attentè celebrantibus credendum est profectò esse copiosissimam gratiã, sed quia non eis offeruntur egregia opera, in quibus illam possint totam propalare, referunt illam secundum ordinariu[m] usum in occurrentibus officijs. Secundò dicimus, quod in alijs tepidè celebrantibus augmentum est tenuissimum. Item feruor charitatis remittitur per peccata venialia, quæ sunt quotidiana, & ideo videtur languere gratia & charitas. In alijs verò per peccata mortalia amittitur gratia, quæ postea vsque ad eundem gradum nõ facillè recuperatur. Cætera de digna sacramenti susceptione statim.

DISTINCTIO duodecima, De usu & sumptione huius sacramenti.

Cap. j.



IGITUR cum duplices sint huius sacrosancti mysterij fructus: nimirum, & quæ ratione sacramentum est, & quæ sacrificium existit, illos

in Quart. Senten.

usu dum sumitur cõfert. Quocirca, vt de eius usu & sumptione dicamus, duo sunt manducandi modi: nempe, sacramentalis tantum, vt dum sacramentum cum gratiæ obice suscipitur: & spiritalis, vt dum cum suo fructu percipitur. Quæ utique manducatio à priori tanquam perfectum ab imperfecto differt. **¶** Consequitur ergo, vt cum solius hominis sit hoc sacramentum manducare, ille, qui iustus est, iuste ac dignè manducet: qui verò iniustus, manducet quidem, sed indignè, qui ad eò cum in corpus Christi iniurius sit: peccato peccatum adiungit, idemque suo genere multis alijs grauius. Probet enim se ipsum homo, ait Apostolus, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudiciu[m] sibi manducat & bibit, nõ diu dicās corpus Dñi. Vñ, vt ait super Ioan. Augu. multi de altario accipiunt, & accipiendo moriuntur. **¶** Quo fit, vt qui in crimine sunt manifesti, eis, etiam si petant, non sit sacra communio porrigenda, iubente Domino, Nolite sanctum dare canibus. Secus si eorum latet crimina: nam vt ait sup. i. Corint. 5. Augu. nos à communione quæquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico vel seculari nominatum atque conuictu[m]. **¶** Sunt & alia præter mortale labè obstacula huius sacrosancti sacramenti

Distinctio duodecima:

menti sumendi seu ex quadam congruetia, vt pollutio in somnijs: sic enim & Leuitici. 15. legitur. Vir, de quo egreditur semen, immundus erit vsque ad vespertim. Aut ex necessitate ecclesiastici iuris, quo cautum est, vt nemo nisi ieiunus sumat, iuxta verbum canonis Augustini lib. responsionum ad Ianuarium. Placuit spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti prius in os Christiani corpus Dominicum intraret, quam cæteri cibi. Obstat & defectus naturæ ob reuerentiam sacramenti: quare nec pueri nec perpetuo amentes sumendo sacramento idonei existimantur: quippe qui inter corpus domini aliosque profanos cibos discernere nequeunt. **¶** Quod si naturam sacramenti spectes, vtile est quotidie sumere: admonet enim in lib. de verbis Dñi. Aug. Iste panis quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi proficiat. Et lib. 4. de sacramentis Ambro. Qui semper pecco, debeo semper habere medicinam. Si autem suscipientis reuerentiam contempseris, multa sunt, quæ homines à quotidiana sumptione arcere possunt, Ob idque in lib. de ecclesiasticis dogmatibus dubius hæsit, qui dixit, Quotidie eucharistiam accipere nec laudo nec vitupero. **¶** At verò omnino à comunione cessare nefas est, sanè cum à iure diuino præceptum sit aliquando sumere dicente Christo, Nisi manducauc-

ritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: & iure deinde pontificio cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnitentia. & remissio prescriptum sit tempus, vt quotannis in paschate sanctam communionem suscipiamus. Atqui vt sacerdotibus necessarium est ad perficiendum sacramentum & sacrificium sub vtraque forma sumere, iuxta verbum Domini ad apostolos, quos tunc sacerdotes creauit, Hoc facite in meam commemorationem: cui consonat Gelasij Papæ decretum can. Comperimus, de consecratione. dist. 2. ita & sacramentali reuerentia ob multa pericula saluberrimè consultum fuit, vt populo non nisi corpus sub specie panis administraretur. Quapropter qui contra reclamant hæretici sunt. **¶** Dominus denique Iesus Christus, vt ad Hedibiam ait Hieronymus, ipse conuiuia & conuiuium fuit, ipse comedens & qui comeditur, qui ne proditoris crimen proderet, ipsi quoque cum alijs corpus suum tradidit, idemque possibile, quale tunc habebat, licet modo impassibili: quia in sacramento occidi non potest, sicuti nec cruci affigi, nec lancea perforari. Tametsi per mortem quam in cruce pertulit, etiam in sacramento, si tunc consecratum esset, anima esset à corpore separata, atque ad eò ibidem esset mortuus.

DISTINCTIONIS
 duodecimę, Quęstio prima
 de vsu & sumptione hu-
 ius sacramenti in
 communi.

S. Tho. 3. part. quęst. 80.

ARTICVLVS I.

Vtrum distinguere debeant duo modi manducandi corpus Christi.



Primum, vt circa ordinem hoc adnotemus, diuersum seruamus, quę Senten. Magist. Ille quippe, quia permixtim de omnibus, vt occurreret, loq̄batur, statim.

d. 9. de mādicatione sacramenti sermonē inseruit. Cū tamen legitimus ordo exigeret, vt prius cuncta, quę de essentia sunt sacramēti, constituerentur, quibus postea adhiberetur sermo de vsu & sumptione, quę nō est de essentia, sed pertinet ad subiectū recipiens. Ac postremō de ministris, qui habent rationē causę. Duo igitur sunt huius distinctionis membra, atq; adeō quęstiones duę. Vna. scilicet de sumptione in cōmuni, vt competit Christianis vnīuersis, atq; altera de modo, quo Christus vsus est suo sacramento. Est ergo primus articulus, vtrū duo debeant distinguere vnicā cōclusionē affirmatiua. Duo sunt modi sumendi hoc sacramentū. Alter scilicet imperfectus, quo tantū sumitur sacramentū sine fructu, alter verō perfectus, quo suscipitur sacramentum & res sacramenti. Quare prior dicitur dūtaxat sacramētaliter, posterior verō spiritualiter, propter gratiā, quę spiritum alit. Distinctio est glossę super illud. i. Corin. ii. Qui māducat & bibit indignē, &c. Et sumitur ex natura sacramēti. Duo enim est considerare in vsu sacramenti: nēpe, sacramentum, quod est species cōtinentes corpus & sanguinem, quę sunt virtus sacramenti. Et pręterea res. scilicet effectus, quē in suscipiente operatur, qui est gratia, atq; alij effectus, de quibus, p̄xima quęstione dictū est. Perfectus igitur modus sumēdi est, quādo sacramentū cum suis effectibus sumitur. Imperfectus verō tunc est

Duplex consideratio vtriusque sacramenti.

in Quart. Senten.

quādo sumitur sacramentū cum obice impediēte gratiam cum suis annexis. Igitur sicut imperfectū contra perfectū diuiditur: ita & sacramentalis manducatio, per quā sumitur nudum sacramentum sine eius effectu, discernitur ab spirituali manducatione, qua homo sacramentum suscipit cū suo fructu, quo Deo per fidem & charitatem incorporatur.

Hic quantū ad ordinē, forsan quis in capite optaret articulū de p̄cepto sumendi eucharistię, sed hunc articulū meritō D. Tho. fecit vndecimū: quia p̄supponit diuersas mādicationum qualitates. Ceterū Scotus dist. 8.

q. 3. & nōnulli eius exēplo ducti quatuor connumerant manducandi modos. scilicet realiter tantū, vt manducat brutū: & sacramentaliter tantū, vt manducat homo in peccato: & spiritualiter tantū, vt manducat qui baptizatur, & qui per contritiōē & fidem viam efficitur membrū Christi antequām eucharistiā māducat: & sacramentaliter spiritualiterq; coniunctim, vt manducat iustus sacramentū suscipiens.

At verō antiqui meritō non curarunt nisi duos distinguere modos: vt infra ar. 3. ait S. Th. nam brutalis hęc manducatio, nō est per se manducatio sacramenti, sed per accidēs, postquā non adest intentiō manducandi sacramentū: ea autē quę sunt per accidēs ab arte, vt ait Aristo. sunt relinquenda. Itē illa manducatio merē spiritualis, quę est desiderii expressum eucharistiā manducandi, de qua meminit in solutione tertij S. Thomas nō est māducatio in re, sed est votū & desiderii manducandi. Duo ergo sunt p̄cisē modi manducandi in re. scilicet vnus merē sacramentalis, & alter simul spiritualis.

At qui distinctio hęc nō solum scholasticorū assertio est, sed sanctorū quoq; patrū autoritate, quinuerō & Pauli fundamento fulcitur. Dicēs enim, Qui māducat & bibit indignē, docet manducationē esse sacramētalē sine spū gratię. Et notatur eadē mādicationū distinctio de cōse. d. 2. cā. Qui discordat, & cā. Et sancta, q̄ sumitur ex Aug. super Ioan. tract. 26. Vbi Iudas inducitur, qui bucellam sacramentaliter sumpsit, reliqui verō apostoli & sacramentaliter & spiritualiter. Omnibus enim dixit Christus, Accipite ex hoc omnes. Vnde Aug. Qui nō manet in Christo, & in quo non manet Christus proculdubio nō manducat spiritualiter eius carnē: licet carnaliter & visibiliter p̄mat dētib; sacramēta corporis & sanguinis. Eandēque distinctiōē docet in sermone de verbis Domini,

Expositio articuli.

Scotus: quatuor modi manducandi.

Duo tantum modi.

Primum argumentum.

Domini, & refertur eadem dist. can. Quid est. Est ergo primū argumentum S. Thomę. Sicut baptismus est spiritualis regeneratio, iuxta illud Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. ita & hoc sacramentum est spiritualis cibus: quippe de quo Christus Ioan. 6. loquens ait, Verba, quę ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt: sed circa baptismū nō distinguuntur duo modi sumendi. scilicet sacramentaliter, & spiritualiter: ergo nec debet circa hoc distinguere. Respondetur, generale esse omnibus sacramētis, vt possit in singulis hęc fieri distinctio: nam singula possunt recipi sacramentaliter tantū, quando cū obice gratię, suscipiuntur, & spiritualiter, quādo gratia simul recipitur. Habet autē eiusmodi distinctio peculiarē locū in hoc sacramento propter duo. Primum, quia cū reliqua sacramenta perficiantur in vsu dū applicantur, fit vt dū sacramentū sumitur, tūc perficiatur, atq; adeō sumi sacramentaliter nō distinguitur ab eo, quod est perfici. At verō cū hoc ante vsum in cōsecratione perficiatur, post ipsum perfectū, distinguuntur duo vsus. Secundō, quia in baptismo & in reliquis characterē imprimētib; non datur sumptio merē sacramentalis, quia imprimitur character: in hoc autē quā non infunditur gratia, nullus alius est effectus, & ideo est merē sacramētaliter: licet hoc p̄nitentię sit etiā commune & extreme vnctiōis & matrimonij. Secundō. Ea quorū vnū ordinatur ad alterū, a quo speciē sumit, non debent contra se inuicē distinguere: sacramentalis autē ordinatur ad spirituale: ergo nō sunt cōtra se diuisa. Respondetur, argumentū probare sacramentalē sumptionē, quę pertingit ad spirituale gratię fructum nō distinguere ab illa, imō ipsa sacramentalis est spiritualis. Sed tamē illa, quę caret fructu distinguitur ab alia fructuosa.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Tertio. Illa, quorū vnū ab altero separari nō potest, non propriē cōtra se diuiduntur: videtur autē non posse existere spirituale manducationē sine sacramentali: tū quia aliās etiā patres antiqui cōnantes paschalem agnum, spiritualiter dicerentur manducare: quia secundū spiritū erat figura nostri sacramenti: tum etiam quod tūc frustra esset sacramētaliter māducatio instituta, quando quidē sine illa sufficeret spiritualis. Respondetur ad minorē, negando nō posse esse manducationē spirituale sine sacramentali: imō illa contingit quando quis votū habet & affectū manducandi ante quā manducet: sicut votū baptismi est baptis-

mus flaminis, hoc est, spiritus sancti. Sed illa manducatio spiritualis contingit dupliciter. Vno modo propter desiderii, & alio modo propter figurā. Vnde Apostolus. i. Corin. 10. ait, q̄ antiqui patres baptizati sūt in nube & in mari, & q̄ spirituale escam manducauerūt, & q̄ spirituale potū biberunt. Colligere ergo quatuor modos manducandi spiritualiter. Vnū scilicet per figurā, quę dicitur spiritualis, nō ab spiritu sancto, quia gratiā nō habet annexā, sed dicitur spiritualis cōtra literale seu verā: quia habetur per sensum mysticū, quod dicitur spūalis. Secūda māducatio est spūalis p̄ fidē, de qua ait Christus Ioā. 6. Ego sum panis, qui de cōelo descēdi, Qui māducat me viuet propter me. Et hęc non est manducatio sacramēti, sed ipsius Christi: quia est credere in ipsum, per cuius fidē incorporamur in ipsum, sicut nutrimentū in corpus alitum. Et dicitur spiritualis ab spiritu sancto: nam, vt ait Paul. fides donū Dei est. Tertia est spiritualis vt distinguitur a reali: quia nō est susceptio in re, sed in voto. Et dicitur spiritualis, quia per actū mētis per modū meriti est causa gratię. Quarta est māducatio spiritualis: quia est in re & in spiritu, vt cū iustus sumit sacramentū. Et ideo bene ait S. Tho. q̄ post spirituale non frustra adhibetur manducatio sacramentalis: quia plenius inducit sacramēti effectum ipsa susceptio, quā solum desiderii. Nam per māducationem in voto, vt sępe diximus, non recipitur gratia sacramentalis, quam vocant ex opere operato quousq; sumatur in re. Quare hęc est, quę simpliciter in p̄sentia dicitur spiritualis, vt distinguitur cōtra sacramētalē.

Quatuor mādicationes spirituales.

ARTICVLVS II.

Vtrum solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere.



per illos discurremus, qui capaces sunt huius sacramēti, quęritur vtrū soli homini conueniat hoc sacramentū spiritualiter sumere. Quęquidem interrogatio fit propter angelos. Ob idq; nō quęritur de manducatione sacramentali: nā hanc in propatulo est non posse conuenire angelis: quia cū non habeant corpora manducare non possunt, imō neq; in corporibus assumptis, in quibus nōnunquā apparere leguntur, propriē possunt manducare: quia non vnuntur eis sicut animę eadem informando cor-

pora, quauis possint dentibus assumpti corporis coterere & per gulam demittere. Solū ergo est quæstio de spiritali māducatione. Ad quā respondetur per distinctionem duabus conclusionibus. Christus enim cōsiderari potest aut in propria specie visibilis, vt est in cœlo, aut sacramentaliter prout sub speciebus panis cōtinetur. ¶ Prima ergo conclusio est. Primo modo angeli māducāt spiritaliter Christū in cœlo, in quantum ei vniuntur fruitione charitatis perfectæ, & non per fidē, sicut nos in hoc seculo, sed visioe manifesta. Vnde glossa super illud Psalmi, Panem angelorū māducauit homo, ait, id est, corp⁹ Christi, qui est verē cibus angelorū. At verō manducatio illa non est propria, quia neque ore Christus suscipitur, neq; per guttur demittitur: sed est metaphorica, iuxta illud Lucæ. 22. Ego dispono vobis regnū, vt edatis & bibatis super mensam meā in regno meo. Dicitur enim illa beata visio & fruitio spiritalis māductio, quia est spiritalis refectio, hoc est, cōplementum & satietas omnium, quæ vel angelus vel homo desiderare potest, secundum illud Psalmi. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Etenim cū vita temporalis cibo & potu, qui in substantiam hominis conuertuntur, sustentetur merito foelicissima illa bonorū satietas p̄ visum & amorem Dei, quibus beati in Deum transformantur, conuiuio cōparatur. ¶ Secūda conclusio. Solis hominibus cōuenit spiritaliter manducare hoc sacramentū tam in re quā in voto. Nam māducare spiritaliter sacramentū non est vtcunq; vniri Christo per cognitionē, sed credere in ipsum per fidē cum effectu vel affectu manducandi ipsum sub speciebus sacramentalibus, quod angelis cōuenire non potest. Quare licet spiritus illi coelestes spiritaliter māducent Christum, non tamen hoc sacramentū. At quia fides nostra, atq; sacramentorū vsus in illam ordinatur beatificā fruitionem tanquam in finem, & ea quæ sunt ad finem deriuantur à fine, non dixit Psalmista, q̄ panem hominū manducant angeli, sed vice versa, q̄ panem angelorum manducauit homo. Quæ est solutio S. Thomæ ad primū argumentum. ¶ Secundum eius argumentū sumitur ex autoritate Augustini super Ioā. 6. vbi ait, Hunc cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorū suorum, quæ est ecclesia in prædestinatis: sed ad istam societate non solū homines, sed etiā sancti angeli pertinent. ¶ Itē tertio in lib. de ver-

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Secundum argumentum.

bis Domini ait. Spiritaliter manducandus est Christus, quoniā ipse dicit, Qui manducat meā carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo: sed hoc etiam cōuenit sanctis angelis in quibus per charitatem est ipse Christus, & ipsi in eo: ergo videntur posse spiritaliter manducare hoc sacramentum. Circa hæc argumenta hoc primū notato, quod concludere nō contendūt angelos posse hoc sacramentū sacramentaliter, hoc est, realiter sumere: quoniam, vt iam supra dictum est cōmedere non valent. Sed contendunt, quod possent illud spūaliter manducare sicut nos, dū mente ad illud afficimur. Et ideo vnica generali responsione posset fieri argumentis factis: videlicet, q̄ cum in re non possint manducare, frustraneum esset & vanum desiderium manducandi. Nihilominus quia ex autoritate Augustini apparet subsequi, vt possint effectus sacramenti percipere, respōdetur ad secundum, q̄ quauis angeli ad societate corporis mystici pertineant, eidē tamen corpori mystico coniunguntur per manifestā visionem, homines autē per fidem: sacramenta vero nostra sunt sacramenta fidei, per quam in speculo & ænigmate cognoscimus. Et ideo per illam visionem nō dicuntur comedere sacramentū, neq; habere societatem illam tanquā effectum sacramenti. Quare nobis propriū: scilicet, solis hominibus id conuenit quod ait Paul. Vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & vno calice participamus: quippe qui hanc vnitatem per sacramēti gratiam assequimur. ¶ Et eodem modo respondetur ad tertium, quod licet angeli sint in Christo per charitatem, & Christus in illis, non tamen per fidem, sed per visionem. Et ideo illa incorporatio eorum cum Christo nō est illis effect⁹ sacramēti sicut nobis. Adde, q̄ nō fuit eorū redēptor sicut noster, ob idque neq; gratiā virtute suæ passionis receperūt sicut nos, atq; adeo nec simillimē sūt ei⁹ mēbra, vt nos.

ARTICVLVS. III.

Vtrum solus homo iustus possit Christū sacramentaliter manducare.



OSTQVAM constat solū hominē posse spiritaliter māducare hoc sacramentū, quæritur de sacramentali manducatione, vtrum solis iustis conueniat.

Angeli non manducant realiter sacramentum.

Tertium argumentum.

niat. Nam de spiritali notū est illis solis posse cōuenire. Sicut enim angeli sacramentaliter māducare nequeunt, ita neq; qui in peccato sunt, spiritaliter. Et quāuis arti. 1. satis appareat quæstioni respōsum, vbi distinximus sacramentalē manducationem, quæ peccatoribus conuenit, ab spiritali, quæ iustorum est propria, nihilominus ad excludendum quendam errorē adhibetur hęc noua ratio. Quidam enim antiquitus errauerunt dicentes, q̄ corpus Christi non solū non spiritaliter, verū neq; sacramentaliter à peccatoribus sumitur. Cōtra quos statuitur conclusio. Non solū iustus, verū & peccator sacramentaliter corpus Christi māducare potest. Et contrariū dicere est erroneū tanquam manifestē veritati huius sacramenti derogās. Pertinet enim ad veritatem & certitudinē sacramenti, vt supra dictum est, vt tandiu manere credatur in sacramento corpus & sanguis, quādiu manent species: tādiu verō manēt species, quādiu sub illis maneret substantia panis & vini: manifestū est autem, q̄ si peccator sumeret panem & vinum, nō illico substantiæ illæ esse desinerēt, sed durarēt quousq; per calorē naturalē essent digestæ: ergo vsq; ad illud momentū manent corpus & sanguis. Et confirmatur autoritate Augustini super illud Ioan. Patres vestri manducauerūt māna in deserto, & mortui sunt. Multi enim, inquit, de altari accipiunt, & accipiendo moriūtur. Vnde dicit Apostolus. Qui indignē manducat, iudicium sibi manducat & bibit: nō autem sumendo moriuntur nisi peccatores: ergo corpus & sanguinē sacramentaliter sumunt.

¶ Errorē hunc negantiū peccatores sacramentū sumere, refert Magist. Sent. dist. 9. Et ratio illorū erat, quia cū menducatio sacramentalis ad spiritalē referatur, fit vt illa sine hac superuacanea sit. Vnde illi colligebāt, q̄ cū Deus nihil agat frustra, nō se permittit, à peccatoribus sumi. Absurdum enim esse, aiebant, vt Christus, qui est lux ipsa à filiis te nebrarū & Belial se sumi permittet. Eodē fuit errore in iunctus VVicleff, contra quem Thomas VValdensis tomo. 2. de sacrament. cap. 60. disputans, errorē esse ostendit. VValden. tamen illic prima facie assenerare videtur, q̄ mus vel brutū non sumit sacramentū, sed tamen nō intelligit nisi, q̄ non sumit formaliter: quia non habet intentionem, vt in solutione tertij ait S. Th. ¶ At verō venerabilis Hugo lib. 2. de sacramē. par. 8. cap. 13. vir alio-

Error quorūdam.

Conclusio.

Expositio articuli.

VValdensis.

Hugo.

qui clarissimus, cuius vtique sententiam ad litteram postmodū Innocen. lib. 4. de mysterio missæ ca. 15. amplexatur, stupēda de hac re dicit. Quæretes nāq; ambo quidnā fiat de corpore Christi postquā fuerit comestum siue à bonis siue à malis, vsq; adeo fateri verētur, q̄ descendat vel in stomachum vel in ventrem, vt dicāt, q̄ corpus Christi de ore trāsit in cor. Melius est enim, inquit, vt procedat in mentē, quā vt descendat in ventrē. Et quoniam contingit species sacramentales euomi, vt de cōse. dist. 2. cā. Siquis per ebrietatem, dicit il lū vomitū ex accidentibus & humoribus generari, quasi illic non sit corpus. Vnde glossa super can. Tribus, ead. dist. negat species descendere in stomachū. Quare licet ex ipsis, inquit, aliquis reficiatur, non tamē in ipsum incorporantur. Vel si demittātur in stomachū, per sudorē emittuntur, & nō per secessum. Certū enim, inquit, est, q̄ quā cito species dētibus terūt, tā cito in cœlū rapitur corp⁹ Christi. ¶ Hęc autem si quis modo diceret, ab ecclesia condemnaretur, & tamen istæ glossæ permittuntur in iure. Est enim hęc duplex error, vt ait S. Th. vnus, q̄ prius desinat esse corpus sub speciebus, quā desineret esse panis, siue sint in stomacho siue in ventre vel hominis vel bruti. Aliās si hostia cōuolueretur luto dicendū esset, q̄ desineret illic esse corpus. Itē quia in dicto canone, Siquis per ebrietatem, non dicitur solū. Si quis euomuerit species, sed si quis euomuerit eucharistiā, hoc est corpus & sanguinem Christi. Vbi decernitur sacramentū esse in stomacho, & vbicunq; sunt species quādiu ipse durat. Quapropter vomitus ille asseruandus est tanquam verum sacramentum. Alia ignorantia est, dicere, quod corpus, dū hostia consecratur, descendat de cœlo, & postea illuc reuertatur, vt satis supra ostensum est. Aliās sequeretur, quod dum est in altari desineret esse in cœlo. Est ergo indubiē tenendū, quod corpus descendit in stomachū, etiam si ab iniquo sumatur aliās non diceretur propriē māducari, quare nullus māducaret indignē. At cū digestio fiat in stomacho, illic desumunt esse species, atq; adeo corpus: quare nō descendit in ventrem. Sed si ob aliquē morbum species descenderent, consequenter & ipsum descēderet, & emitteretur. Pudor enim non debet esse in causa negandi veritatem. Glossa autem illa canonis Tribus, occasione sumpsit ex verbis textus non intellectis. Prohibet enim illic Clemens Papa, dist. 2.

Duplex error.

Decisio.

Glossa cā. Tribus, de cons. dist. 2.

sacramentū sumētes statim ad sumendos cōmunes cibos conueniāt, ne putēt sanctæ portioni miscere cibū, qui p aqualiculos digestus in secessum distūditur. Quare glossa a cōtrario sensu quæ argumentatio contra veritatē sepe cōcludit infert, species nō descendere in stomachum: cū tamen textus solūm dicat non licere seculares cibos miscere cum speciebus. De quo tamen textu art. 3. iterum.

Primum argumentum.

Primum argumentum S. Thomæ sumitur ex autoritate Augustini lib. de remedio poenitentiæ, & super Ioan. tracta. 5. & refertur de cōse. dist. 2. Vt quid paras ventrē & dentem? crede & manducaisti: credere enim in eū, hoc est panem & vinū manducare: sed peccator nō credit, quia nō habet fidē formatam, per quā creditur in Deū. Respōdetur, illud & similia verba intelligi de manducatione spirituali, quæ fit aut per fidē in Christum, aut per deuotionē sacramenti. Et hæc fuit causa erroris illorū: quia scilicet nescierunt distinguere inter māducationem sacramentalem & spiritualem.

Secundū argumentum.

Secundū argumentum. Hoc sacramentū, vt supra diximus, est sacramentū charitatis: sed si diu infideles priuātur fide, ita peccatores charitate: infideles autē non vidētur sacramentaliter posse suscipere hoc sacramentū: quia est sacramentum fidei, vt in forma refertur: ergo neq; peccatores ob defectū charitatis. Respōdetur, q; infidelis species sacramentales suscipiēs simul sub illis sumit corpus Christi: quo circa Christum ipsum sacramentaliter suscipit, si aduerbiū, sacramentaliter, feratur in verbū à parte rei manducatur, quia id quod manducat est sacramentum. Si verò ex parte māducantis, tūc propriè loquēdo non māducat sacramentaliter: quia non vitur eo vt sacramēto, sed sicut profano cibo. Nisi forsan intēderet suscipere illud, quod ecclesia confert, licet vera nō polleret fide aliorū articulorum, aut forsan neq; huius. Sed arguat quis forsan cōtra hanc postremā particulā. Baptismus est ianua sacramentorū: ergo infidelis, q; baptismo caret, quāuis sumendo eucharistiā intēdat sumere id quod ecclesia confert, non accipit sacramentaliter, cuius contrarium videtur Sanctus Thomas sentire. Negatur consequentia: nam ad sumendum sacramentaliter satis est sumere id, quod ecclesia intendit: etiam si qui sumit nō sit baptizatus: sed tamen illi nō proderit tanquā sacramētum. Imò verò licet esset catechumenus existēs in gratia, vt Cornelius, nō reciperet per eucharistiā gratiam sa-

Baptismus.

cramentalē: non solūm eò, quòd peccaret sumendo antequā baptismum: verūm etiā si ex ignorantia inuincibili illud sumeret, putās religiosè facere. Possēt enim tūc illi per viā meritū gratia augeri, tamen sacramentalē gradū non reciperet: quia nullū sacramentum gratiam virtute operis nisi solis baptizatis confert. Hæreticus verò, quia baptizatus est, dū respicit, possēt quidē per hoc sacramentum sacramentalē gratiam suscipere. Nisi q; quando diu per ecclesiam ab excomunicacione non absolueretur, indignè accederet. Tertio arguitur. Peccator magis est abominabilis deo quā irrationalis creatura: dicitur enim in Psalmo de homine peccatore, q; cū in honore esset, & non intellexerit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: sed brutū animal, vt mus aut canis, non pōt hoc sacramentū sumere, sicut neq; sacramentum baptismi potare: ergo apparet neq; peccatores illud posse māducare. Quatuor D. Th. respōdet, primū, q; etiam si mus vel canis hostiā consecratā deglutiret substantia corporis Christi non desineret esse sub speciebus quā diu illæ manerent, hoc est quādiu sub illis maneret panis, sicut si proijceretur in lutum. Secundo ait, hoc non vergere in detrimentum dignitatis corporis Christi, cui nihil dignitatis detractū est, ob id, q; à peccatoribus spūtis cōspurcari, ac colaphis cædi, ac deinde crucifigi voluit. Præsertim cū mus aut canis corpus secundū propriā speciem nō tāgat, sed secundū species sacramentales. Tertio refert quorundam errorem dicentium cū primū sacramētum tangitur à mure vel cane desinere ibi esse corpus Christi. Hoc errore tactus videtur Innoc. lib. 4. citato. cap. 11. Sed planè illo fuit irretitus Bernardus super can. Bene quidem. Isti nāq; canonū glossatores deberent à re theologica calamum abstinere. Est enim hoc, vt hic ait S. Tho. erroneum, & veritati sacramenti apertè contrariū. Si enim propter indecentem tactum diceremus corpus & sanguinem speciebus abesse nūquam nobis esset certū quando est illic sacramentū. Quarto deniq; ait, q; brutum licet sacramentum deglutiet, non tamen id sacramentaliter sumit, quia non est natum eo vt vt sacramēto, sed sumit corpus Christi per accidēs, sicut ille qui comederet hostiam nesciens esse consecratam. Et quia ea, quæ sunt per accidēs nō cadunt in diuisionē generis, sicut animal non diuiditur in album & nigrum, ideo hic modus

Tertium argumentum.

Quadruplex responsio. Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

dus non est tanquam tertius cū alijs connumeratus, qui sunt manducare sacramentaliter & spiritualiter.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccator sacramentaliter sumens corpus Christi peccet.



EQVITVR de dignitate sumendi sacramentum, vtrum ipsū sumere in peccato sit peccatum, si quis sacramentaliter sumat, hoc est cum intentione: nam qui sumeret nesciens esse sacramentum, immunis esset à culpa. Respondet D. Thom. hac conclusione. Quicumq; hoc sacramentū sumit in peccato sacrilegium committit tanquam sacramētū violator, atq; adeò mortaliter peccat. Probatur primò ex illo Paul. 1. Corinth. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudiciū (id est condemnationē) māducat & bibit. Vbi ait glossa Augustini, eū indignè māducare & bibere, qui in peccato vel irreuerēter sumit. Secundo probatur ratione. In hoc sacramēto sicut in cæteris id quod est sacramentū est signum eius, quod est res sacramēti: res autē huius sacramēti est duplex, altera scilicet significata & contenta, vt corpus & sanguis, & altera significata & non cōtenta, vt corpus mysticum, quod est sanctorum societas. Quicumq; ergo ad hoc accedit sumendū sacramentū, eo ipso profitetur se vnitum Christo, atq; eius mēbris incorporatum, hoc autē fieri non potest nisi per fidē viuam, quā nullus potest in mortali peccato existens habere: ergo qui in eo iacens sacramētū sumit, falsitatē cōmittit, ac perinde letale sacrilegiū.

Conclusio.

Expositio articuli.

Lutherus.

Expositio Paul. 1. Co. 11.

quin apertissimis verbis contrarium admonet. Nam. 1. Corinth. 11. postquam eos acri accusatione obiurgauit, qui absq; vllō discrimine sic imparati cœnam dominicam manducarent, vt corporis cibos, monitum Christi induxit, quo nobis iussit, vt hoc sacramentum in eius commemorationem celebraremus. Quæ autem sit illa eius memoria, idem exponit Apostolus dicens. Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat (scilicet ad iudiciū.) Hoc autem nihil aliud esse voluit, quàm vt Dominica memores passionis, quæ suæ erga nos eximix charitatis documentum fuit, nostrorumque adeò peccatorum expiatio, mūdi curaremus ad sacramentum accedere: nos ipsos iudicantes an in eadem charitate accederemus ne ab ipso dum veniet iudicaremur. In cuius testimonium non se antea Christus discipulis suis manducandum tradidit, quàm eorum lauret pedes, nos omnes in ipsis cōmonefaciens, ne ad hoc sacramētum nisi ab omnibus prauis affectibus perpurcati accedere mus. Quemquidem sensum Paulus explicās subdit. Quicumq; manducauerit panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Vbi indignè māducare & bibere id planè censuit, quòd absq; spirituali vita, quam in cruce nobis Christus mercatus est, hoc sacramentum manducare & bibere, quod in alimoniam eiusdem sustentandæ vitæ nobis reliquit. Manducare enim & bibere viuorum est: quare mortui ad hanc mensam indignè accedunt, atq; adeò rei perinde fiunt corporis & sanguinis, veluti illi impuri, qui ceu eius inimici ipsum crucifixerūt. Vnde subnectit. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: hoc est, tentet seipsum, iuxta illud. 2. Corinth. 13. Vosmetipfos tentate an sitis in fide, ipsi vos probate: sic ergo in presentiarū vos ipsos discutite an sitis in charitate, cuius sacramentū sumere adornatis. Vestrā vos ipsi examine conscientiam, vt nō nisi candidam & nitidam ad suggēda Christi vbera accedatis. Si enim pij illi, qui Christi cadaveri officium sepulture præbuerūt, nō nisi in syndone mūda illud ausi sunt cōuoluere, quāto cādidior esse debet eius cōscientia, qui corpus idē viuēs sumit, in quod se trāsformare profitetur? Quæ ppter bene pronūciat Apostolus, eū, qui māducat & bibit indignè, iudiciū (hoc est, condemnationem)

denationem) sibi manducare & bibere, nō diiudicans corpus domini, hoc est, nō discernens inter corpus eius verū in ara crucis immolatum, atq; alia animalium, quæ mensæ profanæ imponuntur, neq; satis perpendens an sit ipse de corpore mystico, quod hoc sacramento conglutinatur, & est allusio ad illū infœlicem proditorē, qui impuro animo bucellam sumens, sempiternū sibi interitū conscivit. Et quia nō tantū in damnationē eternam, verū & in infamē corporis mortē impigit, concludit demū Apostolus, Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi, q̄ si nosmetipsos diiudicemus, non utiq; diiudicemur. Probare ergo debemus iudicareq; nos, nostraque delicta castigare & vindicare anteq̄ ad tremendā mēsam nos infinuemus. Post hæc ergo Pauli iussa, abeat cum impia sua hæresi Lutherus. Nam si. 1. Corinth. 7. idem Apostolus coniugibus consulti, vt cōmuni consensu ad tempus quo orationi vacent, cōmuni thoro, qui legitimus est & licitus, abstineant: quanto magis vt sacramentū charitatis sumamus, debemus nō modo illa crimina, quæ charitati aduersantur, expiare, verū & leuiora, quæ eius feruorē tepesciunt, abstergere? **¶** Laudi appositum est centurioni: vt Matth. 8. legitur q̄ se indignum iudicauit, cuius ædes Christus intraret ad sanandum eius puerū: vituperio ergo magno dignus est qui nō conscientia pura ipsum in sacramento excipit, quo salus sua animæ agitur. Atqui parabola illa dominica Matth. 22. de rege qui fecit nuptias filio suo, & cū vniuersos ad conuiuū inuitasset, quædam q̄ ad mensam absq; veste nuptiali sedentem videret, ligatis manibus & pedibus iussit eū mitti in tenebras exteriores, accuratissimam præparationem, quam ad hoc sacramentum adferre oportet, designat. **¶** Quod si ex veteri testamēto exēpla etiā petere volumus, extat Exodi. 30. lex huius nostræ vmbra, vt quoties Aaron & filij eius ingressuri essent tabernaculū testimonij, missa prius aqua lauare suas manus & pedes curarēt, ne forte morerētur. Et Leuiti. 22. Omnis homo, qui accesserit destirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Et vt 1. Regum. 21. legitur, Sacerdos Achimelech nūquam sanctum panem Dauidi famem cū suis patienti tradere voluit, nisi certior prius factus, an sui pueri mundi essent. Et. c. 6. Oza.

Centurio
Matth. 8.

Legis anti-
quæ exēpla.

percussus refertur eo quod arcam sanctuarij temerè tetigisset. Si ergo sancta illa, quæ vt ad Hebræ. Pau. non animā sed corpus emūdabant, & dūtaxat erāt nostrorū vmbra, tanta cū religione fas erat tractare, quātō magis hoc sacramētū, vbi Christus ipse immolatur & sumitur, nefas erit non pro dignitate sumere? **¶** Robur autem hæresis Lutheri est, q̄ nulla nostra opera possunt nos certos facere, q̄ sumus in gratia, præter solam fidem, dicente Apostolo, Nihil mihi conscius sum, sed neq; in hoc iustificatus sum. Nos autem adeo firmiter fatemur nō posse nos hanc habere certitudinē, vt certē credamus ipsum de hac re esse hæreticum, qui dicit per cōfidentiam & fidem sacramenti posse nos ad hanc certitudinē pertingere. Nihilominus necessaria sunt opera nostra, quæ fauore diuino nituntur, vt nutu Dei nos ad perceptionē sacramēti præparemus. **¶** Restat ergo res inter catholicos de huiusmodi requisita dispositione, Et quidem si consilium spectes, a venialibus etiā pro humana fragilitate perpurgare se solentur quisque debet antequam ad hoc sacramentū accedat. Nam, vt supra dictum est, gustum & dulcedinē impediūt, ac ipsorū venialiū remissionem: quæ per sacramētum fieret. Quare vbi non sunt mortalia, cōsiliū est, vt venialium confessio præcedat. Quin verò & attēti animi meditatio & reuerentia est adhibenda, eademque præsertim à sacerdotibus, vt omni mentis acie contemplantur quem admodum ipsissimam Dei personam induti creaturas suo verbo in Dei ipsius corpus, & sanguineim cōuertant, & ceu in truce immolent, ac demum sic sumant, vt se in ipsum transformatos deificent. Indignissima enim res est, vt munus, cuius angeli digni non fuerunt, tanta cum vecordia, & oscitantia homines exequantur. **¶** Ad rē verò vt reuertamur, quia venialia non sunt obex gratiæ, non est tantum præparamentum de præcepto necessarium. Quapropter accedere cum conscientia venialium, certum est non esse peccatum mortale: quanquam sit nonnulla irreuerentia: imò (quanuis hoc non tam certò asseruerim, quam Maior. d. 9. quæst. 1.) fortè neque est veniale: quia nullum tale habemus præceptū, nisi q̄ probet se ipsum homo. Probatio autē est, an sit in charitate. Vnde Aug. tra. 26. super Ioan. Peccata, inquit, licet sint quotidiana, nō sint mortifera antequam ad altare accedatis. Haud tamen est dubium quin aliquū sumptio.

Qualis esse
debeat dispo-
sitiō.

sumptio ipsa sit veniale peccatū: vt puta cū quis propter vanam gloriā ad cōmunionē accedit. **¶** Sed de necessaria dispositione, vt quæ ab omnibus cōfessa sunt, præmittamus, vniuersi fatētur, quod accedere ad hoc sacramentum cum cōscientia peccati mortalis sit obex gratiæ, atque adeo accessio ipsa & sumptio sit peccatum mortale, contra præceptū Pauli, Probet autem se ipsum homo &c. Et hæc fuit assertio D. Thomæ quæst. præcedenti art. 3. quam in præsentiarū repetit, dicens, q̄ talis incurrit sacrilegium. **¶** Quod si quæras quæ dicatur conscientia peccati mortalis, respondetur, esse quodcunque iudicium siue assensum, quod sit in peccato mortali, etiam si sit opinio. Nam cum in dubio est animus, vt homo neque assentiat nec dissentiat, nō dicitur conscientia, sed scrupulus, De quo dicemus in solutione quinti. **¶** Et per hoc soluitur aliud dubium, vtrum ad legitimam dispositionem requiratur contritio, quæ est dolor propter Deū seu de offensa Dei, an verò sufficiat attritio, quæ est dolor propter poenas inferni aut alias temporales. Iam enim supra de attritione distinximus, quod vna sit existimata contritio, quādo scilicet quis fecit diligentiam, quæ arbitrio prudētis videtur sufficere & bona fide putat se dolere propter Deū. Et hæc sufficit, vt homo per sacramentū fiat ex attrito cōtrit⁹. Si verò sit nota attritio, putat q̄ ille homo videt se nō dolere propter Deum, illa nō sufficit, quia manet in conscientia peccati mortalis. Hanc eodem artic. 3. affirmavit S. Tho. constituēs discrimē inter baptismum & eucharistiā, quod cum ille sit sacramentum mortuorū, satis est non oppone re obicē, hoc est complacentiā peccati: cum autem hoc sit sacramentum viuorum, requiritur, vt homo accedat, vt ait Paul probatus, atque adeo iudicio suo in charitate. Atq; idē ait hic. **¶** Quod si arguas. Hoc est sacramentū vnitatis corporis mystici, quæ fit per gratiā: ergo illam gratiam confert: ob idque non opus est accedere in illa. Respondetur, non esse sacramentū faciens primò illam vniōnem, sed nutriens illā, & sustentans. Vnde S. Th. acutè & perspectè ait hic, quod sumens sacramentum eo ipso significat, non quidem vni ritunc Christo, sed esse vnitum, & incorporatum eius membris. **¶** Atq; idem in solutionibus argumentorum declarat. Arguit enim primo loco. Non est maioris dignitatis Christus sub specie sacra-

Necessaria
preparatio.

Conscientia
peccati.

An requira-
tur contritio.

Argumentum.

Primum ar-
gumentum.

menti, quā sub propria: sed peccatoribus tantibus corpus Christi non erat delictum, quinverò salutem consequbatur, vt Lucæ. 7. de Magdalena & Matth. 14. de alia, quæ sibi biam vestimenti eius tetigit, scriptum est: ergo nec peccatores sumētes sacramentum delinquit. Negatur consequentia: est enim diuersa ratio. Christus quippe nō se tangēdum præbebat in signū spiritualis vniōnis ad ipsū sicut in sacramento: & ideo peccatores tunc illum tangētes nullum falsitatis crimen incurrebant, sicut in hoc sacramento. Præterquam quod tūc similitudinem gerebat carnis peccati, vt cum eo possint peccatores conuersari. At similitudinē illam peccatrici carnis in resurrectione exutus, tangi se ab eadem foemina prohibuit ob defectum fidei, quocirca ipsum laborabat, secundū illud Ioan. 20. Noli me tangere, nondum enim ascēdi ad patrem meum (scilicet in corde tuo) interprete Augustino. **¶** Secundò. Hoc sacramētum, sicut & alia, est quædam spiritualis medicina: medicamina verò infirmis dispensantur ad salutem, iuxta illud Matth. 9. Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus: ergo peccatoribus spirituali morbo laborantibus ministrandum est. Respondetur autem ad minorem, non omnē medicinam infirmis cōgruere, secundum quencunque eorum statū: nam illa, quæ datur liberatis à febre ad firmanda membra & robur virium, vt vinum & carnes nocua essent febricitantibus. Sic ergo baptismus & poenitentia sunt quasi medicinæ purgatiuæ, quæ dantur ad tollēdam febrem peccati: hoc autem sacramentum est quasi medicina cōfortatiua, quæ ideo dari non debet nisi liberis à peccato. **¶** Obserua comparationem hanc, qua baptismum simul cum poenitentia componit. Vnde Thomistæ inferunt, quod sicut quæst. præcedēti art. 3. D. Tho. dixit, posse quempiā accedere cum cōscientia peccati mortalis ad baptismum: scilicet, cum attritione cognoscens se non esse contritum, possit pariter & ad poenitentiam. Quāquidem illationē nunquā ego mihi persuasam habuina licet ambo sacramēta sint instituta ad tollēdū peccatū, diuersimodè tamē. Baptismus siquidē absq; vlla accusatione aut confessione suscipiētis, quā poenitentia requirit. Accusatio verò est, quia homo cōfiteatur se offendisse Deū: quare ne sit mēdax talē poenitentiam iudicio suo debet gerere in corde: qui autē videt se non esse cōtritū, intelligit nō se dolere propter

Secundū ar-
gumentum.

Autoris opi-
nio.

*Tertium ar-
gumentum.*

propter offensam Dei, sed ob poenā inferni. De hoc autem latius distin. 14. & distin. 16. ¶ Tertio arguitur. Hoc sacramētum, cum in se Christum contineat, est de maximis bonis maxima autē bona secundū Augustinum lib. de libero arbitrio, sunt, quibus nemo male potest uti, nullus autē peccat nisi per abusum: ergo peccator sumens non peccat. Respondetur ad minorem, maxima bona, secundū Augu. illic, esse virtutes, quibus nemo potest male uti quasi principijs mali vsus: quoniam habitus virtutis non cōcurrit ad actum vitiosum, sicut neque habitus vitij ad studio sum. Potest tamen quis male uti virtutibus tanquam obiectis, ut illi faciunt, qui de virtutibus superbiunt. Pari ergo modo sacramētum hoc nō potest esse principiū mali vsus: quia nō est causa nisi gratiæ: potest tamē esse obiectū malę actionis. Vnde Aug. super Ioā. Multi, inquit, indignē accipiūt corpus Christi: per quod docemur quā cauendum sit male accipere bonū. Ecce enim; per bonū factū est malū dum malē accipitur bonū: sicut contra Apostolo, per malū factū est bonū, cum bene accepit malū: scilicet, cum stimulū Satanę patienter portauit. Ad idem pertinet canon. Et sancta. de consecra. dist. 2. ¶ Quarto Sicut hoc sacramentum sentitur gustu & tactu: ita & visu: si ergo peccator ex eo q̄ sumit hoc sacramētū peccat, videtur & peccare videndo: quod falsum esse inde constat, q̄ ecclesia cūctis adorandū proponit: ergo peccator nō peccat manducando. Respondetur, quod per visum nō accipitur ipsum corpus Christi, sed solum sacramētū eius: quia visus nō pertingit ad corpus, sed ad species panis, per quas sacramentaliter videt corpus. Qui autem accipit sacramētū non solū species, sed corpus recipit. Adde quod per visum nō proficitur homo se vnitū esse Christo, sicuti per sumptionē sacramenti. Subdit S. Tho. nō baptizatos neq; ad inspectionē sacramenti esse admittendos, ut Diony. lib. de ecclesiast. hierar. autor est. Quare catechumeni in primitiua ecclesia, licet admitterentur ad lectionē epistolę & euangelij, in initio tamē canonis excludebātur. Sed ad māducationē nō sunt admittendi nisi illi, qui non solū sacramentaliter per baptismū sed etiā realiter per gratiā sunt Christo coniuncti. ¶ Quintū autē argumentū maioris est ponderis. Contingit enim ait S. Tho. quādoq; vt peccator aliquis nō habeat cōscientiā sui peccati, qui tamē peccare

*Quartum ar-
gumentum.*

*Quintum ar-
gumentum.*

non est censendus sumēdo sacramētū, alioqui nemō se ātali culpa eximeret propter periculū, cui se oēs exponerēt, dicente. 1. Corin. 4. Paulo. Nihil mihi cōsciū sum: sed neq; in hoc iustificatus sum: nō ergo semper peccatori in culpā cedit sacramētum hoc sumere. Respondet S. Tho. bifariam accidere posse, vt qui in crimine est, cōscientiā illius non habeat. Vno modo, vt ignorātia sit illi culpabilis: scilicet, vel quia est iuris, quę neminē excusat, vt cum id quod peccatū est, peccatum esse ignorat, vt si fornicationē censeret non esse peccatū. Aut quia in examine proprię conscientię negligens est, contra admonitionem Pauli, Probet autē se ipsum homo &c. Et huiusmodi homo quāuis conscius non sit sui delicti, nihilominus sumēdo sacramētum non excusatur ā noua culpa: quia cum ipsa ignorātia, peccatū sit, non excusat quin sumptio sit peccatū. Altero modo potest huiusmodi ignorātia esse inculcata: nempe, quia post examinationē dolorem habuit peccati, nō tamen sufficientē, vt verē esset contritus. Et in tali casu non peccat sumendo corpus Christi: quia nemo per certitudinē scire potest an sit verē cōtritus. Sed sat est vt signa in se pręsentifcat contritionis, putā si doleat de pręteritis & caueat de futuris. Adde dummodo dolor iudicio suo appareat esse de offensa Dei, vt sit attritio existimata contritio: nā qui tantūm dolet propter infernum non dolet de peccatis, quatenus offensa Dei sunt. Si verō ignorat id, quod fecit, esse peccatum propter ignorantiam facti, quę excusat, vt si accedit ad nō suam (vt Iacob) arbitratus esse suam, non est ille vt peccator iudicandus, neque si absq; sua culpa fuerit suorum scelerum oblitus: illi enim, vt in materia poenitentię videbitur, sufficit generalis contritio. Atque hęc est generalis doctrina omnium theologorum, vt Alexandri 4. part. q. 46. memb. 3. art. 2. & Bonauenturę in 4. dist. 9. art. 2. q. 3. Et Ricardi ead. distin. art. 2. q. 1. & Durandi. q. 4. Nam Scotum vix intelligere quiuerim q. 1. Ait enim primō, quod si quis diligentiam adhibuerit & conteratur & confiteatur, licet ali quod peccatum sit illi traditum obliuioni, se cure accedit: quia si moreretur etiam sine eucharistia saluus fieret. Sed paulō post subdit, q̄ etiā si aliqua peccata lateant, per eucharistiā delebūtur. Atqui dicta hęc nō apparent bene coherere. Nā prius cōstituit hominē extra peccatū ante eucharistiā, & posteriūs dicit

*Communū om-
nium doctri-
na.*

*Distinctio cō-
muni.*

Ioh. Maior.

*Prima illa-
tio.*

*Secunda illa-
tio.*

*Triplex ma-
ioris ratio.*

Prima.

Secunda.

Tertia.

cit, q̄ peccata in tali casu delebūtur p̄ eucharistiā. Non videtur ab opinione cōmuni deuiare. ¶ Hinc ergo omnes citati autores, & recētiore, qui illos sequuntur, hęc colligunt distinctionem: nēpe quempiam dupliciter posse ad sacramētum accedere indignē. Vno modo contrariē, sic scilicet, vt accedēdo peccet. Et alio modo contradictoriē: scilicet, non dignē, quia est in peccato, non tamē contrariē, vt peccet. Vnicus autē Ioā. Maioris est cui ea. d. q. 1. extra gregē oberrare libuit. Ait siquidē q̄ omnis in vniuersum, qui accedit in peccato peccat accedēdo: quare vt accedēdo non peccet, debet quando accedit esse in gratia. Ex quo infert vanam esse distinctionem positā: imō quicunq; accedit non dignē contradictoriē, accedit contrariē indignē. Sequitur secundō, ex eius opinione nunquam per eucharistiā posse primā gratiam conferri: nā qui accedit in peccato ponit obicem: & qui sine illo iam habet gratiā. Rationes eius sunt tres. Prima. Aut accedens indaginem fecit, quam facere tenebatur, aut secus. Non enim est dare mediū. Si verō fecit quam tenebatur, iam accedit in gratia. Sin minimē, accedit indignē & accedēdo peccat: quia non se probauit, vt ait Paul. Secundō, aut requiritur, vt accedens faciat indaginem secundū iudiciū & arbitriū sapientium, vel sat est, q̄ vnusquisq; secundū propriū iudiciū eam faciat. Secundū dici non potest: nā contingit, vt alicui ex leuitate animi appareat fecisse diligentiam sufficientem, quę tamē non est sufficiens. Si primū dederis, qui illā fecit, iam est in gratia: qui verō nō fecit, accedēdo peccat. Tertiō, Nemo tenetur maiore adhibere diligentia ad accedēdū ad eucharistiā, quā tenetur statim moriturus: huic autē sufficit illā facere ad arbitriū prudētum: ergo & accedenti ad eucharistiā. ¶ Ad hęc aut primō respōdetur, autorē istū ad pauca respexisse, & ideo fuisse paralogizatum. Non enim habuit rationem nisi diligentia & indaginis ad commemorandum peccata, cum tamē illa adhibita restet deinde ambiguitas: an dolor peccatorum, quorum quis meminit, sit vera cōtritio: scilicet, propter offensam Dei, an verō sola attritio propter poenas inferni. Et re vera si tam indaginé quā cōtritionē palā cōstaret esse sufficientē, vera esset eius opinio sed tamē neutrius tanta potest haberi certitudo, vt patet hic ex verbo Pauli citato, Nihil mihi conscius sum &c. & Ecclesiastes. 9. Nemo scit an odio vel

amore dignus sit. Et Ecclesiastici. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu. Et Prouer. 20. Quis potest dicere, Mūdum est cor meū? Et Iob. 9. Verebar omnia opera mea sciens, quod non parceres delinquenti. Et rursus, si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. ¶ Respondetur ergo ad formam primi argumēti Maioris. Aliud requiri, vt hō exeat ā peccato, aliud verō, vt dignē accedere possit ad sacramētum. Cum ergo quæris, an iste fecit indaginem ad quam tenebatur, respondeo non fecisse, sed tamen bona fide putat se fecisse. Et cum instas, vel fecit ad arbitriū prudentium, vel non, respondeo requiri examē secundū arbitriū prudentū: nā leue non sufficit. Attamen ex prudentibus alij dicent hanc sufficere, alij verō non. Et opinio illorū licet sufficiat ad excusandū hominem ā culpa, vt possit dignē accedere, non tamen sufficit ad delenda peccata pręterita. Et hęc fuit autoris hallucinatio. Peccata enim non remittūtur propter actum intellectus, quo quis credit fecisse diligentia, vel esse cōtritum, sed re vera ex natura rei, quia est vera contritio per se aut per sacramentum perfecta. Pariter facta diligentia potest apparere cōtritio propter offensam Dei, & tamen non est nisi attritio propter infernum: pręsertim in articulo mortis: quia cum tunc supplicia illa sese offerant pręsentia, dolorem ingenerāt, qui apparet timor filialis, & tamē non est nisi seruilis. Quinverō doctissimus curatus, nequissimus tamen, posset consultō decipere poenitentem dicendo talem negligentem indaginem aut attritionem sufficere, quę quidem falsa poenitentis credulitas nō sufficeret ad delenda eius peccata pręterita, licet hominem excusaret, vt dignē posset ad sacramentum accedere.

¶ Consistit ergo veritas opinionis S. Thomę in hoc, quod ignorantia inuincibilis & inculcata quantuis nō sufficiat delere peccata pręterita, facit tamen hominem securum, vt dignē possit accedere ad sacramētum. Et quod hoc sit verum, pręterea confirmatur. Stat enim duorum virorum prudentium, alterum esse verē contritum, alterum non nisi attritū, & tamen habere ambos æqualia signa, quibus vterq; putat esse contritum: quare tunc opinio illa nō est sufficiens facere ex attrito cōtritū: & nihilominus attritus ille legitime potest accedere ad sacramētum. Et arguitur rursus. Secundū opinionem Maioris sequeretur, quod quispiam nunc in peccato existens sine aliquo

*Veritas opi-
nionis.*

quo nouo dolore, nec sacramento, per hoc solum quod ignorantia sua, quæ erat vincibilis efficeretur inuincibilis, mudaretur à peccatis, utpote si quispiam esset attritus & secundum opinionem prudentum id crederet, & superueniret alij, qui ei persuaderent esse contritum: imò si ille mutata conditione naturaliter mutaret opinionem: per hoc solum remitterentur peccata, quod error esset cõcedere: & tamen mutata illa opinione posset legitime accedere ad sacramentum. ¶ Item negare hoc sacramentum quandoque posse conferre primam gratiam, est contra illud vulgatum Augustini in quodam sermone, ubi ait, quod hoc sacramentum mortuos viuificat. ¶ Ad demum ad rei conclusionem è conuerso arguitur. Quauis quispiam veraciter sit contritus & in gratia, si tamē habet conscientiam se esse in peccato, non dignè accedit ad hoc sacramentum: ergo ad dignè accedendum imper tinens est esse in statu gratiæ, aut extra, sed probabilitas, quæ excusat à peccato ignorantia, est quæ facit hominem, dignè accedere. Imò fateor distinctionem illam accedendi indignè contrariè vel cõtradiçtorie, non ita mihi grate arridere, quia nec S. Tho. de illa hoc loco meminit. Imò qui non accedit indignè contrariè, ut peccet accedendo, certè neque accedit indignè cõtradiçtorie, licet sit in peccato ignorato. Nam postquam accedit legitime secundum legem, hoc sufficit, ut simpliciter dignè accedat. ¶ Contra hanc autem definitionem arguitur. Sequeretur quod quicumque accederet in peccato taliter tamen legitime, ut accedendo nõ peccaret, reciperet primam gratiam per sacramentum: nam postquam nullum opponit obiecem, & bona fide putat se esse in gratia, veniam per sacramentum suscipit. De hac re sunt citati autores bipertiti. Nam Bonauentura loco citato medium constituit, idque generaliter: scilicet, quod qui accedit in peccato sine eius conscientia, accedit eatenus dignè ut nõ peccet, nullus tamen eorum gratiam suscipit, ob id quod non accedit viuens. Quare non admittit, quod hoc sacramentum conferat primam gratiam. Et quidè Gabriel in. 4. dist. 9. q. 1. & in canone lectione. 8. cita. Alexandrum loco supra à nobis allegato in contrariam sententiã: scilicet, quod recipiat gratiam. Et volens eos in concordiam conciliare ait, eiusmodi hominem non recipere gratiam virtute operis, scilicet, sacramenti, recipere eam tamen ex benigni-

tate Dei: quia scilicet illuminatur, ut se attritum cognoscens coneratur. Attamen primum Alexandrum non video esse diuersum à Bonauentura: imò in solutione septimi dicere videtur eiusmodi accedentem non recipere gratiam. Secundò, quod recipiat eam ex benignitate, quia illuminabitur, hausit à Gersono tract. de pollutione nocturna consideratione. 2. ille autem effectus benignitatis nulla est lex, ut semper obueniatur: quare potest accidere talis nouus motus in mente suscipientis sacramentum, & potest non accidere. ¶ *Caietanus.* ¶ Caetanus, ut quæst. præcedenti art. 1. vidimus, nõ tam generaliter loquitur, quam Bonauentura: imò admittit primam gratiam posse quempiam recipere per sacramentum: sed tamen ait quandoque vñ venire posse, ut accedens nec peccet, nec gratiam recipiat. Excogitat enim cõtritionis gradus: scilicet, tantam esse posse, ut sufficiat cum sacramento ad gratiam & tam exilè, ut non sufficiat. Et Palud. dist. 9. q. 2. sub dubio loquitur dicens, fortè ex vi sacramenti recipit gratiam. Et Adria. in. q. de eucharistia ait, quod sic accedens sæpe recipit primam gratiam, ubi insinuat, quod nõ semper. ¶ Omnibus tamē pensatis dicendum apparet in eo, qui accedit cū attritione, & legitime. ¶ *Sententia dicitur.* ¶ ex ignorantia peccati in quo est, quæ eum excuset, ut non peccet accedendo, nunquam dari mediū, sed semper ipsum primam gratiam per sacramentum suscipere. Id enim hic D. Th. sentit, dum dicit quod sufficiunt illi signa contritionis, dum dolet de præteritis, & proponit cauere de futuris. Vbi sufficere intelligit ad remissionem culpæ cū sacramento. Idque patet verbis asseruit quæst. præced. art. 3. dicens, accedens in peccato mortali, cuius conscientiam non habet, consequetur per hoc sacramentum gratiam charitatis. Quod quidem verbum postquam absolute asseritur, generaliter intelligitur. Atque idè docuit in. 4. dist. 9. art. 3. quæstionum. 2. Idemque Ricardus ead. dist. quæst. supracitata. Sed ratio id apparet satis cõuincere primò ex parte diligentis: nõ si nõ fecit illam, quæ vir prudens iudicaret sufficientem, peccat accedendo. Si autè fecit, nõ est cur gratia sacramentali frustretur. Deinde ratione contritionis. Contritio enim, ut Caietanus ipse & Thomistæ fatentur, non differt ab attritione in intentione, sed in obiecto & fine: quod scilicet contritio habet pro obiecto offensam Dei, ut fiat ex timore filiali: attritio verò quatenus est suppliciorum causa & nascitur ex timore

timore seruili. Arguitur ergo. Vel peccatum cū sola attritione quæ creditur esse contritio, est obex gratiæ, vel non: si sic, indignè tunc acceditur: si non, semper recipitur gratia. Nam si dixeris aliquam sufficere, & non omnem, demus duos, quorum alteri sufficit, alteri verò minime: tunc sciscitor, Quo pacto illorum attritiones differunt? nõ quidem ex obiecto, postquam ambæ sunt attritiones, neque verò ex intentione, quia illa nõ est necessaria: ergo si aliqua sufficit, omnis sufficit. Secundum quidè opinionem Scoti, qui tenet requiri certam intentionem ad rationem contritionis, dicere posset aliqui etiã requiri ad attritionem, ut sit sacramentum sufficiens. Sed tamen S. Tho. hic non dicit, nisi quod sufficit dolor de præteritis, & propositum in futurum cuiuscumque sit intentionis. ¶ *Alia argu.* ¶ Aliter tamen contra eiusmodi sententiam arguitur. Si quis ex attritu per sacramentum eucharistiæ fieret cõtritus, sequeretur primò, quod homo obtineret actualem peccatorum veniam sine poenitentia, quod est contra Hieronymum censentem, poenitentiam esse necessariam tabulam post naufragium: nam attritio nõ est legitimus actus poenitentia. Secundò sequeretur, quod posset homini euidentè esse in gratia se existere, per hunc syllogismum. Ego probabiliter & secundum rationem prudentum, meorum habeo delictorum contritionem, & recipio sacramentum: ergo & gratiam. Est enim maior euidentè: nõ licet non habeam euidentiam cõtritionis, habeo tamen euidentiam esse probabile me habere, & minor est certa & cõsequentiã: ergo conclusio euidentè. ¶ *Ad primam.* ¶ Ad primum negatur cõsequentiã: multi namque ex schola D. Thomæ aiunt, quod dum attritus suscipit sacramentum, ipse idem actus, qui erat attritio, perficitur per sacramentum, ut sit contritio, atque adeo sit legitimus actus poenitentia. De hoc autem iterum in materia poenitentia regredietur sermo. Interim tamen dicendum, quod si isti intelligant eundem actum intrinsecè per sacramentum fieri contritionem nõ est tolerabilis opinio: nõ actus non mutat obiectum: siquidè si antea erat dolor peccati propter poenas inferni, idè modo habet obiectum, sed tamen fit cõtritio extrinsecè per sacramentum ad hunc sensum, quod informatur gratia, quæ sacramentum cõfert. Et ad hunc sensum dixit quæst. præcedenti art. 3. S. Tho. quod gratia sacramenti perficiet contritionem. Quare non tam proprie dicitur ex attritione fieri contritionem, quam homi-

nè ex attrito fieri contritum. Atque hoc pacto ille actus per gratiam fit actus poenitentia virtutis. Quare nihil cõtra Hieronymum sequitur. ¶ *Ad secundam.* ¶ Ad secundam negatur, posse nos habere talè certitudinem absque vlla formidine, licet possimus ad illam pertingere, quam appellant moralem, ut possimus, quatenus in hoc seculo conceditur, securitatè habere, quæ adolefcens ille habere videbatur, qui respondit Christo, se seruasse madata à iuuentute sua. Vnde ad argumentum respondetur esse captiosum: nõ enim ex hoc, quod probabiliter habeo dolorem sufficientem, habeo gratiam, sed ex hoc, quod illum habeo. Et me habere nõ est euidentè, sed probabile. Vnde nõ sequitur, Est mihi euidentè esse probabile: ergo est mihi euidentè habere sufficientem dolorem. Neque minor est euidentè laicis: nepe, hostiam esse consecratam. Et quauis sacerdoti sit euidentè intentionem habuisse consecrandi, atque adeo fidè habeat esse consecratam hostiam: consequentiã tamè nunquam est euidentè. ¶ *Questio de confessione.* ¶ si habeo attritionem, quæ puto cõtritionem suscipiã per sacramentum gratiam: sed est doctorum opinio, quod accedens cū probabilitate recipiat gratiam. De hac tamen re in apologia nostra aduersus Catharinos diffusè factis diximus, & in materia poenitentia iterum dicemus. ¶ Tandem circa huiusmodi dispositionem disputatur quæstio. Vtrum accedenti ad sacramentum eucharistiæ satis sit priuatim suam secum discussisse conscientiam, an verò insuper requiratur, ut sacramentalis cõfessio præcedat. Fuit enim opinio Abbatis Panormitani super cap. De homine. de celebra. missa. tenentis nõ esse necessariam cõfessionem, sed sufficere contritionem. Hic tamen autor non habet de hac re grãde autoritatis momentum: fuit enim alia priori labe cõmaculatus dicens confessionem non esse de iure diuino, ut dist. 17. videbimus. At verò Ricardus vir alio *Ricardus.* qui grauissimus ead. dist. ar. 3. q. 6. idem professus est, dicens posse quæpiam absque confessione eucharistiam sumere: quauis nulla alia intercedat causa, quæ ut absens sacerdos expectetur, cui deuotius & cõmodius fiat cõfessio. Ricardus citat, sequiturque; Adrianus in materia de confessione. quæst. 3. Atqui nostris temporibus Caietanus in præsentiarum, *Caietanus.* & in sua summa verbo Cõmunio, eandè opinionem adstruxit: scilicet, non esse ad eucharistiam necessariam confessionem, quauis cõfessio sit salutare. Et ratio eius potissima est, quod *Ratio Caiet.* necessitatè nemo debet inducere ubi ius non cogit:

cogit: nullum autem extat diuinum ius, quo eiusmodi confessio in tali articulo iubeatur. Nam de huiusmodi dispositione solum extat admonitio Pauli, Probet autem se ipsum homo. Vbi contrarium insinuat, scilicet factis esse, vt homo priuatim sua conscientiam expendat & examinet. Quod si quis dicat, Paulum illic admonere id, quod requiritur, non tamen id, quod sufficit, in contrarium est quod subdit, Et sic de pane illo edat, & de calice bibat, quasi nihil aliud postuletur. Vnde de Christo. in eundem locum homilia. 2. 8. Non, inquit, iubet, vt alter alteri probetur, sed ipse sibi, no publicum faciens iudicium, & sine teste argumentum. Secundo. Si talis confessio de iure diuino esset illo articulo necessaria, in nullo casu posset praetermitti: dabitur tamen infra nonnullos, in quibus praetermittitur. Praeceptum autem pontificium non est nisi, vt semel in anno confiteamur: quod autem quoties eucharistiam sumimus, confessionem repetamus, non est illic adiectum.

Argumen. Postremo arguitur. Reliqua omnia sacramenta licet sine praevia confessione suscipere: ergo quantum ad huius susceptionem exactior requiratur conscientiae discussio, non tamen fit inde consequens, vt exigatur confessio.

Contraria opinio communis. Contraria tamen opinio fuit semper doctorum vniuersalis, vt S. Thomae in 4. dist. 16. in expositione textus, & dist. 17. q. 3. art. 1. quaestiu. 4. & Scoti, Durandi, & Paludani, ac denique omnium dist. 9. & 17. Quare per Parisiensem acaedemiam fuit decreta. Sed iam tamen huiusmodi veritas maiore pollet autoritate quam opinio. Est enim decretum Concilij Tridentini post regressum a Bononia sessione 3. cap. 7. vbi praemisissis Paulinis verbis, Qui manducat & bibit indignè &c. subditur. Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius praepceptum. Probet autem se ipsum homo. Ecclesiastica autem inquit, consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalispccati, quantumuis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacramentum eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, haec sancta synodus praepetuo seruandum esse decreuit, modò non desit illis copia confessoris. Quod si necessitate urgente sacerdos absque praevia confessione celebrauerit, qua primùm confiteatur. Haec tamen synodus. Vbi perspe-

Chryso.

Argumen.

Contraria opinio communis.

Synodus Tridentina.

Et adnotandum est, ecclesiasticam consuetudinem non in medium afferri tanquam potissimum & primum fundamentum huius ritus, quasi sit de iure tantum ecclesiastico, sed quasi declaratoria diuini praepcepti, quod Paulus insinuat. Ex illo enim sic intellecto praepcepto mos vniuersalis ecclesiae ortus est, in qua nemo ad sacrosanctam communionem absque praemissa confessione accedere fuit ausus. Neque verò ecclesia vnquam eum, quem sciuerit peccatum commississe mortale ad sanctam communionem admisisset, antequam suo confiteretur presbytero. Hic ergo mos a Christo per apostolos deriuatus creditur. Ait quippe contra Donatistas Aug. lib. 4. cap. 24. Illud, quod vniuersa tenet ecclesia neque in concilijs statutum reperitur, sed semper retentum est, credendum esse non nisi autoritate apostolica traditum. Et quidem Cyprianus libro. 3. epistolarum epistola. 14. morem reprehendit, quod ante exomologesim, id est, confessionem eucharistia aliquibus tradatur. Et epistola 15. eandem instaurans accusationem, ait, illud esse contra Euangelij legem. Idemque epistola. 16. repetit dicens, quosdam euangelij immemores communionem ante confessionem suscipere. Atque idem iterum epistola 18. Quibus locis Cyprianus insinuat, ordinem hunc vt confessio eucharistiam praecedat, esse de iure diuino. Et rursus sermone 5. de lapsis, ait eum, qui absque confessione ad eucharistiam accedit, indignè accedere, & reum fieri, iuxta verbum Pauli, corporis & sanguinis Christi. Cui consonat Ricardus de sancto victore in lib. de potestate ligandi & absoluendi cap. 21. cuius verba sunt. Audafter dico, Si ante sacerdotis absolutionem ad communionem corporis & sanguinis Christi quis accesserit, iudicium sibi manducat & bibit, quantumuis eum peccasse multum poeniteat, & vehementer doleat & ingemiscat. Et Eusebius in historia ecclesiastica lib. 6. c. 24. de Philippo Imperatore Christiano refert, quod cum in paschate voluisset ad communionem accedere, non prius ab episcopo loci fuerit permissus, quam confiteretur peccata sua. Et de ecclesiasticis dogmatibus cap. 53. ait Aug. si autor illius fuit, Quem mortalia crimina post baptismum premunt, hortor prius publica poenitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari. Si vult non ad iudicium & condemnationem sui eucharistiam percipere. & in epistola. 118. ad Ianuarium planissimis

Ius diuinum

Aug.

Cyprianus.

Ricardus de sancto victore.

Eusebius.

Respondetur Caietano.

simis verbis ait, non debere quæpiam pro suo arbitrio dum libet accedere ad communionem absque praevia confessione & poenitentia. Post haec autem vt Caietano respondeamus, probatur veritatem hanc fundamentum habere in verbis Pauli. Dicens enim, Probet autem se ipsum homo, admonet iubetque, vt illis vtatur remedijs, quæ ad animæ purificationem instituta sunt. Cum ergo confessio sacramentalis suapte institutione sit remedium ad id conducens, fit vt teneatur homo hanc adhibere medicinam. Sed ait Caietanus, Non tenetur homo facere quantum potest. Fateor quidem, quia non tenetur tam prolixam facere inquisitionem, aut lachrimis & singultibus contritionem virgere. Tamen cum duo sint ordinaria remedia expurgandi peccata: scilicet, contritio & confessio, nomine probationis pari ratione vtrunq; Apostolus comprehendit. Quare cum ait, Probet se, non intelligitur secum solus, sed adhibito diuino ministro, qui eius sit examinis iudex. Nec contrarium sentit Chrysofostomus: Sed quod non requiritur, quod in publicum sua effundat crimina. Concludimus ergo ordinem hunc, vt confessio praecedat eucharistiam, esse de iure diuino, hoc est, inde secundum sanctorum patrum interpretationes elicium, imò apostolorum traditione susceptum, & ecclesiae more & vsu obseruatum. Quinverò & perpenso tenore praepcepti ecclesiastici, Omnis vtriusque sexus. Illic insinuat esse confessionem ad eucharistiam necessariam. Ait quippe, Confiteatur proprio sacerdoti &c. suscipiens reuerenter ad minus in pascha eucharistiae sacramentum. Vbi insinuatur ad reuerentiam eucharistiae confessio nem pertinere. Et tamen secundum Caietanum, qui esset illo anno confessus, licet esset relapsus, posset in pascha eucharistiam sine confessione suscipere, quod absurdum esset concedere. Et adhibetur demum argumentum quod Caietanus hic vocat sacrorum doctorum: & Scotus loco citato refert. Sacerdotibus ex vi clauium competit populum ad sacramentum eucharistiae admittere: ergo eisdem incumbit iudicare quinam adsint idonei: hoc autem facere nequeunt nisi audita confessione: ergo illa est antea necessaria. Neque satisfacit responsio Caietani: scilicet, sat esse accedentes probatos esse iudicio Domini ministrorum: scilicet, Dei: nam postquam eos instituit horum sacramentorum iudices, eorum arbitrio voluit accedentes esse probatos. Eo vel maximè, quod

Omnis vtriusque sexus.

Argu. Caietani.

cum frequenter per sacramentum poenitentiae fiat homo ex attrito contritus, non censetur absoluta probatio, donec remedium poenitentiae sit adhibitum. Vnde ad tertium eius argumentum respondetur, non suffragari rationem ex aequo ceteris sacramentis & isti in preparatione: nam cum hoc singulariter contineat Christum ipsum, & proprie in alimoniam viuentium institutum sit, confessio autem ad tollendum peccata: ordo ipse exposulat, vt prius per sacramentum poenitentiae homo curet reuiuiscere, vt idoneè & reuerenter ad hoc sacramentum accedat.

Ad secundam autem rationem Caietani respondetur, confessionem sacramentalem non esse eodem gradu ad eucharistiam necessariam diluere. quo internam peccatorum detestationem, sed vbi haberi possit praesbyteri copia. Quapropter attendendi sunt hic casus, quibus licet eucharistiam absque confessione suscipere. Et primum Tridentina synodus nullum excipit casum necessitatis confessionis, praeterquam vbi legitimus sacerdos haberi non possit. Quare generalis regula sit, quod vbi potest haberi sacerdos habens autoritatem ab soluendi, nullatenus est ante confessionem ad eucharistiam accedendum. Sed de hoc tamen restat dubium quænam sit necessitas, quæ in absentia praelati aut legitimi confessarij licitâ faciat communionem absque confessione: Vtrum sola deuotio volentis sacramentum sumere aut celebrare sufficiat. Respondetur nequaquam sufficere, sed vigentem exigentiam necessitatem vt expressis verbis concilij admoneatur. Loquimur vbi sunt peccata mortalia: nam venialia non sunt necessaria confessionis materia. Primus ergo casus est articulus mortis, vt si esset solus sacerdos caecus & surdus, qui non posset confessionem audire, aut si esset mutus, qui non posset absolutionem proferre, posset contrito periclitanti eucharistiam sine confessione porrigere aut si infirmus iaceret posset illam per diaconum ad infirmum mittere, vt dist. 13. q. 1. art. 3. videbimus. Item & sacerdos ipse iam iam moriturus, qui non haberet alium, cui confiteretur, posset ipse consecrare & sumere sacramentum. Secundus casus est necessitas, quæ ex officio pendet, vt rusticus plebanus, qui non habet sacerdotem nisi longè distantem, non tenetur ire quotidie ad quaerendum confessarium: potest ergo cum contritione, maximè si esset festum, idque vno aut fortè duobus diebus sacra facere, absque

Solutio tertij argu. Caiet.

Secunda Caietani ratio diluitur.

Casus in quibus ante confessionem eucharistia suscipitur.

Generalis regula.

Dubium.

Primus casus.

Secundus casus.

confessione celebrare: non tamē pluries. Sed cauendū à consuetudine & fraude, qui enim in concubinato, aut in alio peccato perfitit, potius debet salutē animæ consulere, quàm tēporali vitæ, vel honori, & à sacris abstinere quandiu peccādi occasiones non amouet.

Tertius ca. 115.

¶ Tertius casus est necessitas præcepti ecclesiastici, vt si quis in die paschatis inuenit se, vbi nō habet copiam proprii sacerdotis, qui eum possit absoluerē, potest recipere eucharistiam cū proposito confitēdi cum primū nancisci possit opportunitatem. Et pariter si sacerdos iter faciens in die festo, quō est præceptum audiendi sacrum, poterit ipse solū cōtritus celebrare. Tamen si profectō tertium hunc casum non tanquā regulam vbiq; generalem asseruerim, maximē vbi casus sunt reseruari: vergeret enim hoc sæpe in fraudem, vt nūquā eiusmodi poenitentes curam adhiberent ad eundem prælatum. Quocirca in his ratio scandali consulenda est: si enim grande sequeretur, vbi religiosus vel ille, qui habet casum reseruatū episcopo non celebraret, aut eucharistiam sumeret, sumat quidem sed cum tremore & proposito festinandi ad confessionē. Si autem citra scādalum potest communionē excusare, fatius est abstinere à communionē etiam occurrente tempore præcepti, quàm cōmunicare. Nam tunc si non potest facile haberi copia prælati, nullū erit peccatum nō cōmunicare, vel si potest haberi, forsitan minus peccatum erit transgressio præcepti audiendi missam in die festo, vel cōmunicādi in paschatē, quàm ad sacramētum accedere cum tali peccato: maximē quia plerūq; non est legitima contritio illa, quæ citra sacramētum habetur. ¶ Quartus casus est ad euitādum scandalum etiam si non occurrat præceptum ecclesiæ, vt si religiosus habet peccatū reseruatū & in die solenni, cum totus conuētus cōmunicat, non cōmunicaret cum illis, tūc si prælati nō adest domi potest quidē cū proposito properādi postea ad ipsum cōmunicare, nullatenus tamē si adest. ¶ Oēs tamē hi casus, præter primū de articulo mortis, intelligūt vbi non sit crimen annexam habens excommunicationem: quia excommunicato, nec propter officium, nec propter scandalum, aut generale præceptum ecclesiæ de cōmunionē licet ad sacramētum accedere. Vnde qui irretitus est culpa pontifici reseruata: quia omnes huiuscemodi annexam habent excommunicationem, caueat ad sacra-

Quartus ca. 115.

Declaratio dictorum casuum.

mentum hoc, antequā absolueretur accedere. Item nisi sit peccatum publicum: quia tunc maius esset scādalum manducare, quā abstinere. Quōd si percōteris, vtrum sola verecundia in causa esse possit comunicandi absq; cōfessione, vt si subditus, qui reseruatam contraxit culpā, nequeat præ verecundia confiteri prælato, qui tamē prælatus nolit casum alteri committere, sed poenitentem audire. Respondetur, per verecundiam neminem excusari: quin teneatur parere prælato, si tamē doctus & probus sit: nam si tyrānus esset, à quo timeretur, vel diuulgatio confessionis, vel aliud malum, & nō pateret accessus ad alium superiorē, absolueretur tunc subditus ab eius obedientia in ea re. ¶ Ex ijs sit, causam Ricardi nempe, expectandi confessariū magis idoneum, non esse iustam, vt quis possit à confessione excusari, dū modo eum habeat, cui tutō possit suā consciētiam patefacere. ¶ Haud tamen hoc tandem admonere negligam, quod dum sacerdos est in altari non est concedēs, vt qui comunicaturi sunt in conspectu plebis, illa, quorum fuerunt obliuati in confessione, illic confiteantur, sed vel cōmunionem, si sine nota possunt, differāt vsq; ad aliam missam, vel proponēt illico post cōmunionem confiteri sacram bucellam sumant. De alio vero casu quādo sacerdos post inceptum factū reminiscitur peccati alicuius aut excommunicationis quid debeat facere, dist. sequenti, quæst. 2. art. 6. satisfacet nobis S. Thomas.

Percontatio.

Casus Ricardi.

Admonitio.

ARTICVLVS. V.

Vtrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati mortalis, sit grauisimum omnium peccatorum.



Anta est, quæ huic sacramento debetur, veneratio, vt nō satis sit nosse accedentem in crimine sacrilegium cōmittere, sed sit etiam explorandum, an sit omnium peccatorum grauisimū. Ad quod S. Tho. præmissa distinctione respōdet tribus conclusionibus. Citat enim se. 1. 2. q. 73. vbi de grauitate peccatorū agit, quæ potest attendi vno modo per se ratione speciei peccati, quæ sumitur ex obiecto, aut per accidens ratione personæ peccātis. Primo modo statuitur prima cōclusio. In summo grauitatis gradu collocantur illa peccata quæ sunt contra diuinitatem

Prima conclusio.

tatem, vel in se, vel in Christo: in secundo ea quæ committūtur cōtra eius humanitatem: & in tertio sacrilegia, quæ fiunt contra eius sacramenta: & in quarto illa quæ cōmittuntur aduersus reliquas creaturas. Probat. Per se peccatum eō est grauius, quo est eius obiectū excellentius: inter obiecta verō quod est supernaturale est naturali excellentius: & inter supernaturalia summū est diuinitas, mox Christus secūdum humanitatem, ac tertio eius sacramenta. ¶ Secūda conclusio statuitur circa tertium gradum de quo agitur in præsentī. Peccatum indignè sumētium sacramentum per accidens recipit magis, & minus. Probat. Nam ex parte peccantis grauius est peccatum, quod sit ex malitia, quàm illud, quod sit ex passione, atq; hoc grauius illo, quod sit ex ignorantia: ergo si peccati reus ex contemptu accedit ad sacramentum, grauius delinquit, quàm qui id ex timore facit ne in crimine deprehendatur. ¶ Ex his colligitur cōclusio tertia. Peccatum sumēdi indignè eucharistiam est alijs pluribus grauius secūdum suā speciem, non tamen omnium grauisimum.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Expositio articuli.

August.

Matth. 12.

¶ Hic non est locus exactè perpendendi peccatorū grauitates, sed obiter notato propter primum gradum primæ conclusionis omnia peccata contra tres virtutes theologicas esse grauisima, vt est infidelitas, desperatio & odiū Dei, atq; hoc omnium immanissimum eō quod charitas, vt ait Paul. est cæteris præstātor. Blasphemia verō potest oriri, aut ex infidelitate, aut ex odio Dei. Tamen si peccatum infidelitatis dicatur grauisimum, quatenus radix est omnium peccatorum, quæ fiunt contra Deum: qui enim in Deum nō credit non potest quicquam ab eo sperare, neq; eum diligere. Vnde August. super illud Ioan. 15. si nō venissem & locutus eis non fuisset, peccatū non haberent. Hoc, inquit, intelligendum est de peccato infidelitatis, quo tenentur cuncta peccata. Atq; hæc sunt minus remissibilia, quæ committūtur in Christum in quantum hominē. Quare Matth. 12. ait Christus, Qui dixerit verbū contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit verbū cōtra Spiritum Sanctum non remittetur ei neq; in hoc seculo nequē in futuro. Iudæi. n. blasphemabāt Christū & in quantum hominē dicētes, eum esse voracē potatorē vini & publicanorum receptorē. Et hæc quidē conuicia quippiā habere poterant excusationis: quia secūdum humanitatem comedebat & bibebat,

& cum hominibus cōuersabatur: nā quia tūc nondum eius diuinitas satis erat reuelata, iactabantur hæc cōtra carnis infirmitatem, & ideo habebāt, vnde possent excusari. Sed quia Dæmonum expulsionē atq; alias virtutes secūdum diuinitatem operabatur, dum illas attribuebāt virtuti Dæmonis, dicētes, In Belzebul eicit Dæmonia, blasphemabāt in Spiritum Sanctum, vt est nomen essentialē commune tribus personis. Et ideo dicebat ipse illam blasphemiam non remitti neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Non quod simpliciter peccatum non esset remissibile: quia nullum est in hoc seculo, quod non possit remitti si infinitam Dei misericordiam spectes, sed quod in se nō habebat remissionis causam. Et ita in hoc seculo, vt ait illic Chryf. Iudæi poenas illius dedere in illa truculentissima strage Hierosolymitana, & postea in inferno. ¶ Sed ais. Qui peccat contra sacramentum hoc, sumēs illud indignè, peccat etiam cōtra personam Christi, ergo tantum peccatum est ac si blasphemaretur dum viuēbat. Respondetur grauius esse peccatū in genere suo cōtra ipsum Christū in propria specie viuēte, quàm in ipsum latentem in sacramēto, ac perinde impudentior erat contumelia. Vnde inter omnes blasphemias & cōtumelias, quibus Christus affectus fuit, summa fuit eius homicidium.

Peccatum in Spiritu Sanctum.

Chrysof.

Durandi argumentum.

Secundum argumentum Durand.

Ad primum argumentum Durand.

¶ Contra hanc verō D. Thomæ doctrinā arguit Durandus in. 4. dist. 9. q. 4. ar. 2. primò cōtradictō gradibus tertio & quarto primæ conclusionis. Ait quippe satis graue esse concedere indignam manducationem sacramenti esse grauius, quàm quodcumq; peccatū commissum in creaturam, vtpote quàm homicidium. Deinde arguit contra rationem. Illa enim, inquit, regula, quod quātō obiectum est excellentius, peccatum est grauius, intelligitur, quando actus sunt eiusdem generis. Vt grauius est iniuriosum verbum dicere principi, quàm priuata personæ, aut occidere principem quàm plebeium, Dicere autē aliquod verbum iniuriosum principi non est grauius quàm occidere plebeium. In proposito ergo nostro, satis est quod manducare sacramentum indignè sit grauius, quàm māducare seculares cibos cum quacunq; mala circumstantia: non aut quàm occidere hominem. ¶ Respondetur autem cum Caietano: primò, regulam S. Tho. esse physicam & verissimam si intelligatur vt debet: scilicet, quod peccatum quātum ad speciem suam quātō est obiecti maioris,

est grauius. Blasphemia enim grauius peccatum est genere suo, quam homicidium (licet actus sint diuersi generis) propter excellentiorem dignitatem obiecti. Sed tamen cum dici mus genere suo, insinuamus quod peccatum minus ex obiecto potest fieri maius ex circumstantiis. Grauius enim peccatum est iniustitiae quam intemperantiae: quia iustitia est praestantior virtus. Et tamen peccatum fornicationis grauius est quam furari vnum argenteum, sic ergo prodere rem publicam, aut occidere principem grauius peccatum est propter danum, quam indignè sumere sacramentum: imò quia vna leuis blasphemia, vel actus infidelitatis etiam si pertingeret ad peccatum mortale. At verò de simplici homicidio, quod sit grauius quam indignè sumere, non audeo simpliciter definire, sed cum distinctione. Accedere enim indignè ad sacramentum ex metu: scilicet, ne quis suum prodat peccatum, crediderim non esse tam graue, quam simplex homicidium: sed tamen ex vilipendio & contemptu sumere sacramentum indignè, grauius esset. Quod si arguas. Non tam atrociter punitur à republica. Conceditur: quia res publica in supplicijs decernendis non dirigit oculos nisi ad iniurias ciuibus illatas, quibus perturbatur pax. Peccata autem, quae committuntur in Deum, ipsum satis, (vt inquit lex) habet ultorem. Eò potissimum, quod vt ait Paulus. 1. Cor. 11. propter indignam sumptionem eucharistiae plurimi plectuntur morbis atque adeo morte. Propter hoc enim, inquit, inter vos dormiunt multi. Vn Cypria. in epistola ad martyres, multos cruciatus refert, quos homines propter indignam sacramenti sumptionem perpessi sunt.

Arguit autem primo loco S. Tho. Qui manducat panem & bibit calicem Domini (vt ait Paulus) indignè, reus sit corporis & sanguinis Domini, hoc est, (vt ait glossa) perinde ac si Christum occiderit, punietur: ergo iniuria, quae fit sacramento, tantum peccatum est, quantum illud, quod in humanitate Christi committitur, puta Christi occisio. Respondetur, comparationem fieri ab apostolo quantum ad similitudinem: videlicet, quod sicuti crucifixores Christi in corpus eius deliquerunt per contumeliam & iniuriam: ita qui indignè manducant sacramentum peccant in ipsum idem corpus. Non tamen fit comparatio quantum ad culpae aequalitatem. Primo, quia tunc contumelia inferebatur Christo in propria specie, & hic latenti in sacramento. Secundo, quia illud procedebat ex

intentione nocendi Christo, hoc autem non. Adde tertio, quod contumeliam illam erant alterius generis: scilicet, colaphi, sputa, flagella & crux, hoc autem non est nisi animo impudico corpus ipsum recipere. Secundo arguitur ex

autoritate Hieronymi in quadam epistola. Quid tibi cum foeminis, quod ad altare cum Deo fabularis? Dic sacerdos, dic clerice, qualiter eisdem labijs filium Dei oscularis, quibus osculatus es labia (seu filiam) meretricis? O Iuda osculo filium hominis tradis. Ex qua autoritate colligitur, fornicatorem ad mensam Christi accedentem, similiter, vt Iudas peccasse, quod quidem Iuda peccatum fuit grauissimum. Cum ergo sint alia peccata grauiora quam fornicatio, vt infidelitas, sequitur quod si haereticus sacramentum sumeret grauius peccaret, quam Iudas. Respondentur quatuor. Primum, sicut proxime responsum est, quod illa comparatio sit quantum ad similitudinem osculi meretricis ad osculum Iudae: quia vtrumque est falsum charitatis signum, non tamen quantum ad criminis aequalitatem. Secundo additur, hanc similitudinem in alios quoque peccatores competere, sicut in fornicarios: nam quia cuncta peccata sunt contra charitatem Christi, cuius signum & symbolum est hoc sacramentum, quicumque peccator illud sumens facto ipso mentitur charitatem Christi habere. Quare quo quis grauioribus peccatis onustus quam est fornicatio accedit ad sacramentum, grauius peccat. Sed tertio subiungitur, peccatum fornicationis peculiariter quamdam indecentiam praese ferre ad hoc sacramentum, eoque flagitium illud est maxime carnale impediens dilectionis spiritusque feruorem: cum conditio sacramenti huius sit carnis per feruorem & deuotionem charitatis in spiritum transformare. Infertur ergo quarto, vt cum impedimentum ipsius charitatis, quae est vnitas corporis mystici, grauior sit ponderis, quam impedire feruorem, fit vt peccatum infidelitatis, quod funditus hominem extirpat ab vnitate ecclesiae, ineptissimum hominem ad susceptionem sacramenti reddat, quod est sacramentum vnitatis. Vnde infidelis grauius peccat accedendo, praesertim si non credat, Christum in ipso veraciter contineri, quod est virtutem Christi in hoc sacramento operantis continere, atque adeo ipsum secundum se sacramentum spernere: cum tamen fidelis non illud despiciat, nisi secundum eius usum, indignè accipiens. Vnde Apostolus. 1. Corint. 11. rationem huius peccati assignans dicit. Non dijudi-

dijudicans corpus Domini, id est, non discernens ipsum ab alijs cibis. Quod ille maxime facit, qui non credit Christum illic subesse. Addiderim nihilominus, quod si quis fidelis ex odio Dei illud in vilipedium sumeret, grauius peccaret, esset enim Satanica furia. Tertio arguitur. Execrabilius est Deo spiritualis immunditia quam corporalis: si quis autem hostiam in luto, vel in sterquilinio conculcasset, enormissimum eius reputaretur facinus: ergo indignè accipere, quod ad spiritus immunditiam attinet, omnium est grauissimum. Respondetur, grauius esse proijcere ipsum in lutum, vel canibus aut porcis, (si aures audire ferunt) quam indignè sumere, tum quod illud feret ex intentione iniuriam irrogandi sacramento, quod non intedit ille, qui indignè accipit, tum quod etiam si quis blasphemus animo iniuriandi illud reciperet, adhuc non esset tam nefanda culpa, eò quod homo capax est illud suscipiendi, non tamen brutum animal.

ARTICVLVS. VI.

Utrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.



OST peccatum sumentium indignè, quaeritur de sacerdote an debeat peccatori petenti ipsum denegare. Et S. Th. praemissa distinctione per quatuor conclusiones respondet. Peccatorum enim alij sunt occulti, alij verò manifesti: scilicet, aut per eniditiam facti, vt publici vsurarij, meretrices, & latrones, aut per publicum iudicium, seu ecclesiasticum, seu seculare. Est ergo prima conclusio. Manifestis peccatoribus, non debet, quauis petant, sacra comunio concedi. Vnde Cyprianus ad quendam, & refertur canon. Pro dilectione, de consecra. d. 2. Pro dilectione, inquit, tua consulendum existimasti, quid mihi videatur de histrionibus, & mago illo, qui apud vos constitutus, in artis suae dedecore perseuerat, an talibus sacra comunio cum ceteris Christianis debeat dari. Puto nec maiestati diuinae, nec euangelicae disciplinae congruere, vt pudor & honor ecclesiae tam turpi & infami contagione foedetur. Secunda conclusio. Si peccatores non sint manifesti, sed occulti, non potest eis petentibus sacra comunio denegari. Atque hic est sensus Augustini super illud Psalmi, Manducauerunt & adorauerunt

omnes pingues terrae. Vbi ait, Non prohibeat dispensator pingues terrae, id est, peccatores, in mensa domini manducare. De consecra. d. 2. canon. Non prohibeat. Et ratio est in proposito: nam cum vnusquisque Christianus eo ipso quod baptisinate initiatus est, ius habeat ad omnia petenda sacramenta: imò per votum eucharistiae, quod in baptisinate includitur, ad Dominicam mensam sit admissus, non potest, nisi ob manifestam causam, illo spoliari iure. Vnde super illud. 1. Cor. 5. Si is, qui frater nominatur apud vos, &c. idem Aug. Nos, inquit, à comunione quenquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico, aut seculari nominatum, atque conuictum. 2. q. 1. canon. multi. Tertia conclusio. Potest nihilominus sacerdos, cui occultus peccator innotuit absque arbitrio illum admonere, vel in publico generaliter omnes, ne ad mensam Domini accedant antequam de peccatis poeniteant & ecclesiae reconcilientur.

Quarta conclusio. Post poenitentiam & ecclesiae reconciliationem etiam publicis peccatoribus non est deneganda comunio, praecipue sub mortis articulum. Vnde in concilio Carthaginensi, quod refertur canon. Scenicis, de consecra. d. 2. sic legitur. Scenicis atque histrionibus, ceterisque huiusmodi personis, vel apostatis conuersis ad Deum reconciliatio non negetur.

Prima conclusio ab omnibus est receptissima, vt patet per sacros canones citatos & fautorum dicta. Et pariter secunda, quae etiam confirmatur per canones. Si tantum, &c. Si placuit 6. q. 1. & per cap. Si sacerdos, extra de officio ordinarij. Atque Chryostomus in lib. de conpunctione cordis, & latius homilia. 83. super Matth. circa finem disertè admonet eos, quos manifestè constiterit peccatorum fordibus esse pollutos, à sacra comunione arcendos, alioquin poenam ministrantibus imminere, eo quod dominum irritent. Quod si quis, inquit, venerit cum fordibus ignoranter, hoc est, occultus peccator, non est ministrantis culpa illi ministrare. Ambiguitas ergo in praesentiarum nulla est, nisi in discernendo quinam sint publici peccatores. Et quidem canonum interpretes, vt Archidiaconus super cap. Cum dilectis, extra de purgatio. canonica. & Panormita. super cap. Vestra, de cohabitatione clericorum & mulierum, tenent quod vt crimen sit notorium, debet esse notum in parochia, vel vicinia. Et parochiam exponunt, esse vbi decem saltem crimine norunt: nam. 10. q. 3. canon. Vnio,

M m 3 decet

Solutio.

decernitur, vt ecclesia, quæ habuerit decem parochianos, super se habeat sacerdotē. Atq; Adria. in quest. de eucharistia inter tractandum impedimēta ministrantis hoc sacramentum in illorum sententiā subscribit. At verò quāuis ad decidēdas ciuiles causas, atq; ecclesiasticas horū fortē ratio habēda sit, tamen in præsentiarum, vbi de administratione sacramentorum agitur, nullus certus potest præscribi personarum numerus, vt crimē dicatur notorium, sed arbitratui prudentiū relinquitur. Vnde S. Tho. hic, & infra. q. 82. art. 9. ad 3. ad nullū descendit personarū terminum, sed tantū ponit duos modos notorij criminis. Vnū, scilicet canonicū & iuridicum, & de hoc quidem certō constare potest. Quādo quis, scilicet, vel per sententiā, quæ in cōiūctum fertur, aut per confessionem in iudicio factam, constat aliquem esse vsurariū, simoniacū, aut publicum cōcubinariū, &c. ille enim censetur legitimē publicus. Sed alius est modus ex clamore populi, de quo nequit certior cōstitui regula, q̄ q̄ nulla tergiversatione crimē cæleri possit. Atq; hæc sunt verba expressa iuris, in cap. Tua nos, & in cap. Questum, de cohabita. cleric. & mulie. Quare tā paruum posset esse oppidum, vel parochia, vt decem criminis conficij sufficerēt, vt diceretur notorium, & in ciuitate illi non sufficerent. Vtendum ergo est prudentis iudicio. Atqui in re dubia locum habet regula iuris, q̄ melior sit cōditio possidentis. Quādiu enim quis possessor est sui honoris & famæ, inclinādum est in hanc partem, vt re ancipite ad cōmunionem admittatur. Atqui prudētē animaduertēdum est, quōd non dicitur crimen notorium eō quōd probari per testes valeat: illud enim est nondum manifestum, sed manifestabile. Quare infamia nō est sufficiens causa ad abigendum hominē à sacris, vt eodem cap. Tua nos, expressē cauetur. Infamia enim & indicia ius dūtaxat faciunt, vt per viā inquisitionis ad causæ cognitionē procedatur, non autem vt infames ante condēnationem à sacra cōmunionē excludātur. Quādiu ergo aliqua tergiversatione cæleri potest crimē, non dicitur notorium, sed quādiu homines expofiti sunt publicitus ad peccādum, vt meretrices, & qui ex officio habent vsuras exercere & manifestarij latrones. Et ratio, quare istis non est ministrandum sacrosanctum corpus secundū Durandum dist. 9. q. 5. est, q̄ dum quis iure potest id negare alicui, quod iniuste

Durandus.

petit, si cōferat, sponte sua confert, atq; adeo particeps fit illius criminis. Vt si quis à me petat gladium, quo sese, vel aliū perimere parat. At verò quāuis hæc ratio generalis sit, peculiaris tamen in præsentiarū non est solūm, q̄a minister cōsentit alteri vt peccet, cuius scelus cauere tenetur, verū quia est rei sacræ, nō dominus, sed dispēsator, qui debet sacramentum dignē tractare & tanquam minister irrogat ipsi sacramento iniuriam indignē ipsum tractādo, contra Dñi prohibitionem, Nolite sanctum dare canibus, neq; margaritas ante porcos projicere. Ambigere autē hic quis posset, vtrum ei, qui in vno loco publicus est peccator petenti sacramentū in alio, vbi eius crimen non est publicum, teneatur sacerdos, illud sciens, sacramentum ministrare. Hæc autem dubitatio ex altera pendet, quam nos lib. 5. de iustitia & iure. q. 10. art. 2. pro captu nostro tractauimus: vtrum, scilicet, infamatū in vno loco liceat in alio prodere. Caiet. nāq; in opusculo sedecim respon. respō. 9. Et. 22. q. 73. ait licere. Adria. verò quodlib. 11. q. 1. negat. Nos autem rem sic cōciliamus, q̄ si est infamatus iudicio publico: quia tunc per sententiā priuatus est sua fama, non faceret contra iustitiam qui eum alibi publicaret: quare nec teneretur ad restitutionē: peccaret tamē cōtra charitatem, maximē si esset tunc emendatus. Si verò esset infamatus factō ipso sine iudicio, licet esset publicus peccator, iniustitia esset illū alibi infamare, quādoquidem nō est per publicum iudiciū sua fama nudatus. Ad propositum ergo descendēdo, regula primū statuēda est. Præsumendum est illum esse emēdatum, & ideo in loco, vbi habet bonum nomē, conferēdum est illi sacramentum, quāuis alibi fuerit iudicio publico cōdemnatus: quia hūc non est manifestus peccator. Et à fortiori si alibi non fuerit cōdemnatus. Si verò sacerdoti cōstaret hoc loco non esse emēdatum, maximē si est peccatum cōtagiosum, fortē potest, atq; adeo debet denegare: quia non potest nisi in casu, quo debet. Nam licet infamatum alibi, non sit bonum hūc infamare, hoc intelligitur, quando ipse non se negocijs ingerit, in quibus expediat illū prodere. Dixerim fortē, quia est mihi probabile, sed tamen non sum omnino certus. Quicunque enim timere debet cuiusquā famam ledere. Secūda quoq; cōclusionem ratio S. Thomæ satis probat. Et cōfirmatur exemplo Christi, qui misero Iudæ dum nefandam

Dubium.

Responso ad tors.

Secūda conclusio.

Opinio communis.

proditionem in pectore decoquebat, bucellā inter reliquos porrexit. Sed tamen cōmuni ter pleriq; doctorū nōnullis distinctionibus eandem cōclusionem elucidāt, & moderātur. Et primū omnium certa res est, q̄ si nō petat, nullatenus est occultus peccator inducendus, vt petat, neq; tradēdum ei est vltro sacramentum, etiam si occurrat præceptum suscipiendi, vt in paschate, imò neque in articulo mortis: tum quia illi grauius peccatū est indignē sumere, q̄ præcepti ecclesiastici transgressio, tum maximē quia, vt supra dictū est, præcipua est habenda ratio, ne fiat iniuria sacramento, quæ quidem fieret si vltro offerretur existētī in peccato. Quōd si exēplum Christi obijcias, qui vltro obtulit Iudæ, respondetur, q̄ si occultus peccator est inter communicantes, in virtute petit, eo q̄ si ei tunc non traderetur, quod traditur alijs, excludi censeatur, atque adeo vt indignus denuntiari. Et ideo quia Christus nō potuit sine scādalo eū præterire, sacramentum contulit. Si autem ille occultus peccator petat, tunc aut petit in publico, aut in secreto. Si in occulto, citra cōtrouersiam doctores aiunt, quōd debet ei sacramentum denegari, siue sacerdos illud noverit per confessionem sacramentalem, siue per alium modum secretū. Ita tenet Alexan. 4. part. q. 49. memb. 1. & Bonauentura dist. 9. ar. 2. q. 4. & Ricar. ead. dist. art. 3. q. 1. & Durandus. q. 5. qui ait in hoc omnes concordare: scilicet, q̄ sine exceptione occulto peccatori occulte petenti nunquā est dandū sacramentum. Eandemq; prorsus opinionem tenuit S. Th. in. 4. vbi doctorū vulgus crebrō sequebatur, ead. dist. art. 5. quæstion. 1. siue sacerdos sciat per confessionem siue extra confessionem. Et in confirmationē adferunt cap. Ad aures. de tempor. ordinād. vbi papa subdit, q̄ dum religiosus vult ordines ab episcopo suscipere refragante suo præposito, nō ordinetur, quia forsan præpositus in secreto scit causam, cur non debeat ordinari. Vnus autē Paludanus ead. dist. q. 4. conclu. 3. vnicam facit exceptio nem: scilicet, si sacerdos est curatus petentis, & scit crimen tantū modò in confessione. Tunc enim, inquit, debet dare occulte petenti perinde ac si nihil nosset, dumodò petat tempore paschatis, aut articulo mortis, q̄ aliās teneretur dare: quia non scit vt homo, sed vt Deus. Quare per hoc q̄ nouit in confessione nullum acquisiuit ius negādi. Si autē non est curatus, qui non tenetur dare, poterit se excu

fare, etiam si in cōfessione sciuerit, eo q̄ nullā habet obligationem. Si verò petat in manifesto, tunc ait ibidem Durandus, licet absolute quidā respōdeāt, q̄ est ei tradendū, nihilo minus distinctione opus est. Quia aut sacerdos ille est curatus, cui ex officio incumbit sacramentū ministrare, aut alius voluntarius, qui nō tenetur. Si non sit ordinarius, ait, q̄ siue sciat per cōfessionem siue alia via, potest denegare sacramentum etiā si petat in paschate cum alijs: quia potest sibi illic in publico causam prætexere, q̄ nō tenetur, neq; illa est functio sua: quia illo modo nō reuelat confessionem. Si autem sit curatus, alter verò nō petit quando tenetur suscipere: scilicet, in festo paschatis, aut in articulo mortis, potest, inquit, ei denegare, si tamen sine scandalo id fieri potest: nempe persuadendo illi vt nō recipiat postq̄ non est necesse, secus si non possit absq; scandalo. Si verò ille publicitus petat tēpore, quo aliās tenetur suscipere, tunc prælatus tenetur ei dare. Et quidē Palud. hac etiam distinctione vtitur de curato & non curato. Et pariter Adria. quodlib. 3. q. 3. At verò S. Thom. de illa distinctione nusquā meminit. Vnde Thomista ad litteram sequuntur opinionem communem qualiter eam. D. Tho. in. 4. declarat: vide licet, q̄ peccatori occulto occulte petenti nunquam sit dādum. Quos quidem ego olim sequebar. At verò nūc rem consideratius speculatus video Sanctū Thomam in præsentiarum, vbi res occultatiū scrutabatur, nil de occultis peccatoribus distinxisse, vtrum in occulto petāt, an in publico, sed simpliciter asseruisse q̄ non potest eis petentibus sacra cōmunio denegari: & profecto ita censeo licet in occulto petāt, si modo bonis verbis & citra vllā notam persuaderi illis nequeat, vt à sacramento abstineāt: dum tamen ille à quo petūt sit parochus, cui ex officio incumbit sacramentum ministrare. Enimverò causa cur occulto peccatori nō est denegandū sacramentum nō est illa in qua isti auctores fundantur: scilicet, ne reueletur cōfessio, aut prodatur crimen, & reus infamia aspergatur. Hęc. n. dum occultis siua esset petitio, vt ipsi aiunt, cauere possēt. Sed causa est, quam S. Thom. hic affert: scilicet, q̄ cum ille habeat ius petendi, iniuria illi sit sine manifesta causa non ei idē concedere ius, dum per occultā persuasionē, vt ait tertia cōclusio, non potest à proposito dimoueri. Nemo. n. extra ordinem iudicalem debet suo iure spoliari: spoliaretur verò ille occulte

Durandus.

Opinio auctoris.

Sententia auctoris.

petēs si non administraretur ei sacramētum. Quare profectō, saltē si petat tēpore paschatis, aut articuli mortis à suo praelato, quando aliàs teneretur ei dare, nō dubito quin etiam si occultissimē petat, teneatur, potissimū, vt ait Palud. si sacerdos non aliter q̄ per confessionem scit crimen: nā vix posset denegatio fieri, quin esset quādā obiectio, & exprobratio cōfessi criminis. Quod quidē odiosissimam faceret cōfessionem. Neq; verò cap. supra citatū, Ad aures, huic sententię refragatur: quoniā cum religiosus sine licētia praelati ius non habeat ordines suscipiēdi, pōt praelatus ob secretā causam illum prohibere. Ad sacramētum autē eucharistię omnis Christianus p se iushabet. ¶ Verūtānē si peteret in occulto alijs temporibus non necessarijs fortior esset ratio dubitādi. A parte. n. affirmatiua est argumētum, Quod praelatus nō solum tēpore, quo subditus obligatur cōmunicare, tenetur ei administrare sacramētū, verūm etiam qñ ex sua deuotione vellet illud suscipere: cū ergo ille iuridicē nō sit suo iure priuatus, debet ei dare, præsertim cum conclusio. S. Thomæ sit generalis, q̄ nō pōt occultis peccatoribus denegari. Sed ex altera parte apparet impudens abusus, q̄ si praelatus scit subditum semper in peccato cōmunicare, annuat quotiescūq; ei liberit. Res est moralis, & ideo non debet cum tāto rigore tractari. Quapropter si in subditis tāta sit impudētia, vt frequētare sacramētum vilipēdium iā & blasphemia videatur, excusare se praelatus posset & deberet. Si verò ille à quo sacramētum petitur, nō esset curatus, qui dare tenetur, non est dubiū quin occultē requisitus posset suū negare ministeriū, etiā si tpe ille peteret, quo tenetur recipere. ¶ At verò si peteret in publico accedendo. s. inter alios cōmunicantes, approbare nō possum distinctionē Durādi: imò quauis non esset curatus, vt bene ait hic Caieta. si esset in altari publicē exposit⁹ ad ministrādum sacramētum, tenetur illi dare postq̄ ius ille habet petēdi, & publicē inter alios accedit, eo vel maximē q̄ vix posset illum absq; scādalo & prodicione criminis excludere. Et est in prōptu exēplū Christi, q̄ cum nō teneretur dare Iudæ, nihilominus q̄ inter alios se debat, ne illū pudefaceret, ad cauēdum scādalum dedit. ¶ Cōtra primā autē conclusionē. S. Tho. de manifestis peccatoribus arguitur. In cōcilio Constātiensi facta est facultas Christi fidelibus cōmunicādi cū excōmunicatis, qui

Contra primam conclusionem.

nō sunt nominati, vel propter notoriā clerici percussione excōmunicati: ergo aliter excōmunicatis, quāuis sint notorij, licet eucharistiā ministrare. ¶ Secūdo. Mulierculę ad merendū pstituta sunt publicę peccatrices, & tñ in aliquibus nationibus, vt in Gallia, coguntur in hebdomada sc̄ta per excōmunicatiōis censuram confiteri & cōmunicare. ¶ Ad primum respōdetur q̄ Constāntiensis synodus per illā concessione noluit in aliquo ipsi excōmunicatis suffragari, aut illos releuare. Quapropter quacūq; via, etiam præter duas illas, sint notorij excōmunicati, cēsentur sub inde manifesti peccatores, atq; adeo à cōmunionē sunt cohibēdi. Imò verò quāuis cōstaret in foro cōsciētia esse in gratiā, q̄ nō sunt solūdo, vel alia via, quousq; per ecclesiā ab excōmunicatione absolūatur, nō sunt ad cōmunionē admittēdi. ¶ Si autē sint occulti excōmunicati, vt occulti clericorū percussores, argumētum est, q̄ non sit illis porrigēda eucharistiā etiā si in publico petat, quādoquidē per ecclesiasticā cēsuram, iā sunt priuati iure petēdi. Nihilominus respōdetur, cēsendos esse sicuti ceteros occultos peccatores, & ideo ne infamētur, vt Christ⁹ tradidit Iudæ, tradēda est eis sacra bucella. Ad sc̄dam verò respōdetur, in multis regionibus, vt apud nos, nō vigere illū morē propter euidentissimum periculū ne mulieres illę vi potius q̄ spōte accēdes ad sacramēta, neq; legitimo emēdatiōis pposito confiteātur, neq; subinde dignē ad eucharistiā accedāt. Tametsi forsā alibi vbi melior de illis spes cōcipitur, mos ille sit tolerāndus. Quāuis satis esset ad cōfessionē cōpelle, nam ad eucharistiā tutū nō est. ¶ Deinde cōtra sc̄dam cōclusionē de occulto peccatore arguitur. Aut ministrādū ei est sacramētum, ne iniuria afficiatur, aut propter scandalū si publicē petat, ne eius peccatū propaleatur: nō propter primū: quia cū ille peccet petēdo, non videtur habere ius petendi, atq; adeo neq; iniuria lædi: quia nō petit quod suū est: neq; verò ad euitādum scandalū infamie: q̄ nullus propter id, quod ex culpa sua euēnit, cēsetur ab alio infamari, sed à se ipso: ille autē ex culpa petit: ergo sacerdos propriē nō eum infamat, veluti si quis corā alijs à se peteret vestē meam, quā affirmat esse suam, ego nō eum infamo negādo. Respōdetur, q̄ propter vtrāq; causam nō licet ei negare: sc̄da nāq; sequitur ex prima. Duplex enim distinctio potest ius petēdi. Vnum, scilicet, in foro

Contra sc̄dam.

Duplex ius.

conscientiæ

conscientiæ apud Deū, quod est ius citra peccatum petēdi. Atq; alterum in foro exteriori apud homines. Occultus ergo peccator etsi nō habeat primū ius petēdi, habet tñ secundū: q̄a sacramenti vsus iure baptismi est suus, & nō est causa manifesta, q̄re priuetur: sicuti si prodigus à debitore suo suas exigat pecunias, vt turpiter eas dilapidet, malē quidē petit sed tamē iure suo. Atq; inde sequitur, q̄ sacerdos non dando sacramētum, dat scandalū & petentē infamat: quia poscit quod suū est in foro exteriori. ¶ Secūdo arguitur. Grauius est nocumētum spiritualis mortis q̄ corporalis: si quis autē habeat gladium alienum, quem dñs postulet, vt se se, vel aliū interficiat, tenetur tūc creditor negare: ergo à fortiori dum quis indignē flagitat sacramētum, licet petat quod suū est, negādum est illi. Ad hoc pleriq; respōdent disparē esse rationem, quoniā furiosus manifestē cōuinci potest in suum malū exigere gladium, non autē occultus peccator petēs sacramētum. Sed tñ respōsio hæc debilis est. Quoniā etsi ego solus sc̄irē, eum, q̄ gladium suum exigit, in suam perniciē exigere, quāuis nō possim eum de crimine conuincere, teneor retinere, & tñ eucharistiā dare debeo. Et ideo aliud est discrimē, idq; maximē adnotādum, q̄ licet spiritualia bona sint temporalibus præstātiora, maior tñ nobis incumbit cura succurrēdi proximis in tēporalibus q̄ in sp̄ualibus, præsertim dū spiritualia peccata peccatori nota sunt. Et ratio est, quia in spiritualib⁹, vt se homo liberet à peccato, solius Dei auxilio indiget, in tēporalibus verò sæpissimē necessaria sunt humana præsidia, vt in fame, & in alijs afflictionibus. Quando verò quis ob ignorantiam peccaret, quā ego solus possum tollere, vrgentior mihi pēderet obligatio illi damno succurrēdi, q̄ temporalis. Ex ijs sequitur aliud discrimē, q̄ ad cauēdum incōmoda & dāna temporalia possumus violēto medio vti, vtpote cohibēdo hominē, ne in se, vel in aliū noxias manus iniiciat: ad cauēdum autem alijs mala spiritualia nō possumus nisi precationibus & monitis vti, vt alter liberē abstineat. ¶ Et pariter soluitur argumētū aliud, quod sic fieri solet. Ius naturale est, ne id faciamus alijs, quod nobis fieri nolimus: si autem sacerdos indignē petit, deberet nolle sibi concedi: ergo nec debet id dare alijs petēti. Respōdetur. n. ad minorem, q̄ cū sacerdos indignē petit sacramētum, licet non deberet velle in foro Dei, vt sibi cōcederetur,

Aliud argumētum.

Nota reponso.

vult tñ secūdum ius in foro exteriori, & ideo debet dare similiter petēti. ¶ Cōtra quartam demū conclusionē arguitur. Si ei, qui fuerat manifestus peccator, postquā emēdatus est, liceret sacramētum ministrare, sequeretur factis esse, vt praelatus per cōfessionem eius resipiscētiam nosset, quoniā nullum aliud iam restat impedimētum. Respōdetur, q̄ vt publico peccatori eucharistiā in publico dispense tur, non satis est clam esse emēdatus, sed publica satisfactiōe opus est, vt tollatur scādalu: nā vt extra de pœnit. & remis. ait Alex. manifesta peccata nō sunt occulta correctiōe purgāda. Et idē habetur ex verbis Aug. cā. Si peccauerit. 2. q. 1. clāculū tñ, vbi nullū offerretur scādali periculū, posset fortē sacerdos illi emēdato, si excōmunicatus nō esset, sacra hostiā impertiri. ¶ Primū argu. S. Thomæ est cōtra sc̄dam cōclusionem. Propter vitādum scādalu, aut infamiam non est Christi mandatis contraueniēdum: ipse autē Matth. 7. iussit dicens, Nolite dare sanctum canibus, quod maximē tunc fit, dū eius corpus iniquis exhibetur: ergo hoc nequaquā licet. Et Matth. 15. Non est bonum sumere panē filiorū, & mittere canibus: hic autem est panis non solum hominum sed angelorū. Respondetur, præceptum diuinum intelligi quando via iuridica impleri potest, vt si peccatores sint manifesti: nam occulta iudicio Dei præseruantur. ¶ Secūdo arguitur. Ex duobus malis minus est eligendum: minus autem malum esse videtur si peccator iacturam faceret famæ, aut si ad tegendum eius honorem ei hostia non cōsecrata publicē porrigeretur, quā si admitteretur indignē cōsecratā accipere: ergo alterum illorū est præeligēdum. Respōdetur ad primū mēbrum, q̄ etsi peccatori minus esset malū infamari, q̄ indignē sumere, sacerdoti tamen peius est peccare mortaliter infamādo peccatorē occultū, q̄ q̄ ille peccet: nemini. n. delinquere licet, vt aliū à delicto liberet. Vnde Aug. in lib. quæst. super Genesim periculossimē, inq̄t, admittitur hæc cōpensatio, vt nos faciamus aliqd mali, ne alius grauius malum faciat. Remediū autē illud hostiæ nō consecratæ Altissiodorēsis non repudiat, imò ait salubre esse ægroto volēti in peccato cōmunicare, eā porrigere. Et Bonauētura ait illud tunc saltē licere, si peccator ipse cōsenserit, vt suo cōsulat honori. Quæquē opinio Adriano loco citato quodlib. 3. non displicet. At verò hęc S. Th. eā omnino resellit dicēs, nefas esse:

Contra quartam.

Primum argumētum.

Secūdum argumētum.

Altissiodorēsis.

M m 5 quo

quoniam tunc sacerdos quantum in se est, faceret alios idololatrare, qui hostiā adorarent. Admonet enim Augustinus, vt nemo carnē Christi manducet, nisi prius adoret. Et extra de celebra. missā cap. De homine, ait Inno. quod cum falsa sint abijcienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora, licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum peccet grauius si se ingerat irreuerēter ad sacramentum, grauius tamen videtur offendere qui illud fraudulenter sic præsumperit simulare. Idem locus citatis a iunt Ricardus, & Palud. Adrianus verò ait primam rationem S. Thomæ non concludere: quoniam adorantes semper intelligunt conditionem, si illic est corpus. Falsum tamen hoc est. Imò credentes credulitate humana hostiam esse consecratam, absolutè adorant. Et qui conditionem apponeret, contra ecclesiæ morem faceret: nam licet nõ esset cõsecrata, per solā ignorantiam inuincibilē excusarentur ab idololatria: non autem si ignorantia esset vincibilis. Et ideo sacerdos, quātum est de se, illos falleret. Et similis damnatur fallacia in dicto cap. De homine, si sacerdos simulans se celebrare, non celebraret. Quare grauius peccatum est per simulationem celebrare, aut hostiā non consecratam porrigere, quā indignè eucharistiam sumere: nam per hoc soli Deo fit irreuerentia, per illud autem & Deus blasphematur, & popul⁹ seducitur. Sicut si hereticus fingeret se celebrare, vt populū deciperet. *Tertium argumentum* Tertio arguitur. Corpus Christi interdum datur suspectis de crimine ad eius manifestationē: legitur enim can. Sæpe. 2. q. 4. Sæpe cõtingit, vt in monasterijs monachorum furta perpetrentur, idcirco statuiamus vt quando ipsi fratres de talibus expurgare se debent, missa ab abbate celebretur, qua expleta omnes communicent in hæc verba. Corpus Christi fit tibi hodie ad probationē. Et can. Si episcopo subiūgitur. Si episcopo vel presbytero aliquē maleficium fuerit imputatū, pro singulis missa celebrari debet, & communicari, & de singulis imputatis innocentem se ostendere. Respondet. S. Thomas decreta illa (quæ erāt cuiusdam Guarmaciensis concilij prouincialis) meritò esse abrogata. Ait enim Stephanus Papa quintus can. Cõsulisti ead. causa & q. Ferri candentis vel aquæ feruentis examinatione confessionē extorquere à quolibet facri canones non concedūt. Spontanea enim confessione, vel testiū approbatione publica

ta delicta, commissa sunt regimini nostro iudicare, occulta verò & abscondita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum. Et idem cauetur extra de purgatio. cano. cap. Ex tuarum. & de purgatio vulgaris cap. vlt. Vbi habetur, qd huiusmodi purgatio est tētatio Dei, atq; adeò sine peccato fieri non potest. Et grauius, inquit D. Tho. videtur, si in hoc sacramento, quod est institutum ad remedium salutis, aliquis incurreret, vel inquireret iudicium mortis. Vnde nullo modo corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine ad eius examinationem. Cauendus est ergo iste nefandus abusus. Cõtingit enim sæpe illis, qui zelotypia vxoris exuruntur, vt cogant vxores, vt sacramētum sumentes illic suam innocentiam demonstrēt. Et nonnunquā iudices ad extorquendum à mulierculis an matrimonium contraxerint eodem vtentur remedio, quod est nefandissimum. Imò neq; debent consulere, vt confiteantur sacramentaliter, vt postea ex earum consensu confessarij dicant veritatem. Offerūt enim eis manifesta pericula mētiendi in confessione. De quo in materia confessionis latius. d. 17.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum nocturna pollutio aliquē impediāt à sumptione huius sacramenti

ROST peccati impedimentum sequitur aliud, qd potest esse & pot non esse peccatū, vt nocturna pollutio. De qua ergo queritur, vtrū sit sumptionis impedimentum. Et suppositis nonnullis distinctionibus. D. Tho. respondet tribus conclusionibus. Etenim circa pollutionē nocturnam duo sunt consideranda: vnum, quod de necessitate impedit, atq; alterum, quod non impedit nisi ex quadam congruentia. Siquidē ex necessitate nõ impedit nisi solū peccatū mortale. At quauis pollutio in somnis per se nõ sit peccatū, quia pro illo tēporis articulo nõ est libera, tñ ratione causæ in vigilia præcedētis quādoq; culpā habet annexā, & nonnunquā mortale. Quapropter causa eius cõsiderāda est, quæ triplicis generis esse potest. Nam vel est extrinseca, eademq; spiritualis, quæ prouenit ex dæmonū illusionē. Ii enim per phantasmātū cõmotionē possunt turpe aliquid in somnis sensui cõmuni representa-

re.

re. Vnde interdū pollutio subsequitur. Aut pot esse intrinseca: & hæc vel spūalis: nēpe ex præcedētibus cogitationibus: vel corporalis: seu ex superfluitate, aut debilitate natura, seu ex redūdantia cibi & potus. Atq; harū triū quæ libet esse potest aut prorsus sine labe peccati, aut certè cū peccato, eodemq; vel veniali vel mortali. *Prima cõclusio* Est ergo prima cõclusio bimēbris. Quando pollutio, vel immunis fuit à culpa, vel venialem tantum habuit annexam, non impedit de necessitate sacramēti sumptionē, ita vt sumens reus fiat corporis & sanguinis Dñi. Si verò illa causa fuit peccatū mortale, tunc nocturna pollutio impedit de necessitate. Probatur discurrendo per singulas causas. Illusio quippe dæmonū nonnunquā accidit ex præcedenti negligentia preparationis ad deuotionē & orationē, quæ potest esse vel venialis vel mortalis. Quod quidē verbū maxime notādum est: nā licet ei qui nūquā illas dæmonū illusiones sensit, non imputetur ad culpā, qd nõ se aduersus illas cõmuniat, tamen qui illis deuehari asolet, tenetur se precationibus, atq; alijs remedijs aduersus illas coarare, & nonnunquā corpus macerare. Quare tanta potest ingruere necessitas, tantaq; esse negligentia, vt sit letale crimen. Cuius utiq; regula certa cõstitui nõ potest, sed est vir prudens consulendus. Quandoq; verò huiusmodi illusiones ex nequitia dæmonū procedūt conātium iustū à sumptione sacramēti cohibere. Vnde in collationibus patrū legitur, qd cum quidā festis diebus, in quibus erat cõmunicādum, dormiēs pollueretur, seniores, comperientes illū nullam dare causam, decreuerunt ne ob id à sacra cõmunionē abstineret: & tunc dæmones cum viderent technas suas esse deprehensas, cessarūt. Similiter & lasciuæ cogitationes quādoq; possūt omnino carere culpa, vt dū quis lectionis aut disputationis causa, aut ad audiēdas cõfessiones stringitur de talibus cogitare. Et tales cogitationes, si nõ adsit concupiscētia & delectatio, non censentur immundæ, sed honestæ: & tamen ex illis nonnunquā subsequitur nocturna pollutio propter phantasiæ apprehensionē, vt. 12. super Genesim ad literam ait Aug. Quandoq; verò eiusmodi cogitationes ex concupiscētia oriuntur & delectationē gignunt. Et tunc si adsit cõsensus vel in opere, vel in tali cogitatione, erit peccatū mortale. Sin minus erit veniale. Intellige nisi homo sentiat periculū, & minimè eas reprimat: tūc. n. est delectatio

morosa, vt. 12. q. 74. ar. 6. & 8. docet. S. Thom. Pari modo & corporalis causa effusionis feminis esse potest sine peccato, vel ex infirmitate natura, vel ex eius superfluitate: quare si cut sanguis ita & semen solet in vigilia effluere, & nonnunquā absq; alio obsceno motu, aut delectatione. Quādoq; verò prouenit ex culpa, sicut cogitatio: nēpe, ex nimia repletione cibi & potus, quæ potest esse vel mortalis vel venialis. Quāuis frequētius mortale non nascatur nisi ex cogitationibus, quæ facile cõsensus pariunt. Vnde Gregorius scribēs Augustino Anglorū episcopo epist. vlt. ca. 11. in registro lib. 12. quæ refertur. d. 6. can. Testamētum. Et. 33. q. 4. can. Vir cū propria, ait cessandum esse à cõmunionē, quando ex turpibus cogitationibus prouenit, nõ autē quādo prouenit ex superfluitate cibi vel potus: præsertim si necessitas adsit. *Secunda cõclusio*. Nocturna pollutio ex quadā cõgruentia sumptionem impedit, idq; propter duo: scilicet, propter corporalem fecditatem, quæ semper accidit, cum qua propter reuerentiā sacramenti nõ decet ad altare accedere, quare & volentes postea sacrū tāgere, manus lauant. Vnde Leuitici. 15. Vir de quo egreditur semen coitus immūdus erit vsq; ad vespēram. Nisi forsitan si talis immūditia sit perpetua vel diuturna, sicut lepra vel fluxus sanguinis, vel id genus alia: huiusmodi enim morbi non debent hominē à sacra cõmunionē repellere. *Tertia cõclusio*. Impedimentum hoc ex congruitate postponi debet propter aliquam necessitatem, vt Grego. in eadē epistola autor est. Videlicet dū vel festus dies id exigat, vel ministeriū: quādo scilicet sacerdos in sua parocchia celebrare debet.

Primum omnium contra secundum membrū primæ cõclusionis extat argumētū. Nocturna pollutio nunquā est peccatū: ergo, nunquā est propter culpā impediēs. Patet antecedēs quia in somno non est libera, & vt ait Aug. 1. de libero arbitrio, vbi nõ est libertas, nullum est peccatū. Paludanus dist. 9. q. 3. cui Maioris ad stipulatur, negant nocturnam pollutionem, quantumuis sit effectus peccati mortalis, esse vilo modo peccatū, propter hanc rationē. Neq; sine apparētia. Arguitur enim in fauorē eorū. Si esset peccatū, maxime quia sequeretur ex causa, quæ esset peccatum: hoc autem

Secunda cõclusio.

Tertia cõclusio.

Expositio articuli.

autem non sufficit: quoniam emissio seminis est opus potētiae vegetatiuæ, alia verò opera eiusdem potētiae, vt nutritio & augmentatio licet procedant quandoq; ex culpa, nunquam tamē censentur peccata. Neq; partus mulieris adulteræ, neq; verò conceptus, sed solus concubitus est peccatū. Atq; hanc opinionem videtur hīc S. Tho. docere dicens, nocturnam pollutionem per se non esse peccatum, sed habere quandoq; illud annexum ratione causæ. Idemq; expressius affirmat in .4. dist. 9. art. 4. quæstiu. cu. r. dicēs pollutionem in somno non esse peccatū: quia illic nullum est rationis iudicium, sed est signum peccati. **¶** At quauis nonnullis appareat de nomine disputatio, duabus tamē propositionibus respondetur. Prior. Pollutio in somnis procedens ex causa libera: quæ fuit peccatum, est peccatum. Probatur primò. Actus exterior est peccatum licet non sit liber propter libertatem, quæ est in interiori, ex quo procedit: ergo pari modo pollutio, quæ procedit ex peccato libero. Fateor tamē argumentum non tantum libertatis demonstrare in pollutione in somno, quanta est in actu exteriori vigilantis: quia in hoc etiam dum fit adest libertas internæ voluntatis opus imperantis, in pollutione verò non manet nisi in virtute. Quare neq; est tam formalis libertas, quam in percussione cum sagittā emittit, quæ longè post iactum hominē figit, quoniam in iactu ipso exteriori fuit formaliter libertas. Sed tamē q; virtus libertatis semper maneat in pollutione illa, arguitur secundò. Si quis pollutionē consultò procuraret post horam in vigilia subsecuturā, illa esset peccatum, licet iam actus libertatis cessasset: ergo eadem ratione illa, quæ fit in somnis dum fuit in vigilia procurata. Tertiò arguitur. Non unquā ipsum dormire est peccatū, potest enim prælati, vel rex in bello præcipere, vt tali hora nemo dormiat: ergo & pollutio in somnis, quæ in vigilia habuit causam: esse potest delictum. Potissimum quando fuit ex proposito procurata. Nam nisi pollutio mala esset, nunquam eius procuratio esset peccatum. Quartò Aristoteles. 3. Ethicor. ca. 5. ait: q; ebrios leges duplici poena puniunt: vbi & insi nuat actus ebriorū esse peccata. Id verò nō est propter libertatem, quæ tunc adest, sed propter præteritam: ergo dormientis pollutio pari ratione censerī potest peccatum. Postremò denique. Nisi aliquā haberet culpam nunquam

Prior propositio.

sancti iudicarent illam esse impedimentum sumendæ eucharistiæ, sed solam causam, ex qua procedit: cum ergo eandem ipsam pollutionem asserant esse impedimētum subinde insinuant esse peccatū. **¶** Posterior propositio. Non est peccatum per culpam & maculam distinctā ab ea, quæ est in causa. neq; habet nouam rationem demeriti, quam vocant imputabilitatē, sed solum materialiter distinguitur à sua causa. Itaq; est vnica ratio peccati emanans à causa ad effectum, sicut in actibus ebriorum. Imò sicut in actu interiori, & exteriori: nisi q; dū actus exterior fit, semper intenditur actus interior, quod non fit in pollutione, aut in ebrietate. Et hæc est doctrina hīc D. Thom. dicētis q; pollutio per se nō est peccatum: id est, nouo gradu culpæ, præter eam, quæ est in sua causa. Sed tamen cum ait habere peccatum annexum, intelligit denominari peccatum à macula, quæ est in causa. **¶** Vnde ad argumentum in contrarium factum respondetur, pollutionē esse peccatum non propter libertatem, quæ tunc est formaliter, sed propter præcedentem, quæ manet in virtute. Neq; verò æqua ratio est de alijs actionibus potētiae vegetatiuæ: nam nutritio & augmentatio, & partus, &c. non sunt in nostra potestate immediatè, sed mediatè, & anteceditè per applicationem agentium naturalium: sed tamen pollutio est immediatè in hominis potestate, quæ ideo potest per liberos actus procurari. Ea verò quæ naturaliter fit omni, vt supra dictū est, caret culpa. Quocirca si postquam è lumbis decisa est, vbi actio libera finitur, estq; in motu naturali, dormiens expergeret, licet illa propter morbi periculum retinere non possit, nō censeretur peccasse tanquam in vigilia pollutus. Quod ad sedādum pusillorum scrupulos adiectum sit. **¶** Hinc fit, q; si quis in vigilia causam daret pollutioni futuræ in somno, sed tamen anteq; dormiret, eū legitimè facti poeniteret, pollutio in somno subsequens non esset peccatū, eo q; causa fuerit intercessa. Quæris autem obiter, vtrum si tunc etiam confiteretur, post subsecutam pollutionē, teneretur iterum confiteri, respondetur, q; si confessus est eam ex proposito procurasse, forsità non esset opus confessione alia. Sed tamen tutius est aliā adhibere ad expressiorē explicationē culpæ: qn̄ per facti cōtingentiā apertius constat, quāta fuerit culpa pcedēs. Vt licet quis letaliter hominē percussit, p̄tinus idēq; cōfiteatur

Posterior propositio.

Responsio personæ arg.

Corollarium.

fitatur, si tamen postea percussus mors subsecutur, necesse est tunc confiteri homicidiū, quod ante non constitit fuisse homicidiū. Tamen si fatear non esse omnino æqualem rationem: quia pollutio nō est tam enormis. **¶** Ex his autem colligito, vt pollutio sit peccatum non satis esse fuisse præuisam, sed requiritur fuisse libidinis causā procuratam, vel formaliter, vel per applicationē vitiosæ causæ vt est cogitatio, vel crapulæ ingluuius. Nam licet quis videat inde, quòd resupinus dormit, aut inde quòd iustam refectionem sumit, pollutionis sibi periculum imminere, non tenetur propterea à coena abstinere, aut aliter iacens dormire, si non ita commodè potest.

Notandum.

Dubium de complacētia in pollutione.

¶ Huic autem doctrinæ annexum est perscrutari, vtrum licitum sit fluxū seminis sic solo animo desiderare, vt naturaliter & citra culpam accidat, aut postquam absq; culpa contigit, liceat in illa præterita pollutione cōplacere. Apparet enim licitum esse: quoniam nisi obiectum volūtatis sit malum, neq; ipsa voluntas est mala: nam ex obiecto actus sortitur speciem: cū ergo pollutio in somnis nō sit peccatum, desiderare illam non procurando, non erit peccatum, atq; adeò nec complacere in illa postquam præcessit. Et confirmatur: quia potest desiderium illud bonam habere causam: nempe, sanitatem, quæ ex illa superfluitatis egressione superneniret. **¶** Secundo arguitur, quia postquam complexus Iacob cum Lia inculpatus fuit, nihil vetabat quominus postmodum posset ei complacere. Tertiò. Nullū apparet absurdū si quis desideret aliquam in vxorem ducere delectationis causa, quæ tunc erit licita. **¶** Non desunt, qui affirmatiuam opinionem probabilem arbitrentur. Hic autem locus non vacat ad vnguam rem examinare. Nihilominus crediderim cū Paludano in .4. d. 9. q. 3. cui Adrianus q. 4. de eucharistia ad stipulatur, eiusmodi cōplacētiam & desiderium non licere. Est enim docta & cordata regula, q; quando actio ob ignorantiam vel aliam quauis causam à culpa excusatur, consensus in actionem illā non est licitus, nisi simul cum consensu eadem excusans causa concurrat. Licuit. n. Iacob quauis diu per ignorantiam putabat Liam esse suam in delectationem illam & opus cōsentire, sed sublata ignorantia consensus non excusaretur: quia liber & ex proposito iam ferretur in re genere suo illicitā. Quare ignorantia, quæ excusabat actum iā non excusat consensum.

Responsio.

Licuit quidē ei delectari in hoc, q; non peccauerit, sed nō in actu. Et pariter post pollutionem nocturnā, quauis Adrianus illic non neget licitum esse cōplacere in illa propter sanitatem, quæ subsecuta est: profectò doctius dicitur, q; etsi placere liceat de sanitate, non tamen de delectatione aut pollutione, quia qd de se malum est, ob nullam causam placere debet, aut concupisci. Periculosius tamen est desiderium præcedens pollutionem quā subsequens: quia præcedēs potest esse causa operis, non tamen subsequens.

¶ Primum argumentum. S. Thomæ iam solutum est, procedit namq; ex autoritate Augustini. 12. super Genesim ad literam. Vbi de somniantibus loquens ait, q; ex phantasia, quæ fit in cogitatione somniantis, cum expressa fuerit in visione somniantis, vt inter illam & veram coniunctionem corporū non discernatur, continuò mouetur caro, & sequitur id, quod eum motū sequi solet (id est pollutio) cum hoc tam sine peccato fiat, quā sine peccato à vigilantibus dicitur, quod, vt diceretur procul dubio cogitatum est. Colligitur namq; ex his verbis, pollutionem, quæ ex peccato non enēnit, non esse ex necessitate impedimētum: impedit tamen ex quadam decentia propter foeditatē & diuagationem mentis. **¶** Arguitur hic autē ad maiorem rei expressionem. Si pollutio per se non impedit sed ratione culpæ, quam ex causa contrahit, quid opus erat peculiarem articulum de eius impedimento facere: iam enim satis dictum erat q; peccatum mortale impediret si ue sequeretur pollutio, siue nō sequeretur. Respondetur, q; cum pollutio per se etiam seculo peccato sit impedimentum ex cōgruitate necesse fuit per se tractari, non potuit tamen bene dilucidari nisi distingueretur quando accidit ex peccato, & quando absq; illo. Præsertim q; pollutio sæpe est indicium præteriti peccati, quod absq; illa nō satis erat cognitum. **¶** Secundum etiā argumentum sumitur ex allegata autoritate Gregorij in epistola ad Augustinum Anglorum episcopum, & refertur. 33. quæst. 4. can. Vir cum propria. Vbi ait, q; si quis coniuge nō cupidine voluptatis raptus, sed tantum creandorū liberorum causa vtitur, ille profectò siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumendo Dominici corporis mysterio suo est iudicio reliquendus, quia prohiberi à nobis nō debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Ex quo fit, rem vxoriam

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

riam, quando omnino fit licite, causa prolis generande, aut reddendi debitum, non impedire de necessitate sacramenti sumptionem. Nihilominus iuxta tenorem secundę conclusionis additur ex quadã congruentia esse impedimentum. Ait enim super Math. Hieronymus, quod si Achimelech, vt. i. Reg. 21. legitur, noluit Dauidi panes sanctos propositionis cõcedere, nisi certior factus quod sui vxores nõ tẽgissent, quãto magis panis qui de celo descendit non potest ijs, qui paulõ ante coniuugalibus vacuare amplexibus violari atq; contingi? Non quod nuptias condemne mus, sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare carnalibus operibus non debemus. At quoniam impedimentum non est de necessitate, ait Gregorius relinquendum esse eorum iudicio. At verõ si ipsa coniuuali opera voluptas dominatur, vt ibidem Hieronymus subdit, tunc prohiberi debet coniuges, ne ad sacramentum accedat. Haud tñ intelligas peccatũ esse mortale accedere, si non præcessit mortale in opere cuius reat⁹ manet. Tertio arguitur. Nocturna pollutio solas præ se fert corporis sordes: erãt aut in lege veteri plura immunditiarum genera, quæ secundum legem impedimento erãt ne polluti templum ingrederetur, vt mēstruum & partus & sanguinis fluxus, quæ tamen in noua lege non obstant: ergo nec debuit seminis immunditia impedire. Gregorius ibidem in eadem epistola respondet, quod immunditiæ antiquæ legis erant figuræ sordium animæ, quas in noua lege spiritualiter intelligimus, & ideo tanquam ceremoniæ ingressum sacrorum prohibebant. In nostra verõ lege omnia illa cessarunt, maximè si sint perpetuæ. Non enim decet ob morbũ perpetuum hominẽ sacramento salutis orbari: si tamen sint transeũtes, vt nocturna pollutio, ex quadam decentia impediunt illa die, non tamen de necessitate. Vnde & Deuter. 23. legitur. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit sõnio, egredietur extra castra, & non reuertetur prius quã à vespera lauetur aqua. Alexander Alensis loco citato. q. 47. de alijs immunditijs corporalibus longos protrahit sermones an impediãt. Sed sufficit hic responsio. S. Thomæ, quod nulla impedit. Ioannes enim Gerson de materia celebrationis consideratione. 7. distinguit dicens vnam esse immunditiam corporalem, quæ coniũctam habet spiritualem, vel secundum veritatem, vel

secundum apparentiam, qualis est pollutio, & hæc est, quæ impedit. Alia verõ est, quæ nullam habet imaginem culpæ, sed horrois, & abominationis. Et hæc, inquit, non impedit, sed magis commiserationem mouet, iuxta verbum capituli, Ex parte, de clerico egrotante, vbi habetur, quod afflicto non est danda afflictio. Neq; obstat cap. Tua nos, eod. titulo, vbi sacerdos propter leprã administratione ecclesiæ parochialis amotus est: quia nõ fuit interdictus ne prorsus cõsecraret, sed ne populo administraret sacramenta propter horrorem. Quarto arguitur. Peccatũ veniale non impedit hominem à sumptione huius sacramenti, sed neq; mortale post pœnitentiam: at dato quod nocturna pollutio proueniat ex aliquo peccato præcedenti siue crapulæ, siue turpium cogitationum, plerumq; tale peccatũ est veniale, & quantum sit mortale, potest homo illius mane pœnitere, & tunc accedere ad sacramentum: ergo huiusmodi sordes non impediunt. Ad quartum respondet tacite, quod si sit veniale, nullum est impedimentum de necessitate, si autem fuerit mortale, tunc licet per contritionem & confessionem reatus culpa auferatur, relinquunt tamen corporalis immunditia, & mentis distractio. Circa hoc responsum, vt dictõrum omnium liquidõ veritatem eruamus, queritur vtrum pollutio nocturna, quæ vel ex culpa mortali ortum non habuit, vel cuius culpa per contritionem & confessionem deleta est, maneat semper propter foeditatem & distractionem mētis impedimentum de necessitate. Est enim Alexander Alensis, qui. 4. par. q. 47. memb. i. art. i. videtur sentire, qd pollutio etiam si non nascatur ex peccato impediãt de necessitate propter inhabilitatem mentis, quæ inde consequitur ad tanta mysteria contemplanda, & propter inordinatam delectationẽ, quam habet annexam. Et dicens impedire de necessitate videtur insinuare qd accedere cũ illa ad sacramentũ, sit peccatum. Et Gabriel in can. latione. 10. ait, quod Alexandrum sequitur Albertus, & D. Bonaventura & Petrus à Palude. Ego verõ in his autoribus talem opinionẽ nec subsistere possum. Nã Bona. d. 12. q. vlt. & Alber. dist. 9. ar. 10. & Palu. q. 3. nõ docet impedire de necessitate, nisi qñ processit ex causa quæ fuit peccatũ mortale. Imò neq; Alexander ait, nisi qd illa inhabilitas & irreuerentia sũt quasi causa necessitatis quare nõ est accedendũ. Verũ est tñ eum in solutione. i. dicere, qd licet

licet pollutio non fuerit peccatum, displicet tamen Deo pollutũ accedere. Hæc ille. Si autẽ processit ex peccato, licet postea culpa sit per pœnitentiã deleta, videtur hic. S. Th. insinuare, quod etiam tunc de necessitate impediãt. Et ita eũ intelligit Syluest. verb. Eucharistia. 3. §. 10. licet ipse cõtrariam opinionem teneat. Quam etiam tenet Palud. scilicet, quod post contritionem non est impedimentum de necessitate. Et Adrianus in quæstione de eucharistia quæstion. 4. hanc censet esse opinionem. S. Thomæ, quod quidẽ certissimum iudicium est. Ugitur, vt opinionum turbam diluam⁹, prima propositio sit certissima, quã hic constituit. S. Thomas: scilicet, nullum esse impedimentum eucharistię de necessitate, nisi peccatum mortale. Adde vel excommunicacionem, licet esse non nõquam possit cũ gratia, vt supra expositũ est. Ex hac sequitur secunda, quod quantumcunq; fuerit pollutio enormissima non solum in somno, sed etiam in vigilia, vt fornicatio, vel aliud quodcunq; adulterium, post legitimã pœnitentiam non remanet impedimentum de necessitate. Nam peccatum mortale non est impedimentum de necessitate nisi ratione culpæ, quæ auferatur per pœnitentiã. Et probatur ex illo Pauli sæpe citato, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, &c. Probatio nanque illa non est nisi examinatio cõscientiæ, vt homo per clauis ecclesiæ in gratiam Dei reconcilietur. Secundõ probatur, quia ex pollutione, sublata culpa, non remanet nisi corporalis immunditia & mentis distractio: hæc aut, vt hic ait S. Thomas, solum ex congruitate, & decentia impediunt: ergo hic est sensus. S. Thomæ in hac solutione, qualis fuit conclusionis secundæ. Et confirmatur, quia illæ sordes & mētis distractio tanta emergit ex pollutione licita: scilicet, ex cõiuuali opera, quãta ex adulterio: ergo deleta culpa nõ est cur magis quantum ad necessitatem impediãt secunda quàm prima. Tertio, Sũt alia peccata grauiora quàm fornicatio vel adulterium, vt puta homicidiũ vel infidelitas, quæ ideo magis obstant communioni, quàm fornicatio: & tamen illa per pœnitentiã deleta non remanent impedimentum: ergo nec pollutio qualiscunq; Imò verõ dum quis iracundia excandescit, tãta, & nonnunquam maiori mentis turbatiõẽ & distractiõẽ alienatur, quàm ex venere, vt sit etiam tunc per aliquã moram tam ineptus ad sumptionem eucharistiæ,

quàm pollutus. Tertia propositio. Nihilominus post flagitiosam & enormẽ pollutionem in vigilia quantumq; sit per pœnitentiã remissa, illico intra horam, imò eadem die ad eucharistiam sine aliqua vigente vel honesta causa accedere, irreuerentia esset culpabilis: genere tamen suo non esset mortalis, nisi propter scãdalum, vt si alij essent delicti conscij, aut propter temeritatem, quia non debet homo ita facilẽ credere, tam subito esse legitimẽ contritum. At tamen hæc propositio non est singularis de pollutione, sed generalis de quocunq; peccato. Tanta enim esset irreuerentia homicidam cruentis manibus, aut blasphemum polluto ore illico ad eucharistiam accedere. Tametsi, Veneris sordes peculiare quandam indecentiam ad sacramentum præ alijs sceleribus afferant. Dexterim sine causa quia tempore præcepti vel ad protegendum honorem fieri posset communio sine culpa. Quapropter Carthusiensium institutum, vt nocte etiam citra culpam pollutũ mane non solum non celebrent: verum neq; ad gradus altaris accedant, plus videtur pudoris religiosi obijcere, quàm necessariẽ reuerentiæ sacramento cõferre. Quod si queras, quantum temporis abstinendum sit à communionem post pollutionem, vt decenter fiat: omnes tam Theologi, vt D. Thom. loco citato in. 4. quàm decretorum glossatores, aiunt expectandum esse tempus viginti quatuor horarum. Primõ propter illas autoritates veteris testamẽti superius citatas Leuitici. 15. & Deuter. 23. iubentes pollutum manere extra castra vsq; ad vesperam. Quamquam illic non insinuatur nisi duodecim horæ. Secundõ propter rationem physicã: quoniam in diurno solari circulo censentur sensuum vires in ordinem reuocari. In cõcilio autẽ Eliberitano cau. Omnis homo, de consec. dist. 2. habetur, quod debet homo ante consecrationẽ à propria vxore abstinere tribus aut quatuor aut octo diebus. At verõ illud viginti quatuor horarum, arbitramẽtum, fuit potius doctorum & sanum consilium, quàm præceptum. Et si militer verbum concilij consilium sonat, sicut illud Pauli. i. Corinth. 7. vt coniuges orationis causa de consensu amborum ad tempus abstineant. Nisi qd salubrius est ratione cõmunionis, qd ratione orationis. Quocirca pridie qd cõmunicandũ sit, vel saltẽ illa nocte irreuerentia est debitũ petere, nunq̃ tamẽ mortalis: imò forsan nec venialis si fiat procreãdi causa:

Hierony.

Tertium argumentum.

Alexander

Gerson.

Quartum argumentum.

prima propositio.

secunda propositio.

Dubium.

Alexa.

Gabriel.

Carthusien- sium mos.

Dubitatio.

Quintum ar-
gumentum.

causa, nam facere contra consilium genere suo non dicit culpam. Redditio autem circa omnem fit culpam. Quintum argumentum S. Thomae est. Grauius peccatum est homicidij quam fornicationis: cōtingit autem hominem somnare se homicidiū facere, aut fur- tum, aut quodcumq; aliud peccatū, & tñ pro- pter hoc nō impeditur a sumptione eucharis- tia: ergo nec deberet propter pollutionem. Negatur consequētia: quoniam somniū alio- rum criminū, nec causa est immunditiae, nec distractionis mentis, vt pollutio. Quare nec merum somnium venerorum impedimen- tum est eucharistiae. Si autē somnium homi- cidij procederet ex culpa mortali, ratione il- lius causae esset impedimentum.

ARTICVLVS. VIII.

Utrum cibus vel potus praesumptus impe-
diat sumptionem huius sacramenti.



Equitur de cibo & potu vtrū sumptionē impediāt. Ad quod praemissa distinctione respon- detur duabus cōclusionibus. Impedimentum enim duplex est, aliud quod repugnātiā habet ad signifi- catum huius sacramenti, atq; adeo ex natu- ra sua peccatū mortale impingit sumēti, vt su- mere in peccato mortali. Aliud verò est pro- hibitio ecclesiae propter sacramēti reuerētiā. Est ergo prima conclusio. Cibus & potus ex institutione ecclesiae impediūt sumptionem sacramenti triplici de causa. Et est conclusio Augustini in epistola ad Ianuariū. 118. quae refertur de consecra. dist. 2. can. Liquido. Pri- ma ergo ratio Augustini est, in honorē huius sacramēti, vt scilicet in os hominis intret nō- dum aliquo cibo, vel potu infectū. Secundo, propter significationem, vt per hoc intelliga- tur Christū, qui res huius sacramēti est, eiusq; charitatem debere primū in cordibus no- stris fundari, secūdū illud Matth. 6. Quæri- te primū regnum Dei. Tertio propter peri- culum vomitus aut ebrietatis, quae quandoq; ex nimio cibi & potus vsu cōtingit. Secun- da cōclusio. Ab hac generali regula excipiun- tur infirmi, qui statim communicandi sunt etiam post cibum, si de eorum periculo dubi- tetur, ne sine communione decedant, vt ha- betur can. Praesbyter, de consecra. dist. 2. ex concilio Guarmaciensi.

Prima cōclu-
sio.

Secunda con-
clusio.

Mos iste ecclesiae ex traditione apostolo- rum à Christo ipso deriuatus censetur, quod insinuat loco citato Augusti. dicens, sic hoc spiritui sancto placuisse in honorē tāti sacra- menti. Quare in vniuerso orbe mos iste, in- quit, seruatur. Idē habetur in can. Sacramen- ta, de consecra. dist. 1. ex concilio Carthagi- nensi. 3. cap. 29. Idem in concilio Toletano se- ptimo, quod refertur. 7. q. 1. can. Nihil. Et quā- uis haec concilia non sint nisi prouincialia, ex- rat tamen decretum concilij Constantiensis generalis, sessione. 13. vbi idē statuitur. Et In- no. 3. de celebra. missa. ca. Ex parte. prohibet ne sacerdos dum secundo celebraturus sit, lo- tionem calicis in prima missa sumat. Vnde fit cōsequens, qd exigitur ieiunium naturae vt in solutione quarti ait. S. Tho. Neq; verò de- fuit in veteri lege figura: nam Leuitici. 10. cau- tum erat, ne filij Aaron intabernaculum in- gressuri, vinū aut aliquid, quod inebriare pos- set, prius sumerent.

Expositio ar-
ticuli.

Primum ar-
gumentum.

Secundum ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

Lutherus.

Iodocus.

Est autem primum argumentum. S. Tho- mae huiusmodi. Sacramentum hoc à Domi- no institutū est in coena: sed ipse postquam coenauerat, sacramentum discipulis suis tra- didit, vt Lucae. 22. & 1. Corinth. 11. legitur: er- go, & nos pransi, aut coenati illud debemus suscipere. Secundo, Paulus eodē loco, Cū conuenitis, inquit, ad manducandum: scilicet corpus Domini, inuicē expectate. Siquis au- tē esurit, domi manducet. Vbi insinuat, quod post domesticam manducationē potest haec sacratissima sumi. Tertio accedit canon su- pra citatus, de consecra. dist. 1. Sacramenta, ex concilio Carthaginēsi: vbi licet prohibeatur, vt non nisi ieiuni sacramentū sumant, tamen in die coenae Domini permittitur, vt sumatur post coenam. Circa hoc notandum, qd Lu- therus, licet veritatem sacramenti non pror- sus denegauerit, tamen in illo suo libello de abroganda missa priuata, morem hunc eccle- siae irridet, id quod Iodocus Clichtouaeus. li- bro. 2. de officio missae contra ipsum compo- sito cap. 20. refert. Imò consultius, inquit, es- set, vt nō ieiuno stomacho, sed temperato ci- bo praesumpto, sacramentū reciperetur. Pri- mū, propter exemplum Christi. Secundo, quia id admonet Paulus, vt qui esuriūt, prius domi manducet, quā ad sacramentum ac- cedant. Tertio, quia stomachus purgator es- set, & anhelitus purior. Haec verò commenta non nisi, vt morem ecclesiae infimularer, ex- cogitauit. Multo enim vrgentiores rationes sunt,

Beda.

Exponitur lo-
cus Pauli. 1.
Corinth. 11.

D. Thom.

sunt, quas hic D. Tho. adducit. Vnde ad pri- mum argumentum Augustinus respondet, dicendo, quod licet Christus post coenam di- scipulis corpus suum tradidit, nō tamen pro- pterea calumniadum est ecclesiae. Ipse enim quō vehementiūs sacramenti huius altitudi- nem commendaret, vltimum, hoc est, post- esum agni, voluit cordibus discipulorum in- figere. Haec Augustin. Tametsi vt super Lu- cam cap. 22. ait Beda, alia fuit vrgentior cau- sa. Debit enim Christus prius implere figu- ram, quā veritatē instituere, atq; adeo post coenam agni typici verum consecrauit cor- pus. At cessante figura noluit, vt deinceps eo- dem ordine, hoc est, post alios cibos sumere- tur, sed apostolos docuit, qui ecclesias insti- tuerent, vt non nisi ieiunis traderetur. Locum autem Pauli tractat VValdenis tomo 2. de sacramentis ca. 87. vbi Aymonem indu- cit, locum illum explicantem. Corinthij nan- que nuper conuersi (ex quibus postmodūm Achaici eundem ritum haereditarunt) in mo- re habebant semel in anno: nempe in die coe- nae Domini (sic enim est intelligendum, quia non id quotidie nec pluries factitabant) ean- dem Dominicam coenam facto repraesenta- re. Vnde conuenientes simul in ecclesiam pa- nē & vinū ē suis domibus afferebāt, quibus à sacerdote consecratis communi mensa ve- scebātur. Imò forsā alijs ferculis. Et quidem mos rectē fortasse fuerat inchoatus, postmo- dum verò corrumpi cepit, & ad fastium ver- gere. Abusum tamen nō eodem modo auto- res referunt. Etenim D. Tho. super eūdem lo- cum ait, quod vnus quilibet afferebat in ec- clesiam nō solūm panem & vinum cōsecran- dum, verūm sua fercula praeparata, quae ante sacramentales species edebant. Et sic intelli- git verbum Pauli. Iam non est Dominicam coenam māducare (sed secularem) vnus quis- que enim suam coenam praesumit ad mandu- candū, id est, prius sumit quā sacramentum accipiat, vel prius diuites quā pauperes ad conuescendum cōueniant. Caietanus ve- rō nō sentit quod adferrent alia esculēta aut poculenta, quā panem & vinum ad conse- crandum. At abusus erat, quod diuites & no- biles nō expectabant pauperes: sed illis spre- tis omnes species consumebant. Imò VVal- denis, ait, quod panem consecratum repor- tabant in suas domos, atq; ibi eucharistiam celebrabant, quod Hieronymus aduersus Io- uinianum insinuat, & cum pauperibus non

communicabāt. Longē autē probabilior ap- pareret interpretatio. S. Thomae. Primum quo- niam id faciebant in memoriā historiz Chri- sti qui prius coenauit, quā corpus suum traderet discipulis. Secundo quia inde Achai- ci, vt loco citato Thomas VValdenis ait, ritum illum duxerunt, vt illa die coenati com- municarent. Tertio, quia & Augustinus epi- stola supra citata id ipsum insinuat dicens, qd Paulus illos reprehendebat, qui sacramenta mensis suis miscebāt. Et quarto ex ipsis apo- stoli verbis colligitur. Quoniam si non ede- rent & biberent, nisi panem & vinum sacra- mentalia, non diceret, quod alius esurit, alius ebrius est. Haud enim verisimile est, qd spe- cies tantū sacramentales vsq; ad ebrietatem & crapulā sumerent. Item neq; pauperes de- fectu hostiae consecratae esurirent: quia non est probabile, quod illam ad saturitatem su- merēt, sed vnū eis frustulum sufficeret. Item ga dicēs Paulus. Nūquid domos nō habetis ad manducandum, insinuat, illa esculenta & poculēta in ecclesias eos adferre, quibus do- mi vescebantur. Tametsi non defunt qui di- cāt diuino cibo & potu satiari se & ingurgi- tare solitos. Plinius autē Traiano scribit Chri- stianis morē fuisse conueniēdi ad capiēdum cibum, promiscuum tamen & innoxiiū. Qua- re forsā Apostolus vel non reprehendit il- los, quod frugalem & moderatam coenam il- la die in memoriā Christi facerent, vel non ob hoc tam acriter, quā quod diuites non expectarent pauperes, quibus suam coenam impertirent. Quod autem ad rem facit est qd cum Paulus aiebat. Nunquid domos non habetis ad manducandum, non admonebat vt prius domi suae coenarent, & postea veni- rent ad sacramentum sumendum, sed quod si illas lautas coenas affectabāt, post commu- nionē, vt ait Scotus dist. 8. q. 3. in suis aedibus illas facerent, aut sicuti ait hic Sanct. Thom. quod minus esset absurdū, vt domi vnusquis- que reficeretur & epularetur, & a sumptio- ne sacramenti illa die abstineret, quā post crapulam ad sacramentum accedere. Ad tertium respondetur, Achaicos, vt modo di- cebamus à Corinthijs traxisse morem, vt in die coenae post seculares epulas sacramen- tū sumerent. Qui mos fortē vsq; ad Africam percrebuerat, & eundem tunc Carthagenen- se concilium illis permisit eò, quod forsā & Corinthijs aliquando fuerat permissus. Sed tamen consuetudo illa propē tempus Augu- N n stini

Sententia au-
toris.

Plinius.

stiniam cessauerat. Ait enim in epistola cita-
ta, quod vniuersus orbis more nostrum iam
suscepit. Priscilianistę quoq; cōsueuerāt an-
te sumptionē eucharistię merum vinum ad
purgandum os & guttur sumere, sed in concilio
Bracharensi. 2. cap. 10. illa fuit consuetudo
abrogata. **¶** Quarto arguit. S. Tho. sumptio
aquę vel medicinę, vel alterius cibi vel potus
in minima quantitate vel reliquiarum cibi in
ore manentium, neq; ieiunium ecclesię sol-
uit, neq; sobrietatem tollit, quę ad sacramen-
ti reuerentiam exigitur: ergo ista non sunt in-
ter impedimenta connumeranda. Respondetur
duplex esse ieiunium: primū naturę, quod
priuationem cuiuscunq; pręassumpti per
modum cibi vel potus importat, & tale ad re-
uerentiam & venerationē sumēdi sacramentū
requiritur. Et ideo neq; post sumptionem
aquę, vel medicinę, vel alterius cibi & potus
in quacunq; minima quantitate licet hoc sa-
cramentū accipere. Nec refert vtrum aliquid
huiusmodi nutriat, aut non nutriat aut per se
aut cum alijs, dū modo sumatur per modum
cibi aut potus. Reliquiæ verò remanentes in-
ter dentes, si forsan deglutiantur mane, non
impediunt sacramēti sumptionem: quia non
trahuntur per modum cibi, sed per modum
saluę. Et eadē est ratio de reliquijs aquę vel
vini, quibus os abluitur: dum modo non tra-
hantur in magna quantitate, sed permixtę
saluę, quod euitari non potest. Aliud verò ie-
iunium ecclesię, quod ad carnis maceratio-
nem institutum est, per hęc prædicta, quę non
multum nutriunt, non frāgitur. **¶** Quinto ar-
guitur. Contingit vt profunda nocte homi-
nes edant & bibant, & fortē totā noctem in-
somnia ducant, qui forsan mane indigesto
stomacho sacramentum percipiūt, minus au-
tem violaretur sobrietas si mane parum su-
merent cibum, postea circa nonam sumerent sa-
cramentum, cum minus quandoq; esset tem-
poris interuallum. Respondetur, quod cum
asseritur sacramentum hoc ante omnes cibos
esse sumendum, non est intelligendum nisi eo-
dem die naturali, non quidem computando
ante viginti horas à sumptione, sed ab initio
diei naturalis. Quod licet diuersi diuersē su-
māt, alij. s. à meridie alij ab ortu, alij verò ab
occasu solis, tū ecclesia Romana sumit à me-
dia nocte. Et ideo si post mediū noctis quid
quispiā per modū cibi vel potus vel medica-
minis sumpserit, quantuncunq; post dormiat,
nequit illa die sacramentū sumere. Quicquid

Quantum ar-
gumentum.

Quantum ar-
gumentum.

verò ante mediā noctē sumpserit: licet postea
nō dormiat potest illud sumere. Nihil. n. vel
somnia vel indigestio refert quantū ad ratio-
nē præcepti. Quapropter glossa. c. Ex parte,
de celebra. missa. dicens anteq̄ cibus sit dige-
stus non debere Christi corpus sumi, friuola
est. Neq; canon Tribus, de consecra. d. quem
citatur ei patrocinaur. Illic enim non fit men-
tio de cibo ante eucharistiam, sed de illo qui
post sumitur: si autem indigestio ex inopia
somnia mentem multū turbaret, ineptum
reddere posset hominem ad sacramenti sum-
ptionem. Et sic est intelligendum cap. si con-
stiterit. de accusatio. Vbi sacerdos ob vino-
lentiam, quia in taberna pernoctauerat, & al-
tera die nulla præmissa dormitione missam
cantauerat, administratione ecclesię fuit pri-
uatus. Haud enim, vt vulgares putant, quia
post cibum non dormierat, condēnatus fuit,
sed vel propterea quod post mediū noctis ci-
bum sumpserat, vel propter vinolentię tur-
pitudinem. **¶** Solutio autem hoc protinus du-
bium offert, quid censendum de alijs regioni-
bus, in quibus initium diei sumitur, vel ab oc-
casu solis, vt apud Hebręos, vel à meridie, vt
apud Aegyptios, vtrum sacerdos, qui mane
celebraturus est, debeat esse ab occasu solis,
vel à meridie præcedētis diei ieiunus. Et vbi
dies incipit ab ortu solis vtrū posset, qui ma-
ne ante ortum sumpserit cibum statim post or-
tum celebrare. Certe, neq; illud requiri vide-
tur, neque hoc sufficere. Respondetur ergo, q̄
standum esset consuetudini patrię, quę ec-
clesię decreto esset recepta. **¶** Sexto arguitur.
Non minor reuerentia sacramento debetur,
assumpto quàm assumēdo: sed post sumptio-
nē licet illico cibum sumere: ergo & ante. Re-
spondetur ad maiorem, maximam deuotio-
nem, in ipsa sumptione esse necessariā: quia
tunc sacramenti effectus suscipitur. Quę qui-
dem deuotio magis per præcedentia, quàm
per subsequētia impeditur. Et ideo consul-
tius fuit cibum ante sumptionem interdice-
re, quàm post. Debet nihilominus aliqua mo-
ra inter sumptionē sacramēti & reliquos de-
inde cibos intercurrere. Vnde & in missa ora-
tio gratiarū actionis post cōmunionem ad-
hibetur, & cōmunicātes seculares suas etiam
priuatas orationes dicunt. Secundū autem
antiquos canones Clemēs de consecra. dist.
2. can. Tribus proximē allegato statuit, vt si
mane dominica portio editur, ministri qui
eam sumpserunt vsq; ad sextam ieiunent. Si
verò

Glossa ca. et
parte.

Can. Tribus.

Septimum ar-
gumentum.

Iuan. Maior.

Sententia au-
toris.

Sextum ar-
gumentum.

Can. Tribus.

verò tertiavel quarta hora acceperint, ieiunēt
vsq; ad vesperā: antiquitus nanq; propter
missarum raritatem illud poterat obseruari:
iam verò quoniam frequētius celebratur, ca-
nones illi sunt abrogati. Scrupulus ergo est
quorundam nolentium cibos sumere donec
species sint digestę: nam quantum ad præce-
pti necessitatē attinet à sacristia potest præ-
byter ad prandium ire. **¶** Restant tamen, præ-
ter hęc. S. Thomę argumēta alia. Arguitur er-
go septimò. Vt venire potest, vt dū infirmo
periculum mortis ingruit, nulla sit in pyxide
hostia, quę illi porrigi possit, sitq; iā dies pro-
gressus quando nullus sacerdotū ieiunus est:
poterit ergo tunc sacerdos propter infirmi
necessitatem consecrare: & cū sacerdoti con-
secrare non liceat, nisi sacramentum sumat, po-
terit tunc non ieiunus illud sumere: nam præ-
ceptum ecclesiasticum non est contra præce-
ptum diuinum obseruandum: præceptum au-
tem vt infirmus viaticū sumat, est diuinum:
sed quod non nisi ieiuni sumant, est ecclesia-
sticū. **¶** Ioan. Maioris dist. 9. q. 3. ait licere præ-
bytero post prandium propter necessitatem
infirmi consecrare, clanculo tamen sine vesti-
bus sacris, & sine missa, per sola verba conse-
crationis, ita vt sacramentum non sumat, sed
ad infirmū deferat. Imò si nō esset inquit ho-
stia ex azymo, posset bucellā panis fermen-
tati consecrare. Paludanus verò dist. 8. q. 2. id
licere negat, & proculdubio negandum est.
Multa enim falsa inuoluit Maioris opinio.
Primum, quod hostia consecratur sine calice
quod esset sacramentum dimidiare. Itē quod
liceat sacerdoti sacramentum conficere, non
illud sumendo, quod est sacrilegium idq; de
cōsecra. dist. 2. can. Sicut, & can. Cōperimus,
damnatum. Ad hęc & in fermētato consecra-
re ecclesia Romana ob nullam necessitatem
permittit. Respondetur ergo, quod sumere sa-
cramentum in articulo mortis fortē non est
præceptum diuinum, sed sumere semel in vi-
ta, sumere autem sub articulū mortis est ne-
cessarium si secūdum ritum ecclesię sumi va-
let: alioqui cum non sit sacramentum neces-
sitaris, nō est ministrandū, sicut nec ministra-
tur eis, in quib⁹ vomitus timetur. Hic autē ca-
ue ab illa glossa Hugonis super can. Quod
à patribus dist. 75. dicens quod post pran-
dium non potest fieri consecratio: si enim in-
telligit, quod consecratio non est valida, er-
ror est. Virtus enim verborum quādocunq;
à sacerdote proferantur, effectum habet, sed

Can.

tamen nō debet fieri. **¶** Octauo arguitur. Cō-
tingit, vt quis errore seductus aquam pro vi-
no infudit calici, quā post deglutionem sen-
sit esse aquam, & tunc debet iterum consecra-
re calicem & sumere. Pariter si dum est in sa-
cristia meminit sacerdos se non esse ieiunum,
consumere nihilominus debet. Item si post-
quam lotionem sumpsit, reliquias aliquas in
altari reperit, potest, imò debet eas sumere:
ergo sacramentum hoc potest à non ieiuno
sumi. Ad duo priora omnes concorditer re-
spondent, vt dist. sequenti. q. 2. videbimus, q̄
debet tunc sacerdos sanguinē post lotionem
consecrare & sumere: quia maior est obliga-
tio vt sacramentum fiat integrum, quàm vt
à ieiuno sumatur. Et eadē ratione licet sit me-
mor non esse ieiunus debet consumere.

¶ Ad aliud verò quando post lotionem com-
peritur reliquię, respondet Syluester verb.
Eucharistia. 3. §. 8. & Caietan. in quodlib. 1. q.
17. quam de hoc composuit, quod debet eas
sacerdos cōsumere. Et ita credo, quia totum
reputatur vnum sacramentum, nec censetur
perfectum quousq; omnes reliquię infumā-
tur. Et confirmatur, quoniam si particula ho-
stię adhęsit palato licet sacerdoti sumere hau-
stū vini, quod potest excolari in guttur an-
te eandem particulam. Sicut in parasceue ac-
cidere potest quando particula hostię conse-
cratę cū vino non cōsecrato sumitur. Quod
si obijcias canonem Tribus de cōsecra. dist.
2. vbi Papa præcipit, vt portiones, quę post
communione populi superfuierint, reseruen-
tur in pyxide, diuersa est ratio, tum quia ille
non sunt cōsecratę ad sumptionem sacerdo-
tis, tum quia sunt notabilis quantitatis. Qua-
re si magnam hostię portionem in linteolis
post lotionem sacerdos inueniret, cōsiliū
esset illam in pyxide reseruare in crastinum.

Octauum ar-
gumentum.

Reliquię post
lotionem in-
uentę debēt
consumi.

Obiectio can.
Tribus.

Dilutio.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum non habentes vsum rationis debeant acci-
pere hoc sacramentum.



DRæmissis impedimentis, quę
vel peccata sunt, vel effigiem
habēt peccati, queritur de de-
fectu vsus rōnis, vtrū sit etiam
obstaculum. Et præmissa di-
stinctione. S. Tho. tribus conclusionibus re-
spondet. Dupliciter enim quispiā dicitur ca-
rere vsu rationis. Vno modo quia eum ha-

*Prima cōclu-
sio.*

bet debilem, sicuti qui male videt dicitur nō videre. Et de istis asseritur prima conclusio quod eis non est sacramentum denegandum. Exemplum patescit in infirmis, quibus licet caducare videatur ratio, modò aliquā deuotionis imaginem referant, non debet eis sacramentum denegari. Alio verò modo contingit, vt nullus sit prorsus rationis vsus, taliter quod à natiuitate sint perpetuò amētes.

*Secunda cō-
clusio.*

Et de istis subnectitur secunda conclusio. Nequaquam illis est sacramentum conferendum. Ratio est, quia ad eius sumptionem requiritur aliqua deuotio vel præsens vel prætita: illi verò nullam habent neq; vllam vnam quam habuerunt. Si verò non sunt perpetuò amentes: sed quādoq; mentis compotes, de istis adhibetur tertia cōclusio, quod si dū habebant rationis lucē, deuotionem erga sacramentum demonstrarunt, debet eis in articulo mortis ipsum exhiberi, nisi forsan periculum vomitus aut expuitionis timeatur: secus si nunq; talē deuotionē habuerint. Vnde in concilio Carthaginensi quod refertur 26. q. 6. can. Is qui sic legitur. Is, qui in infirmitate poenitentiam petit, si casu dū ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat poenitentiam, & si continuò sit mortuus recōcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia.

*Expositio ar-
ticuli.*

Prima conclusio citra cōtrouersiam est ab omnibus recepta. Secūda verò: scilicet, quod amentibus à natiuitate non sit dandum sacramentum, sunt qui negant, vt. q. 49. memb. 4. ait Alexander. Et est glossa super can. Qui recedunt. 26. q. 6. quæquidem ait, quod amens à natiuitate potest baptizari, & corpus Christi in necessitate recipere. Glossa tamē illa nō tenetur: quia cum hoc sacramentum non sit necessitatis, vt est baptismus, ecclesia nō conuenit illud exhibere nisi habentibus, vel eis, qui habuerūt ad id deuotionem. Alio qui deberet etiam dari infantibus ante vsu rationis. Si autē in primitiua ecclesia mos fuit tradēdi illud infantibus, poterat eadem ratione tradi & amentibus. Sed de hoc statim. Tertiā itidem conclusionem ibidem Alexander per aliud extremum inficiari videtur, in sinuans, quod neq; illis qui habuerunt lucida interualla & deuotionem sacramenti, postea dum sunt omnino mēte abalienatī sit conferendū: nisi tunc, vt ait Paulus, discernere pos-

sint inter hoc sacramentum & alios seculares cibos. Quam quidem opinionem Gabriel in 4. dist. 9. q. 2. asseuerantiū affirmat, & ait esse ecclesie cōsuetudinem. At verò nescitur vbi sit talis cōsuetudo. Imò sūt decreta Arausica ni cōcilij & Carthaginēsis. 4. quæ referuntur 26. q. 6. can. Qui recedunt, & can. Is qui, quas D. Tho. hic allegat: videlicet, quod illi, qui in phrenesim inciderunt, si antea in eis poenitentię signa precesserunt, cōmunio detur. Neque vlla est Gabrielis glossa dicētis intelligi quando aliqualis rationis vsus in eis permanet. Concilia nanq; de phreneticis simpliciter statuunt. Quare & eadem erit de amentibus ratio, quibus aliquando aliquis rōnis radius affulgit. Et cōfirmatur sententia aduersus Gabrielem. Siquis quando iam porrigitur ei sacramentum mente alienaretur, nihilominus esset ei sacramentū exhibendum. Credo hoc nemo negaret: quoniam si dum quis mente sanus quando sacramentū suscipit per mētis euagationē distractus est, verè recipit sacramentum, cur non etiā ille, qui dum sacramentum esflagitat, mente capitur? Quod si ille recipit, certè & amens, qui antea deuotionem habuit ad sacramētum, recipiet. Caietanus autem, qui, vt quæst. præcedēti vidimus opinatur deuotionem esse necessariam tunc dum suscipitur sacramentum, vt gratia conferatur, nescio an consequenter diceret phreneticum non suscipere gratiā, atq; adeò frustraneam illi esse sumptionem. Nisi forsan diceret deuotionem præcedētem, dum vsus rationis aderat, manere postea in virtute. Sed iam opinionem illam satis illic expugnatam reliquimus. Aliter tamē arguitur. Iura non sunt extendēda vltra quàm sonant, maximè in re odiosa, qualis esse videtur ministrare amenti eucharistiam, quæ ex natura sua deuotionem exigit: canones verò citati ijs præcisè sacramentum concedūt, qui paulò post poenitentię signa in phrenesim lapsi sunt: ergo si quis à duobus vel decem annis est omnino mente captus, nō apparet consentaneū vt ei sacramētum conferatur. Et augetur vis argumenti, sequeretur enim alioqui, quod deberet etiam ei quotannis exhiberi in paschate ne defraudaretur illo gratiæ augmento sacramentali, quod profecto ecclesie vsus non habet. Nihil mirum si sint, quos argumentum vincat. Nihilominus longè probabilior est conclusio, vt iacet apud D. Thomam absque vlla restrictione. Nam si deuotio quæ horam phre-

Caietanus.

Argumentum.

*Primum ar-
gumentum.*

phrenesim antecessit, virtute durat in phrenetico eadem est ratio, vt quæ præcessit ante duos, quatuor, vel decem annos semper maneat in virtute: siquidem non est per contrarium actum intercisa. Quare hoc non est canonica iura extra suos limites extendere, sed ea per rationis æqualitatē amplificare. Nec tamen sequitur, vt singulis annis sint ad cōmunionem admittendi: est enim habenda ratio venerationis sacramenti. Sed satis est, vt eis ab hac luce discessuris tanquàm viaticum prouideatur.

*Secundum ar-
gumentum.*

Primum argumentum. S. Thomæ est. Ad sumptionem sacramenti requiritur deuotio & examen conscientie, iuxta verbum Pauli. Probet autē se ipsum homo: quæquidem in amentibus locum non habent. Respondetur, nonnullos aliqualem habere vsu, alijs satis est habuisse. Secundò arguitur. Inter carentes rationis vsu connumerantur arreptitij, qui dicuntur energumini: sed eiusmodi homines etiā ab adoratione sacramenti arcētur, vt Dion. lib. ecclesi. hier. autore est: ergo maiori ratione arcētur à sumptione. Respondetur Dionysii de energumenis loqui non dum baptizatis, in quibus ratione originalis culpæ vis dæmonum nondum extincta est, sed de baptizatis, qui à dæmone vexantur, eadem est ratio, quæ de alijs amentibus. De quibus ideo Casianus. Iis: qui ab immundis vexantur spiritibus cōmunionē sacrosanctam à senioribus nostris nunquàm meminimus interdicitā. Tertio. Pueri videntur omnium qui vsu rationis carent esse maximè innocentes, atq; adeò hoc sacramētum potissimum digni, quibus tamen in more non habet ecclesia illud ministrandi. Quatuor D. Thomas respōdet. Primò quod de pueris recenter natis idem est iudicium, quod de amētibus, vt eis non exhibeatur sacramentum. Secundò, errorem esse Græcorum contrarium faciendum propter verbum Dionysij. 2. cap. ecclesiast. hiera. malè intellectum. Ait enim baptizatis esse sacram cōmunionem dandam. Quod tamen, vt ait. S. Tho. non intelligebat nisi quando adulti baptizabātur. Tertio, ait nullum ob id detrimentū eos pati, quod Dominus dicit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem nō habebitis vitam in vobis: quia August. in epistola ad Bonifacium scribit. Tūc vnusquisque fidelium corporis & sanguinis Christi particeps fit: scilicet spiritualiter, quando in ba-

*Tertium ar-
gumentum.*

*Responsio qua-
druplex.*

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Dubium.

Tho. 2. 2. d. 1.

Diony.

ptissime membrum corporis Christi efficitur. Quartò addit, quod quando iam pueri incipiunt aliqualem vsu rationis habere, vt possint deuotionem concipere huius sacramenti, tunc potest eis conferri. Ex verbo autem Dionysij dubiū infurgit, vt rōm a tate sua, & deinceps aliquo temporis curriculo in aliquibus ecclesijs mos fuerit obseruatus ministrandi infantibus eucharistiam. Etenim Caie. hic infra art. 12. ait Nestorium & Pelagium autores fuisse amborum rituum: scilicet, & cōmunicādi sub vtraq; specie, & eucharistiam porrigēdi infantibus. De priori autem errore eodem art. dicemus, sed de posteriori postquàm Caietanus hoc dicit, forsan legit, nescio tamen vbi. August. nanq; lib. de hæresibus ca. 88. inter errores Pelagianorum de isto non meminit. Quinimò cum illis, & lib. 1. de pecca. meri. cap. 20. dicat Pelagianos non baptizasse infantes propter vitam æternam, sed propter ingressum regni cælorum, vt dist. 5. art. 1. retulimus, & eucharistia sumatur propter vitā æternā, iuxta verbum Christi. Nisi manducaueritis, &c. verisimile est, quæcam non porrigebant infantibus: nam cum nullum crederent contrahere originale, putabant sine vilo sacramento eos posse habere vitam æternam extra regnum cælorum. Quare. S. Tho. hic non reducit errorem hunc nisi in Græcos. Et Thomas VValdensis istarum hæresum solertissimus indagator tomo. 2. de sacramen. cap. 91. Guidonem refert Carmelitam, qui vegesimum Armenorum errorem recenset, quod cum paruulos non ante octauum diem baptizarent, tūc sacramentum vino & aqua liquefactum intra os paruuli ponebant. Et citat. S. Thomam hoc loco, cum quo consentit, seductos fuisse ex verbo Dionysij perperam intellecto. Tametsi mirabile mihi sit, quod in concilio Florentino, vbi Armeni & Græci in gremium ecclesie Romanæ recepti sunt, nulla fuerit ritus huius eorum mentio facta. Sed vt ad Dionysium reuertamur, profectò videtur insinuare morē illum sua ætate obseruari. Loco enim, quem hic D. Tho. citat, vbi de baptizatis in vniuersum loqui videtur, postquàm ait, eum qui baptizatur trina mersione mergi, subdit hæc verba. In fine omnium pontifex ita profectum ad sacratissimam eucharistiam vocat, atq; consumatiuam illi sacramentorum cōmunionem deificam tradit. Adulti verò non merguntur, sed infantes. Quem quidē locum Fa-

Faber Stapu. ber Stapulensis antiquitatum peritus ait, in antiquis myſteriorū voluminibus, etiam de infantibus in hūc modum legi. Si episcopus adest, statim confirmari oportet. Quod si episcopus præſens non fuerit, antequam lactetur infans, aut aliquid gustauerit, communicet ei sacerdos de corpore & sanguine Domini ante missam etiā si fuerit necessitas. Sed & cap. 7. apud eundem Dionysium hæc extant verba ad Timotheum. Illud verò, quod pueri quoq; qui nondum possunt intelligere diuina, sacri baptismatis altissimorumq; cõmunis sacrosanctæ signorum participes fiāt, videtur profanis, vt dixisti, rationabiliter irridendum. Veruntamē oportet tuam sanctam prudentiā errātibus nō indignari. Et Cyprianus in sermone supra citato de lapsis inter loquēdū de illis Christianis, qui tēpore persecutionis idolis immolabāt, ait infantes, eorū qui in manib⁹ ad idola portabātur, nō amississe iustitiam, quam in baptismo susceperant. Quare dicere, inquit, poterant in die iudicij Deo. Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo Dñi ad profana cõtagia sponte properauimus. Quod quidem verbum August. citat in epistola. 23. ad Bonifacium, vbi adnotatur eucharistiam tunc temporis dari infantibus. Id quod ex historia cõfirmatur, quam paulò inferiùs recenset puella infantis loqui nondum scientis, quæ cum ab idolorum sacerdotibus panē vino tinctum idolis immolatum, quia carnes per atatē comedere non poterat, gustasset, adducta ad eūdem Cyprianum, vbi populum communicabat, sanctus pontifex sanguinem consecratum ori eius in fudit, quem illico euomuit, quia eucharistia, inquit, in ore polluto permanere nō potuit. Et de ecclesiasticis dogmatibus cap. 52. & refertur de consecra. dist. 4. can. Si qui, habetur quod apud hæreticos baptizati in nomine trinitatis dum veniunt ad catholicam fidem recipiantur & doceātur & instruātur, &c. Et subditur. Si verò paruuli sunt & hebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis qui eos offerunt & sic per manus impositionem chrismate cõmuniti eucharistię mysterijs admittantur. Vbi insinuat tunc pueris eucharistiam dispensari. Sunt qui glossant intelligēdum esse cum peruenerint ad vsum rationis. Tamen textus hoc nō sonat. Nihilominus licet forsan hæc consuetudo aliquando in nonnullis ecclesijs viguerit, vt dist. 8. ar. 3. diximus, meritissimò illā prorsum ortho-

doxa explosit ecclesia. Quoniā cū sumptio huius sacramenti in re non sit de necessitate salutis, vt illic diximus, consuli debuit maxime eius reuerentiæ, ne indecēter fumeretur. Et re vera infantibus dari nequit commodè. Nam cū Christus dicat, Accipite & mādurate, debet corpus per modum manducationis sumi. pueri autem octo dierum manducare nō possunt, & ita Armeni, vt diximus non dant nisi liquefactam hostiā per modum potus, quæ non est manducatio. Adde imminēs tunc esse periculum, vt illo etiam modo sumptam, illico de ore expuerent. Quare fertur, morē eorum etiam fuisse, id quod infans expueret, concremare. Est autem abusus maximus, idemq; superfluus. Caietanus addit aliam rationem: quia Christus tradidit hoc sacramentum dicens, Accipite & manducate: quare nō debet, inquit, tradi nisi illi, qui rationis iudicio vtitur, vt possit accipere, vel tali iudicio vsus quandoq; fuerit, vt affectum illius habuerit. Quod si roges, cur tale rationis iudiciū ad hoc potius q̄ ad sacramētū baptis mi exigatur, facilis est responsio, quod cum illud sit sacramētū regenerationis ad ablucendum peccatum, quod non propria voluntate sed origine contrahitur: satis pueri per alienam voluntatem tanquā non viuentis offeruntur vitæ. Hoc autem, quia est sacramentum viuentium, voluntatem propriam requirit suscipiētis. Vnde Christus ad Augustinum cibus, inquit, sum grādium, cresce & manducabis me. Adde quod cū hoc sacramentum alimentū sit ad reficiēda detrimenta spiritualis vitæ, quæ per actualia peccata in dies fiunt, non conuenit nisi adultis, qui de linquere possunt. *Responsio.* Consuetudo ergo illa in solo illo loco euangelico fundari potuit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Illud autem Augustinus, vt iam supra pluries dictum est, in multis locis, & potissimū contra duas epistolas Pelagianorum lib. 1. ca. 22. & lib. 2. cap. 4. & in epistola ad Bonifacium, quam hīc citat. S. Tho. & refertur de cõsecra. dist. 2. ca. Nulli. intelligendum esse ait de manducatione spirituali per votum, quod includitur in baptismo. Quapropter in his, atque alijs frequentibus locis, vbi ait eucharistiam esse necessariam infantibus, nemo decipiatur inde colligens tempore Augustini illis ministrari, sed loquitur contra Pelagianos, vt demonstret, infantes non posse habere vitā eternam, nisi per baptismum, votum eucharistię inclu-

Dubium.

includitur. Quod si quis sciscitetur, vtrum si sacerdos infanti hoc sacramētum ministraret, esset ne verum sacramentum conferens gratiam. Respondetur primū quā difficillimum id fieri posse. Et facilius esset ministrare sanguinem, vt supra de Cypriano citatum est. Præterea graue esset peccatum id facere sicut si daretur amentibus à natiuitate. At vero quantum ad collationem gratiæ, si verum est quod ecclesia catholica aliquando habuit in consuetudine dare infantibus, certum est, quod si modo daretur cõferret gratiam: quoniā ecclesia id, quod est de essentia sacramenti, mutare non potest, licet possit prohibere vsum. Quemadmodum, licet prohibuit sanguinem ministrari laicis, nihilominus si ministraretur, etiam sine corpore, conferret gratiam. Sed quia illud nō est ad eodē certum, posset teneri quod non esset sacramentum: quia requirit actum liberū vel præsentem, vel præcedentem. Sed tamen neq; contrariam opinionem cõdemnare auderem. Sicut supra de consecratione diximus. *Quæ* autem sit legitima etas, in qua possint paruuli sacramētū hoc suscipere, nulla est certior regula, quā dum iudicio prudentum, & maxime confessorij apparet puer biuium literæ Pythagoricæ Y attigisse, vt scilicet discernere possit inter bonum & malum, atque ad eodē inter hunc cibum & alios seculares, quod pluribus accidit à decimo vsq; ad duodecimum annum. Sic ait Alexander quarta parte quæstio. 49. mēbro. 5. & Paludanus distinctio. 9. quæstio. quarta & hīc Caietanus, & Syluester verbo eucharistia. 3. §. 5. Imò ante decimum annum posset viuacissimus puer idoneus esse. Citra septimum verò, non esset permitendus, quia tunc vix rationis aurora ridere assolet.

ARTICVLVS. X.

Virum liceat quotidie hoc sacramentum suscipere.



D. hæc accedit quæstio de vsu frequentatione, vtrum quotidie liceat hoc sacramentum suscipere. Et supposita distinctione D. Thomas tribus conclusionibus respondet. Hoc enim sacramentum existimari potest vel ex parte virtutis ipsius vel ex parte dispositionis sumentis. *Est* ergo prima conclusio. Quantum ad virtutem

Prima cõclusio.

attinet sacramēti, vtile est ipsum quotidie sumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat. Probatum auctoritate Ambrosij in lib. de sacrament. vbi ait. Si quotiescūq; effunditur sanguis Christi in peccatorum remissionem effunditur, debeo semp accipere: qui semper pecco, semper debeo habere medicinam. Augusti. lib. de verbis Domini. Ille, inquit, panis quotidianus est, accipe quotidie, vt tibi proficit. *Secunda conclusio.* Quantum attinet ad dispositionem sumētis, si quis se quotidie paratum inueniat, laudabile est, vt quotidie sumat. Est autem præparatio, vt non solum se liberum à peccatis sentiat, sed vt cū magna deuotione & reuerentia accedat. Vnde Augustinus loco citato postquā dixit, Accipe quotidie, subiunxit, sic viue, vt quotidie merearis accipere. *Tertia conclusio.* Simpliciter loquendo, non est vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc sacramentum accedere, sed quotiescūq; homo ad illud se inuenit preparatū. Vnde in libro de ecclesiasticis dogmatibus, legitur. Quotidie eucharistiam accipere, nec laudo, nec vitupero.

*Secunda conclusio.**Tertia cõclusio.*

Quæstio hæc vt titulus ostendit, non de celebratione sacramenti, vtrum scilicet quotidie sit in ecclesia celebrandum, mouetur: illa enim proprium habet locum distincti. sequenti. q. 2. art. 2. qui ideo locus expectandus est, vt multa, quæ hic desiderantur, explicantur: sed solum queritur de susceptione, quæ etiam ad laicos pertinet, vtrum oporteat esse quotidianā. Quæ utiq; quæstio inter sanctos non nihil habet perplexitatis.

Et quo à prima cõclusionē exordiamur, arguit. S. Tho. primo loco sic. Sicuti baptismus ita & hoc sacramentum passionem Christi representat: sed ea ratione qua Christus nō nisi semel, vt. i. Petri. 3. habetur, pro peccatis nostris mortuus est, baptismus non iteratur: ergo neq; hoc sacramentum quantum est ex parte eius, vt ait prima conclusio, est quotidie sumendum. *Et* confirmatur argumēto secundum. Veritas debet respondere figuræ: sed agnus paschalis, q. vt supra dictū est, præcipua fuit huius figura, non manducabatur nisi semel in anno, atq; ad eodē ecclesia non nisi semel in anno passionē Christi celebrat, cuius hoc sacramētum est memoriale: ergo fas non est quotidie illud sumere. *Ad* primū respondetur, vnum discriminē esse, q̄ per baptismū figuramur morti Christi, vt supra dictum est eius characterem suscipientes, & ideo sicut se

*Expositio articuli.**Primum argumentum.**Secundum argumentum.**Solutio. i.*

mel ipse mortuus est, ita nō nisi semel baptismum suscipimus: per hoc autem sacramentum nō quidem eius characterem, sed ipsum Christum suscipimus, cuius virtus manet in æternum, secundum illud ad Hebr. 10. Vna oblatione consummavit in sempiternū sanctificatos. Et ideo quia quotidie homo indiget salutifera Christi virtute, quotidie possumus laudabiliter hoc sacramentum suscipere. Alterū itidem interstat discrimē, quod baptismus, vt supra diximus, est spiritualis regeneratio, & ideo sicut carnaliter homo non nisi semel nascitur: ita neque per baptismum debet nisi semel renasci, vt ait August. super illud Ioann. 3. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Hoc autem sacramentum est spiritualis cibus, vnde sicut corporalis quotidie sumitur: ita & hunc quotidie sumere laudabile est. Id quod Christus Luca. 9. admonitos nos voluit docēs, vt panem nostrum quotidianum peteremus dari nobis. In cuius expositione Augustin. in lib. de verbis Domini Si quotidie, inquit, accipis. s. hoc sacramentū, quotidie tibi est hodie, tibi quotidie Christus resurgit: hodie enim tibi est quicumque dies, quo tibi Christus resurgit. *Ad secundum respondetur, agnum paschalem præcipuam fuisse figuram, quātum ad passionem Christi, quæ per ipsum representatur. Et ideo semel in anno sumebatur, vt vnicam Christi passionem præsignaret, quam pariter ecclesia semel in anno celebrat. At verò quoniam hoc sacramentum datur per modum cibi, hac ratione potius prænunciabatur per manna, quod quotidie sumebatur. Ex his autē solutionibus exurgit, quartum argumentū Diui Thomæ. Si vtile est quotidie hoc sacramentum sumere, vtilius esset pluries etiam in die id frequentare: nam quod est vtile, quātō est frequentius, vtilius est: quare ecclesia non debuit prohibere, ne sacerdos sanctitate prouectus pluries in die conficeret. Ad hoc respondetur, quod quia in oratione Dominica petimus panem nostrū quotidianum, nō est pluries in die communicandum, vt saltem per hoc representetur vnitas passionis Domini. Attamen præter significationem causa potissima est, vt ait Alexander Alenis. 4. part. quæst. 52. membro. 3. eximia reuerentia, quæ sacramento debetur. Atque ambas explicat Alexander Papa cano. Sufficit, de consecra. distinct. 1. de quo loco citato videbimus, vbi & Lutheri hæresis referēda nobis est, qui aie*

2. solutio.

Quartum argumentum.

bat solis Dominicis diebus esse celebrandum & tunc totum populum cogendum, vt sacram susciperet communionem. Et quidem de primo errore illic dicturi sumus. Alter verò error per aliud extremum periculis etiam plenus est: scilicet, populum, in quo tam varia sunt hominum ordines & classes, & vitiorum seculariumque negotiorum genera, humanos animos perturbantia, cogere vt singulis dominicis diebus ad sacramentum, vbi tanta animi quies exigitur, accederēt. *¶ Fuerūt enim de hac re in ecclesia status quatuor, quos Diuus Thom. tangit in solutione quinti argumēti, quod est huiusmodi. Ecclesia intendit in suis statutis fidelium vtilitati prouidere: sed & statuto ecclesiæ. Omnis vtriusque sexus, nō tenētur Christi fideles nisi semel in anno eucharistiæ sacramentum suscipere ad minus in Paschate: ergo nō est laudabile quotidie hoc sacramentum sumere. Respondet ergo diuersa de hac re in ecclesia emanasse statuta: nam in primitiua religione quando sanguis Christi recens in pectoribus fidelium feruebat, & omnia sua bona, vt Actū 2. legitur, in vltis pauperum cōferebant, quia illustri charitatis glutino omnes vinciebantur, erant omnes, & communioni fractionis panis & orationibus vacantes, & quotidie vnanimiter in templo perdurātes, atque adeo frāgentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis. Quem locum Beda de sacra eucharistia interpretatur. Vnde de conse. d. 2. can. Peracta. Calixtus Papa, vel sicut ait hīc. S. Thom. Anacletus. Peracta, inquit, consecratione omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus: sic enim, & apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. Hactenus illic. In cuius sanctæ consuetudinis memoriam, vt Iodocus illic, & alij autumāt, relictum est osculum pacis, quod in tabellam omnes porrigunt. Præterquam in missis defunctorum, qui nobiscum in hoc percipiendo sacramento non communicant. Ritus enim istiusmodi osculi tēpore etiam Dion. seruabatur, & vt ait in allegato lib. de sacramentalibus VValdensis cap. 41. ante communionem porrigebatur, in signum, quod illud erat sacramentum pacis. Atque idem colligitur ex can. Pacem, de consecra. dist. 2. Mox verò crescente ac subinde tepescēte Christiana no populo sancti patres sanctius duxerūt, vt non nisi dominicis diebus populus cōicaret.*

Quem

Quem morem insinuat Augusti. in epistola ad Ianuarium. 108. quæ refertur cano. Illa autem. 12. distinct. vbi ait, Alij quotidie communicant corpori & sanguini Domini, alij certis diebus accipiūt. Et de Ecclesiast. dogmat. cap. 53. & refertur de consecra. distinct. 2. cano. Quotidie, Omnibus, inquit, dominicis diebus comunicandum suadeo & adhortor, si tū mens sine affectu peccādi sit. Hunc autē ritū S. Tho. meritō nō cēset, vim habuisse nisi cōsiliij. Et tanquā huius memorialis in vsu durat distributio panis benedicti in ecclesia. Ferur. n. vt Thomas VValdensis to mo. 2. de sacram. c. 90. refert, q̄ omnes tunc parociani. farinam sacerdoti conferebant, ex qua fieret panis consecrandus, qui erat omnibus distribuendus. Deinde ampliū ecclesia dilatata cum calor ille deuotiōis in dies refrigesceret Fabianus Papa instituit, vt ter in anno celebraretur communicatio: can. Et si non frequentius, de consecra. distinct. 2. vbi ait. Et si non frequentius, saltem in anno ter homines communicent: scilicet, in paschate, Pentecoste, & natali Domini. Et in concilio Agathēsi, & in Eliberitano, vt eadem distinct. can. Seculares, & cano. Omnis homo, adijcitur, quod inter catholicos non cōmunicaretur, qui illis tribus diebus non comunicauerit. Et Soter papa adiecit, etiam in coena Domini, vt ibidē subditur cano. In coena. Postremò denique perspiciens ecclesia, quod neque hoc debite obseruabatur, statuit vt saltem semel in anno, ni mirum in paschate omnes fideles communicent, vt patet per Innocentium. 3. in eodem cap. Omnis vtriusque sexus. Vnde per hoc præceptum omnes alij mores sunt abrogati: vt, scilicet, non habeāt vim præcepti, sed tantum maneat sub consilio. *¶ Sed arguit Lutherus. Populus quotidie petit hoc sacramentum tanquā panem quotidianum: ergo sacerdotes iniuriam irrogāt populo dum ipsi sumunt & populum excludunt. Respondetur primum, suo se mucrone confodere: debet enim eadem. ratione colligere, vt quotidie esset celebrandum, quod ipse negat. Præterea respondetur, satis esse, vt diximus, vt sacerdos nomine publico, pro omnibus quotidie offerat, vt omnes fructus sacrificij participēt. Ad secundum autē populus rebus vxorij & profanis implicatus nō est tam aptus q̄ sacerdotes: q̄ ab omnibus illius modi negotijs debent esse liberi. Vnde errat dū ait, consultū fore si ecclesia nunc ad primitiuum morem*

Lutheri argumentum.

reuocaretur: multitudo enim populi Christiani id non permittit.

¶ Sequitur ergo vt circa secundam & tertiam conclusionem exploremus, vtrum maiori fit laudi dandum, quotidie ad hoc sacramentum accedere, an verò sæpius abstinere. Primum omnium, vt certa ab incertis discernamus, quæstio hæc non disputatur de præcepto sumendi. Tametsi nonnulli Iuriscōsultorum, vt Syluester verb. Missa. 1. §. 7. refert, opinati fuerint mortaliter peccare sacerdotem, qui ex negligētia omittit quotidie celebrare, ob dictum beati Ambrosij, Ego quia quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinam. de consecratione distinct. 2. cano. Si quoties. Opinio tamen illa nullius est momenti: verbum enim (debeo) apud Ambrosium nō denotat præceptum, sed consilium. Quæstio ergo præfens nō disputatur nisi de consilio. Et ideo quantum ad præceptum statuitur illud fundamentum supra iam fixum: scilicet, solum peccatum mortale, aut ecclesiæ prohibitio est impedimentum necessitatis, ne hoc recipiatur sacramentum. Quare dummodò homo satis cauerit ne in peccato communicet, quanuis quotidie toto anno & pluribus annis ad sacramentum accedat, redargui non potest peccati mortalis. Atque hic est sensus secundæ conclusionis Sancti Thomæ, quod si quis quotidie se paratū inuenerit, laudabile est quotidie sumere. Paratio enim necessaria est purgatio à peccato mortali: quia Paulus nihil aliud admonet, quā vt probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. Quocirca licet quis crebrò peccaret, si toties legitimo proposito eum pœniteret, posset absque reatu mortalis culpæ accedere. Tametsi frequentia recidendi indicium esset, pœnitentiā non semper esse legitimam: atq; adeo ex hac parte posset esse mortale accedere. ¶ Quæstio ergo solum est de consilio quantū ad illos, quibus humano modo certum est absque peccato mortali accedere. Et Sanctus Thomas, Tertium argumentum.

Præcipua dicitur.

N n 5 uetas

Caietanus. uersas sententias autores distrahit. Caieta. n. hic videtur quodammodo in eam partē vergere, quod non sit vsq; adeo laudabile quotidie sumere, saltem nisi homo percipiat se fumen do proficere. Vnde si post aliquatulam consuetudinē sumendi non sentit fructu illo profecisse, cōsultius cenet, vt cesset. Et est sententia Ricardi in. 4. dist. 12. arti. 6. quæst. 1. Et Bonauenturæ eadem dist. artic. vlt. quæst. 2. qui ait, vt qui se sentit eo feruere modo, quo sancti in primitiua ecclesia, quotidie sumat: qui verò sentit se frigere, raro accedat: qui verò medio se habet modo aliquando accedat, aliquando cesset. At Alexander Alensis. 4. part. quæst. 51. membro. 3. & Gerson tract. 9. super Magnificat, multo propensius in alterā partem inclinans: scilicet, qd sit quotidie accedendum, si fieri potest. Cui quidem parti adhære scit & Gabriel in can. lectione. 87.

Bonauentura. Ex præsentī verò. D. Tho. solutione huius argumenti tres possumus elicere conclusiones, si tamen prius inter personas distinguamus. Sunt enim quidā sacerdotes & religiosi à seculari tumultu semoti, diuinæq; contemplationi, lectioni, & orationi vacantes. Alij verò sunt seculares, quærētes, vt inquit Paulus, quomodo placeant vxoribus, profanisq; negotijs implicati. Et inter istos alij cum carnis illecebris & insultibus colluctantes nunc resurgentes, nunc verò relabentes. Illos nanq; qui peccatis mortalibus sordēt iam à præsentī quæstione tanquam ineptos exclusimus.

Prima propositio. Sit ergo prima propositio. Illis, qui nullo sūt mortali reatu polluti, vtrunq; laudabile esse potest: scilicet, & accedere ad sacramentum, & cessare. Ait enim hic D. Tho. qd reuerentia huius sacramenti habet timorem amoris coniunctum. Vnde timor reuerentiæ ad Deum dicitur timor filialis. Ex amore autē prouocatur desiderium sumendi. Ex timore verò con surgit timiditas reuerendi. Et ideo tam accedere, quam abstinere, suam habet rationē virtutis. Quocirca Aug. de ecclesiasti. dogma. Si dixerit, inquit, quispiam non quotidie accipiendam eucharistiam, alius contra: faciat vnusquisq; , quod secundum fidem suā piē credit esse faciendum. Neq; enim litigauerūt inter se Zachæus ille & Ceterio, cum Zachæus vt legitur Lucæ 19. gaudēs suscepit Dominū Ceterio verò, vt habetur Matth. 8. Non sum, inquit, dignus, vt intres sub tectū meum. Ambo enim Dominum honorificauerunt, licet non vno modo. *Secunda propositio.* Si v-

num alteri cōpares, laudabilius est & fructuosius accedere, quam abstinere. Primò, quia à pluribus præcipuisq; virtutibus proficiscitur. Amor enim & spes & fiducia, ex quibus accessus nascitur, præstantiores sunt virtutes, q̄ timor, quæ est causa cessandi. Vnde postquā Petrus dixit. Exi à me Domine: quia peccator sum, Respondit Iesus, Noli timere. Et Paralytico Matth. 9. Cōfide, inquit, fili, remittuntur tibi peccata tua, Et Prouerb. 9. Si quis est paruulus, veniat ad me: venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Vnde colligitur, qd permittente ecclesia genere suo laudabilius est quotidie comedere & bibere: quandoquidem datum est nobis in cibum ad reficiēdas ruinas spiritualis vitæ quas nostra efficit sensualitas, iuxta verbum Ambrosij citatum, Qui semper pecco, debeo semper habere medicinam. Secundò, Quāuis qui ob reuerentiam abstinet, merito suo per fauorem diuinum, gratiam assequatur, tamē qui re vera accedit, præter illam consequitur & gradum gratiæ sacramentalis, quo alter caret. Quapropter accedens maiorem percipit fructum. Tertiò, Quāquam cōtingere possit, vt quandoq; abstinens deuotius, postmodū accedat, tamē ex genere rei deuotio plus ex sumptione crescit, quam ex abstinentia. Interest enim inter hunc atq; alios seculares cibos, qd illi nimium sumpti fatietatē faciūt, quia tam eorū suauitas quam & sensualis virtus limitata est: dulcedo verò spiritualis huius sacramenti, vt quæ per se infinita est, quo crebrius gustatur, penitus cognoscitur, atq; adeo auidius cōcupiscitur, iuxta illud Ecclesiastici. 24. Qui edunt me adhuc esuriunt, & qui bibūt me adhuc sitient. Quartò: si delitiæ Christi, quæ Dei sapiētia existit, est esse cum filiis hominum, quo plus nobis intus adest, maiores sunt eius delitiæ: intus tamē nobis modus incorporādi nos Christo est per hoc sacramentum. Quocirca regula illa Caietani, qd qui nō sentit se proficere: imò tepidus sibi & frigidus apparet, tum abstineat, licet non sit vsq; adeo aspernanda, neq; tamē omnino est certa: nam quandoq; dæmonum opera illi nobis tepores accidunt, per quos nos molliuntur à sacramēto arceri. Vnde, vt ait loco citato Gerson, perinde tūc esset abscedere à sacramēto, ac si quis dū frigeret, ad ignem accedere recusaret. *Tertia propositio.* Tertia nihilominus adhibetur propositio secundum diuersos personarū status. Illis, qui corruptis affectib; fluctuāt, licet quoti-

quotidie resurgant, non est sanum consilium quotidie ad sacramentum accedere: etiam si sint sacerdotes: Tum quia timendum illis est ne nō sit eorum poenitētia legitima, tū quia neq; synceram & castam reuerentiā afferre possunt, vt sacramentum pro dignitate æstiment. *Alijs verò secularibus cōiugatis, qui rei familiari inseruiunt, licet à peccatis mortalibus sint liberi, non cōsulerem frequētius, quam à quindena in quindenam ad sacramētum accedere.* Nam quāuis curam habeant expurgandæ conscientiæ, nihilominus, vt ait Paul. non possunt non curare quomodo placeat vxoribus, & quomodo rei familiari prospiciant, quod frequentiori sumptioni sacramenti non est adeo congruens, potissimum qd in religionibus, illi qui non sunt sacerdotes, nō datur frequētius communio. Tame si hoc non ita multum vrgeat: quia ratio huius instituti est: qd non possent citra notam infamie aliqui accedere, quin omnes accederent. Et nō est decens omnes frequētius cogere, q̄ bis in mense. Quocirca si inter seculares esset aliqua persona & probitate & modestia insignis, nulla esset irreuerentia, imò deceret fortē semel in hebdomada communicare, crebrius autē nullatenus approbare possem. Sacerdotes verò & religiosos, dū modò integre sint & probatæ, vitæ non modò nulla est temeritatis effigies, verum est etiam religionis exemplum quotidie celebrare. Refert nanq; Gregorius lib. 4. dialogorū cap. 56. de beato Cassio episcopo Narniensi, qd quotidie celebrabat, & audiuit vocē de cælo dicentis, Age quod agis, & non cesset pes tuus, in natali enim apostolorum venies ad me. Quo vtique die post septennium migravit ad dominum.

ARTICVLVS. XI.

Vtrum liceat omnino à communione cessare.



CVM in articulo præcedēti de consilio frequētandi sacramētum dictum sit, ex ordine iam quæritur, Vtrum liceat omnino à cōmunionē cessare, quod est quærere, vtrum sit aliquod præceptū cogens vniuersos Christi fideles ad susceptionem huius sacramēti, sicut de baptismo constitutum est. Et quoniā tam de præcepto diuino dubium esse posset, quam de humano, respondet D. Tho. duabus cōclusionibus. Prima. Manifestum est, qd homo tenetur hoc sa-

cramentum sumere non solum ex statuto ecclesie, sed ex mādato Domini. Probatur primò verbo ipso Christi Lucæ 22. Hoc facite in meam cōmemorationē. Verbum enim, facite, præceptum est. Secundò id confirmatur ex verbo eiusdē redēptoris Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Sententia enim hæc, quam dist. 8. art. 3. elucidauimus, mādicationem inducit tanquam ad salutem necessariam: differēt tamen quam illa baptismi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Quoniam cūm baptismus sit inchoatio vitæ spiritualis, sumptio eius est necessaria in re. Cūm autem eucharistia sit finis eiusdem spiritualis vitæ, vt illic emūctius declarauimus, satis est ad salutem obtinendam, vt spiritualiter sumatur in voto, quod in baptismo includitur: frustra autē esset votū nisi quando oportunitas adesset, impleretur: ergo ius diuinum est aliquādo illum re ipsa suscipere. *Secūda conclusio.* Ex statuto ecclesie certa sunt tempora definita ad exequēdum Christi præceptum.

*Rem hanc de præcepto diuino sumendi eucharistiam, ait in præsentiarum Caietanus non apparere vsque quaque claram: quoniam multi, inquit, doctores, tenent communionem non esse ex Christi præcepto necessariam, sed tantum ex præcepto ecclesie. Et quidē Alex. 4. par. 9. 51. memb. 2. de sacerdotibus cenet, qd si non habeant curā animarum ob præceptum prælati non tenentur celebrare. Sed & statim mēb. 4. in vniuersum de laicis etiam loquens ait, quātum est de sui institutione non esse de necessitate salutis, sed solum ex statuto ecclesie. Omnis vtriusq; sexus. Cui concors est Bonauentura in. 4. dist. 12. art. vlt. q. 1. & Gabriel in cano. Lectione. 87. Quibus Caietanus in hoc articulo, & in subsequēti libentiū applaudit: nam & S. Tho. in. 4. d. 9. artic. 1. quæstion. 2. vt sæpè illic solet, cum Alexandro cōsentit, eadem eius verba referēs: Durandus verò dist. 9. q. 2. & Palud. q. 1. conclusionē. 3. cōtrarium sentiunt: videlicet, esse præceptū diuinum. De sacerdotibus autē dist. sequenti. q. 1. articulus primus nos expectat, vt exploremus, quoties obligētur celebrare. Hic autē de præcepto sumēdi, vniuersos comprehendenti disputamus. *De quo ego profecto nullatenus ambigere audeō, imò certò crediderim esse præceptum diuinū, vt hīc D. Thomas, quicquid in. 4. dixerit, edocet. Sæpissimè**

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Sententia asseris.

Prima conclusio.

Ratio Durandi.

piſſimè.n.opiniones, quas illic ſequutus eſt, hïc ad verum exigit. Et ratio quidè Durandi huiusmodi eſt. Sacramētum eucharistiæ eſt in ſalutem hominũ à Chriſto in cœna inſtitutum: ergo qui in tota vita illud non ſumeret, eandè inſtitutionè diuinã negligere cenſeretur, atq; adeo eſt præceptũ diuinũ. Ratio verò hæc non tãtam habet energiã: nam opera conſilij etiam ſunt ad humanam ſalutẽ inſtituta, & tamen illa omitttere nõ eſt peccatum. Quod ſi Durãdus dicat, conſilia non eſſe inſtituta ceu ſacramēta, quaſi neceſſaria, petit principium: hoc enim illi reſtat probãdum: ſcilicet, hoc ſacramētum inſtitutum eſſe tanquam neceſſarium. Eadè quippe ratione probat ſacramētum confirmationis eſſe in præcepto, quod tamè nullum testimoniũ, vel ratio aſſeuerare cogit, vt diſt. 7. oſtenſum eſt. Debet ergo priũs probari ſumere ſacramentum eſſe inſtitutionem diuinam tãquam præceptum, anteq̃ colligatur, q̃ non ſumere ſit mortalis contẽptus.

Paludani ratio.

Aliter ergo ſic arguit Paludanus. In his rebus, in quibus nihil certũ diuina lex ſtatuit, cõſiderandũ eſt, quid mos populi habeat, vt patet can. In his rebus. r. diſt. mos autem populi eſt cõmunicare infirmos ſub articulum mortis tãquam de neceſſitate: ergo iudiciũ eſt præcepti diuini. Item quia ante eccleſiæ ſtatutũ ille ſemper mos in eccleſia floruit. Et quidè ratio hæc aſpernanda non eſt: attamen dicere q̃ lex diuina nihil certi de hac re habet, non eſt cur placeat. Adhibet rationè aliam hoc modo. Eccleſia non poteſt conſilia euãgelica conſtituere tanquã de præcepto, ſicut non poteſt ſtatui præceptum virginitatis, quod Paulus ait eſſe conſilium: cum ergo legem indixerit cõmunicandi ſemel in anno, ſignum eſt illud non fuiſſe ſolum diuinum conſilium, ſed præceptũ. Ratio verò hæc nõ eſt omnino ſolida: quoniam licet de cõſilijs, quæ difficilia ſunt, vt virginitas, eccleſia nequeat præceptum imponere, tamen de alijs, vt de ieiunijs & plurimis feruãdis feſtis, præter diuina addit alia mãdata.

Ratio alia Paludani.

Rationes ergo non ſunt niſi iſtæ, quas hïc D. Tho. adfert, quæ multò ſunt maioris põderis, q̃ Caietanus arbitratur. Nam etſi verbum illud, Hoc facite in meã cõmemorationem, poſſit interpretari, vt non ſit præceptum ſumendi, ſed quod quotieſcũq; fiat, fiat in eius memoriam, iuxta verborũ ſonitum, quæ eccleſia refert in canone. Tamen cum referente euangelifta Chriſtus dixerit, Hoc facite in

Rationes legitime.

meam cõmemorationem, vrgentiſſimum argumentum eſt, edidiſſe præceptum, vt ſacramentũ, quod in ſuam cõmemorationem inſtituerat, lege cõfirmaret, vt facerēt. Vnde & Paul. r. Corin. r. ſub eodè tenore verba Chriſti referens ait, Hoc facite in meam cõmemorationem. At quia poſt myſteriũ calicis ſubdit, Hoc facite quotieſcũq; bibetis in meam cõmemorationem, phraſim illam vſurpauit eccleſia. Et roboratur etiam nunc argumenti vis. Nullum dubiũ eſt, quin celebratio ſacramēti in eccleſia, quæ per eius miniſtros ſacerdotes fit, ſit in præcepto, peccarent enim grauiffimè põtiffices tum ſumus tum etiam alij, ſi eorum negligentia celebratio huius ſacramenti ceſſaret: & tũc ſacerdotibus neceſſum eſt ſacramētum ſuſcipere. Illud autem præceptum in illo euangelij loco potiſſimum habet fundamentum, vbi Chriſtus ſacerdotes inſtituit, quibus munus hoc iniunxit. Verbum ergo, facite, præceptũ ſonat celebrãdi, ac perinde miniſtrandi populo eucharistiã, ſicut Chriſtus, diſcipulis miniſtrauit, quo adeo præcepto populus id ſumere obligatur. Sed profectò & ex alio loco apud Ioannẽ, Niſi manducaueritis, &c. idem confirmatur præceptũ. Quod enim hic ait Caietanus atq; alij per metaphorã intelligi de mãdicatione non corporis, ſed ipſius Chriſti perſonæ per fidem, qua in ipſum creditur, ſupra diſt. 9. q. 2. ar. r. fatiſ explicuimus: nempe, q̃ etſi bona pars illius cõtextus in illo ſit ſenſu intelligenda, tamè ex illo loco, Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mũdi vita, inſicias nemo ire põt, quin de mãdicatione ſacramēti intelligatur. Fecit enim illic apoſtrophẽ a ſe ad corpus ſuũ & ſanguinem. Quare dicens, Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, inſinuauit ante per metaphorã de fide fuiſſe locutum: poſt verò abiecta metaphora ſecũdum veritatem carnẽ ſuam appellauit cibus, & ſanguinẽ, potum, ad differentia corporeæ alimonie. Sumunt. n. homines animalium corpora in cibus, eorum tñ ſanguinem non itè in potum: Chriſtus autẽ ſicut ſanguinẽ in cruce à corpore effudit, quo nos regeneraret in vitã, ita & corpus ipſum & ſanguinẽ nobis dedit in cibus & potũ ad eãdem habendam. Atq; hac de cauſa Ioannes ſoliuſ miraculi de quinque panibus, quibus turbas pauit, meminit, adijciens q̃ eſſet proximum paſcha Iudæorũ, in quo agnus typicus edebatur huius ſacramēti figura: nempe, vt myſterium

Præcepti confirmatio.

Niſi manducaueritis.

Argumentum.

Aliud arg.

ſteriũ eucharistiæ inſinuaret, vbi verus agnus carnẽ ſuam ſub ſpecie panis paſcẽdis anima-bus noſtris confecraturus erat. Qua vtiq; de cauſa poſtmodũ in hiſtoria cœnæ nihil meminit de inſtitutione ſacramēti: nimirũ quia fatiſ de de illo cap. 6. dixiſſe arbitrabatur. Accedit q̃ in prologo cõcilij Ephelini aduerſus Neſtorium, eadè verba, Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, in ſenſu de mãdicatione ſacramēti allegantur. Igitur ſi vbi ait Chriſtus, Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, &c. de mãdicatione ſacramēti loquebatur, planè docuit eſſe de neceſſitate ſalutis, vt vel in re, vel in voto ſumatur. Vnde bene colligit D. Tho. q̃ ſi in voto eſt neceſſaria, cũ votum nil aliud ſit quam promiſſio ſumendi, præceptum ſit diuinũ ſacramētum hoc in re aliquo ſumendi. Quare reſpõſum, quod hic cõmiſiſcitur Caietanus, nihil ad rem attinet. Ait quippe q̃ licet mãdicatione ſpiritualiſ huius ſacramēti includat votũ ſumendi ipſum in re, tñ mãdicatione ſpũaliſ Chriſti non includit tale votũ: quippe cum angeli in cœlo mãducent Chriſtum vidẽtes eum, & tamen non habet votũ ſumendi ſacramentum. Reſponſum, in quã, nihil ad rem. Supponit enim verbum illud. Niſi mãducaueritis, non intelligi niſi de mãdicatione, quæ eſt credere in Chriſtum cum tamè non intelligatur niſi de mãdicatione ſacramenti, quæ ſi ſit ſpiritualiſ includit votum ſumendi realiter. Quare hanc ſententiam Caietanus ipſe poſtmodũ correxit in inſtructione circa errores libelli de cœna Domini, quæ inter eius opuſcula circunferuntur, vbi eundè locum Ioannis conſtitetur & demonſtrat intelligi de mãdicatione ſacramēti. Præterea arguitur. Sacramentum hoc nobis Dominus inſtituit tanquã cibum & potum ad alendum & ſuſtentandã ſpiritualementem vitam, ſicuti & baptiſmum ad ipſam progignendam: ergo ſicut præceptum nobis dedit baptiſmi, ita eſt nobis firmiter credendum præceptum dediſſe huius ſacramenti: nam licet nõ ita ſimpliciter ſit neceſſarium, vt baptiſmus, eſt tamè eatenus neceſſarium, vt abſq; illo non cõmodè imò vix eandem vitam ſuſtinere poſſimus, quod confirmationi non competit: quare diuini illam non eſſe in præcepto. Ad hæc eodem tenore eccleſia poſuit ſacramenti eucharistiæ & poenitentie: ſed ſacramentum poenitentie non ſolum tanq̃ de iure poſtuo expreſſit, ſed determinando tempus præ-

cepti diuini: ergo idè eſt de præcepto eucharistiæ cenſendum. In ſumma cum eucharistiã eò q̃ eſt ſacramentum charitatis, quæ eſt vinculũ perfectionis, ſiſis ſit omnium ſacramentorum, ſas non eſt credere, quòd cum de baptiſmo & poenitentia Chriſtus diuinum præceptum tulerit, hoc reliquerit ſine præcepto. Protinus autem ex hac ſententia ſuboritur dubitatio, quæ oriri ſolet circa præcepta affirmatiua, quorũ natura eſt, vt Theologi aiunt, obligare ſemper, ſed non pro quocunq; tempore: quando ſcilicet hoc præceptum, perſiſtendo in mero iure diuino, obliget. Ad hoc reſpondere pleriq; ſolent, quorum eſt loco citato Paludanus, obligare ſemel in vita, & ſaltem in articulo mortis. Et ratio eorũ eſt: quia cum ſic cenſeant fatiſ fieri præcepto, non arbitrantur arctius eſſe reſtringendum: quia præcepta non ſunt reſtringenda. Atq; idem dicunt de præcepto confeſſionis qua ratione ad ius attinet diuinum. Attamen opinio hæc non eſt veritati admodũ ſimilis, quoniam natura cuiuſq; præcepti ex eius ſine exiſtimanda eſt: cũ ergo ſiſis huius ſacramenti ſit nutritio ſpiritualiſ vitæ ad reficiendum eius iacturas, quas per peccata facimus, & ad protegendũ ipſam ab incurſu demonũ & carniſ inſultib9 eadem eius natura docet, q̃ ſit frequẽtiũ ſumendum. Ad hæc ſi eccleſia proſpexiſſet, ius diuinum tantũ obligare ſemel in vita, non nos ad tantam frequentia obligaret. Et tamè in eius primordijs, vt ſupra viſum eſt, quotidie populus communicabat, & poſtmodũ ter in anno, & iam modo ſemel tenemur. Atque idem de ſacramento confeſſionis ſuo loco dicemus. Secundò adijcimus, quòd niſi eccleſia tempus declarafſet, non poſſet ex iure diuino per certitudinẽ deprehendi, ſed cõiectura & prudentia humana. Et ideo fatiſ eccleſiæ Chriſtus conſuluit, dum ei facultatem reliquit, vt ſuo arbitratu illud tempus defini-ret. Vtrum verò articulus mortis ſit tẽpus quo ex præcepto teneantur fideles ſacramentum hoc ſumere, eſt dubium. Sylueſter nãq; verbo Eucharistiã. 3. §. r. ſentit nullũ eſſe præceptũ. Quare licet quis, inquit, per negligentiam in articulo mortis viaticum non ſumat, nullum incurret peccatũ mortale. Adrianus autẽ in materia de cõfeſſione. q. 3. ad primum argumentũ contrariũ cenſet: nẽpe euſmodi tũc negligentia lethalẽ eſſe. At Palu. loco citato. d. 9. q. r. ait, infirmum, qui paulò ante in ſanitate ſacramentum hoc ſumpſit, nõ teneri in

Quando obliget præceptum eucharistiæ.

Opinio auctoris.

Eccleſia tenet præcepti præfixit.

in articulo mortis iterato sumere. ¶ De hac verò re nescio an certa possit sentētia consti-
tuit. In primis enim nullū extat, aut diuinum, aut humanum præceptum de hac re expres-
sum. Canō enim solū iubet in paschate com-
municandum. Nihilominus vniuersalis eccle-
siæ mos infirmis perhibendi viaticū, per to-
tum orbem Christianū inuolabiliter obser-
uatus, magnū documētum est ex traditione
apostolorum tāquam diuino iure præceptū
descendisse. Accedit verbum cōcilij Niceni,
quod refertur. 26. q. 6. can. De ijs. videlicet, vt
de his, qui decedunt de corpore antiquæ le-
gis regula obseruetur: nempe, vt necessario
viæ suæ viatico non fraudentur. Noto enim
nomē legis, & necessario, quibus videtur infi-
nuari præceptū. Faciunt ad rē & plures eiuf-
dem causæ & quæstionis canones, & rursus
causæ sequētis. q. 1. & cap. Quod in te, de pœ-
nitē. & remis. quibus sanctissimè admonetur
vt neque illis, qui sunt in publica pœnitentia
communio sancta in articulo mortis denegē-
tur. Est siquidem maximū huius sacramenti
cōmodum in illo tēporis momēto tum con-
tra illusiones & pugnas dæmonū, tum præ-
sertim quod cum sit sacramētum charitatis,
quæ finis est & consumatio Christianæ vitæ,
qua Christo incorporamur, per illud profite-
mur decedere tanquam membra in Christo
viuētia. Vnde Inno. lib. 4. mysteriorum mis-
sæ, cap. 42. Necessario, inquit, sumendus est
agnus, vt à vastate angelo protegatur: neq;
exire possumus de Aegypto, nisi celebrando
phase paschalē agnum edamus. Et Eusebius
lib. 6. ecclesiasticæ historiæ cap. 34. historiam
refert Dionysij Alexandrini episcopi ad Fa-
bianum de quodā Serapione, qui dum letali
ægritudine iaceret, sentire se dixit detineri, vt
mori non posset: quia eucharistia ei non præ-
bebatur: quam cum assumpisset quasi cathe-
nis vinculisque disruptis animam exhalauit.
Vnde idem Dionysius infert, tāto beneficio
neminem in mortis articulo debere fraudari.
¶ Ex his ergo primū colligitur, qd qui renue-
ret tunc sacramentum sumere, non posset à
reatu mortali excusari, tum propter manife-
stum scandalū, tum quia non videretur amo-
rem erga Christum gerere, qui eius tunc cor-
pus non susciperet. Nihilominus si huiusmo-
di infirmus homo esset, qui frequenter in fa-
nitate sacramentum sumeret, & vt ait Palud.
paulò ante sumpisset, neq; vllū præsentise-
ret criminis remorsum, sed purā putaret ha-

280s vniuer-
salis ecclesiæ

Eucharistia
sumptio in
mortis arti-
culo necessa-
ria.

Innocen.

Resolutio.

bere conscientiam, licet non tantam adhibe-
ret diligentiam ad sumendam eucharistiam,
sed sine illa decederet, non esset peccati mor-
talis condemnandus. ¶ De illa autem Hispa-
norum cōsuetudine, qui condēnatis ad mor-
tem eucharistiam non ministrant, aliæ natio-
nes obmurmurant: quoniam nulla apparet
causa, cur si sint verè pœnitentes tanto bene-
ficio priuētur. Præcipuè cum secundū cano-
num sanctiones, vt habetur. 13. q. 2. can. Quæ-
situm, eadem illis communio sit danda. Et re-
vera forsan satius esset, vt cōsuetudo hæc no-
stra non seruetur. Præsertim cum sæpe per
hoc sacramentum fiat homo ex attrito con-
tritus, & suscipiat gratiam, quam nō recepit
in pœnitētia. Atq; adeò vlti sæpe venire pos-
set, vt defectu eucharistiæ anima eius periret,
qui alioqui saluus fieret. Excusare verò hanc
consuetudinem per ignorantiam non possu-
mus: nā satis Curia Hispana canones nouit.
Sed dicere debent non vsq; adeò eiusmodi
canones obligare, quin possint per contrariā
consuetudinē abrogari. Et fortassis ortus hu-
iusmodi consuetudinis, fuit, qd cum damnati
ad mortem à cōmunionē reipublicæ abscin-
dantur, in signum huius abscissionis negatur
eis sacramētum cōmunionis tanq; reipubli-
cæ hostibus. Accedit, quod apparet non ni-
hil irreuerentiæ irrogari sacramento, si qui sa-
cro sanctum Christi corpus suscepit, illico in
patibulum & crucē raperetur. Et quandoq;
propter mortis atrocitatem periculum vom-
itus imminere posset. ¶ Sed si quæras vtrum
vniuersi Christiani isto præcepto obligētur,
respōdetur primū, quod pueri non obligan-
tur vsq; ad duodecimū annū quādo alijs te-
nentur ecclesiæ legibus. Etenim licet paulò
ante in rationis crepusculo possint illud susci-
pere, tamen ad obligandum ad sacramen-
tum tam pœnitentiæ quàm eucharistiæ ma-
ior ætas requiritur. ¶ Argumēta igitur S. Thomæ soluta restant.
Primum. n. sumitur ex laude Cēturionis, qui
Christum intra tectum suum suscipere recu-
savit: quod maiorem videtur laudem signifi-
care sacramētum recusantis quàm suscipien-
tis. Ad quod respōdetur ex Gregorio in Pa-
storali, quod humilitas tunc est vera, cum ad
respiciendum quod vtiliter præcipitur, nō est
pertinax: Centurio autē præceptū non habuit
suscipiēdi Christū, veluti est nobis suscipiēdi
sacramētū: ob idq; licet illius humilitas cō-
mendetur, tamen qui à sacramento, quando
ecclesia

De dānatiō
ad mortem.

Primum ar-
gumentum.

ecclesia præcipit, abstineret, culpandus esset.
¶ Secundò arguitur. Cuilibet ab alijs absti-
nere licet, quæ non sunt de necessitate salu-
tis: hoc autē sacramētum, supra dictum est, nō
esse ã necessitate salutis: ergo licet ab illo ab-
stinere. Respōdetur ad minorē, qd licet nō sit
simpliciter de necessitate salutis, vt baptis-
mus, quātum ad pueros, nihilominus quan-
tum ad adultos vtrunq; sacramentum est de
necessitate: illud, scilicet, quia non possumus
sine illo gratiam regenerationis adipisci, hoc
autē, quia sine illo propter illius præceptum
non possumus eandem gratiam conseruare.
¶ Tertio arguitur. Peccatores non tenentur
cōmunicare, ait enim Fabianus papa in can.
Et si non frequētius, de conse. dist. 2. qd homi-
nes ter in anno communicēt, nisi forsan quis
maioribus criminibus impediatur: si ergo il-
li, qui sunt in gratia, communicare tenentur,
melioris conditionis sunt iniqui, quàm iusti.
Respōdetur negata maiori. Haud enim vult
pontifex peccatores à culpa excusare si non
communicant, quandoquidem sua culpa se
reddūt inhabiles, sed docet grauius esse pec-
catū indignè accedere, quàm præceptum ec-
clesiæ transgredi. Quare nō sunt melioris con-
ditionis quàm iusti, præsertim cum graue de-
trimentum inde patiantur, qd sacramento ca-
rent. Quando verò sunt pœnitētes, si ob ali-
quam causam iudicio proprii sacerdotis, vt
ait Innocē. papa, cap. allegato. Omnis vtrius-
que sexus, à cōmunionē abstinent, à culpa
tunc excusantur.

ARTICVLVS. XII.

Vtrum liceat corpus Christi sumere sine san-
guine.



VM sacramentum hoc, vt di-
ximus, in cibo & potu perficia-
tur, meritò propter morē ec-
clesiæ exhibendi laicis corpus
sine sanguine, quæritur vtrum
id sit licitum. Et S. Tho. distinctione præmis-
sa duabus respondet conclusionibus. Hoc e-
nim sacramētum & ex parte ipsius confide-
rari potest, & ex parte sumētium. ¶ Ex parte
igitur ipsius statuitur prima cōclusio. Sacer-
dotes de necessitate sacramēti atq; adeò præ-
cepti tenētur vtrunq; speciem cōsumere. Pro-
batur. Sacramētum non nisi in vtrunq; specie
quantum ad integram significationem perfici-
tur: est enim coniuuuiū ex cibo & potu con-

Secundum ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

Prima con-
clusio.

stans: sacerdotis autē munus est sacramentum
consecrare & perficere: ergo sicut nō potest
corpus sine sanguine cōsecrare: ita neq; vnū
sine altero sumere. ¶ Secūda cōclusio. Ex par-
te sumētium provide in quibusdam ecclesijs
obseruatur, vt seculari populo sanguis sumē-
tus non detur, sed tātum corpus: sanguis ve-
rò à solis sacerdotibus sumatur. Probatur cō-
clusio. Ad huius sacramēti sumptionem ma-
xima exigitur, tū reuerētia, tū cautela, ne qd
accidat, quod in iniuriā tāti mysterij vergat:
id qd in sumptione calicis præsertim contin-
gere posset, quippe qui si incautè sumeretur,
facilè posset effundi. Igitur cum crebrescēte
familia Christiana, cui & senū debilitas & iu-
uenum imprudentia, & paruulorū temeritas
cōmiscetur, difficile esset tātum discretionis
vbicq; & cautelæ adhiberi, vt non crebrò peri-
culum effusionis immineret, cōsultissimum
fuit populum à sanguinis poculo abigere.
¶ Vetus hæc est querela de cōmunionē sub
vtraq; specie, quā nuperrimè Lutherani in-
staurare conati sunt. Quiquidē sacrilegij nos
acriter accusant, qd cum Christus eodē tenore
dixerit, Nisi manducaueritis carnem filij
hominis, & biberitis eius sanguinem non ha-
bebitis vitam in vobis, populum à sumptione
calicis interdiciamus, vt est videre apud
Rossensem artic. 16. sub Leone decimo con-
demnato. Et quidem hic Caietanus radicem
moris huius in Nestorianos & Pelagianos re-
ducit, sicuti & aliū de eodē sacramento infan-
tibus porrigēdo. Attamē hunc secundū iam
supra art. 9. diximus nō esse vero simile apud
Pelagianos vgnisse, vt pote qui infantes, vt
vitam haberent æternam, nullo arbitrabātur
indigere sacramento. Neq; verò Nestoriani
in concilio Ephesino hoc errore notātur, sed
qd corpus in sacramento non diuinitati vnitū
credebant. An verò & hac quoq; intinēti fue-
rint macula, parum refert indagare. Fuit au-
tem antiquus mos Græcorum, vt Aeneas Syl-
uius de origine Bohemorū, & in epistola. 130.
quā de hac re luculēter scripsit, cōmemorat.
Imò & apud Dionysium de ecclesiastica hie-
rar. c. 3. vbi de sacerdote sacrificante loquitur,
idem ritus sub his verbis legitur. Velatum. n.
& non diuisum panem reuelans & in multa
diuidens, & vnionem calicis omnibus disper-
tiens, &c. Quæquidem consuetudo in eccle-
sia nōnullis durauit seculis, vt est videre apud
Cyprianum epistola. 2. vbi ait, qd martyribus
dabatur sanguis, vt acriores essent ad pugnā.
Et

Secunda con-
clusio.

Expositio ar-
ticuli.

Caietanus.

Aeneas Syl.

Dionysius.

Cyprianus.

Et sermone scilicet de lapsis subdit historiam de consecrato sanguine, quem puellæ ipse in os infudit. Et in historia Laurentij legitur dixisse Sixto, Experire vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensatione. Vbi notatur diaconum tunc ministrasse sanguinẽ populo. Et libr. 9. historiae tripartitæ. c. 30. refertur. Ambrosius hæc verba inter eius obiurgationem dixisse Theodosio. Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctũ Domini corpus? Qua temeritate ore tuo poculũ sanguinis preciosi percipies? Igitur non modò inter hæreticos, verum & inter catholicos ritus ille multo tempore inualuit, adeò vt temporibus. S. Thomæ nondum fuerit abolitus. Dicens enim in quibusdam ecclesijs prouidẽ ritum nostrum obseruari, insinuat cõtrarium quandoq; fuisse vniuersalem. Et Beatus Rhenanus in annotationibus in Tertullianũ lib. de corona militis, antiquas historias refert & Benedictinorum & Carthusianorum, quibus legitur solitum fuisse sanguinem ministrari laicis, quem è calice fistula argentea vel aurea exorbebãt. Quem morẽ nunc & nonnulli Cisterciensiu & Romæ cardinales celebrãte Pontifice seruãt, postea verò tẽporis cũ ritus noster tanquã tutor & cautior crebresceret VVicleffista in Praga, & Pragenses ciues cõeperunt edicto publico proclamare necessariam esse communionẽ sub vtraq; specie, nostrumque adeò morem esse hæreticum. Neq; verò anti qui tantum hæretici VVicleff & Ioan. Hus vt loco citato ait Aeneas Syluius, illius dogmatis autores fuere, sed quidã Petrus Dresensis in Pragam illud inuexit, vbi tunc Iacobellus literis clarus præsidebat, qui illud est amplexatus. Quapropter illorum error condemnatus fuit in concilio Constantiensi sessione. 13. Vbi habetur consuetudinem hanc nostrã ad euitandum aliqua pericula & scandalum rationaliter introductã, licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraq; specie (non dicit ab hac vel ab illa ecclesia, sed à primitiua) postea à conficientibus (scilicet à sacerdotibus) sub vtraq; & à laicis tantum modò sub specie panis suscipiatur: cum firmissimẽ credendum sit & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem tam sub specie panis quã sub specie vini veraciter contineri. Et subditur eiusmodi consuetudinem diutissimẽ iam tunc fuisse obseruatam.

Laurentius.

Ambro.

Rhenanus.

Pragenses.

Iacobellus.

Concilium Constantiense.

Quare Ioannes Gerson inter sua opuscula, & Turcremata super can. Cõperimus, de consecra. d. 2. qui illa etate floruerunt, copiosẽ de hac re scripsere. Sed nihilominus Lutherus hæresum omnium sentina in Bohemorum errorem iuratus, apud Germanos eundem iam putrem suscitauit. Contra quem & Roffensis eodem art. 16. & Clichtoueus lib. 1. de forma missæ cap. 28. & infra egregiẽ disputarunt. Colligamus ergo duas conclusiones, quarum prior sit. Communio sub vtraq; specie non est, quasi sit cõtra ius diuinum, condemnata, quin imò & euangelica verba videntur illi superficie tenẽ patrocinari, & præterea antiqua ecclesiæ cõsuetudo. Quo fit vt per eiusdem ecclesiæ priuilegium possit nunc etiam indulgeri quibusdam illustribus, vt Cæsari & regibus, & cardinalibus non sacerdotibus, vt possint cum omni decencia & cautela sanguinẽ sumere. Posterior cõclusio. Ecclesia cõsultissimẽ ac sanctissimẽ interdixit populo huiusmodi sanguinis cõmunionẽ. Et qui dixerit eandẽ sanctã ecclesiã id nõ potuisse aut non debuisse facere, manifestarius hæreticus est. Et quidẽ quòd hæc habeat potestãtẽ nullum est dubium, vt potẽ cui spiritus sanctus in suis condendis decretis assiluit. Si enim verum est quòd apostoli solennem formam baptismi bona causa mutarunt, baptizantes in nomine Domini Iesu, nihil mirum si ecclesia hunc ritum emẽdauerit. Tametsi fatear illud apostoli, quia erat mutatio formæ, quæ est de essentia sacramenti: absq; speciali reuelatione nequiuisset facere. Hæc autem mutatio non est nisi de vsu sacramenti, qui non est de eius essentia: & ideo absq; alia reuelatiõẽ per generalem prouidentiam facere id potuit, sicuti aliquando eadem ecclesia sanxit, vt fideles abstineret à suffocato & sanguine. Et cõsuluit, vt bona sua Christiani ad pedes apostolorum afferrent. Quæ quidem pro ratione temporum mutata sunt. Quòd autẽ constitutio hæc decetissima fuerit argumentum, quòd hic adfert. S. Thomas potissimũ est de periculo effusionis. Accedit autẽ & secundũ ob corruptionis periculum. Debet enim sacramentum hoc paratum esse pro infirmis, vt de consecratio. distinctio. 2. can. Presbyter, iubetur: vinum autem facillimẽ acescit, & corrumpitur. Et tertia ratio est, quòd multis vinum horribile est & nauseam mouet, & infirmis sepe haustus eius noxius est. Et quartò, posset prouincia tanta vini inopia laborare, vt

Lutherus

Prior conclusio.

Posterior conclusio.

Decetissima ecclesie decretum, vt laici sub vna specie communi cent.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

vt

vt non posset copia pro populo haberi. Vnde Albertus Magnus in libello de corpore Christi censet, vt tali casu papa dispesaret, vt corpus sine sanguine consecraretur, cui nos tamen opinioni dist. 9. quæst. 1. cum Innocentio refragati sumus. Quintò, & id fuit concedens ad repellendum errorem eorum, qui, vt VValdenfis loco citato refert, cõsebant non totum Christum sub vtraq; specie contineri, sed tantum corpus sub vna, & sanguinẽ sub altera. Vnde originem duxit eorum hæresis, qui ad complendum sacramentũ bucellam sanguine tinctam ministrabant populo. Quem quidem abusum Iulius Papa can. Comperimus de consecra. d. 2. damnauit. Similiter nanq; ecclesia, vt supra dictum est, ad propulsandum. Hebionitarum hæresim dicendum seruandas esse Iudaicas ceremonias, instituit vt consecraretur in fermentato. In his enim, quæ non sunt de necessitate salutis aut sacramentorum cõsultissima ecclesia tẽporum rationes obseruat. Sexta demum ratio adhibetur, vt inter sacerdotes & populũ hac dignitate discriminetur. Haud enim decet in hoc sacrificio pares esse. Habet quippe sacrosancta eucharistia, vt sæpe diximus, & rationem sacrificij & rationem sacramenti. Et quatenus sacrificiũ est oblatio, qua sacerdos nomine populi Christi: hostiam viuã, sanctam & immaculatam Deo offert. Nam etsi plebs dicatur suo ordine tanquã assilens offerre, sacerdos tamen est qui consecrat, & tanquã singularis ecclesiæ minister perficit sacrificiũ, ac subinde debet passionẽ ipsam perfectissimẽ repræsentare, in qua sanguis à corpore effusus fuit. Atq; adeò vtrunq; tenetur, tum consecrare, tum perinde sumere. Qua verò ratione sacramentum existit, vsus eius est, gratiam infunderet & charitatẽ, qua populis in vnum corpus coadunatur. Illa verò gratia virtute corporis abundẽ participatur. Quòd si in bis Paulum obieceris. 1. Corin. 10. dicentem. Multi vnũ sumus, omnes qui de vno pane & vno calice participamus, respondetur in primis Græcẽ non legi. Et de vno calice, vt Roffensis hic bene adnotauit, sed paulò atẽ habetur, Calix benedicti ois, cui benedicimus (scilicet sacerdotes) non ne communicatio corporis Christi est? Secundò respondetur, in illa sacerdotis oblatione per modum cibi & potus omnes participare: quia pro omnib; offertur, & omnes suo modo offerunt. Sed quantum ad sumptionem sub speciebus panis omnes

Ratio. 5.

Ratio. 6.

Eucharistia sacrificiũ sacramentũ.

1. Corin. 10.

simul suscipiunt sanguinẽ. At verò quoniam Lutherus vtrũq; negat, scilicet & missam sacrificium esse, & aliquos esse præ alijs sacerdotes, imò vniuersis Christianis id muneris tribuit, vniuersos in sumptione vtriusq; speciei exæquat. Quòd si figuras sacramenti huius spectemus, Melchisedec sacerdos vmbra Christi panem & vinum offerebat, vt Genes. 14. legitur: tamẽ in esu agni Paschalis, aut in manna, quibus in figuram sacramenti huius populus partus est, nulla fuit facta mẽtio vini, sed tantum cibi. Et Christus dũ tanquã præambulum huius sacramenti miraculum; quinq; panum, quibus turbas satiauit premi sit, nullam fecit vini aut potus mentionem. Et vt in. 4. d. 11. q. 2. art. 1. ait D. Tho. in veteri lege, qui animalia sacerdotib; in sacrificium offerebant, partem eorum quandoq; sumebant, de liquidis autem libaminibus oblati, vt de vino & oleo, vt legitur Leuitici. 23. nihil populus resumebat, sed in solum vsu sacerdotũ cedebat. Adde quòd etsi panes propositionis qui erant super altare in templo, populus semel in hebdomada ederet, tamen sacrificiorum sanguinem, vt Leuitici. 3. & infra sæpe legitur, solus sacerdos tractabat liniens altaris cornua. Aduersus hanc verò catholicam veritatem hæretici plura congeminant argumenta. Primò enim opponunt de loco illo Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis, vbi cum sub eodem tenore sanguis nominetur & caro, vtrunq; vt necessarium iubetur. Ad hoc pleriq; eorum, qui hac de re differunt, respondet verbum illud intelligi non de manducatione corporis aut sanguinis in sacramẽto, sed per metaphorã de incorporatione in Christum per fidem cui respondet in gloria eius, & potus per visionem iuxta verbum eiusdẽ seruatoris. Ego dispono vobis regnũ, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Quemadmodũ, & Christus dicitur panis angelorum. Atq; hæc glossam firmiter hic sequitur Caietanus. At verò proculdubio locus hic de manducatiõẽ sacramẽtali intelligitur. Quare probẽ D. Tho. art. præcedenti præceptum in hoc loco fundauit sumptionis eucharistiæ: nam vt dist. 9. q. 2. arti. 1. monstrauimus, quamvis à principio Christus illic locutus fuerit de illiusmodi manducatione per fidem, postmodum verò potissimũ in illis verbis de sacramentali, carne & sanguine eius loquitur, At-

Confirmatur institutio ecclesie figuris veteris testamenti.

Hæreticorum argumenta. Primum argumentum.

Dilutio.

Sententia autoris.

que vtrunq; vt illic mōstrauimus, Augustinus optimē agnouit. Quare nec debuit Caietanus negare, vt hic negat, sacramentum hoc voto in baptismo suscipi, vt D. Thom. cum eodem Augustino quat. 73. art. 3. constituit. Id enim Diuus ille contra Pelagianos decreuit ob id quod pueros arbitrabantur sine peccato nasci, atq; adeo sine vilo sacramēto esse dignos vita eterna. Cuius erroris ipsos ex hoc verbo redarguit, Nisi manducaueritis, &c. non habebitis vitam in vobis. Et ideo concludit esse hoc sacramentum de necessitate salutis saltem in voto, quod includitur in baptismo. Neq; tamē inde infertur, vt Caietanus censet, baptismum in suo effectu gratiæ ab eucharistia dependere, sed solum sequitur, hoc sacramētum, quod est vinculum charitatis atq; adeo sacramētorum finis, spiritua liter includi in baptismo quod est sacramentum fidei per charitatem operātis. Respon deri ergo ad euāgeliū potest dupliciter. Vno modo, vt Nisi māducaueritis, &c. dictū sit ecclēsiæ in communi, id est, Nisi manducaueritis, vt ecclēsia disposuerit, carnem & sanguinem, &c. Ex dispositione autem ecclēsiæ sacerdotes & ore ipsorū plebes sumunt vtrūq; singuli tamen plebis solum corpus. At verò interpretatio hæc non est admodum textui grata: cum enim ait, Non habebitis vitam in vobis, singulis dictum insinuat. Responso ergo est, quam citata synodus Constantiensis innuit: videlicet, quod sub speciebus panis caro simul & sanguis sumitur: nā licet sanguis illic nō sit nisi ex naturali cōcomitantia, tam verè est ibidem quàm corpus. Quod si Inno. cen. in de mysterio missæ opponas, qui lib. 4. cap. 21. ait, nec sanguinem sub specie panis bibi, nec corpus sub specie vini māducari, ipse se ibidem exponit. Ait siquidem vtrunq; simul sub vtraq; specie sumi. Sed tamē sanguis sub specie panis nō bibitur sub signo potus, neq; in calice manducatur corpus sub signo cibi quapropter à sacerdote non perficitur sacramentum nisi vtroque modo consecret & sumat. Nihilominus dum sub forma panis comeditur corpus, sumitur sanguis. Quare Christus non dixit, Nisi manducaueritis carnē sub specie panis, aut biberitis sanguinem sub specie vini, sed simpliciter, Nisi manducaueritis, &c. vt manducatio referatur ad res, quæ ambæ sub vtraq; specie continentur. Secundus locus ab hæreticis obiectus est ille Luc. 22. Hoc facite in meam com

Innoc.

Secundum argumentum hæreticorū.

memorationem. Vnde duplex exstruunt argumentum. Prius ex forma præcepti, posterius ratione exempli: quia dedit discipulis corpus, & seorsum sanguinem dicēs, vt Matthæus refert, Bibite ex hoc omnes. Hoc autem pariter Caietanus infirmare contendit, quasi nō sit præceptū simpliciter sic faciēdi, sed quod quotiescūq; fiat, fiat in eius memoriam, vt ecclēsia refert. At verò, vt arti. præcedenti cum Sancto Thoma dicebamus, non est negandum esse præceptum. Alioqui non haberemus fundamētum præcepti celebrandi in ecclēsia. Sed nihilominus verbum illud, facite, multiplicē habet sensum. Primū enim per illud instituit Christus discipulos sacerdotes, præcepitq; adeo eis iuxta dispositionem ecclēsiæ celebrare & populo sacramentum dispensare, ac subinde populo iussit, secundum eiusdem ecclēsiæ dispositionem, sacramentum sumere. Quemadmodum præcipiens apostolis Matth. vlt. baptizare, ex rei consequentia iussit cunctis, vt baptizaretur. Et quando Ioan. 20. tradidit eis spiritum sanctum, tanquàm facultatem remittendi peccata, in virtute præcepit Christianis, vt ea confiterentur. At verò si rigorem verborum, vt sonant, attendamus, quando tradidit corpus vt est apud Lucam, dixit, Hoc facite, post calicē verò id non adiecit. Vnde & Paul. 1. Corinth. 11. pariter in traditione corporis cōmemorat dixisse, Hoc facite, sed in porrectione calicis non ait nisi, Hoc facite quotiescūq; bibetis in meam commemorationem, vt ecclēsia refert: vbi non subiungitur vniuersale præceptum bibēdi, quod omnes liget, sed secundum ecclēsiæ ritum. Quod si nimis curiosam hæc adnotatio videatur, respōdetur secundò quod quauis Christus præcepto illo vniuersalem fidelium ecclēsiam comprehendit, nihilominus apostolis ecclēsiam tunc representantibus positum est. Quare in communi est intelligendum secundum ecclēsiæ dispositionē, quæ est vt sacerdotes vtrunq; speciem sumant: populus verò propter causas supra dictas, sub vna specie vtrunq; rem. Quocirca neq; exemplum Christi in cōtrarium mouet, quippe qui non plebi, sed dūtaxat apostolis, quos sacerdotes instituebat, vtrunque communicauit speciē, atq; adeo verbū Matthæi, Bibite omnes, non ad omnes Christi fideles, sed præcisē ad apostolos, ac perinde ad sacerdotes palā refertur. Imò ne iste ecclēsiæ ritus tam nouus censetur, exēplo ipsius Christi

Christi est plurim.

Antiquitas cōmunitatis in sola specie panis.

Christi & apostolorum conuicti ostenditur. Discipulis enim euntibus in Emaus, vt Lucæ 24. legitur, in fractione panis absq; vlla vini mentione sui perhibuit documentum. Augustinus enim in sermone illius feriæ secundæ Paschatis, & autor imperfecti in homilia. 17. & Beda lib. 6. super Lucam, illam fractionem in qua discipuli eum cognouerunt, sacrosanctum eucharistiæ sacramentum fuisse autumant. Item Actuum. 2. legitur, quod tunc fideles erant perseverantes in doctrina apostolorum, & in communicatione fractionis panis, & in orationibus, quod boni auctores intelligūt de fractione sacramenti. Atqui in historia Iacobi Alphei legitur, qd cum mortuo Christo iurasset non comestū ire panem quo usq; resurrexisset, apparuit ei Dominus, deditq; panem, qui creditur sacramentalis, vbi nulla fit mentio vini. Et in oratione Domini ca petimus panem quotidianum, quod plurimi de sacramēto glossant. Et vt supra diximus, atq; VValdenis loco citato cap. 90. cōmemorat, in vsu fuit apud quosdā, vt parochiani farinam conferrent, qua fieret panis pro omnibus consecrāndus, & non vinum. In cuius memoriam relicta fuit distributio panis benedicti in ecclēsia sine vino. Accedit deniq; qd Pius papa decimus à Petro circa annum Domini. 160. vt refertur de consec. dist. 2. can. Si per negligentiam, cavit, vt si sanguis super terrā stillaret, sacerdos quadraginta diebus pœneret, & si super altare quatuor diebus, vbi de secularibus nihil meminit, quod est indicium iam tūc inchoatum morem subtrahendi sanguinē populo. Postremum argumentū sumitur, ex detrimento gratiæ: nam cū sanguis perinde sit virtus conferendi gratiam atq; corpus, apparet vt distinctus gradus gratiæ infundatur per sanguinē ab illo, qui infusus est per corpus: quo ideo nō debet populus orbari. Argumentū apud Lutheranos nullum est: quippe qui nullā gratiā per sacramenta conferri censent, sed ab alijs bifariam respōdetur. Primum, quod nulla est absurditas concedere, auctiorem gratiam sub vtraq; specie sacerdotibus concedi, quàm populo sub vna. Nam cum effectus sacramenti abunde per sumptionem corporis conferatur, præcipuam curam ecclēsia habere debuit cauendi periculū effusionis sanguinis: & ideo nullam iniuriam fecit secularibus, dum eum illis subtraxit. Secundò & verius & populo plausibilius respondetur, tantā, imò eandē præcisē

Postremū argumentum.

gratiā cōferri sacerdotibus sub ambabus speciebus, quā populo sub altera. Etenim, vt scitè hīc docet. Caiet. gratia nō minus confertur virtute illius rei, quæ sub speciebus continetur per concomitationē, q̄ virtute illius, quæ cōtinetur ex vi cōsecrationis. Quare gratia, quæ in sumptione corporis infunditur, tā virtute sanguinis datur illic cōtenti quā virtute corporis. Quocirca quando postmodū sacerdos sanguinem seorsum sumit, quia eius effectum iam sumpsit, non amplius recipit sicut si vnam hostiam post alterā sumeret. Si verò, dum sumebat corpus fortè non erat dignè dispositus, vt gratiā susciperet, & dispositus est in sumptione sanguinis, tunc eadem virtute sanguinis simul & corporis recipiet. Quod autem Caietanus addit, species sacramentales nō esse instrumēta conferendi gratiam sed solum corpus & sanguinem, minime salua eius gratia crediderim: nā postquā species sunt sacramenta, vt supra dictum est, scilicet signa tā corporis contenti, quàm gratiæ quæ confertur, non est cur non sint eius causa, vt aqua baptismi. Sed verum est qd nō sunt causa nisi virtute corporis & sanguinis. Argumentum primū ducit. S. Thomas auctoritate Gelasij de consec. dist. 2. can. Comperimus, vbi quosdā obiurgat qui tantum modò corporis sacri portionē sumpta à calice sacri cruoris abstinebant, iubens, aut qd integra sacramēta suscipiāt aut qd ab integris abstineant. Respōdetur autē, canonem illum peculiariter loqui de sacerdotibus iuxta sententiam cōcilij Toletani duodecimi, quæ ibidem can. Relatum, refertur. Quale .n. inquit, erit sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Secundò arguitur. Ad perfectionem huius sacramenti concurrunt & manducatio corporis & potatio sanguinis: ergo si corpus sine sanguine sumatur, imperfectum erit sacramentū, quod ad sacrilegium pertinet, iuxta verbum ibidem Gelasij. Diuisio vnus eiusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio provenire non potest. Respondetur perfectionem huius sacramenti non consistere in vsu, vt supra dictum est, sed in consecratione materiae. Ob idque dum modò sacerdos vtrunq; sumat, illic perficitur, & ideo nihil ei derogatur, licet populo non sub vtraq; specie ministratur. Tertio. Hoc sacramētū celebratur in memoriam Dominicæ passionis, sumiturque in salutem animæ: sed passio magis exprimitur in sanguine quàm in corpore

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

pore, & vt supra cum Ambrosio dictum est, sanguis ad animam refertur, sicut corpus ad corpus: ergo potius a corpore quā a sanguine esset abstinendum. Respondetur, representationem passionis in ipsa consecratione, & sumptione sacerdotis peragi, qui cum nomine publico omnium sanguinem sumat, nihil detrimenti populus accipit, licet sanguis ei sub specie vini auferatur.

Q V A E S T I O S E - cunda: de modo quo Christus vsus est hoc sacramento.

S. Thom. 3. par. quaest. 81.

ARTICVLVS. I.

Vtrum Christus sumpserit suū corpus & sanguinē.



VM definitum sit, ad perfectionem sacramenti pertinere, vt sacerdotes corpus & sanguinem sumant accomodate quaeritur, vtrum in hoc Christi exemplū imitetur. Haud enim defuerunt qui dicerent, Christum corpus qui dem suum dedisse discipulis, non tamen sumpserit. Contra quos statuitur conclusio. Christus primò proprium corpus consecrauit & sumpserit, ac deinde discipulis sumendum tradidit. Probatur primò autoritate Hieronymi in epistola ad Hedibiam, q. 2. quae refertur can. Nec Moyses, de consecra. dist. 2. dicentis Dominus Iesus Christus ipse conuiuia & conuiuium, ipse comedens & qui comeditur. Secundo confirmatur ratione: Christus, n. qui vt legitur Actuum. 1. coepit facere & docere, ea quae ab alijs obseruanda instituit, primitus obseruauit. Vnde prius quam baptismū suum instituerit, baptizari voluit. Cum ergo sacerdotibus, vt dictū est, iusserit haec facere in sui commemorationem: scilicet, consecrare, & sumere, sequitur vt ipse prius fecerit. Adijcitur & glossa super illud Ruth. 3. Cum comedisset & bibisset, quae ait, qd Christus comedit & bibit in coena, cum corporis, & sanguinis sui sacramentū discipulis tradidit. Vnde quia pueri communicauerunt de carne & sanguine, ipse participauit eisdem.

Conclusio.

Contra quos statuitur conclusio. Christus primò proprium corpus consecrauit & sumpserit, ac deinde discipulis sumendum tradidit. Probatur primò autoritate Hieronymi in epistola ad Hedibiam, q. 2. quae refertur can. Nec Moyses, de consecra. dist. 2. dicentis Dominus Iesus Christus ipse conuiuia & conuiuium, ipse comedens & qui comeditur. Secundo confirmatur ratione: Christus, n. qui vt legitur Actuum. 1. coepit facere & docere, ea quae ab alijs obseruanda instituit, primitus obseruauit. Vnde prius quam baptismū suum instituerit, baptizari voluit. Cum ergo sacerdotibus, vt dictū est, iusserit haec facere in sui commemorationem: scilicet, consecrare, & sumere, sequitur vt ipse prius fecerit. Adijcitur & glossa super illud Ruth. 3. Cum comedisset & bibisset, quae ait, qd Christus comedit & bibit in coena, cum corporis, & sanguinis sui sacramentū discipulis tradidit. Vnde quia pueri communicauerunt de carne & sanguine, ipse participauit eisdem.

ne, ipse participauit eisdem. Lutherus, ne quid reliqueret, quod non peruerteret, in illo suo pudendo libello de abroganda missa priuata, hanc veritatem abnegat, dicens Christum minimè se ipsum sumpserit. Quocirca collectionem hanc D. Thomae retrouertit. Ex hoc enim, qd sacerdotes sumunt, colligimus nos, Christum sumpserit. Ipse verò dicens Christum non se ipsum sumpserit, colligit qd neq; sacerdotes debent sumere, sed populo vtranq; speciem ministrare, vbi consecrantes deterioris in hoc facit conditionis. Contra eum disputat Iodocus lib. 2. de officio missae cap. 21. Et qd sacerdotes debeant sumere multis ecclesiae canonibus constitutum est, quibus subinde ipse de haeresi condemnatur. Est enim concilium Toletanum modò citatum can. Relatum, vbi probatur, qd si sacrificantes non edunt, rei sunt dominici sacramenti, per illud. 1. Corin. 10. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Nam si participare hostias est ipsas edere, & sacrificantes potissimum sunt participes, fit vt ipsi primum edere debeant. Quare sacerdos non sumens, vno anno a communionis gratia repellitur. Idem constituit Gelasius in citato cap. Comperimus. Et re vera si sacerdotes non debent sumere, inferiores essent sacerdotibus veteris legis, qui vt Leui. 6. & 7. legitur, prius de sacrificijs ipsi sumebant, quam populo impartirent. Quapropter licet id falsò admitteretur, quod Christus proprium corpus non sumpserit, iniqua nihilominus esset collectio ad sacerdotes, quia Christus nulla indigebat sacramentali gratia, vt sacerdotes, qua ideo priuandi non erant. At qd & Christus sumpserit quod alijs tradidit, licet non sit in euangelio expressum, sunt tamen praeter euangelicas coniecturas, probatissimi autores id affirmantes. Fuit enim huius figura Dauid, qui, vt legitur 1. Reg. cap. 21. coram Achis rege Geth suis se manibus ferebat: sic enim Christus, & suum corpus suis tenebat manibus, & suo sumebat ore. Vna autem argutiuncula posset forsan scrupulū iniicere: si quis quaerat vtrum quando dixit, Accipite & comedite, ipse comederat, an minimè. Si. n. dixeris comedisse, stat contra qd non ipsum tunc consecrauerat: nam per subiuncta verba, Hoc est corpus meum, consecrauit. Si verò nondum comederat, apparet non prius quam discipuli comedisse: nam porrigens eis dixit, Hoc est corpus meū. Veruntamen facile hoc per ea, quae supra diximus

Expositio ar. ricali.

Concilium Toletanum.

Leuiti. 6.

Christus sum pserit.

Argutiuncula.

mus, soluitur: videlicet, quod prius in tredecim bucellas panem fregerit, quas cum simul haberet indisco, quem manibus tenebat dixit, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, suam praesumens bucellam: faciebat enim cum illis conuiuium: & ratio conuiuij exposcit, vt inuitans cum conuiuiis conuiscatur. Id quod & testimoniū eiusdem euangelij plane confirmat: ait enim. Desiderio de fideraui hoc Pascha manducare vobiscū. Quasi dicat, vt ego ipse & vos simul illud manducaremus. Et rursus, Non bibā amodò de hoc genimine vitis donec bibā illud nouum vobiscū in regno patris mei. Vbi denotatur tūc bibisse. Vnde praeter auctoritates Hieronymi & glossae citatas, est Chrysostomus homilia. 83. super illud Mat. 26. Bibite ex hoc omnes, vbi secundam subdit rationem dicens. Bibit ex eo, vt audientes hoc non dicerent. Quid sanguinem bibo, & carnem manduco? Vt enim non turbarentur, sicut turbati fuerant, quando multi abierunt retro, prius sanguinem suū bibit. Et Isychius egregi⁹ autor super illud Leuiti. 8. Cumq; de sanguine arietis, &c. Primū inquit, sacerdos deinde filij eius sanguine vnguebantur, quia Christus in coena prius sanguinem accepit, deinde discipulis dedit.

Testimonia euangelica.

Chrysosto.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

sumptum debet esse diuisio: Christus non est a se diuisus: ergo non potuit se sumere. Respondetur, qd Christus, vt supra dictum est, in sacramento non comparatur ad locum per proprias dimensiones, sed per dimensiones specierum: vt vbiq; sunt ipsae, sit eius corpus & sanguis. Vnde quia species potuit habere in ore & stomacho, ad comestionem earum comedit se ipsum. Quare ad hoc non requiritur diuisio inter sumentem & sumptum, sed quod diuersimodè ponatur in diuersis locis. Quare si localiter, vt est in celo, poneretur in alio loco sibi proximo, non posset suum corpus edere. Tertio arguitur. Duplex est manducatio sacramenti: scilicet, spiritualis & sacramentalis: spūalis autē non competebat Christo, vt pote qui nihil gratiae per sacramentum accepit: sacramentalis verò nuda, est imperfecta solis peccatoribus propria: ergo neutro modo Christus sacramentum sumpserit. Alexander Alēsis, 4. pa. q. 44. mēb. 2. refert quosdam propter hoc argumentum dicentes, Christum se manducasse singulari modo, nec tamen spiritualiter nec sacramentaliter: ipse autem prius censet qd manducauit se sacramentaliter sed non spiritualiter, sed postea vergit in solutionem. S. Thomae, quae est tāquam legitima amplectenda: videlicet, qd manducauit se & spiritualiter, & sacramentaliter. Tamen nullū aut gratiae aut charitatis augmentum tūc susceperit, quia nullius egebat: sumpserit tamen spiritualem gustum & delectationis suauitatem & dulcedinem, quae, vt supra diximus, sunt etiam effectus huius sacramenti. Id quod patet ex illo Luc. 22. Desiderio de fideraui manducare hoc Pascha vobiscum. Quod Eusebius Emisenus de hoc mysterio noui testamēti interpretatur. Desideriū nāq; illud testis erat spūalis letitiae. Quod autē sumpserit sacramentaliter non est dubiū, postquam sumpserit corpus suū sub sacramento. At verò summi sacramentaliter sine augmento gratiae accidit ex eo, qd sumens non est capax gratiae. Hoc autē cōtingit dupliciter, aut quia opponit illi obicē, vt peccator, aut quia ita fit gratia plenus, vt augmentū recipere nequeat, vt Christi⁹.

Tertium ar. gumentum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum Christus dederit Indae corpus suum.



Via mirabile est ei Christū suū tradidisse corpus in cibum tanq̄ charitatis indicium qui ipsum per

Conclusio.

summum odium tradebat in crucem, quaeritur an hoc verum fuerit. Et S. Tho. recitat opinionem Hilarij super Matthæum, qui negat Iudæ fuisse sacramentum comunicatum: affirmat verò ipse contrariam conclusionem scilicet, q̄ Iudas cum alijs discipulis corpus Dñi & sanguinem suscepit. Et probat primò autoritate Chrysol. hom. citata. 83. sup Mat. Vbi ait, q̄ cum proditor ineffabilibus mysterijs comunicasset, idem permansit, & diuina mensa susceptus in melius commutari noluit: quia tali animo mysterijs susceptis nec timore, nec beneficio nec honore melior factus est. Cui accedit & Dionys. 3. cap. ecclesiasti. hierar. Vbi ait, q̄ Christus non pius neq; cõcordem, videlicet, Iudæ secum in cœnâ percepserat. Idq; ait inter loquendū de sacramentali cœna. Et Aug. tract. 62. super Ioan. ait q̄ Dñs omnibus discipulis distribuit sacramentum corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, vt Lucas, inq̄, ipse narrat. De quo statim subditur & ratio: nam quauis Iudæ nequitia sacraam illam cõmunionem non meruisset magisterio tamen Christi, qui nobis futurus erat exemplum iustitiæ, cõgruebat vt occultum peccatorẽ sine accusatore & euidẽti probatione ab aliorum cõmunionem non separaret, ne per hoc daretur exẽplum prælatis ecclesiæ familia faciẽdi, & ne ipse Iudas exasperatus occasionem inde peccandi sumeret.

Expositio articuli.

De hac re ob id doctores discordant, quòd nonnulli colliguntur ex euangelijs coniecturæ in vtrâq; partem. Vnde Inno. lib. 4. mysteriorum missæ cap. 13. in partem Hilarij libentius inclinât, tametsi aliâ August. opinionem non respuat. Quam, præter locum citatum etiam tenet in epist. 163. & super Psalmum decimũ, quòd refertur. 1. q. 1. ca. Christus. Cui concordat & Hiero. super illud Marci. 14. Berunt ex eo omnes. Si tamen ille eorum fuerit commentariorum autor. Et Bernardus in quodam sermone, vbi ait, in eadẽ mensa sunt Petrus & Iudas. Et Aymo sup Pau. 1. Corin. 11. Et Remigi, super Mat. c. 26. Et Leo in quodam sermone de passione Dñi. Quapropter sententia hæc est tanquam sanctorum cõmunis, imò tanq̄ euangelio affinis amplectenda. Vt autẽ res magis p̄spicua fiat, dubitare nõ licet, quin omnes discipuli, qui dũ Christus consecrauit, præsentes aderant, sacramento comunicauerint. Dixit enim, vt Mat. refert, Bibite ex hoc omnes, Et Marcus ait, q̄ biberunt ex illo omnes. Sed status litis est, vtrum

Sanctorum testimonia.

tunc aderat Iudas, an verò iam exiuerat. Præmittenda igitur est forma, & ordo cœnæ, quæ ^{Euangelica} ^{historia.} duas habuit partes. Primò enim sedes cœnauit Paschalem agnũ, & illã appellat Ioã. cap. 13. cœnã, cum ait, Et cœna facta cum diabolus, &c. Vnde August. tract. 55. super Ioann. Non ita, inquit, debemus intelligere, cœnam factã quasi iam consummatã: nã postea recubuit, & bucellã suo traditori dedit, surgens à cœna & positis vestimentis lauit discipulorũ pedes, etiam Iudæ: nã ait, Et vos mudi istis sed non omnes: sciebat enim quisnã esset qui traderet eũ. Deinde resumptis vestimẽtis iterũ recubuit, & tunc ait. Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Et tũ Petrus suggessit Ioãni recumbẽti supra pectus Dñi, vt ab eo quaereret quisnã esset. Cui Dñs secretò ait. Ille cui ego intinctũ panem porrexero. Et tũ dedit Iudæ intinctam bucellam, & cõtinuò exiuit. Hęc apud Ioannẽ. At quia ipse nihil de instituto sacramento meminit, dubiũ reliquit quãdo id fuerit institutũ. Sed citra dubium instituit illud post lotionẽ pedum in secũdo recubitu. Ille enim ordo erat necessarius, vt (quẽadmodum eodẽ loco ait Beda) cõpleta prius figura veteris Paschatis, hoc est, esu agni, institueret nouũ sacramentum. Ante cuius institutionẽ necessum erat pedes lauare, ad significãdam summã mundi tiem: quæ ad eius sumptionem esset necessaria. Igitur dum ait Mat. Cœnãtibus illis accepit Iesus panẽ, &c. non accipit cœnã, sicut Ioannes, pro esu agni, sed pro tota cœna constante ex primo accubitu, & secundo recubitu, nam licet fuerit per lotionẽ pedum interpolata, tota vocatur vna cœna. Et q̄ tunc assideret illic Iudas docet palã Lucas. c. 22. vt Chrysostomus & August. supra citati aiũt. Apud quem postq̄ Christus dixit. Hic est calix noui testamenti in sanguine meo, qui pro vobis effundetur, continuò subdit. Verũtamen ecce manus tradentis me mecũ est in mensa. Cum ergo, vt Marcus ait, omnes ex illo biberint, fit consequens, vt Iudas quoq; sumplerit sacramentum. Quare sententia hæc non solum tanquam doctorum, sed etiam tanquam euangelij est suscipienda.

Luc. c. 22.

Argumenta verò, quibus Hilarius & Innocentius hallucinati sunt, adfert D. Thom. Primum est hoc. Vt Mat. 26. legitur, postq̄ Dñs corpus suũ & sanguinem discipulis tradidit, subiunxit. Nõ bibam amodò de hoc genimi ne vitis vsq; in diem illũ, cum illud bibã vobiscum

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

biscum nouum in regno patris mei: cũ infelicis autẽ Iuda non erat illud bibiturus: ergo iã tunc nõ aderat. Hęc autẽ ratio Hilarij non cogit: nã Christus loquebatur discipulorum collegio apperrens eis animũ suum, qui erat omnibus, quãtum in se erat, precium sanguinis sui impertiri, nisi aliquis sua culpa ab eodem collegio se subducere vellet, quod fecit Iudas. Quare non sequitur, non illi etiam tũ fuisse dictũ. Secundò arguitur. Dñs quicquid præcepit, impleuit, secundũ illud Actũ 1. Cœpit Iesus facere & docere, inhibuit autẽ apostolis. Mat. 7. dicens. Nolite sanctum dare canibus: cum ergo ipse nosset Iudam esse canẽ, videtur ei non tradidisse sanctũ sacramentũ. Respondetur, præceptũ Christi sic esse intelligendũ, q̄ non est dandum eis sanctũ: quos iuridicè constat esse canes. Christus autẽ vt Deus nouerat iniquitatem Iudæ, non tũ iuridicè, & ideo dedit ei, exẽplum relinquens nobis, vt similiter nos demus occultis peccatoribus. Tertium autẽ argumentũ est, vbi pũctum difficultatis latet, vtrum. scilicet bucellam intinctã antè an post corpus & sanguinem tradidit Iudæ, an verò in ipsa sacramentum tradidit. Arguit igitur D. Thomas. Si Christus corpus suum & sanguinem Iudæ tradidit, maxime dum intinctam bucellã, vt legitur Ioannis. 13. illi porrexit, præcipue cum legatur ibi dem, q̄ post bucellã introiuit in eum satanas vbi Augustinus ait. Hic nos docemur quã sit cauendum malè accipere bonũ: si enim corripitur qui non diiudicat, id est, qui nõ discernit corpus Dñi à ceteris cibis, quomodo non dãnatur qui ad eius mensam fingens se amicum accedit inimicus? cũ bucella autẽ intincta non accepit corpus nec sanguinẽ Christi ait quippe idẽ Aug. eodẽ tract. 62. super idem verbum. Cum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Iscariotis. Non vt putat quidam negligenter legentes tunc Iudas corpus Christi accepit: ergo nunquam ei idem corpus porrexit. Respondetur, cum eodẽ Aug. q̄ sine dubio Iudas cum pane intincto corpus Christi non sumpsit, sed simplicẽ panem. Significabat autẽ bucella illa, vt idem. Præter subdit fictionem Iudæ: non. n. omnia quæ intinguntur abluuntur, ed vt inficiantur nõnulla tinguntur. Si autem bonũ, inquit, aliquid hic significat tinctio (scilicet dulcedinẽ bonitatis diuinæ, quia panis ex intinctiõne saporior redditur) idẽ bonum ingrãtũ nõ immeritò est secuta dãnatio. Hęc Augustinus. Et propter il-

lam ingrãtudinẽ id quod est bonũ, factũ est ei malũ, sicut accidit sumẽtibz corpus Christi indignè. Hactenus ergo & Hilarius & vniuersi cũ Augustino cõsentiũt. scilicet q̄ in bucella illa non sumpsit Iudas corpus nec sanguinẽ. Neq; verò vnus dissentire valet. Quoniam cũ ceteris seorsum sanguinẽ post corpus sub forma potus porrexerit, nullatenus suspicandũ est quod Iudæ sacramentalẽ panẽ sanguine tinctũ dederit: illud quippe nõ esset manducare, & bibere. Quare can. Cũ omne. de cõse. d. 2. ob id prohibetur hostiã intinctã populo ministrari. Differentia tã est q̄ Hilarius & Innocentius putãt illã bucellã ante institutionẽ sacramenti fuisse illi porrectã post q̄ cõmeslã illico exiuit, anteq̄ sacramentum ceteris traderetur. Augustinus verò eodẽ loco ait intelligendũ esse, q̄ Dñs iam antea distribuerat discipulis suis sacramentũ corporis & sanguinis sui, quia Lucas narrat dixisse tunc Christum Ecce manus tradentis me, &c. Deinde ad hoc inquit, ventũ est vbi secundũ narrationẽ Ioannis Dñs per bucellã intinctã atq; porrectam suũ exprimit proditorẽ. In eandẽ sententiam subscribũt Hug. lib. 2. de sacra. p. 8. c. 4. & Magist. Scten. d. 11. & ocs. De hac autẽ bucella possit curiosus inquirere in quo fuerit intincta. Ad quod, licet in euangelio nihil habeatur respondetur fuisse intinctã in vino: nã balsamum ad esum agni non erat necessarium, & Christus delicias nõ curabat. In aqua verò nõ est verisimile: quia nihil faciebat ad rẽ. Vinũ autem, quia colorem mutat panis, ad significationem attinebat ficti cordis Iudæ, & quia sapidum reddit panẽ, ad significationem charitatis, qua illum volebat Christus allicere. Enimvero præter vinũ consecratũ aliud erat in mensa, imò vt Lucas enarrat, ante consecrationem corporis accepto Christus calice dixit discipulis. Accipite & diuidite inter vos. Et post cõsecratum porrectũq; panẽ iterum ait. Similiter & calicem postq̄ cœnauit, dicens. Hic est calix, &c. vbi insinuatur, cœnam agni consummasse in potu nõ consecrato, & post modum consecrasse aliud poculum, Tametsi de primo dixerit. Nõ bibã de generatione vitis donec regnũ Dei veniat. Quod Matth. refert post consecrationẽ calicis, quasi dictũ de sanguine, qui fuit beatificæ fruitionis precium. At verò & de naturali vino intelligi quod possit quatenus celestẽ lætitiã beatitudinis significat: nã & post resurrectionẽ fuit illud quoq; impletũ dũ cũ discipulis mandu-

Dubitatur.

cavit & bibit. ¶ Secundo forsan quis obijciat qd Christus visus est illo signo proditoris palasse, contra quam supra dictum est. Respondeatur autem qd cum Ioanni in aurem illud dedisset secretum signum, alij non intellexerunt. Quare dum postea dixit ei. Quod facis, fac citius non putauerunt nisi iussisse, ut emptum iret ea, que ad festum emere oportebat. Fuit autem illa secreta reuelatio necessaria, ut postea constaret omnia quasi Deum prenouisse. Quare ait, Ammodo dico vobis antequam fiat, ut cum factum fuerit credatis, quia ego sum. ¶ Tertio qui spiritum forsan sciscitetur, quomodo dicat Ioannes, quod post scellam introiuit in Iudam Sathanas, cum ante lotionem dixisset, quod diabolus misisset in cor, ut traderet Christum Iudas. Respondetur, quod mittere in cor minus est quam intrare. Misit enim in cor eius consensum ut traderet, sed postmodum intrauit, sicut intrare solet in arreptitios, quorum membra mouet. Sic enim intrauit in Iudam, ut scelus exequeretur, quod in coeperat.

ARTICVLVS. III.

Vtrum Christus sumpsit et discipulis suis dedit corpus suum impassibile.



VM Christus tunc corpus habuerit passibile, in sacramento vero sit modo impassibile, que ritur quale sumpsit & dedit. Et que questionis causa fuit Hugo, qui lib. 2. modo citato, par. 8. c. 3. tenet consecrasse & tradidisse corpus impassibile & incorruptibile. Quam utique opinionem Innocentius lib. 4. de mysterio missae cap. 12. referens refutat. Sententia ergo Hugonis, saltem ut loco citato refert Innocentius, fuit quod Christus viuens omnibus quatuor dotibus glorie vsus fuerit: scilicet subtilitate dum per uerum clausum natus est: agilitate, quando ambulauit super aquas: claritate, in transfiguratione: & impassibilitate, in cena quando corpus suum tradidit discipulis manducandum. Ratio Hugonis fuit: quia in sacramento non est modo corruptibile: sane ubi non habet esse extensum, ut possit secundum se vel frangi, vel digeri: nisi secundum species. Et ideo ait, quod licet qui dedit visibilis erat & mortalis, tamen quod dabatur inuisibile erat & immortale. Contra hanc autem opinionem S. Tho. ad mentem Innocentii statuit duas conclusiones. ¶ Prima est, Corpus Christi, quod in specie sacramenti Christus dabat, non erat impassibile. Remittit se tamen

Innocentius.

Prima conclusio.

ad ea, que in 3. par. dixerat. q. 45. ubi ostendit Christum nulla dote glorificati corporis fuisse se ipsum, quonia dos dicit quid perpetuum, & receptum per modum habitus. Christus vero in corpore mortali, non habuit illas, nisi per modum transeuntis dispositionis, quare non per dotes, sed per miracula natus est, & ambulauit super mare. Quicquid autem sit de illis tamen de impassibilitate impossibile, inquit, est, Manifestum siquidem existit, quod idem corpus Christi erat, quod tunc a discipulis in propria specie videbatur, & in specie sacramenti sumebatur. Vnde Innocentius loco citato, tale ait corpus tunc dedit discipulis quale habuit, non autem erat impassibile secundum quod in propria specie videbatur, quinimodo erat passioni paratum: non ergo erat impassibile quod dabatur. ¶ Secunda conclusio. Impassibili modo erat sub specie sacramenti, licet in se esset passibile, sicut illic erat inuisibiliter, quod in se erat visibile. Et per hoc respondeatur Hugoni: aliud quippe est in sacramento esse impassibile modo, quam esse impassibile. Quod enim sit illic impassibili modo probatur: quia illic non potest pati, sicut nec videri: nam cum istae sint actiones extrinsecus accedentes requirunt contactum agentis ad passum: corpus autem Christi in sacramento, ut supra dictum est, quia non est illic localiter, non comparatur ad circumstantia corpora mediantibus proprijs dimensionibus, quibus corpora se contingunt, sed mediantibus dimensionibus specierum panis & vini: & ideo illae sunt que videtur, tanguntur & patiuntur. Nihilominus passionibus, quas Christus in propria specie reciperet, afficeretur corpus, & anima in sacramento. Et eodem modo respondetur ad glossas, quas D. Th. adfert in primo argumento. Super illud enim Mat. 17. Transfiguratus est, legitur, quod illud corpus, quod habuit per naturam dedit discipulis in cena non mortale nec passibile, quod intelligitur non dedisse mortali aut passibili modo, ita ut in sacramento posset crucifigi, sicut non potest comedi nisi ad comestione specierum. Et super illud Leuit. 2. Si oblatio tua fuerit de sartagine, &c. legitur, quod crux super omnia fortis carnem Christi, quae ante passionem non videbatur esui apta post passionem apta fecit: quod sic intelligitur, ut crux fuerit causa passionis, quae per eum huius sacramenti representatur. ¶ Arguit autem tertio loco D. Tho. Non minoris virtutis sunt modo verba consecrationis quam ante Christi passionem: nunc autem per ea consecratur corpus

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Primum argumentum.

corpus immortale & impassibile: ergo & tunc Negatur tamen consequentia: quia ex vi consecrationis solum ponitur corpus in sacramento, reliqua vero accidentia non nisi ex naturali concomitantia. Nunc autem etiam in propria specie est impassibile, quale tunc non erat. Quo autem haec luculentiùs innotescat, subiungitur. 4. art.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum si hoc sacramentum tempore passionis fuit seruatum, ibi Christus moreretur.



IX opinione precedentis, quam Innocentius loco citato refert, consequitur ut seruato sacramento tempore passionis illic non moreretur Christus. Secundum autem veritatem statuuntur duae similes conclusiones precedentibus. ¶ Prima. Quicquid pertinet ad Christum secundum quod in se est, conuenit ei pariter & ut est in propria specie, & ut est in sacramento sicut viuere, mori dolere, animatum vel inanimatum esse, & caetera huiusmodi. ¶ Secunda. Quaecumque verò conueniunt ei per comparationem ad extrinseca corpora, possunt ei attribui in propria specie, non autem prout est in sacramento: veluti irrideri, conspui, crucifigi, flagellari & caetera huiusmodi. Ambae conclusiones colliguntur ex superiori articulo, ubi dictum est corpus Christi idem in substantia esse in propria specie & in sacramento: sed non eodem modo: nam in propria specie contingit circumstantia corpora secundum proprias dimensiones, in sacramento vero non nisi secundum alienas panis & vini. Quare in sacramento non habet modum, ut possit videri aut tangi, sicut in propria specie. Nihilominus quicquid intelligit, aut vult, aut sentit extra sacramentum vult pariter & intelligit & sentit in sacramento. Quia propter dum extra sacramentum flagellabatur, dolor tunc sentiebat in sacramento, si consecratum tunc erat. Sputa vero, quae extra sacramentum recipiebat, non erant in sacramento. Afficiebatur nihilominus illic morere propter illa. Atque eadem ratione dum anima separata fuit a corpore, separata fuit etiam in sacramento: erat enim idem in cruce & in sacramento: quare si moriebatur in cruce, moriebatur in sacramento. Tamen per nouum miraculum, ut supra dictum est, nihil obstat quo minus Deus de potentia absoluta posset facere ut maneret in sacramento anima coniuncta corpori, licet in propria specie esset disiuncta. Haec autem omnia satis. d. 10. q. 1. di

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

scussa sunt. Vnde quidam metricè dixerunt. Pyxide seruato poteris sociare dolorè, hoc est, Christo seruato in pyxide sociatur dolor, quo afficitur in propria specie. Innatus, sed non illa tus, conuenit illi. illic non potest illi inferri: potest tamen innatum sentire si in propria specie inferatur. ¶ Et per haec soluitur argu. S. Thomae, quorum primum est. Mors Christi accidit ei per eius passionem: sed in sacramento non potest pati: ergo neque illic potest mori. Negatur consequentia. Solum enim sequitur quod non potest mori, per passionem, quam recipit in sacramento. Passio namque dicit contactum a circumstanti corpore, quae accedere ei non potest in sacramento. Mors vero non dicit ordinem ad externa, sed ad interna, hoc est separationem animae a corpore, quae potest accedere in sacramento per passionem susceptam in propria specie. ¶ Secundo arguitur. In morte fuit separatus sanguis a corpore: sed in sacramento manet ei coniunctus, ergo illic non moreretur. Respondeatur ad minorem quod sanguis ut dictum est sub specie panis non est ex vi consecrationis, sed ex naturali concomitantia, & ideo quia nunc est in caelo coniunctus corpori, est etiam coniunctus in sacramento. In triduo vero sub speciebus panis tantum esset corpus, & sub speciebus vini tantum esset sanguis. ¶ Et eodem modo respondetur ad tertium de anima, quae quatenus habet esse sensibile & rationale non est in sacramento, nisi ex naturali concomitantia. Sed quatenus dat esse corporeum est illic ex vi sacramenti. In triduo vero quia anima erat separata a corpore, esset in sacramento corpus sine anima, quod per formam cadaveris haberet esse corporeum, ut superius. d. 10. q. 1. ar. 1. explicatum est.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

DISTINCTIO
decimatertia de ministro huius sacramenti, & de ratione qua est sacrificium.



Actenus de sacrosancta eucharistia quatenus sacramentum est. Nunc ergo de eadem dicere superest qua ratione est sacrificium.

Cap. j.

Cuius prima cōsideratio est de ministris. Est autē huius sacramenti minister non alius, q̄ sacerdos, qui solus Christū repræsentat, in cuius persona cōsecratur. Vnde in quadā epistola Isidorus, ad presbyterū, inquit, pertinet sacramētū corporis, & sanguinis Dñi in altario Dei perficere. Cui utiq; illud cōsecrare nefas est, nisi utrāq; consecratā materiā suscipiat: alioqui imperfectum relinqueret sacrificiū. Quale. n. sacrificiū est, ut in cōcilio Toletano legitur, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur?

Cap. 2. ¶ Vniuersi ergo sacerdotes, quāuis peccatisordeant, hæreticiq; adeo, schismatici, excōmunicati ac degradati sint: quia characterē sacerdotalē amittere nequeūt, ubicūq; cōsecrare tētauerint, verè cōsecrāt. Nam ut in lib. de corpore Dñi auctor est Aug. intra ecclesiā Saluatoris in mysterio corporis & sāguinis Dñi nil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris & virtute spirit⁹ sancti. Imò nisi vel nominatim excōmunicatisint, vel publici clericorū percussores, ut in concilio Constātiensi cautum est, nulla est culpa eorū sacrificijs interesse, deq; eorum manibus sacramentum sumere.

Can. Perle-
ctis. 25. dist.

De cōse. d. 2.
can. Relatiu.

l. q. x. can. In
tra catholi.

Conciliū Cō-
stantien.

Cap. 3.

Cap. 3. ¶ Quod autē sacramētum hoc, sacrificiū etiā sit, qua utiq; dignitate reliquis præstat sacramētis, Chri-

stus docuit apud Lucā dicēs. Hoc est corpus meū, quod pro vobis datur, hoc facite in meā cōmemorationē. Et hic est calix noui testamēti in meo sanguine, qui pro vobis effundetur. Si enim Dñs in ara crucis hostiam viuā se obtulit Deo patri, fit ut hæc eius memoria, sacrificium sit, quo eius immolatio refertur. Vnde Aug. in lib. Senten. Pro-

Luc. 22.

De cōse. d. 2.
cā. semel im-
molatus.

Ibidem can.
in Christo.

Cap. 4.

De cōse. d. 2.
can. Iacobus

Act. 2.

speri, semel, inquit, immolatus est in se ipso Christus: & tamen quoti die immolatur in sacramēto. Et super Epist. ad Hebræ. Ambrosius, In Christo semel oblata est hostia, sed nos per singulos dies offerimus ad recordationem mortis eius.

¶ Ad hoc autē sacrificiū celebrādū & tēpus requiritur idoneum, ut. s. quotidie à Solis aurora vsq; ad meridiem celebretur. Et locus condecens, ut tēplum & altare. Deinde vestes scđm ecclesiæ morē. Ac sub inde psalmi, oblationes & preces atque aliæ ceremoniæ, quas ecclesia spiritu sancto instructa à tēporibus Apostolorum perpetuo more & vsu seruat. Ut enim in sexta synodo Cōstantinopolitana legitur Iacobus frater Dñi secundum carnem, & Basilius Cæsariēsis episcopus ediderunt missę celebrationē. Quin verò apostoli, qui ut in eorū actis legitur, erant perseuerātes in oratiōe & fractione panis, ante suā ipsorum dispersionē credūtur plurima, quæ in missa fiunt, ordinasse, quæ postea ecclesia, sicut aurora

consur-

cōsurgens, Spiritus sancti numine magis ac magis locupletauit.

DISTINCTIONIS
decimætertiæ, Quæstio prima,
de ministro huius sacramenti.

S. Tho. 3. par. q. 82.

ARTICVLVS. I.

Verūm consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotis.



Acrosancta eucharistia inter cetera sacramenta, ut in fronte statim totius, huius materiæ propositum à nobis est, hac excellētia pollet, q̄ non tantum sacramentum, verum & sacrificiū est. Cum ergo hætenus de priori eius ratione satis dictum fuerit, tādē in hac distinctione, de eodem sacramēto quatenus sacrificium est dicere restat. Et quia in sacrificio minister primū cōsiderādus venit, prior quæstio est de ministro, atq; adeo primus articulus, Verūm sit tantum sacerdos. Ad quod D. Tho. hac cōclusionē respōdet. Proprium est sacerdotum cōficere hoc sacramētum. Probatur primo autoritate Isidori distin. 25. can. Perlectis. Vbi ait. Ad presbyterū pertinet sacramētū corporis & sanguinis Dñi in altario Dei conficere. Mox cōfirmatur ratione. Sacramētum hoc, ut in superioribus explicatum est, tantæ est dignitatis, ut nō nisi in persona Christi conficiatur: nemo autē in persona alterius agere quicquā potest, nisi per potestātē ab ipso sibi collatam: igitur sicut per sacramentum baptismi baptizatis potestas conceditur sumendi hoc & reliqua sacramenta, ita solis sacerdotibus. cum ordinātur confertur potestas hoc sacramētum consecrandi in p̄sona Christi. Solis. n. illis, quos Christus sacerdotes ordinauit, munus hoc iniunxit dicēs, Hoc facite in meam cōmemorationem.

¶ Conclusio huius articuli quāuis non sit expressa in euāgelio, tñ sanctorum interpretationibus, & orthodoxis sacrosanctæ matris ecclesię decretis satis est cōstabilita, ut in can. Isidori citato, & de summa trin. & fide catho-

Conclusio.

Expositio ar-
ticuli.

li. cap. Firmiter, Et in cōcilio Florentino, quibus habetur in solis presbyteris facultatem inesse consecrandi: ita ut si quis extra ordinem sacerdotalem hoc sacramentum consecrare tentaret, nullū esset sacramētum. Quare ecclesia solenniter canit. Cuius officium committi voluit solis presbyteris, quibus sic congruit, ut sumāt & dent cæteris. At verò quia nulla est veritas, quā non Satanas per suos satellites oppugnare contenderit, non defuerunt hæretici, qui omnes dignitates ecclesiæ confusē permiscētes contenderūt, nullos esse sacerdotes à reliquo vulgo distinctos, sed vniuersos Christianos promiscuè esse sacerdotes. Hanc hæresim coluit VViteless, contra quē de hac re disputauit Thomas VValdēsis tomo. 2. de sacramēt. c. 7. & 28. vbi quādam inducit Firmiani epistolā ad Cyprianū, qua de præstigiatrice puella refert, quæ se sacerdotissimā faciēs eucharistiam cōsecrabat. Eādēq; post modū hæresim Lutherus hæres VViteless, coheres autē Antichristi in libro illo pestilēti de abrogāda missa priuata, suis Germanis persuasit. Et peculiariter de hoc sacramēto dixit, q̄ vnusquisq; pater familias posset domi suæ panem & vinū cōsecrare, & corpus & sanguinē suæ exhibere familiæ. Itaq; omnes cuiuscūq; ætatis & sexus, etiā mulieres dixit esse sacerdotes. Ex qua quidem hæresi tota illius nationis perniciēs oborta est. Contra quem Iodocus Clichtoueus. 2. lib. de officio missę per septem prima capitula non infeliciter disputauit. Fuit enim ingenium illius bestiæ populares animos demulcere, & contra sedē apostolicam, & sacrosancta sacramenta cōcitare, quod sic perficere ai bitratus est, si omnes ordines ecclesiæ demoliretur, & persuaderet omnes esse Christianos æquales: neq; sacerdotes laicis præcellere, neq; agricolis episcopos, neq; Papā bubulco. Vniuersi autem rerum ordines & hierarchiæ aduersus hanc iniquissimā æqualitatem proclamant: nam & rerum natura ex partibus cōstat pulcherrimo ordine distinctis, in qua cali præminēt, elementaq; subsunt, quibus omnibus terra subditur, à quibus suā suscipiat virtutē. Et supra cælestes spiritus in suas sunt hierarchias distincti, quorū inferioribus superiores præsidēt, & diuina dispēsant. Atq; eorū instar D. Diony. apostolorū discipulus ecclesiasticā hierarchiā diuino munere institutā docet: in qua sub pōtificibus sacerdotes, sub illisq; alios ministros diuinitus institutos ostendit.

VViteless, et
Lutherus.

Vniuersæ hie-
rarchiæ ex-
clamant con-
tra Lutherū.

Cui

Cui & Ignatius ei coartaneus, & Ioānis Euan gelistæ discipulus, crebrò in suis epistolis, & potissimū in prima ad Trallianos episcopos, presbyteros & diaconos secundū traditionē magistri sui ex ordine recenset. In lege veteri solā Leui tribū sacrorū ministerio dedicatā legimus, cuius summ⁹ sacerdos, vt dignē sacerdotio fungeretur, sanctis vestibus diuina institutione decoratus est, sacrosanctog; oleo vnctus, vt Exodi. 28. & 29. est videre. Cui soli inter alios sacerdotes, vt ad Hebrē. 9. ait Apосто. licebat semel in anno introire in sc̄tā, vbi Christi sacerdotium designabatur. Quin verò & ciuilibus respublica nunquā sine pontificibus & sacerdotibus legitur. Vt apud Liuium de Numa Pompilio, Et Genes. 47. de sacerdotibus Aegypti memoriæ proditum est. Quis ergo nō videat quā sit absurda impietas, ecclesiā, vbi diuina superq; naturalia sacramēta tractantur, illi ministeriorū ordine & decore priuare, quo reliqua Dei opificia coruscant?

Testimonia noui testamēti. In nouo autem testamento plura sunt huiusce rei testimonia, quā vt præsens locus capere possit. Elegit enim Christus Matth. 16. Petrū, cui propriè clauis regni cœlorum cōmisit: quod munus censerī non potest cunctis Christianis cōmissum: nam peculiariter illi dictum est. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Cui & alios vndecim afflociuit apostolos. Ac subinde, vt Lucā. 10. legitur, alios septuaginta duos discipulos. Vnde vt dist. 21. can. In nouo, habetur, episcopi apostolis successerunt, & reliquis discipulis sacerdotes. Neque Christus dixisset. Quis putas est fidelis seruus & prudēs, quem cōstituit dominus super familiā suam, Lucā. 12. nisi alij alijs essent præfecti. Vnde Paul. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Et ad Roma. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent: ita multi vnū corpus sumus in Christo. Ac subinde. 1. Cor. 12. Si dixerit pes: quia non sum manus, nō ideo non est de corpore. Lutherus autem cūm cœcus esset, omnes voluit esse oculos, vt corpus ecclesiæ mōstrum esset. Cum secundū eundē Apostolum ad Ephes. 4. Alios Christus dederit apostolos, alios euāgelistas alios doctores & alios pastores. Et. 1. ad Timot. 3. & 5. & ad Titum. 1. admonet nō omnes & sine delectu creandos esse episcopos, quorum qualitates describit. Et. c. 4. Noli, inq̄, negligere gra-

tiam, quæ in te est per manū impositionem presbyteri. Et Titum admonet per omnes ciuitates creare presbyteros. Quos & apostoli per singulas ecclesias constituebant, vt Actū. 14. legitur. Sed Lutherani presbyteros appellant seniores. At quia diximus ex ista heresi totā perniciem Germanorū esse obortam, rationem subiungam. Qui enim sacerdotibus peculiarem potestatem sacramentorum à Christo cōcessam inficiantur, negare subinde debent eadem sacramēta vllum habere supra naturalem effectū. Est enim Lutheranis in more, vt ciuilibus respublica creet suos presbyteros, cum quibus aliquādo ego congressus postulabam ex eis, Vtrum ciuilibus respublica potestatem habeat aliquam supra naturalem ad conferenda Christi munera. Quod quidem affirmare non poterant. Rursus quærebam, vtrum cōsecratio sacramenti sit effectus supranaturalis. Et quidem discipuli Lutheri, qui tenēt verū corpus existere in sacramento, negare nequiuērunt. Inferebam ergo neq; præfectus vr̄bis neq; vllus è senatu consecrare potest: quomodo ergo hāc valeat facultatem alicui ciuium cōferre? Oecolampadius verò qui veritatē corporis & sanguinis in sacramento non agnoscit, & Lutherani, qui nihil gratiæ sacramenta conferre docēt, nihil mirū si nec sacerdotis, nec episcopi dignitatem admittant. Sacramenta enim & sacerdotes mutua se consequētia inferunt. Et munera sacerdotum, quæ apud istos hereticos sunt prædicare, & baptizare, & cœnā Dñi in mero pane & vino celebrant, quicunq; cerdonū & sartorum exercere potest. Qui autem fateatur potestatem, quam Christus habuit diuinam dimittēdi peccata, in ecclesia reliquisse, & functionem sui corporis & sanguinis consecrandi, atq; alios charismatum effectus conferēdi, necesse habet dicere, quibusdam eiusmodi functiones peculiariter cōmisisse, quos aliquo sacramento ad id muneris initiatos esse voluit. Id quod plane Ioan. 20. declarauit dicens. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Accipite Spiritū sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa erunt, &c. super quem locum Chrysostomus libr. 3. dialogorum cap. 4. & 2. lib. de sacerdotio, ait, sacerdotibus collatam esse in terra potestatem, quam neq; angelis neq; archangelis Deus vnquam dedit: ipsam enim contingit animam, transit cœlos, vt sententiam eorum in terra, Deus confirmet in cœlis.

Argutan-

Argutantur autē Lutherani cum suo VVitelē ex illo. 1. Petr. 2. Vos autem genus electū, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et Apocalypsis. 5. Fecisti nos Deo nostro regnū, & sacerdotes, quæ quidem loca de vniuersis Christianis intelligūt. Ad quæ nos quidem distinguentes respōdemus, quòd sicut sacrificium vno modo accipitur generaliter pro quacūq; hostia, quæ Deo offertur, & secundo modo specialiter pro sacramentorum administratione, & potissimū pro sacrificio altaris, quod est munus publicum, quod in persona totius ecclesiæ fit: sic & sacerdos vno modo generaliter dicitur omnis Christianus, qui corpus & animā suam coram Deo virtutum officijs sacrificat. Hanc enim potestatem Christus suæ etiam familiæ tradidit dum in cruce se obtulit Deo pro nobis, filios nos Dei adoptiuos constituens: cui omnia nostra merita & sacrificia nitūt. Sed & altero modo peculiariter & per antonomasiam sacerdotes non dicuntur, nisi qui sacradant, hoc est, qui sacramenta ministrant. Suntq; adeò mediatores inter Deū & populum, vt & Dei munera populo ministrant, & vicissim pro populo apud Deum preces fundāt, & sacrificia offerāt. Vnde secundū argumētum S. Thomæ in præsentiarum est. Sacerdos hoc sacramētum conficit in persona Christi: sed laicus sanctus est vnitus Christo per charitatem: ergo videtur posse ipsum cōficere: ait enim super Matth. autor imperfecti, q̄ omnis sanctus est sacerdos. Ad quod respōdet, quòd licet omnis iustus sit Christo per fidem & charitatem vnitus, non tamen per sacramentalem potestatem, & ideo licet non sit sic sacerdos, vt possit sacramenta conficere, habet tamē spirituale sacerdotium ad offerendum spirituales hostias, de quibus dicitur in psalmo. Sacrificiū Deo spiritus contribulatus. Et ad Roma. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem, Deo placentē, &c. Vnde Petrus apostolus loco citato ante illa verba, Genus electum, regale sacerdotiū, præmittit quæadmodum Christiani esse debeant sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christū. At quia Lutherani alia sacrificia non admittūt quā virtutum opera, fit vt sacerdotium ecclesiasticum repudient. Primum autem loco arguit S. Thomas sic. Sacramentum hoc consecratur virtute verborum, quæ sunt forma sacramenti, sed illa non sunt minoris vir-

tutis à laico prolata quā à sacerdote: ergo & laicus consecrare potest. Respondetur, virtutem non solū esse in verbis, verū in omni sacramentali instrumēto, veluti in ablutione baptismi. Quare virtus conficiēdi sacramentum est etiā in sacerdote per potestatem ei in sua ordinatione traditā, dicēte episcopo. Accipe potestatem offerendi in ecclesia sacrificium tam pro viuīs quā pro mortuis. Nam & seculares artifices pluribus instrumētis vtuntur. Tertio arguitur. Sicuti baptismus: ita & hoc sacramētum in salutem hominum institutum est: sed laicus baptizare potest: ergo & consecrare. Negatur consequētia: quia hoc sacramentum non est tantæ necessitatis quā illud. Quarto arguitur. Hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: sed alias materias, vt chrisma, & oleum sanctum, & templa, & altaria, quæ nō sunt tantæ dignitatis quā hoc sacramentum, solus episcopus consecrare potest: ergo non est proprium sacerdotis eucharistiā conficere. Negatur consequētia: nam episcopus non solum accipit potestatem super corpus Christi verum, sed super mysticū: nempe, super ecclesiam, quā in persona Christi gubernat: & ideo illa, quæ non pertinent ad dispositionē corporis mystici, non reseruantur episcopo, quale munus est sacramentum consecrare. Episcopo verò tanquam principi totius ecclesiastici ordinis propriè incumbit tum sacerdotes ordinare, tum subinde & omnia præparare, consecrare, & benedicere quæ ad sacramenta, per sacerdotes conficiēda, idonea sunt, vt templa, altaria, chrisma, oleum, &c.

ARTICVLVS. II.

Vtrum plures sacerdotes possint vnam simul eandemq; hostiam consecrare.



Propter ritū quarūdam ecclesiarum vbi sacerdotes dum, ordinantur, simul cōsecrant, quæ ritur vtrū plures simul possint eandē consecrare hostiam. Et respondet S. Tho. affirmatiuē, q̄ plures possunt vnum sacramētum perficere, vt fit in ordinatione sacerdotum. Probat, quia sacerdos dum ordinatur, cōstituitur in eorum gradu, qui à Domino in cœna potestatem consecrandi acceperunt. Quare non est inepta quarundam ecclesiarum consuetudo, quæ

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Conclusio.

habet quod sicut apostoli Christo cœnate simul cœnarunt: ita qui ordinantur cum episcopo celebrante concelebrent. Neque inde subsequitur, ut sacramentum iteretur: quoniam, ut ait Innocentius lib. 4. de mysterio missæ. c. 25. omnium intentiones debent referri ad idem instans.

¶ Sententia hæc S. Thomæ, quia non est assertio euangelica, neque vniuersalis ecclesiæ, sed quarundam, ut ipse fatetur, non caret scrupulo: quare licet de illa disputare. Innocentius enim quem hic sequitur, non tanquam papam decreuit, sed tanquam doctorem approbavit. Durandus ergo dist. præsentis quæst. 3. non est veritus eam refutare. Ad cuius intellectum adnotandum est, trifariam posse plures sacerdotes ad consecrationem vnius hostiæ concurrere. Vno modo, si vnus quilibet intenderet suam partem consecrare: & quidem si nullus signaret quam partem cõsecrat, sed in confuso quisque intenderet cõsecrare vnam partem, tum consecratio nulla esset: quia pronomen, hoc, debet singulariter demonstrare materiam. Sed si aliquo penicillo partes delinearentur, vnusquisque posset cõsecrare suam: imò quauis male faceret & peccaret, posset vnus consecrare vnam partem alijs manentibus non cõsecratis. Concurrunt, n. illic omnia quæ sunt de essentia sacramenti. Et quantitas tunc specierum consecrationum continuarentur cum quantitate residui panis. Tamen si ingenuè fatear difficillimè posse partem consecratam à non cõsecrata discerni: & ideo est peccatum mortale id facere. Secundo modo possent duo intentionem habere consecrandi eandem totam hostiam cõplexim, ut scilicet, nemo per se absolutè consecrare intenderet nisi simul cum altero: ita ut esset vtraque intentio conditionalis ab altera pendens, & hanc in materia baptismi dist. 4. art. 4. diximus esse sacrilegiam: nam intentio debet esse absoluta sicut forma, atque adeo non sufficeret ad conficiendum sacramentum. Tertio possunt concurrere quasi habentes suam quisque intentionem totalem per se consecrandi. Et isto modo neque Durandus dubitat, neque vnus dubitare potest, quin si omnes eodem adæquato tempore formam simul proferrant super eadem hostiam singuli consecrent: quia singulorum intentio fertur super legitimam materiam. Si tamè vnus alios præueniat, ille solus consecrat, & subsequentes nihil faciunt: quia reperiunt consecratam materiam. ¶ Hinc ergo Durandus infert, cõsuetudinè, ut plures dum ordinantur simul con-

secrent cum episcopo esse periculosam, ac perinde abolendam potius quam seruandam. Et quod Innocentius ait eandem consuetudinem in capella pontificis obseruari, ut cardinales presbyteri cum ipso simul cõsecrent, negat tunc tempore suo seruari: nam licet forsitan tempore Innocentij seruaretur, propter periculum iam tunc abrogata erat. Fuit enim ipse magister sacri palatii, qui oculatè id nouerat. Neque verò, inquit, exemplum Innocentij & S. Thomæ de apostolis cum Christo cœnantibus ad rem attinet: quoniam apostoli non simul cum Christo cõsecrarunt, sed consecratum ab ipso sacramentum sumpsērunt. Quare mos ille, inquit, deberet obseruari, ut qui ordinatur simul cum episcopo canonem legant, verba verò cõsecrationis silenter prætereant. Et ratio eius est: quia vix fieri potest ut simul verba concurrant, ob idque si quis prius quam episcopus prolationem perficiat, illud taxat cõsecrat, & postea neque episcopus, neque alij consecrant. Neque valet, inquit, dicere omnium intentionem ad illud instans referri, quo episcopus consecrat: quia intentio facere non potest, ut verba antea, vel postea quæ proferantur effectum habeant. Alioqui posset quis proferre nunc verba cum intentione consecrandi post horam. Paludanus verò præsentis dist. quæst. 4. licet prius vacillet, tamen opinionem tandem S. Thomæ & Innocentij sustinet. Caietanus autem in præsentiarum videtur multo propensius in opinionem Durandi inclinare. ¶ Et fateor profecto consuetudinem hæc, ut

Inno-

Innocentij octauo paulò ante annu Domini millesimum quingentesimum est, vbi legitur. Curet pontifex ut morosè & altè canonem dicat: Et subditur, quod eodem momento debet ab ordinatis verba cõsecrationis dici, quo dicuntur ab episcopo. Et fortasse, ut ait Caietanus, appositum illud fuit ad tuendam opinionem Innocentij. ¶ At verò quoniam in quibusdam ecclesijs moris est, ut omnes dicant verba cum intentione consecrandi, non audeam huic mori & opinioni refragari quousque ecclesia aliud cõsecret. Quapropter opinio Caietani, quod noui sacerdotes proferant formam, nullam habendo intentionem determinatam consecrandi, aut non consecrandi, sed intendendo apud se facere quod debent, tuta quidem est, tamen non est consona ritui, qui obseruatur, & ab ipso episcopo ordinante iubetur. Debent ergo dicere, quam maximè possunt simul cum episcopo, & omnes qui eodem instanti verba perficiunt, licet non eodem momento inceperint, citra dubium verè consecrati. Si verò aliquis ante prolationem formæ absoluat quæ episcopus, vel postea, tunc est dubium vtrum omnes consecrent. Et D. Thomas cum Innocentio videtur partem affirmatiuam sentire, eò quod omnium, inquit, intentiones referrentur ad idem instans: videlicet, quo episcopus consecrat. ¶ Sed profecto fateor hoc me non satis intelligere: nam vel intelligunt illam relationem ad idem instans referri ex intentione ecclesiæ, vel ex intentione sacerdotum illo solo instanti consecrare proponentium. Primum quidem aliquando dicere solebam, sed nunc non audeo: quia cum non sit hoc decretum vniuersalis ecclesiæ tanquam necessarium obseruandum, sed sola opinio Innocentij & consuetudo particularium ecclesiarum, non apparet tutum dicere ex intentione ecclesiæ referri ad aliud instans, quæ ad illud, quo forma profertur: siquidè tunc virtute significationis suam sortitur effectum. Secundo quia si hoc esset verum, non tam anxie iuberetur in pontificali, ut eodem momento ordinati cum episcopo proferrent verba: nam cum sic iubeatur, signum est quod nullus consecrat nisi quando verba profert. Si autem dixeris intentiones referri ad illud instans: quia sacerdotes eas ad illud momentum debent referre, tunc est argumentum, quod in pontificali hoc non admonetur, neque episcopi ordinantes talem faciunt monitionem. Imò forsitan non esset talis intentio legitima: quoniam verba ex sua significatione ha-

bent, ut primum instans non esse prolationis, sit primū esse corporis in sacramento. Quare sacerdos intentionem debet illi momento admetiri. Placebat etiam mihi aliquando dicere non requiri tam iustum & adæquatum concursum omnium formarum pro eodem instanti, sed quod dum modo non esset longa mora, licet vna prolatio paululò post aliam proferretur, virtute omnium fieret consecratio. Modò autem aliud mihi videor sentire: nam licet in baptismo vbi concurrunt materia & forma, non exigatur tam adæquatus concursus vnius cum altera, ut suo loco diximus, hic tamen vbi ad cõsecrationem non requiritur vnus vnus materia, sed sola forma super materiam prolata, apparet necessaria consequentia, quod sicut dum quis solus consecrat, instans terminatiuum prolationis formæ est initiatiuum corporis in sacramento, ita omnino fiat dum plures simul consecrant. ¶ Cogi ergo mihi in hac sententiam videor, (nescio an leuiter) quod si non omnes adæquate absoluant prolationem, ille solus qui primò absoluit (siue sit episcopus, siue alius) consecrat: aliorum verò, qui subsequuntur, nemo. Attamen non ideo mos iste censendus est omnino absurdus: quia cum certum sit eorum quempiam cõsecrare, nullum imminet idololatriæ periculum. Et cum in consecratione nulla sit characteris impressio, ut in baptismo nullum est sacrilegium super hostiam consecratam formam iterare, quando vnusquisque putat se cõsecrare, præsertim ecclesia id permittente. ¶ Ex quo fit saluberrimum esse consilium dum non omnes possunt punctim & syllabatim cum pontifice proferre formam, ut potius studeant paulo morosius proferre quæ festinatius: nam si aliquis prius cõsecraturus est, maximè decet, ut ille sit episcopus. Quare antequam ille cõsecret non solet sacramentum adorari, & illo perficiente formam, statim adoratur.

¶ Primum argumentum S. Thomæ est. Plures non possunt simul eundem baptizare: sed non minor est vis sacerdotis consecrantis, quam hominis baptizantis: ergo nec plures simul possunt eandem hostiam consecrare. Videtur S. Thomas concedere totum antecedens, & negare consequentiam: eo quod Christus, inquit, non legitur simul baptizasse cum apostolis quado instituit baptismum, sicut simul cum illis cœnauit quando instituit eucharistiā. Quod autem negat plures simul posse vnum baptizare, intelligit de iure: quia peccarent si id facerent: nihilominus si id attarent, baptismus teneret,

Innocentius.

Durandus.

Sententia An-
tonii.

Caietani.

Argu. anto-
ni.

Sententia An-
tonii.

Resolutioque
Antonii.

Consilium.

Argu. S. Th.

teneret eo modo quo supra. q. 67. arti. 6. ipse concessit. Ratio verò discriminis baptismi & eucharistię non est nisi congruentia quaedam. **¶**Secundo arguitur. Quod potest fieri per vnum, superflue fit per multos: in sacramento autem nihil esse debet superfluum, Responde- tur, qđ cū sacerdos non operetur virtute propria, sed Christi, in quo multi vnū sunt, simul possunt plures iure cōsecrare, tempore & ordine ab ecclesia cōstituto. Nam si pro libito alio tempore id attentarent, sacrilegi essent, & mortaliter peccarent. **¶**Tertio. Hoc sacramentū est vnitatis, vt Aug. ait super Ioan- nem: cui quidem vnitati pluralitas repugnat. Respondetur, quod est sacramentum vnitatis in ordine ad suscipientes, qđ per ipsum pro- fitentur esse vnum corpus mysticum.

ARTICVLVS. III.

Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum ad sacerdotem.



Vniam dispēctio sacramen- ti res est à cōsecratione distin- cta, meritò quæritur, vtrū ipsa solis etiā sacerdotibus incum- bat. Et respōdet S. Tho. tribus conclusionibus. Prima. Ad sacerdotem per- tinet dispensatio corporis Christi. Probatur primo autoritate cōcilij Remēsis can. Perue- nit, de consecr. dist. 2. vbi sic legitur, Peruenit ad noritiam nostram, qđ quidā presbyteri lai- co aut fœminæ corpus domini tradūt ad de- ferendum infirmis quod horribile & detesta- bile synodus censet. Et ideo interdicit ne ta- lis temeraria præsumptio vltius fiat, sed o- mnino presbyter infirmum per semetipsum communicet. Et subiungit D. Tho. rationem trinam. Primò, quia cū sacerdos in persona Christi cōsecret, ipsum imitari debet, qui cor- pus suum consecrauit, & suis manibus disci- pulis tradidit: quare sacerdoti, cui conuenit consecrare, conuenit & sacramentum dispen- sare. Secundo, quia sacerdos constituitur me- dius inter Deum & populum: vnde sicut ei conuenit populi munera Deo offerre: ita & Dei dona populo tradere. Tertio, quia in re- uerentiam huius sacramēti à nulla re contin- gitur nisi consecrata: vnde sicut corporale & calix: ita & sacerdotis manus ad tangendum sacramentum consecrantur. Quapropter nul- li alij tangere licet nisi in necessitate, vt putā-

Prima con- clusio.

si in terra iaceret, aut in aliquo alio casu neces- sario. **¶**Secunda conclusio subnectitur in so- lutione primi. Diacono conuenit dispensare sanguinē. Intelligit ex officio. Probatur, quo- niā adeo est propinquus sacerdotali ordini, vt aliquid d̄ eius officio participet, atq; adeo possit sanguinē dispēctare. Et confirmatur ex historia Laurētij diaconi supra citata, qđ dixit Sixto. Experire, vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem. **¶**Tertia conclusio ibidem subiuncta. Diaconus nequit corpus admini- strare nisi in necessitate iubete episcopo, vel presbytero. Quod si arguas, tantam esse di- gnitatem in calice quātam in corpore: ex quo inferri videtur, vt quod quis potest in sangui- nem, possit in corpus. Negatur consequētia propter duo discrimina. Primū quia sanguis continetur in calice, atq; adeo non est opus, vt à dispensante tangatur sicut corpus. Se- cundo, quia sanguis effusus designat redemp- tionē Christi ad populum deriuatam: qua- re vino admiscetur aqua, populū significans: diaconus autē est medius inter sacerdotem & populum, & ideo illi ex officio magis in- cumbit dispensare sanguinem qđ corpus. **¶**Circa primam cōclusionem vnum est par- uum dubium, vtrum iure diuino competat soli sacerdoti sicut consecrare, ita dispensare corpus: nam de iure pontificio nō dubitatur, vt patet cap. citato. Peruenit. & cap. Omnis vtriusq; sexus, de poeniten. & remi. Respon- detur id ex iure diuino colligi. Primū, quia prædictum cap. Peruenit, nūquā tam acri- ter prohiberet laicis, tanquā horribile & exe- crabile, nisi respectu iuris diuini dedecere cen- seret. Accedit, qđ reliqua sacramenta, quæ ne- cessarium requirunt ministrum, (quod ad ex- cipiedum matrimoniū dixerim) cuncta com- petunt iure diuino sacerdotibus ex officio, iuxta verbū Pauli. i. Cor. 4. Sic nos existimet homo sicut ministros Christi & dispensato- res ministeriorū Dei, nisi qđ baptismus pro- pter eius necessitatē laicis permittitur. Quod si arguas, vt arguit secundo loco S. Tho. Hoc sacramentum perficitur in consecratione ma- teriæ, non tamen in vsu, ad quem pertinet di- spensatio: ergo sacerdotes in consecratione suo ministerio satis perfunguntur, atq; adeo administratio poterit alijs competere. Nega- tur consequentia: imò propter causas iam di- ctas non solum consecrare, sed & dispensare ad eorum officium attinet. At verò non est tam

Secunda con- clusio.

Tertia cōclu- sio.

Expositio ar- ticuli.

Secundum ar- gumentum.

tam arctum ius vt soli sacerdotes sacramen- tum administrent, quā vt soli cōsecrent: nā consecrare neq; ex dispensatione alijs possent sicut administrare. **¶**Vtrum verò omnes sa- cerdotes id habeāt de iure diuino, alia res est. Arguit enim D. Thomas tertio loco, quod so- lis episcopis hoc cōueniat. Ait quippe Dio- nysius lib. de ecclesiast. Hierar. quod hoc sa- cramentum habet perfectiuam virtutē sicut chrisma: signare autē chrisinate baptizatos non pertinet ad sacerdotes, sed ad episcopos: ergo neq; eosdem baptizatos per sacramēti administrationem perficere. Respondetur, qđ per summionē eucharistiæ perficitur homo secundum se in ordine ad Christum, cuius fit membrum, quod potest sacerdos quatenus aliquam perfectiuam dispensationem episco- pi participat: nempe, sacerdotalem, sicuti dia- conus, quia aliquo modo participat cum sa- cerdote potest ministrare sanguinē. Per chri- sma autem confirmationis perficitur homo in ordine ad alios: nempe, ad propugnādā fidē aduersus hostes: & ideo sic perficere in- cūbit episcopo, tanqđ principi Christianę mi- litiæ. **¶**Sed arguitur præterea. Nullus sacerdo- tum potest administrare sacramēta; nisi pa- roccius suis parocianis, vt patet in dicto. ca. allegato. Omnis vtriusq; sexus, & in concilio Carthaginēsi. i. cap. 7. & in elem. Dudum, de sepulturis: ergo nō omnibus sacerdotibus id competit. Respondetur, in presentiarum hoc tantum consistit, qđ solis sacerdotibus ex of- ficio incumbat, sicut consecrare, ita & admini- strare. At quoniam sacramentorum admini- stratio actus iuridicus est, requiritur amplius vt administras iurisdictionem habeat in eos, quibus administrat, vel iure cōmuni, vel ex priuilegio, vt possit illos absoluerē, & absolu- tise eucharistiā dare. Quare in paschate soli pa- roccij possunt suis subditis eucharistiā admini- strare. Reliquo verò tēpore omnes religio- si id possunt, sicut cōfessiones audire, vt pa- tet cap. Religiosi, de priuilegijs. Hæc autem disputatio non est presentis loci, sed ad mate- riam clauium spectat dist. 20. **¶**Appendit au- tem D. Thomas eidem primę conclusioni v- num verbū: videlicet, qđ in necessitate potest laicus sacramentum de terra leuare. Vbi ad- notandum est, illud, quod dixerat, sacramen- tū hoc non debere tangi nisi à re consecrata, non esse intelligendū, nisi dum sacramentum perficitur, & ideo cōsecratur calix, & linteo- la, imò altare & vestes, & tēplum, sed ad con-

Tertium ar- gumentum.

Aliud du- bium.

Vtrum lai- cus tangere possit hostiā.

seruandum sacramentum non est necesse, vt pyxis consecratur. Et eadem ratione potest laicus manū tangere corpus in necessitate. Quare licet tunc esset in peccato, credo non peccaret, si reuerenter in absentia sacerdotis tangeret. Secus si osculo infirmus adoraret dū recipere nō potest: esset enim tūc peccatum, & nescio an mortale, licet non euidem gene- ris, ac si illud in peccato susciperet: nam cū per adorationem non cōferatur gratia, vt diximus, non opponitur tunc obex, sicut per- sumptionem. **¶**Contra hoc autem assertum arguitur. Oza, qui vt legitur. 2. reg. 6. eo qđ ma- nibus contingere ausus est arcam testamēti, dum ruinā minaretur, morte mulctatus est, licet causa pietatis id fecerit: maioris autem sanctitatis est sacramentum: ergo nullo casu licet laico illud tangere. Sunt qui respondeāt ob id illū poenas dedisse qđ illa nocte rei vxo- riæ operam dederat. Attamē hoc, postquā historia id nō refert, sine autoritate asseritur. Et licet talis coniux modò tangeret sacramen- tum, nō peccaret. Alij ex Iudæis, vt Nicolaus illic refert, aiunt nō fuisse punitum, nisi quia consilium dederat, vt plaustro arca reporta- retur, quæ humeris Leuitarum vehenda erat. Et ideo vbi periculū apparuit supplicio ple- xus fuit. Veruntamen si historiam attenda- mus, nō apparet mortuus, nisi quia manibus tetigit. **¶**Et ideo fortasse legitima responsio est, qđ Deus tam exactē volebat populum il- lum mandata ceremonialia obseruare, vt nul- lam illis permitteret interpretādi licentiam: tum quia figura erāt Christi: tum ne passim & temerē omnia interpretārētur. Et ideo qa obstrictē iusserat, vt sola Leuitica tribus arcā cōtingeret, nulla necessitas alijs facultatē tan- gendi faciebat, obidq; fuit ille temeritatis cō- demnatus. Cū autē lex euāgelica nō sit iam feruorum, sed filiorum, nullum argumentum ex illis ceremonijs ad rem euāgelicam du- cendum est. **¶**Contra secundam conclusio- nem arguitur. Iam modo nullibi mos est, vt diaconus sanguinem ministret, neque in eo- rum ordinatione illa exprimitur facultas: ergo non videntur tale officium habere in iun- ctum. Respondetur, illud in primitiua eccle- sia, dū populo ministrabatur sanguis, fuisse solitum, vt cū sacerdos non posset toti multitudini corpus & sanguinem porrigere, diaconus post ipsum, sicut nūc dat lotionem, tūc ministraret sanguinē. Neq; illam faculta- tem necessum erat in eorum ordinatione ex-

Argum. de Oza.

Autoris re- sponsio.

De secunda conclusione.

prime. Eo enim ipso quod diaconus, ut habetur. d. 23. can. Diaconus, tamquam proprius sacerdotis minister ordinatur: habet calicem cum hostia ei ministrare, ipsumque consecratum calicem dum opus est, propinare populo. Jam verò versus ille cessauit in populo: durat tamen in capella pontificis, ut Durandus presente dist. q. 4. refert, videlicet, quod dum ipse solenniter celebrat post sumptionem corporis fessum vadit, & tunc diaconus consecratum calicem ei adfert, & porrigit. **C**ontra tertiam de mū conclusionem arguitur. Si presbyter in necessitate, quia iacet ægrotans, posset per diaconum hostiam consecratam ad infirmum mittere: sequeretur primò quod si sacerdos ab esset, absque eius iussu posset diaconus idem munus exequi: si eadem necessitas id exoptularet. Ac subinde sequeretur secūdò, quod etiā dum presens sacerdos vel ex negligentia, vel ex nequitia nollet sacramentum deferre, posset tunc idem diaconus etiam reclamante & reluctante sacerdote eodem munere fungi. Imò verò sequitur tertio, ut subdiaconus, quinuerò & laicus posset id facere: quandoquidem necessitas non habet legem, præsertim si iniquus sacerdos nollet infirmi confessionem audire, quia tunc accidere posset, ut per sanctam communionem ex attrito fieret contritus. **P**rimum illatum conceditur, cum Sancti Thoma in. 4. dist. præfenti. quest. 1. ar. 3. questiuncula. 2. ubi ait, quod in absentia presbyteri necessitas ipsa interpres esset eius voluntatis, quod ratum haberet, ut diaconus eius vices impleret. Ad secundum respondetur, nefas esse diacono cum presbytero litigare, sed si negligens est, salutare est ipsum admonere. At verò tanta esse posset iniquitas sacerdotis nolentis misero infirmo in extremis succurrere, ut posset tunc diaconus suum munus præstare. Durandus loco citato commemorat se vidisse Romæ; dum Papa cardinalibus sacram communionem exhibet, diaconum cardinale eandem administrare capellanis sacerdotibus. Quem quidem morem approbare metuit. Sed tamē non est cur illatum nullatenus admitterem: videlicet, ut subdiacono administratio sacramenti huius villo casu committeretur. Primum, quia nunquam est auditum. Secundò quia ut nomen eius sonat, non est minister sacerdotis, sed diaconi, cui tradit materiam consecrandam, ut diaconus ipse tradat sacerdoti, ratio admo-

Cōtra tertiam conclusionem.

De diacono.

Durandus.

De subdiacono.

net, ne sanguinem possit administrare. De laicis Syluester verbo. Eucharistia. 3. §. 4. allegat cuiusdam opinionem tenentis in extrema necessitate posse laicum sacramentum infirmo deferre. Est tamē intolerabilis opinio. Etenim sacramentum hoc non est tantē necessitatis ut baptismus, ut debeat laico committi. Unde in prædicto cap. Peruenit, tanquam horribile & detestabile Synodus abominatur.

De laicis.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum sacerdos consecrans teneatur sumere hoc sacramentum.



QUANTUM supra dictum fuerit consecrans teneri sumere, tñ vt adiungantur proprię rationes, eadem nunc conclusio affirmatur: scilicet quod

sacerdos quotiescunq; consecrat, de necessitate sacramentum sub vtraque specie tenetur sumere. Probat, primò autoritate concilij Toletani de consecr. dist. 2. can. Relatum, vbi sic legitur. Modis omnibus tenendum est, ut quotiescunque sacrificas corpus Christi, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altari immolat, toties perceptionis corporis & sanguinis Christi participem se præbeat. Et confirmatur ratione, quia eucharistia non solum sacramentum est, sed & sacrificium: qui cunq; autem sacrificium offert tenetur eius fieri particeps: quia exterius sacrificium signum est interioris, quo se ipsum homo offert Deo vt August. 10. de ciuitate Dei autor est, vnde per hoc quod sacrificio participat, ipsum sumendo ostendit ad se interius pertinere. Secundò quia cum ipse consecrans debeat populo sacramentum dispensare, debet se ostendere eiusdem esse participem, quod alijs impertitur, vt ait Dionysius in lib. de ecclesiast. hierar. & ideo ipse debet ante sumere. Vnde in allegato cap. subditur. Quale est sacrificium cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Particeps autē non fit nisi qui de sacramento participat: secundum illud Apostoli 1. ad Corinth. 10. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris?

Conclusio.

Conclusionem hanc quæst. præcedenti ar. 3. contra Lutherum statuimus, tenentem quod cum Christus non sumperit suum corpus, nec sacerdotes debent sumere. Sed est hæreticus in vtroque. Est autem adnotanda hæc ratio. S. Tho.

Expositio articuli.

Thomæ: videlicet, quia hoc sacramentum est sacrificium, debet sacerdos ipsum consummare. Ratio namque sacramenti in sola consecratione consistit, ut dictum est: sed tamen quia ratio sacrificij consistit in representatione passionis Christi, fit vt dum à sacerdote sumitur, tunc quasi Christus immoletur, morisque eius & sepultura designetur. **A**rguit autem Lutherus apud Iodocum. 2. lib. de officio missæ ca. 15. Natura sacrificij est, si sit perfectum holocaustum, vt totum Deo relinquatur, atque adeo igne concremetur, vt Leuitici. 1. legitur: si autem victima tunc pars Deo relinquebatur igne cremata, partem verò sumebat sacerdos: sacerdotes autem, inquit, nostri totum absumunt, & Deo nihil relinquunt. Pespice hominis blasphemiam quasi hoc sacramentum, vt Deo relinqueretur, deberet igni cremari. Illi enim erant figurarum ceremonia: in euangelica verò veritate id potissimum Deo datur, quod sacerdotes eius nomine consumunt: sic enim sacrificium agni Iudæi sumebant & panes propositionis Deo oblatos. Et sacerdotes ea, quæ prius erant sacrificia in cibum suum vertebant, vt Exodi. 12. Numer. 24. & Leuitici. 24. legitur. De hac autem sacrificij ratione quæst. proxima art. 1. latius.

Lutheri arg.

Lutherus.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Solutum ergo restat primum argumentum S. Thomæ, cur scilicet, in alijs consecrationibus consecrans non vitur materia consecrata, vt episcopus dum Chrisma consecrat, non delinitur: nepe, quia illa consecratio non est sacrificium, sicut consecratio eucharistiæ.

Secundò arguitur. In alijs sacramentis minister non sibi ipsi sacramentum præbet nemo enim se ipsum aut baptizare potest, aut confirmare: ergo neque sacramentum sumere. Negatur consequentia: quia reliqua sacramenta perficiuntur in ipso vsu & applicatio ne materię & ideo quia nullus esse potest & agens, & patiens, nullus se potest baptizare, sicut nullus se potest consecrare: in consecratione namque perficitur sacramentum, vsus autem est quid consequens, & ideo potest sacerdos sacramento vti, quod consecrauit. **T**ertio arguitur. Contingit quoadquod, vt supra dictum est, corpus Christi in altari sub specie carnis, & sanguinem sub specie sanguinis apparere, quæ vt supra diximus, cibo & potui apta non sunt: ob hoc. n. sub specie panis & vini traduntur ne sint horrore fumentibus: ergo tunc sacerdos sumere non debet. Respondetur, eo, quod infertur, cōcesso, iux-

ta verbum Hieronymi super Leuiti. dicentis. De hac quidem hostia, quæ in Christi communicatione mirabiliter fit, edere licet: de alia vero quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nemini edere licet. Nec propter hoc sacerdos transgressor efficitur: quia ea quæ mirabiliter fiunt, legibus non subduntur. Consulendum tamen esset, tunc sacerdoti vt iterato corpus & sanguinem consecraret & sumeret. Atque idem dicendum si post consecrationem deprehenderet venenum sibi propinatum in calice: Sed nota verbum, consulendum, quo insinuatur, non esse præceptum vt illo casu, vt hic ait Caietanus, consecratio iteretur, & sumptio: nam miraculum absoluit hominem à præcepto, sed tamen melius est vt iteretur. In casu autē veneni fortasse esset necessarium. Sed de hoc iterum. q. proxima.

ARTICVLVS. V.

Vtrum malus sacerdos eucharistiam consecrare possit.



ROSTER sacerdotis in genere quaritur de illis, qui morum idoneitate non pollent, vtrum mali: nepe, illi qui mortali crimine deturpantur, valeant eucharistiam conficere. Et respondetur hac conclusionem. Sacerdotes, etiam si non sint iusti sed peccatores, possunt eucharistiam consecrare. Probat, primò autoritate Augustini in lib. de corpore Domini dicentis. Intra ecclesiam catholicam in mysterio corporis & sanguinis Domini nihil à bono maius nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis: sed in verbo perficitur creatoris & virtute spiritus sancti. 1. q. 1. can. Intra catholicam, & de consecra. distin. 2. can. vtrum sub figura. Secundò probatur ratione. Sacerdos consecrat non virtute propria, sed tanquam Dei minister in eius persona, malignitas verò non priuat ministerium Domini potestate, sanè qui bonos & malos habet ministros & seruos. Vnde Matt. 24. postquam ait Christus. Quis putas est fidelis seruus & prudens, &c. subdit. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, &c. Et Apostolus. 1. Corinth. 4. postquam dixerat, sic nos existimet homo, sicut ministros Christi, subnequit, Nihil mihi cōscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum, esse ergo potest certum aliquem esse

Conclusio.

Conclusio. Sacerdotes, etiam si non sint iusti sed peccatores, possunt eucharistiam consecrare. Probat, primò autoritate Augustini in lib. de corpore Domini dicentis. Intra ecclesiam catholicam in mysterio corporis & sanguinis Domini nihil à bono maius nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis: sed in verbo perficitur creatoris & virtute spiritus sancti. 1. q. 1. can. Intra catholicam, & de consecra. distin. 2. can. vtrum sub figura. Secundò probatur ratione. Sacerdos consecrat non virtute propria, sed tanquam Dei minister in eius persona, malignitas verò non priuat ministerium Domini potestate, sanè qui bonos & malos habet ministros & seruos. Vnde Matt. 24. postquam ait Christus. Quis putas est fidelis seruus & prudens, &c. subdit. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, &c. Et Apostolus. 1. Corinth. 4. postquam dixerat, sic nos existimet homo, sicut ministros Christi, subnequit, Nihil mihi cōscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum, esse ergo potest certum aliquem esse

Obiectio.

se ministrum absque eius probitatis certitudine. Quod si quis obijciat, hoc Christi maiestati derogare, ut iniquis ministris utatur: respondetur id potius eius excellentiæ congrue re, cui sicut verò Deo seruiunt non solum bona, sed etiam mala quæ per ipsius providentiam in eius gloriam ordinantur.

Expositio articuli.

¶ Conclusio hæc nemini est orthodoxorum ambigua: sed hæretici sunt, qui contrariū docent, ut VViteless apud VValdenses tomo. 2. de sacrament. cap. 7. qui sic argutur. Si spiritus sanctus cum laico sanctissimo quem inhabitat, non concurrat ad consecrandum, à fortiori neq; cum pessimo sacerdote in quo non est spiritus sanctus. Est autem hæretica talis illatio, sicuti si quis sic colligeret. Non concurrat cum optimo Nathanaele, ut esset apostolus ergo neque ad id muneris concurrat cum pessimo Iuda: potestates enim diuinitus collatæ non in bonum singularium personarum, sed in bonum commune totius ecclesiæ, non sunt ex moribus ministrorum dependentes: aliàs cum hominum crimina occultissima sint, vix vnquam esse possemus certi an publici ministri ecclesiæ potestatem habeant, ut iudicia eorum acta & sacramenta solida sint & valida. Vnde semper in ecclesia confusio, & turbatio oboriretur: quæ eiusmodi perturbatores moliuntur. At qui ratio potissimum in sacerdotibus viget: character enim, ut suo loco diximus, non imprimitur ad modum habitus tanquam virtus ad bene operandum, sed est mera potestatis & indelebilis facultas ad operandum, siue bene siue male. Et secundum istos nunquam essemus certi vtrum verum sacramentum adoremus, an verò idololatremus. De hac autem re satis superq; diximus dist. 1. quæst. 7. art. 5. & 6. vbi innumeris testimonijs Augustini & aliorum sanctorum aduersus Donatistas, quorum plurima dist. 4. de consecra. referuntur, stabilitam hanc veritatem ostendimus, quod mali ministri, quantumuis hæretici, vera administrant sacramenta. Vbi & error Armachani repulimus, dicentis per quodcunque mortale delictum quancunque publicam potestatem delinquentis deperire.

Quapropter de eadem re nihil hic amplius. ¶ Primum argumentum. S. Thomæ est autoritas Hieronymi super Sophoniam & refertur. 1. quæst. 1. can. Sacerdotes, dicentis. Sacerdotes qui eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Domini populis diuidunt, impiè agunt in lege Christi putantes eucharistiæ precantis fa-

cere verba, non vitam, & necessariam esse solemnem orationem, & non sacerdotis merita de quibus dicitur. Sacerdos in quacunq; fuerit macula non accedat offerre oblationes Domino. Respondetur, Hieronymum illic tantum admonere, quod indignè accedere ad sacramentum sit graue scelus contra illos, qui credebant se dignè posse eucharistiæ consecrare eo tantum merito, quod sunt sacerdotes, quanuis sint nequæ. Haud tamè negat esse verum sacramentum etiam dum in crimine consecrant. ¶ Secundò arguitur. Damascenus lib. 4. cap. 14. ait quod panis & vinum per

Secundum argumentum.

aduentum spiritus sancti super naturaliter transit in corpus & sanguinem Domini: Gelasius autem Papa (ut habetur. 1. q. 1. can. Sacrosancta) ait. Quomodo ad Domini mysterij consecrationem cælestis spiritus vocatus adueniet, si sacerdos qui eum adesse deprecatur criminosis plenus actionibus comprobetur? Respondetur mentem Damasceni non esse nisi dissuadere sacerdoti ne in peccato ad sacramentum accedat, ut ex his eius præcedentibus verbis colligitur. Sacrosancta religio, quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reuerentiam vendicat, ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat peruenire. Dicens igitur, Quomodo cælestis spiritus adueniet? solū intelligit quod non adueniet merito sacerdotis, nihilominus adueniet virtute Christi, cuius verba sacerdos profert. ¶ Tertio arguitur. Hoc sacramentum sacerdotis benedictione consecratur: benedictio autem delictoris sacerdotis non est efficax ad consecrationem sacramenti, cum Malachiæ. 2. scriptum sit. Maledicam benedictionibus vestris. Et Dionysius in epistola ad Demophilum. Perfecit, inquit, cecidit à sacerdotali ordine qui non est illuminatus, & audax quidem nimium mihi videtur talis sacerdos manum apponens & audet immundas infamias (non enim dicam orationes) super diuina symbola Christi formiter enunciare. Adde quod cum consecratio scelesti ministri scelus sit, & ad peccatum Deus non concurrat, apparet ad talem consecrationem non concurrere. Respondetur quod sicut eadem actio in quantum sit ex praua intentione ministri, potest esse mala, & in quantum sit ex bona intentione Domini esse bona ut dum seruus iussu probi Domini praua intentione dat elemosinam, ita benedictio & consecratio prauis sacerdotis in quantum indignè ab ipso fit, est peccatum & maledictio

Tertium argumentum.

ne digna, atque adeò ea ratione non concurrat ad illam Deus, sed tamen in quantum profertur ex persona Christi est sancta & efficax ad quam ipse concurrat. Vnde signanter dicitur, Maledicam benedictionibus vestris (id est) qua ratione vestre sunt.

ne digna, atque adeò ea ratione non concurrat ad illam Deus, sed tamen in quantum profertur ex persona Christi est sancta & efficax ad quam ipse concurrat. Vnde signanter dicitur, Maledicam benedictionibus vestris (id est) qua ratione vestre sunt.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat: quam missa sacerdotis boni.



I iniquus sacerdos, ut iam modo dicebamus, sacrificando peccat, & nihilominus verè consecrat, merito quæritur, vtrum eius missa tanti sit valoris ac si dignè consecraret. Ad quod S. Thom. distinctione præmissa tribus conclusionibus respondet. In missa nanque duo est considerare: scilicet, & sacramentum, quod est principale, & orationes quæ illic pro viuus & mortuis funduntur. Est ergo prima conclusio. Quæ tum ad sacramentum non minus valet missa improbi sacerdotis, quam probi: quoniam ut art. proximo dicebamus ab utroque idem perficitur sacramentum. Oratio autem bifariam potest considerari. Vno modo in quantum ex deuotione sacerdotis proficitur, & sic subnectitur secunda conclusio. Non est dubium quin missa boni sacerdotis magis sit fructuosa. Probat, primò autoritate canonis. Ipsi sacerdotes. 1. quæst. 1. vbi habetur, quod quanto sacerdotes fuerint digniores, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Imò verò ex orationibus sacerdotis, qui est in peccato, nullus fructus sacramentum accrescit apud Deum, quoniam nullius sunt meriti apud ipsum. Sed alio modo eiusmodi orationes considerantur, ut à sacerdote in persona totius ecclesiæ, cuius ministeriū agit, proferuntur. Quod quidem ministeriū etiam in iniustis permanet: ut de ministerio Christi proxime dicebamus. Et tunc adhibetur tertia conclusio. Non solum hac ratione oratio iniusti sacerdotis in missa fructuosa est, verum & omnes eius orationes, quas per sonam ecclesiæ gerens in officij ecclesiasticis soluit, tametsi priuatæ eius orationes nullius sint fructus apud Deum, secundum illud Prouer. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Expositio articuli.

multa extra propriam lineam commiscunt. Primum quæstionem illam, vtrum missa oblata pro pluribus tantum singulis proficit quantum oblata pro vno. Sed hæc nihil ad presentem locum attinet. Dicitur enim de illa sumus, quæst. sequenti art. 1. Nunc ergo non comparatur missa respectu eorum pro quibus offertur, sed respectu sacerdotum offerentium, cæteris paribus, vtrum ex malitia sacerdotis minuatur valor sacrificij siue pro vno, siue pro pluribus offeratur. Et S. Thom. non videtur ad formam quæstionis respondisse: haud enim cõclusit simpliciter & absolute, vtrum omnibus consideratis missa mali sacerdotis minus valeat, quam missa boni. Nihilominus intendit concludere simpliciter partem affirmatiuam.

¶ Pro cuius intellectu notandum est primo, quod nomine mali sacerdotis intelligimus eum qui est in peccato mortali: nam peccata venialia non obstant gratiæ & functioni sacramentali. Secundò notandum, hoc sacramentum considerandum esse, & qua ratione est sacramentum, & qua est sacrificium. Qua enim est sacramentum, effectus eius & fructus est gratia: quæ suscipienti confertur. De qua in præsentiarum nullus habetur sermo: satis enim supra distinct. 11. quæst. 2. de eo dictum est. Sed quatenus est sacrificium effectus eius est triplex: scilicet, per modum meriti, per modum satisfactionis, & per modum impetrationis, quos latius quæstione proxima articuli. 1. sumus explicaturi. Vbi & de offerentibus habendus est sermo. Congruentius enim duximus, omnia quæ ad rationem sacrificij pertinent, simul illic tractare, ut vicaria se luce dilucident, quæ mæbratim ea discernere. Et ideo si quæ hic desideretur: illic patebunt. ¶ Satis ergo erit nudam literam S. Th. exponere. Ait enim primò, quod in missa est duo considerare: scilicet, & sacramentum, quod est principale, & præterea orationes. Sed rogas, quodnam istorum sit sacrificium, vtrum solū sacramentum, an etiam orationes? Nam si solum sacramentum, dum consecratur, est sacrificium, consequitur, ut simpliciter sit tanti valoris missa mali sacerdotis, quam boni. Et tunc sensus primæ conclusionis esset, quod missa mali sacerdotis non minoris est valoris: quia tam verè consecrat ratione characteris, quam bonus. Sed re vera sensus hic non potest stare: nam tunc missa illius nequam sacerdotis, etiam in quantum sacrificium, esset tanti valoris, quæti missa boni, quod Sanctus Thom. negare videtur.

Dubitatio.

detur. Sensus ergo eius non est iste, quod sola consecratio sacramenti cōsecetur sacrificium: nam sacrificiū, vt diximus, dicit oblationem & immolationem, atque adeo, vt quæst. sequenti cōmōstrabimus, non consistit in sola consecratione. Quare Sanct. Thomas consilio dixit sacramentum in missa esse principale, quasi non sit totum sacrificium, sed præcipuum in sacrificio, seu eius substantia. Imò verò ad sacrificium non solum concurrunt illa, quæ sunt de ei⁹ essentia, vt oblatio & sumptio: verum & preces, & orationes, quibus ecclesia instituit sacrificium offerri, quasque sacerdos nomine eius fundit, licet de iure positio. At nihilominus stat semper argumentum quod missa mali sacerdotis, etiam quatenus est sacrificium, æqualeat missæ boni. Cuius contrarium videtur Sanct. Thom. insinuare, vt patet ex argumento, quod assert ex. r. q. 1. vbi habetur, quod digniores facilius exaudiuntur. Consequentia vero probatur, quoniam nomine sacrificij intelligitur primò sacramentum, quod idem est prorsus boni & mali, mox preces. Precum autem illarum, quas sacerdos tanquam persona priuata accumulat, per accidens se habent ad sacrificiū atq; adeo inde nihil ei per se accrescit aut decrecit. Eo vel maxime quod potest contingere, vt nullas adhibeat præter communes ecclesie. Illæ autem quas fundit nomine ecclesie, & potissimum oblationes, eiusdem sunt valoris in bono & malo: quia non innituntur merito ministri, sed ecclesie. Caietanus hoc loco ob hanc rationem, concedit illatum consequens: nempe, simpliciter tanti valoris esse missam mali, quam boni sacerdotis quoniam vterque est minister ecclesie, arbitraturque hanc esse sententiam. D. Thomæ. Quare ait in tertia conclusione minus dicere, quam intēdat. Ait enim, quod oratio mali sacerdotis tanquam ministri ecclesie est fructuosa, sed intendit, quod nō est minus fructuosa, quam oratio boni sacerdotis. Et subtextit rationem quod ministerium in persona ecclesie non est minus fructuosum, quam in persona Christi: minister autem Christi seu bonus, seu malus, æque sanctificat. Scotus verò in præsentia dist. quæst. 2. ad tertiū principale contrarium tenet: nam meritum, inquit, ecclesie non est idea abstracta ab indiuiduis, sed meritum applicatum per istum ministrum. Quare ex illa parte nō est tanti valoris. Veritatis tamen,

nisi fallor, summa sic habet. Ad sacrificij valorem æstimandum non est habenda ratio peregrinarum orationum, si quas fortè sacerdos præter ecclesie institutū adhibeat: quoniam accidentariæ sunt, & sæpe nullas adiungit, imò forsā cōsultius esset nullas passim multiplicare. Quare de illis nil, arbitror, Sanctū Thomam hic fuisse locutum. Quamuis si illas prudentes & serias interferat, suo non careant merito, sicuti neque illarum, quas circumstant populus cordatè fundit. Tamen neque debeant illas coaceruare, quæ attentionem audiendæ missæ perturbent. Preces itaq; quarum in valore missæ habenda est ratio, sunt illarum, quæ ex ecclesie institutione sunt. Istæque sunt, de quibus in præsentiarum. D. Thomas distinguit, quæ quidem dupliciter considerantur. Si enim spectentur quatenus sunt ecclesie, eiusdem valoris sunt in bono & in malo ministro: sicuti si vir bonus æquale eleemosynam per seruum nequam & per bonum faceret, nihil enim malitia serui officit hero. Sed tamen quatenus eadem preces considerantur, vt ex peculiari deuotione sacerdotis emanant, maioris valoris sunt in bono sacerdote quam in malo. Hoc autem sufficit, vt missa boni sacerdotis simpliciter & absolute omnibus pensatis, melior sit, quam mali. Atque hanc sententiam arbitror esse tum verā, tum etiam. Sanct. Thomæ. Primū quia licet meritum ecclesie sit in personis Christianæ reipublice, nihilominus applicatur per istum ministrum, quare applicatio, & oblatio sacrificij non est tanti valoris dū fit per prauum sacerdotē. Nam canon citatus, vbi habetur, quod quanto sacerdotes fuerint digniores, tanto facilius exaudiuntur, palam loquitur de sacerdotibus quatenus sunt ministri ecclesie, alias non magis denotaret sacerdotes, quam laicos. Et eleemosyna per malum seruum ministrata, licet nihil de merito Domini deterat, nihilominus considerata in particulari non est Deo æque grata. Et quod hæc sit opinio. Sanct. Thomæ apparet primò, quia consultò non dixit oblationem & orationem mali sacerdotis, vt est minister ecclesie, comparatiuè esse tam fructuosam, quam boni, sed absolute, esse fructuosam.

Item in solutionibus argumentorum plane fatetur missam boni ministri esse meliorem. Arguit enim primo loco, quod videatur missa sacerdotis mali non minus valere quā boni,

ni, propter illam autoritatem Gregorij in registro. Heu in quā magnum laqueum incidunt, qui diuina, & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credunt: cū vnus idemque spiritus sanctus ea mysteria occultè atque inuisibiliter, operando sanctificet. Quam quidem autoritatem D. Thomas intelligendam censet de sanctitate sacramenti: nam ministri sacramentorū, vt supra dictum est, etiam si sint hæretici: verè sacramenta perficiunt, quare malus tū verè consecrat quam bonus: ei ergo à contrario sensu intelligit quod ratio sacrificij, quæ consistit in oblatione, secus habet. Id quod in secundo argumento amplius declarat: sicut enim, inquit, baptismus traditur à ministro in virtute Christi, qui baptizat: ita & hoc sacramentū in persona Christi, cuius noie cōsecratur, sed nō melior baptismus datur à meliore ministro, vt supra dictum est: ergo neque melior missa est, quæ celebratur à meliori sacerdote. Et respondet quod in sacramento baptismi non sunt solennes orationes pro omnibus fidelibus sicut in missa, & ideo non est simile: sed erit simile quantum ad sacramentum. Cum ergo hic loquatur de orationibus, & oblationibus sacerdotis, quatenus est minister, postquam illū confert cum ministro baptismi, fit vt illa ratione intelligat missam melioris sacerdotis esse meliorem. Et ad maiorem explicationem arguit tertio loco. Sicut merita sacerdotum differunt per bonum, & melius, ita & per bonū & malum: si ergo missa melioris sacerdotis est melior, sequitur quod missa mali est mala, quod est inconueniens: quia malitia ministrorū non potest redundare in Christi mysteria. Respondet, concessio semper missam melioris sacerdotis esse meliorem: sed negat consequentiam, quod missa mali sit mala: nam per virtutem spiritus sancti cuius charitatis vinculo Christi membra copulatur, fieri potest, vt priuatum bonum vnus redundet in bonum alterius, malum autem vnus nunquam in alterum, nisi per eius proprium consensum, redundat. Et ideo missa mali sacerdotis virtute & merito ecclesie semper est bona. Sit ergo articuli resolutio, quod cū ex sacrificio missæ triplex percipiatur fructus, vnus per modum meriti talem hostiam offerentis, hic in sacerdote, qui culpā mortali maculatur, nullus est prorsus quatenus oblatio ex ipsius deuotione procedit, quia extra gratiam nullū est meritum. Sed quatenus il

la oblatio est ecclesie, applicabitur illi Christi & ecclesie meritum. Secundus effectus est satisfactio virtute operis, id est, hostiæ exhibitæ, qui quidem, vt Sanct. Thom. quæst. 79. arti. 5. nos docuit, crescit ex deuotione offerentis. Ex quo fit, vt ratione mali sacerdotis non crescat: quia sua deuotio nullius est valoris, sed quatenus per ipsum autoritate ecclesie sacrificium offertur, erit æqualis in omnibus malis sacerdotibus, ad modū quo de gratia baptismi paruulorū locuti sumus. Augetur nihilominus in vno quoque aliorū offerentium, qui in gratia extiterint quales sunt, (vt quæst. proxima videbimus) circumstantes, atque omnes, qui in alimentum sacerdotis eleemosynarum subsidia conferunt. Pari modo tertius effectus impetrationis, qui per modum suffragij applicatur defunctis nihil virtute mali sacerdotis, quatenus est priuata persona, valebit. Nihilominus quatenus oblatio fit autoritate & institutione ecclesie, suum obtinebit valorem. Atque idem dicendum de circumstantibus, aut eleemosynarum offerentibus si sunt in peccato. Sed quispiam forsā contra hanc decisionem sic insurget. Si valor missæ potissimum ecclesie merito nititur, sequeretur etiam ex hac parte esse variabilem: nam vno tempore in ecclesia est amplior iustorum numerus, quam in altero, & nonnunquam personæ maioris sanctitatis. Gabriel super canonem lectione. 26. suum secutus Aliacum cōclusionem concedit. Cuius tamē veritatis nihil certi aut explorati habeo. Primum enim apparet præfata ratio nō prorsus despiciabilis. Sed tamen ab altera parte apparet argumentum, quod sacramentorum ministeria non fundantur in gratia personarum ecclesie, sed in passione Christi. Quare licet impossibile nulla esset in tota ecclesia persona Deo grata, nihilominus sacrificium, suū haberet valorem. Item quia ecclesia per habitus personarum nihil ad sacrificium attendit, sed dormientium vel alijs vacantium rebus, non offert sacrificium, sed solum per actum sacerdotis & circumstantium & eleemosynas ministrantium: ergo ex aliorum dignitate nulla fieri videtur ecclesie accessio.

ARTICVLVS. VII.

Utrum hæretici, schismatici, & excommunicati possint consecrare.



INTER iniquos ministros quidam sunt simpliciter peccatores, quos dictum est consecrare posse: sed alij sunt ab ecclesia præcisi, de quibus maius est dubium. Quare non desierunt, qui dicerent hereticos, schismaticos & excommunicatos: quia sunt extra ecclesiam, non posse perficere hoc sacramentum. Quibus Magister Sententiarum distinctione presenti subscribere visus est. Sed diuus Thomas præmissis quibusdam distinctionibus, quatuor respondet conclusionibus. Possimus enim loqui & de receptioe potestatis sacerdotalis, & de eius usu.

Prima conclusio.

Est ergo prima conclusio. Illi qui intra ecclesiam constituti & secundum eius statuta ordinati sunt, postmodum vero per heresim, schisma, vel excommunicationem ab ipsa præcisduntur, recte quidem facultatem susceperunt sed non recte ea utuntur, eo quod contra ecclesiam inius illam exercent.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio. Qui dum sunt ab ecclesia præcisi ordinem sacerdotij recipiunt, illi nec recte potestatem habent, nec quando sunt præcisi recte illa utuntur: quia utrunque est contra ecclesiam ordinem, quæ præcisos ab ordinibus cohibet, tam suscipiendis, quam exercendis.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Vtrique veram habent potestatem, ut siue sacramentum consecrare attemptent, verè consecrent, siue ministrare, verè ministrent. Probatur autoritate Augustini libro secundo contra Parmenianum, ubi ait. Aliud est aliquid omnino non habere, aliud autem non recte habere. Et similiter, est aliud non dare, & aliud non recte dare. Et quæ heretici eandem habeant potestatem, illo documento illic monstrat, quod cum redeunt ad unitatem ecclesiam, non reordinantur, sed recipiuntur in suis ordinibus. Ad idem facit quod articulo 5. ex eodem Augustino libro De corpore Domini, cano. intra catholicam ecclesiam. 1. questione. 1. citauimus, ubi in hunc modum legitur. Intra catholicam ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote. Quarta conclusio. Qui extra ecclesiam vel ordinatur, vel potestate ordinum utitur, mortaliter peccat: quia non recte secundum ecclesiam ordinem id facit: quare neque fructum sacrificij percipere potest.

Quarta conclusio.

Expositio articuli.

De his conclusionibus nullum est hic necessarium.

se adhibere verbum: quippe, quas distinctione. 1. questione. 5. articulo. 5. in tractatu de ministris in genere quam plurimis autoritatibus Augustini atq; aliorum sanctorum ac perinde ecclesiam sanctorum satis monstrauimus esse constabilitatem, quorum plurima de consecratione. distinctio. 4. referuntur, ut can. Romanus. can. Si qui. & can. Si re vera, & quæ plurimis alijs. Quapropter in hac parte opinio Magistri Sententiarum repudiatur.

Primum argumentum.

Primum argumentum colligit Sanct. Thomas ex Augustino dicente, extra ecclesiam catholicam non esse locum veri sacrificij, cano. supra allegato. Intra catholicam ecclesiam. eccle. 1. q. 1. & ex sancto Leone Papa ibidem can. In ecclesia, ubi ait, Aliter (scilicet quam in ecclesia, quæ corpus Christi est) nec rata sunt sacerdotia, neq; vera sacrificia. Et in concilio Laodicensi can. Non oportet, legitur, quod non oportet hæreticorum benedictiones accipere: quoniam magis sunt maledictiones quam benedictiones. Et multa huiusmodi alia adducit testimonia Petrus Lombardus in eadem sententiam. Hæc autem & familia cuncta, inquit Sanct. Thomas intelligenda sunt quantum ad hoc, quod extra ecclesiam non recte sacrificium offertur, quare nullum est illic spirituale sacrificium, quod sit verum veritate fructus: est autem verum veritate sacramenti, quemadmodum supra diximus, peccatorem sacramentaliter Christi corpus sumere, non autem spiritualiter.

Secundum argumentum.

Secundum arguitur. Innocentius (ut can. Arianos, eadem causa & questione legitur) ait Arianos, ceterasque eiusmodi pestes detestamur: quia licet eorum laicos conuersos ad Deum sub imagine poenitentiae suscipimus, tamen clerici eorum non videntur cum sacerdotij aut cuiuspiam ministri suscipiendi dignitate esse, quibus solum baptismum ratum esse permittimus: ergo hæretici sacerdotali dignitate non funguntur, atque adeo consecrare nequeunt. Respondetur, illic pontificem non loqui de potestate quantum ad consecrandum hoc sacramentum, ceteraque perficiendum, sed de solo potestatis usu, videlicet, quod permittitur illis in extrema necessitate baptizare paruulos, ut tunc baptizando non peccent, sed nullatenus permittitur, ut consecraret, aut alia sacramenta ministrarent.

Tertium argumentum.

Tertium arguitur. Ille qui extra ecclesiam

est nihil agere posse videtur in persona & potestate ecclesiam: sacerdos autem non videtur nisi in tali potestate consecrare posse: quando quidem & ritu & forma ecclesiam id facit: ergo & qui extra ecclesiam est minimè consecrat. Respondetur, quod sacerdos in precibus quidem, & orationibus proferendis in persona ecclesiam loquitur, consecrationis verò formam non nisi in persona Christi pronunciat. Ob idque ab ecclesia præcisi per characterem ordinis, qui est Christi potestas, verè consecrat: preces tamen eius nullius sunt virtutis, aut efficaciam.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum conficere.



QUIA degradationis nomen ablatione sonare videtur gradus sacerdotij, de degradato singulariter queritur, an possit consecrare. Ad quod hac conclusione respondetur. Sacerdos degradatus potest hoc conficere sacramentum: ita ut si consecret, licet peccatum mortale committat, consecratio tamen teneat. Probatur primo autoritate Augustini eodem 2. libro contra Parmenianum, ubi ostendit apostatas à fide non carere baptismate, per hoc quod per poenitentiam redeuntibus baptismus non restituitur, quod signum est, illum nunquam amisisse: quamobrem cum similiter dum degradati reconciliantur, non iterum ordinantur, signum est sacerdotij gradum non amisisse, atque adeo degradatum consecrare posse. Et ratio id ipsum elucidat. Potestas enim consecrandi eucharistiam ad sacerdotalem characterem ordinis attinet: character verò qui libet, ut proprio loco dictum est, quia cum consecratione datur, indelebilis est, sicut omnes quaruncunque rerum consecrationes perpetuæ sunt, neq; amitti, neq; iterari possunt: ergo in degradato permanet character, atque adeo eius consecratio erit valida. Et confirmatur autoritate Augustini eodem lib. 2. citato contra Parmenianum, ubi ait, utrunq; (scilicet baptismus & ordo) sacramentum est, & quadam consecratione utrunque homini datur: illud. scilicet. cum baptizatur, istud cum ordinatur: ideoq; non licet à catholicis utrunq;

conclusio.

iterari. Ex quo fit, ut character ordinis perinde atq; baptismi sit indelebilis.

Circa hos duos articulos dubium est non dissimulandum, quod ex solutione tertij argumenti articuli præcedentis ortum habet: videlicet, utrum sacrificij istorum, qui sunt ab ecclesia præcisi, licet nihil illis prosit, proficit tamen alijs pro quibus offertur. Apparet enim ex verbis Sancti Thomæ colligi, ut nihil profus proficiat. Ait, inquam, preces nomine ecclesiam in missa fieri, & ideo in hæreticis & alijs præcisis nullius esse efficaciam. Secundò id vehementius confirmatur: quia ecclesia non intendit per illos sacrificium offerre, quicquid sit de consecratione sacramenti, que fit in persona Christi, ergo qua ratione est sacrificium nullius valoris est. Tertio. Qui sacrificium ab hæreticis offerri petunt, aut à degradatis & schismaticis, & qui eorum sacrificiis intersunt, peccant: ergo neque illis villo modo est fructuosum. Quarto. Cum Lutherani nostra irrideant sacrificia, ridiculum apparet fateri, quod cum pro nobis offerant, quicquam prosit, præsertim illi, qui veritatem corporis & sanguinis in sacramento abnegant. Certè res est dubia: nihilominus per has distinctiones respondetur. Primum. Certum est ipsis præcisis sacrificium, quia tunc peccat nil prodesse. Secundò. Notum quoq; est eorum preces quatenus ex eorum deuotione dimanant, nullius esse efficaciam: quia peccant offerendo. Tertio. Et id manifestum est nullum eorum, qui scientes ab eis petunt sacrificium, aut sacrificio intersunt, vllum percipere fructum: quia etiam peccant. Dubium ergo huc deuoluitur. Si quis ignoras hunc sacerdotem esse Lutheranicum, bona fide det ei elemosinam pro sacrificio, cui etiam intersit, & hæreticus intendens facere, quod ecclesia catholica verè consecrat, licet non credat illic esse corpus & sanguinem, utrum proficit illi, pro quo offertur. Ad quod sub aliorum censura respondens asseruerim illis prodesse: nam quicquid sit de precibus: consecratio tamen fit in persona Christi, atque adeo in persona ecclesiam: quia cum character sit indelebilis, quantum possit ecclesia prohibere usum, non tamen tollere potestatem, quin quicunque sacerdotis eius intentione utatur, in eius potestate consecraret, sumatq; sacramentum: & cum in hoc sacrificio substantia consistat, fit ut sacrificium natura sua prosit alijs pro quibus offertur, si sunt in gratia

Expositio articuli.

Responsio.

Dubium.

Sententia articuli.

gratia. Eadem ratione concederem, q̄ etiam si hæreticus non requisitus, sed sua sponte sacrificet, intendendo quod facit ecclesia, offeratq; pro Papa, pro rege, proq; alijs Dei amicis, proderit illis sacrificium: nam quod requisitus, vel sua sponte faciat, naturam sacrificij non mutat. Et quod hæc fuerit sententia Sancti Thomæ, apparet ex arti. 6. vbi dixit, quod missa mali sacerdotis absq; vlla distinctione præcisus, vel nõ præcisus, est fructuosa. Et in solutione tertij dixit, quod non est mala.

De precibus mali sacerdotis.

De precibus tamē eius est maius dubium, eo quod simpliciter in prædicta solutione in 7. artic. ait Sanctus Thomas, quod orationes præcisus nullam habent efficaciam: vbi insinuat, quod illas non fundit quatenus, minister ecclesiæ, eo q̄ est ab ipsa præcisus. Quare quod dixerat artic. 6. orationes sacerdotis peccatoris in missa, quatenus est minister ecclesiæ, esse fructuosas, non videtur præcisus comprehendere. Qui autem dicere vellet, quod ecclesia præscindendo hæreticos, degradatos & alios, non potest facere quin si sacrificent, eius vtantur potestate, etiam in fundendis precibus, quauis peccent, glossare potest dictum Sancti Thomæ, quod eorum preces nullius sunt efficaciam, quatenus ex eorum deuotione promanant, secus quatenus eas in potestate ecclesiæ offerūt. Tametsi prior solutio gratius literæ S. Thomæ arideat.

Primum argumentum.

Primum argumentum in præsentia articulo ducit Sanctus Thom. ex can. Quod quidam §. Opponitur. i. quæst. i. cuius verba sunt. Suspendo, vel deposito sacerdote nulla ei relinquatur potestas sacrificandi, sed baptizandi, quæ etiam est in laicis, & hæreticis. Ad quod respondet, non esse dictum assertiuè, sed inquisitiuè, vt ex circumstantia literæ haberi potest. Haud enim illa verba sunt Augustini, cuius est Canõ, sed Gratiani verbis Augustini opponētis. Ex quo colligitur error glossæ Ioannis super can. Accedens, dist. 50. assertentis clericum degradatum non retinere ordines, nec conficere sacramentum. Glossatores enim isti quoties in ius diuinum falcem mittunt, cruentantur.

Error glossæ.

Secundum argumentum.

Secundo arguitur. Ille qui aliquid dat potest etiam auferre: sed episcopus dat presbytero potestatem consecrandi ordinando ipsum: ergo eandem ei degradando aufert. Respondetur, quod episcopus illam potestatem non cõfert virtute propria, sed tanquam minister Dei, quam ideo tollere nequit, iuxta verbum Christi Matthæi. 19.

Quos Deus coniunxit, homo non separet: facti neq; qui baptizat, potest vnquam in baptizato characterem delere. Tertio arguitur. Sacerdos per degradationem, aut amittit potestatem consecrandi, aut solam executionem: nõ solam executionem, quia cum illam etiam excommunicatus amittat, nihil degradatio excommunicationi superadderet: ergo amittit ordinem & gradum. Respondetur, quod per excommunicationem, cum sit medicinalis poena, non priuatur sacerdos executione characteris quasi in perpetuum, sed in tempus correctionis gratia: degradatio verò quæ propter enormia facinora, & potissimū propter incorrigibilitatē fit, est priuatio quædam executionis ordinū, quasi in perpetuum. Tametsi neq; omnino eis occludatur regressus, si dignam egerint poenitentiam.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hæreticis seu peccatoribus communionem recipere, & eorum missam audire.



OST eorum delictum, qui in delicto missas celebrant, sequitur de alijs, qui cum illis in missa participant, vt exploretur an etiam delinquant. Ad quod Diuus Thom. duabus conclusionibus respondet. Prima est. Non licet à præcisus communionem accipere, aut eorū missam audire. Probat, quia illi, s. hæretici vel schismatici, aut excõmunicati, vel etiam peccatores, quauis habeant potestatem consecrandi eu charistiam, tamen non ea rectè vtuntur, sed, vt proximè dictum est, peccant vtentes: qui cunq; autem communicat alicui in peccato, ipse particeps peccati efficitur, vnde in 2. canonica Ioãnes dicit, quod qui dixerit ei, Ave, (scilicet, hæretico) communicat operibus illius malignis: & ideo non licet à prædictis communionem accipere, aut eorum missam audire. Hæc verò verba non intelligas, vt in superficie sonant tanquam assertam conclusionem, sed vt statim exponitur: nõ cum in priori præmissa inter alios cõnumerauerit etiam peccatores non præcisos, si verbū, prædictis, cõprehensum oēs referret, falsa esset cõclusio: quia nõ est peccatū sacramentum à peccatore suscipere, si non est excommunicatus. Imò collectio non est valida: nempe, ob id, q̄ ipsi cele-

Prima conclusio.

celebrando peccent, peccatum esse eorum, vel missam audire, vel communionem accipere: quia hoc non est participare cum ipsis in crimine, quandiu ab ecclesia tolerantur. Voluit tamen S. Thom. illud verbū sic in genere præmittere, vt ius naturale insinuaret, & inde ad distinctionē descenderet. Differt enim, inquit, inter prædictos peccatores, quod hæretici, & schismatici, & degradati & excõmunicati per sententiã ecclesiæ executione consecrandi priuati sunt, & ideo peccant qui sacramenta ab eis recipiunt, vel eorum missam audiunt. Perspice quemadmodum ratio conclusionis nõ est illa generalis, quod quia ipsi peccant celebrando, peccatum sit eorum saceris interesse, sed hæc particularis quod dum per sententiã ecclesiæ executione ordinum priuati sunt, simul inhibatum est alijs ne eorum missas audiant, aut communionem accipiant. Secunda conclusio. A peccatoribus missam audire, vel communionem accipere, quandiu per sententiã ecclesiæ non sunt præcisus, licitum est: nam licet sint suspensi quãtum ad se ex sententia diuina, & ideo celebrando peccent, tamen quo ad alios non sunt priuati sententia ecclesiæ. Cum enim populi occultas sacerdotum maculas ignorent, non esset eis prouidè cõsultum si cohiberentur iniquorum sacerdotum sacris communicare, quousq; ecclesia à suo gremio illos excluderet. Id enim significat sententia euangelica, quæ neminem habet tãquam ethnicum & publicanum quousq; ecclesiam non audierit. Vnde super illud. 1. Corinth. 1. Cum huiusmodi neq; cibum sumere, ait glossa Augustini. Hoc dicendo noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario usurpato iudicio, sed potius ex lege Dei, secundum ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum & conuictum.

Secunda conclusio.

Matth. 16.

Expositio articuli.

Excommunicati vitandi iure naturæ quatuor de causis.

Ad maiorem claritatem huius articuli adnotandum est, quod vitare peccatores duplici tenemur iure: scilicet, naturali & positivo. Naturali, scilicet, quadruplici causa. Vno modo ne simus eorū fautores: nõ qui alienis peccatis fauet, cõsentire cum eis videtur, quod Pau. ad Roma. 1. condemnat dicens. Digni sunt morte, nõ solum qui faciunt, sed qui facientibus cõsentunt. Imò ratione quadam ad eorum peccata concurrunt. Secundo in casu correctionis fraternæ, quando scilicet videmus, quod separare nos ab eorum consortio

prodesse possit, vt corripentur, vt dñi à familiaritate cū publico cõcubinario, qui alius meus erat amicus, me subtrahat. Tertio, ad euitandum scandalum: tenetur enim vir honestæ famæ, maximè si est persona publica, nomini suo & honori consulere cõfortia rescindendo cum hominibus corruptæ vitæ. Ac quarto, quãdo peccatū inferperet, & rempublicam inficeret: tunc enim non solum secretare nos à criminosis tenemur, verum & illos accusare. Et fortassè D. Thomas, hæc generalia iura naturæ insinuauit in illa generali assertione ante primam conclusionem: scilicet, quod à prædictis: nõ pe ab omnibus peccatoribus, etiam non præcisus tenemur cauere communionem recipere, & missas audire. Attamē quia isti casus plurimū sunt occultati, neq; facile quis iudicare valet, est alia particularis prohibitio de iure positio, vt à sacrorum communionem abstinemus cum præcisus, nihilominus ecclesia tollere non prætenedit naturalia iura, quominus quoties prædicti casus occurrerint, suum teneant obligandi vigorem. Veruntamen primam conclusionem sub illa generalitate, vt vniuersos excõmunicatos vitare teneamur Diuus Thom. secundum antiqua iura asseruit, quæ suo tempore in vsu erant: nam paulò post successit Constantiensis concilium, & Basiliense, in quibus paccandis timoratis conscientijs sic cõsultum est, vt excommunicatos vitare non teneamur, nisi sint, vel nominatim excommunicati pro quocunq; crimine, vel notorij clericorum percussores. Censentur tamen nominatim excõmunicati, qui de hæresi schismate, aut apostasia condemnati sunt, vt Lutherani VVicleffistæ &c. Itē illi, qui vel nomine proprio, vel nomine dignitatis propter quacunq; inobedientiam excommunicantur, vt si excommunicetur prætor, aut decanus Salmantinus. Quare publici excõmunicati ob alia crimina, vt incendiarij, nisi nominentur, non sunt vitandi. Et eadem ratione licet excommunicentur participantes cum excommunicato, nisi nominentur, non sunt excommunicati excõmunicatione maiori. Sed hæc Constantiensis cõstitutionem supra dist. 1. q. 5. ar. 6. latissimè exposuimus. Quod autem ab hæreticis nec cõmunionem recipere liceat, nec eorū missam audire, habetur. 24. q. 1. can. Si quis dederit, nisi in mortis articulo, vt ibidem ex Augustino adijcitur, can. Si quæ forte, sententia verò Gregorij. 4. libro dialogorum

Excommunicati vitandi iure positio.

Qui excommunicati vitandi sunt vitandi.

rum, quam de eisdem cauendis hæreticis hic citat Diuus Thomas, habetur eadem causa. 24. quæstio. 1. can. Cœpit, & 1. quæstio. 1. can. Superueniente. Cauebatur & iure antiquo nequis missam sacerdotis qui in publico erat concubinato audiret, vt distinctione. 32. can. Nullus, habetur, quem hic Diuus Thomas, citat. Eo quod tunc publici concubinarij excommunicati erant: illi scilicet, vt ait in solutione Sanctus Thom. qui aut per sententiam publicam erant condemnati, aut conuicti, aut quos nulla tergiversatio celare poterat. Non quod non sint alia peccata fornicatione grauiora, sed tum quod ad illam proniores sunt homines, tum quod peculiari quadam foeditate sacramentorum ministrum commaculat. Iam verò bona causa rigor ille cessauit, quia iudicatum est, tum ipsis concubinarijs occasionem perficandæ verecundiæ, tum & populo laqueum delinquendi inde offerri.

Primum argumentum.

Primum argumentum Sancti Thomæ est. Ait Augustinus contra Petilianum. Neque in homine malo aliquis Dei fugiat sacramenta: sed sacerdotes quantuncunq; sint ab ecclesia præcisi, verum conficiunt sacramentum: ergo non debemus ab illis fugere. Respondetur, quod fugientes missas & communionem præcisorum, non fugimus Dei sacramenta, sed ministrorum sordes. Quare hostia consecrata ab hæretico adoranda est, & per alterius manus suscipienda. Secundo arguitur. Verum Christi corpus signum est, vt supra diximus, corporis mystici: sed sacerdos præcisus consecrat verum corpus: ergo illud à corpore mystico sumendum est, vt signatum signo respondeat. Respondetur, vnitatem corporis mystici fructum esse corporis veri percepti: qui verò indignè & contra ecclesiæ iussum, vel dant, vel recipiunt sacramentum, fructu eius & gratia priuantur: & ideo illis, qui sunt in vnitatem ecclesiæ, non licet illud à præcisus recipere.

Secundum argumentum.

ARTICVLVS. X.

*Verum liceat sacerdoti omnino à consecratione eu-
charistia cessare.*



Andè in calce quæstionis quæritur de sacerdotibus, qua obligatione ad munus consecrandi teneantur, vtrum liceat eis nunquam in tota vita cõsecrare. Et respondet Diuus Thom. duabus con-

clusionibus. Prima. Nõ licet sacerdoti omnino, hoc est, per totam vitam à celebratione cessare, etiam si nulla ei parrœcialis ecclesiæ aut alius obligationis cura incumbat. Hanc asserit contra quosdam contrarium tenentes: videlicet, quod sacerdos nunquam obligatur celebrare nisi ratione curæ, quam habet super fideles. Probatur primò, quia vnusquisq; vti gratia sibi data tenetur cum fuerit opportunum: secundum illud. 2. Corinth. 6. Hortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: oportunitas autè sacrificium offerendi non solum attenditur per comparisonem ad fideles Christi, quibus oportet sacramenta ministrare, sed principaliter per cõparationem ad Deum, cui sacrificium offertur. Quare conclusa etiam ratione priori, propter posteriorem tenetur celebrare. Vnde Ambrosius in quadam oratione, Graue, inquit, est, quod ad mēsam tuam mūdo corde & manibus innocentibus nõ venimus: sed grauius est si dum peccata metuimus, sacrificium non reddamus.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio. Videtur sacerdos, etiam si nullam habeat animarum curam, teneri in præcipuis festis celebrare, & maximè in illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt. Vnde. 2. Machabæorum. 4. aduersus quosdam sacerdotes legitur, q̄ iam non circa altaris officia dediti erant, contempto templo & sacrificijs neglectis.

Secunda conclusio.

Quæstio præsens, vt huiusmodi alia, quæ vel ex euāgelica, vel ecclesiastica lege, vel more definiri clarè nequeunt, vix potest per certam sententiã terminari. De hac enim re nullum extat expressum præceptum, aut consuetudo, quæ sacerdotes, quibus nulla incumbit animarum cura, palam cogat celebrare. Et condemnare rem aliquam ad peccatum mortale, vbi non extat præceptum, non nihil præ se fert temeritatis. Igitur etsi nemo sit qui neget esse peccatum saltem veniale, tam excellenti potestate conficiendi corpus & sanguinem Domini nõquam per totam vitam fungi: tamen de peccato mortali, omiſsa animarum cura, aut alia obligatione ratione stipendij, existimat Alexander Alensis, vt eius vtamur verbo. 4. par. q. 51. memb. 2. huiusmodi sacerdotes omni alia obligatione liberos, nisi à suis superioribus eis iniugatur, nõ peccare, licet per totam vitam nunquam celebrēt. Atq; idem in præsentiarũ Caietanus cõset: nõ alia ratione, nisi quia non extat tale præceptum. At verò S. Thom. apertè videtur contrarium censere

Expositio articuli.

Alexander Alensis.

Caietanus.

Caietanus.

censere, scilicet, esse peccatum mortale: nam solum propter peccatum veniale, de quo nemo dubitare poterat nõquam tam seriò monisset quæstionem, definissetq; adeo q̄ sacerdos tenetur, saltem in præcipuis festis, celebrare, atq; illis maximè, quibus populus cõmunicare consueuit, vbi cõsuetudo peccati mortalis insinuat. Idemq; tenet Ricardus præfenti distinctione articuli. 1. quæstio. 2. & Durandus & Paludanus quæstione itidem. 2. & Syluester verbo Missa. 1. §. 7. Atque alij Summistæ. Et re vera ratio Sancti Thomæ bene perpensa vix videtur. Dedit enim Christus potestatem consecrandi sacerdotibus vniuersis per characterem sacerdotalem, seculis quacunq; iurisdictione & cura animarum, vt in memoriam suæ passionis ea vterentur, dicens. Hoc facite in meam commemorationem, vbi non tantum consilium, sed præceptum, vt supradiximus, designatur: ergo ipsa natura rei admonet, vt aliquando teneantur, id in eius honorem facere, ne gratiam Dei in vacuum recepisse videantur. Cui accedit & parabola euangelica talentorum Math. 26. & Luc. 19. qua seruus neq; insinuat in sudario talentũ reposuisse & ob id quod nõquam illo vsus fuerat, iussus fuit mitti in tenebras exteriores. Itè quæ vox populi vox Dei & naturæ est: & sacerdotes nunq; celebrantes pessimè apud totam rempublicam audiunt, graueq; scandalum dant, & in suspicionem veniunt aliquo teneri impedimento, quod obex sit gratiæ. Nam, vt postremam adhibeamus rationem, vix sacerdos, qui nullum habet impedimentum, cessare per totam vitam potest à sacrificio, qui non censeatur diuini sui ordinis & facultatis contemptor, dicente Ambrosio, Graue est, si dum peccata metuimus, etiã sacrificium non reddamus. Prefertim cum factas hæc celebrandi tam sit in ecclesia sublimis, & quæ tam facili negotio & absq; villo dispendio & cum maximo oblectamēto & fructu vsui mandari potest. Certè vix mihi aliud persuaderi posset, quàm q̄ sit sacerdoti peccatum mortale nunquam celebrare. At verò cum sit affirmatiuum præceptum, designandum est tempus, quo obligat. Id ergo S. Thom. tantum declarat esse festa præcipua, Sed tamen subdens, maximè in illis, in quibus fideles communicare cõsueuerunt, videtur non obligare nisi in solo festo paschatis. Et certè dies illa omnium est rei illi aptissima. Attamen hac ratione videtur præceptum ni-

Quo tempore sacerdotes obligentur celebrare.

mium extenuasse, sanè cū nihil sacerdotibus præ secularibus iniunxerit. Arbitror ergo, q̄ non alludit ad solum nouum communificandi præceptum, sed ad priscorum morem quando populus in festo Natiuitatis, & paschatis, & Pentecostes communicabat. Concludendum ergo sub vehementi coniectura est, vt sacerdotes, secluso impedimento, tribus saltem hisce diebus teneantur consecrare, vel saltem aliis ter vel quater in anno: dolens enim pontifex cap. Dolentes, de celebrata missa. eos reprehendit sacerdotes, qui missarum solennia vix celebrant quater in anno. Quapropter qui aliquando celebrat, non cogitur sub pœna peccati mortalis illis signanter paschalibus festis celebrare: satis enim habet præceptum ecclesiæ seruare de cõmunicando in paschate. Hæc autem de præcepti vinculo hæctenus dicta sint. Nam sacerdotes non crebro celebrantes, suo non sunt nomine digni.

Resolutio.

Primum argumentum S. Thomæ est. Ad officium sacerdotis non solum eucharistiam celebrare, verum & alia pertinet ministrare sacramenta: sacerdos autem non tenetur alia ministrare, nisi propter animarum curam: ergo neque consecrare. Negatur consequentia propter discrimen: quoniam alia sacramenta perficiuntur in vsu fidelium, quæ ideo sacerdos, quem eorum cura non tãgit, administrare non tenetur, sicut neq; hoc ipsum alijs dare. Celebrare verò, consistit in consecratione eucharistiæ in qua sacrificium Deo offertur, ad quod sacerdos ex sui ordinis officio obligatur. Secundo arguitur. Sunt aliqui sacerdotes peccati reatu, aut excommunicacionis sententia irretiti, qui ideo celebrare non tenentur, alioqui perplexi essent, cum etiam celebrando peccent. Respondetur, q̄ si sunt sententia ecclesiæ præcisi, & per eos non stat quominus reconcilietur, cessando nõ peccat: quia legitimo arcetur impedimento. Si verò solum peccatũ mortale eos cohibet, nõ excusantur, si nunquam celebrent. Neq; tñ sunt perplexi: quoniam pœnitentiã agere possunt. Tertio arguitur. Sacerdotalis dignitas per subsequentem infirmitatem non perditur, vt est in can. Gelasij, Præcepta. 55. distin. vbi ait. Præcepta canonica sicut non patiuntur venire ad sacerdotium debiles corpore, ita si quis in eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit fauciat, amittere non potest quod tempore suæ sinceritatis accepit: contingit autem quandoq;

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

doq; vt sacerdotes defectus aliquos incurrant, ex quibus a celebratione impediuntur, sicut est lepra, & morbus caducus, &c. ergo illi non tenentur. Respondetur, qd nulla ægritudo, aut plaga sacerdotali ordini superueniens eum tollit, sed executionem quandoq; inhibet consecrandi, vt si quis oculis, aut digitis, aut lingua priuetur. Intelligi, nisi per dispensationem, per quam cæci cōsecrare possunt, quod, vt supradixi, ego vidi. Quandoq; item propter periculū, vt si quis cardiacam seu morbum caducum, aut mentis alienationem patiat. Quandoq; rursus propter abominationem, vt patet de leproso, qui publicè non potest consecrare: potest id tamen occultè, nisi lepra eo vsq; inualuerit, vt per membrorum corrosionem eum ineptum reddiderit.

QVAESTIO SE-
cunda de ritu huius sacra-
mēti, & ratione qua est
sacrificium.

S. Thom. 3. par. quæst. 83.

ARTICVLVS. I.

Vtrum in hoc sacramento Christus immoletur.



POST ministrorum considerationem sequitur de ritu huius sacramenti. Et quia ritus ad modum sacrificandi attinet, & ratio sacrificij est immolatio Christi, quæritur primò, vtrū in hoc sacramento Christus immoletur. Et respondetur duabus conclusionibus. Prima. Celebratio huius sacramenti dicitur immolatio Christi. Probat per primò autoritate Augustini in libro Sententiarum Prosperi, quæ refertur can. Semel immolatus, de consecra. dist. 2. vbi ait. Semel immolatus est in semetipso Christus, & tamen quotidie immolatur in sacramento. Deinde subiungitur ratio duplex. Prima. Imagines, vt ad Simpliciū autor est idem August. earū rerum nominibus appellari solent, quarum sunt imagines, sicut dū aula depicta intuētes dicimus, Ecce Herculem, aut Ciceronem: celebratio

Prima conclusio.

autem huius sacramenti, vt supradictum est, imago quædam est passionem Christi representans, quæ fuit vera eius immolatio: ergo hoc sacramentum merito immolatio Christi nuncupatur. Vnde super epistolam ad Hebræos Ambrosius, cuius autoritas refertur can. In Christo, ead. dist. In Christo, inquit, semel oblata est hostia ad salutē sempiternam potens: quid ergo nos? nonne per singulos dies offerim? scilicet ad recordationē mortis eius. Secunda ratio sumitur ex effectu sacramenti. Per hoc enim sacramentum participes efficiuntur fructus Dominicæ passionis, vnde in quadam dominicali oratione secreta dicitur. Quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur: exerceri autem opus illud est quodammodo Christum immolari. Secunda conclusio. Priori ratione etiam vetusta sacrificia, dici poterant Christi immolationes, quasi eius mortis representationes, vt videre est in occisis animalibus, potissimè in esu agni, & in sacrificio, quo Abraham charū filium immolare parabat. At verò secūdo modo huic sacramento proprium est, vt in eius celebratione Christus immoletur. Atq; adeò hoc lōge magis propriè sacrificium est.

Secunda conclusio.

Hic ergo opportunus tandē locus est, quo peculiarem excellentiam huius sacramenti ab initio hucusq; crebrò insinuatam perpendamus: nempe, quo discutiamus quemadmodū non modo, vt cætera, sacramentum sit, verum & pariter sacrificiū. Et quo hæreticorum veneficam perfidiam primū omnium retundamus, V. V. in cleff. vt. 2. tomo d. sacra. c. 31. & 32. apud V. Valdesem videre est, hanc cœpit veritatē inficiari, & labefactare. In eius verò p̄fidiā suus assecla Luther⁹ in libello illo blasphemio de abroganda missa priuata subscribēs, ait Missæ, quas sacrificia vocāt, summa sunt idolatria, & impietas. Imò missarū vsum nomine sacrificiorū & sacerdotū titulo tenere, est negare Christū. Similibus nāq; scōmatibus solet sanctam ecclesiam respergere. Contra eum de hac re Iodocus lib. 2. de officio missæ cap. 10. & infra, nō indoctè disserit. Stat ergo firma orthodoxaq; conclusio, sacrosanctum eucharistiæ mysterium non tantū sacramentum existere, verum etiam sacrificium, idēq; si legitimam sacrificij rationem spectes, christicolis vnicum. Atqui inde primū aduersus hæreticos argumentum ducitur, vt supra de sacerdotibus arguebamus. Omnis respublica

Expositio articuli.

Lutherus.

Conclusio catholica.

Primum argumentum.

blica, seu naturę legē, seu scriptā retrospectias, hūc tribus, sacrificijs. s. sacerdotibus & legibus, semper fundata fuit, facta, & testata. Nempe, vt Dei cuiuspiam notitia, seu veri, seu falsi (quos plurimos idololatrę cōfingebāt) proposita, illico propria sacrificia, templa & aras statuerent, propriosq; subinde sacerdotes & pontifices, qui sacris præfiderent, ac deinde leges conderēt, quibus eadem respublica salua cōsisteret. Fuit enim hoc naturale lumen hominum mentibus semper innatum, vt per sacrificia protestarēt, Deum esse omnium rerum principium, à quo bona cuncta dimanāt, atq; adeò finem, quò sunt omnia referenda: iuxta illud. 1. Paralipome. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Huiusmodi ergo ritum non modò profanæ historiæ vbiq; memoriæ prodūt, verum & sacra pagina nobis tradit, vt de Abel, Noë, Abraham, Isaac, & Jacob cōtestatur. Quorum ideo patrum sacrificia ecclesia sanxit, vt in canone cōmemorarentur, eo quòd omnia fuerint sacrificij nostri prognostica. Mox & totum negocium scriptæ legis in sacrificijs & victimis immoladis verfabatur: iuxta verbum Domini Exod. 5. ad Pharaonem. Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. Quare post nefandū vituli sacrificium, tria sacrificiorum genera illis instituit: nempe, holocaustum in reuerentiam & honorem diuinæ maiestatis, Deinde & placabilem victimam ad satisfaciendum pro peccatis & cōplacandum Deum. Et tertio hostiam pacificam, quæ in gratiarum actionem pro susceptis beneficijs offerebatur. Igitur cum lex illa vmbra tralis suis esset instructa sacrificijs, blasphemum heresis est, negare legem nostram gratiæ & veritatis, quæ in summa religione, & Dei cultu versatur, proprio sacrificio exorari. Sed ecce commentum, quo Lutherani veritatem hanc recutere molliunt. Aijunt, inquam, cunctis illis sacrificiorū vmbis vnicum Christi in cruce respondere. Idque testimonio Apostoli ad Hebræ. 10. (quod est hic primum argumentum S. Thomæ) adstruere pergunt. Ait enim illic Paulus, qd cum sacerdos vetus singulis annis intraret propitiatorium ad offerendum pro peccatis, quia illa sacrificia ad veram expiationem non sufficiebant, Christus ingrediens in mundum ait patri illud Psalmi. 39. Hostiā & oblationem non inuisti, corpus autem adaptaſti mihi, (quo scilicet tibi legitimum sacrificium offerrem.) Et

Triadeterum sacrificiorū genera.

Lutherano-rum commentum.

Primum argumentum.

sibidit Apostolus, qd vnā pro peccatis obtulit hostiam: vna enim, inquit, oblatione cōsummauit in aternū sanctificatos. Igitur cū Christus, vt idem Apostolus ad Roma. 6. ait, iam non moriatur, quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel, colligunt hæretici, nos qui profiteamur Christū quotidie immolare, blasphemos esse in ipsum, quasi vna eius mors non fatis pro cunctis peccatis fore rit, cūm dicat Ioannes in sua canonica, pro omnibus totius mundi satisfecisse. Ad hoc autem cauillum respondentes, planè cōfitemur vnicū sacrificium Christi sufficiens in redemptionem fuisse omnibus, qui eius mēbra efficiuntur. Quapropter quotidianum nostrum missæ non est aliud ab illo distinctū, sed idem profus. Vnde Ambrosius loco supra citato can. In Christo, de consecra. dist. in. 2. Vna est, inquit, hostia, (quæ scilicet, Christus obtulit, & nos offerimus) & non multæ: quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius. Hactenus ille: iuxta verbum ipsius Christi. Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriā facietis. Immolatur ergo hic Christus, vt dixit S. Tho. in prima ratione: quia est representatio illius passionis. Exurgunt autem in nos hoc pacto hæretici. Sequeretur, inquit, quòd etiam dum festum natiuitatis celebramus, eadem ratione deberemus fateri, quòd tunc singulis annis nascitur Christus, & dum festum feriamur resurrectionis, aut ascensionis, quòd eadem die quotannis resurgit, & ascēdit in cælum: nam pariter illis festis illas cōmemoramus historias. Aperta tamen est argumēti versutia. Aliud enim est historiam aliquam psalmis, & hymnis cōmemorare, & festum in eius honorem colere, quod facimus in Christi solennitatibus: aliud verò re ipsa gesta personā Christi & eius passionē referre, quod in missa facimus. Sicut aliud est festū celebrare in memoriā Abraham dū voluit filiū immolare, & aliud comediam illius agere, sicuti fit comediam Plautij, aut Terentij: hoc enim pacto in missa sacerdos personam Christi indutus eius passionem re ipsa refert. Accipe diuersa exēpla. In die veneris sancta Hymnis, psalmis & ieiunio celebramus priori modo passionē Christi, vt ait Aug. de cōse. dist. 2. can. Semel Christus: sed in missa secūdo modo, vt illico subiūgit, cā. Semel immolatus. Sed rogas. Nūqd in baptismo quoq; representamus passionē Christi? Respondetur, representare quidē, sed longè aliter

Ambrosius.

Secundū hæreticorū argumentum.

aliter. Est. n. illa representatio, q̄a cōsepelitur cum illo per baptismum in morte, vt ait Paulus, dum per eiusdem gratiā sacramēti extinguntur nostra peccata. Hic verò præter gratiam, quam suscipientes recipiunt, offerētes referunt quasi imaginem ipsius passionis.

Tertia obiectio.

At tertio argumētatur. Postquā Christus semel sufficiens sacrificium obtulit, quidnam rationis exposulabat, vt quotidie iteretur? Respondetur, primam rationem esse, q̄ religio cuiuscunq; legis id exposcit, vt toto temporis curriculo, quo eadem religio durat, suos habeat sacerdotes, suumq; perinde iuge sacrificium, quod quotidie frequentando Deum suum colat, cui eadem est dicata religio. Alioqui surda esset & sterilis, vt apud Lutheranos, nec sine lachrymis, conspicitur. Nam cum tota eorū religio non sit nisi concionari populo absque vlla psalmorum musica, sacrificiorumq; oblatione, muti viuere vidētur, ieiuni & surdi. Atq; in huiusce rei figuram in lege Mosayca, præter paschalem agnū, qui Exodi. 12. semel in anno immolari iubebatur, præcipiebatur, vt singulis diebus duo agnuculi immaculati quotidie offerretur in holocaustum sempiternum, vt numer. 28.

Lutheranarum ligio.

Figuraverunt

Ratio adnotanda.

refertur. Secunda verò ratio eiusmodi quotidiani sacrificij est maximè adnotāda, q̄ licet sacrificio suo, Christus in ara crucis quātum ad sufficientiam proueneris nostris delictis & criminibus satisfecerit, tamen quātum ad efficaciam nulli, nisi taxatè secundum suam dispositionem, vel sacramentalem mensuram participatur. Et ideo sicut nobis op̄ est post quā in gratiam Dei recepti sumus opera satisfactoria exhibere, quibus eandem passionem foecūdius in dies participemus: ita, imò potissimè, hoc sacrificiū nobis erat maximè operæ precium ad satisfaciendum. Atq; huc attinet secunda ratio S. Thomæ: videlicet, q̄ per hoc sacramentū participes efficiamur passionis Christi: Nam etsi per gratiā baptismi & aliorum sacramētorum participes itidem eiusdem passionis efficiamur, tamē in eucharistia non solum gratia, suscipiētes ratione sacramenti infunduntur, verū offerentes per hoc mysterium qua ratione est sacrificium, oblatione ipsa & merētur & satisfaciunt. Itaq; sicut Christus in cruce & meruit & satisfecit nobis: ita & offerētes per hoc sacrificium quo ipsa applicatur passio, & merentur & satisfaciunt. At quia Lutherani huiusmodi nostras satisfactiōes ab ecclesia relegare & pro-

scribere contendunt, inde & in hoc sacrilegium collapsi sunt, vt missam negēt esse sacrificium. Accedit demū & figura Melchisedec, secundum cuius ordinem & Psalmista & Apostolus Christum aiunt fuisse sacerdotem: cum enim sacrificium ille in pane & vino obtulerit, & Christus in cruce non nisi sub figura carnis & sanguinis sese tradiderit, restabat, vt sub speciebus panis & vini se idem offerēdum nobis relinqueret. Postremo deniq; veritas hæc nostra cōfirmatur. Qui negāt hoc sacramētum altaris sacrificiū esse Christianorū, nullū eis relinquunt propriū, per qd̄ suam religionē more & vsu colant: nā oblationes panis & vini, carniū & ceræ nō sunt propria nostra sacrificia: tū q̄ ante legē euangelicam etiam erāt inter gentes, tum q̄ laici eadem offerentes nō sunt sacerdotes. At verò Lutherani, vt nullos admittunt sacerdotes: ita neq; vllum peculiare sacrificium, præter opera virtutū, quæ vniuersis mortalibus sunt communia, sed omnem religionem de medio sublatam contendunt. Testimonia autem sanctorum patrum superuacaneū est percēdere, adeo sunt multa eademq; patētia. Satis est illud August. lib. 10. de ciuitate Dei cap. 20. vbi concludit dicens. Per hoc & sacerdos est ipse offerens, ipse & oblatio. Cuius rei sacramētum quotidianum esse voluit ecclesie sacrificium: cum ipsius corporis ipse sit caput, & ipsius capitis ipse sit corpus, tam ipsa per ipsum, quā ipse per ipsam suetus offerri. In cuius verba Innocentius tertius in concilio Lateranēsi cap. Firmiter, de summa Trinit. & fide catho. subscribēs, Vna, inquit, est vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, in qua idem ipse sacerdos est sacrificiū Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub specie panis & vini veraciter continentur. Vnde vt ait S. Tho. in solutionibus secūdi & tertij argumētū, sicut Christus in cruce immolatus est, in qua, vt ad Ephes. 5. ait Apostolus, tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis: ita quia sacramentum hoc imago passionis est, altare locum habet crucis. Et sicuti (vt ait August. lib. 4. De trinita.) in immolatione Christi idem est sacerdos & hostia: ita & in altari sacerdos gerens personā Christi, ipsius verba ad ipsius corpus consecrandum pronunciat.

Melchisedec.

Sancti testimonium.

Cap. Firmiter.

Secundū & tertium argumētū.

Mysterij celsum.

Celsitudinem ergo mysterij mēte attentissimè contemplamur. Sacrificium est munus illud

illud, quod Deo de ijs rependimus, quæ de manu sua accepimus. Quod autē nobis sumum beneficium contulit, ipsissimus fuit vnigenitus eius filius. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Eundemque, & qui nobis esset & in mundo legislator, & in cruce redemptor, & in sacramento pastus, & in cælo præmium. Igitur quia nos soluendo non eramus, nihil enim quod pro tam cumulatis beneficijs retribuere, in nobis erat (Quis enim prior, vt ait Paulus Romanor. 11. id est, tanquam de suo dedit illi?) diuina fuit nobis ratione consultū vt ipse idem redēptor se nobis in sacrificium relinqueret, vt nihil minus pro immensis illis beneficijs patri redderemus, quā eundem ipsum, qui hæc omnia nobis factus est: videlicet, vt posset à nobis & in reuerentiam diuinæ maiestatis tanquā holocaustum offerri: & ad nostra piacula expianda tanq̄ propitiā victima immolari, atque adeo esset nobis pro gratiarum actione apud Deū hostia pacifica. Id quod David in Psalmo præcantasse videtur, vbi ait. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ tribuit mihi: calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Ioan. 3.

Discrimē sacramenti & sacrificij.

Dubium bonū.

Quo ergo rem iam cū catholicis agamus, rationes sacramenti & sacrificij in hoc diuino mysterio sic dignoscūtur: quod cū sacramentum sit sacræ rei signum, quam vel in se cōtinet vel vsu efficit, ratio huius sacramenti in consecratione perficitur, sacrificium autem est quod Deo offertur: quare ratio eius in oblatione consistit. Vnde dum in pyxide asseruatur, aut infirmo in domum defertur, sacramētum est, non sacrificium. Ex quo fit nec baptismum nec reliqua sacramenta vlatenus esse sacrificia: quia non sunt hostiæ Deo oblata. Quare hoc non qua ratione est sacramentum, sed qua est sacrificium tanta indumentorum, ornamentorum, precum & ceremoniarum, & cantionum, solennitate celebratur. Sed rogas. Nunquid in sola oblatione tota ratio sacrificij posita est? Respondetur. Non prorsus, nam cum id quod offertur sit corpus & sanguis, fit vt eorū consecratio, quæ vt offerantur fit, sic sit forma sacramēti, vt pariter ad sacrificium pertineat. Quare prius fit oblatio materiæ consecrandæ, dum dicitur, Suscipe Domine sancte pater hæc oblationē, &c. Deinde supplices rogamus, vt accepta habeat & benedicat nostra sacrificia illibata. Et tandem post conse-

crationem memores passionis aliorumq; beneficiorum offerimus hostiam puram, sanctam, &c. Quinuerò & sumptio corporis & sanguinis potissimū ad sacrificiū attinet. Illic enim ratio immolationis perficitur: immolatio nanque idem est quod sacrificatio: nempe, animalis occisio, à mola, id est, farre, quo victima inspergebatur. Mors autē Christi non repræsentatur in consecratione, imò cōsecratur, vt imoletur, dū consumitur nā illa est mortis & sepulturæ Christi effigies. Et in sumptione sanguinis adhibetur imago effusionis eius. Quocirca si post consecrationem sacerdos sacramēta non fumeret, sacrificium relinqueretur truncum & imperfectum, neq; effectum sacrificij plenū haberet. Ob idq; scilicet quia sumptio vtriusque formæ ad essentiam sacrificij attinet, tātē fuit curæ ecclesie, vt nunquā sacerdos consecraret, quin vtranq; fumeret. Non ergo sacramentum & sacrificium tanquā contraria distinguntur, imò consecratio & vsus sacramēti, adhibita oblatione, rationem integrat sacrificij. Quapropter etiam populus, qui sacris assistens sancta suscipit communionem per ipsam etiam sumptionem suo ordine & gradu sacrificat. Et quemadmodum hoc eucharistiæ mysterium quatenus sacramentum est, vt dist. 8. prædiximus, sua habet propria nomina, dicitur enim synaxis, hoc est, communio, & viaticum & eucharistia: sic & in quantum sacrificium, dicitur Missa. quam quidem vocem, sunt quibus placeat, esse latinam, vt dicatur quasi missio, vt cum in fine diaconus ait, Ite, missa est, idem fit, quod, Ite missio est, sicut dimittitur concio dum sermo vel lectio finitur. Hæc autem significatio non videtur rei consona, imò quantum coniectura assequi possum verbum illud originem duxit ex primitiua ecclesia, quando cathecumeni non recipiebantur ad sacra, sed in festis præcipuis admittebantur ad lectiones epistolæ & euangelij & tunc ante offertoriū iubebatur exire, vt ait Dion. de eccle. hierar. cap. 3. canente diacono, Ite missa est, hoc est, sacra oblatio incipitur, cui vobis interesse non licet. Ait enim Isidorus in lib. de officijs, & Remigius in lib. de officijs missæ, vbi Isidorus citat, quod missa dicta est ab emitendo, eo quod ante consecrationem dicendum est à diacono post euangelium, si quis cathecumenus est procedat foras. Atq; inde suspicor relictum esse, vt idem verbum dicatur

Immolari.

Nota.

Missæ.

Q

catur in fine missæ, in præcipuis festis putà quibus canitur, Gloria, sed tamen in contra- rio sensu: scilicet, Missa perfecta est. Hugo li- b. 1. de sacrament. par. 8. cap. 14. Missa, in- quit, dicitur hostia & oblatio, quæ per sacer- dotem qui inter Deum & populum media- tor est, ad Deum transmittitur, quæ opinio- nē art. sequenti amplectitur. S. Th. Vt quæq; ta- men sit, certum est missam idem esse quod sa- crificij oblationem. Quod quidem nomen non inmerito alij dicunt esse Hebraicū. Nā ubi Hieronymus Deuter. 16. transtulit, obla- tionem spontaneam, Hebraicè legitur, mis- sam, & alibi crebrò in Leuitic. Alijs verò ob id non apparet esse Hebræum, quòd effigie- magis habeat Latinam quàm Hebræam. At tamen causa huius est, quòd Hebraicus cha- racter, çamach, ratione puncti daghues, non potest aptius Latinè reddi quàm per gemi- num S. Vnde sicut pro cion sine puncto La- tine dicimus sio, ita pro micça dicimus mis- sa. Quicquid tamen sit nomen est, non mo- dò inter sanctos patres creberrimum, verùm & in ecclesia celeberrimum, pro eo quod est sacrificij oblatio. Imò iam vltus obtinuit, vt omnes sacramenti solennitates nimirum le- ctiones epistolarū & euangeliorū & oratio- nes cõprehensim, significet, vt. c. missas totas, legitur & can. In sacramentorū oblationib⁹ quæ inter missarum solennia Domino offe- runtur, de consecra. dist. 2. & can. Iacobus, di- stin. 1. ¶ Per hæc tandem ea quæ quæst. pro- xima art. 6. & dist. 11. q. 2. ar. 5. in decisa reliqui- mus, facili negotio clarescunt. Hæc autem sunt tria: quorum primū attinet ad effectus, & valorem sacrificij, secundū ad offerētes, ac tertium ad eos pro quibus offertur. Effectus enim sacramenti quatenus sacramētum est, per solā eius sumptionē recipitur, qui quidē est gratia gratum faciens, qua vita spiritualis alitur & nutritur. Effectus autem quatenus est sacrificium pari modo est duplex, vt qua- tenus est sacramentum, scilicet virtute ope- ris operātis: nempe, deuotionis & orationis sacrificantis, & virtute operis (quod aiunt) operati, hoc est, virtute hostiæ, & victimæ quæ offertur, sicut in sacramento virtute sa- cramenti, quod suscipitur. Ille ergo secundus effectus obtinetur per oblationem, consecra- tionem, & sumptionem, vt explicatum est: quoniam ex istis sacrificium integratur. ¶ Offerentes autem sunt in triplici gradu. Primum est sacerdos, qui immediate, hoc est

tria dubia.

Duplex effe- ctus sacrificij

Offerentes in triplici gra- du.

per se tāquam publicus ecclesiæ minister sa- cramentū consecrat, offert, & consumit, pro- priam Christi personam representans. Ge- neralissimè verò & mediatè, hoc est, per sa- cerdotem offert totus Christianus populus, qui quodammodo singulas missas offerunt, iuxta verbum Domini Exodi. 5. Dimitte po- pulum meū, vt sacrificet mihi in deserto. Et Leuitici. 23. & Numer. 28. populus ipse iube- batur sacrificia offerre, id tamen faciebat per manus sacerdotum, sicut modo Christianus populus, iuxta verbum citati canonis Ale- xandri. 1. q. 1. ipsi sacerdotes pro populo in- terpellant, & peccata populi comedunt. Par- ticulariū verò, sed tamen etiam quodammo- do generaliter, offerunt, omnes, qui aliquem specialem actum circa hoc sacrificium exer- cent, vt circumstantes, quorum ideo genera- liter fit in can. mentio, tamen inter illos sunt gradus: nā principalius & specialius ministri altaris offerunt, & chorus q̄ plebs. Itē illi, qui sacerdoti celebranti alimenta & subsidia mi- nistrant. Quare in missa plebani curati totus populus parocciæ offert, & in missa episcopi tota diocesis. Specialissimè tamen offerunt illi, qui peculiarem eleemosynam in hac mis- sam conferunt, vt pro se & suis offeratur. Illi autem pro quibus offertur, & non offerunt, sunt defuncti, atq; illæ personæ pro quibus, licet nihil subsidij contulerint, nec sint præ- sentes, tamen sacerdos sua spõte sacrificium offert. Defuncti verò cum non sint ecclesiæ militantis, cuius est hoc sacrificium, non offe- runt, nisi largo modo illi, qui pecuniam pro- missarum oblatione reliquerunt. Ex quo fit consequens vt multi sint & offerentes & si- mul pro quibus offertur, vt illi qui eleemo- synam largiti sunt, & circumstantes. ¶ Isti er- go omnes offerentes vnusquisq; in suo ordi- ne dummodo in gratia sint, quando offerūt, (quod est apprimè animaduertēdum) tripli- ci modo & via valorem & fructum sacrificij consequuntur: scilicet, per modum meriti, per modum satisfactionis, & per modum impe- trationis. Per modum, inquam meriti tā de- congruo quàm de condigno. Merētur enim de congruo per hanc sanctam oblationem em- sospitatem & salutem corporis, & reliqua id- genus subsidia & temporalia bona: nam & il- lic panem petimus quotidianum. Huiusmo- di nanq; caduca bona sub merito de con- digno non cadunt: nempe, vt certa & infalli- bi li lege semper petentibus & merentibus con- cedantur

Effectus sa- cramenti.

Meritum de- condigno.

Meritum de condigno.

Modus satisfactionis.

Modus impe- trationis

Offerentis de- notio estimatur.

Valor sacrifi- cij iniusti mi- nistri.

cedantur, sed prout Deus expedire nouerit tanquam remedia salutis animæ. Merentur præterea de condigno augmentum gratiæ, non modò per deuotionē, & orationes quas illic fundunt, sed etiam virtute operis. Ratio ne hostiæ: quam offerunt. Itaq; sicut offerēs in gratia panē & nummos sacerdoti, & alias largiens elemosynas, de condigno mere- tur augmentum gratiæ: ita, imò multò locu- pletius offerēdo corpus & sanguinem Chri- sti. Ex quo fit, vt illic effectus meriti operan- tis cõmiscatur cum effectu operis operati, id est, hostiæ quæ offertur. ¶ Secundum effe- ctum offerentes adipiscuntur per modū sa- tisfactionis. Per illam siquidem victimam sa- tisfaciunt pro pœnis delictorū: quæ sibi quo- ad culpam remissa sunt. Et hæc etiam satisfac- tio fit certa & infallibili lege, sicut in merito de condigno. Nam iste est proprius effectus operis operati, id est, hostiæ oblata. ¶ Tertio allequuntur & alios effectus per modum im- petrationis, & suffragij: nempe, defunctis re- leuationē tormētorum purgatorij, aut pror- sus liberationem, quæ non fit ex rigore iusti- tiæ per modum meriti de condigno, sed per modum deprecationis, si Deus acceptauerit, & per modum applicationis sacrificij ad satisfaciendum pro ipsis, etiam si singularem elemosynam nō reliquerint. De quibus suf- fragijs infra. d. 45. Perpende quantum detri- menti patiātur, qui peccatorum labe sordēt: omnibus enim huiusmodi fructibus vacui sunt. ¶ Ex his fit consequens oēs huiusmodi effectus secundum quantitatem deuotionis offerentis esse plus minusue vberes. De satis- factione nanq; supra. S. Tho. q. 79. ar. 5. asse- ruit secundum quantitatem deuotionis offe- rentis esse magis æstimandam, quàm secun- dum quātitatem rei oblata, quod illic expo- sitū satis reliquimus. Multò ergo maiori ra- tione & augmentum gratiæ eandem offerē- tis deuotionem insequitur. Et pariter impe- tratio, seu per modū meriti de congruo, seu per modum suffragij in defunctorum sub- sidium, quo offerētes sanctius hostiam immo- lent & offerant, efficacius impetrabunt. ¶ Se- cundò ex ijs consequitur, sacrificij valorem, quando sacerdos est in peccato, virtute suæ propriæ deuotionis nullum esse, vt quæstio. præcedēti art. 6. dicebamus, verum neq; vir- tute deuotionis cuiuscunq; peccatoris offe- rentis, siue offerat, quia interest sacrificio, si- ue quia elemosynam confert. Imò verò cre-

diderim, quælibet orationes & preces ecclesiæ oblatae per malum sacerdotem, quatenus est ecclesiæ minister, fructuosæ sint in missa, vt illic docuit. S. Thom. preces tamē laici offe- rentis in peccato, nulla ratione fructum ad- ferunt apud Deū, quoniam laici proprie nō sunt ministri ecclesiæ tanquam ad hoc mu- nus ordinati, & instituti, sed solus sacerdos per characterem. Quare virtute precis huius- modi laicorū, qui peccato contaminati sunt neq; ipsis neq; verò alijs pro quibus ipse offe- runt, quicquam proderit, licet ipsi satisfaciāt præcepto ecclesiæ audiendi missam, quod aliud est negociū. ¶ Ad hæc operæpretium duximus, insignem illam quæstionem appē- dere, vt r̄m missa pro pluribus oblata tantū singulis profit, ac si pro vno duntaxat offer- retur. Nā etsi lib. 9. de Iustitia & iure. q. 2. art. 2. eam discusserim, nunc forsitan per hæc, quæ dicta sunt tum clariùs elucebit, tum & ad ve- ritatem exactius collimabitur, & compen- diosius absoluetur: sunt enim de hoc duæ o- pinioēs extreme. Vna Scoti. quolib. 20. quæ respondet simpliciter negatiuè: scilicet, non tātum valere, cui videtur Paludanus applau- dere in. 4. d. 45. q. 2. & quodāmodo Syluester verb. Missa. 1. §. 9. scilicet, q̄ si generaliter of- fert pro pluribus non tantum valet singulis secus si pro singulis singulariter. Et quidem ante Caietanum communi vsu tenebatur o- pinio Scoti. Caietanus verò supra. q. 79. art. 5. & explicatiùs quolib. 1. q. 18. partē sustinet affirmatiuam: scilicet, tantum valere singulis oblata pro pluribus, quātum vni oblata pro eo solo. Prætermissa ergo ratione sacramen- ti, cuius effectus est gratia in suscipiente, de qua nihil ad præsens propositum. In ratio- ne sacrificij cõsiderantur & oblatio victimæ & subinde preces. Atqui in oblatione, confi- deratur & res ipsa oblata: nempe, victima quæ est corpus & sanguis, quæ de se est infiniti va- loris, & actio ipsa oblationis, consecrationis & sumptionis, quæ quidem cum sit hominis non est precij infiniti: sacrificium enim non dicit solū rem oblata, sed actionem offe- rentis. Quapropter non est idem omnino iu- diciū de oblatione, quàm Christus in cru- ce obtulit, & de nostra. In illa enim non solū res oblata erat infiniti valoris, sed actio ipsa Christi, quia erat persona infinitè grata, & i- deo sacrificium illud fuit simpliciter infinitū nostrū verò non ita. Secundum est discrimē, quoniam passio Christi fuit infinita solūm

De valore missæ oblata pro pluribus.

quoad sufficientiā, vt doctores aiūt, sed quā-
 tum ad efficiētiā, non habet effectum, nisi ta-
 xatum in quolibet sacramento, quatenus est
 eiusdem passionis instrumentum. Aut si ap-
 plicetur per modum meriti secundū dispo-
 sitionem hominis, quā per speciale fit auxi-
 lium Dei. Quocirca hoc sacramentum vt ra-
 tione sacramenti certum gradum gratiæ ex
 opere exhibito cōfert suscipienti: ita & qua-
 tenus sacrificium, certum habet gradum sa-
 tisfactionis in quocunq; offerente ex opere
 quod vocant operatum. ¶ Tunc ergo argui-
 tur a parte negatiua, q̄ non tantūm pro-
 fit singulis si pro pluribus offeratur, quā si of-
 ferretur pro vno. Quō res finita in plures di-
 spertitur, minor vniciuilibet contingit por-
 tio: cum ergo sacrificio certus respondeat sa-
 tisfactionis gradus, fit vt quō in plures ille di-
 spertitur, minus habeat vnusquisq;. Hoc ar-
 gumento loco citato absolutē hanc conclu-
 sionem contra Caiet. sustinimus. Nūc verō
 re oculatiū perpenſa, videtur mihi nonnul-
 lo indigere moderamine. Arguitur enim cō-
 tra. Si opinio hęc, vt iacet, simpliciter esset ve-
 ra, sequeretur, vt quō plures offerunt, minus
 singulis obuēire, satisfactionis sacrificij, atq;
 adeō consultius esset sacrificio interesse, cui
 minor interest ministrorū numer⁹, minorq;
 populus, quod est absurdū. ¶ Et ideo ad ma-
 iorem rei claritatē, notandum est, q̄ etsi tam
 ratione sacrificij, quā ratione sacramenti cer-
 tus taxatusq; effectus huic mysterio respon-
 deat (quod certē verissimū est, eo quod vtra-
 que ratio est instrumentū, quo passio Chri-
 sti limitato modo applicatur, & non est ipsa
 omnino passio, vt a Christo oblata) est tamē
 discriminē inter rationem sacramenti, & ratio-
 nem sacrificij, quōd ratio sacramenti cōsistit
 in receptione, quę reducitur ad genus passio-
 nis, ratio verō sacrificij in oblatione, quā re-
 ducitur ad genus actionis. Diximus enim q̄
 baptismus potius dicit passionem, quā ac-
 tionem. Vnde quia vnum sacramētum nō
 percipitur nisi ab vno, nunquam confert ni-
 si certum gradum gratiæ, licet ille, vt dictum
 est, ex maiori dispositione suscipiētis quodā
 modo crescat. Sed tamen ex opere operato
 nō multiplicatur effectus, nisi multiplicetur
 sacramētum. Dum enim eadem asperſione
 plures baptizantur: quia secundū numerū
 recipientium multiplicatur baptismata, fit
 vt singuli tantūdem recipiāt, quantū si vnus
 baptizaretur. In oblatione verō eiusdem sa-

Argumen-
ta partis ne-
gatiue.

Moderatio o-
pinionis auto-
ris.

Discrimē in-
ter sacramē-
tum & sa-
crificium.

crificij per hoc q̄ plures offerant, non multi-
 plicatur sacrificium: nam vnicum est, quod
 vnus sacerdos & per eundem oēs offerunt.
 Nihilominus quō plures sunt offerentes, eō
 valor ipsius crescit, vt loco citato ait Sylue-
 ster, quem nos in lib. de iustitia & iure refuta-
 uimus propter similitudinē suam de baptis-
 mo, quā non est valida, nam dum plures v-
 na asperſione baptizantur, sacramenta mul-
 tiplicantur. Nunc autem eatenus similitudi-
 nem approbamus, q̄ sicut tunc propter plu-
 res suscipientes multiplicatur sacramenta:
 ita & in sacrificio quantō plures sunt offerē-
 tes, tantō maior est valor sacrificij: non qui-
 dem in singulis, sed in omnibus simul: quia
 vnusquisq; eandem offert hostiam. Quare in
 vnoquoq; crescit sacrificium secundū deuo-
 tionem, vt S. Tho. quæst. 79. nos docuit: non
 quidem secundū proportionem æqualem
 vt si deuotio vnus sit dupla ad deuotionem
 alterius, satisfactio itidē sit dupla: quoniam
 cum res oblata non duplicetur, sed sit eadē,
 fructus non duplicabitur. Et cūctis deuotio-
 nibus paribus maiorem fructum suscipit sa-
 cerdos, ideo, q̄ ille sit propriē minister eccle-
 siæ, nō solum propter vsum sacramenti, quia
 illud suscipit, verū & ratione oblationis, imō
 minister altaris, & chorus cæteris paribus, q̄
 populus, quia peculiariter altario seruiunt.
 ¶ Igitur, vt ad quæstionem respōdeamus, in
 sacrificio considerantur illi qui offerunt, & il-
 li pro quibus offertur. Sit ergo prima cōclu-
 sio. Numerus offerentium non minuit valo-
 rem sacrificij in singulis: nam vnusquisq; of-
 ferētium perinde hostiam offert ac si nullus
 alius offerret: & ideo nemo alijs obstat, vt
 propter alios alij suo munere frustrētur: cres-
 cit enim, vt diximus, tūc in oibus simul valor
 sacrificij. Imō verō quō plures cōcurrunt: sa-
 crificiū gratius est Deo & accepti⁹: nā cumu-
 lata preces facilius exaudiuntur, & ipsa cō-
 secratio celebrior est. ¶ Et per hoc ad argu-
 mentum in contrarium respondetur. Conce-
 dimus enim, q̄ sicut sacramento, ita & sacri-
 ficio suus respondet taxatus effectus: ille ta-
 men integer cuiilibet offerenti respondet, si-
 ue solus offerat, siue cū alijs, veluti effectus
 sacramenti cuiilibet suscipienti. ¶ Illi autem
 pro quibus offertur, sunt in duplici differen-
 tia: nam alij sunt pro quibus ex ecclesię insti-
 tuto generaliter offertur sacrificium: scilicet
 pro papa, pro rege, pro episcopo & pro cir-
 cūstantibus, & pro parœcianis, qui decimas
 sol-

Prima con-
clusio.

Responſo ad
argumen-

Duplex diffi-
cultas.

Secunda con-
clusio.

Scdm.

Sententia au-
toris.

solunt. Et de istis subnequitur secunda eadē
 que simillima conclusio. Propter maiorē eo-
 rum numerū nemo vllō suo fructu: scilicet,
 satisfactionis & meriti defraudatur, quia ge-
 nerali instituto ecclesiæ singulis sacrificium
 applicatur vniciuq; in suo ordine & gradu.
 Quare missa quę offertur in magna parœcia
 aut ab episcopo in magna dioecesi, non mi-
 nus singulis prodest, quā si parœcia aut dioe-
 cesis parua esset. ¶ Alij verō sunt pro quibus
 specialissimē offertur: nā præter illam gene-
 ralem applicationem ecclesiæ relicta est sa-
 cerdoti facultas, vt dū alio obligationis vin-
 culo non tenetur: scilicet, animarum cura, li-
 berē possit sacrificiū specialiter pro hoc aut
 illo offerre. Et de ista sola oblatione quæstio
 debet in dubium reuocari. De qua quidē Ca-
 ietanus idem cenſet, quod de generali obla-
 tione: scilicet, q̄ pro quocunq; numero offe-
 ratur, tantūdem profit singulis. Imō etsi pro
 infinitis, inquit, offerri posset, eundem valo-
 rem haberet in singulis. Sylueſter verō distin-
 guit, q̄ si oblatio fiat generatim non appli-
 cando intentionem ad hunc vel illum, sed ad
 omnes in genere, non tantūm prodest singu-
 lis. Si verō sigillatim pro singulis offeratur,
 tantū prodest vniciuq; quātum si pro vno so-
 lo offerretur. Sed Scotus ait neutro modo tā-
 tum prodesse singulis. Et hoc est, quod nos
 lib. de Iustitia & iure, licet non tam explica-
 tē dicere cogitabamus. ¶ Quare & id modo
 explicando dicimus, quōd si plures eleemo-
 synam pro eodem sacrificio conferant, tūc
 quia specialem habent actū circa tale sacri-
 ficiū, censentur offerentes: & hac ratione ne-
 mo propter aliorum societatem: suo fructu
 aut meriti aut satisfactionis defraudatur. Si ta-
 men considerentur quatenus ex intentione
 sacerdotis pro illis offertur, certe crediderim
 minus obuēire singulis, quā si pro vno of-
 ferretur. Et ratio est: quia generali intētiōne
 ecclesiæ non applicatur pro illis sacrificium
 sed solum ex libera intentione sacerdotis: il-
 li verō intentioni, quia est de essentia sacri-
 cij, etiam ex opere operato respondet certus
 & taxatus gradus satisfactionis: & ideo quā-
 tō in plures illum distribuatur, tantō minus sin-
 gulis obuēnit. Et idem est si offerat pro alijs,
 qui eleemosynam non sunt largiti. Et confir-
 matur. Satisfactio, quæ deuotioni sacerdotis
 respondet, si inter plures ipse distribuatur, mi-
 nus singulis prouenit. Quod Caietanus cum
 cōmuni omnium opinione concedit, sed ait

illum effectum nō debere illis, qui eleemoſy-
 nas offerūt. Pari ergo modo effectus oblatio-
 nis, & precū quę liberē ipse vt minister eccle-
 siæ, pot singularibus personis applicare, est
 certus, atq; adeō si diuidatur inter plures mi-
 nus vnusquisq; recipit. Et cōfirmatur secun-
 dō. Si vnusquisq; eorū, qui præſentes sunt sa-
 crificio, & ordine suo offerūt, pro alijs singu-
 laribus offerūt, minus sibi de satisfactione re-
 seruat: imō si totū alijs applicāt, nil sibi relin-
 quunt. Quod credo nemo negabit, licet suū
 meritum sibi ipsi non pereat: ergo pari ratio-
 ne sentiendū est de sacerdote offerēte pro
 ipsa parte effectus, quem præter ecclesiæ in-
 stitutionē ipse liberē offerre potest. ¶ Quo-
 circa optimē in ordine nostro consultum est
 vt pro vna missa non recipiantur a pluribus
 eleemosynæ, ac si pro vno esset offerēda. Pri-
 mō quia eleemosynam largientes in sua opi-
 nione decipiuntur: quare deterrentur & aba-
 lienantur ab earum eleemosynarū largitio-
 ne. Secundō quia si hoc quod diximus verū
 est in rei veritate defraudantur. Tertiō & po-
 tissimū quoniam eleemosynæ non debet
 suscipi pro valore sacrificij, sed in subsidium
 & alimentum sacerdotum. Ob idq; manife-
 sta fraus esset tātum eleemosynarum pro
 vno sacrificio corradere. Quapropterea dem
 ratione illic diximus, & nunc dicimus, q̄ pos-
 sit forſan sacerdos duas pitancias pro suo vi-
 ctu suscipere. Duas inquam, pitancias, vt am-
 bę argētum nummum, vel paululō plus nō
 excedant. Tameſi permissio hęc in alio iuri
 quo vſu fundetur: nempe, q̄ episcopi contra
 ius pauperrimos sacerdotes absq; vllō titu-
 lo sacris initiāt. Nulli enim ordinari deberēt
 nisi qui suis fructib⁹ viuere possent, & qui ec-
 clesijs seruire sufficerent. Nā admittere ad sa-
 cerdotium illos qui non nisi mendicatis elee-
 mosynis victitare possunt, nefas est. Quapro-
 pter qui hac spe mēdicatis ecclesiā ingres-
 si sunt, suam perferant paupertatem. ¶ In calce
 demum articuli quæritur, vtrū sit
 præceptum diuinum audiēdi missam in die-
 bus festis sub reatu mortali. Nullum enim e-
 iusmodi præceptū in euangelio legitur. Cui
 accedit q̄ audiēdi alia sacramenta nullū ex-
 tat præceptū, sed tantūm suscipiēdi illi, cui
 incumbit. Nihilominus citra controuersiam
 respondetur, esse præceptum pontificium
 iure diuino fundatū obligās sub reatu mor-
 tali. Et qui huic veritati reclamauerit tanquā
 suspectus aduersus sanctā mandata punien-

Statutum et
dicitur domi-
nicani.

Qui suo ne-
queat victi-
tare patri-
monio nō sūt
ordinandi.

Præceptum
audiēdi mis-
sam.

Conclusio.

mus est. Extat enim præceptum in concilio Agathensi, & admonitio in concilio Carthageniensi, quæ referuntur de consecra. d. r. can. Missas, & can. Qui die solenni. Quod si obmurmures, illa concilia non esse nisi prouincialia, quæ vim non habent perstringendi vniuersalem ecclesiam: accedit canon Apostolorum. Omnes fideles, ibidem relatus. At verò potissima huius veritatis ratio est, quod huiusmodi allegati canones, non habent formam noui præcepti, sed tanquam de re compertissima & à temporibus apostolorum constitutissima loquuntur, quod est testimonium, præceptum hoc nunquam in ecclesia fuisse ambiguum, sed more & vsu ubique cultum. Et quæuis non sit in euangelio expressum, fundatur tamen in illo mandato diuino, Sabbata sanctifices. Sanctificatio. n. sabbati est ad vacandum diuini officij ordinatur, quæ ecclesia de audienda missa consulto interpretata est. Vnde ad aliud argumentum respondetur, disparè esse aliorum sacramentorum huiusque rationem: nam hoc non tantum sacramentum, verum & sacrificium est. Qua utique de causa annexum habet præceptum, ut audiatur à populo, qui suo ordine & gradu sacrificare tenetur. At quia prædictus canon Missas die Dominico (ubi omne festum subintelligitur) totas audiri iubet, hæsitabit quis forsitan quomodo totæ intelligantur. Respondetur non intelligi mathematico more, ut nulla omittatur particula (parum enim pro nihilo reputatur) sed moraliter, ut ciuilitas habet humana. Quare si ab epistola re sacræ audieris, satisfecisti. Admonet enim prædictus canon Apostolorum ut omnes Christi fideles in diebus solennibus scripturas apostolorum & euangelia audiant. Tametsi neque tam exactè forsitan monitum illud sit intelligendum. Euangelium autem non audire non esset tutum. Pari modo in fine si post summationem sacramenti quis exiret, non esset transgressionis reus. Nam quod in dicto canone Agathensis concilij adijcitur, quod si populus ante benedictionem sacerdotis egredi præsumperit, publicè ab episcopo confundatur, non est in vsu ecclesiæ, ut tanquam præceptum sub reatu mortali obseruetur. Neque verò si quis partem vnius missæ & reliquam alterius audierit, est condempnandus quandoquidem omnia audit necessaria. Sed cum dicimus audire missam, intelligimus præsentem esse: nam qui in magna ecclesia sacerdotem à longè spectat, licet non audiat, præceptum implet. Veluti qui græ-

Missæ tota.

Audire missam.

cam audiret missam, cuius nullum verbum intelligeret. Hinc colligitur attentionem, quæ sub præcepto necessaria est ad audiendam missam, non esse tantam, quanta in officio canonico persoluendo requiritur, sed satis est, quod sit actus humanus. Quocirca quauis indecentia sint colloquia inter audienda sacra, non tamen propterea transgressio fit præcepti. Possent tamen voces & cachinni in tantum prorumpere, ut per se essent peccatum irreuerentiæ & scandali. Quemadmodum si quis sinistro animo audiendi sacrum ecclesiam adeat, quauis illud propositum peccatum per se sit, nihilominus si missam audiat, præceptum implet quantum ad substantiam præcepti: cauet enim peccatum omissionis audiendi missam. Ex his colligitur alius dubij solutio, vtrum qui & missam tenetur audire & horas canonicas soluere, possit simul utriusque præcepto satisfacere. Syluester namque in verb. Missa 2. §. vi. negat. Caie. verò in opi. de valore orationis cõcedit. Et hæc opinionem arbitror veram si quæ græcè audit missa, aut omnino surdus est, non tenetur esse attentus, ut verborum sensus percipiat, non video cur tunc non possit officium diuinum persolvere. Quare & idem quicunque poterit. Itè arguitur. Vel ille qui in missa horas recitat utriusque præcepto satisfacit, vel neutri, vel alteri tantum: non tertium, quia nulla est ratio cur vni potius quam alteri satisfaciatur. Quod si dicas neutri satisfacere, obuiat tibi argumentum. Quod si postmodum horas tantum solueret, censeretur utriusque satisfecisse: ergo dum audiebat missam præceptum audiendi implebat. Et pari ratione si postmodum sacrum audiret, censeretur impleuisse utrumque: ergo dum missam audiebat, satisfaciebat præcepto horarum, atque adeo ambobus. Quod autem necessarium sit missam proprii festi audire, nulla ratione fulcitur: non enim præcipitur nisi missam audire, quod ad munus religionis sufficit. Tametsi reprehensione sacerdotes non careant, qui nullam rationem festi habentes, satis esse putant quocumque festo vnaquamlibet aliam missam dicere. Vnus autem scrupulus est, qui plurimos premit, vtrum scilicet, qui diploma habet pontificium, per quod sibi liceat tempore interdicti sacrum audire, teneatur illud diebus festis eodem tempore audire. Faciunt enim argumentum, quod priuilegia conceduntur in fauorem, & non ad compulsionem: cum ergo tempore interdicti non habentes priuilegia non cogantur audire missam

Attentio in audienda missa.

Dubitatio.

Non est necessaria missa propria festi.

Aliud dubium.

sam, sit ut neque priuilegiati sint cogendi, alio qui suo priuilegio constringerentur. Hoc autem non obstante argumento, crediderim teneri: quoniam præceptum audiendæ missæ obligat omnes commodè potentes audire. Vnde ad fallaciam argumenti respondetur, quod priuilegium de se non obligat, sed solum facit hominem potentem audire, atque adeo facit eum materiam præcepti obligantis omnes potentes. Veluti si quis esset in carceribus, & prætor diebus festis potestatem illi faceret exeundi ad audiendum sacrum, profecto teneretur. Postremò denique ad sedandas timoratas conscientias notandum est ab hoc præcepto illos excusari, qui legitimo impedimento cohibentur, ut infirmi, & qui inimicitias gerunt, si timerent hostem sibi dari obuium, & ubi mos est virgines nobiles non prodire in publicum. Quauis mos iste profecto non est laudabilis maximè si id autoritatis causa & maiestatis fiat. Itè si vxor à marito ob zelotypiam prohibetur, quauis ille quandoque peccet, illa tamen parere tenetur. Si verò mulier timet, si exeat, propter eius aspectum impudicè commouendum, non ideo tenetur sua libertate priuatam, occlusam esse. Quauis nonnunquam salubre esset charitatis consilium potius ab audiendo sacro abstinere, quam hominem in barathrum turpitudinis conijcere. Illi autem, qui seruiunt, si à suis heris missam audire ob aliqua negotia gerenda prohibeantur, excusantur. Non enim ideo tenentur heros relinquere. Ipsi tamen heri sibi videant, iusta ne an illegitima causa illos impediatur. At verò si seruus præsentiret Dominum in contemptum vel odium christianissimi id facere, domum teneretur tunc mutare.

Responsio.

Qui excusatur ab hoc præcepto.

Famuli & ministri aliquando excusantur.

ARTICVLVS. I I.

Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis.



Sex requisita ad solennem missæ celebrationem.

Vm tota quæstio præfens circa hoc mysterium versetur, non quatenus sacramentum est, sed duntaxat qua ratione est sacrificium, animaduertendum est præter eius substantiam, quæ est hostia corporis & sanguinis, sex rerum genera esse ad id solenniter celebrandum necessaria. Hæc sunt minuter, deinde tempus & locus, quæ sunt duæ cuiusque actus proximæ appendices qualitates, quas circumstantias vocant. Quartum ministri indumenta, quintum verba: sextum de-

niq; ceremoniarum aliarum signationes & aliarum gestulationes. Inter hæc autem solus minister est de iure diuino ac subinde de essentia: neque, sacerdos, sine quo, ut dictum est, fieri nequit consecratio, de quo satis dictum est. Nam de episcopo, & diacono, hipodiatcono & minoribus ordinibus dicere ad tractatum sacramenti ordinis spectat. Cetera quinq; sunt de iure positio, atque adeo non ad essentiam sed ad solennitatem sacrificij pertinentia. De secundo ergo: scilicet, de tempore nunc quaritur vtrum sit conuenienter institutum. Ad quod tribus conclusionibus respondetur. Prima. Tempus determinari oportuit celebrationi huius sacramenti aptum. Probatur. Duo sunt quæ in celebratione huius mysterij per totam præsentem quæstionem præ oculis habere debemus. Primum representatio Dominicæ passionis, vnde si uictus eius emanat. Et secundum, heroicam virtutis religionisque officium, per quod eiusmodi fructus percipimus. Et ratione utriusque cõdecuit tempus destinare, quo apte fieret. Secunda conclusio. Condecens fuit ut quotidie in ecclesia regulariter celebraretur. Ait regulariter, propter emergentes casus, in quibus ratione interdicti à celebratione cessatur, vel ubi sacerdos alii non potest. Probatur ex secunda ratione sacrificij quia, fructu dominicæ passionis quotidie indigemus propter quotidianos defectus. Vnde Dominus nos petere docet Luca. 11. panem nostrum quotidianum: quod exponens Augustinus in lib. de verbis Domini, can. Non iste, de cõsec. d. 2. ait. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quemadmodum Græci in Oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prodest. Tertia conclusio. Regulariter solennis missa à tertia usque ad nonam est in ecclesia celebranda. Probatur ex prima ratione sacrificij quia tempore illo celebrata fuit Christi passio. Hæc quæstio de frequentatione sacramenti bipertita est: prius enim membrum est de frequentatione summationis, quæ etiam ad laicos pertinet de quo. d. præc. q. 1. ar. 10. diximus: alterum verò est de celebratione, vtrum quotidie in ecclesia sit celebrandum, quod hic disputatur. Vbi adnotandum quod quatenus sacramentum est, satis erat illud toties consecrare quoties populo sumere esset necessarium. Sed qua parte est sacrificium, asserta est hic secunda conclusio, quod est quotidie celebrandum eo quod hoc sit nostræ religionis munus & cultus.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Expositio articuli.

Quapropter hæretici negâtes esse sacrificiū subinde negât esse quotidie celebrandū. Hac hæresi infectus fuit VVitcleff. Cuius affecla Lutherus in blasphemio illo libello de abroganda missa priuata, quasi sua temeritate legē ponēs ecclesiæ ait, satis esse si singulis Dominicis diebus, & ijs solis vnica tantū eucharistia cōsecraretur, ad quā populus cōfluens cōmunicaret. Contra VVitcleff latissimè difserit VValden. tomo. 5. de sacra. tit. 4. Et contra Lutherū Clichtoueus in Antiluthero lib. 2. de officio missæ. c. 8. & 9. Et quidem Lutherus duos perniciosos ritus intrudere in ecclesiā moliebatur. Vnum, vt non nisi vna eucharistia in hebdomada consecraretur: alterū, vt populus toties cōmunicare cogeretur. Prior quidē multis nominibus perniciosus est, primū contra religionē: nam cum hoc sit sacrificium Christianorū propriū, manca esset nostra religio, nisi iuge haberet sacrificiū: iuge autē non esset nisi quotidie sacerdos noīe publico ipsum cōsecraret, adorandumq; populo exhiberet, & in satisfactiōe pro peccatis offerret. Diurnus. n. solaris circulus sicut ad sustinendam vitā tēporalem quotidianā adfert necessitatē cibi, potus & requiei somni: ita & quotidianā necessitatem religionis, vt sacrificium, in quo religio consistit, noīe publico quotidie celebretur. Adde, qd si tantum plebanus sacerdos illud deberet cōsecrare, reliqui priuati sacerdotes & religiosi deberent per totā vitā suā esse functione orbatī. Præterea sunt & frequētes parocciæ multo ampliores, quā vt possent oēs vna hora cōcurrere, & vnū sacramētum cōmodē oēs adorare. ¶ Dubiū autē est, vtrū sit obligatio sub reatu mortali quotidie celebrare, & quinam sint qui hoc vinculo obligentur. Primū responsionis mēbrum sit qd parocci, qui curā habent animarū, sacrum facere tenentur quoties populus audire obligatur: nā iniq̄a esset cōditio eius, qui audire cogeretur, vbi nemo dicere perstringitur. Quod & in aliorū sacramento rū administratione eādē retinet veritatem. Tenentur enim parocci sacramenta administrare, quæ populus tenetur suscipere. Quare saltem diebus festis eadem obligatione perstringuntur, nisi legitime fuerint impediti. In profestis verō diebus tenentur vnusquisq; pro ratione decimarum & stipendij vel quotidie, vel aliquando celebrare. De alijs autem liberis sacerdotibus, licet non defint Canonistæ, qui putent teneri quotidie celebrare, vt

VVitcleff Lutherus.

VValdens. Clichtoueus.

Dubium.

Prima propositio.

Syluester verb. Missa. 1. §. 7. refert, nullo tamen vel apparenti fundamento nituntur, imō quæst. præce. ar. 10. ostendimus non tene ri nisi perrarō. De ecclesijs verō cathedralibus, & collegiatis, & religiosorum conuentibus subditur secundū responsionis mēbrū nēpe qd episcopis & p̄latis incūbit cura sub reatu peccati mortalis faciēdi quotidie conuēntualiter celebrari. Atq; hic est legitimus sensus canonis iteratur de conf. dist. 2. Sed idem adnotant Canonistæ super cap. Cum creatura de celebra. missa. vbi addūt, qd quilibet cōuētus quotidie tenetur celebrare duas missas alteram de festo aut feria, atq; alterā pro defunctis. Id tamē ex capitulo illo nequaquam colligitur, sed solū damnatur negligentia celebrādi pro anniuersarijs defunctorū. Quare semel in hebdomada celebrare pro defunctis satis est. Quinverō assertio hæc quotidie celebrādi regulariter est intelligenda: nam tam exiguus esse potest cōuentus, vt licet in aliquibus profestis sacrum non fiat nō sit mortale. At verō in ciuitate, vel in oppido populofo, vbi multæ essent parocciæ, non satis esset in cathedrali seu collegiata quotidie celebrare, sed necesse est in basilicis etiā parocciis libus, ad quas populus cōfluere possit, sacrum facere. ¶ Quibus autem sit applicandus fructus sacrificij & satisfactio, alia est questio: nā vt ar. præcedenti diximus præter applicationem, quæ sit generaliter ab ecclesia, tenetur sacerdos pro suis paroccijs à quibus decimas, vel stipēdiū sumit, applicare. Quare tūc nō pōt sacrificiū alijs illud tribuere. Nihilominus tamē semper ei referuatur aliqua fructus portio, quam potest, sicut cæteri offerentes, cui voluerit impertiri, quod etiā potest religiosus in suo cōuētū. Cæterū sacrificiū ipsū nō pōt nisi p̄latus cui voluerit applicare. De his autē ac de oībus diuinis officijs lib. 10. de iur. & iur. q. 5. p. totā copiosē à nobis dictū est. ¶ Primū argumentum. S. Tho. est. Hoc sacramentum est representatiū passionis, vt dictum est, cōmemoratiō autē eiusdem passionis fit in ecclesia semel in anno: ait enim August. super Psal. 21. Quotiescūq; Pascha celebratur nūquid Christus occiditur? Nō, sed tamen anniuersaria recordatio representat quod olim factū est, quasi videamus in cruce pēdentē Christū. Et refertur de cōf. d. 2. c. Semel Christū. Respōdetur qd semel in anno cōmemoratur passio Christi scdm qd in ipso capite nō fuit perfecta, & ideo illa cōmemoratio

Secunda propositio.

Quis sit applicandum sacrificium.

Primum argumentum.

tio fit semel in anno. In sacramēto verō recolitur prout eius effectū & fructū fideles percipiūt, ob idq; cult⁹ ille fit quotidie, vt idē August. eadē. d. ait. c. Semel immolatus. ¶ Secūdo arguitur. Passio Christi cōmemoratur in ecclesia sexta feria ante pascha, nō autē in festo natalis: cum ergo hoc sacramētum sit cōmemoratiū Dominicæ passionis, minimē cōgruere videtur, vt in die natalis ter celebretur cōsecratio, in pasceue verō omnino intermittatur. Respōdetur, qd in veritatis presentia figura cellat: hoc autē sacramētum figura est Dñicæ passionis, ob idq; die illa, qua realiter gesta recolitur, nō cōgruit, vt in sacramento celebretur. Ne tamē ecclesia in ea die sit sine fructu passionis per hoc sacramētum nobis exhibito, corpus Christi pridie consecratum illa die sumēdum referuatur: non autē sanguis ratione periculi, ne vel acescat, vel effundatur. Præterea, quia sanguis, vt dictū est imaginem dñicæ passionis expressius refert. Quidā verō excogitarūt per inmissionē particulae consecratæ in calicē, vinū conuerti in sanguinem: est tamē error: quoniā illa conuersio fieri nequit, nisi per consecrationem calicis. ¶ Hic primum adnotato rationē custodiendi hostiā in die coenæ in monimētis hanc esse vnica, vt altera die sumatur, quādo consecrari non potest. Sed inde coepit in opinionē venire, qd custodia illa esset sepulchri effigies, cum tamē Christus non exspirauerit nisi sequēti die serō. Hinc secūdo colligito peccatum esse mortale in die pasceue cōsecrare atq; adeo priuatiim celebrare: nam esset cōtraire iustissimæ ceremoniæ ecclesiæ, quæ plurimū refert. In alijs verō duobus diebus: scilicet, coenæ, & Sabbato sancto, licet ritus etiā ecclesiasticus habeat, vt sola vna celebraretur missa, nōn tñ eius observatio tantū refert, quin priuatiim, saltem ex facultate prælati, præter missam solēnem possit quispiam celebrare. ¶ In die tamen Natiuitatis solennitas triplicis natiuitatis Christi causa fuit, vt trina permitteretur celebratio: nam propter æternam natiuitatē ex patre, quæ nobis occulta est, in nocte canitur missa, cuius introitus est. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et propter spiritalē, qua vt legitur. 2. Petri. 1. Christus oritur tanquā Lucifer in cordibus nostris, canitur missa in aurora cuius introitus est. Lux fulgebit hodie super nos. Ac demum propter temporalem visibilēq; natiuitatem in carne adijci-

Secundum argumentum.

Custodia hostiam die coenæ in monimētis.

Nota.

Triplex missa in natali Domini quid significet.

tur tertia missa clara luce, cuius introitus est. Puer natus est nobis. Tamest secundū euangeliā, quæ prædictis introitib⁹ cōtraponūtur, dicere ē conuerso possumus, qd missa postrema designet natiuitatem æternā, quæ est in plena luce, iuxta illud psalmi. 109. in splendoribus sanctorum ex vtero ante Luciferū genui te. Quæquidē generatio canitur in euangeliō. In principio erat verbum. Prima verō missa respondet natiuitati ex virgine in carne: quia in medio noctis natus est, in signum quod ad tenebras infirmitatis nostræ descendeat. Atque hæc natiuitas refertur in euangeliō eiusdem missæ. De hac trina celebratione extat canon citatus. Noctē, de consecra. dist. 1. ¶ Addit denique S. Thomas, qd etiam alijs diebus, quibus conueniūt plura Dei beneficia, vel recolenda, vel expetenda plures missæ celebrantur in die: scilicet, vna pro festo, atq; altera pro ieiunio, vel pro mortuis. Et quidem S. Thom. nō intelligit ab eodem sacerdote, sicut in die natiuitatis, sed solenni ter à clero, vel conuentu. ¶ Vnde vtrū idē sacerdos plures in eodē die possit missas celebrare tangit argumento quinto, sic arguēs. In quadam dominicali oratione secreta dicitur, Concede nobis dñe quæsumus, hæc frequentare mysteria: sed maior erit frequentatio si pluribus horis sacerdos in die celebret: ergo illud est consilium. Et respondet ex decreto Alexandri papa de consec. dist. 1. can. Sufficit. Vbi ait. Sufficit sacerdoti vnā missam in die vna celebrare, qd Christus semel passus est, & totum mūdum redemit: & valde foelix est, qui vnā dignē celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis vnā faciūt: alterā de die, si necesse sit. Qui verō pro pecunia, aut adulationibus seculariū vna die præsumūt plures celebrare missas, non æstimo euadere dānationem. Hæc papa. Atq; de celebra. missa. c. Cōsulisti, idē ait Inno. 3. l. q. excepto die natiuitatis dñicæ (nisi causa necessitatis suadeat) sufficit sacerdoti semel in die vnā missā solūmodo celebrare. ¶ Sed huius occasione summissæ, vt est videre apud Syluestrum verb. Missa. 1. §. 7. plurimos coaceruat casus, quibus idem sacerdos possit in die bis celebrare. Primus est in natali, vt dictū est, Secundus, ad sepeliēdum defunctū. Tertius ad communicandū infirmum, si nō est hostia in pyxide. Quartus propter peregrinos, propter nuptias, & propter ieiuniū, & si superuenit aliqua magna persona.

Casus, in quibus licet bis in die celebrare.

Quintum argumentum.

Syluest.

Ac demum propter paupertatem parocciarum, quæ non possunt nisi duæ unum alere sacerdotem. ¶ Paludanus aut. 12. dist. q. 1. art. 4. plures istorum casus referens, addit propter nullam causam sacerdotilicere plures quam duas celebrare, præterquã in festo Natiuitatis. Adnotandum hic tamen est nunquã in ecclesia licuisse sacerdoti nisi ieiuno celebrare: un postq̃ in prima celebratione lotionẽ sumpsit, nullus superueniẽs, vel defuncti, vel magnæ personæ, vel cuiuscunq; alius rei casus, vel necessitas, causa esse potest legitima, vt iterũ celebret. Attamen ex his omnibus antiquis casibus, qui dum ecclesia sacerdotum raritate laborabat, frequentes erant, quibus vnus posset plures celebrare missas, non est iam in vsu præter diem Natiuitatis, nisi illud quis propter parocciarũ paupertatẽ curã duarum habet. In qua verò prouincia eadem esset sacerdotum raritas, posset etiam in alijs casibus, maximè vsu & more id interpretante, idem fieri, dummodò nõquam nisi à ieiunio fieret: ita vt sacerdos in priori missa lotionem non sumeret. Neq; ob vllam necessitatẽ, vt bene adnotauit Paludanus, pluries q̃ bis celebret. Qui autem præter casus iuris: vi delictet, pro pecunia, vel adulationibus seculariũ ductus pluries cõsecraret, peccaret mortaliter, iuxta verbum illud Põtificis. æstimo nõ euaderent dãnationẽ. Quare & in foro exteriori puniendus esset. ¶ Circa tertiam conclusionem de hora diei, nota horas illas primam, tertiam, &c. omni anno esse numerandas sexta post medium noctis, vt si horologium incipiat à dimidia nocte, dum signatur hora sexta toto tempore anni incipit hora prima, & nona censetur tertia, & meridies sexta, & post meridiem hora tertia dicitur nona. qua hora Christus expirauit. Vnde operarij euangelici, qui venerat hora vndecima, quæ est quinta à meridie, remorbantur ab alijs q̃ non nisi vna hora laborassent. Quocirca huiusmodi horæ per totũ annum sunt inuariabiles. Ex quo fit, vt in primitiua ecclesia missarum solẽnia, illis tribus horis: scilicet à nona vsq; ad meridiem iuxta conclusionem S. Thomæ fieri solerent. vnde can. Nocte sancta, de conse. dist. 1. cauetur ne reliquis tẽporibus missarũ celebrationes ante horam diei tertiam celebrentur: quia illa hora Christus crucifixus est, & Spiritus sanctus descendit. Qui textus intelligitur de missa solenni. ¶ Ad maiorem autem huius expo-

Paludanus.

Nunquam sacerdos nisi ieiunus celebrare potest.

Hora diei.

Tertium argumentum.

sitionem arguit D. Tho. tertio loco. In celebratione huius sacramenti ecclesia debet imitari institutionem Christi: Christus aut consecrauit hora serotina: ergo illa hora est à nobis consecrandum. Respondetur, q̃ Christum decuit, vt supradiximus, sacramentum celebrare post agnum typicũ, qui eius erat figura: vnde quia ille in solis occasu coenabatur, tunc Christus consecrauit corpus veri agni. Idque in vltimo articulo conuersationis suæ cum discipulis, vt charitatis mysteriũ altiũ in eorum corda imprimeret. Nobis aut consecrandum est, quando aptius eius passio representatur: tum & ad eius percipiendũ fructum: tum vt nostra plus excitetur deuotio. Tres autem fuerunt articuli passionis Christi. Primus, dum Iudæorum linguis proclamatum est, vt habetur Marci. 15. Crucifige. Quod quidem fuit hora tertia: quando & Spiritus sanctus descendit super discipulos. Et ideo diebus festis quãdò populus à seruilibus operibus feriatu interesse potest, hora tertia, id est, nona à medio noctis, missa solennis celebratur. Secundus verò articulus fuit, quando gentiliũ manibus fuit cruci affixus, & illa, vt Ioan. 19. legitur, fuit hora sexta: nẽpe, meridies. Et ideo in primitiua ecclesia in diebus profestis, q̃n in parocia nõ erat nisi vnus sacerdos, illa hora fiebat sacrũ, vt tũc populus à laborib; cessans, anteq̃ prædiũ sumeret sacrificio interesset. Tertius articulus fuit, quũ expirauit hora quæ erat nona, vt Matth. 27. habetur: nẽpe, tertia pomeridiana. Et ideo in diebus ieiuniorum illucisq; nõ celebrabatur populi missa. Vnde in concilio Cabilonensi de conse. d. 1. can. Solent, cauetur ne in diebus ieiuniorũ cibis sumatur, nisi missarũ solenniũ, ac subinde vespertinis officijs absolutis. Et inde quadragesimalis mos retentus est, vt post nonam ante prædium vesperẽ cõtentur. Imò additur illic, q̃ in Sabbato sancto circa noctis initium missarũ solennia celebrarentur, quia illo die longius protrahabatur ieiuniũ. Item & ratione ordinũ, quæ illo etiã die celebratur, & propter aliorũ officiorum prolixitatẽ, idq; etiam habetur decreto Leonis. 75. dist. can. Quod à patribus, & decreto Gelasij ead. dist. can. Ordinationes. ¶ Quarto arguitur. Leo papa de consecra. dist. 1. can. Necessè, scribens Dioscoro Alexandrino episcopo cõcedit sacrificium offerri prima diei parte: dies autem incipit à media nocte, vt supradictum est, ergo illico ab illa hora possunt

Tres passio- nis Christi articuli.

Quartum argumentum.

sunt missæ celebrari. Respondetur, regulariter missam debere in die celebrari & non in nocte: quia Christus ipse in hoc sacramento præfens est, qui ait Ioann. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est, venit nox, quando nemo potest operari. Quandiu in mundo sum, lux sum mudi: radix aut diei ad sacra faciendã nõ debet sumi à medio noctis, sed à solis ortu. At neq; expectandus est solaris corporis aspectus, sed aurora, quãdo eius splendor apparere incipit. Vnde duo illa loca Marci. 16. & Ioan. 20. in quorum vno legitur, q̃ mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole, & in altero, q̃ venerunt eum adhuc tenebræ essent, Augustinus de consensu Euangelistarum hoc pacto conciliat, q̃ in auroræ crepusculo sic ortus est sol, vt tamẽ tenebræ non sint dissolutæ. ¶ Priuilegium autem natalis domini fuit, vt illa nocte Missarum solẽnia fieret, vt habetur can. citato. Nocte, de conse. dist. 1. Et pariter antiquitus, vt canonibus citatis habetur, Sabbato sancto iuxta noctis initium propter prædictas causas celebrabatur, & quia illa nocte Christus resurrexit. Iam verò nũc temporis statum tempus missis celebrandis decurrit ab initio auroræ quocunq; tẽpore anni vsq; ad meridiẽ. Potest nihilomin; ex priuilegio hora parũ tũ anticipari, tũ & postponi. Ait enim hic Paludanus papam dispensare cum cardinalibus, vt antelucanas missas celebrerent, hoc est, paulò ante auroram: & audio alijs etiam esse concessum. Et sunt magnates qui habent priuilegium, vt eis per horam à meridie celebretur. Neq; verò ita multum graue est, quãdoquidem in primitiua ecclesia etiã tardius celebrabatur. Attamẽ quòd hoc fiat ad inseruiendum delicijs eorum, qui noctes aleis & crapulis vacãdo in dies vertũt, diesq; dormiendo in noctes, non potest non esse vituperio dignum. ¶ Propter causam verò legitimã: vt causa celebrandi in die festo quãdo quis iter facit, licet paululò, vel ante auroram, vel post meridiem celebret, quãuis sine dispensatione id fieret, non cõdemnarem ad peccatum, saltem mortale: secus si anticipatio, vel postpositio longior esset. ¶ Ait verò Paludanus non licere nisi matutinis psalmis solutis sacrum facere, quod non aliter quàm ex consuetudine ecclesiæ probat. Et Syluester verb. missa. 1. §. 4. ait omnes canonistas credere quòd sit peccatum mortale, ipse tamen secus credit, & meritò, quia non omnes

Qua hora diei missæ celebrari debeant.

Nota.

consuetudines, quauis laudabiles, obligant sub reatu mortali. De hoc autem libro. 10. de iustitia & iure, quæstione. 5. scripsimus. Vbi asseruimus non esse peccatum mortale ordinem peruertere, tum quod etiam horarũ ordo non est sic necessarius, vt eius inuersio faciat peccatum mortale, vt si quis tertiam ante primam, vel primã in choro, & postea matutinas priuatim soluat. Secũdò, quia missa non computatur inter septem horas canonicas. Quare si quis ratioẽ infirmitatis excusetur à soluendo officio diuino, non ideo impeditur, quin possit celebrare. Ordinem autem sine causa peruertere peccatum esset, & forsã non grauius, q̃ veniale. Hæc autem illic latius confirmauimus.

ARTICVLVS. III.

Utrum oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & vas sacris.



ertium inter cætera ad sacramentum consecrandum & sacrificiũ offerendũ requisitum est locus. Et ideo quaeritur vtrum tẽplum & vasa debeant esse consecrata. Ad quod hac cõclusionẽ affirmatiua respondetur. Consecrationes ijs rebus, quæ in vsum huius sacramenti veniunt, adhibentur. Idq; instinctu & impulsu Spiritus sancti ecclesiã gubernantis, atq; adeò nutu Iesu Christi, qui ait Matth. 18. Vbicunq; fuerint duo, vel tres in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorũ. Et probatur congruentia ex duobus in sacramento consideratis, quæ sunt representatio passionis Christi, & reuerẽtia sacramenti, vbi Christus non tantum in figura, sed secũdum veritatẽ continetur. Nam sacramenti reuerentiam concedet, vt locus sit eidẽ celebrãdo dicatus & consecratus, atq; adeò vas, quo sanguis consecratur, atq; altare: nẽpe, ara. Item & ratione effectus, & fructus, quem virtute passionis per idem sacramentum suscipimus, id etiã cõgruit: sanctificauit enim nos Christus per suũ sanguinẽ iuxta illud ad Hebr. vltimo. Iesus, vt sanctificaret per suũ sanguinẽ populũ, &c. Ob idq; vasa, quæ in vsum eiusdẽ sanctificationis assumuntur, sancta esse debent. ¶ Contaminator ille omnium sacrorũ vitiosus, vt omnes missæ ceremonias, sic & templorum vasorũq; cõsecrationes repudiabat, vt est videre apud Valdensẽ tomo. 5. de sacra

Conclusio.

Expositio articuli.



sacramentalibus tit. 4. nempè, à capite. 28. Sed latius titulo. 17. cap. 143. & infra ubi duas refert cōtrarias hæreres. Quarum vna Sagarelorum erat, q̄ ecclesia consecrata nō plus valet ad orandum quàm stabulum porcorum. Et hanc secutus est V Vitcleff, & postea Lutherus. Alij verò per contrarium aiebant, nullatenus licere nisi in ecclesia orare. Fuit tamen semper, si ab statu legis naturæ rem ordiri lubet, ubiq; solenne, loca sacrificijs dicare, vt excelsa ad significandum Deorum eminentiã, quæ excelsa testamentum vetus creberrimè tanquam idolorum ritus execratur: & lucos, ubi arbores dijs consecrabantur, quæ propter opacitatem, & silentium deuotionem quandã animis ingenerare possent. Et ideo luci dicebantur, vel à contrario sensu eo quòd lucem solis non admitterent, vel fortè propter luminarium frequentiam. Adeò enim semper fuit mortalium animis insitum, Deum certis locis esse colendum, vt etiam falsissimæ religiones eam retinuerint veritatē. **¶** At verò vt de idololatriæ ethnicis taceamus, sacra hystoria tradit etiã ante legē scriptam in lege naturæ iustos viros altaria, quibus Deo sacrificarent, dedicasse, vt Gen. 8. legitur de Noe, & 13. de Abraham, & 28. de Iacob qui cum à somno quo visionem viderat euigilans intelligeret verè dominū esse in loco illo, lapidem erexit in titulum. Quod quidem documētum est, locum, in quo cum Deo colloquimur, quandam habere sanctitatē. Id quod Dominus Moysen Exodi. 3. docuit, dicens ei de rubo. Ne appropries hūc, solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est. Vnde Deuter. 12. sic lex habebat. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo quem elegerit dominus in vna tribuū tuarum offeres hostias. Erat enim futurum Hierosolymitanum templum in tribu Iuda. Quapropter neq; in peregrinatione deserti voluit populum sacrificia nisi in tabernaculo facere, quod peregratio sumptu & ornatu extrui iussit, vt Exodi. 26. legitur. Quam verò postea admirabili magnificentia Salomon Dei nutu & iussu tēplum ædificauerit, vt. 3. Reg. 6. hystoria refert, nisi hystoria sacra esset, vix possent legētes credere. Quo vt; q; templo, vt legitur ibidem cap. 8. per sanctē Salomō Deum precatus est, vt quicquid eo loco homines ab eo peterent, propitijs auri bus exaudiret. Est ergo religio credere desi-

De Moysē Exodi. 3.

gnandum esse locum, quo Deum & sacrificijs & orationibus propitiū nobis faciamus. Vnde Fœlix papa de consecr. dist. 1. can. Tabernaculum. Si Iudæi, inquit, qui vmbrae legis deseruiebant, loca, in quibus sacrificabāt Domino, diuinis habebāt supplicationibus consecrata: multò magis nos, quibus veritas patefacta, & gratia, quæ per Iesum Christum facta est, templa Domino ædificare & solenniter sacrare debemus. Quæquidem distinctio canonibus refertissima est de templis & eorum vasis & ornamentis. Est enim semper præ oculis habendum q̄ ubi est sacrificium, ibi & sacerdotes esse debēt & templa: & qui vnum tollit, omnia subinde sublata contendit. **¶** Quapropter hæreticorum argumenta illic fundatur quod nullum sacrificiū agnoscunt nisi fidē & virtutum opera inde pululãtia: quare nec templa neq; aras admittūt nisi de quibus ait Pau. 1. cor. 6. & 2. cor. 6. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt, Spiritus sancti? qui in vobis est, scilicet, per fidem. Ruit autē huiusmodi fundamentum eo, q̄ eandem fidem, per quam in nobis Deus tanquam in templo inhabitat, profiteri secundum nostram religionem per sacramēta tenemur, ac potissimū per sacrificium altaris, cui ideo celebrando & ministrando necessaria est templorum fabrica. Etenim si senatui cogendo, & iuri dicūdo, atq; alijs publicis negocijs agendis curia & forum atq; alia loca publicitus destinantur, cur non & ad rem diuinam faciendam basilicæ deputentur? Hinc ergo paganorum nomen ecclesia ethnicis indidit, q̄ vt à Christianis distarent, in pagis sacrificabāt, vt multi theologi autumant licet inter Latinos solenne semp fuerit militiæ nō ad scriptos paganos vocare atq; inde egregiè ducta metaphora, nō baptizati, eodē appellatur noīe. **¶** Validissimū autē, vt rentur argumentum, quod nobis obmoliūtur, est assertio illa Christi ad Samaritanam Ioan. 4. Cum enim illa dixisset, Iudæos contendere adorandum esse Hierosolymis, Samaritanos verò in monte illo, ubi altare exerat Iacob: respondit q̄ iam inde veri adoratores adoraturi essent patrem in spiritu & veritate. Vbi insinuasse videtur omnes templorum ceremonias in religione Christiana cessatū ire: sed in omni loco solo spū & mēte orandū: iuxta illud. 1. ad Timo. 2. Volo viros orare in omni loco leuantes manus sc̄tas sine ira. **¶** At verò argumentū ex hæretica sensus depra-

De conse. d. 1.

Hæreticorū argumenta.

Hæreticorū argumenta. Ioan. 4.

Responsio.

deprauatiōe extruitur. Sensum enim Christi interrogatio ipsa Samaritanæ declarat. Illa siquidē solum proposuit litigium inter Iudæos & Samaritanos. Iudæi. n. arbitrabantur nullibi tūc licitum adorare, nisi in templo: erat quippe illis diuinitus interdictum alibi q̄ in tēplo sacrificia & festa cōcelebrare, (quod aduersus Iudæos ait Chrysoftomus,) vt dū templum illud dirutū cernerent, & funditus destructum, legem illam abolitam intelligerent. Respondit ergo Christus, legem euāgelicam non fore ad vllum locum coarctadā, sed ubiq; terrarum adorādum esse Deū, non quidem secundum illas animalium ceremonias, quæ figura erant & vmbra futurorum, sed in spiritu & veritate, per ipsas designata. Vbi ideo non inhibuit basilicas esse illi muneris dedicandas, sed admonuit & loca & vasa & ornamenta sacra non ea fore ratione consecranda, tãquam sint orationis finis, sed tanquã media, quibus spiritus excitetur ad contemplandam diuinam maiestatem, cuius adoratio & cultus scopus est omniū orationum & sacrificiorum. Et per hoc etiam reprobatur alia contraria hæreres dicentium extra ecclesiam nequaquã orare licere, cōtra citatam Pauli admonitionem, vt in omni loco sit orandum. **¶** Aliud argumentum comminiscabantur Manichæi, vt lib. 20. contra Faustum cap. 21. refert August. q̄ nos tanquã idololatrias martyribus nostris templa & aras erigimus, sicuti ethnici Romulo, & Baccho. Ad quã blasphemiam illic, & 22. de ciuit. Dei ipse respondet, nos templa soli Deo extruere: nam fabricamus illa solum ad sacrificiū offerendum, quod diuorū nulli, sed vni Deo offerre fas est, cum sit actus latræ. Quare non dicimus, Offerimus tibi Diua Maria, aut tibi Petre, sed Deo patri per Iesum Christum. Memorias verò martyrum ad eorum excitandam imitationem, & ad laudandum Dominum in sanctis suis facimus. Quare dum basilica Diuæ Mariæ, aut D. Petro dicari dicitur, nō illi, sed soli Deo in eius memoriam dicari intelligendum est.

Chrysost.

Hæreticorū argumentum.

Primum argumentum.

debet seruari in omnibus similitudo: quãdo quidem Christus ob id sub diuo pati voluit, & nō intra Iudæorum portas, vt designaret passionem suam non esse sub eorum limine concludendam, sed in gentium vniuersitatē prolatadā. Nihilominus in vniuerso orbe debet sacramentum in domo regulariter celebrari, per quam domum significatur ecclesia, extra quam (vt ait August.) non est locus veri sacri sacrificij. Vnde Christus licet in cã po passus fuerit, tamē in domo consecrauit. Ait verò regulariter, quia ex legitima causa potest etiam sub diuo, seu in tentorio celebrari, vt de consecr. dist. 1. can. Cōcedimus, Triburiensis synodus permittit, dummodò altaris tabula consecrata, cæteraq; ad mysteria peragēda necessaria adfuerint. Sup mare verò propter periculū effusionis sanguinis neutiquã celebrare licet, neq; super flumen. **¶** Sed esto congruum sit templa & basilicas ad sacrificandum extrui: quidnam eorū consecratione opus est? Arguit enim secundo S. Tho. In celebratione huius sacramēti debet ecclesia Christi morem, ac subinde apostolorum imitari: Christus autem hoc sacramentum non in domo cōsecrata, sed in communi cœnaculo seculari, vt Lucæ. 22. legitur, cōsecrauit: & de apostolis legitur Actuum. 2. q̄ erant perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, & sumētes cibum cum exultatione: ergo neq; modò operæ precij est templa consecrare. Hoc etiã nobis hæretici obijciunt. Responsionis tamen sex sunt membra. Primum ait conueniens esse templa consecrari, tum ad representandam sanctificationem, quam ecclesia consecuta est per passionem Christi, tum ad admonendum tam ministros, quàm populum, sacrificantes, & sacramento communicantes quanta tunc pollere debeant sanctitate. Adde tertio, contra hæreticos, q̄ per consecrationem domus rei diuinæ dedicatur, vt non liceat illam in profanos vsus conuerrere. **¶** Quòd si templum consecrari oportet, multò magis & altare, super quo & consecratio fit, corpusque & sanguis ponitur. Altare enim ab altitudine dictum est: quia in alto sacrificia fieri debent. Et quidem Beda lib. 6. super Lucam cap. 7. sepulchrū Christi significare cōset, & lintheola syndonem, qua fuit cōuolutus. Sed forsā nō est rei absonū vt significet crucē, in qua Christus immolatus fuit, vnde & arā crucis dicim⁹. Tripodes enim

Secundum argumentum.

Primum dictum.

Altaris consecratio necessaria. Altare quid significet. Beda.

enim, quibus antiquitus sacrificia fiebant, aræ dicebantur: & sicut cruci Christus uiuus affixus est, & illic mortuus: ita & super aræ consecratur, & dum consumitur, mori sepeliriq; representatur. Tametsi ad sepulchrum magis, quam ad crucem alludat, quæ ara non ex ligno, sed ex lapide fit, ut de conse. dist. 1. can. Altaria. 1. sancitur. Sed non opus est omnino dam esse similitudinem. Linteola tamen decreto Eusebij papæ can. Consulto ead. dist. iubetur ne serica sint, sed lineæ: quia corpus Domini in syndone lineæ sepultum fuit. At uero D. Tho. Christum ipsum altaris nomine designari censet, sic illud intelligens ad Hebræos ult. Per ipsum offerimus hostiam laudis Deo. Quanquam sensus forsitan Pauli sit, per ipsum a nobis offerri hostiam, quia ipse est, non hostiæ altare, sed ipsa altaris hostia. Per calicem autem patena coopertum S. Tho. ait representari sepulchrum, ut argumento sexto uidebimus. Vt uero; autem sit, altare consecrandum est ad significandum Christi sanctitatem, de qua dicitur Lucæ. 1. Quod ex te nascetur sanctum uocabitur filius Dei, uel ratione sanctitatis, quæ in ipso celebratur. Unde can. Altaria. 2. de conse. dist. 1. ex concilio Agathensi habetur. Altaria placuit non solum uinctione chrisimatis, sed etiam sacerdotis benedictione sacrari. Quod si arguas contra Diuini Tho. qui non uidetur ad argumentum de Christo & apostolis respondisse, respondetur, solutionem ex eius dictis colligi: uidelicet, quod quicquid fuerit de Christo, qui per potestatem excellentiæ neque a sacramentis, neque ab ullis consecrationibus dependebat: tamen de apostolis credendum est templa & basilicas consecrassent, ex quorum ideo traditione ecclesia eundem duxit morem.

Secundum dictum.

Colligit ergo secundo D. Tho. quod regulariter non licet, nisi in domibus consecratis sacramentum celebrare, ut can. Nullus in. 1. eadem dist. cauetur, quod est decretum Syluestri papæ: scilicet, Nullus presbyter missas celebrare præsumat, nisi in consecratis ab episcopo locis, qui sui particeps de cætero uoluerit esse sacerdotij. Idemque cauetur decreto Fœlicis can. Sicut non alij, ubi habetur quod sicut sacerdotes consecrari debent: ita & basilicæ & altaria. Quapropter cum pagani & infideles ad ecclesiæ gremium non pertineant, ead. dist. utroque canone Ecclesiâ, præcipitur, ut ecclesiam, in qua mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur, sanctificare non liceat, nisi

euulsis corporibus, & rasis tignis & lapidibus. Huiusmodi autem canones de necessitate ecclesiarum consecratarum, iam non secundum illam antiquitatem seruatiur, sed satis est ecclesias esse benedictas. Consecratio. n. ecclesiæ non potest fieri nisi ab episcopo, ut patet de conse. dist. 1. can. Nemo, eademque chrisimatis uinctione atque alijs solennitatibus, quæ in episcoporum pontificali habentur, quibus in benedictione non opus est. Tertio nihilominus subiugit D. Tho. quod propter necessitatem potest hoc sacramentum peragi in domibus non consecratis. (Adde nec benedictis) atque inuiolatis, sed tamen de consensu episcopi. Unde ead. dist. can. Missarum ex concilio Triburiensi ceterum missarum solennia non nisi in locis ab episcopo consecratis, uel ubi ipse permiserit, celebranda esse. Idemque profus subnequitur can. Hic ergo. Circa hoc ergo tertium membrum dubitatur, utrum celebrare in locis non consecratis, uel benedictis, nepe extra ecclesiam sine papæ, uel episcopi facultate sit peccatum mortale. Ad hoc respondetur. Primum, quod de licentia episcopi etiam citra necessitatem licitum est, ut canonibus citatis patet & can. Et clericos ead. dist. Item ex necessitate etiam sine licentia episcopi, ut patet de conse. dist. 1. can. consecrationem. Et ita tenet Syluester. uerb. Missa. 1. §. 5. Tametsi ubi licentia haberi potest, concedit ut petatur. Quare in bello licet in tentorio, & sub dio consecrare, etiam sine licentia, quauis prouidentum sit illam ab initio habere. Quinimò non opus est magna necessitas, ut peccatum mortale excusetur: uerbi gratia, ut cum populus magnus ad heremitorium in campum confluit, quod omnes capere non potest, non est peccatum altare in campo decenter extruere, ut omnes sacrum uideant. Imò uero ubi nullus sit contemptus, uel scandalum, uix arbitrari posse contingere peccatum mortale per celebrationem extra ecclesiam. Quod si uerbum prædicti canonis Syluestri obijcias, ubi priuatione sacerdotij comminatur celebrati extra ecclesiam consecrati: respondetur, illud in primis intelligi in primitiua ecclesia, dum omnes ecclesiæ consecrabantur. Quam uero iam mos ille cessauit, quæcumque honesta necessitas excusabit, si tamen debita reuerentia seruetur. Sed & præter necessitatem, sunt & priuilegia. Prædicatoribus. n. & Minoribus? indultum est, ut cum altari portatili possint etiam sine licentia episcopi extra ecclesiam celebrare, ut patet cap. In his, de priuilegijs.

Hodie ecclesiam sufficit benedici, nec requiritur consecratio.

Tertium dictum.

Dubium.

In bello.

In heremitorio.

Priuilegia.

Clam

Bulla cruciata indultum.

Clam uero modo per pontificum diplomata ratione cruciate quibusuis concessum est, ut intra lares proprios missas facere possint celebrari. Atqui ubi aliqua necessitas incumbet, nihil irreuerentiæ tales concessiones habent. Habetur enim ibidem can. Si quis etiam, ex concilio Agathensi, ut cum quis longè ab ecclesia parochiali moratur, oratorium habere possit, (sed non ait domi) ubi in festis minus solennibus missam audire possit ad excusandam fatigationem familiæ. At uero quod uniuersi citra delectum huiusmodi concessionibus uerantur, re uera non potest non reuerentiæ sacrosancti sacramenti denigrare, & quandam præ se ferre contemptus effigiem. Quapropter & lege ciuili cautum est, ut in priuatis domibus sacra mysteria non fiant, Auth. sub poena publicationis domus colla. 5. In primis ergo neque ex priuilegio sacrum facere licet, nisi in loco decenti. In locis enim ubi, uel mensa, uel lectus sterneritur, nisi ob grauem iacētis infirmitatem, ut communionem suscipiat, indecensissimum est huiusmodi priuilegium uti. Imò, ut sententiam meam proferam, nisi esset periculosis persona, mallet, ut ceteri quando exire ad ecclesias non possunt, die etiam festo missam non audirent, quam domi audiret. Ait quarto S. Tho. propter necessitatem licere in ecclesijs uiolatis celebrare. Uiolatur autem ecclesia, uel per homicidium etiam citra sanguinis effusionem, uel per effusionem sanguinis citra homicidium, non autem per homicidium casuale, aut dum fit cum moderamine inculpatae tutelæ. Item per quancumque illicitam seminis effusionem in uigilia, ut habetur cap. significasti, de adulterijs. De qua etiam effusione feminis & sanguinis habetur etiam de consecra. dist. 2. can. Ecclesijs, & de consecra. ecclesiæ, uel altaris cap. si. Tametsi de coniuugali concubitu dubium sit inter doctores: & forsitan per illum concubitum non uiolatur: nam poenæ sunt rettringendæ. Quapropter & effusio sanguinis debet esse notabilis, si enim fit per natum in rixa puerorum, non uiolatur, ut notatur super cap. Proposui. eod. tit. Uiolatur etiam per hoc quod excommunicatus in ecclesia sepeliatur, ut habetur cap. Consulisti, de conse. ecclesiæ, uel altaris. Quocirca uiolata ecclesia non licet in ea celebrare absque graui necessitate quousque reconcilietur de conse. cap. si ecclesia eod. tit. Quod si fuerit consecrata, non potest nisi ab episcopo loci reconciliari, uel de eius licentia per alium episcopum, ut habetur cap. Aqua, eodem titulo.

Contra.

Sententia autem.

Quartum dictum. Ecclesia uiolata.

Ecclesia consecrata si uiolatur, per episcopum reconciliatur.

Simplici uero sacerdoti non potest id committi, nisi a solo pontifice maximo, ut ait Innocentius, quem refert Syluester, uerb. Consecratio. 1. §. 8. Et debet reconciliari per aquam cum uino & cinere benedicta, ut habetur eo. c. Proposui, de conse. ecclesiæ, uel altaris. Si uero ecclesia non fuerit consecrata, sed tantum benedicta, potest a simplici sacerdote per asperfusionem aquæ lustralis reconciliari, ut eod. ca. si ecclesia habetur. Qua utique de causa, solent ecclesiæ consulto non consecrari, sed benedici, ne scilicet dum uolantur, expectadus sit episcopus. Ait uero S. Tho. quod in tali casu propter necessitatem & de consensu episcopi licet in ecclesia uiolata consecrare, quauis nullum canonem peculiarem referat, sed censet idem esse iudicium de domo non consecrata, & de uiolata. Arbitror uero maiorem exigi necessitatem ad hoc, quam ad celebrandum extra ecclesiam, ut uerbi gratia, si episcopus haberi non possit, & parociani nequiret sacra alibi commodè audire: tunc enim consulto vicario episcopi, posset quousque episcopus accersiri posset, ibidem celebrari. Et est hic notandum prohibitionem hanc consecrandi in ecclesia uiolata intelligi, quando uolatio est publica: nam si sit occulta, nec opus est missas & sacrificia suspendere, neque ecclesiam reconciliare. Et est opinio communis, ut Syluester uerb. Missa. 1. §. 5. refert: nempe. Archidiaconi, Hostiensis, Ioannis Anheræ, & aliorum super cap. unico, de consecra. eccle. uel altar. lib. 6. Et est gl. super idem cap. Colligiturque eadem sententia ex cap. significasti, supra citato de adulterijs. Ubi ecclesia uiolata ob id censetur reconcilianda, quod adulteri sacri legum suum confessi publice fuerant. Unde nisi uel facti euidencia, uel iuridica confessio intercedat, non opus est abstinere a sacris: quia ecclesia de occultis non iudicat. Rursus etiam adnotandum est, quod irregularitas non committitur propter celebrationem in ecclesia uiolata, sed solum quando est a iudice interdicta, ut distin. præsentis quæst. 2. Scotus & Paludanus bene aiunt. Quare quia dum est uiolata tantum est interdicta a iure, illic non incurritur, licet quis sciens & prudens ibidem celebret, ut patet cap. is qui, de senten. excommuni. lib. 6. Quinto addit Sanctus Tho. quod & si dispensatio in hoc cadere possit, ut in loco, uel non consecrato, uel uiolato possit celebrari, nullatenus tamen sine altari portatili consecrato, ut

Ecclesia benedicta per sacerdotem reconciliatur.

Uolatio publica.

Irregularitas.

Quintum dictum.

vt habetur can. citato, Concedimus. Et ratio est, quod cum altaris consecratio sanctitatem Christi significet, quæ totius est fons & origo ecclesiasticæ sanctitatis, eiusmodi consecratio est necessaria. Quapropter ecclesia nūquam sine altari consecratur, nonnunquam verò altare consecratur sine ecclesia. Hinc colligito, ob nullam necessitatē fas esse citra reatum peccati mortalis, celebrare, nisi super ara consecrata. Neq; ad id potest episcopus dispensare: quia talis dispensatio nullibi in iure legitur. At verò cum totū hoc sit de iure positifi, sumus pontifex, si vlla forsan causa videret, dispensare posset. ¶ Sexto deniq; subiungit D. Thom. q; in aræ consecratione adhiberi debent sanctorum reliquiæ, quorum vita abscondita est cum Christo in Deo. Vnde eadem dist. can. Placuit, ex consilio Africano legitur. Placuit, vt altaria, in quibus nullū corpus, aut reliquiæ martyris condita probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præfunt, si fieri potest, euertantur. Canon verò ille iam non est obseruatu necessarius, nisi vbi huiusmodi reliquiæ haberi possunt. Neq; in ara necesse est, vt recondantur. Quando enim populus Christianus non erat tam amplus, non ita passim fabricabantur ecclesiæ, sed vbi aliqua erant reliquiæ, vt eadem dist. can. Ariatorum: legitur. ¶ Tertio arguitur. Nihil frustra in ecclesia, quæ Spiritu sancto gubernatur, fieri debet: ecclesia verò & altaria cū sint res inanimes, atq; adeo nec gratiæ, nec alicuius spiritualis virtutis capaces, frustra consecrantur: ergo vanè. Ad hoc quatuor etiam respondet. Primo enim ait, huiusmodi consecrationes non fieri eo q; ligna & saxa gratiæ sint capacia, sed quia quandam spiritualem virtutem adipiscuntur, vt scilicet, humana deuotio inde excitetur, fiantq; homines ad diuina paratiores, nisi eorum irreuerentia virtutem illam impediatur. Vnde. 2. Machab. 3. legitur. Vera Dei virtus quedam est in loco: nam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius. Quapropter dū consecrantur, emundantur hyssopo, & exorcizantur, vt inde virtus inimici propellatur. Eademq; ratione cum sanguinis, aut seminis effusione polluuntur, reconciliantur, vt dictū est. ¶ Quod si interrogas, quænam sit illa virtus, vtrum aliqua qualitas illic imprimatur, vt character in sacerdotibus. Caietanus hic duas refert opiniones extremas: nam alij censent ex parte ecclesiæ, vasorum, & vestium,

Sextum dist. can.

Tertium argumentum.

Prima responsio.

Percontatio.

Caietanus.

quæ consecrantur, nullam esse virtutem, quæ spiritus nostros moueat, sed solum ex parte nostra, quorum deuotio facit, vt Deus aliter illic nobis apparere censeatur: cum tamen ille non sit ibidem aliter post consecrationem quā prius. Sed re vera opinio hæc nihil prorsus rebus consecratis tribuit: nam quandoq; deuotio nostra magis mouetur ex templo pulchro, quàm ex alio ruinoso consecrato. Alij ergo aiunt virtutem quandam rebus consecratis per modū qualitatis inhærere, qua nos mouent. Sed hoc est in alterum extremū peccare. Haud enim credibile est talem qualitatem rebus illis imprimi. Medio ergo modo dicendum est q; habent quādam instrumentalem virtutem, non q; sit qualitas distincta, sed q; per consecrationem dedicantur, vt sint instrumenta Dei, quibus ipse aliter nostram deuotionem excitat, quàm si non essent consecrata. Et propitiū nos illic audit, vt. 3. Reg. 8. de templo Salomonis legitur. Et est quodāmodo simile de aqua baptismali: sicut enim illa per intentionem sacerdotis fit instrumentum ad faciendum hominem Deo gratum: ita per consecrationem fiunt templa & vasa instrumenta Dei ad excitandam deuotionem nostram. Thomas VValdensis tomo. 5. de sacrament. cap. 147. latius tractat præsentiorum esse dominum in ecclesia oranti q; extra. ¶ Quocirca addit secundo S. Tho. quosdam probabiliter affirmare, q; per ingressum ecclesiæ consecratæ remittantur peccata venialia, sicut per asperionē aquæ benedictæ, inducentes illud psalmi. Benedixisti Domine terram tuam: remisisti iniquitatē plebis tuæ. ¶ Tertio addit eandem ob causam consecrationem ecclesiæ & vasorum & vestium, quia est indelebilis, non iterari. Vnde in ead. dist. 1. de consecra. can. Ecclesijs. Ex concilio Niceno legitur. Ecclesijs semel Deo consecratis non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiusquā semine polluta fuerint: quia sicut infans à qualicūq; sacerdote in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti semel baptizatus non debet iterum baptizari: ita nec locus Deo dicatus est iterum consecrandus, nisi propter causas, quas superius nominauimus. Si tamē fidē sanctę Trinitatis tenuerint qui consecrauerunt: alioqui qui sunt extra ecclesiā consecrare non possunt. Sed sicut can. Ecclesiæ ead. dist. legitur, ex concilio Meldensi. Ecclesiæ, vel altaria, quæ ambigua sunt consecratione,

Sententia auctoris.

Secunda responsio.

Tertia responsio.

Quarta responsio.

Dubitatio.

Quartum argumentum.

tionem, consecratur. ¶ Quarto eadem ratione: nempe, quia huiusmodi res consecratæ virtutem aliquam adipiscuntur, iubet Iginus papa can. Ligna, ibidem q; ligna ecclesiæ dedicata ad aliud opus non iungantur nisi ad aliā ecclesiam, vel igni comburantur, vel ad profectum in monasterio fratribus admittantur, nullatenus tamen ad laicorum opera. Et clemens can. Altaris, subiungit, q; altaris palla, cathedra, candelabrū, & velum si fuerint virtute consumpta, incendio dentur: cineres quoq; eorum in baptisterio inferantur, aut in pariete, aut fossis pavimentorum iacentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. ¶ Sed circa hoc quæritur, vtrum sit mortale sacrilegium, vt laici, & præsertim femina, sacra vasa, aut vestimēta tangant. Prohibet enim Sixtus papa ead. dist. can. In sancta, ne sacra vasa ab alijs, quā à consecratis hominibus contrectentur. Et Stephanus papa can. Vestimenta, prohibet ne vestimenta alijs vsibus q; ecclesiasticis applicentur: neq; ab alijs, inquit, debent contingi. Respondetur, q; simpliciter tangere nullatenus est peccatū mortale: imò si absit contemptus, aut non est veniale, aut est leuissimum. Sed vsus eorū profanus genere suo est peccatum mortale, vt si quis aueret calice consecrato in mensa profana vti, aut corporali tanquam nastergio, aut vestibus sacris in torneamentis. Hæc enim contemptum præ se ferrent mortalem. ¶ Quarto arguitur. Solum diuina opera debent recoli cum quadam solennitate, secundum illud psalmi. In operibus manuum tuarum exultabo: sed ecclesia, vel altare opere humano consecratur, sicut & calix & minister & alia huiusmodi, quorum ideo consecrationes non recoluntur celebriter in ecclesia: ergo nec celebrari debet ecclesiæ, vel altaris dedicatio. Respondetur, q; quia consecratio altaris representat sanctitatem Christi, consecratio verò domus sanctitatem totius ecclesiæ, conuenientius recolitur cum solennitate consecratio ecclesiæ vel altaris, (intellige quando altare consecratur cum ecclesia) quā consecratio aliorum vasorum. Neq; illa consecratio opus est solius hominis, cū spiritualem habeat virtutem. Vnde can. Solennitates, in 2. eadem dist. ait Gregorius Papa, Solennitates dedicationū ecclesiarum per singulos annos solenniter sunt celebrandæ. Durat autem eiusmodi solennitas (vt ibidē subditur) dies octo, quæ dicuntur Encæniam. Et fuit ritus

Quintum argumentum.

Sextum argumentum.

Septimū argumentum.

antiquæ legis, vt legitur. 3. Reg. 8. ¶ Quinto arguitur. Veritas debet respondere figuræ: sed in veteri testamento, quod noui figurā gerebat, non fiebat altare de lapidibus sectis. Legitur enim Exodi. 20. Altare facietis mihi: q; si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Et Exodi. 27. mādabatur, fieri altare de lignis vestitis ære: vel auro, vt habetur Exodi. 25. ergo incongruè in ecclesia fit de lapide. Respondetur ex can. Altaria. 1. q; altaria si non fuerint lapidea, christi matris vnctione non sunt consecranda. Sed nomine altaris intellige aram: nā reliqua structura ex ligno esse potest. Competit hoc primò significationi: significat enim Christum ara, vt dictum est, de quo. 1. Corinth. 10. Petra autē erat Christus. Quod si significet sepulchrum, etiam illud erat lapideum. Si autē significat crucem, non stat similitudo. Sed congruit etiam vsui: nā lapis materia solida est, & diuturna, & quæ vbiq; haberi potest, quod non erat necesse in veteri lege, cum altare in vno solo loco fiebat. Iubebatur autē aut de terra, aut de insectis lapidibus cōstrui, ad cauēdā idololatriā auri. ¶ Sexto arguitur. Calix cum patena significat sepulchrū Christi, quod fuit excisum in petra, vt euangelia tradunt: ergo calix de petra fieri debet, & non de auro, argento, vel stanno. Respondetur ex can. Vasa, ead. dist. quōdam sacerdotes non aureis, sed ligneis calicibus fuisse vsos. post verò Zepherin⁹ papa patenis vitreis missas celebrari constituit: deinde Urbanus propter periculum vitri, omnia fecit argentea. Post modum autem statutum est, vt calix Domini cum patena, fieret aut ex auro, aut ex argento, aut saltem ex stanno. Ex ære verò & orichalco minimè, vt habetur ex concilio Remensi can. Vt calix: eo quod vini virtute æruginem parit, ac vomitū subinde prouocat. Subditur autē ibidem. Nullus in ligneo, aut vitreo calice præsumat missam cantare: lignum enim, quia porosum est, sanguinem ebiberet. Et eadem est de lapideo ratio. Vitrum verò fractionis periculū offerret. ¶ Septimū arguitur. Sicut aurum pretiosius est inter vasorum materias, ita & inter pannos, fericum: ergo sicut calix ex auro, ita & pallæ debent fieri ex ferico. Respondetur, q; vbi sine periculo fieri potuit, ecclesia circa hoc sacramentū id statuit, per quod passionis Christi expressior fieret representatio. Non erat autem tātum periculum circa corpus, quod

R r ponitur

ponitur in corporali, quā circa sanguinem, qui ponitur in calice: & ideo calix, licet sepulchrum designet, non fit ex petra, ne sanguinē imbibat. Corporale autem fit ex panis lineo, quo corpus Christi fuit inuolutū. Vnde Syluester papa canon. Consulto. Statuimus, inquit, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut intincto quisquam celebrare præsumat, sed in panno lineo ab episcopo consecrato, sicut corpus Christi in syndone lintea & munda sepultū fuit. Congruit deinde lineus pannus propter sui munditiam ad significandam conscientie puritatem: & propter multiūgu laborem, quo nutritur, coquitur, cōtunditur, ad significandos labores Christi in passione perpeffos. **O**ctauo deniq; arguitur. Dispensatio sacramentorum, & eorum ordinatio ad ministros ecclesie pertinet, veluti rerū temporalium dispensatio secularium principū ordinationi subiacet. vñ. i. Corin. 4. Sic nos existimethō, ut ministros Christi, & dispēatores mysteriorum Dei: in dispensatione verō rerum temporalium si quid contra statuta principum fiat, irritum habetur: sed si hæc, quæ dicta sunt, per ecclesie prælatos ritè sunt constituta, fit ut absq; eis consecratio irrita sit & cassa atque adeo verba Christi non essent tunc efficacia ad sacramentum consecrādum, quod est absurdum. Respōdetur censequentia perēpta: nam etsi dispensatio sacramentorum ministris ecclesie incumbat, cōsecratio tamen sacramenti ab ipso Deo fit. Quare ministri id, quod est de substantia sacramentorum, mutare nequeunt, sed dūtāt de eorum vsu & solēnitare disponere. Et ideo si sacerdos verba cōsecrationis proferat super materia debita cum intentione consecrandi, absq; omnibus prædictis & eorum consecratione, in rei veritate consecrat: peccat tamen grauiter ritum ecclesie non seruās. Colligito ergo genere suo esse peccatum mortale aliquod isto rū prætermittere. Attamen quia omnia sunt de iure positio, sola negligentia, si absit sciētia & contemptus, non erit peccatum mortale. Non enim tenetur explorare sacerdos vtrum vasa sint consecrata, vel vtrum lintheola sint ex lino, an ex alia simillima materia. Et an subtus ara lapidea lateat.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum conueniēter ordinentur ea, quæ circa hoc sacramentum dicuntur.



Quartum, quod ad sacrificij solennitatem spectare diximus, est vestimentorū ornatus, quē Lutherani omnium ceremoniarum ofores prorsus abiecerūt. Nulla tamen fuit vnquam religio, quæ non suo habitu esset distincta, quo eius professio ab alijs dignosceretur: vitam enim homines extero ornatu profitētur. Quare qui diuersum à vulgo habent institutum, diuerso debēt indui amictu. Quamobrem si, vt cetera, ita & hunc morem à lege naturæ deducere placet, etiam gentes suos sacerdotes inter sacrificandum sacris vestibus exornabant. Vnde flamines, à filamine & vitta capitis appellabāt. Sed vt ludicra hæc missa faciamus, in raculum est quanto ornamentorum apparatus & cultu Deus sanxerit pontificē antiquæ legis decoratum sacra facere, vt Exodi. 28. legitur. Idq; duplici ex causa: altera, scilicet, ad populi attentionem captandam circa diuina, atq; altera eademq; potissima ad nostrū sacerdotium designandum. Vtraq; ergo de causa ratio euangelica vrgentiū expostulabat, vt & sacerdotes nostri non nisi sacris induti sacra facerēt: nempe, & ad repræsentandam Christi passionem, & ad excitandos spiritus nostros, quibus efficacius fructum eiusdem passionis percipiamus. Ac demum, vt sacerdotes ornatu illo vitæ excellentiā profiterētur, qua reliquo vulgo præstare debent. Enimvero licet Christus, qui nec suam debebat passionem, quam ipse passurus erat, repræsentare, neq; vllō ornatu ad deuotionem excitandam egebat, huiusmodi vestibus, cū primam missam celebrauit, minimè vsus fuerit, certo tamē certius est apostolos sic ecclesiam instituisse, vt Petrum, de quo lib. 2. de sacramen. par. 8. cap. 14. ait Hugo primū Antiochię missam celebrasse, & Iacobū fratrem Domini. De quo dist. 1. de conse. can. Iacobus ex sexta synodo legitur, nobis missæ celebrationem tradidisse. Quinverò Dominus ipse quoddam rei huius specimen reliquit: nam hoc consecraturus sacramentū surgens à cœna, vt Ioan. 13. legitur, deposuit vestimenta sua, & accipiens lintheum præcinxit se. Sic enim sacerdos ad altare accedens vestimenta communia deponens, meminisse debet tūc deponere, vt ait Paul. ad Ephes. 4. veterem hominem, & induere nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & veritate sanctitatis. **I**gitur vt pontificales prætermittamus,

De sacerdotibus induentis.

Sacrisculis legis naturæ.

Nonne legis sacerdotes.

Sex vestimentorum generum.

mus, sex sunt sacerdotis vestes: scilicet, amictus, alba, zona, manipulus, stola, casula. De quibus Hieronymus ad Fabiolam, & Rabanus in lib. de institutione clericorum, & Hugo lib. 1. de sacramen. & Inno. de officio missæ atq; alij multa dicunt. Quas vtiq; vestes, ait Hugo lib. citato cap. 45. à veteri lege sumpsit ecclesia. **A**mictus ergo, est cui in lege veteri cidaris respōdebat. Vnde Origenes su per Leuiticū de summo sacerdote. Primum, inquit, accipit cidarim, quod est vel oppertorium capitis vel ornamētum. Et post hoc superimponitur ei mitra. Igitur lintheum hoc si ad passionē spectes, velum illud significat, quo Iudæi, vt Matth. 26. legitur, faciem Christi velabant dicētes. Prophetiza nobis Christe quis te percussit. Si verò ad mores, armaturā, de qua ad Ephes. 6. Apostolus, Galeam salutis assumite. Quod enim illi in derisum, & ignominiam Christo faciebāt, nos gloriæ nostræ debemus apponere. Et cū sicuti vir mulieris, vt. i. Cor. 11. ait Apostolus, ita & viri caput Christus sit, amictu illo sacerdos fatetur Christi capitis membrum esse, quē proprio cerebro, quo omnes sensus vigēt, imponens, profitetur sensibilia hæc omnia & caduca pro spe æternorum abijcere. Descēdit & amictus super humeros, quibus onus Domini ferre docemur, vittisq; eius in modum crucis pectus perstringim⁹, quo nullas alias cogitationes, quā eas quæ Dei sunt, admittere pollicemur. **A**lba, sicut & amictus, vestis linea est candida & munda, qua similiter legales pontifices utebantur, quæ græce poderis, hoc est vsq; ad pedes: latinè verò talaris dicitur, eo qd ad talos vsq; descendit. Primum memoria est illius, qua, vt legitur Lucæ. 23. Herodes Christum indutū illulit, quæ quātūm ad mores nostros, lorica est iustitię, qua ibidem Paulus indui nos admonet. Iustitia enim, vt ait Philosophus, vniuersam virtutem comprehendit, quæ in cunctis operibus nostris elucere debet: ob idq; totum nostrum corpus tegit. Est ergo non lanæ, aut pellicea, quæ ex mortuis animalibus fit, qualibus tunicis, vt Gen. 3. legitur, Deus Adam à paradiso extorrē induit, sed lineæ, quæ morum floriditatem & gloriæ candorem repræsentat, quem Christus in transfiguratione vestimentis suis exhibuit. Sanctificauit enim Deus ecclesiam, vt ad Ephes. 5. ait Paul. mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt ex

Amictus.

Alba.

hiberet ipse sibi gloriosam, non habentē maculam, aut rugā, sed vt sit sancta & immaculata. **Z**ona autem seu cingulum cui in veteri sacerdotio respondebat balthus, si ad passionis memoriā referatur, significat, aut primū ligamen, quo in horto Dominus captus fuit, aut flagellū, quo fuit cæsus. Si verò morum sit nostrorum admonitio, fidem demonstrat quæ iustitiā nostram succingere debet. Nulla enim apud Deum iustitia est, nisi quæ fide nititur & stringitur. Vnde loco citato Paulus, vbi hominem coarmat, succincti, inquit, lūbos vestros in veritate (scilicet fidei) Tametsi cū eadē fides protectio sit nostra aduersus inimicos, scuto etiam ibidem comparauit. Sunt itaq; iustitia & fides adeo germanæ, vt Esaias cap. 11. de Christo loquens prædixerit. Erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctoriū renū eius. Quod si obieceris in Christo non fuisse fidem, quæ est obscura cognitio, respondetur primò cū Hieronymo, qd habet illam in suis fidelibus de quibus idem propheta ad Christum ait cap. 49. His omnibus velut ornamēto vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. Secūdo. forsan ad sensum propiū literalem, fides illic non accipitur nisi pro constantia dictorum & conuentorum, quæ, vt. i. officio. ait Cicero, est fundamentum iustitiæ, atq; adeo moralis virtus, quæ summa fuit in Christo. **P**ost hæc manipulus, à læuo brachio pendens secundum ligamen designat, quo Christus colūne fuit manibus alligatus. Quiquidem funis in brachio illo sinistro cordis vicini amore nobis cōmemorat, quo ad expianda nostra piacula, cruenta flagella pertulit. Quo ideo vicarium amorem repēdere sacerdos profitetur. Cuius gratia flagella huius mundi tanquā fructus poenitię tolerare debemus. Læua enim præterea manus & vitam significat præsentē, in qua opera poenitię perferenda sunt, vt loco citato ait Hugo. c. 52. Præterquā qd in brachio dextro impedimēto esset sacerdoti dū cruces facit. Atq; his quatuor insignibus nō solum sacerdos, sed & diaconus & subdiaconus induuntur. **S**tola, quæ & orariū dicitur, vinculum tertium repræsentat, quo Christus crucē batiulans fuit collo ligatus. In moribus verò nostris obediētiam & iugum Domini, cui cololum quasi loro ligati submittimus ad portandum crucem Dni, eius vestigia sequuti. Stola nanq; indumentū fuit antiquū matronis **R**r 2 insigne

Zona.

Manipulus.

Stola.

insigne vsq; ad imos pedes demissū. Vnde, vt ibidem ait Hugo. c. 48. prius nō orarium, sed alba erat, quę vocabatur stola, sed postea mutata sunt nomina. Hoc autem ornatu nō insignitur subdiaconus, sed sacerdos, qui per sonam Christi crucem portantem repræsentat. Diacono verò, qui eius est minister inter eum & subdiaconum medius, cōceditur, sed non nisi super leuū humerum: quia cū Christi iugum vitæ actiuæ & cōtemplatiuæ nos subiungat: & sinister humerus actiuam, dexter verò cōtemplatiuā referat, diaconus, qui (vt nomen eius sonat) ad ministerium est institutus, in leuo: sacerdos verò in vtroq; humero stolam portat, eandemq; super pectus in modum crucis. Quo vtiq; signo à dextris & à sinistris, prosperis: scilicet, & aduersis cōmunitum docet. Quod autem diacono actiuæ potissimum vita incubat, ostenditur Actū. 6. vbi diaconi leguntur in ministerium pauperum mancipati, ne apostoli à contemplatione abducerentur. Quocirca stola, vt quę mysterium est crucis, institutio euāgelica veteribus adiecit, vt lib. 2. de sacra. par. 4. ca. 10. autor est Hugo. C. Supremū deniq; vestimentum est casula, quæ & planeta dicitur. Et vt ait Rabanus lib. citato de institutione clericorum cap. 20. per diminutionem à casa dicta est, eo qd totum hominem tegat quasi minor casa. Vbi adnotandum est indumentum hoc in ecclesiæ primordijs consutum fuisse totum, & vndique conclusum vsque ad pedes, sine manicis vllāe apertura, ad formam vetustis Hispanorū pallij, (quod caputiū vocant). Sacerdos verò complicabat vtrinque ipsum, vt brachia exereret. Vnde dicto lib. citato Hugo de ecclesiasticis sacramentis. c. 50. Casula, inquit, per quam charitas intelligitur, super dextrū brachium leuatur, vt amici in Deo amentur: replicaturq; super sinistrū, vt inimici propter Deū diligantur. Sed postea, vt vsui sacerdotis aptior esset, ab vtroq; latere incisa est. Designat ergo tunicam Christi incōsutilē, qua exutus crucifixus fuit. Sed quātum ad mores, charitatem quæ ipsum ad crucem perduxit, & in nobis, vt ait Pau. multitudinem opperit peccatorū. Atq; hoc erat illud Aaron vestimentū, vt autor est lib. 1. de sacrament. c. 42. Inno. in cuius orā, vt ait Psaltes desce. debebat sacerdotale vnguentū, sicut ad nos omnia charismata à Christo deriuantur. Vnde hoc modo indutus sacerdos monitū illud Pauli ad Colossē. 3. repræsentat. In

duite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti vifera misericordiae: humilitatē, (quā amictus caput tegens designat:) benignitatem, (quę in alba per totū corpus vsq; ad talos effusa refertur:) modestiā (cuius effigiem cingulum renum præ se fert: paciētiam (in duobus vinculis, manipulo: scilicet, & stola expressam) super omnia hæc charitatem habētes, (cuius nos casula admonet) quod est vinculū perfectionis. C. Dalmatica verò à regione Dalmaticæ nomen traxisse fertur, quæ, vt ait ibidē Rabanus, in modū crucis efformata passionem Christi nobis refert. Hugo verò lib. 2. de sacra. par. 4. c. 13. ait à Colobio, quo apostoli celebrantes vtebantur, ortum habuisse adiectis manicis: vt habetur in historia Syluestri: & apud Thomam VValdensem libro. 5. de sacrament. titū. 4. c. 29. C. Ecce quibus sacratis vestibus vestitus sacerdos ad sacrū altare accedit: nam si aliquam illarum cōsultō prætermitteret, tanquā mysteriorum contemptor mortaliter delinqueret. Secus si ex obliuione, vel aliqua negligētia id faceret. Debet & discooperto capite totū sacrum peragere, de conse. dist. 1. can. Nullusepis copus. Quare graue peccatū esset aliter facere: nam priuatur illic sacerdos in hoc delinquens communionem sacramenti, nisi forsan ex rationabili causa prælatus dispensaret. Est & lumen necessarium, vt habetur. c. fin. de celebra. missa. Quare & illud nō habere, peccatū esset mortale: pertinet. n. & ad reuerentiam sacramēti quatenus lumen illud Dei gloriam repræsentat, & ad nostram excitandā deuotionem, qui per effectum sacramenti illuminamur. C. Post hæc quinta consideratio huius sacrificij versatur circa preces & verba, quibus missa cōficitur. De quibus querit an sint cōueniēter instituta. C. Hoc autē in primis admonendum operæ precij duxerim, qd nemo debet sacerdotum inter sacra faciēda alias adhibere, aut preces, aut orationes quę ecclesiæ sanxit. Sunt enim omnia mysteriorum plena: ob idq; fas non est alia priuata cū illis cōmiscere, sed illa tantum reuerēter & attentē meditari & proferre. Quod autē D. Tho. ait Iacobū fratrem Dñi & Basilium Cæsariensem missæ celebrationem ædidisse, quod refertur de conse. d. 1. cā. Iacob⁹, intelligitur, vt noīe missæ, aliæ vel earum nōnullæ orationes, quæ cōsecrationi adhibentur, comprehendantur. Nam, vt Hugo lib. 2. de officijs ecclesiasticis cap. 11. bene ait, missa initiū inde sumpsit, vbi Dñs suum corpus

Dalmatica.

Lumen.

Quinta consideratio.

Nota.

Quis primū missam celebrauerit.

pus & sanguinem consecrans tradēsq; discipulis, iussit hæc in eius memoriam fieri. Sed apostoli missam auxerunt. Et lib. 2. de sacra. par. 8. c. 14. ait qd Petrus apostolus primus omnium Antiochiæ dicitur celebrasse. Id quod alijs nō placet: propterea qd Actū. 2. legitur apostolos fuisse perseverantes in cōmunicatione fractionis panis, & orationibus, quod pleriq; doctorum de celebratione missarum interpretantur. Et re vera non est aliud verosimile, qd qd statim à Pētecoste sacrosanctum hoc charitatis sacramētum celebrare inchoarēt anteq; spergerētur. Sed quod dicitur de Petro, & Iacobo, & Cæsariensi Basilio, intelligēdū est qd facta apostolorū diuisione vnusquisq; in sua ecclesia solennē celebrationē missarū instituit. Igitur quāuis alijs alię placeant diuisiones, ea, quæ in missa dicuntur in tres partes secantur. Quædam. n. ante mysteriū cōsecrationis præmittuntur, sed & alia post cōsecrationem spectant, sed & alia post ipsam adhibentur. Atq; prima pars in duas diuiditur, quarum prior est præparatio quædam tam sacerdotis qd populi, quæ quatuor habet particulas: tres scilicet, quotidianas, & vnā festiuā. Primò ergo incipitur, ait S. Thom. ab introitu. Meritò enim cōfessionis, quæ fit ante gradus altaris nō meminit, quia illa non est pars missæ: sola. n. sacramētalis cōfessio debet præcedere de mortalib⁹, sed propter venialia oblita vel neglecta fit illa generalis confessio, de qua meminit Inno. lib. 2. mysterio. missæ c. 13. quam fundat in illo Prouerb. 18. iustus in initio sermonis accusator est sui: vbi recitatur psalmus ille. 42. Iudica me Deus, & discerne causam meā &c. At verò in ordine nostro, vbi (quod citra aliorum notā dixerim) summa datur opera, vt ordinariū in sua semper maneat sinceritate & breuitate, neq; vllæ fiant adiectiōes, nullus recitatur psalmus. sed breuissima fit cōfessio, qualis illi mysterio congruit. Solent. n. vulgares sacerdotes sexcētas oratiōes illic inculcare. C. Introitus autē, vt idem Hugo cū antiquioribus lib. 2. de officijs ecclesiasticis. c. 14. & Inno. qui in omnibus eū sequitur. c. 18. aiunt, aduentum Christi significat & introitū eius in mūdum. Est enim sacrificium hoc passionis eius memoriale, ad quā subeundā mūdum ingressus est tanquā lumē, vt Lucæ. 2. ait Simeō, ad reuelationem gētiū, quod accessi cerei sacerdotē comitantes significat. Ob idq; sacerdos ad altare accedēs illud osculatur, cōnubiū signifi-

Missæ partes præcipuæ.

Confessio ante altare.

Introitus.

cans Christi & ecclesiæ, iuxta illud Cātico. 1. Osculetur me osculo oris sui. Et ideò chorus psalmū intonat vocē illam priscorū patrum cōmemorās. Emitte agnū Dñe dominatorē terræ. Esaiæ. 16. & ca. 64. Vtinā dirumperes cælos & descēderes. At verò S. Tho. non tā ad significationē respexit, qd ad vocē laudis. Nam cū hoc sacramētum, non tantum quia sacramētum, sed quia sacrificiū, summa cum dignitate celebrandum sit, & Ecclesiastæ. 4. legitur. Custodi pedē tuum ingrediēs domū Dei, & Ecclesiastici. 18. Ante orationē præpara animam tuam: ideo cōsecraturus sacerdos præparat sese, & totum populū. Quare prima pars missæ vsq; ad offertorium illuminatio & præparatio dicitur. Atq; ideò à diuina laude initiū sumitur iuxta illud psalmi. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendā illi salutare Dei. Nec verò deest nobis exēplum Christi, de quo ait Paul. ad Hebræ. 10. qd ingrediens in mundum cecinit illud psalmi. 39. Hostias & oblationes nolui, corpus autē adaptaſti mihi, &c. Quapropter introit⁹ plurimū sumitur ex aliquo psalmo: quia vt Dionysius. 3. cap. ecclesi. hierar. autor est, psalmi per modū laudis quicquid in sacra scriptura cōtinetur comprehendunt. Antiquitus verò, vt refert ibidē Hugo, integer psalmus canebatur: post verò cōsuetum est, vt vnus tantum versiculus dicatur loco psalmi, & tanq; versus subditur caput ipsius psalmi. Vt in missa apostolorū, Dñe probasti me. Et post iteratō repetitur introitus ad significandū frequentā clamorū, quibus patres antiqui idēdem diuinam misericordiā excitabant, vt Christū mitteret, iuxta illud Esai. 28. Manda, remāda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. In fine tandem additur, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, quod Nicena synodus cantari instituit, qua vtiq; clausula omnis psalm⁹ cōcluditur, insignū qd laus omnis in gloriā S. Trinitatis refertur. Et vt ait Hugo, Damascus in missa id quoq; adiecit. Ceterū quod ipse & Innocentius aiunt. Cælestinū papam, qui sedit ab ascensu Dñi anno. 426. introitum instituisse cantari in missa, legerūt apud Almaricum & Valerianum historiographos. Id autem Thomas VVald. tomo. 5. de sacramē. tit. 4. c. 31. multo antiquius cōfessio: nam Dionysius. c. 3. hic citato à S. Tho. ait qd pontifex ad sanctū altare psalmorū incipit melos concinētibus secū sacra carmina omnibus ecclesiastici ordinis gradibus.

Casula.

P. m. ad Colos. 3.

bus. Sed forsitan licet apud Græcos in more antiquitus fuerit psalmū in introitu canere, Latini vsq; ad Cælestinū id nō receperāt. Nisi dicere maui q nō canebatur apud Græcos nisi in missa pōtificis, & Cælestinus illud instituit in missis quotidianis: nam vt. ix. de ciuit. Dei ait Aug. multa dicūt patres instituisse, quæ potius antea instituta inuenerūt. Quauis neque satis cohercat q Cælestinus introitum instituerit, & Damasus, qui ipsum per quinquaginta sex annos antecessit, instituerit Gloria patri: sanè cum psalmus in introitu antequam gloria institutus censeatur, eo quod gloria sit psalmi cōclusio. ¶ Secūdo post introitum, quo Christi ingressus in orbem repræsentatur, adicitur misericordie postulatio, quæ ipsum, vt nos redimeret, induxit. Quare ter patri supplicamus dicentes Kyrie eleison: hoc est Dñe miserere: terq; dein de filio, Christe eleison. terq; tādē Spiritui sc̄to, Kyrie eleison. Nā cum pater & Spūs sanctus nullā sibi vniuerint creatā naturā, secundū diuinam Dños appellamus: Christū verò secundū humanam, qua nos redemit, vocamus Christum. Cæterū ad singulas personas ter supplicationē congeminauimus, vel contra tres nostras miseras: scilicet, ignorantia, culpā & pœnæ, vt Inno. c. 19. ait: vel ad significandum, vt S. Tho. addit, q oēs personæ sunt in se inuicem. Tota enim essentia, ac subinde misericordia & bonitas, quā implo-ramus, tā in singulis est personis, q̄ in omnibus tribus simul. Atqui Syluester fuit, vt idem ait ibidem Hugo, qui circa annum Domini trecentesimo vigesimo Kyrie eleison idiomate Græco suscepit. Nam vt super verbo, baptizo, diximus, tū propter linguæ celebritatem, qua primitus fides Christiana à Palestina profecta suscepta fuit, tū vt omnis Christianismus in hac misericordie postulatione voce etiam conueniret, id fuit congruens. Colligitur ergo. Si Cælestinus instituit psalmi introitus, vt missa tēpore Syluestri, qui Cælestinum per plures q̄ centum annos antecessit, à Kyrie eleison inchoaretur, vt in vigilia paschatis. Quod non est rationi dissonum: videlicet, vt introitus ad sacrificium esset misericordie postulatio. Fortasse nanq; apud Græcos prius aliqui missarum cantus, & preces inceperunt, à quibus latini postea fuerunt mutuati, vt de introitu diximus.

Gloria in excelsis Deo.

¶ Tertio loco post misericordie preces, quibus nostras miseras Deo proponimus, can-

tus diuinæ gloriæ subsequitur, quæ finis est, quod nostrum referimus sacrificium, & à nostris miseris liberati peruenire conatur. Caput verò illius hymni angelorū chorus sub ortum Christi cælitus detulit, vt Lucæ. 2. refertur. Atqui Thelesphorus, papa, qui sedit sub annum Domini centesimum quadragiesimum hunc angelicū hymnum caniuisset in nocte Natiuitatis quādo ipse missas celebrari instituit, vt inter ei⁹ decreta refertur. Attamen, vt locis citatis Hugo & Inno. aiūt, Hilariū Pictauiensem episcopū, qui fuit tempore concilij Niceni, post modum adiecit illa quæ sequuntur ab illo loco, laudamus te: quare reliqua tātum præcedētia Thelesphorus canu iusserat. Deinde verò circa annum Domini quingentesimum Simmachus adiecit, vt in omnibus diebus Dominicis, & in festis martyrum præcipuis caneretur, quod perpetuo vsq; receptum est. In minoribus autem festis præmittitur, & potissimū in Lætuosis defunctorum officijs, quæ ad commiserationem potius pertinent q̄ ad gloriam. ¶ Quarto deniq; sequitur oratio, quæ dicitur collecta, eo quod ad illam populus mēte colligitur, vt totam diuinæ mancipet contēplationi. Et quia vt ait ad Rom. 8. Paul. quid ore mus nescimus, sed spiritus nos docet, mutua salutatione Dei assiltētiā precamur. Vnde sacerdos ad populum versus, Dominus, inquit, vobiscum. Sed quia ipse attentiori spiritu pro populo precaturus est, non tātum populus respōdet, sit etiam tecum, sed. Et cum spū tuo. Prior salutatio sumpta est ex Ruth 2. vbi Booz dixit messoribus, Dominus vobiscū. Quin verò angelus cælitus missus sic virginem salutauit, Dñs tecū. resalutatio verò est apud Paulum. 2. ad Timoth. vlt. vbi ait, Dñs Iesus Christus sit cū spiritu tuo. At quia Christus resurgens, vt legitur Ioann. 20. apostolis dixit, Pax vobis, episcopi id repræsentātes eo mō in initio salutāt populū. Ceterum in decursu missæ eodem modo, quo cæteri sacerdotes, dicere debēt, Dominus vobiscum, vt in concilio Bracharēsi cap. 21. iussum est. Septies autē fit hæc salutatio in missa per sacerdotem: scilicet, in prima collecta, & ad euangelium, nisi diaconus illud cecinerit, & ad offertoriū, & ad præfationem, & ad agnus Dei, nisi q̄ illic ait, Pax vobis, & ad vltimam collectam, & ante. Ite missa est. Deinde sacerdos populum ad orandum excitans ait, Oremus: non q̄ populum inuitet, sed q̄ populus per

Thelesphorus

Hilariū

collecta qd

Dñs vobiscū

Pax vobis

Amen.

Innocentius.

Nota.

Epistola.

per ipsum, & ipse tanq̄ mediator inter populum & Deum sit oraturus. Collectam autem concludit dicens, Per Dñm nostrum Iesum Christum: quoniam cum, vt ait Apostolus. 1. ad Timoth. 2. ipse sit vnus mediator Dei & hominum, per ipsum quicquid petimus obtēturī sumus à Deo, iuxta ipsius promissum, Ioan. 14. Quodcūq; petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Respōlio verò, Amē. optantis populi est, vt sic fiat. Atq; hæc est prior particula primæ partis. Inno. loco. c. 27 ait collectas nō nisi numero impari, quo De⁹ gaudet, dicendas esse, neq; vltra septem. Sed neutrum est obseruatu necessarium. Hoc tñ tertium obseruandum est, qd̄ in concilio Mileuita no sancitur, ne preces, vel orationes dicantur, nisi in concilio fuerint approbatæ. Nā & Damasus papa, & Gelasius & Gregorius preces illas cōposuerunt. Nec licet orationem dirigere siue beatæ virginis sit siue sanctorū nisi ad solum Deum, à quo solo misericordia petēda est. Quauis in oratione tanq̄ intercessoris fiat sancti memoria. ¶ Posterior verò pars ait S. Tho. est in qua præmittitur instructio fidelis populi eò quod sacramētum hoc, vt in forma calicis habetur, mysteriū est fidei. Instructio autē dispositiue fit per prophetarum Apostolorūq; doctrinam, quæ per lectores & subdiaconos legitur: perfectè verò per fidem Christi quæ in euangelio continetur. Quare pars hæc sex cōtinet, tria quotidiana, & item festiua tria. Dicitur autem epistola, quia frequētius ex Paulo atq; alijs apostolis sumitur. Lectio autem hæc quasi præcursoris officium est: nam & lex vetus euangelii præcessit, cuius typum Baptista gerebat, & pariter Christi apostolos binos ante faciē suā misit, qui per epistolas eos præparabant, quibus annūciaturi erant euangelium. Quo circa dum ambæ lectiones sūt, prius legitur prophetia q̄ epistola, nō propter dignitatē, sed ppter antiquitatē. ¶ Ait loco citato Hugo Anacletum, qui sedit anno Dñi ceteresimo epistolas & euāgelia legi instituisse. Quæ enim posteriūs in missa dicūtur, prius fuerūt instituta. Imò verò vt Thomas VV al. tomo 5. de sacra. tit. 4. c. 32. ait, tempore Dionysij id fiebat. Ait enim cap. 3. ecclesia. hiera. Deinceps igitur per ministros agiographorum librorum lectio consequenter fit. Quin verò & ad Colosē. vlt. ait Paul. Salutate fratres qui sunt Laodicæ, & Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit

apud vos epistola hæc, facite vt in Laodicēsi ecclesia legatur, & eam, quæ Laodicensium est, vobis legatur. Et extat canō apostolorū, oēs fideles de cons. d. 1. vbi præcipitur omnibus fidelibus, vt cōueniētes sacris solennitatibus ad ecclesiā ecclesiasticas scripturas apostolorum & euangelium audiant. ¶ Post epistolam canitur responsoriū, quod & graduale dicitur, eo qd̄ ad gradus altaris canebatur. Dicitur autem responsorium: quia ruminantes (vt Almaricus ait) quod lectum est recordantur, & recordādo dulciter correspondent, quasi lectione proficientes, vt hic ait S. Tho. & ideò ad gradus altaris tūc accedebant, vt gradus suæ professionis designarēt. ¶ Atqui diebus festis quasi spe cælestis beatitudinis erecti, statim in laudem Dei prorūpunt, qd̄ mneuma, hoc est, spiritualis iubilus dicitur, quāquidem cationem Damasus papa à Hierosolymis in ecclesiā Romanam legitur induxisse, vt lib. 9. registri epistola. 8. autor est Gregorius. Etenim sicut titulus crucis terna lingua scriptus fuit: ita & in missa aliqua sunt Græca, vt Kyrie eleison, & aliqua Hebraica, vt Alleluia, & Amen. Est. n. Alleluia, vt ad Marcellā ait Hieronymus, idem qd̄, Laudate deū, duæ q̄pe sunt voces, Alleluia, quæ laudē propriā Dei, qualis in celo fit, designat, & ideò seruata est Latine. ¶ Ac deniq; quarto loco in festis sollempnissimis ab Alleluia præceditur ad Sequentias, quas vt ait Hugo lib. citato Abbas Notherus de Sancto Gallo cōposuisse legitur, quas Nicolaus papa ad missam cantari concessit. Licet nonnullas alij sancti, vt Gregorius & etiam S. Tho. adiecerint. ¶ At verò in septuagesima, quo tēpore exilium Adē ē paradiso, & Babylonicam captiuitatem commemoramus, Alleluia nō canitur, sed vt est in psalmo. 136. suspendimus organa nostra: nā vt captiui illi dicebant. Quomodo cātabimus cāticum Dñi in terra aliena: sed loco Alleluia canitur tractus sicut in missis defunctorum: quasi alta proluxa; spiria & lamenta trahēdo, iuxta illud psalmi 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. ¶ Præmissa ergo apostolica lectione, sequitur quintò euāgelii fidei, quod & euāgelii pacis dicitur. Quo ideo lecto sacerdos librum exosculatur. Trāsitur autē à sinistro altaris cornu, quo legis veteris imperfectio designatur quæ aīam nō iustificabat, ad dextrū, vbi est perfectio fidei. Quare ibidem missale sistitur per totā oblationē. Præterq; q̄ sacer-

Graduale siue responsorium.

Alleluia.

Hierony.

Sequentia.

Alleluia qñ non canatur.

Tractus.

Euangelium

dos à sinistro latere aptius legit. Mittitur vero à sacerdote diaconus, sicut à Christo delegati sunt apostoli ad euangeliū promulgandum, præcedente cruce, cuius sanguine fuit nouum testamētum confirmatū: & accensis cereis, lumē fidei referentibus. ¶ Et est lectio euāgelij res antiquissima, quod Alexāder, vt ibidē ait Hugo, legi iussit paulo post centesimū annū ab orbe redēpto. Sed postea Anastā. vt cā. Apostolica, de cōse. d. r. habetur iussit, vt oēs illud stātes audirēt, tāquam milites ad illud propugnādum attenti. Imò verò antiquitus, vt supra diximus, canonib⁹ apostolorum iussum est euāgelium legi. Erāt enim iam tunc, vt in eorū Actibus legitur, diaconi quorum munus est euāgelium canere. Canturus ergo diaconus primū ait, Dñs vobiscum, tum q̄ illa salutatione Pax vobis, Discipuli domos salutare iussi sunt, tum vt Spiritus sanctus se pectorib⁹ populi insinuet ad percipiēdam fidem. Quare respōdetur. Et cū ipū tuo. Deinde rethorū more ad captādā beneuolētiam proponit mysterij altitudinē dicens initium, vel sequētia sancti euāgelij, &c. Respōdetq; populus, Gloria tibi dñe, quasi gratias de tanto nūcio agēs. Et impresā in libro cruce, eadē se diaconus frōte munit, quæ est verecūdiæ sedes, protestās, iuxta verbū Pauli, se nō erubescere euāgelium: ac demū consignato ore ad pronūciandā fidē, & pectore ad percipiēdam, audēter illud canit. ¶ Postremo denique præcipuis festis, quibus populus cōuenit. Nicenū canitur symbolum, vbi quā fidem plebs in euāgelio implicite audierat, (nam fides, vt ait Paulus ex auditu) explicite cōfitemur: corde. n. creditur ad iustitiā, vt idem ibidem ait apostolus, ore autē cōfessio fit ad salutem. Et sic finitur pars prima missæ, qua populus præparatur & instruitur, quæ idē dicitur illuminatio: & missa catechumenorū: nam illuculq; , vt & Dionysius ait. cap. 3. permittebātur catechumeni adesse, tunc autem foras mittebātur cantante diacono, vt supradiximus. Ite missa est, hoc est, recedite, quia missa. i. oblatio incipitur, cui vobis interesse nō licet. Vñ in cōci. Carta. 4. can. Episcopus nullū ingredi prohibeat in ecclesiā & audire verbū dei siue Gentilē, siue Iudæum vsq; ad missam catechumenorum. ¶ Hinc ergo progreditur secūda pars principalis, quæ ad celebrationē sacrificij attinet. Et quæ offertur, vt sacrificiū, & consecratur &

Sequentia s. euangelij.

Credo siue fidei symbolum.

Rema. 10.

sumitur, vt sacramētum, pars hæc tribus clauditur mēbris. Quorū primum est oblatio scđm consecratio & tertiu sumptio. Oblatio verò vno laudis cātu, & quatuor orationib⁹ peragitur. Canit enim chorus offertoriū, qđ vt ait loco sæpe citato Hugo, Gregorius canit instituit, & vt ait Remigius, offerēda dicitur, eo qđ tūc subdiacon⁹ diacono: diacono: verò sacerdoti, sed sacerdos Deo illā cōsecrādā offert. Quare & tūc cōgruit, vt popul⁹ sua munuscula offerat, vt Alexan. 3. can. Omnis Christianus de cōse. d. r. hortatur, vt verbum illud. Exo. 23. impleamus. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Nōnulla antiquitus præcessit huius figura. 1. Paralip. 29. vbi dixit Dauid. Ego in simplicitate cordis mei latus obtuli vniuersa hæc: & populū tuū, qui hic repertus est, vidi cū ingēti gaudio tibi offerre donaria. Gaudiū ergo illud significat cantus offertorij. Legitur. n. eodem lib. quemadmodū Dauid instituerit, vt Leuitā cū offerretur holocausta, laudes Dño canerēt, clangeretq; tubis, cymbalis & psalterijs. ¶ Ab offertorio verò sacerdos, vt ait Inno. eod. lib. c. 54. silētium tenere incipit, & collectas secretò secum proferre, memor iam appropinquantis passionis, quando iam, vt legitur Ioan. 20. Iesus non palam ambulabat apud Iudæos, sed adiit in regionem iuxta desertū. Vel quēadmodum ait VVald. loco citato. c. 35. hoc est primum silentium, quo Christus in horto ab apostolis semotus secretò orauit dicens. Mi pater si possibile est, &c. Quare abusus quorundam est sic proferre, vt ministri audiant: nam & oratio ipsa ob id appellatur secreta. ¶ Lecto ergo, vel cātato offertorio, sacerdos secretò materiā manibus tenēs, illā offert patri dicēs. Suscipe sancte pater, &c. vbi meditari subinde debet iam inde personā referre Christi patri seipsum offerentis. Tamen si in persona propria loquatur dicēs. Quam tibi offero in memoriā passionis Domini nostri Iesu Christi. Mox ablutis manib⁹ & seipsum in spiritu humilitatis suscipi ab eodem æterno patre deprecatur. Respexit. n. Deus ad Abel, deinde ad munera eius. Quare nisi persona Deo grata fuerit, oblatio, quaten⁹ ab ipso dimanat, esse nequit accepta. Deinde ad populū versus precatur, vt vnā secum orēt acceptum fieri sacrificiū. Quocirca licet ad præcedētia potius plebs attēta esse debeat q̄ orare, inter secreta tñ congruit, vt oret. Tandē ergo ad altare reuersus oratione secreta oblationē conclu

1. Paral. 29.

1. Paralip. 35.

Silentium.

Secreta.

Suscipe sancte pater.

In spiritu humilitatis.

&c.

Orate fratres pro me.

&c.

Præfatio.

cōcludit. Atq oblationes istæ antiquissimæ sunt à tēpore Dionysij, vt VVal. tom. 5. de sacra. tit. 4. cap. 33. docet. Et Leo papa, vt ait Hugo loco citato cap. 11. orationē. Orate fratres statuit dici. ¶ Secūda ergo particula hui⁹ tertie partis est præfatio, qua & se sacerdos ad cōsecrationē adornat, & populū ad diuinorū contēplationem exhortatur. Quā quidē præfationē ait ibidē Hugo Dionysium cōposuissē, sed Gelasiū ex Græca in Romanā ecclesiā inuexisse. Quapropter vt lib. citato VValdē. ca. 35. ait, erronea est quorūdā opinio dicētū præfationē à Gelasio fuisse institutā, quod ex cōfessione ipsius Gelasij palā fit, can. Inuenimus, de conse. d. r. vbi ait, Inuenimus nouem præfationes in sacro catalogo tantūmodò recipiendas. Imò hinc apertè colligitur neq; eū fuisse primum, qui præfationē iusserit in missa cātari. Quod præterea inde cōfirmatur, qđ lib. 8. ad Gratia. Ambrosius nonaginta annos antiquior Gelasio, atq; alij patres eiudē seculi de hoc gratiarū hymno meminerunt. ¶ Sacerdos igitur silētium rūpens secretā orationem alta voce concludit, dicens, Dñs vobiscū, quæ adesse eis opus est, qui gratias sunt acturi: mox admonet fursū corda leuare, vt tāti mysterij celebrationi circumstātes non corpore tātū, sed mēte diuinitus suffulta assistant: terrena. n. corda celesti hoc sacramēto nō sunt digna. Atqui exhortatio hæc desumpta est ex illo Thre. 3. Leuemus corda nostra cū manibus ad Dñm in cælos. Vnde Cyprius papa, vt refertur de conse. d. r. can. Quando, ait ista admonitione excitari populū, vt peccata cōtra aduersarium claudat, vt soli Deo pateat. Quare respōdente choro se corda ad Dñm habere leuata: rursus sacerdos admonet gratias agere. Nā vt supra dixim⁹, eucharistia idē est, quod gratiarum actio. Cōmone mur ergo gratias pro redēptione, quā hic nostrā celebramus, Deo agere. Et idē respōdet chorus noīe populi, Dignum & iustū est: dignum. s. quātum ad deū attinet, ac p̄inde iustū quātū ad nostrā obligationē. Quare iterū respōsum cōfirmans sacerdos ait, Verē dignū & iustū est, equū & salutare nos tibi sēp & vbiq; gratias agere per Christū dñm nostrū, per quē maiestātē tuā laudāt angeli &c. Nā est angelorū chori nō fuerint per Christū redēpti, gratias nihilominus Deo perpetuò cantant, qđ nos redemerit, vt eorū essemus societate digni, & eiudē p̄petuē foelicitatis cōsortes. Implentes ergo verbū illud Christi, E-

go te clarificaui super terrā, nūc clarifica me &c. cōmemoramus maiestātē eius laudari ab oībus angelorū ordinibus, qui vt habetur Esa. 6. & Apō. 4. non cessant clamare quotidie Sanctus, sanctus &c. Quare eadē nos vocis laudes cū illis cōcinentes intonamus, quibus p̄fitemur filium æqualē patri, & Spūm sanctū æqualē vtriq;. Sed ad designandū earū dē p̄sonarum vnitātē in essentia adijcimus, Dñs deus Sabbaoth. i. virtutū & exercitūū quod est cōmune oīum. In cuius vtiq; laudē cōfitemur creatorē esse cæli & terræ dicētes Pleni sunt cæli & terra gloria tua. Ac deinde in cōfessione redēptionis Christum laudātes subnectimus, Benedictus qui venit &c. Quæ vtiq; voce intrāti Dño Hierosolymā qui præcedebant & sequebantur acclamabant. ¶ Inde rursus sacerdos ad secūdū redit silentiū: nā vt legitur Mat. 26. ter in horto à discipulis auulsus secretò orauit. Et in scđo. silētio qđ Lucas refert. lōgē p̄lixius. Depudet verò impudētissimū Lutherū huc inducere in lib. illo infami de abrogāda missa priuata, oblatrātem. Ait, n. sacrum canonē esse delirū cōpositūq; ab aliquo verboso & parū spūali hoīe cōtra quē Clētho. lib. 2. de officio missæ cap. 17. bene loquitur: nisi qđ canonis cōpositionē non nisi vsq; ad Gelasium & Leonē atq; alios pōtiffices reducit. Cū tñ certū sit ab ipsis vsq; Apostolis originē duxisse. Hugo nāq; lib. 2. de sacra. par. 8. cap. 14. vbi ait Petrum missā instituisse, subdit in initio fidei tres illas orationes canonis in vsu fuisse. Hæc igitur oblationē, cum subsequētibus, cætera verò postea diuersis tēporibus à sanctis patribus fuisse adiecta. Vnde loco citato lib. de officijs ecclesi. cap. 11. ait Gregoriū illico adiecisse, dies que nostros in tua pace disponas. Et Leonē, Sāctum sacrificium & immaculatā hostiam Nec dubiū quin supra citatus Iacobus & alij apostoli missam celebrātes canonē, saltem pro magna parte, cōposuerint. Erāt. n. vt Actuum 2. legitur, perseverātes in oratione & in fractione panis. Vnde VValdē. tit. 4. citato cap. 36. illud Pauli ad Timoth. 2. Obsecro primū omnium fieri obsecrationes & orationes & gratiarū actiones pro oībus &c. p̄pter canonē missæ dictū putat. Quare optime cēset iā tunc cōpositum fuisse, licet summi pōtiffices nōnulla adiecerint. Superuacaneū est ergo in Lutherana blasphemā retūdenda remorari. Vñ Inno. c. Cū Marthæ, de cele. missa. de canone loquēs, multa inquit tā de verbis

Sanctus, sanctus &c.

Dñs Deus Sabaoth

Benedictus qui venit &c. Matth. 21.

Canon.

Canon ab hæreticis oppugnatur.

bis q̄ de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omiffa, quæ apostoli vel fuppleuiffie verbo, vel factò exprèssiffe leguntur. Addit deinde cõsecratoria verba non esse in secreto proferèda, sed publicitus, vt oēs audiant. Hòc tamen est contra id, quod modò diximus: nepe, hic esse obseruandum secundum silentium: imò peior esset abufus altè canonem legere, q̄ collectas primi filètij. Ait enim sacer pater Dionysius circa initium libri de cælesti hierar. ad Timotheum. Tu autè ò fili iuxta qd̄ sancit nostra pijsima traditio, quæ sanctè dicuntur sanctè mentis recessibus cõde, & à profana multitudo inuolata custodi. Et circa finem libri eccl. hierar. Efficientes, inquit, cõsecrationis preces fas non est scripto interpretari, neq; ipsarum arcanū è secreto in publicū efferre. Nam & Nu. 4. præcipiebatur Aaron & filijs eius, vt soli ingredienti tabernaculū, vasa inuoluerent in sanctuario, ne publicarentur. Quin verò mysterium, vt in initio libri dicebamus, inde nomen habet, q̄ etiam sacerdotes gentilium arcana Deorum presis labijs custodiebant.

Canon.

Canon ergo, qui tertia particula est secundæ partis, decè cõplectitur orationes, quarū quinq; consecrationem antecedunt, & tot numero subsequuntur. Primum. n. clemens pater per Iesum Christū rogatur, vt accepta habeat sacrificia, pro vnitate eccl. & papa, & alijs proceribus, pro quibus offeruntur. Mox apud se sacerdos mēali oratiōe aliorū meminit viuētium, ad quos deinde oblationem extendit, & dicitur primum memento. Dein tertio, fit sanctorum memoria, quorum patrocina imploramus, in quorumq; consortiū & cõmunionem adunari petimus. Ac deniq; quartò concluditur supplicatio, vt deus oblationē placatus accipiat. Ac deinde quintò in accessu ad cõsecrationem petitur consecrationis effectus. s. vt benedicta materia fiat corpus & sanguis Iesu Christi. Quibus peractis perficitur cõsecratio per verba saluatoris. Qui pridie q̄ pateretur, &c. Post modum vbi ait sacerdos. Vnde & memores, suam excusat præsumptionē: nam memor mysteriorū humanitatis Christi audet diuinæ maiestati offerre quæ de suis donis ac datis accepit. Quare secūdò oblationem petit esse acceptam, vti acceptum habuit sacrificium Abel, atq; aliorum patrum. Tertio ad sacrosanctā cõmunionem accedēs effectū sacramenti suplex precatur, quem, scilicet,

Qui pridie
quā patre-
tur &c.

sumētes p̄cipiat. Et quartò deinde precatur vt idem pater omnipotēs defunctorum etiā sit memor, qui licet sacramentum non suscipiant, participes tamē esse possunt sacrificij. Quinta verò oratio. Nobis quoq; peccatoribus, pro ipsis peculiariter sacerdotibus funditur, vt sanctis & martyribus associari mereantur, per Christū Dñm nostrum. Per quē obsecratio cõcluditur: nempe, vt per ipsum hæc omnia proueniāt, per quem hæc bona creantur, viuificātur, sanctificātur, &c. Atq; hic est canonis finis, vbi secunda pars missæ finitur: quam si pro dignitate tractaremus luculētis meditationibus esset locupletanda, à quibus ne rei scholasticæ lineā prætergrederemur, abstinuimus. Sunt autē præclari auctores, vt Hugo, Inno. Remigius, atq; alij id muneris persequētes, quibus & Thomas VVal. lib. 5. citato de sacra. meritò connumeratur.

Tertia ergo pars, quæ ad sumptionē sacramenti ptinet octo cõtinet oratiōes, & cõmunionis psalmū: quinq; .s. ante cõmunionem, & tres postea. Peracto namq; canone sacerdos secundum silentium interrūpit postremā orationē alta voce cõcludēs, Per omnia secula seculorū, Vbi secundus regressus Christi ad dormiētes discipulos designatur, exhortātis eos, vt vigilarēt. Præterea q̄a p orationē hō preparandus est ad tātum percipiendum sacramentū: & quia inter orationes fastigium tenet euāgelica hæc, quam Christus docuit, hæc primò cū omni reuerētia canitur. Quod autem ait loco citato. ca. 11. Hugo Gregoriū instituisse Dñicam orationem cani in missa, Gregorius ipse epistola. 8. supra citata lib. 9. registri, falsum ostēdit, dicens, Oratiōe Dominicā idcirco nos post precē dicimus, quia mos apostolorū fuit, vt ad ipsam solūmodo orationem oblationē consecrarent. Fuit ergo apostolorū institutū, Vnde cum tremore non nisi præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati: scilicet, Christi iubentis nos sic orare, dicere audemus, Pater noster. Finita autē hac oratione sacerdos ad tertium silentiū reuertitur, vt silentiorum numerum Christi in horto compleat. Quare secūda oratione, Libera nos, priuatim ab omnibus malis nos erui per hoc sacramentum exposcit. Sed quia peculiariter, vt supra diximus, ad remissionē peccatorū sacramentum hoc confert, adhibetur tertia eademq; insignis deprecatio, vbi Christus, qui tanquam agnus per hoc sacramentum occisus refertur,

Nobis quoq;
peccatorib;

Pater noster.

Tertium si-
lentium.

rogatur vt quantum ad efficaciam tollat peccata mundi, quæ quantum ad sufficientiā in cruce sustulit. Et quia hoc sacramentum est vnitatis & pacis, tunc pax populo porrigitur: præterquam in missis defunctorum, quæ non pro pace præsentis, quoniam non conuiuunt nobiscum, sed pro sempiterna requie qua ipsi fruuntur, celebratur. Quartò in fractione hostiæ, de quo ar. sequenti dicemus, precatur sacerdos cõmunionem corporis & sanguinis fieri nobis in salutem mentis & corporis. Quintò deniq; pro se deuotè precatur oratione illa, Dñe Iesu Christe, Cui adiciens Corpus & sanguis Dñi custodiat me in vitā æternā, sacrosanctum sacramentum sumit. Deinde si communicandum est populo, distribuit cantate choro cõmunicandā. Ac demū post cõmunionem adiecta oratione. Quod ore sumpsimus Dñe, & collecta solenniter, missa concluditur per orationē tertiam, Placeat tibi sancta trinitas &c. Illa. n. cõmunicanda est sicut exultatio gratiarum actionis si milis hymno, quem vt Matthæi. 26. refertur Christus dixit.

Primum ar-
gumentum.

Arguit primò S. Tho. Hoc sacramentū verbis Christi, vt ait Ambro. cõsecratur: non ergo necesse est alia addere, præsertim, cum in euāgelio illa non sint, quæ in canone ponuntur, q̄ oculos eleuauerit & dixerit, manducate ex hoc omnes. Itē in alijs sacramētis non fit oratio pro viuīs & defunctis: non ergo debet fieri in hoc Respondetur autē, q̄ quia in hoc sacramēto requiritur maior preparatio potissimum cū sit sacrificium, præter verba necessaria cõsecrationis adhibentur alia, quæ licet nō sint in euāgelio expressa, colliguntur tamē ex diuersis eius locis, vt ait Inno. cap. Cū Marthæ. de celeb. missa. Si enim Iesus in resurrectione Lazari, vt habetur Ioan. 11. & in oratiōe pro discipulis, vt legitur Ioā. 17. oculos leuauit: certum fit, id etiā in cõsecratione dixisse. Et cum dixit, Accipite & comedite, idē est quod manducate: præsertim cum illa verba nō addantur tanquam de essentia formæ. Et quia dixit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis &c. propterea Ecclesia addit, omnes. Et quia eucharistia est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis, cõgruit, vt peculiariter in illo oretur pro viuīs & defunctis.

Quartum ar-
gumentum. Quintum ar-
gumentum. Quartò arguitur. Baptism⁹ specialiter dicitur sacramentū fidei: ergo illic potius q̄ in isto fieri deberet instructio fidei. Quintò, cū in omnibus sacramētis requiratur deuotio, non

est cur magis in isto quā in illis excitetur per diuinas laudes, & admonitiōe, Suisum corda. Adde q̄ cum sacerdos sit proprius minister, is deberet omnia dicere sicut in cæteris sacramentis, & non chorus. Respondetur duplicē esse instructiōem: aliā catechumenorum, & illa conuenit baptismo: atq; alia fidelium, quæ in dies debent in fide proficere, & hæc cõpetit huic sacramento: quanquam vt supra dictum est, etiā ad instructiōe quæ fit in missa admitatur & Gētilis & Iudæi, vt ca. Episcopus nullū. de conse. d. 1. Ad quintū respondetur, maiorem deuotionem exigi ad hoc sacramentum, quā ad reliqua, propter cõtinentiā veri corporis & sanguinis Christi, & in sacerdote & in populo: quia est sacrificium, quod pro omnibus offertur. Vnde Cypria. vt refertur de conse. dist. 1. cā. Quādo ait q̄ sacerdos dicendo, Sursum corda parat fratrum mētes, vt dum plebs respondet, Habemus ad Dñm, admoneatur non aliud se q̄ Deum cogitare debere. Ad sextū respondetur, q̄ quia hoc sacramentum est sacrificiū totius eccl. quod etiam populus suo etiā ordine offert, idē chorus vicem populi gerens multa sol⁹ dicit, vt introitum, alia inchoante sacerdote prosequitur, vt Gloria, & symbolum, ad significandum, q̄ talia ad populū reuelatione diuina peruenerūt. Alia verò dicuntur per ministros, vt Epistola & Euāgeliiū alia verò sol⁹ recitat sacerdos: quorū illa, quæ ad se & ad populū pertinet, publicè dicit, vt collectas, præfationem, & orationē dñicam. Et in his excitat populū ad deuotionē dicens, Dñs vobiscum. Alia autē, quæ ad eius solū munus pertinet, secretè solus dicit. Cuius causā præter illā superius allegatā, ex silentio Christi in horto, addit S. Thomas: quia circa Christi passionē discipuli non nisi occultè p̄fitebantur Christum. Septimò arguitur. Cū in hoc sacramēto diuina virtus per certitudinem operetur, superflue petit sacerdos eiusmodi certitudinē dicens, Quam oblationem tu Deus in omnibus &c. Ad septimum trifariā respōdetur, primò q̄ licet diuina virtus certissimè operetur, potest tamen impediri per intentionē sacerdotis, & idē petitur vt intētio sit recta. Secūdò id etiam quod certum est, nō incongruit à deo efflagitari: sicut Christus Ioan. 17. suam exposcit clarificationem. Tertio, quia sacerdos illic non tam petit consecrationem fieri, quā fieri nobis fruētiosā. Subdit. n. vt nobis corpus & sanguis fiat

Septimum
argumentum.

fiat, id est, ad nostram salutem, Idque verbis praece... Benedictam, adscriptam, ratam, &c. Innocen. Octauum argumentum. Nonum argumentum.

sacramēto per loci mutationem, ita nec esse desinit: indecenter ergo sacerdos petit hoc perferri per manus sancti angeli in sublime altare Dei. Ad octauū respondetur, qd licet hoc sacramētū ex seipso antiq̄s praferatur sacrificijs, tamen sacrificia illa propter offerentiū deuotionē fuerunt Deo acceptissima & ideō petit sacerdos, vt sua populiq; deuotio sit sicut illa, accepta. Ad nonū respōdetur, qd sacerdos non petit qd species sacramētales deferātur in cælū, aut Corp⁹ Christi, qd in cēlo nunquā esse desinit, sed petit hoc pro corpore mystico, vt, scilicet, orationes sacerdotis, & populi angelus diuinis ministerijs assitens Deo repraesentet, secūdm̄ illud Apocalyp. 8. Ascendit fumus incensorum de oblationibus sanctorum de manu angeli. Sublime aut̄ altare Dei, dicitur, vel ecclesia triumphantis, in quam transferri poscimus, vel ipse Deus, cuius participationem efflagitamus. De hoc enim altari dicitur Exodi. 20. Non ascendes ad altare meum per gradus: id est, in Trinitate gradus non distingues. Vel per angelum intelligitur ipse Christus, qui vt habetur Esaia. 9. est magni consilij angelus: ipse enim corpus suum mysticum Deo patri ac perinde ecclesiae triumphati coniūgit. Et propter hoc, ait S. Tho. missa nominatur: quia per angelū sacerdos preces ad Deū mittit sicut populus per sacerdotem. Interpretatio est Hugonis, quam ar. citauimus, vel quia Christus est hostia nobis missa à Deo, vnde in fine diebus festis diaconus copiam facies populo abeundi, dicit: Itē missa est. i. hostia missa est ad Deū. Nos aut̄ iā supra diximus, qd nomē ipsum missa, idem est, quod hostia.

ARTICVLVS. V.

Utrum ea, quae in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.



Extum, quod supra diximus ad celebrationē missae requiri, consistit in quarūdam rerum adhibitione, de quibus statuitur conclusio, Omnia illic congruēter peragi. Probatur ex ecclesiae more, quae cū Spū sancto regatur, errare nequit. Et cōfirmatur rōne: quia cū sacramētū sit signū, eius significatio rebus & verbis perficitur: vt baptismus ablutione & forma: cū ergo hoc sacramentum passionem Christi significet, & pra-

& praeterea corpus mysticum, vtrunque rebus & verbis significatur. Accedit quod & vsus sacramenti deuotionem & reuerentiam exigit, quae etiam & verba & res expostulat Omnia ergo quae hic aguntur & dicuntur ad aliquod istorum trium pertinent. Duodecim ergo sunt ceremonie, de quibus S. Thomas, duodecim argumentis edisserit. Prima est ablutio manuum: secunda thurificatio, quae videtur ad Iudaismum respicere. Ideo arguit primo loco. In nouo testamento non sunt ceremonie veteris obseruandae: illic autem sacerdos & ministri ante oblationem aqua lauabantur, vt legitur Exodi 30. Lauabunt Aaron & filij eius manus suas ac pedes quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare: ibi demque Aaron iubebatur, vt adoleret incensum suauem fragrans ante altare quod erat ante propitiatorium, vt Leuitici 1. legitur: nō ergo ea nobis facere congruit. Ad primū respōdetur, ecclesiam non seruare has ceremonias tanquam in lege veteri praecipitas, sed tanquam per se tum ad reuerentiam sacramenti pertinentes: quia preciosissimum sacramentum illotis manibus tractare, indecens esset, tum & propter significationē: nā vt Dionysius 3. cap. ecclesiasti. Hierar. ait, extremitatū ablutio significat emundationem vsq; ad minima peccata, secūdm̄ illud Ioan. 13. Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet. Talis verò emundatio ad tantum sacramētum exigitur: quare propter eadē venialia praemittitur gñalis cōfessio. Atq; hoc idē ablutio illa in lege veteri significabat. s. omnimodam munditiam, quam tamen ablutio illa nō efficiebat. Ablutionē verò pedum solus Christus fecit, quam ecclesia praetermisit. Nam per ablutionem manuum, quae vt 3. de anima ait Aristot. organum sūt organorū, s. insensibilitatis corporū designatur. Et ideo sacerdos interlauandum, versiculum Psalmi profert. Lauabo inter innocentes manus meas. Ad secundū pariter respōdetur nec thurificationem tanquā veterem ceremoniam obseruari, sed tanquā ecclesiae institutum cōgruens primū sacramenti reuerentię: vt scilicet per suauem fumū si quid prauis odoris corporalis adest, loco illo depellatur, ne aliquem possit prouocare horrorem. Quae utiq; de causa, vt illic Dionysius ait, sacerdos ante psalmū introitus à thurificatione totius loci rem inchoat. Secundò ad repraesentandum effectum totius gratiae,

qua sicut bono odore, Christus plenus fuit, secundum illud Gene. 17. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni: & à Christo in corpus mysticum ministrorum officio deriuatur secundum illud 2. Corinth. 2. Odorem notitiae suae spargit per nos in omni loco: & ideò thurificato altari, per quod Christus significatur thurificatur ex ordine fideles. Accedit & tertia causa ar. pximo notata ex Apocal. cap. 3. Nam ascensus fumi aromatum ascensionē significat orationum Sanctorū vsq; ad Deū. Tertia ceremonia est cruce signatio, d qua arguitur tertio & quarto loco. Ea siquidem quae in sacramētis ecclesiae aguntur, non sunt iterada: incongruē igitur sacerdos multoties cruce signationes super hoc sacramētū iterat. Adde quartò qd, vt Apost. ad Hebr. 7. ait, Sine vlla cōtradictione quod minus est à maiore benedicatur: cum ergo Christus in sacramēto existens largissimè sit sacerdote maior indecenter hostiā consecratam sacerdos benedicat. Ad tertium respōdetur, qd cruce signatione sacerdos vtitur ad cōmemorandā passionem Christi, quae in cruce peracta est. Fiunt autē cruce signationes nouem: habuit nāq; passio Christi gradus tres. Prima. n. fuit traditio, quae à Deo facta est, & à Iuda & à Iudeis quae significat trina illa cruce signatio aeternae cōsecrationem per verba illa, Haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia illibata. Huic expositioni alludit Inno. lib. 3. myster. missae ca. 3. vbi ait qd dicitur dona quatenus deus ea nobis per Christū donauit: munera verò quatenus Iudas pro munere eum tradidit: sacrificia, eò quod Iudaei eum cruci obtulerūt. Sed fortasse melius Hugo libr. citato de Officijs ecclesiasticis cap. 24. cum Isidoro ait, dici dona, quia à Deo nobis donatur, iuxta illud Iacobi 1. Omne datum optimum & omne donum perfectū de sursum est. Munera verò ob id, quod à nobis eivicissim offeruntur: nā maior donat minori, minor verò munera offert maiori, iuxta illud Gene. 4. Respexit deus ad Abel & ad munera eius. Etenim vt 1. Paral. vii. legitur, De his quae de manu Domini accepimus, reddimus ei. Sacrificia deniq; illibata, hoc est, nō contaminata, dicuntur ad differentiam sacrificiorum, quae idololatriae suis Deorum monstris litant. Hoc namq; sacrificium, quo Christum Deo patri offerimus, purissimum est, & vnde quaeq; sanctissimum, hoc est, Deo dedicatissimū & acceptissimū. Sed dicitur pluraliter sacrificia propter varias

Solutio octaui.

Dilutioni.

Hugo.

Conclusio.

Primum argumentum.

Tertium & Quartum argumentum.

Solutio tertij.

Thurificatio.

varias species corporis & sanguinis. ¶ Sed obiter hic est notandum, cruce istas sic super calicem & hostiam esse signandas, ac si crux super illas materialis iaceret, vel delinearetur, ut protensum brachium cum duobus digitis per lineam rectam contrahatur versus pectus, & postea transfusa manu à sinistra versus dextram aliam ducat rectam lineam. Nō enim est signatio sacerdotis, sed materiæ.

Secunda cruce signatio.

¶ Secundò subsecuta est Christi veditio, fuit autem venditus ab scribis, sacerdotibus, & pharisæis, ad quod designandum fit iterum alia trina cruce signatio cum illis verbis, Benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem quæ art. præcedenti expōita sunt. Additur & crux bina super illa verba, corpus & sanguis fiat, ut ait S. Thom. ad significandam personam proditoris Iudæ & traditi Christi. Sed forsitan nō est aliud mysterium, q̄ quæ verba nō sunt nisi duo.

Tertia.

¶ Tertio, inquit, fuit facta præsignatio passionis in cœna. Ad quod designandum adhibentur duæ cruce, una in consecratione corporis, atq; altera in consecratione calicis.

Quarta.

¶ Quarto deniq; post consecrationem designatur passio Christi in re: vnde in memoriâ plagarū quinq; fuit cruce signatio nes super hostiâ sanctâ. &c. Etenim, ut ante consecrationem petitur, ut materia fiat benedicta, adscripta & rata, sic & consecrata hostia: nempe Christus offertur tanquā hostia pura, ad differentiam sacrificiorum gētium, quæ impura erant & corrupta: sancta ad differentiam oblationum veteris legis, quæ non erant eatenus sanctæ, ut animam sanctificarent, sicuti hæc nostra, quæ tollit peccata mundi. Et ideo subditur, immaculatam: ob id enim quod Christus agnus fuit innocēs, qui peccatum non fecit, tollit peccata mundi, quod est homines sanctificare. Est ergo hostia pura & purificans, sancta & sanctificans, immaculata & maculas tergens. Quod verò demū adiungitur, Panē vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ, definitio & explicatio est eiusdem hostiæ. Ut enim sacerdotes veteris legis de sacrificijs edebant, quibus vitam temporalem sustentabant, sic & christiani esu & potu sacrosancti sacrificij spirituales, atque adeo sempiternam salutem sibi comparant.

Quinta.

¶ Quinto representatur extensio corporis, effusio sanguinis & fructus passionis per trinam cruce signationem cum illis verbis: Corpus & sanguinē sumpserimus omni benedictione &c. fructus namq; quibus fumen

tes corpus & sanguinem potiuntur, sunt benedictio & ros gratiæ cælestis, quibus replentur & acceptantur ad gloriam. ¶ Sextò representatur triplex oratio, quam fecit in cruce, vnam pro persecutoribus, cum dixit, pater ignosce illi: secunda pro liberatione à morte, cum dixit, Deus Deus meus ut quid dereliquisti me: tertia quæ pertinet ad adeptionem gloriæ, cum dixit, Pater in man⁹ tuas commendo spiritum meum. Et ad hæc significandum triplex fit cruce signatio per illa verba, sanctificas, viuificas benedicens, & præstas nobis. Per Christū. n. Deus & nostra sacrificia semper sanctificat, hoc est, sancta facit, & viuificat, quia hostia est viua vitam sumentibus præstans, siquidē per ipsam incorporamur Christo. ¶ Septimò representantur tres horæ, quibus pependit in cruce: scilicet, à sexta usque ad nonam, quas quidem significat alia trina cruce signatio super illa verba, per ipsum, cum ipso & in ipso. Et licet istæ tres cruce secundum usum Romanæ ecclesiæ ut ait Alex. 4. par. q. 37. memb. 3. ar. 3. nō fiant nisi ad labiū calicis, ipsum tangendo: in alijs verò prima fit eleuatio supra calicem, secunda verò tangendo labia calicis, & tertia intra calicē. Quibus, inquit Alexander, significatur diurnitas, acerbitas & integritas passionis. Sed profectò nescio cur crux diurnitatis fiat altior quàm aliæ. Mysterium ergo nullum, ut cōiicio, est aliud, q̄ quod cum calix illic significet cruce, prima crux super calicem significat eleuationem Christi in crucē, secunda, qua tanguntur labia calicis, quod eidem fuerit cruci affixus, & tertia intra calicē, quod fuerit vere mortuus & sepultus. ¶ Octauò inquit, S. Tho. per duas cruce, quæ fiunt extra calicē significatur separatio animæ à corpore. At verò si per tertiam in calice fuit significata mors, duæ exteriores nihil circa Christum significant, sed quia fiunt in inuocatione patris & Spiritus sancti, qui nō sunt passi in cruce, fiunt extra calicem. Est enim sic connectenda oratio. Per ipsum, scilicet Christum, per quem tanquam per sapientiam cuncta creasti, & per quem filium nos redemisti, est tibi honor & gloria: nā si mundū non creares & redimeres, nulla tibi gloria ab hominibus proueniret: Idē autē honor & gloria est tibi cum ipso: nam ipse ait, Omnia tua mea sunt. Quicquid. n. pater possidet, filius possidet: idē q; honor & gloria est tibi in filio, iuxta illud, Hic est filius meus dilect⁹, in quo mihi cōplacui.

Sexta.

Septima.

Octaua.

cui. Itaq; quicquid Deus facit, facit per filiū & possidet cum filio, & consummat in filio. ¶ Nonō demum representatur resurrectio tertia die facta, quæ significatur per tres alias cruce, quæ fiunt ad, Pax domini, quæ quidē pax per eius mortem & resurrectionem nobis obuenit. Breuius autem, inquit S. Thomas, hæc omnia sic exponere possumus, quod cum virtute passionis, quam passus est Christus in cruce, consecratio sacramenti fiat, & acceptatio à patre, & fructus à nobis percipiatur, vbicunque fit mētio de consecratione, aut acceptatione, aut fructu, fiūt illæ tres cruce. Collige ergo, quod licet in genere nouē distinguatur cruce signationes: tamen in particulari fiūt numero viginti nouem: octo scilicet ante consecrationem, quæ significant passionem, non in re, sed præmeditatam. Et duæ in consecratione, ac tandem post consecrationem, qua significatur passio iam Christi in cruce, decem & nouem. ¶ Hinc sequitur solutio quarti argumenti: videlicet, quod sacerdos nō consignat corpus & sanguinem post consecrationem ad benedicendum ipsum vel consecrandum tanquam maior minorem, sed ad commemorandum virtutem & modum passionis Christi.

Quarta solutio.

Quinta & sexta argu.

¶ Quarta ceremonia est manuum apertio & eleuatio, & corporis inclinatio. Et quinta versio sacerdotis ad populum. Et ideo arguitur quinto & sexto. In sacramento nihil fieri debet, quod ridiculum videatur: videntur autē ludicræ gestulationes, dum sacerdotes brachia extendit, manus coniungit, digitos cōplicat se ipsum inclinat, & se ad populū vertit: ergo illa non condecet. Respondetur, illa non esse ludibrio habenda, eo quod causa significationis adhibentur. Dum enim sacerdos post consecrationem brachia extendit, Christum crucifixum refert. Leuat autē quandoq; ad orandum, quo significatur affectus orationem in Deum dirigendi pro populo, secundum illud Threnorum. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominū nostrū in cælos: & Exodi. 17. legitur quod cum leuaret Moyses manus vincebat Israel. Quod autem manus quandoq; iungat, & se inclinet, habitus est suppliciter orantis, designatque præterea Christi humilitatem, qui factus est obediens usque ad mortem crucis. Sed digitos etiam cōplicat, ut pollicem cum indice, quibus corpus consecratum tetigerat: ut si qua particula illis adhæserat, non dispergatur.

Id quod ad reuerentiā pertinet sacramenti. ¶ Hic ergo non est silentio prætereundum multorum dissidium non solum inter secula res sacerdotes & regulares, verum & inter religiofos eiusdem ordinis: vnusquisque enim suum sequitur modum. Aliqui namq; introitum manibus iunctis dicunt: & pariter, Te igitur. Alij verò eisdē apertis: inde decepti quod ordinariū non potest cuncta vsque ad minimum explicare. Notandum est ergo ut ex hac litera S. Thomæ colligitur, quod cum oratio & psalmodia ad Deū per nostram humilitatem dirigatur, ad vtrunque orantes debent habere respectum: scilicet, & ad Deum ad quem oratio dirigitur, & ad humilitatē, & miserias nostras quas ei proponimus. Atqui manuum iunctura & inclinatio corporis habitus est & compositio humiliatis se coram Deo quemadmodum viginti illi quatuor seniores, qui Apocal. 4. dicuntur adorare Deum ante eius thronum prodeiebant, atq; alia animalia, quæ Ezechiel. 1. referuntur, duabus alis velabant faciē. Sed expansio & eleuatio manuum affectum significat aperientis pectus eleuantisq; mentem in Deum. ¶ Hinc ergo regula colligitur quod communis modus orandi debet esse clausis manibus, ut nos prostratos coram Deo ostendamus, nisi vbi peculiariter eleuatio mentis est significanda, quod fit in missa quotiescunq; sacerdos proprio fungēs munere collectas atque alias orationes ad Deum dirigit. Igitur dum psalm⁹ introitus canitur, vel à sacerdote recitatur, manus debet habere clausas: quia illa non est oratio vsq; ad finem Kyrie eleison, sed est actio communis sacerdoti & populo. Argumentum verò, quod quidam in contrarium faciūt, quod ordinariū nō iubet, ut postq; munij se signo crucis, manus claudat, nullū est: quia non opus erat id admonere: nam cum ad orationes iubeat manus expādere, tanquā notum relinquit quod ad Psalmos debet esse sacerdos modo communi. Quare dum postea ad initium gloriæ iubetur manus deponere super altare, non est indicium quod illuc usq; habebat illas apertas: alioqui deberet à cornu altaris vsq; ad mediū venire apertis manibus, quod est indecens. Imò verò cū iubetur dum dicit, Deo, manus iungere, insinuat quod illas iungat quemadmodum habebat antequā gloriam inciperet, & sic iunctis manibus proficere debet Gloria, quia nō est oratio, sed ad Dominum vobiscum. iterum iubetur

De manibus aperiendis et claudendis.

tur manus aperire ad pādenda viscera sua populo, ac deinde iungere, quasi populum amplexans, & rursus ad collectam aperire: quia est oratio non chori, sed propria sacerdotis, qua mentem in Deum eleuat. Pari modo dū dicitur euangelium tam sacerdos, quam diaconus debet habere iunctas manus, neq; ordinarium opus habuit illud præcipere: quia cum nō sit oratio, debet esse sacerdos tanquā ad psalmodiam iūctis manibus, & eadem ratione dum offertorium dicit. Et à contrario sensu neque admonitu opus fuit, vt ad collectas secretas manus extenderet, quæ citra duhium extendendæ sunt: nam quod in prima collecta dixit, constitutissimum reliquit pro omnibus alijs collectis subsequētibus. **Ad præfationem.** **¶** Ad præfationē verò, quia nō est omnino oratio præcipiendū fuit, vt manus eleuaretur aperte, eo quod sit gratiarū actio, & proloquium ad canonem, vbi summa eleuatio mentis requiritur, vt verbum, Sursum corda, adhortatur. Sed ad Sāctus, sanctus, iubetur sacerdos manus claudere ad repræsentandum illos viginti quatuor seniores, qui, vt habetur Apocalyp. 4. cum dicebant Sanctus, procidebant ante thronum Dei. Vnde filialis timor iūctura illa manuū designatur. At quoniā illic ordinarium non præcipit, vt iterū manus aperiantur, suat qui quemadmodum Gloria, ita totum canonem coniunctis manibus perlegant. Sed re vera abusus est: nam totus stilus canonis habet precatōnis & orationis modū, sicut collecta. Te igitur clemētissimè pater supplices rogamus ac petimus, & sic totus per modum petitionis procedit: quare licet propter humiliationem corporis, quæ in initio fit claudantur tunc manus, tamen erigens se sacerdos aperire eas debet, vt canon apertis legatur: sicuti oratio Dñica, quanuis neque illic talis admonitio fiat. Præterquē quod sic aptius potest sacerdos ad librum respicere. **¶** Ad sextum deniq; respondetur, qd quinquies se sacerdos vertit ad populū, quo significatur toties Christum post resurrectionem apparuisse, vt supra quæst. 53. visum est. Salutat autem septies populū, vt iam supra diximus, quinquies conuertendo se ad ipsum, & bis sine conuersione, vt in præfatione, & Agnus Dei. Episcopum autem, supra diximus, prima vice dicere Pax vobis.

¶ Sexta ceremonia est fractio hostiæ in tres particulas: de qua ceremonia tria abhibentur argumenta. Arguitur ergo septimo. Apосто-

lus. 1. Corin. 1. inconueniens existimat quod Christus fuerit diuisus: est autem in sacramēto post consecrationem, ergo non est diuidendus. **¶** Octauo. Ea, quæ in hoc sacramento aguntur passionem Christi repræsentant, sed in passione Christi corpus fuit diuisum in locis quinq; vulnerum: ergo in tot partes est diuidendum. **¶** Nono. Totum corpus in hoc sacramento seorsum cōsecratur à sanguine: ergo incongruè vna particula miscetur sanguini. **¶** Ad septimū respondetur, illā hostiæ fractionem tria significare, primò quidem diuisionem corporis Christi, quæ lācea & clauis facta est in cruce iuxta illud canonis. Dū frangitur, de consecra. dist. 2. Dum frangitur hostia, quid aliud quā Dominici corporis in cruce immolatio designatur? Secundò distinctionē corporis mystici secundū diuersos status, scilicet militantiū in hoc seculo, & in purgatorio expectantium, & in cælo triumphantium: nam ad omnes fructus redemptionis eius promanauit. Quapropter quia militantes & in purgatorio expectantes semper sunt in miseria, bis dicimus, Agnus Dei miserere nobis. Sed quia triumphantes iam fruuntur pace, ad quā nos anhelamus, tertio addimus Dona nobis pacem. Et militantiū status designauit Christus viuens in hoc seculo: expectantiū verò in purgatorio, descēdēs ad inferos: sed triumphantium dum resurrexit. Satis ergo est quod hæc trifida diuisio significet diuisionem Christi in latere, manibus, & in pedibus. Et sic soluitur octauum argumentū. **¶** Sed de significatione singularium partium non est cōcors omnium expositio. Gelasius namq; can. Triforme, de consecra. dist. 2. ait partē missam in calicē significare Christum resurgentem, atq; adeo beatam virginē & alios siqui sunt in corpore & anima in cælo: illi enim sunt iam quasi immergi in sanguine redemptionis atq; ipso inebriati, iuxta illud Cant. 5. Inebriamini charissimi. Pars verò comesta significat Christum ambulātem super terram, atq; adeo militantes in hoc seculo, eo quod sacramento pascuntur. Diuisa enim hostia per medium, olim sola medietas sumebatur statim à sacerdote, & alterius medietatis vna pars mittebatur in calicem, atq; altera seruabatur in corporali vsq; in finem missæ, & illa, inquit Gelasius, significat Christum descēdentem ad inferos, atq; adeo corpora, quæ iacent in sepulchris. At verò propter periculum cessauit ille vsus, & ambæ simul

Octauum argumentum.

Nonum argumentum.

Hostia diuisa quod significet.

Perseculi.

Solutio noni.

Decimū argumentum.

Vndecimum argumentum.

mul sumuntur. Secundum hanc interpretationem hostia diuiditur in duas partes, quarum vna significat viuos, altera defunctos, quæ quidē sub diuiditur in beatos scdm corpus & animā & sepultos. Vnde versus. Hostia diuiditur in partes, tineta, beatos, Plenè sicca notat viuos, seruata sepultos. Et secundum alios, existentes in purgatorio, qui certo expectāt gloriam. Alij dicunt, qd diuiditur in duo: scilicet, in beatos & nondum plenè beatos. Et hæc secunda diuiditur in duas, vt quæ mittitur in calicem significet viuētes in hoc mundo, eo qd potatur calice, & reficiuntur sacramento. Seruata verò significat beatos, qui immunes sunt ab omni fractione & miseria. **¶** Et per hoc respōdetur ad nonum, qd calix potest significare aut passionē Christi, quæ repræsentatur in hoc sacramento, & secundum hoc per partē in calicem missam, significatur viuētes in hoc seculo, qui adhuc sūt participes corporis & sanguinis Christi: aut significat beatitudinē, quæ etiā in hoc sacramento figuratur. Et scdm hoc pars in calicē missa significat eos, qd perfecta foelicitate perfruuntur. Addit tñ S. Tho. qd pars illa in calicem missa non debet populo dari in supplementum cōmunionis sub vtraq; specie: quia panem tinctum Christus soli Iudæ proditori porrexit. Neq; panis ille, vt supra diximus erat consecratus.

¶ Septima ceremonia est lotio calicis, ideo arguitur decimò. Hostiæ consecratæ non additur alius cibus: ergo nec post sumptionem sanguinis sumendum est aliud vinum. Sed negatur consequentia: quia sumitur ad abluendum & calicem & os, ne aliqua reliquie illic remaneant. Vnde extra de celebra. missa. cap. Ex parte, admonetur, quod semper sacerdos vino os perfundere debet, post quā totum percepit eucharistiæ sacramentum: nisi cum eadē die aliam missam debuerit celebrare: ne si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret. Et eadem ratione digiti, quibus hostia tãgitur, vino abluuntur, quod est magis abstergiuum q̄ aqua. **¶** Contra octauam ceremoniam arguitur vndecimò. Veritas debet respondere figuræ: sed de agno paschali & manna, quæ erant figura huius sacramenti, iuebatur, vt nihil seruaretur in crastinum: ergo nec debet aliquid seruari huius sacramenti. Respondetur. Satis esse quantum ad hoc veritatem respōdere figuræ, vt de hostia consecrata, quā

sacerdos, ministri & populus sumpturi sunt, nihil remaneat. Vnde Clemens can. Tribus de consecra. dist. 2. Tãta, inquit, in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remaserint, in crastinum non referuntur, sed cum timore & tremore clericorum & diligentia consumantur. Attamen quia hoc sacramentū quotidie sumēdū est, agnus verò nō nisi semel in anno, necesse est hostias consecratas pro infirmis conseruare, vt ead. dist. can. Præbyter, cautum est.

¶ Nona deniq; ceremonia est, vt sacerdos solitarius missas nō celebret. Vñ arguitur duodecimò. Sacerdos pluraliter loquitur audientibus dum ait, Dominus vobiscum, & Gratias agamus: non ergo decet, vt cum vno tantum ministro celebret. Respondetur, qd dum solenniter missa celebratur, plures debent adesse, vt Soter papa, can. Hoc quoq; de consecra. dist. 1. iubet, dicens, vt nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus sibiq; respondentibus propter rationem modò factam. Sed tamen in missis priuatis vnum sufficit habere ministrum, qui gerit vicem totius populi catholici. Et ita habet vsus. Dummodò nō sit foemina, quod in concilio Maguntin. c. Inhibendum de cohabi. cleric. & mulie. prohibitum est. Imò forsan neq; ob vilam necessitatem illud auderem citra dispensationem permittere propter indecentiam. Et citius auderem egomet mihi respōdere & ministrare, q̄ foeminā ad id muneris admittere. **¶** Vtrum verò si quis esset solus inclusus eremita, posset absq; ministro celebrare, glossa prædicti canonis affirmat, & consentit Paludanus præfenti. d. q. 2. Attamen non probant, nisi per simile (vt glossæ illæ solent) dissimile: videlicet, quia licet soli sacerdoti infirmū vngere. Sed tñ non est firma collectio à sacramento extremæ vnctionis ad sacrificiū missæ. Quare nisi vrgēs esset necessitas, vt in festo quando sacerdos missam audire nequit, nisi ipse solus celebret, nullatenus licet, imò forsan, nisi magnum esset festum, consultius esset non celebrare. At quia hæc sunt de iure positio, citra dubium posset eremita celebrare solus cum dispensatione. De alijs ceremonijs: nempe, de vestibus, lumine, & alijs Sanctus Th. non loquitur, sed satis nos supra diximus. **¶** Aliam hic ceremoniam videtur D. Thom. prætermisisse de eleuatione calicis, vtrum oportet eleuari debeat, an discoopertus. Sunt

Duodecimū argumentum.

Nota.

An solus sacerdos possit celebrare.

Quæstio de leu. calicis.

S f enim

enim qui statum huius litis illic collocent, vtrum Christus in crucem femora contectus, fuerit eleuatus, an discoopertus: vt si fuit ille coopertus, sit calix similiter eleuando, si non minime. Ego vero nequaquam in hoc crediderim litem consistere. Certo enim cum Abulensi in quinto paradoxo crediderim fuisse succinctum crucifixum. Ius enim naturæ & gentiū nou fert, vt homines, qui vltimo supplicio plectuntur illo dedecore dehonestentur, cū natura partes illas obtegi admoneat. Et quando id propter reos ipsos non obseruaretur, fit autem propter aspectum & pudorē circumstantium. Præsertim cū redemptor noster propter suam honestissimā modestiā in tanta esset habitus reuerētia, vt qñ carnicifces tam essent impudentes, viri tamen pij & mulieres, quæ illic aderāt, honori eius cōsultū curarent. Quin verò Dominus ipse per suam providentiam sibi de hac re prospiceret. Quod ergo ad eleuationem calicis attinet, veritas est, q̄ mos ipsum eleuandi nō est antiquus. Quare apud neminem eorum, qui de ceremonijs missæ scripserunt, mētio eius habetur. Vnde omnium antiquorū nuperri mus Alexāder de eleuatione tantūm corporis loquitur. Et ratio erat, quia cū in hostia corpus & sanguis existat, & in eleuatione calicis non nihil periculi crearetur, satis patres ducebant corpus adorādum eleuare. Et ideo fortasse tēpore sancti Thomæ mos ille nondum inceperat, ob idq; illum subiciuit. Imò verò apud Carthusiēses non eleuatur, neque in ordinario nostro, quod inde sumptū est, præcipitur nobis, vt eleuem⁹: quin & cōplures sunt religionū ordines, in quibus nō præcipitur eleuari. Sed ne ab ecclesijs secularium dissideāt, illum eleuant. Secūdo notādum est, q̄ illa parua quadra linea, qua calix coopertur, nō solum non est antiqua, verū neque est de essentia ornamentorū altaris, neq; apud quempiam, qui hac de re scripserunt, mentio reperitur, sed tantūm fit mentio de corporali, quod tam latum esse deberet, vt ipso cooperiretur calix, vt nos facim⁹. Nam vsus patenæ non est alius, q̄ vt in ipsa superposita calici, offeratur hostia. Vnde Hugo libro. 2. de officijs. c. 38. corporali, inquit, pallatigitur calix. Igitur vbi mos cœpit eleuandi calicem: quia nō erat illa quadra, qua posset coopertus eleuari, eleuari cœpit discoopertus. Quiquidem mos in tota ecclesia seruabatur, cuius documētum est, q̄ in capella pō-

Calicis eleuatio nō ita antiqua est.

Filiola.

Vsus patenæ

Lingo.

tificis non eleuatur nisi discoopertus, & inquam plurimis ecclesijs Italiæ, Germaniæ, & Angliæ. In quibus, vt ego vidi, non est illa quadra linea, quam Hispani appellant filiolam, sed quedam tabella serica ad cooperiendum calicem, dum est in altari, nō autem ad ipsum eleuandum. Hæc adnotauit nequis arbitretur singulare esse ordini nostro calicem discoopertum eleuare.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum possit sufficienter occurrere defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus, statuta ecclesiæ seruando.



DE defectibus tandem contingere solitis quaritur, vtrum possit illis occurrere. Apparet enim ecclesiam pugnantiæ præcepta de celebratiōe misarum posuisse. Respondetur autem vnica conclusiōe: scilicet, quòd cunctis defectibus potest occurrere, idq; vno quatuor modorum, aut præueniendo ne accidant, aut illos emendando si acciderint, aut remedium adhibendo, aut saltem per poenitentiam de illis dolendo: ecclesia namq; , sicut Deus, nihil præcipit impossibile. Defectus autem hic S. Tho. septem subne-
 Tit. Primus est naturalis sine culpa: quare arguitur primò. Contingit siquidem, q̄ sacerdos in progressu missæ, vel ante consecrationem, vel post antequam species sumat, vel moriatur, vel mente alienetur, vel aliqua corripatur morbi procella ne sacramētum possit perficere: ergo tunc non potest adimplere statutum ecclesiæ, vt sacerdos sacramētum perficiat. Respondetur, q̄ si sacerdos ante consecrationem corporis morte, vel alia graui infirmitate præoccupetur, nō oportet per alium suppleri. Si verò cōsecrato corpore id acciderit, vel etiam sanguine, ante summptionē, debet per alium missæ celebritas suppleri: sunt enim verba Toletani Cōcilij. 7. q. 1. can. Nihil. Censuimus conuenire, vt cū a sacerdotibus missarum tempore mysteria sacra consecrātur, si ægritudinis accidat cuiuslibet euentus, quo cœptū nequeat cōsecrationis explere mysteriū, sit liberū episcopo, vel presbytero alteri cōsecrationem exequi cœpti officij. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysterijs conuenit, quā vt aut incipientis,

Conclusio.

Primus defectus.

Concilium Toletanum. 7. q. 1. can. Nihil.

piensis, aut subsequenti benedictione sunt completa sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfecta ordine compleatur. Cum enim sumus omnes vnum in Christo, nihil contrarium diuersitas personarum format, vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Ne tamen quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus absq; præuentu patenti molestiæ minister, vel sacerdos cū cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hoc temerariè præsumpserit, excommunicationis sententiam obtinebit. Circa hoc notādum primū, in tali casu inde procedendum, vnde cessatum est. Dubitaret hic tamen quispiam, vtrum in tali casu si nullus posset haberi sacerdos ieiunus, posset ille, qui non est ieiunus, sacramētum perficere & sumere. Absq; dubio posset: quia vbi duo præcepta sibi obuiant, in eā partem est inclinādum, quæ magis refert: at præstantius est præceptum, vt sacramētum perficiatur, quàm prohibitio, ne quis ieiunus sumat. Si verò sacerdotis copia haberi non posset, sciscitatis, vtrum laicus, qui paratus esset ad communionē, sumere posset cōsecratas materias. Respondetur, minimè id fas esse: quia sanguinē in primis laicum sumere nefas est, sed neq; hostiā sumere debet: quia laico non licet sacramētum perficere, sed esset hostia reseruanda in pyxide. Quid autem de calice? Nam si seruaretur periculo subiaceret ne species in acetum corrumpentur. Respondetur, potius subeundum esse illud periculū, q̄ laico liceat ministrare calicem. Si enim adhibita diligētia, vt sacerdos alia die perficiat sacramētum, fieri id non potest, & species corrumpantur, tunc in picinā sunt projiciendæ. Perplexior autē ambiguitas est, vtrum sacerdos, qui tunc adesset, teneatur sacramētū perficere. Faciamus namq; non adesse, nisi sacerdotem concubinariū, qui existit in peccato mortali, qui proculdubio si in peccato sacramētū sumeret, mortaliter peccaret: quare nullatenus tenetur in peccato sumere: quia ad peccādum nemo obligatur. Vtrum in tali casu teneatur verè cōteri, & occasiōes peccati abscindere ad perficiendum sacramētum. Respondentur tria. Primum, q̄ quantū ad tenorem concilij attinet, nō tenetur: quia concilium non ait, nisi quòd sit liberum alteri consecrationem exequi: & ideo simpliciter concubinarius ille non obligatur ad rem-

Dubium.

Laicus nō sumit species consecratas.

Sacerdos concubinarius nō tenetur missam prosequi.

secundum defectus.

Tertius defectus.

Aranea in calicem introducta & ambusta, cineres debent in piscinā mitti, & species sumi. Intelligit si animal est sumptu horribile, nā si sit exigua muscula, deglutiri debet ad excusandas illas ceremonias. Si autem venenum deprehenderit esse immixtum vel venenosum animal, nō sunt species sumendæ.

Si 2 sumendæ,

sumenda, ne calix vitæ in mortem cedat, sed debet diligenter seruari cum reliquijs, & aliud denuo consecrari vinum: species verò, quando diu manet species vini, sunt adseruanda, quando verò fuerint corruptæ, mittenda sunt in piscinã. ¶ Contra hoc autem quod ait D. Tho. denuo consecradum aliud vinum, colligitur argumentum ex quaestione precedenti art. 4. vbi diximus, quod si hostia, vel calix appareat sub forma carnis aut sanguinis, sacerdos absoluitur à sumptione, licet sit consilium iterum consecrare. Respondetur, non esse simile: quia miraculum non comprehenditur sub lege, & Deus tunc miraculum operatus absoluit à lege sumptionis. Secus vbi non est miraculum. ¶ Quarto, contingit quandoque per negligentiam ministri, quod non apponitur aqua, aut nec apponitur vinum: ergo tunc perplexitas est vel sumendi corpus sine sanguine, vel nec sumendi corpus nec sanguinem. Respondetur, quod si consecrata hostia ante calicis consecrationem id percipiatur, debet calix refici apposita aqua, vel vino si defuerat. Si verò post consecrationem sanguinis rescuerit, non fuisse aquam appositam, debet procedere: quia aqua non est de essentia, licet negligentia rea sit poena. Nam si tunc aqua sanguini apponeretur particulam consecratarum specierum corruperet. Si verò tunc perceperit vinum non fuisse appositum, & nondum corpus sumpserit, debet vinum in fundi, & resumere forma consecrationis tantum calicis. Si tamen hoc perceperit post sumptionem corporis, debet sacerdos aliam apponere hostiam iterum consecradam simul cum sanguine. Et ratio est, quia vel sufficeret tunc sanguinem consecrare & illico fumere, prætermisissis signis & verbis, quæ fiunt à consecratione calicis usque ad sumptionem: & hoc non, quia cum in illis fiat mentio sanguinis & corporis, sequitur ut quæ illuc usque facta fuerint non fuerint legitima, atque adeo sint iterum repetenda. Si autem repetantur omnia, tunc, quia hostia nulla est, pariratione non fiet legitime: quia fieri debent simul super corpus & sanguinem, ut verè dicatur, Panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Et, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumperimus, &c. ¶ Quod si arguas. In solutione proxima dictum est, quod dum venenum in calice deprehenditur etiam sumpto corpore, satis est vinum iterum consecrare & statim fumere: ergo pari modo dum reperitur esse me-

ram aquam. Negatur consequentia: quia vbi erat venenum, erat legitima consecratio: quare verba & cruce non erant repetenda, quia legitime fuerat facta. Vbi verò est mera aqua, nunquam fuit sanguis cum corpore. Scotus dist. 8. q. 3. ait satis tunc esse vinum tantum consecrare, & fumere, sine signis & verbis: quia illa non sunt de essentia sacramenti. Respondetur autem, quod licet non sint de essentia, sunt tamen de præcepto ecclesiæ, & plurimum habentia significationis & mysterij, & ideo dum commodè seruari possunt, seruanda sunt. Quod si arguas. Saltem si particula mansit in calice, satis est vinum consecrare: nam tunc erit simul hostia & sanguis ad faciendum signa. Respondetur, quod non possunt fieri commodè omnia signa, ut illæ cruce, quæ fiunt hostia super calicem. ¶ His tamen non obstantibus, licet vbi homo priuatim coram vno vel duobus celebrat, consultius sit opinionem S. Thomæ seruare, tamen vbi in publico, & præsertim coram aliquo magnate celebratur, ad euitandum scandalum & turbationem populi fortè, non esset absurdum, ut sacerdos secretò fingens lotionem fumere, vinum tunc in funderet & consecraret, & fumeret: nam scandalum excusaret præsertim cum iam fuerint facta signa super hostiam, licet non legitime super calicem. ¶ Quinto arguitur. Vbi venire solet, quod sacerdos memoriam non habeat an verba consecrationis dixerit, vel etiam alia, quæ in celebratione sacramenti dicuntur: videtur ergo peccare in hoc casu siue iteret verba super eandem materiam, quæ fortè iam dixerat, siue vtatur pane & vino non consecrato. Respondetur, primo, quod non quocumque sacerdos fuerit dictorum immemor, mente perturbari debet: qui enim multa dicit, non omnium recollit, nisi dum reflectitur considerans hoc dicere: per illam enim reflexionem res efficitur memorabilis. Quare licet quis attentè loquatur, nisi illam reflexionem faciat, scilicet, Hoc dixi, non adeo res memoriam imprimatur: nam ut habetur in lib. de memoria & reminiscetia, obiectum memoriam est quando res apprehenditur, ut præterita. Atque hoc debet scrupulose discere & obseruare, ne quotiescunque que sibi videantur obliuisci, id repetant. Si tamen probabiliter constet aliquam omisississe, tunc si id non est de essentia sacramenti, consilium est procedere, & non iterum resumere. Si verò sit de essentia, ut si certificetur se omisississe formam consecrationis, tunc debet resumere totum

totum, sicut si defecisset materia vini. Sed nota, si certificetur: quia non quicumque scrupulosus sufficit ad resumendum. ¶ Sexto arguitur. Accidere potest, ut propter rigorem frigoris languenti sacerdoti manu hostia labatur in calicem, siue ante fractionem, siue post, & tunc non potest impleri legitima fractio, aut quod sola tertia pars mittatur in calicem. Respondetur, quod fractio illa, & immisio non pertinet nisi ad corpus Christi mysticum, sicut mixtio aquæ significat populum. Et ideo horum prætermisio non infert necessitatem repetendi quod omisissum est. ¶ Septimo arguitur. Accidere potest per negligentiam sacerdotis, aut sanguinis effusio, aut vomitus sacramenti, aut hostiæ diu asseruata corruptio, aut corrosio à muribus, in quibus casibus non videtur huic sacramento debita reuerentia exhiberi secundum ecclesiæ statuta. Respondetur, ex canon. Pij papæ, Si per negligentiam, de consecratione dist. 2. vbi præcipitur, quod si quid sanguinis stillauerit in tabulam, lingua lambatur, & radatur tabula. Si verò non fuerit tabula radatur terra & igni consumatur, & cinis intra altare recondatur. Tamen si commodior videretur, ut projiciatur in piscinam. Sacerdos verò quadraginta dies poeniteat. Si autem super altare stillauerit calix, minister stillas sorbeat, & tribus diebus poeniteat. Si super linteum altaris & ad aliud stilla peruenerit, decem diebus poeniteat. Si usque ad tertium, nouem diebus poeniteat. Si usque ad quartum, viginti diebus poeniteat, & linteamina, quæ stilla tetigerit, tribus vicibus lauet minister calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recodatur. Posset etiam sumi in potum à ministro, nisi propter abominationem dimitteretur. Quidam autem vltimus partem illam linteaminum incidunt, & comburunt, & cineres in altari, vel sacrario reponunt. Subditur autem ead. dist. can. Si quis per ebrietatem, qui est ex poenitentiali Bedæ presbyteri, si quis per ebrietatem vel voracitatem eu charitatem euouerit, quadraginta dies poeniteat si laicus est: clerici seu monachi, seu diaconi & presbyteri septuaginta diebus poeniteant, episcopus nonaginta. Si autem infirmitatis causa euouerint, septem diebus poeniteant. Et ead. dist. legitur ex concilio Aurelian. can. Qui non bene custodierit sacramentum, & mus vel aliquod aliud animal comederit, quadraginta diebus poeniteat. Qui autem perdidit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit,

& non inuenta fuerit, triginta diebus poeniteat. Et eadem poenitentia videtur dignus sacerdos per cuius negligentiam hostia consecrata putrefiunt. Prædictis tamen diebus debent poenitentes ieiunare, & à communione cessare: pensatis tamen conditionibus negotij & personæ potest addi, vel minui ad poenitentiam prædictam. Hoc tamen obseruandum est, quod vbi cumque species integræ inueniuntur, sunt reuerenter conseruanda, vel etiam sumenda: quia manentibus speciebus manet ibi corpus Christi, ut supra dictum est. Ea verò, in quibus inueniuntur, si commodè fieri potest, sunt comburenda cinere in sacrario recodito, sicut de rasura tabulæ dictum est.

✿ D I S T I N - ctio decimaquarta de poenitentia secundum se.



POST hæc sacramenta tria, quæ per se ad vitam attinent spirituales, quartum est poenitentia, quæ lógè posita à Deo necessaria est medicina. Est enim poenitentia sacramentum remissionis peccatorum, quæ post baptismum committuntur. Quare, ut ait Hieronymus, secunda tabula est post naufragium. Vnde materia eius peccata sunt per contritionem confessionem & satisfactionem clauibus ecclesiæ subiecta. Forma verò, Ego te absoluo, ex verbis Christi collecta. Quodcumque solueris super terram erit solutum, & in caelis. ¶ Est ergo poenitentia euangelicum sacramentum, secundum il

Definitio sacramenti poenitentia.

Hiero. ad Metriadem.

Matt. 16.

Cap. 2.

lum Lucae ult. Oportebat Christū pati, & resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine ei⁹ pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Quapropter vniuersis, qui crimine aliquo mortali fordescunt, necessarium sacramentum est, admonente Domino. Si pœnitentiam non habueritis, omnes simul peribitis. Atque adeo quoties homo relabatur, toties idem est iterabile sacramentū. Respondit enim Christus quærenti Petro, Quoties delicta delinquentibus dimitteret. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

Luc. 13.

Matth. 16.

Cap. 3.

¶ Neq; verò solum dum homo ecclesie clauibus, vt per eius ministrum absoluetur, subiicitur, sacramentum est, verum & pœnitentis actus, qui eius materia existit, vera sunt virtus, quam & Præcursor ac subinde Dominus prædicabant, dicentes, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Est autem specialis virtus, ad iustitiam attinens vindictiuam, iuxta verbum Augustini, Pœnitentia est quædam dolentis vindicta puniens in se, quod dolet commisisse. Cui alludens Ambrosius, Pœnitentia, inquit, est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere.

Lib. de vera & falsa pœnit. & de pœnit. dist. 3. c. 1. Pœnitentia. 2. Ambros. in quodam sermone. De pœnitentia. d. 3. can. 1. 1. 1.

Cap. 4.

¶ Causam verò, licet Deū habeat potissimā, qui illam infundit, habere etiam potest & timorem ser-

uilem, iuxta verbum Esaia, A timore tuo Domine concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis.

DISTINCTIO
nis decimæ quartæ, Quæstio prima de Sacramento pœnitentiae qua ratione est sacramentum.

S. Tho. 3. part. quæst. 84.

ARTICVLVS. I.

Vtrum pœnitentia sit sacramentum.



PRIA sacramenta, de quibus hætenus actū est, vt dist. 1. q. 6. dicebamus, ad perfectionem spiritualis vite per se attinet, ceu eius generatio, augmentatio & nutritio. Hoc verò quartū pœnitentiæ per accidens eidē vite est necessarium: nēpe lōgē positus à Deo tāquam medicina ad remouendū lethale peccati morbum.

In hoc verò tractatu, sicut neq; in præteritis, nō possumus ordinē Magistrī sententiariū omnino persequi. Nam etsi quā plurima ex sanctis patribus diligenter congerat, non tamē ea ordinis luce, quæ necessaria esset. Quapropter D. Tho. alium est ordinē sequutus: Proponit enim sex de pœnitentia differere. Primum scilicet, de ipsa in se pœnitentia: secundū de eius effectu: tertium de partibus eius: quartū de suscipiētibus hoc sacramentū: quintum de ministrorū potestate, quæ ad clauas pertinet: sextum deniq; de solennitate huius sacramenti. At verò quia mors inuida eum ante diem nobis sustulit, qua de causa tantū prima duo membra scripta nobis reliquit, eundem ferè nos ordinem pro nostra virili, Deo dāte, imitabimur. Tametsi quartum membrum de suscipiētibus tertio: nempe, inter materiam confessionis miscébimus. Et sextum de solennitate pœnitentiæ inter materiam satisfactionis. Igitur nouē distinctionibus materia hanc absoluemus. In quarū tribus primis vsq; ad sextā decimam de pœnitentia secundū se, & de eius effectu, ac demū de peccatorum

Ordo autem.

conclusio.

catorum reditu, & recuperatione virtutum. Et in tribus alijs vsque ad decimam nonam de tribus partibus pœnitentiæ, scilicet, contritione, confessione & satisfactione. Ac demum in tribus reliquis vsq; ad vigesimam secundam de ecclesie clauibus, deq; eius duabus potestatibus, quæ sunt indulgentiarum cōcessio & excōmunicatio. Quò rem ergo exordiamur: pœnitentia inter reliqua sacramenta hoc habet singulare, quòd non solum ecclesie sacramentum est, sed & virtus mētis Baptismus nanq; , & confirmatio & reliqua, nisi diuinitus super naturā instituta esset nulla virtutis ratione pollerent, nisi matrimoniū excipias: quod est officium naturæ. Pœnitentia verò antequam sacramentum esset: virtus erat. Quapropter duæ sunt distinctionis præsentis quæstiones. Prior, scilicet, de pœnitentia sacramento, posterior verò de pœnitentia virtute. Nam etsi alij, quorum est Durandus, congruētius conuerso ordine videantur incipere à pœnitentia virtute, pro eo qd actus interior exteriorē præcedit, nihilominus ordo hic noster congruētior est: tū qd cū tractatus præsentis sit de sacramento: ab hac ratione exordiedum est, tum præsertim qd post enūciatum euangelium actus interior non habet rationem virtutis pœnitentiæ, nisi votum includat sacramenti. Quare prius est de obiecto isto dicendum, à quo virtus speciem sortitur, Cigitur primus articulus est, vtrum pœnitentia sit sacramentum. Et respondetur affirmatiua conclusione: scilicet, manifestū est qd pœnitentia, quæ in ecclesia agitur, est sacramentum. Probatur primò. Sicut baptisimus adhibetur ad purificandum ab originali peccato ita & pœnitentia ad remittendū actuale. Vnde Petrus Simoni Actu. 8. Pœnitentiam, inquit, age ab hac nequitia tua: sed baptisimus est sacramentum: ergo & pœnitentia. Secundò. Sacramentum secundum Gregorium. 1. q. 1. can. Multi. in aliqua celebratione consistit: cum res gesta ita sit, vt aliquid significatiuè sanctè accipiamus, quod sanctè accipiendum est: manifestum est autem qd in pœnitentia ita res gesta fit, quòd aliquid sanctum significatur, iam ex parte peccatoris pœnitentis, quā ex parte sacerdotis absoluentis: nam peccator pœnitens per ea, quæ facit & dicit, ostendit cor suum à peccato recessisse: similiter sacerdos per ea, quæ agit, & dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccatum. Doctissime ergo Diuus Thom. non

solum probat, pœnitentiam esse sacramentum, sed id ab vtraque parte habere, scilicet, pœnitentis & absoluentis: nam vtrinq; est inuisibilis gratiæ visibilis forma: quæ est Augustini definitio.

¶ Nunquam defuerunt, nec defunt in ecclesia hæretici in sacramentum hoc oblatrantes, de quorū iniquitate & pernicie arti. 5. & post modum dist. 18. in materia confessionis mentio à nobis facienda est. Interim ergo hoc solum notato, qd cōclusio hæc D. Thomæ non solum scholastica est, & doctorum assertio, sed fides catholica, neq; tantum pōtificio iure, verum & diuino firmata. Est enim sacramentum, vt dist. 1. exposuimus, sacre rei signum quatenus res illa hominem sacrat, est autem pœnitentia signum gratiæ, qua intus homo à peccatis absoluitur, est ergo sacramentum. Minor autem fundatur super loco illo Matthæi. 16. Tibi dabo clauas regni cælorum, quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Et Ioannis. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis retenta erunt. Quæ quidem loca citato loco elucidauimus. Quapropter ecclesia. capitu. Ad abolendam, & hæreticis eos: qui vel de alijs sacramentis, vel de peccatorum confessione aliter sentire, aut docere non metunt: perpetui anathematis vinculo innodauit. Et vt alia plura cōcilia prætermittamus, Florentinum, cui & Tridentinum subscripsit, Quartum, inquit, sacramentum est pœnitentia.

¶ Sed vt rem cum catholicis agamus, nomē pœnitentiæ, quatenus euāgelicum est sacramentum: ignotum latinis gentibus, vt res ipsa, fuit: sed qua rōe est virtus, quæst. sequenti videbimus an sit latinum, quodq; sit eius significatū. Pro quo autē supponat, vt more dialectico loquamur, non est inter doctores conuentum. Scotus quippe præsentī dist. q. 4. pro sola sacerdotis absolutione supponere arbitratur. Quare definiens pœnitentiam, ait. Pœnitentia est absolutio hominis pœnitentis facta certis verbis, cum debita intentione prolatis à sacerdote iurisdictionem habente, ex institutione diuina efficaciter significatibus ablutione animæ à peccato. Neq; verò eius assertio ratione in superficie caret. Sacramentum enim, vt modò dicebamus, signum est, & causa gratiæ, hoc autē soli formæ cōuenit.

Sf 4 Ego

Expositio articuli.

Conclusio catholica.

Dubium.

Scotus.

Definitio pœnitentiæ.

Ego te absolvo. Nam gratia non confertur, nisi per claves ecclesie, quibus sacerdos utitur. Adde, quod poenitentia virtus, quae in corde sistit, ut signum non est visibile, ita nec sacramentum esse videtur, nec pars sacramenti. Ex his infert Scotus totam essentiam sacramenti esse absolutionem. Vnde distinct. 16. quaest. 1. infert, sacramenti poenitentiae non esse partes illas tres, quae sunt, contritio confessio, & satisfactio, quia illae non sunt partes sacramenti, sed praeparationes. Ac subinde secundum eum consequitur, ut nomen, sacramentum poenitentiae, non faciat sensum, quem vocant intransitivum, ut sacramentum poenitentiae, sit poenitentia, sed sit locutio transitiva, ut sacramentum poenitentiae idem sit, quod absolutio poenitentis. *Reprobatur definitio Scoti.* At verò primum omnium definitio illa poenitentiae, ut de baptismo diximus, nimium est longa, quippe quae plura continet, de quibus disputandum est: nempe, an confessio facta sine legitima intentione sit sacramentum, & an requiratur iurisdictio, & institutio divina. Definitio autem debet esse brevissima communis animi conceptio, ut Aristotele. 1. posterior, text. 5. docet, & ideo satis lucide in textu poenitentiae sacramentum definiimus: dicentes quod sit sacramentum remittendi peccata, quae post baptismum committuntur. Illic enim & proximum genus ponitur definiti, & loco differentiae proprius eius effectus exprimitur, quo & à ceteris sacramentis, quae non sunt in remissionem peccatorum instituta, distinguitur, & à baptismo quo originale remittitur. *Secundo dicere quod absolutio sacerdotis sit sacramentum poenitentiae, non videtur rei consonum: imò ut cum bona venia illustris doctoris loquamur, à canonico loquedi more dissonat: quia, ut Florentina Synodus affirmat, omne sacramentum constat ex materia & forma: iuxta verbum Augustini. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Si autem absolutio est tota substantia sacramenti, non dabitur huius sacramenti materia, quae sit eius pars. Imò expresse ait Synodus, quod actus poenitentis sunt: quasi materia. Neque ait, quasi, insinuans non esse verè materiam, sed eo quod non sunt materia extrinsecus apposta, ut aqua in baptismo, & chrisma in confirmatione. Tertio, quia oratio haec, sacramentum poenitentiae intransitivum (ut aiunt) accipienda est, ac si dicas, sacramentum quod est poenitentia: sicuti sacramentum baptismi est*

ipse baptismus, & sacramentum confirmationis, ipsa confirmatio. Quare bene ait Sanctus Thomas, quod poenitentia est sacramentum & Florentina Synodus. Quartum sacramentum est poenitentia. Absolutionem verò quis dicat esse poenitentiam, cum non sit actus poenitentis? Imò verba ipsius Scoti secum pugnant, dum ait. Poenitentia est absolutio poenitentis: nam poenitentia actus est poenitentis. Etenim, ut habetur in lib. de vera & falsa poenitentia, cap. 19. qui quidem liber tanquam Augustini refertur, poenitere est poenam tenere. Vnde cum absolutio non sit actus nisi sacerdotis repugnantia est, ut poenitentia sit absolutio. *Quarto arguitur.* In sacramentis non sola forma est signum, & causa gratiae sacramentalis, sed etiam materia ratione formae: non enim sola forma baptismi, sed ablutio ipsa est causa gratiae, materia verò poenitentiae sunt peccata contrita & confessio: ergo & ipsi actus poenitentis concurrunt etià ad gratiam tanquam pars sacramenti, ut bene infra docet Divus Thomas, quaestio. 86. articulo. 6. Nam ut hic ait Caietanus licet Divus Thomas, in. 4. d. 22. q. 2. ar. 1. putaverit solam formam in sacramento poenitentiae habere rationem causae, sicut in sacramento eucharistiae, doctius hic tamen tam materiae, quam formae eandem efficaciam tribuit. Haud enim solum quia homo absoluitur, sed quia contrititur, confitetur, & absoluitur, recipit gratiam sicut & in baptismo quia sub tali forma abluuntur. Atque hoc praesertim deberet Scotus concedere, qui tenuit sacramenta non aliter concurrere ad gratiam, nisi tanquam causa sine qua non. Quis enim ambigat, quin hoc pacto contritio & confessio concurrat? Nos autem dicimus non solum hoc modo, sed tanquam vera instrumenta Dei concurrere, sicut & actus contrahentium matrimonium qui sunt materia & forma sacramenti. Et haec est opinio antiquorum: nempe Alexandri. 4. parte. quaestione. 60. membro. 2. Ricardi in. 4. distinctione. 16. articulo. 1. quaestione. 2. ubi ait, quod non solum confessio: verum & contritio poenitentis concurrat ad gratiam, non solum quatenus virtus, sed etiam quatenus pars materiae sacramenti. Vnde si utranque rationem contritionis coniungas, ipsa per Dei auxilium principalior est ad effectum gratiae. Sed si rationem solam quatenus est pars sacramenti, consideremus principaliter concurrat forma, quae se tenet ex parte sacerdotis clauium

est signum ratione formae, ac perinde causa. Quare actus poenitentis clauibus ecclesiae subiecti causa sunt sacramentalis gratiae. Atque adeò nomen sacramenti pro ipso supponit connotando formam in obliquo. *Quod si roges, cum tres sint actus poenitentis, pro quo illorum supponat. Apparet enim, quod si poenitentia est poenitentiae tenentia, pro sola satisfactione supponat. Ex altera parte Durandus ait, pro sola confessione, & absolutione supponere. Nam confessio est proxima materia sacramenti. Quare ait, dicendum potius esse sacramentum confessionis, aut absolutionis, quam poenitentiae. Nihilominus respodetur, supponere pro tribus actibus poenitentis, sicuti domus pro composito ex lapidibus & lignis, ut expresse praedicta synodus Florentina asserit. Alioqui minimè essent tres partes poenitentiae, & per omnes tres, etiam per contritionem, ut ait Sanctus Thomas in Quarto, distinct. 16. quaest. 1. articulo. 1. quaestione. 3. poenitens poenam tenet: unde & ille actus internus dolor dicitur de peccatis. Eandemque poenam per verecundiam confessionis sustinet, ac demum per opera sibi in satisfactionem iniuncta. Quocirca ad secundum argumentum in fauorem Scoti & Durandi factum respondetur, quod etsi contritio per se non sit sensibilis, sentitur tamen per exteram confessionem quam in voto includit: sicuti consensus contrahentium per hoc quod foris exprimuntur, efficiuntur materia & forma. Quapropter licet omnes actus sint materia, confessio tamen est materia proxima. Quamobrem in citato cap. Ad abolendam, hoc dicitur sacramentum confessionis. Sed nihilominus generali usus dicitur, ut ait citata synodus Florentina, sacramentum poenitentiae. Itaque sicut baptismus ratione materiae dicitur ablutio: sic & hoc sacramentum à materia sumit denominationem. *Quod si arguas. Nonnunquam fit sacramentum poenitentiae sine legitima contritione: ergo illae non sunt partes essentielles. Respondetur, quod cum materia de necessitate confessionis sint peccata mortalia, non est perfectum sacramentum sine attritione, vel contritione: & saltem, ut fit sacramentum, licet non conferat gratiam, requiritur nonnulla metis displicentia, ut infra dicemus. De satisfactione verò, ubi clavis non errat, respondetur etiam aliquam esse iniungendam, ut dist. 18. patebit. Secundo respondetur, quod quia satisfactio est pars, quae**

clauium potestate utentis. *Quinto arguitur.* Quamvis forma sacramenti sit causa gratiae, non tamen ideo est tota substantia sacramenti: Baptismus enim non est verborum prolatio, sed, ut nomen sonat, ablutio ipsa. *Postremo negare quod sint tres partes poenitentiae etiam qua ratione est sacramentum, non est sincerè, & castè seruare orthodoxam doctrinam patrum. Maxime cum satisfactio, quae est tertia pars, per sacerdotem sacramentum administrantem iniungatur. Durandus sentire videtur distinctione praesenti quaestione. 3. et Marsilius affirmat in. 4. quaestione. 10. articulo. 1. quod sacramentum poenitentiae non sit una actio, sed aggregatum ex actibus poenitentis, & absolutione sacerdotis. Id quod cuiuspiam forsitan prima facie videtur hic Divinus Thomas insinuare. Neque ratio naturalis videtur huic opinioni refragari: nam forma in naturalibus pars est substantiae componens totum: est enim homo compositum ex materia & forma. Cum ergo absolutio sit forma sacramenti, apparet ut nomen sacramenti supponat pro illa, & actibus poenitentis, qui sunt materia. Contra hoc autem stat argumentum: nam si sacramentum poenitentiae idem sit quod poenitentia: cum absolutio non sit pars poenitentiae, fit ut nec sit pars sacramenti. *Ugitur congruentius est, ut sicut de baptismo diximus, ita & de poenitentia dicamus. Etenim quia sacramentum non est res naturalis, sed artificialis, non supponit pro aggregato ex materia, & forma, ut homo, sed pro materia connotando, ut tali sibiaceat formae, quemadmodum statua non supponit pro aggregato ex ligno, & forma accidentali (sicuti neque album pro aggregato ex corpore & albedine,) sed pro ligno, aut pro lapide. Vnde, ut baptismus non pro aggregato ex ablutione & forma, sed, ut nomen sonat, pro ablutione supponit connotando, ut fiat sub tali forma, ita sacramentum poenitentiae supponit pro actibus poenitentis, qui sunt materia sacramenti connotando, ut subdatur formae eiusdem sacramenti, quae est absolutio. Et sic saluatur, ut sint tres partes poenitentiae, qua ratione est sacramentum. Atque hoc S. Tho. in praesentia sentit, ubi ait, quod poenitentia est sacramentum. *Vnde ad primum argumentum Scoti conceditur, sacramentum esse id quod est signum & causa gratiae: negatur tamen, quod sola forma sit tale signum & causa: imò materia***

*Solutio dubij**Durandus.**Quartum argumentum.**Solutio dubij**Argumentum.**Argumentum dilutio.*

sequitur absolutionē, vbi perficitur sacramentum, licet non vlla fiat, non inualidatur sacramentum. Quare satisfactio est pars integralis, vt manus & digitus, non tamen omnimoda essentia: quia sanē illa esse potest sacramentum: veluti de vltimis verbis consecrationis calicis dictum est. De his autem partibus infra distinct. 16. Ad aliud argumentum in fauorem Durandi & Marfil. negatur, formam sacramenti debere esse propriē partem sacramenti, sicut forma statuae non est pars eius, neque albedo, pars albi, sed accidēs eius. Quod si arguas. Forma sacramenti est de essentia ipsius: ergo est pars eius negatur consequentia. Est enim de essentia, quia sine illa sacramentum non perficitur. Nihilominus, quia sacramentum est sicut res artificialis forma, quae est de eius essentia non est pars eius, sicut forma statuae, est quidem de essentia statuae, in quantum statua, nihilominus non est pars: quia non est de essentia subiecti. Et res fit manifesta in forma consecrationis eucharistiae: cum enim sacramentum non supponat, nisi pro speciebus continentibus corpus & sanguinem, vel si maus pro rebus contentis, forma sacramenti non est pars eius, sed cōsecrans & perficiens ipsum. Hoc autem discrimen ab hoc loco Christianē & catholicē discere incipiamus inter materiam aliorum sacramentorum, & hāc huius: quod aliotum materia (excepto matrimonio) res est, aut naturalis, aut artificialis, vt aqua & chrisma, & panis, quae specialiter à Deo hoc tantū habet, quod sit tanquam pars sacramenti instituta: materia verò huius: nempe, contritio, si sit perfecta, res supernaturalis est per auxiliū speciale diuinitus inspirata, iuxta illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum: & Apostolus. 2. ad Timoth. 2. Ne quando (id est, si quando) Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciat à Diaboli laqueis. Vnde Augustinus de fide ad Petrum. cap. 33. firmissimē, inquit, tene, & uullatenus dubites, neminem hic posse hominum poenitentiam agere, nisi quem Deus illuminauerit. Sed de hoc quaest. sequenti artic. 5. latius. Est enim Pelagianus error aliter credere. Secus de attritione quae absq; sacramento ad gratiam non sufficit. Hęc enim naturaliter haberi potest.

Primum argumentum. Primum argumentum Sancti Thomae est. Sacramenta, vt ait Grego. can. Multi, citato. 1. quaest. 1. sunt baptismus, chrisma, corpus

Discrimē poenitentiae & aliorum sacramentorum.

Augustinus

& sanguis Christi, &c. quae ob id sacramenta dicuntur, quod sub tegumēto corporalium rerum diuina virtus secretiūs operatur salutem: in poenitentia verò huiusmodi res corporales non existunt: ergo non est sacramentum. Respondetur negata minori: quoniam nomine corporalium rerum intelliguntur actus exteri poenitentis & absoluentis, qui se habent sicut in alijs sacramētis aqua vel chrisma. Est autem, inquit, attendendum, quod sicuti corporum medicamina duplicis sunt generis: quaedam enim sunt res, quae applicatur, vt emplastra aliae verò sunt actus ipsius infirmi, vt exercitationes: sic in sacramentis quaedam sunt, in quibus propter exuberantem, quam conferunt, gratiam, & virtutē excellentē, praeter humanos actus, adhibetur materia extrinsecus, sicut in baptismo, vbi fit plenissima remissio peccatorum quantum ad culpam & poenam: & in confirmatione, vbi datur plenitudo Spiritus sancti, vt dictū est: & in extrema vnctione, vbi confertur perfecta sanitas spiritualis: hoc est, abstergetur reliquiae peccatorum: qui quidem effectus virtute passionis Christi per huiusmodi applicata instrumenta, quasi per extrinsecam principia proueniunt. Est ideo in istis sacramētis non requiruntur actus humani, sed solū ceu dispositio suscipiētis. Sunt tamen alia sacramenta, vt poenitentiae & matrimonij, quae habent effectum actibus humanis correspondentem, non quod nō sit supranaturalis, sed quod datur per actus humanos actiue concurrentes, tanquam instrumenta Dei: quare huiusmodi actus poenitentis sunt materia, & in matrimonio inuicem sunt materia & forma, vt distinct. 1. dictum est. Subicit autem sacramentum eucharistiae, quod per cōsecrationem perficitur, & cuius vsu corpus & sanguis applicatur & suscipitur. Et sacramentum ordinis, vbi potestas suscipitur ecclesiastica. Insinuat hic praeterea in sacramētis poenitentiae & matrimonij minus gratiae sacramentalis conferri virtute sacramenti, quam in reliquis sacramentis, nisi deuotio & feruor contritionis illam augeat. Durandus distinct. 3. aliter hoc sacramentorum discrimen explicat: videlicet, quod vbi sacramentum suscipiēs adsumitur ad aliquam potestatem, seu mācipatur ad aliquid faciendum seu suscipiendum, tūc adhibetur aliqua materia exterior, vt in baptismo, vbi recipitur potestas suscipiēdi sacramenta. Per poenitentiam verò

simile.

Durandus.

verò nō recipitur huiusmodi potestas, sed fit remissio peccatorum. Sed tñ hoc discrimen stare non potest, nam per extremam vnctionem nulla potestas suscipitur, & tamen fit per applicationē chrisimatis. Et è cōuerso. per sacramentum ordinis acquiritur potestas conferendi sacramenta, quod tamen nō confertur per vnctionem chrisimatis. Cuius exemplum ponit Durandus, sed per traditionem hostiae & calicis. Alij nullam rationem exquirunt, nisi quia Deus ita instituit. Attamen cum Deus omnia suauiter disponat, reddenda est ratio, hęc autem non inuenitur cōgruentior illa, quam Diuus Thomas ponit. Secundo arguitur. Sacramenta ecclesiae per eius ministros exhibentur, secundum illud. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: poenitentia verò non exhibetur à ministris Christi, sed intrinsecus Dei ope inspiratur, secundum illud Hieremiae, 31. Postquam cōuertisti me, egi poenitentiam: ergo nō est sacramentum. Respondetur ad maiore, q; in sacramētis materiam habentibus extrinsecam, eam oportet, sicut formam sacramenti, per ministrum ecclesiae gerentem personam Christi, adhiberi, in signum quod excellentia virtutis in sacramento operantis est à Christo: sed in sacramento poenitentiae, quia actus humani sunt materia, illam nō minister, sed poenitēs Deo p internā inspirationē operante applicat. Complementum autem sacramenti exhibet minister poenitentem absoluens. Vbi id quod supra diximus, adnotatō, videlicet, absolutionem non esse sacramentum, neque verò partem eius, sed eius complementum. Per hoc soluitur argumentum aliud, quo arguitur actus poenitētis non esse sacramentū neq; verò partes eius: quoniam ante absolutionem nec contritio nec cōfessio rationem habent sacramenti. Respondetur, inquam, q; esto prius non sint partes, efficiuntur tamen tunc quando adueniēs absolutio complet rationem sacramenti: tunc enim licet praecesserint, informantur. Ex quo fit vt in hoc sacramento non requiratur, vt materia, & forma eodem temporis momento concurrant. Tertio arguitur. In sacramentis, de quibus haecenus diximus, est aliquid quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res & sacramentum, & aliquid quod est res tantum: in hoc verò sacramento non sunt hęc tria, ergo non est sacramentum. Negatur mi-

Tertium argumentum.

norimò in poenitentia actus exterius exercitus, tam confessio, scilicet poenitentis, quam absolutio sacerdotis est sacramentum tantū. Videtur hic S. Thomas sentire, quod aggregatiū ex cōfessione & absolutione fit sacramentum. Sed tamen sanē intelligendum est, quod nomē Sacramēti supponit pro materia, vt perficitur per formā. Res autē & sacramentum est poenitentia interior peccatoris, sed res tantum est gratia, per quā fit peccatorum remissio. Quorum primum, inquit, totum, id est confessio & absolutio est causa secundi: scilicet, contritionis: secundum, verò nempe, contritio est causa tertij, scilicet, gratiae. Hic in primis perspice D. Thomam planē condemnātem opinionem illam Thomistarum, vt Capreoli & Palsani dist. 1. quaest. 1. & dist. praesenti ponentium in sacramentis non imprimantibus charactērem, ornatum quendam, qui est dispositio ad gratiam, quae sit res & sacramentum, quem ideo etiam fingunt in hoc sacramento poenitētiā. Contra quem vtiq; ornatum satis supra dist. 1. q. 3. & 4. disputauimus: est enim res absque vlla necessitate introducta. Quā idcirco opinionē licet D. Tho. in 4. dist. 1. art. 4. cum antiquis vtiq; affirmauerit, in summa tamen, vt ibi monstrauimus, eadem abiecit, & hic planē cōdemnat, vbi rem & sacramentum, non ornatum, sed cōtritionem internam ponit. Nulla enim alia dispositio ad gratiā necessaria est in adultis, quā actus ipsius poenitētis. Et de hac loquitur D. Thomas 1. 2. quaest. 112. artic. 2. vbi ait quod gratia gratum faciens nunquā producit sine prauiā dispositione. Quare in paruulis nulla opus est dispositio. Neq; verò character, vt illic declarauimus, tāquam dispositio ad gratiam, vt illi putant, imprimatur, sed in intellectu ad protestandam fidem. Vnū hoc tamen addit hic Caietanus, quod nullatenus ego crediderim: nempe, dari posse attritionem, quae cū sacramento poenitētiā solū in voto sufficiat ad gratiā. Nā cū attritio, quae solū dicit dolorē propter poenas inferni, nō sit sufficiens, & gratia sacramentalis non conferatur, nisi per sacramentum in re susceptum, nunquam per votum sacramenti fit homo ex attrito contritus, quod distinct. 17. quaest. 2. iterum explicabimus, vbi & aliud, quod hic Caietanus subdit examinabitur. Vtrum, scilicet, aliqua esse possit tā languēs attritio, quae nec per susceptionem sacramenti sufficiat ad gratiam. Sed hoc est,

Caietanus.

Dubium.

est, quod dubium hic facit circa verbum Sancti Thomae, quomodo scilicet, exterior confessio & absolutio sit causa internae contritionis, cum contritio confessionem praecedat. Quamobrem Magister Sententiarum distinct. 22. hanc opinionem Sancti Thomae reiiciens, ait vice versa actum interiore esse potius causam exterioris: & cum per interiore ante exteriorem fiat remissio peccati, colligit contra Sanctum Thomam, quod si exterior confessio, & absolutio est sacramentum tantum, tunc non omne sacramentum nouae legis efficit quod significat. Et confirmatur opinio. Contritio est pars integralis sacramenti, ergo non potest esse effectus confessionis & absolutionis. Sunt Thomistae qui dicant, actus illos exteriores esse causam interioris contritionis: eo quod Deus per illos excitat cor hominis, vel ad mutandum obiectum actus interioris, qui prius erat propter poenas inferni, ut fiat propter deum, vel ad hoc, quod maiori conatu, & feruore homo coneratur. Sed re vera hoc non est necessarium, ut semper contingat: quare accidentarium est. Sensus ergo Sancti Thomae est & verissimus & cordatissimus, quod actus interior potest dupliciter considerari: vno modo, ut est prior natura quam gratia, & sic non est contritio, sed dispositio materialis, quae non habet rationem meriti, aliis (ut ait Paulus) gratia Dei non esset gratia. Alio modo, ut est posterior natura, quam gratia per quam informatur, & tunc habet rationem contritionis: & hac ratione est effectus confessionis & absolutionis, & causa remissionis peccatorum. Quare eadem contritio, ut est effectus sacramenti est res, sed ut est causa remissionis est sacramentum. Accipe primo exemplum in attritione. Dum quis accedit attritus, per gratiam sacramentalem fit contritus: quare ille actus quantum contritio effectus est sacramenti. Sed dum accedit vere contritus propter Deum, illa etiam contritio non est contritio, nisi quantum prius natura informatur gratia per sacramentum in voto. Itaque gratia utitur virtute poenitentiae ad remittenda peccata. Sed de hoc explicatius dist. sequenti.

ARTICVLVS. II.

Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti.

in Quart. Senten.



Quoniam dictum est materiam huius sacramenti esse actus poenitentis, & dici etiam solet esse peccatum, ad tollendum hanc amphibologiam quaeritur, vtrum peccata sint propria materia. Et supposita distinctione respondetur bimembri conclusione. Consideratur enim in hoc sacramento & materia proxima & remota. Est ergo conclusio. Materia proxima poenitentiae sunt actus poenitentis, quibus homo coneritur, confitetur, & satisficit: materia vero remota sunt ipsa peccata, non quidem acceptanda: quia ille non esset actus virtutis, sed detestanda & destruenda, iuxta reprehensionem Apostoli. 2. Corinth. 12. Non egerunt poenitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia, quam gesserunt. Ponit exemplum in artificialibus. Sicut materia proxima statuae metallum est, remota vero aqua, vel terra, ex quibus congelatur.

Animaduertendum est hic discrimen inter actus poenitentis, qui sunt materia proxima, & peccata, quae sunt materia remota. Haud enim dicuntur materia remota: quia ex ipsis directe conficiuntur actus poenitentis, sicut ex aqua & terra congelatur metallum, quae est materia statuae: aut sicut ex tritico fit massa, quae est materia proxima panis, sed quia sunt obiecta eorundem actuum, non facienda, ut obiecta virtutum, sed expulsa, & reprobata, sicut stippa est materia ignis. Et ideo actus poenitentis eo dicuntur materia proxima: quia sunt partes poenitentiae, atque adeo sacramenti simpliciter, & proprie materia ex qua: peccata vero potius dicuntur obiecta, quae per poenitentiam expelluntur: atque adeo materia circa quam. Secundo notato contra Scotum, ut proximo articulo dicebamus, quod licet affirmet peccata esse materiam, quae per sacramentum expellitur, non tamen agnoscit propriam materiam sacramenti, quae sit eius pars: cum dicat totam substantiam sacramenti esse absolutionem, actus vero poenitentiae non esse materiam ex qua, sed dispositiones. In quo non solum Diuo Thomae hic contradicit, verum communi opinioni praeceptorum omnium doctorum, ut Alexandri Alesensis quarta parte. questio. 60. membro. 2. & Ricardi distinct. 16. questio. 1. articulo. 1. & Marfilij questione 10. & aliorum, imò ut supra diximus concilio Florentino, & Augustino dicentibus sacramentum

Conclusio.

Expositio articuli.

Scotus.

mentum consistere ex materia & forma. Quin & rationi ipsi, nam forma dicitur relative ad materiam, quam informat. Secundum vero Scotum absolutio non est sic forma, cum nullam informet materiam, sed expellat. Notandum praeterea quod etiam peccator solet dici materia, ut ait S. Thomas opusculo 22. cap. 4. Et Gerson in Floribus moralibus, Alia tamen ratione: scilicet, quia est subiectum recipiens sacramentum, cuius gratia sanctificatur & perficitur.

Primum argumentum. Primum argumentum Sancti Thomae est. Materia in alijs sacramentis per aliqua verba prolata sanctificatur, ut patet in aqua baptismi & in chrismate: peccata vero sanctificari non possunt: ergo non sunt materia. Respondetur quod licet materia remota non sanctificetur tamen materia proxima. Actus poenitentis per absolutionem sanctificatur. Quod est nouum argumentum, illos esse materiam sacramenti, per quos & sanctificatur poenitens. Secundo arguitur. Ut ait Augustinus in lib. de poenitentiae medicina, nullus potest nouam inchoare vitam nisi eum veteris poeniteat: sed ad vetustatem vitae non solum peccata pertinent, verum etiam poenaltates: ergo & illae sunt materia. Respondetur ad minorè, quod vetus vita non est obiectum poenitentiae, nisi ratione culpae quam detestatur: non enim hominem morborum corporalium aut mortalitatis poenitet, sed culpae peccati. Remittitur nihilominus ratione poenitentiae poena aliqua purgatorij.

Tertium argumentum. Tertio arguitur. Peccatorum quoddam est originale, quoddam mortale, quoddam veniale, sed poenitentiae sacramentum non est contra originale institutum, quod tollitur per baptismum neque contra mortale quod tollitur per confessionem peccatoris: neque contra veniale, quod tollitur per aquam benedictam &c. ergo peccata non sunt materia poenitentiae. Respondetur poenitentiam esse de omni genere peccati, licet diuersimode: nam de peccato mortali est proprie & principaliter. Proprie quidem, quia proprie eorum nos poenitet, quae propria voluntate peccauimus: & principaliter, quia propter mortalia hoc sacramentum est institutum, sanctorum ad venialium remissionem alijs remedijs sacramentalibus abundemus. Peccata vero venialia sunt quidem propria materia, eo quod propria voluntate illa committimus, non tamen contra haec est sacramentum principaliter institutum. Originale autem nullatenus est poenitentiae

materia. Neque principalis quidem, quia contra ipsum non est hoc sacramentum institutum sed baptismus, qui ad id sufficit: neque vero propria, quia cum illud propria voluntate non commiserimus: non potest eius nos poenitere, magis quam naturalium defectuum. Possimus quidem contristari, quod nati sumus caeci vel claudi, sed tamen horum poenitentia tangere nos non potest. Ait quidem Paulus ad Roma. 5. nos omnes in Adam peccasse id tamen fuit, quia voluntas Adae nostra reputabatur, quod ad poenitentiam non sufficit. Si vero poenitentia large accipiatur pro cuiuscunque mali detestatione & displicentia, sic possumus poenitentiam habere originalis ut ait Augustinus lib. de poenitentiae medicina cap. 2. quia illud detestamur & abominamur. Colligito ergo primo, quod qui nullus est conscius actualis culpae, nullatenus confiteri potest. Quare cum beata virgo certa semper fuerit nullam talem culpam commisisse ridiculum est quod dicitur, solitam fuisse confiteri Ioanni Euangelistae. Secundo quod hic ait S. Thomas posse largo modo poenitentiam esse de originali peccato, & in quarto dist. 16. questio. 1. arti. 2. quaestio in cula. 2. ait quod talis poenitentia non solum potest, sed debet haberi. Quod quidam in suo Codice de confessione tract. 1. questio. 3. reprehedit. Sed primum illa est sententia Augustini loco proxime citato, ubi ait per totam istam vitam debere nos originalis poenitere: quia impedimentum est assequendae gloriae. Vbi dicit non illam poenitentiam esse necessariam ad delendum originale, quod certum est per baptismum remitti, sed ad roborandum desiderium gloriae, cuius est impedimentum. Quare poenitere non accepit nisi protedere & tristari de effectibus illius peccati: nepe, quod onus corruptibilis corporis aggrauatis animam toleramus. Secundo quod illic S. Th. dixit, debet, hic non dixit nisi moderatius, potest esse poenitentia. Quod si quis interroget, vtrum peccata mortalia commissa ante baptismum sint materia poenitentiae: iam in materia baptismi distinximus, quod si accipiatur poenitentia pro interiori, illa est necessaria, ut ibidem ait Augustinus iuxta verbum Petri Act. 2. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Atque hanc poenitentiam Baptista praedicauit Iudaeis antequam baptizarentur. Et de istis ait Augustinus ibidem, quod nullus potest nouam vitam inchoare, nisi veteris prius eum poenituerit. Sacramenti vero poeni

De beat. virgin.

poenitentiae illa peccata non possunt esse materia: nempe, confessionis: nam ante baptismum nullum est sacramentum: & post baptismum iniuriam ei faceret, qui peccata praeterita confiteretur. Sunt ergo legitima & necessaria materia peccata mortalia post baptismum commissa, quae memoriae occurrere possunt: nam de futuris timor esse potest, poenitentia vero minimè: sicuti neq; de oblitis nisi in generali. De venialibus autem neq; confessio neq; poenitentia interior est necessaria: quia possunt per alia opera charitatis, vel per sacramentalia remitti: sed sunt nihilominus legitima materia, tam contritionis, quam confessionis.

ARTICVLVS. III.

Vtrum haec sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

Conclusio.

ROST materiam quaeritur de forma, quae nam sit huius sacramenti. Et respondet S. Thomas hac conclusione. Haec est convenientissima forma huius sacramenti. Ego te absoluo. Probatur primò autoritate euangelica. Sicut enim Christus Matth. ultimo dixit discipulis, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos: ita Matth. 16. dixit Petro, Quodcuq; solueris super terram &c. Sed sacerdos dum baptizat, autoritate Christi dicit, Ego te baptizo: ergo eadem autoritate dum absoluit, dicere debet, Ego te absoluo. Secundò probatur ratione. Dicitur est. art. 1. sacramentum perfici & compleri per ea, quae sunt ex parte sacerdotis, oportet ergo ut ea quae sunt ex parte poenitentis, seu verba, seu facta: nempe, confessio, & contritio & satisfactio, se habeant, ut materia, ea verò, quae sunt ex parte sacerdotis, se habeant ut forma: cum ergo sacramenta efficiant quod figurant, necesse est, ut forma significet effectum sacramenti proportionabiliter ad materiam. Vnde quia effectus baptismi fit per aquam, forma est. Ego te baptizo: & quia sacramentum confirmationis fit per chrismam in modum crucis, forma est: Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis. In sacramento autem eucharistiae, quia consistit in consecratione praesentis materiae forma est, quae exprimit illam veritatem, cum dicitur, Hoc est corpus meum. Hoc verò sacramentum poenitentiae nec consistit in consecratione materiae, neq; in usu eius-

dem consecratione, sed magis in remotione & expulsionem materiae remotae: scilicet, peccati, ut dictum est. Illa ergo expulsio congruentissimè significatur illis verbis, Ego te absoluo: eò quòd peccata quaedam sunt vincula, secundum illud Prover. 5. Iniquitates suae capiunt impium: & funibus peccatorum suorū quisque constringitur: ergo illa est optima forma.

Expositio articuli.

Cum forma haec huius sacramenti non feratur nisi in eum: qui in aurem sacerdoti confitetur, iterum dist. 18. in materia confessionis hic sermo formae redibit, ubi luculentior fiet. Nunc autem hoc adnotandum, quod de hac forma litem nobis prius contestantur haeretici, ac deinde catholicorum nonnulli. Illi quidem, quia clauium potestatem esse in ecclesia negant, vllamue absoluendi facultatem, ut VVitcleff apud VValdefem tomo. 2. de sacrament. 135. & infra quae negans confessionis necessitatem, hanc execratur absoluendi formam. Vnde ca. 147. luciferinam, inquit, esse praesumptionem dicere quod homo habeat potestatem absoluendi hunc vel illum à peccato. Et Lutherus, ut est videre art. 11. & 12. à Leone condemnatis, bla- phemiam arbitratur, quod sacerdotes hanc sibi arrogent absoluendi facultatem, cum sola fides sufficiat ad salutem, sed de hac haeretica impietate loco citato inferius dicturi sumus, & rursus. d. 20. quae de clauibus erit. Catholici verò sunt tripertiti. Abulensis namque, in prima parte sui (quod vocat) defensorij, cap. 6. adeò vult exactè uti absoluendi nomine, ut nesciam an quippiam expuerit sanguinis. Contra tedit namque quod nemo potest à culpa aut à poena absolui. Non quòd villo pacto in dubium renocet potestatem remittendi peccata esse in ecclesia: imò hoc, ut Orthodoxus fatetur, sed quòd propter verbi improprietatem asserat, nec Deum absoluere à culpa vel à poena. Nam culpa est priuatio rectitudinis rationis, & legis aeternae, quae est in actu dum quis peccat, aut in omissione: quae quidem culpa transit transiente actu. Vnde dum postea homo vel cõteritur vel cõfitetur, iam illa culpa non est, sicut nec actus, qui transit: ab eo autem, quòd non est, nemo absoluitur. Adde, quod cum priuatio non sit res positua, non est vinculum atque adeò ab illa nemo absoluitur. Et eadem ratione neque vllus absoluitur à macula peccati quae non est nisi priuatio gratiae, quae per eius infusionem tollitur: quia nec macula est vinculum, Pariter arguitur de poena: nam cum illa non dum tempore

A culpa à poena absoluitur.

tempore contritionis & confessionis fit, sed sit futura, non sit absolutio ab illa. Atque hac inquit, de causa in clem. 1. de priuilegijs prohibens Papa religiosos absoluere, ait, ne à culpa & poena (ut eorum verbis vtamur) absoluant. Id quòd clem. Abusionibus. de poenit. & remissio. repetit. Quasi illa parenthesi insinuauerit Pontifex, non esse proprium dicere, absoluere à culpa & à poena: sed dicendum inquit est, Remittitur culpa, tollitur, deletur &c. At dum dimittitur, inquit, culpa, absoluitur homo à reatu poenae aeternae: nam reatus non est poena, sed obligatio ad illam, & vinculum. Quare si quis dicatur absolui à peccatis, intelligitur propter reatum poenae, qui nascitur ex peccatis. Sed enim potuisset Abulensis rigorem istum loquendi dissimulare: nam cum ecclesia hac ubique vtatur forma, & in concilio Florentino eandem esse formam decretum sit, non licet de eius proprietate hesitare. Praesertim cum sit ex euangelio desumpta. Vnde ad primum eius argumentum respondetur, quòd non solum obligatio ad poenam vinculum est, verum & reatus culpe: nam licet culpa transeat actu, manet, ut aiunt, reatu non solum poenae. Inò quauis nulla esset poena aut purgatorij aut inferni, ipsa inimicitia Dei est reatus: ad quod se per culpam conuertit. Quae utique ratione peccata ipsa dicuntur vinculum, quibus voluntas hominis colligatur. Legitur enim Esaiæ. 58. Dissolue colligationes impietatis. Item Abulensis fatetur quod peccata dicuntur remitti & relaxari, iuxta illud, Relaxa facinora plebis tuae Israel. Sed haec nomina pariter ad vincula referuntur: nemo enim relaxatur, nisi à vinculis. Dicimus ergo peccata remitti, condonari, & relaxari &c. sed hominem ab illis absolui. Et pariter quia homo absoluitur ab obligatione poenae, dicitur absolui à poena, sicut in iudicio absoluitur reus. Verbo ergo Pontificis in capitulis citatis nulla insinuat improprietatem absoluendi à culpa, & poena: sed arrogantia retulit eorum, qui absque legitima facultate id attentant. Secunda verò fuit opinio cuiusdam auctoris tempore S. Thomae, contra quem scripsit opusculum. 22. qui quidem dicebat, ut ex eius argumentis colligitur, formam non debere esse indicatiuam, sed deprecatoriam, Ego te absoluo. Quam quidem opinionem illic S. Thomas ait esse temerariam, & praesumptuosam. Atque hanc tangit hic primo. 2. & 4. argumentis.

Rephatio opusculi

Secunda opi.

Arguit ergo primo loco. Formae sacramentorum ex institutione Christi & ecclesiae usu habentur: sed Christus non legitur hanc formam instituisse, neque etiam in communi usu habetur: quinimò in quibusdam absolutionibus, quae in ecclesia publice fiunt, (sicut in prima & completorio, in cena Domini) absolvens non utitur forma indicatiua, Ego te absoluo, sed deprecatoria, Misereatur vestri &c. vel, Absolutionem & remissionem tribuat vobis omnipotens Deus. Accedit secundo quod Leo papa ad Thodoretum, & refertur can. Multiplex, de poenit. dist. 1. loquens de poenitentia, quae poenitentibus datur, ait, quod indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequit obtineri: supplicatoria ergo debet esse forma. Quarto loco ad idem argumentum S. Thomas. Sicut Dominus dedit potestatem discipulis absoluendi à peccatis ita etiam dedit eis potestatem curandi infirmitates, & daemonia eiciendi, & languores sanandi, ut habetur Matthaei. 10. & Lucae. 9. Sed sanando infirmos Apostoli non utebantur his verbis, Ego te sano, sed, Sanet te Dominus Iesus Christus, sicut Petrus dixit Paralytico, ut legitur Actuum. 2. ergo videtur, quòd sacerdotes habentes potestatem, Apostolis à Christo traditam, non debeant uti hac forma verborum, Ego te absoluo, sed, Absolutionem tribuat tibi Christus. Quae quidem opinio confirmari potest, quia forma extremae unctionis etiam est deprecatoria, Indulgeat tibi Deus &c. Est nihilominus opinio non solum temeraria, verum & ad illam alludens clauium potestatem negantium. Et ideò ad primum argumentum respondetur, quòd licet Christus formaliter non expresserit hanc formam sicut illam, Hoc est corpus meum: tamen ex illo verbo ad Petrum, Quodcuque solueris &c. planissimè colligitur. Quare in hymno eiusdem Apostoli canit ecclesia, Et peccati vincula resoluere tibi potestate tradita. Qui autem deprecatione solum utitur non absoluit, sed absolutionem petit à Deo. Reliquae verò deprecatoriae formae non sunt de essentia sacramenti, neque per se sufficerent ad collationem gratiae, laudabiliter tamen formae sacramenti praemittuntur, ne effectus eius ex parte poenitentis impediatur. Quòd si rogas cur non etiam praemittuntur formae baptismi? Respondetur, quòd in baptismo actus suscipientis minimè sunt materia sacramenti, quemadmodum in sacramento poenitentiae. Verbum

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Quartum argumentum.

Solutio primi.

Verbum ergo Leonis de deprecatione intellegendum est, quæ absolutioni anteponitur, *Solutio quart.* Ad quartum argumentum negatur maior. Haud enim Dominus dedit Apostolis illam potestatem sanandi, sicut absoluendi: sed solum ut ad eorum preces miracula illa Deus operaretur. Tamen si & nonnunquam non deprecatio verum & indicatio & imperatio verbo utebantur. Legitur enim Actuum. 3. Petrum dixisse claudio, Quod habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Quod autem hic ait S. Tho. non fuisse apostolis collatam potestatem sanandi infirmos, ut bene ait hic Caietanus, non sic intelligitur, ac si non posset Deus hæc potestatem dare, ut id faceret ministerialiter sicut dedit potestatem absoluendi, sed solum intelligitur de lege ordinaria. Nam quod sancti miracula facerent, satis saluatur per hoc quod Deus eorum precibus faciat, quod ad effectum sacramentorum non sufficit. Ad aliud de forma extremæ unctionis respondet eodem opusculo S. Thomas eam esse desumptam ex verbo Iacobi. 5. Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis est, remittentur ei. Vnde quia effectus illius sacramenti non solum est spiritualis gratia, sed etiam corporis sanitas, quæ non infallibiliter virtute sacramenti obtinetur forma est deprecatoria, ut ille etiam effectus obtineatur. Hoc autem sacramentum non habet nisi effectum gratiæ, qui est certus & infallibilis.

Opinio Magistri sentent. Tertia opinio fuit Magistri Senten. dist. 18. nitorem aliter huius formæ obscuratis. Quæ opinionem S. Thomas argumentis tertio & quinto tangit. Tertio igitur arguit. Idem est absoluere à peccato, quod peccatum remittere: sed solus Deus peccatum remittit, qui etiam solus interiùs hominem à peccatis mundat: ergo solus Deus videtur à peccato absoluere: quare sacerdos ut non dicit, Peccata tibi remitto, ita nec dicere debet, Ego te absoluo. Hoc argumentum non solum hæreticorum est, verum & Magistri loco citato. Ait enim solum Deum absoluere, iuxta verbum Esaiæ. 43. Ego solus deleo iniquitates & peccata populi. Et Ambro. in lib. de Spiritu sancto, & refertur de poenitentia. d. r. can. Verbum, Verbum, inquit, Dei peccata remittit, sacerdos est iudex. Sacerdos quidem suum officium exhibet, & nullius potestatis iura exercet. Et Augustinus super illud Ioann. Ecce

agnus Dei, qui tollit, &c. Nemo, inquit, soluit peccata, nisi solus Deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Adducit præterea Magister illud Matth. 8. quod cum Christus leprosum prius sanasset, iussit ut se sacerdotibus ostenderet. Et aliud Ioan. 11. ubi postquam Lazarum ipse à monumento suscitauit, discipulis tradidit dissoluedum. Vnde colligit id tantum euangelicos sacerdotes posse, quod olim legales: illi autem à lepra non emundabant, sed mundos esse iudicabant. Ex quo demum infert, quod in vniuersum nemo absoluitur à sacerdote, nisi quem prius Deus absoluerit. Ac subinde infert sensum illius, Ego te absoluo, esse, Ostendo te absolutum. Quam quidem opinionem insinuat S. Tho. sic arguens quinto loco. Formam sic quippiam exponunt, ut, absoluo, id est sit, quod absolutum ostendo: quæ quidem expositio, si vera est, non potest nisi per reuelationem haberi: nam ut Matth. 16. legitur, antequam Petro Christus dixisset. Quodcumque solueris super terram, &c. præmisit. Beatus est Simo Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cælis est: ergo præsumptio est citra peculiarem reuelationem dicere. Ego te absoluo. Hæc magistri opinionem etiam Abulensis loco modo citato, & Alex. 4. par. q. 80. memb. r. & Bonauentura ead. dist. 18. q. 2. itidem opinantur. Huius autem veritatis examen ad materiam pertinet de clauibus. Est autem opinio, quæ nec tenetur, nec sustineri potest. Nihil enim ferè ab hæresi differre videtur, clauium potestatem abnegantium. Potestas quippe clauium potissimum in peccatorum remissione vim obtinet. Qui ergo negat, sacerdotem absoluere, verè subinde clauis abnegat. Secundo, qui ait sacerdotem non absoluere, pari facilitate debet dicere, nec verè baptizare, sed cum ait, Ego te baptizo, sensum esse, Ostendo te baptizatum: ac subinde virtutem sacramentorum conferendi gratiam demolitur. Nam si sacramenta gratiam conferunt, suo etiã modo sacerdotes ea ministrantes ad id concurrunt. Magister ergo sui ipsius oblitus fuit: nam cum dist. 1. sacramenta nouæ legis asseruerit gratiã conferre, non debuisset ministerialem hæc virtutem sacerdotibus denegare. Vñ in concilio Constantiensi ex hoc quod sacramenta conferunt gratiam, collectum est, sacerdotem ad id concurrere. Quare Martinus. 5. in confirmatione in calce eiusdem concilij, hæreticum censet eum, qui negat sacerdotem verè absoluere

uere. Tertio, ut dudum dicebamus, cum ecclesia ista forma utatur. Ego te absoluo, genus blasphemiae est negare, verum, ut iacet, efficere sensum. Quinuerò non solum blasphemia est contra ecclesiam, sed & impietas contra sacram scripturam. Cum enim Matth. 16. Christus dixerit Petro. Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis, & sententia illa ad id, quod est de necessitate salutis pertinet, in sensu proprio secundum regulam Augustini, sunt verba intelligenda. Et locus ille Matth. 20. rem vrgentissimè concludit. Enim uerò cum Christus præmiserit. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, & insulfans subiuerit. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt, planissimum sit, eandem potestatem qua ipse pollebat, sacerdotibus tribuisse. Sed de hoc infra locis citatis plura adhibebimus. Adcedit demum solutio Diui Thomæ ad quintum. Hæc enim, inquit, expositio. Ego te absoluo, id est, absolutum ostendo, partim quidem vera est, non tamè perfecta. Sacramenta, quippe nouæ legis non solum significant, sed efficiunt quod significant. Vnde sicut sacerdos dicens. Ego te baptizo, re ipsa & verbo ostendit esse mundum, non solum significatiuè sed efficiendo quod significat: ita cum ait. Ego te absoluo, ostendit absolutum, verè tamen absoluendo. Quod si quis in contrarium arguat. Vsu venire potest, ut poenitens non sit corde dispositus, ut beneficium absolutionis suscipiat, atque adeo tunc forma erit falsa. Respondetur primò pariter argumentum contra Magistrum militare. Secundo respondetur, veritatem propositionis per hoc saluam fieri, quod quantum ad vim formæ attinet, absolutio fieret. Sicut reliqua omnia sacramenta virtute passionis Christi effectum habent, quæ tamen virtus ex parte subiecti impediri potest. Et ideo sacerdos cum dicit. Ego te baptizo, vel. Ego te absoluo, non loquitur quasi de re incerta. Vnde August. lib. de adulter. coniug. Non est inquit, turpis, & difficilis post patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugij, ubi per clauis regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. Quocirca sacerdos non indiget peculiari reuelatione an poenitens sit legitime paratus, sed sufficit illa generalis facta Petro, quod virtute clauium sit remissio. Ex his ergo bene colligit. D. Th. sensum potius huius formæ. Ego te absoluo, esse, sacramentum absolutionis tibi impedo. Et per hoc

Solutio arg. Magistri.

soluitur argumentum Magistri, videlicet. Poenitens ante absolutionem sacerdotis est diuinitus absolutus: ergo falsum est per sacerdotem absolui. Respondetur enim illam fallaciam in argumento latere, quod putant hæretici, & pariter catholicus Magister, quod nemo dignè accedit ad sacramentum poenitentiae nisi si verè contritus, cum tamen accedere possit attritus, & tunc re verè absoluitur, ubi per absolutionem primam suscipit gratiam, ut infra patebit. Atque hinc nouum sumitur argumentum contra Magistrum: nam secundum ipsum nunquam per confessionem ex attrito fiet contritus. Si verò accedat verè contritus, tunc respondent nonnulli, ut Magister. ipse refert & Scotus d. 4. q. 4. insinuat, quod absoluitur à reatu poenæ. Sed in contrarium est quod potestas clauium, quæ illic exercetur, ad remissionem culpæ extenditur. Item, quia posset poenitens ita esse contritus, ut nullum haberet reatum poenæ, & tunc argumentum rediret. Alij dicunt quod solum absoluitur à præcepto confessionis, sed hoc falsissimum est: quia poenitens non absoluitur, nisi à peccatis, quæ confitentur: illa autem confitentur, de quibus est contritus. Respondendum ergo, veram esse formam: nam sensus est, Quantum in me est, & per se attinet ad virtutem sacramenti, ego te absoluo: hoc est, sacramentum absolutionis (ut hic ait D. Tho.) tibi impendo, cuius virtute si in peccatis existeres, absolutus fieres. Quod autem ille sit in gratia, est res per accidens, sicut accidere potest, (quod dudum dicebamus,) ut non esset legitime dispositus. Sed arguis. Pari ratione dum confirmatio, vel eucharistia, vel aliud sacramentum confertur illa collatio sacramenti dici etiã posset absolutio: quia illa gratia per se condonandæ culpæ sufficeret. Negatur consequentia: est. n. latum discrimen, quod sacramentum poenitentiae peculiariter institutum est ad remissionem peccatorum post baptismum commissorum. Ob idque legitima contritio votum confessionis pro suo tempore debet includere: atque adeo in virtute futuri sacramenti peccata remittit. Quapropter dum quis absoluitur applicatur sacramentum, cuius virtute est absolutus. In quo utique sensu vera est forma. Ego te absoluo: quia tunc sacerdos complet, quod poenitens in voto gerebat. Veluti dum Cornelius in gratia existens baptizatus fuit, vera erat baptizantis forma. Ego te baptizo: quia complebat illud, cuius virtute & voto sue

T t rat

rat ab originali ablutus. Ad aliud, quod Magister adducit de leproso, respondetur, quod in hoc fuit seductus putans non esse maiorem virtutem in sacerdotibus nostris, quam in legalibus. Imò sicut inter sacramenta veteris legis & nostra, ita & inter sacerdotes hoc est discrimen, ut eleganter lib. 3. de sacerdotio edidit Chrysostomus, quod illi nullam virtutem habebat spiritualem conferendi gratiam: nostri verò illam à Christo plenissimam susceperunt, ut loco nuper. Ioan. 20. citato aperte constat. Ad illud autem de Lazaro respondet Scotus illic significari sacerdotem eum qui contritus est, non absolueri nisi à reatu poenae. Sed hoc iam impugnatum est. Respondetur ergo non esse omnimodam comparationem, ut propter hoc, quod Lazarus à Domino suscitatus erat, sacerdos non verè absoluat. Imò in illo discipulorum officio significata est potestas sacerdotum verè à peccatis soluendi. Vnde in lib. de vera & falsa poenitentia, qui Augu. inscribitur. c. 9. Sic legitur, ipsi sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere, quibus crimen remittit Dominus. Lazarum, quem de monumento suscitauit, obtulit discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdoti. Respondet ergo D. Thom. ad tertium argumentum, quod solus Deus per autoritatem & à peccato absoluit, & peccatum remittit: sacerdotes tamen utrumque faciunt per ministerium, in quantum, scilicet, verba sacerdotis in hoc sacramento instrumentali operantur virtute diuina, sicut etiam in alijs sacramentis. Praefertim, quod Esai. 42. non legitur, solus Deus, sed ipse Deus. At quāuis diceret, solus, non excluderet ministrum, sicut solus rex dicitur gubernare, licet id faciat per praetorem, & solus faber fabrefacere, licet faciat per instrumenta. Vnde Dominus utrumque expressit: nam Matth. 16. dixit Petro. Quodcumque solueris super terram, &c. & Ioan. 20. dixit discipulis. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt. Quocirca Paul. 2. Corinth. 2. Nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi: donare autem peccatum, est hominem ab ipso absolueri. Vnde ecclesia in solennitate Diui Petri canit. Et peccati vincula resoluere tibi potestate tradita. Addit verò S. Tho. illam formam potius ecclesiam usurpasse. Ego te absoluo, quam. Ego tibi remitto, quia hoc magis congruit verbis, quibus Dominus potestatem cla-

uium impertitus est Petro. Et eodem pacto respondetur ad auctoritates Augustini & Ambrosii, intelligunt enim soli Deo competere per naturam auctoritatem absolueri à peccatis, nihilominus idem sacerdotibus per susceptionem ab illo potestatem etiam communicatur. Et Ambrosius eod. can. citato se se exponit dicens, quod ecclesiam utrumque; ius: scilicet, ligandi & soluendi Dominus concessit. Subiungit tertio. Sacerdotus Tho. quod conuenienter sacerdotes appoint aliquid, quod pertineat ad primam auctoritatem Dei, cui innitur, ut scilicet dicat. Ego te absoluo in nomine patris & filij & spiritus sancti, vel per virtutem passionis Christi, vel auctoritate Dei, sicut ait Dionysius. 3. caelestis hierarchiae. Est. n. hic mendosa citatio in Diuo Thoma. Similiter Duran. in. 4. d. 22. q. 2. ait probabiliter, quod praedictis verbis oportet aliquid addere, quod pertineat ad inuocationem diuini nominis, eo quod in quacumque forma sacramenti, in qua exprimitur minister, debet exprimi in cuius auctoritate sit minister. At verò hoc non est verum, ut innuat tanquam de necessitate sacramenti, ut in baptismo & confirmatione: nam ratio quare illic nominantur personae diuinae, non est quia nominatur minister, sed quia in baptismo fit professio fidei, cuius propugnator constituitur in confirmatione. Et confirmatur, quia si ista adiectio esset de essentia, praefixa essent verba, quibus esset utendum: & tamen Sanct. Thom. non dicit, nisi quod dicantur aut haec aut illa. Est ergo decens dicere. Auctoritate Dei ego te absoluo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Sed tamen omisso illius nullatenus esset peccatum mortale. Imò nisi interueniret aliquis contemptus, neque esset veniale. Tandem circa hanc formam dubitatur, utrum sit usque adeo necessaria, ut non liceat loco illius alteram aequiualem substituere. Respondetur imprimis, pronomine ego, cum in verbo subintelligatur, non esse necessarium quod exprimat. Secundò, etsi pro, absoluo, dicat sacerdos, remitto tibi peccata, validum esset sacramentum, ut bene hic ait Caietanus nam in euangelio habetur. Quorum remiseritis peccata. Quare Sanct. Thomas in solutione tertij non ait nisi quod forma per, absoluo, sit congruentior. Esset tamen peccatum illa uti forma, licet genere suo non mortale, nisi forte propter scandalum: quia vulgus non haberet absolutionem illam pro legitima. Similiter, ut ex solutione quinti colligitur, sufficiens esset

esset forma, sacramentum absolutionis tibi impedo: nam perinde esset, ut hic, inquit Caietanus, ac si diceret, sacramentaliter te absoluo: sed esset pariter haec mutatio peccati. Rursus cum Graeci per tertiam personam dicant. Baptizetur seruus Christi, fit ut similiter si quis diceret. Absolueris, vel absoluaris, à me sufficeret: nam haec non est deprecatoria: ut illa Deus te absoluat, vel, tribuat tibi absolutionem, quae supra reprobata est, sed assertoria, ut illa Graecorum. Pariter si diceretur remittitur tibi peccata, solidum esset sacramentum. Nam, ut habetur in concilio Florentino, sufficit verbum per quod exprimat sacramentalis actio, ut à sacerdote exercita. Tamen tanta mutatio per tertiam personam scrupulum iniiceret, ne illa esset peccatum mortale. Scotus verò dicit sufficere, ut quomodocumque exprimat actus per sententiam absoluentis, sicut in foro exteriori. Laxatio haec tamen licentiae, nimia est. Etenim S. Thom. opusculo citato cap. 2. absolutionem sacramentalem ab absolutione excommunicationis discrimina dicens, quod ad absoluumendum ab excommunicatione: quia fit in foro exteriori, nulla est praescripta forma, sed quomodocumque fit absolutio. Secus verò in sacramento, cuius forma habetur à iure diuino. Neque necessarium est addere. Absoluo te à peccatis tuis, licet sit congruum. Addere autem, ab omnibus peccatis de quibus es contritus, & quorum es oblitus, & nescio quas alias ineptas inculcationes, non est prudentia, neque prudentibus sacerdotibus est in usu, sed vulgaribus & ruralibus.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum manuum impositio sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum.

Conclusio.



ROPTER usum quorundam manus imponentium, quaeritur utrum illa sit necessaria. Et respondetur conclusionem negatiuam. Ad hoc sacramentum non requiritur manuum impositio, sicut neque ad baptismum. Primò quia in euangelio ubi data est potestas clauium, nulla fit eius mentio, sed solum habetur. Quodcumque solueris, &c. Quorum remiseritis peccata. Et accedit ratio, quod impositio manuum in sacramentis fit ad designandum aliquem copiosum gratiae effectum, quo suscipientes quodammo-

do vniuntur sacerdotibus. Et ideo mantis impositio fit in sacramento confirmationis, in quo confertur plenitudo spiritus sancti. Et in sacramento ordinis, in quo confertur, quaedam excellentia potestatis in diuinis mysterijs. Vnde &c. 2. ad Timoth. 1. ait Paul. Et resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum: sacramentum autem poenitentiae non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiae, sed remissionem peccatorum: quare hic non requiritur.

Animaduertendum est hic in quaestione non verti, an impositio manuum sit de essentia sacramenti: quoniam neque in sacramento confirmationis, neque in sacramento ordinis manuum impositio est de essentia: quando quidem non significatur per formam. Sed solum utrum sit de congruitate hic, sicut illic. Durand. autem dist. 22. q. 2. paulò differentius rationem assignat manuum impositionis: videlicet, quod in illis sacramentis, per quae suscipiens ad solennem aliquam actionem deputatur, ut sunt confirmatio & ordo, imponuntur tanquam operationis organa: in alijs verò minimè. Sed hoc est quod S. Tho. insinuat dicens, Vbi fit copiosior gratiae infusio ad eiusmodi obsequia officia. Sicut autem de hac ceremonia duae diuersae opiniones. Ille namque, contra quem D. Thomas opusculum citatum, 22. composuit, aiebat esse de necessitate salutis: quem illic. 4. cap. confutat, cuius argumenta hic D. Tho. refert. Sed VViteless, ut Thomas VValdenis tomo. 2. de sacrament. cap. 147. commemorat, omnem manuum impositionem deridebat. At verò quantum non sit necessaria, ut ostensum est, nihilominus non est despicienda. Fuit enim in usu in primitiua ecclesia non solum in confirmatione, quae ideo manus impositio dicebatur, ut patet cā. Manus, de consecra. dist. 5. verum etiam in sacramento poenitentiae, ut patet in concilio Niceo cap. 9. & in Carthaginensi cap. 32. Vnde, & qui erant in poenitentia publica per manuum impositionem reconciliabantur, ut constat. d. 50. can. Poenitentes &c. 26. q. 6. can. Qui recedunt, & can. Is qui. Quare August. lib. 4. de baptismo, quod refertur. 1. q. 1. cā. Manus, sacramentum hoc ipsum poenitentiae appellat manus impositionem, ubi ait. Manus impositio, non sicut baptismus repeti non potest, Et ceremonia haec, ut illic refert VValde-
is manus impositio à veteri lege mutata.

ta populi confitebatur, manus capiti hirci emissarii imponebat, qui quidē hircus pœnitentis figura erat. Etenim quoniā instrumentum sunt operandi, ceremonia illa significabat gratiam suo ministerio conferri. Itē quia Christus corporeos morbos manuum impositione curare docuit dicens Marci vlt. super ægros manus imponent, & bene habebunt, ægrotudines etiam animæ eodem manuum tactu curabant. At verò quoniam ceremonia illa non est necessaria, vsus ille abolitus est: cuius ideo in concilio Florentino nulla fit mentio. Vnde licet Paludanus dist. 22. quæst. 3. arbitretur esse etiam nunc congruū manus imponere inter absoluendum pœnitentem, verū tamen non habetur in vsu: neque verò est congruum nisi vbi in tota provincia esset in more. Et multò minùs manū eleuare dum fit absolutio.

Primum argumentum.

Primum argumentum S. Thomæ est. Dicitur Marci vlt. super ægros manus imponent & bene habebunt: sed peccatores etiam sunt ægri: ergo eodem modo sunt sanandi. Negatur consequentia: quoniam prior manus impositio non est sacramentalis, sed ordinatur ad miracula faciendā, vt per contactum manus hominis sanctificati etiam corporalis firmitas tollatur. Sicut legitur de Dño Marci. 6. quòd infirmum manibus impositis curauit. Et Matth. 8. quòd contactu curauit Leprosum. Gratia verò sacramentalis non ex ministri sanctitate, sed ex passione Christi proficit. Secundo arguitur. In sacramēto pœnitentiæ recuperat homo spiritum sanctum amissum: vnde ex persona pœnitentis dicitur in Psalmo. 50. Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me: sed spiritus sanctus dabatur ab apostolis per manus impositionem, vt patet Actuum. 8. & Matt. 19. legitur, oblatos fuisse Domino paruulos, quibus manus imponent: ergo id ipsum in pœnitentiā est obseruandum. Negatur consequentia: quoniam non semper spiritus sanctus per talē ceremoniam suscipitur, vt patet in baptismo, & eucharistia, sed vbi datur cum plenitudine, vt dictum est. Quòd si arguas saltem in baptismo debere manus imponi, quia ibi datur copiosè spiritus sanctus, iuxta illud Pauli. ad Titum. Per lauacrum regenerationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundē. Respondetur, quòd illa abundantia non refertur ad baptismum præcisè, sed ad copiosum sacramentorum numerum.

Secundū argumentum.

Argumentum.

Tertio arguitur. Verba sacerdotis in pœnitentia non sunt minoris efficacitatis quā in cæteris sacramentis: sed in cæteris non solum verba profert sed actum exercet, sicut in baptismo, ergo & in hoc sacramento debet manu tangere pœnitentem. Respondetur, quòd in sacramentis, quæ vsu materiæ perficiuntur requiritur actus corporeus circa suscipientē, vt in baptismo, cōfirmatione & extrema vntione: hoc verò sacramentum non consistit in vsu materiæ, sed pro materia se habent actus pœnitentis. Vnde sicut in eucharistia sacerdos sola prolatione verborum super materiam perficit sacramentum: ita & sola verba sacerdotis absoluētis super pœnitentem perficiunt sacramentum. Addit S. Thom. q. si aliquis actus corporalis esset ex parte sacerdotis necessarius, non minùs competeret crucis signatio, quæ adhibetur in eucharistia s. in missa super materiā consecrandam & cōsecratam, quā manus impositio in signū quòd per sanguinem crucis Christi remittuntur peccata. Et tamen non est de necessitate huius sacramenti, sicut neque de necessitate eucharistia.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS. V.

Utrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.



CONSTITUTIS sacramenti partibus queritur de eius necessitate. Ad quod D. Thom. sub distinctione tribus conclusionibus respondet. Est enim aliquid necessarium ad finem consequendum dupliciter. Vno modo absolute, atque altero ex suppositione. Est ergo prima conclusio. Sacramentum pœnitentiæ non est absolute necessarium ad salutem: nam sine illo potest quis per baptismum gratiam Christi obtinere, in qua consistit salus. Vnde. 2. Paralipo. vlt. legitur. Et tu Deus iustorum non posuisti pœnitentiam iustis Abraham, Isaac & Iacob, his, qui tibi non peccauerunt. Secunda conclusio. Hoc sacramentum est necessarium ex suppositione, non quidem vniuersis hominibus, sed peccato subiacentibus. Et probatur ratione. Peccatū, vt Iacobi. 1. legitur, cum consummatum fuerit, generat mortem: & ideo necessarium est ad salutem peccatoris, quòd peccatum remoueatur ab eo: id autem absque pœnitentiæ sacramento fieri non potest: quip

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

pe in quo operatur virtus passionis Christi, absolute sacerdotis, simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad destructionem peccati. Ait enim super Ioann. Augu. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Colligitur ergo responsalis conclusio tertia. Sacramentum pœnitentiæ est necessarium ad salutem post peccatum, sicut medicatio corporalis postquam homo in morbum periculosum incidit.

Expositio articuli.

Vitcleff.

Lutherus.

Hæretici, vt Vitcleff & Lutherani supra citati Satânico spiritu necessitatem huius sacramenti abnegant. Differenter tamen: nam Vitcleff, vt est videre apud Valden. tomo. 2. de sacramentis cap. 135. & tomo. 5. de sacramentalibus. c. 68. non negat internam contritionem, qua Deo cōfitemur, sed externam confessionem auricularem. Lutherus verò, vt omnia funditus conuellat, neque internam contritionem iudicat necessariam. Vnde in ar. 7. à Leone cōdemnato. Nulla, inquit, opus est pœnitentiā, sed optima pœnitentiā est noua vita. Itaque nullo est opus dolore præteritorū criminū, sed sola resipiscentiā, id est, proposito mutandæ vitæ cum fide, qua credimus Deum nobis peccata remittere. Huiuscemodi ergo hæresis multa complicat membrā, quæ sigillatim in subsequentibus proprias se des vèdicant. Est enim necessitatis huius sensus multiplex. Vnus de pœnitentiā virtute, atque alter de pœnitentiā sacramento. Et vterque rursus bipertitus: scilicet, de necessitate finis ad consequendam salutem, & de necessitate præcepti. Sic enim in præcedentibus sacramentis distinguebamus. Enimvero auxiliū Dei necessarium est ad remissionem peccatorum, tamen non est de illo præceptum vllum. Et vice versa eucharistia in re suscepta non est de necessitate salutis, vt patet in pueris: est tamen de necessitate præcepti suo tempore. Baptismus verò vtroque modo est necessarius, si eius adsit copia. Igitur distinctio sequenti quæst. 1. aduersus Lutherū monstrabimus pœnitentiā virtutem internam omni peccato mortali delendo sufficiens esse remediū. Et distinctio. 17. disputabitur, vtrum sit vtroque modo necessaria. Et distinctio. 18. idem de confessione aduersus Vitcleff. Ne ergo hæc præmaturè ventilemus, satis fit nunc conclusio nem S. Thomæ explicare. Quod enim. q. 68. art. 2. de necessitate baptismi omnibus vniuersim mortalibus enūciauit, id modò Christianis, q. post baptismū mortaliter deliquere

runt, pronūciat de sacramēto pœnitentiæ. s. q. est illis necessarium necessitate finis. Itaque sine illo, salutē, quæ per gratiā fit, nullus obtinere valet. Potest tamen hoc sacramentū homini lapsō deesse dupliciter. Vno modo in re, & voto: alio modo in re, licet non in voto. Qui ergo nec cōfiteatur, nec tempore debito confiteri proponit, si in peccatis est, in ipsis morietur. At quia apud Deum voluntas pro facto reputatur, votum sacramenti, quòd in cōtritione includitur, sufficit. Dixerim omnibus Christianis: nam qui sacro fonte loti nō sunt nullo præcepto sacramenti ecclesiastici tenentur. Addiderim. Qui mortaliter deliquerint: nam de peccatis generantibus mortem, D. Tho. loquitur. Peccata enim venialia nullo, vt aboleantur, indigent sacramēto. Et quæ ante baptismū committuntur: per ipsum factis abolerentur. Quod si roges. Quid opuserat huius sacramenti necessitate Christianos ligari: cum interior contritio in lege nature & scripta sufficiens fuerit remedium? Dist. 1. q. 1. & 2. responsum est, quòd cum nemini nisi, per Christum mediatorem per eius passionē exhibitam, salus pateat: decētissimū fuit, & nobis maximè operæ precium, vt hæc nobis sacramentorum subsidia instituerentur, quibus Christus nobis virtutem eiusdem passionis impertiret, & nos vicissim profiteremur ab ipso solo beneficia salutis suscipere. Vnde sicut in remedium originalis instituit baptismū, quo regeneramur: ita in remediū actualium sacramentū pœnitentiæ quo sanamur. Quocirca sicut Christus dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei: ita Luc. 13. Si pœnitentiā non habueritis, oēs simul peribitis. Quapropter necessitas hæc sacramenti huius post lapsum, tanquam euāgelica orthodoxaque veritas est auscultanda, ecclesię sanctionibus receptissima, vt de pœnitentiā dist. 1. quā plurimis canonibus est videre, vt vtroque can. Non potest, & can. Neminē, & can. Agite pœnitentiā, & can. Multiplex, ait Leo per pœnitentiæ medicinam spem vitæ æternæ lapsis patere. Quapropter concilium Tridentinum sessione. 5. cap. 14. & can. 29. insaniam illam Lutheri, nullibi vsque ad ipsum auditam, cōdemnat, pronūcians anathema eum, qui sola fide absque sacramento pœnitentiæ in re vel in voto dixerit lapsum recuperare salutem. At quia hæc veritas infra locis citatis suis numeris est locupletanda

Obiectio.

Dilutio.

Orthodoxæ veritas.

Concilium Tridentinum.

fatis in presentiarū. Sed est hic apud S. Th. animadvertendum non solum ab solutionem sacerdotis, verum & actus poenitentis cōcurrere tanquam sacramenti partes ad eius iustificationem. Quod si scilicet, utrum ad salutem necessarium sit votum cōfessionis expressum & particulare, an verò satis sit commissorum criminum poenitere, & proponere in futurum vniuersa mandata seruare. Nō desunt qui dicant expressum esse necessarium. Et possumus opinionem hanc sic suffulcire. Tam necessarium est peccatori post baptismum sacramentum poenitentiae, quam baptismus ad remittendum originale: sed licet ignorantibus baptismum sufficiat votum implicitum ad gratiam obtinendam: tamen scienti ipsum esse necessarium, nō sufficit sine voto eius expresso: cū ergo Christianis necessitas huius sacramenti nota sit, nō erit cōtritiō legitima, nisi quae voto expresso confessionis fuerit vestita. Res est probabilis: sed tamē neque huiusmodi votum est in vsu, neque reputari solet necessarium. Et ideo respondetur, quod licet utrunque sacramentum sit necessarium tamen baptismus non habet praefixum tempus, sed habita copia, & oportunitate statim est suscipiendus. Quare catechumeno necessarium est, ut baptismum petat, atque eius habeat expressum votum. Sed tamen tempus confessionis, licet praecipuum diuinū sit, est tamen ab ecclesia praefinitū, & ideo forsitan satis est ad cōtritiōem, ut hō proponat seruare oīa mandata, quamuis fortē non sit confessionis memor. Attamen quia hoc sacramentum ad id remissionis munus institutum est, si apte natura dicitur peculiari voto includi in cōtritiōe, sicut eucharistiam diximus voto in baptismo cōtineri. Atque haec est opinio Adriani. q. 1. de confessione in solutione. 2. argumenti, & antiquioris Ricardi. d. 17. ar. 2. q. 1. & Alexandri. 4. part. q. 76. memb. 2. Sed arbitror hanc veritatem non pluribus egere testibus. Ait enim Dominus Ezechiel. 33. Impietas impij non nocebit ei in quocumque die (id est, in quocumque momento) conuersus fuerit ab impietate sua: ergo cum primum quis ante Dei tribunal ingemiscit, subito cum ipso reconciliatur, iuxta illud Psalmi. 31. Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed nō opus est, ut illo momento poenitenti in memoriam veniat sacramentalis confessio: ergo absque eius voto expresso fieri potest remissio. Imò

Potest expressum confessionis, an necessarium sit ad salutem.
Responsio. 1.

Responsio. 2.

verò fieri potest, ut poenitus diu perseueret, coram Deo lamentatus sine memoria sacramenti. Satis ergo est, ut adueniente tempore praecipui confiteatur. Tamen si votum illud, explicatum salubre sit cum primum quis cōteritur: nam per illud vehementius excitatur deuotio. Hinc fit quod dum quis rapitur ad martyrium, non opus habet voto confessionis: primum si non adsit copia confessoris, vanū esset, & quāuis adesset copia posset tamen subito rapi ad amorem Dei, & inflammari ad martyrium, ut memoriam non occurreret sacramentalis confessio, & nihilominus per martyrium obtineret veniam: nam martyrium non tanquam poenitentia, sed tanquam heroicus actus charitatis remittit peccata. Quāquā si meminit sacramenti, & confiteri potest, tenetur. Si autē in articulo mortis sit necessaria poenitentia, dist. 18. de confessione disputabitur. Primum argumentum S. Thomae sumitur ex glossa illius Psalmi. Qui semināt in lachrymis, quae ait. Noli esse tristis, si adsit tibi bona voluntas, unde metitur pax: sed tristitia est de ratione poenitentiae secundum illud. 2. Corin. 7. Quae secundum Deum est tristitia poenitentiam in salutem stabilem operatur: ergo bona voluntas sine poenitentia sufficit. Sed respondetur, glossam illā intelligi, de eo, cui adest bona voluntas sine interpolatione, quae fit per peccatum. Dum autem per lapsum illa interruptitur, non potest nisi per tristitiā quae ad poenitentiam attinet recuperari. Secundum argumentum colligitur ex illo Prover. 10. Vniuersa delicta opperit charitas: & cap. 15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata, cum ergo sacramentum poenitentiae non ad aliud quam ad purgandum peccata sit institutum, superfluum videtur: quandoquidem praedictae virtutes ad id sufficiunt. Respondetur, quod dum quis in peccatū labitur, praedictae virtutes nequeunt sine poenitentia liberare lapsum. Et est notanda solutionis energia. Haud enim negat virtutes illas concurrere ad reconciliationem lapsi: sed tamen id faciunt per poenitentiam. Requirit enim charitas, ut qui amicus erat, de offensa doleat in amicum commissa, eiq; satisfacere satagat. Requirit & fides Christi, ut per virtutem passionis eius, quae in sacramentis ecclesiae operatur, a peccatis iustificari studeat. Requirit demū & ordinata misericordia, ut homo suae miserie poenitendo subueniat, quā per peccatū incurrit, secundum illud Prover. 14. Miseros facit populos peccatum. Unde ecclesia sicuti. 30. dicitur Miserere animae tuae placens Deo, Ambas horū argumentorū solutiones memoriae, vsq; ad d. sequē. q. 1. ar. 2. cōmendato, vbi monstrabimus nullū actū charitatis citra heroicū martyrij sufficere sine poenitentia ad remissionē culpae. Sed ut ait. S. Th. 1. 2. q. 113. ar. 8. gratiā omnibus his virtutibus ad remissionē peccatorū uti. f. fide: cum accedē ad Deū oporteat credere, quod est, &c. & spe veniae, & detestatione offensae Dei: quae ad charitatem pertinet, ut in subsequētib; elucidabitur. Tertio arguitur. Sacramēta ex institutione Christi initiū habuerūt: sed Christus legitur sine sacramento remisisse peccata, ut Magdalena, & adultera, & paralytico, ergo & sacerdos etiam potest sine sacramento illa cōdonare. Negatur cōsequētia, quoniam potestas excellētie Christi nō dependebat ex sacramentis, & ideo sine illis remittebat peccata, licet nō sine cordis cōfusione, quae est de lege naturae. Illā autem potestatem non contulit, ecclesiae: sed alia sacramentis alligatam.

Tertium argumentum.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

ARTICVLVS. VI.

Utrum poenitentia sit secunda tabula post naufragiū.



Solutio.

poenitentia necessaria est, quae ritur quomodo sit necessaria, utrum tanquam secunda tabula post naufragiū. Et respondetur hac cōclusionē. Metaphoricè hoc sacramentum dicitur secunda tabula post naufragiū. Probatur. Id quod est per se, naturaliter eo prius est, quod est per accidēs: sicut & substantia prior est accidēti: sacramenta autē, ut in superioribus vidimus, quaedam per se ordinantur in salutem hominis, quamuis nulla esset actualis peccati infirmitas, ut baptismus, qui est spirituales regeneratio, & confirmatio, quae est spirituale nutrimentum: poenitentia autem ordinatur ad salutem hominis per accidēs supposito lethali crimine: sicut in vita corporali non indiget homo medicatio ne, nisi infirmaretur. Hac ergo ratione poenitentia obtinet secundum locum respectu status integritatis, qui per praedicta tria sacramēta cōseruatur. Et ideo per metaphoram dicitur secunda tabula: quae quidem metaphora sumitur ex mari elementali. Primum. n. praesidiū illud tranādi est integra nauis: secundum autem, illa effracta, est vna quaelibet tabula, cui

seros facit populos peccatum. Unde ecclesia sicuti. 30. dicitur Miserere animae tuae placens Deo, Ambas horū argumentorū solutiones memoriae, vsq; ad d. sequē. q. 1. ar. 2. cōmendato, vbi monstrabimus nullū actū charitatis citra heroicū martyrij sufficere sine poenitentia ad remissionē culpae. Sed ut ait. S. Th. 1. 2. q. 113. ar. 8. gratiā omnibus his virtutibus ad remissionē peccatorū uti. f. fide: cum accedē ad Deū oporteat credere, quod est, &c. & spe veniae, & detestatione offensae Dei: quae ad charitatem pertinet, ut in subsequētib; elucidabitur. Tertio arguitur. Sacramēta ex institutione Christi initiū habuerūt: sed Christus legitur sine sacramento remisisse peccata, ut Magdalena, & adultera, & paralytico, ergo & sacerdos etiam potest sine sacramento illa cōdonare. Negatur cōsequētia, quoniam potestas excellētie Christi nō dependebat ex sacramentis, & ideo sine illis remittebat peccata, licet nō sine cordis cōfusione, quae est de lege naturae. Illā autem potestatem non contulit, ecclesiae: sed alia sacramentis alligatam.

naufragus insidens enatare conatur. Similiter. n. in vita spirituali amissa baptismi gratia per poenitentiam liberamur. Metaphora haec Hiero. auctori tribuitur, ut est videre de poenitentia. d. 1. can. Secunda tabula. Et est apud ipsum in epist. ad Demetriadē, & in alia ad Sabinianū, & lib. 2. sup. Eisaia in ca. 3. Sed tamē Tertullianus Hiero. antiquor in lib. de poenitentia eandem posuit metaphoram. Et solet à doctōrib; d. 14. bifariam explicari. Vno modo, ut nauis integra fuerit status innocētia, à quo per Adā praeruaricationē cecidimus. Quare prima tabula post naufragiū, fracta nauis, est baptismus, & secunda postmodū poenitentia. Sed pfecto metaphora haec rei nō aptē cohæret. Primum, quia status innocētia, qui summa erat tranquillitate pacatissimus, neutiquā poterat mari cōparari, neq; illa innocētia nauis: siquidē nauis inter fluctus & scopulos nauigat. Secundò, quia si baptismus est prima tabula, fracta nauis, perit si militudo, ut poenitentia dicatur secunda: nam secunda tabula est, quae ex fractione nauis resultat: quare si baptismus nō est nauis, sed prima tabula, non frangitur, ut poenitentia dicatur secunda. Tertio, quia ista subsidia tranādi mare nō sunt nisi ecclesiastica sacramenta: in statu verò innocētia nulla erant sacramenta. Aptius ergo & rei multò similius metaphoram exponit. Sanct. Thom. ut mare solum censeatur mūdus post peccatum Adā, quem omnes intrantes nauim baptismi ascēdunt, quae ob id integra dicitur, quod per ipsum oīa peccata quoad culpā & poenā simpliciter condonantur, atq; adeo homines per ipsum in summa innocētia nauigāt. Qua utiq; nauis per peccatū mortale, quod naufragiū est, effracta, relinquit poenitentia: quare poenitentia nō dicitur secunda tabula respectu primae tabulae sed respectu saluae nauis. Nec debet cōparari scaphae, ut nonnullis placet, quae ex nauis iactatur in vndas in naufragio, sed simplici solute tabulae, ex qua nauis erat cōpacta. Vbi ideo meditatē pefandū est poenitentium periculū eorū praesertim, qui cū passionibus colluctantur. Ut enim diruta nauis homines videas asserib; & tabulis affixos adeo fluctuū insania hinc indē iactari, & nūc vndarum aggeribus submergi, nūc verò emergi, ut calamitatem prospēctantes qui miseros clamoribus animant, aliquando spem eorū salutis concipiāt & protinus amittāt. In hunc modum pfecto eiusmodi poenitētes timere sibi maximē debent

Expositio articuli.

Egregiū simile poenitentium.

bent, nisi Deo manus porrigenti per firmissimum emendationis propositum sese mancipare summa ope nitantur.

Primum argumentum.

Primum arg. S. Tho. est. Sup illud Esa. 3. Peccata sua quasi Sodoma predicauerunt, ait glossa, Secunda tabula post naufragium est peccata abscondere: poenitentia autem non abscondit, sed patefacit peccata: ergo non est secunda tabula. Respondetur, bifariam contingere peccata celare. Vno modo dum committuntur, & hoc glossa illa vocat tabulam, id est, remedium: non quod sit sufficiens ad delendum peccatum, ut est poenitentia, sed quod ceteris paribus minus peccatum sit quod sit occulte, quam quod sit publice: quia publicus peccator ex maiori contemptu peccare videtur, & alijs scandalum offert. Sed altero modo quis abscondit perpetratum scelus, confessionem omittendo, & hoc non est secunda tabula: imo contrarium tabulae, hoc est poenitentiae, iuxta illud Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.

Secundum argumentum.

Secundo arguitur. Fundamentum in aedificio non obtinet secundum locum, sed primum: poenitentia autem in spirituali aedificio est fundamentum, secundum illud ad Hebraeos. 6. f. Non rursus iacites fundamentum ab operibus mortuis: unde praecedit ipsum baptismum secundum illud Actuum. 2. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum: ergo poenitentia non est secunda tabula, Respondetur ad minorem, quod poenitentia non potest esse primum fundamentum simpliciter in prima aedificatione spirituali: nam illud est fides, quae recipitur in baptismo, iuxta illud Actuum.

4. Fundamentum nemo aliud ponere potest praeter illud, quod positum est, quod est Christus Iesus, sed est fundamentum in secunda reaedificatione per destructionem peccati: redeuntibus enim ad Deum primo occurrit poenitentia. Apostolus vero illo loco non loquitur, nisi de fundamento spiritualis doctrinae. Quauis forsan eandem fidem appellet fundamentum poenitentiae: nam baptismus fidei non fit sine vlla poenitentia, iuxta verbum illud Petri Actuum. 2. quod proxime citatum est. Admonebat enim illic Hebraeos Paulus, ut super fundamentum susceptum aedificarent bona opera ne retro labentes indigerent fundamento poenitentiae ab operibus mortuis, & fidei in Deum: sic enim habet litera. Poenitentia vero, quae baptismum praecedit, non est sacramentum, atque adeo

Tertium argumentum.

nec fundamentum. Tertio arguitur. Om-

nia sacramenta sunt quaedam tabulae, id est, remedia contra peccatum: sed poenitentia non tenet secundum locum inter sacramenta, sed magis quartum, ut supra dictum est: ergo non est secunda tabula. Respondetur, tria praecedentia pertinere ad integritatem nauis, quae per baptismum struitur, & per confirmationem roboratur, & per eucharistiam sustentatur.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum hoc sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum.



Ex eo, quod dictum est, sacramentum hoc esse necessarium, apparet illico post peccatum fuisse institutum: eo vel maxime quod delictorum poenitere naturale semper fuit. Et ideo quaeritur, vtrum conuenienter fuerit in lege noua institutum. Et respondetur vnica conclusione affirmatiua. *Conclusio.*

Conuenienter hoc sacramentum in noua lege institutum est. Tria enim sunt in eo consideranda: materia scilicet, forma, & effectum. Materia autem, ut dictum est, sunt actus poenitentiae. Absolutio vero, quae se tenet ex parte sacerdotis, qui operatur, ut minister, est forma, quae tribuit sacramenti complementum. Sed materia in reliquis sacramentis, ut art. 1. diximus, res est aut naturalis, aut artificialis, ut aqua, & panis: at quod talis materia ad sacramentum assumatur, illud habet ex institutione Dei. Forma vero & virtus sacramenti totaliter est ex institutione Christi, ex cuius passione procedit. Attamen materia huius sacramenti: nempe, dolor peccatorum, partim quidem naturalis est: naturali enim ratione homo mouetur, ut eum rei male gestae poeniteat: quia malum naturaliter displicet, sicut bonum placet. Sed tamen quod hoc, vel illo modo homo poenitentiam agat est ex institutione diuina. Et quantum ad hanc partem instituit Christus sacramentum in initio praedicationis suae, cuius prothema fuit, non solum quod homines poeniterent, sed quod poenitentiam agerent, vbi certos definitosque modos ad sacramentum requisitos insinuabat. Id autem, quod ad ministrorum officium pertinet, definiuit Mat. 16. dicens, Petro, Tibi dabo claves regni caelorum, quodcumque solueris super terram, &c. Illic enim insinuata est & potestas & forma. Tertium vero: nempe, efficaciam & effectum sacramenti, atque originem virtutis eius manifestauit post resurrectionem

Lucas

Lucas ult. vbi dixit. Oportet praedicare in nomine eius (scilicet Christi) poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes: praemisso sermone de passione & resurrectione: ex virtute enim nominis Iesu Christi patiens & resurgens sacramentum hoc efficaciam habet ad remissionem peccatorum.

Expositio articuli.

Titulus articuli huius duplicem habet sensum. Prior est, vtrum hoc sacramentum non in lege naturae aut scripta, sed in euangelica primo debuerit institui. Et hunc reliquit D. Tho. tanquam definitum. q. 61. vbi generaliter omnia sacramenta, quae gratiam conferunt, monstratum est a Christo fuisse instituta tanquam instrumenta exhibitae passionis suae. Nam retro actis seculis per solam eius fidem veteri mortales salui fiebant. Posterior vero sensus est, vtrum institutio sacramenti huius in euangelio congruentibus locis, & verbis habeatur. Atque adhuc respondet affirmatiue, quod fuit insinuata institutio in tribus locis euangelij: scilicet, quantum ad materiam, & formam, & effectum. Quare conclusio huius articuli, quod in euangelio fuerit institutum hoc sacramentum tanquam conferens gratiam, est de fide, ut patet in cap. Ad abolendam, de haereticis, & in concilio Florentino, & generali vniuersae ecclesiae concilio. Sed circa institutionem materiae discernendum est, quod aliud est Deum illam insinuasse, aliud vero hominem ad eam habendam mouere. Instituit enim eam constituendo finem & modum: Naturaliter siquidem hominem rei male actae poenitet, vel propter supplicium, aut infamiam, quam timet, vel alia de causa. Idque non semper spe veniae, sed forsitan poenitentia est ei desperationis occasio, ut proditori Iudaei vsu venit. Quocirca de Esau ait Paul. ad Hebraeos. 12. quod non inuenit poenitentiae locum, quauis cum lacrymis quae suisset. Et de Antiocho. 2. Mach. 9. legitur, quod orabat scelestus Deum, a quo non esset impetraturus misericordiam. Christus autem instituit poenitentiam, ut esset dolor offensae Dei, qui ad charitatem attinet: nempe, ut tanquam filios poeniteret nos patrem nostrum offendisse. Idque spe paternae clementiae, ut eundem, quem laesimus, clementem in nos speraremus. Haec ergo fuit institutio. Sed rursus materiam sic institutam, hoc est perfectam contritionem nequimus ex nostris viribus, nisi diuina ope specialiter suffulti, habere. Sed arguat quis forte, Nullibi in euangelio fuisse sacramentum hoc

Institutio.

institutum, nam vbi ait Christus, Poenitentiam agite, non alium explicat modum, quam eodem themate Ioannes, qui tamen nullum sacramentum instituit. Et ideo fortasse vterque non nisi illam poenitentiam praedicabat, quae praevia est ad baptismum, per quem appropinquat regnum caelorum, iuxta verbum Petri Actuum. 2. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Atque Matth. 16. tantum fuit facta promissio, ut verbum futuri temporis, tibi dabo, indicat. Et quauis Matth. 18. de presenti dicatur, Quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo: tunc tamen non erant apostoli sacerdotes: quia postmodum in coena fuerunt ad illam functionem instituti. Neque Lucas ult. habetur illa forma expressa. Respondetur, quod S. Tho. non contendit hanc formam tam expressam ostendere in euangelio, quod est illa. Hoc est corpus meum, sed quod verbis euangelicis monstratur, eam & Christum instituisse, & apostolos ecclesiae promulgasse. Quare dum dixit, Poenitentiam agite, materiam poenitentiae explicuit, siue dum quis baptizaretur, siue dum lapsus reconciliaretur. Et claus viuentis promissit, quibus post passionem sacerdotis functuri erant. Sed praecipuum poenitentiae, sicut & baptismi, non nisi post resurrectionem posuit. Sicut enim dixit, Ite docete omnes gentes, baptizantes eos &c. ita dixit, Oportet praedicare poenitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Quapropter nuperrima synodus Tridentina loco citato sessione. 5. cap. 14. ait Christum instituisse hoc sacramentum post resurrectionem Ioan. 20. vbi insufflato in apostolos Spiritum sanctum, dedit eis potestatem dicens, Quorum remiseritis peccata, &c. De hac autem gratiae efficacia huius sacramenti sunt errores quos dist. sequenti, &c. 18. commemorabimus.

Concilium Tridentinum.

Primum argumentum S. Tho. est. Ea, quae sunt de iure naturali, institutione non indigent: sed eorum, quae male quis gessit, poenitere, ius naturae docet: quia nequit homo bonum diligere, cui contrarium malum non displicet: ergo poenitentia non fuit in noua lege instituta. Respondetur, de iure naturali esse quod aliquis poeniteat de malis quae fecit, & signa doloris foris ostendat, sicut Niniuite fecerunt, ut Ionae. 3. legitur. Tamen si non nihil fidei poenitens adiuerit sub spe veniae a deo consequenda. Aiebat enim. Quid sit si conuertatur & ignoscat deus a furore irae suae, & non peribimus: Colligitur ergo, ut licet poenitentia sit de iure naturae, aliquid

T t 5 detex

determinationem acceperit ex lege diuina, vt de legibus alijs naturæ dictū est. 1. 2. q. 97. art. 4. & q. 100. de præceptis decalogi. **Caetanus.** **Caetanus** hic negat merum ius naturæ absq; vlla fide & reuelatione poenitentiam docuisse prout est doloris signum & remedium: quia seclusis fidei fundamentis, quibus docemur veniā obtineri à Deo, tristitia de dolore nulum noscitur esse remedium. Atamen adnotandum est hic, qd poenitentiam esse remedium peccatorum intelligitur tripliciter. Vno modo, qd sit sacramētum conferens gratiam. Et hoc pacto notissimum, est nō esse cognitum ante fidem euāgelicam: quia nec erat institutum. Secundo modo per aliud extremum, qd lumen ipsum naturæ qua ratione docet recedere à malo, & facere bonum, subinde admonet, vt errata displiceant: displicētiam autem dolor naturaliter subsequitur, atq; adeo non nulla diligētia malo medendi. Nam si in morbis naturalibus natura sollicita est salutis, fit, vt nisi sit omnino corrupta, sollicita sit in spiritualibus. Ad hoc enim muneris prouida natura, vt interiectionibus nos instigat ad proedum morbum, sic fecit, vt nostra nos conscientia compungeret, vt nostras corruptas affectiones amicis panderemus, salutariaque consilia peteremus, & procuraremus medelam, vt respicētes coleremus virtutes, quas in nos natura ipsa seminavit. Et hoc est, qd hic S. Tho. docet. Sed medio modo cōtingit poenitentiam esse remedium, scilicet, obtinendæ veniæ à Deo. Et hoc S. Tho. in exemplo Niniuitarū docet à fide prouenire. Sed tamē loquitur de cognitione fidei supernaturali quæ erat in lege naturæ. De qua distin. 1. q. 2. diximus. Tamen si & naturalis ipsa Dei cognitio, qua cognoscitur esse vnus, & res humanas administrare, & mundum gubernare, perinde doceat Deum nostris malis offendi. Quare respublicæ naturales bene institutæ Deū suis sacrificijs placare studebant, credentesq; post hanc vitam tam iustos q̄ iniquos manerent retributiones. Ob idque nonnulla in eis vigeat imago spei veniæ. At tamē veram rationem tum offensæ Dei, tū sempiternæ felicitatis, quæ in Dei visione cōsistit, sola euāgelica fides explicitè docuit: ob idq; dicitur explicita fides. Vnde Paul. Roma. 3. Christū, inquit, proposuit propitiorem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedētium delictorum in substatione Dei. Quasi iustitia sua, hoc est iu-

stificatio omnium delictorum, quæ fuerunt à principio mundi, non antea satis, sed per Christum fuerit perfectè ostensa. **Secundum argumentum.** **Secundum** arguitur. Quod in veteri lege præfuit, non opus habebat institutione in noua: in veteri autem lege fuit poenitentia; vnde Dominus conqueritur Hieremiæ. 8. dicens. Nullus est qui agat poenitentiam super peccato suo dicens, Quid feci? ergo non debuit poenitentia in noua lege institui. Respondetur, ea, quæ sunt naturalis iuris diuersimodè in veteri & noua lege determinationem accepisse, secundum quod perfectioni illius legis, & maiori perfectioni nostræ cōgruebat. Vnde & poenitentia sub illa lege determinationē accepit, primum vt esset magis in corde, q̄ in exterioribus signis, iuxta illud Ioelis. 2. Scindite corda vestra & non vestimēta vestra. Nam licet ratio naturalis docuerit etiam poenitentiam in corde, illam tū homines illorum seculorū immodicè, ostendebant foris proprias in se ipsos manus iniiciēdo, quod ad rem nihil referebat. Secundo determinationem accepit quantum ad aliquam confessionis effigiem in generali. Vnde Dominus Leuitici. 5. dicit, Anima, quæ peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatū de gregibus sacerdoti iuxta mensurā æstimationemq; peccati: & orabit pro eo, & dimittetur ei. Illa ergo oblatio erat quoddam poenitentiæ genus. Ob quod dicitur, Proverb. 18. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit & dereliquerit ea, misericordiam cōsequetur. Nulla tamen erat illic potestas spiritualium clauū quæ ex passione Christi derivatur, atq; adeo nec vllum erat sacramētum, vt quis subiiciendo se clauibus per confessionem & satisfactionem doleret sub spe obtinendæ veniæ virtute sacramenti. De hac autem confessione, quæ erat in antiqua lege, iterum in materia confessionis redibit sermo. **Tertium argumentum.** **Tertium** arguitur. Poenitentia, cum sit secunda tabula, posterior est baptismo: videtur autē prius ipso instituta, cum vt legitur Matth. 4. Christus initium suæ prædicationis fecerit dicens, Poenitentiam agite, appropinquauit regnū cælorum: ergo non fuit conuenienter instituta. Respondetur, qd historiæ serie cōsiderata prius meminit Christus de necessitate baptismi dicēs Nicodemo Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. quàm de necessitate poenitentia Matth. 4. Illud enim fuit ante Ioan. in carceratione: quippe qui postmodū legitur bapti-

baptizasse: hoc autem successit postq̄ fuit in carcerem cōiectus. Et licet prius prædicasset poenitentiam quàm baptismum, non fuisset incongruum, vt fecit Ioannes: quia etiam ante baptismum requiritur aliqua poenitentia, iuxta illud Actuum. 2. poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū. **Quartum argumentum.** **Quartum** arguitur. Sacramēta nouæ legis institutio nem habent à Christo, ex cuius virtute operantur, sed Christus non legitur vsus hoc sacramēto, sicut reliquis, quæ instituit: ergo nō videtur illud instituisse. Constituit D. Tho. in respōsione tres gradus. Vnus nāq; sacramēti, vel passiuus est dum recipitur, vel actiuus dum confertur: baptismo ergo suo Christus nō est vsus recipiendo: quia non habebat originalem maculā, sed baptismo Ioannis, neq; plurimum conferendo: quia vt legitur Ioan. 4. ipse nō baptizabat, sed discipuli eius. Quia vis secundum Augustinū ad Seleucianam discipulos baptizauerit. Sacramento verò poenitentia non potuit eadem ratione vt in recipiendo: quia nullum fuit in eo inuentum peccatū. Neq; verò decuit, vt conferret: nam ad ostendendum, tum suam misericordiam, tum potestatis excellentiam debuit peccata sine sacramēto remittere. Sed sacramēto eucharistiæ vtroq; modo vsus est & recipiēdo, & præbendo, tum ad commendandam eius sacramenti excellentiam, tum quia memoriale est passionis eius, in qua ipse fuit sacerdos & hostia. Apostolos verò per Spiritum sanctum, quem misit, confirmauit, eosdemq; ipse sacerdotes, ordinauit.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrum poenitentia debeat durare vsque ad finem vitæ.



Vbsequuntur duo articuli de continua poenitentia duratione. Octauus scilicet, vtrum poenitentia debeat durare vsq; ad finem vitæ, & nonus, vtrum debeat esse continua. Ad primū respondet per distinctionē duabus cōclusionibus. Est enim poenitentia duplex: scilicet, interior, qua quis de peccato commissio dolet, & exterior, qua ex tera doloris signa proferuntur. Prior ergo conclusio est. Poenitentia interior debet durare vsq; ad finem vitæ: semper enim debet homini displicere, qd peccauit: nam si ei placere peccasse, ex hoc ipso peccatum incur-

reret & fructum veniæ perderet. Displicētia autem in eo, qui doloris est capax, qualis est homo in hac vita, dolorem parit: in patria verò, vbi dolori locus non datur displicebunt beatis peccata præterita sine omni tristitia, secundum illud Esaiæ. 35. Oblioni traditæ sunt angustie priores. **Posterior conclusio.** **Posterior** poenitentiam exteriorē non oportet vsq; ad finem vitæ perdurare: nam confessio sufficit semel facta, & satisfactio secundum mensuram peccati, & tempus per ecclesiæ ministerium clauium potestate definitum.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum poenitentia possit esse continua.



VM conclusum sit poenitentiam vsq; ad finē vitæ duraturam, circa modum durationis quæritur, vtrum possit esse continua. Et per aliam distinctionem respōdetur alijs duabus cōclusionibus. Poenitere enim, & actu contingit & habitu. **Prima conclusio.** **Prima** actu impossibile est continuo, hoc est, perpetuo poenitere. Vitæ namq; necessitas vtrūq; poenitentis actum tam internum, q̄ externum & somno & alijs corporis officijs, quibus vacare oportet, necessario debet interpollare. **Secunda conclusio.** **Secunda** habitu oportet hominem continuo poenitere: & quo ad hoc qd nūquam homo aliquid contrarium poenitentiæ admittat, per quod habitus poenitentia tollatur, & quantum ad hoc, qd debet in proposito semper gerere, vt sibi elapsa peccata displiceant.

Articulus. **Articulus** Ambos istos articulos ex illo lib. de vera & falsa poenitentia colligit, qui sub nomine Augustini est inter decreta celeberrimū, tamen si alius auctoris credatur non solū propter phrasim, veluti & alter de poenitentia medicina, sed quia autor. c. 17. Augustinum citat, & ab eo discedit. Tamen si nō sit hoc tam alijs efficacis argumētum, qd Erasmus censet: potuit. n. esse figurata locutio, qua de se veluti de alio dixerit. Quauis de salute tarde poenitentis Augustinus potuit dubitare, Credo quidem illi, qd dixit, Quacūq; hora peccator ingemuerit, &c. Habetur enim illic, Quid restat nobis nisi dolere in vita? vbi. n. dolor finitur, deficit poenitentia. Si verò poenitentia finitur, qd derelinquitur de venia? Et. c. 19. art. Continuo dolendū est de peccato. Quod declarat ipsa dictionis virtus: poenitere. n. est poenā tenere,

vt semper puniat in se vlciscendo, quod com-
misit peccando. ¶ Primam conclusionem ar-
ticuli octauæ distinctio subiuncta in art. 9. de-
clarat. Cum enim ait, q̄ semper vsq; ad finē
vitæ debet hominem displicere q̄ peccauit,
non intelligitur secundum actum, vt semper
homo actu cogitet de peccatis: nam displice-
re, vt ait Caietanus, bifariā, sumitur. Vno mo-
do pro actu positiuo contrario complacētiae
& cum de isto actu sit præceptum affirmati-
uum saltem ratione cōfessionis, sufficit eum
semel habere, sicuti & semel peccata confite-
ri. Quare licet nunquam amplius homo, post
quàm semel absolutus est, de suis culpis cogi-
tasset, nunquam incurreret nouum peccatū.
Alio modo accipitur negatiuē, vt displicere
idem sit, q̄ non placere. Atq; isto modo intel-
ligit S. Thom. cōclusionem: videlicet, q̄ per-
petuò debet peccatum non placere, vt patet
per eius probationem: nam si peccatum rem-
missum pōst aliquando placeret, illa compla-
centia esset peccatum. ¶ Et pari modo intelli-
gitur secunda conclusio articuli noni, q̄ sem-
per debet homo secundum habitum pœnite-
re. Nō q̄ semper debeat iustus actuale habere
propositum nōi peccandi: quia sicut nō
tenetur habere memoriam præteritorum: ita
neq; præsentē cogitationē futurorū, sed secū-
dum habitū oportet, vt sit dispositus seruare
mandata Dei. ¶ Sed rogas, vtrum licet nulla
sit obligatio, laudabile sit ei, cui sunt peccata
remissa, illa sedulo in memoriā reuocare. Aie-
bat enim Dauid psalmo. 50. Peccatum meū
contra me est semper, hoc est, in conspectu
meo est semper: cuius causa stratum suum la-
chrymis continenter rigabat. Respondetur de
hoc non esse certam regulam, sed prudentiā
adhibere opus est, secundum ingenium ho-
minum, & scelerum qualitatem. Incipienti-
bus nanq; & continentibus; qui conflictum
carnis perferunt, nonnunquam præteritorū
memoria periculosa est: & ideo quando peri-
culum offert, rescindi debet. Quando verò e-
iusmodi periculum non creat, salutare consi-
lium est eadem peccata identidem memoria
repetere, quæ pensatis peccatorum incōmo-
dis & detrimentis cor humiliet, & in bonum
confirmet, & fructibus pœnitentiæ ante actā
vitam vlciscatur. Potissimum cum Ecclesia-
stici. 5. legatur, de propitiato peccato noli esse
fine metu. Debet enim in huiusmodi homi-
nibus sic metus ex vna parte, & fiducia, & mi-
sericordia ex altera vicarias habere operas,

Displicere bi-
fariam vsur-
patur.

Crebraculpa
remissa cogi-
tatio an sit
laudabilis.

Questionis di-
stinctio.

vt nec mētis desperationē mētis, nec fiducia
securitatē generet. Illis verò, qui peccata satis
luxerunt, & sunt virtute progressi, quanuis
crebra peccatorū memoria quasi humilitatis
frenū ad conterendam elationem mentis uti-
lis sit: tamen sæpe altior diuinorum contem-
platio accommodatior est. Nam et si Magda-
lena tam multis annis antro abdita pœniten-
tiam egerit, non dubium quin altissima con-
templatiōe vsq; ad angelorum colloquium
fuerit euecta. ¶ Quod autem diximus nullā
esse obligationem habēdi propositum actua-
le, & actualem cogitationē futurorum, de le-
ge ordinaria intelligimus. Nam quādo vche-
mens tentatio & procella irruit, quæ præsen-
taneū periculum offert cōsentiendi in malū,
fortasse ratiōe periculi tenemur propositum
actu confirmare ad propulsandum rabidum
tentationis impulsū.
¶ Primum argumentum S. Thomæ in art. 8. *Primum ar-
gumentum.*
est. Pœnitentia ordinatur ad deletionem pec-
cati: sed pœnitēs statim cōsequitur remissio-
nem secundum illud Ezechielis. 18. Si impius
egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis,
quæ operatus est, vita viuet, & nō morietur:
ergo non opus est vltior pœnitentia. Nega-
tur consequētia: nam pœnitentia vera & præ-
terita remouet, & à futuris præseruat. Quare
licet ratione prioris non sit necessaria nisi se-
mel, debet tamen esse iugis ad perseuerantiā
secundum habitum, & quandoq; , vt modò
dicebamus, secundum actum. ¶ Secundum ar-
gumentum. *Secundum ar-
gumentum.*
Pœnitentiā agere ad statum attinet
incipiētium, sed homo debet inde ad statum
proficientiū progredi, & vltius ad culmen
perfectorum: ergo non est circa pœnitentiā
remorandum. Respondetur ad maiorem, q̄
pœnitentiā interiorem agere simul cum ex-
teriori pertinet ad statum incipiētium dum
à suis criminibus respiscunt, sed pœnitentia
interior locum etiam habet in proficiētibus,
& perfectis, secundum illud Psalmi. Ascensio-
nes in corde suo disposuit in valle lachryma-
rum. Vnde Apostolus. 1. Corin. 15. Non sum,
inquit, dignus vocari Apostolus: quoniam
persecutus sum ecclesiā Dei. ¶ Tertio argui-
tur. In hoc sacramēto, sicut in cæteris, statuta
ecclesiæ seruāda sunt: sed secundum canones
determinata sunt tempora pœnitendi, vt infra
videbitur: vt scilicet, qui hoc vel illud pec-
catum cōmiserit, tot, vel tot annis pœniteat:
ergo pœnitentia non debet esse diuturnior.
Respondetur, canonibus illis tempora esse
præfixa

Primum ar-
gumentum.

Secundum ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

præfixa quantum ad actionem duntaxat ex-
terioris pœnitentiæ.

ARTICVLVS. X.

Vtrum sacramentum pœnitentiæ debeat iterari.



VM vt baptismus, sic & sacra-
mentū pœnitentiæ sit in remis-
sionem peccatorum, & ille nō
sit iterabilis, quæritur vtrūne
hoc debeat iterari. Ad qd̄ D.
Thom. vnica conclusione respondet dicens.
Manifestum est q̄ pœnitentia est pluries ite-
rabilis. Probatur primò autoritate euangeli-
ca: homo enim ad misericordiam exemplo
Dei inducitur, secundū illud Luc. 6. Estote mi-
sericordes, sicut & pater vester misericors
est: Dominus autem sine numero misericordi-
dā discipulis suis iussit, dicens Petro Matth.
18. quærenti quoties noxam fratri in se pec-
canti condonaret, vt non solum vsq; septies,
sed vsq; septuagies septies illam misericor-
diam præstaret, vbi finitus numerus pro infi-
nito ponitur: ergo De⁹ nobis pari modo pec-
cātibus, quoties pœnitentiā egerimus, igno-
scit. Præsertim cū nos petere doceat, Dimit-
tere nobis debita nostra, sicut & nos dimit-
timus debitoribus nostris. Deinde probatur
ratione duplici contra duas contrarias hære-
ses. Hæretici nanq; circa pœnitentiā naufragantes,
dicentes scilicet non posse hominem
per pœnitentiā secundò consequi veniam,
bipertiti fuerūt. Nouatiani nāq; post baptis-
mum lapsis omnino regressum per pœniten-
tiā occludebant. Alij verò dicebant, vt Aug.
in lib. de pœnitentia ait, semel per pœniten-
tiā habere locum, nō autem pluries. Ex bi-
no autem capite in hos errores impegērūt.
Primum scilicet, q̄ circa rationem veræ pœ-
nitentiæ, quæ per charitatē fit, errabant: cre-
debant scilicet, q̄ charitas semel habita non
possit amitti: atq; adeò pœnitentia, si sit ve-
ra, nunquam possit per peccatum tolli, vt sit
eam necesse iterari. Sed hoc, inquit. 2. 2. q. 24.
artic. 11. reprobatur est. Nam licet charitas
ex natura sua perpetua sit, tamen ex natura
voluntatis, in qua est, quæ secundum liberta-
tē est vertibilis, potest amitti, atq; adeò post
veram pœnitentiā potest homo peccare, vt
reconciliationem indigeat. Secundò verò erra-
bant circa æstimationem grauedinis pecca-
ti, arbitantes adeò esse grauem ingratitude-
nem post impetratam veniam relabi, vt rela-

Conclusio.

Dne aduer-
sarij hæreses.

Nouatianorū
hæresis.

Aliorū er-
ror.

Duplex hæ-
resis caput.

psus ille non sit remissibilis. In hoc autē erra-
bant dupliciter. Primum q̄ licet relapsus ra-
tione ingratiitudinis ingrauescat, nihilominus
potest aliud ante impetratam veniam alia ef-
se ratione grauius. Quare si omnis primus la-
psus remissibilis est, & relapsus quoq; remit-
ti pōt. Secundò errabant & aduersum infinitā
Dei misericordiam, quæ omnē exuperat sce-
lerum & numerum & magnitudinem, securi-
dum illud. Misere mei Deus secundum ma-
gnam misericordiam tuam, quod refertur ad
grauitatem peccati, & secundum multitudinē
miserationū tuarum dele iniquitatē meam,
quod refertur ad frequentiam. Vnde impietas
reprobatur Cain dicētis Genes. 4. Maior est
iniquitas mea, q̄ vt veniā merear. Misericor-
diæ ergo Dei in remittendis culpis impietas
est terminū præscribere, iuxta illud. 1. Paral.
10. vlt. Immensa & inuestigabilis est miseri-
cordia promissionis tuæ sup malitiā hominū.
¶ Autor primus pestilentissimæ hæresis hu-
ius, quòd lapsis non pateat remediū pœnitē-
tiæ, vt aduersus Iouinianum libro. 2. autor est
Hieronymus, fuit hæresiarcha ille vetustissi-
mus Montanus, à quo eam postmodū No-
uatus Romanus presbyter hæreditauit, vt li-
bro. 6. Ecclesiasticæ historiæ refert Eusebius
cap. 34. Deinde Cathari, Nouatum sectātes,
vt lib. de hæresibus. c. 38. ait Aug. & lib. 2. to-
mo. 1. hæresi. 59. Epiphani⁹. Vñ superbissimū
odiosissimūq; nomē sibi arrogarūt, vt ppter
munditiam, quia nūquam peccabant, catha-
ri, id est, mundi dicerētur. Tamen si Hierony-
super Psalmum. 95. Nouatianos non prorsus
dixerit, omnium pœnitentiā peccatorum
de medio tollere, sed aiebāt, inquit, q̄ de mea
dacio, periurio, & de furto, quæ minora ab eis
existimabantur, haberi posset pœnitentia.
Cæterum de fornicatione & homicidio mi-
nimè. Hæc autē hæresis adeò illo seculo fuit,
vt par erat, exosa & execrabilis, vt plerique
sanctorum patrū contra illam scripserint, vt
Chryostomus lib. de reparatiōe lapsi, & Cy-
prianus in sermōe de lapsis, & Hieronymus
ad Damasum, & Ambrosius duobus libris
de pœnitentia, & August. inter quæstiones
noui & veteris testamenti. quæst. 22. & libr.
de vera & falsa pœnitentiā, ei inscripto, & mul-
ti alij. Fuit error hic condemnatus primò in
concilio Roma. 60. episcoporū, & cōcilio Ni-
ceno. c. 8. & est determinatio in cōcilio Late-
ranēsi vbi habetur, q̄ lapsus post susceptio-
nē baptismi per pœnitentiā pōt semper re-
parari.

Errorduplex

Expositio ar-
ticuli.

Tertullianus

parari. Et concilij Florentini connumeratis poenitentiam inter septem sacramenta. Tertullianus egregium librum de poenitentia edidit, tamen paulo post medium videtur docere non nisi semel locum venie poenitentibus patere. Semel enim, inquit, satis est, sed amplius nunquam. Ceterum inferius videtur dictum corrigere. Perinde enim hereticum esset id asseuerare, atque cum Catharis Nouatianis consentire. Et quoniam heresis hanc si vili haberet probabilitatis colore, omnimodum obijceret desperationis periculum, funditus est ex humanis mentibus eradicanda. Et quia diuina testimonia, quia Deus suauiter omnia disponit, per ratione patefiunt, ab istis exordia mur. Deus enim in hunc vnum finem, & angelos, & homines condidit, ut eos bearet, suaque diuinitate donaret. Ob idque, ut. x. ad Timoth. 2. ait Paul. vult omnes homines saluos fieri, nisi per ipsos steterit. Quocirca vtrique creature iuxta propriam naturam prospexit. Cum ergo angelus verè esset intellectualis nullo suapte natura vtens discursu, aut voluntatis variabilitate, primo statim peccato obstinatus est. Homini verò, quia natura rationalis est, & subinde discurrere, ac identidem ad vtrūque; mutari aptus, poenitentia remedium donauit, quo posset mutata mente à malo in bonum conuerti. Quare non solum sacramentum baptismi ei contulit, quo originali labe absterfa in vitam spiritualem regeneraretur, verum & poenitentiam, vt medicinam, qua quoties infirmaretur, sanari posset. Vnde sicut in seculari vita corporis generatio non est nisi vna, sanatio verò, à frequentibus morbis: sic & in vita spiritali baptismus natura sua non iteratur: poenitentia verò toties, quoties lethalis morbus expostulat. Secundò & fragilitas humani generis id exigit: nam postquam iustitiam perdidit originalem, sic mansit vulnerata: vt itidem collabatur id quod Dominus Gene. 8. in causam indulgentia adduxit, vbi ait. Nequaquam maledicam terram propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur percutiam omnem animam viuentem sicut feci. Naturalis ergo pronitas ad malum frequentationem poenitentia requirit. Et Dauid Psalmo. 50. id in causam deprecandae venie allegabat, quod fuisset in iniquitatibus conceptus, quarum impulsus saepe cum prosternebat. Tertio ex natura ipsa sacramenti poenitentia colligitur eius repetitio. Qui enim

negat post baptismum poenitentiam, omnino negat sacramentum poenitentia: nam illa, quae ante baptismum fit, non est sacramentum. Ob idque in definitione diximus, poenitentiam esse sacramentum remissionis peccatorum, quae post baptismum committuntur. Igitur si post baptismum semel lapsa poenitentia non negatur, eadem ratione nec si septuagies septies labatur: nam ingratitude eadem est in omnibus: & licet in posterioribus crescat, tamen alia ratione priora possunt esse peiora. Quarto, qui negat poenitentiam toties iterandam, quoties peccatum est, ius naturae radicitus conuellit: natura enim admonet, vt quoties homo deliquerit, redire studeat in viam: fides autem nos docet redire in viam neminem posse, nisi per Dei auxilium in eius gratiam recocilietur, sublata verò poenitentia, cum nulla fiat reliqua spes veniae, nemo respiscere curaret, sed in hac vita homo diabolus fieret. Nam, vt rem alio argumento robaremus in hoc infernorum miseria ab hac nostra huius seculi militia differt, quod quandiu hic viuimus patientia Dei, vt ad Roma. 2. ait Paul. ad poenitentiam nos adducit iterum atque iterum nobis parcendo. Sed eos impoentes, qui diuitias bonitatis eius & patientiae longamini tatis contemnunt, confirmata ira in infernum obtrudit, vbi fructuosae poenitentiae omnis occluditur via. Et eandem catholicam veritatem Deus nostris mentibus altissime impressam curauit Ezechielis. 18. vbi ait. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis (non ait his aut illis, aut semel, aut bis, sed quotiescunq;) vita viuet, & non morietur. Et subdit. Nunquid voluntatis meae est mors impij, dicit Dominus, & non vt conuertatur à vijs suis, & uiuat? Id quod & cap. 33. iuramento confirmat. Viuo, inquit, ego dicit Dominus Deus, Nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua & uiuat. Illo enim iure iurando spem poenitentis altissime corroborat. Si autem, vt heretici aiunt, lapsis non pateret reditus, certe falsum esset iuramentum Dei dicentis nolle illorum mortem. Quem errorem, vt à nobis auferat, replicatò inquit, Conuerti mini, conuertimini à vijs vestris pessimis: hoc est, quacunque replicata malitia scelera & flagitia cumulaueritis. Vnde subiungit. Impietas impij non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. In quacunque, inquit, die, (licet millies id fecerit.) Et Hieremiae. 18. sine aliquo praescripto ter-

Hierem. 18.

mino.

Exemplum.

Nouatiani.

Luc. 15.

mino si poenitentiam, inquit, egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus illam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi, vt facerem ei. Ad hanc eandem, quae admodum nobis baptismus, est quo originale remittitur, Hebraeis erat fides per circumcisionem applicata: sed post illam primam iustificationem Deus relapsos ad poenitentiam, vt visum est admonebat, veniam illis pollicitus: ergo baptizatis nobis per poenitentiam sacramentum recociliatio patet. Sunt & rei huius exempla complura. Deus enim, vt Gen. 4. legitur, Cain ad poenitentiam allexit fratricidij, quod post remissionem originalis patrauerat. Et in noua lege Petrus, qui, vt ait August. baptizatus tunc erat, post trinam negationem poenitentiam adeptus est. Et Paul. 1. Corint. 1. fornicarium baptizatum Satanam tradidit, vt poenitentiam igeret. De quo ait epistola. 2. ca. 2. Ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi. Concedunt Nouatiani, sacerdotes, vt ait Ambros. super baptizatos semper habere potestatem ligandi: ergo cum Deus, qui ad miserendum propensior est, quam ad vlciscendum, simul coniunxerit. Quodcumque ligaueris, erit ligatum, & quodcumque solueris, erit solutum, iniquissimè negant habere simul etiam potestatem absoluendi à peccatis, quod nisi per sacramentum poenitentiae exercere nequeunt. Accedit & parabola de filio prodigo, qui peregre proficiscens totam paternam substantiam dissipauerat, & tamen conuersus ad cor, reuersusque ad patrem patensissimis eius visceribus susceptus est. Super haec omnia est locus ille apertus Matth. 12. vbi ait Christus, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae, statim explicat dicens. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur. Omne ergo peccatum, quotiescunq; committatur, remitti potest, praeter peccatum in Spiritum sanctum, quod, inter alia significata, est desperatio, quam isti negantes poenitentiam, hominibus persuadere contendunt. Ac demum Ioan. in. 1. cano. cap. 2. rem clarè explicat, vt Hieronymus aduersus Iouinianum edisserit, quod refertur de poenitentia dist. 2. cano. Si enim. Filioli, inquit, mei haec scribo vobis, vt non peccetis, sed si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est pro peccatis no-

stris propiciatio, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Multi sunt alij canones de poenitentia dist. 2. sed haec satis. Vnde regula colligenda est, quod nunquam per Deum stat quo minus quicumque peccator reconciliari cum ipso valeat: Nemini enim auxiliu speciale negat, quod ad recociliationem sufficit, iuxta illud Apocalip. 3. Ego quos amo arguo & castigo, Aemulare ergo & poenitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, coenabo cum eo, & ipse mecum. Ex quo illud colligitur diuinum axioma Osee. 2. Perditio tua Israel (id est, tu est illius causa.) ex me autem auxiliu tuum. Hoc autem in calce memoriae commendandum est, quod cum hoc ingentissimum beneficium in bonum nobis nostrum Deus contulerit, nos illo absurdissime abutimur. Nam tam certa spes veniae, securiores nos reddit, vt in peccatorum volutabro diutius reuoluamur. Sed caueant serò poenitentes incertum exitum, quo creberime iratum Deum experiuntur.

Haereticorum argumenta D. Thomas hic diligenter congescit. Primum sumitur ex illo ad Hebraeos. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritu sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad poenitentiam: sed quicumque semel poenituerunt, fuerunt illuminati, vt in baptismo, & receperunt donum Spiritus sancti: ergo nemo eorum, qui post poenitentiam relabuntur, poterit postea per poenitentiam renouari. Hic locus, vt ait loco citato Epiphanius, male intellectus haereticos fefellit, quem eodem modo, vt hic S. Tho. interpretatur. Existimabant enim Iudei lauacrum baptismi perinde esse atque illa veteris legis, quibus se ab immunditie identidem repurgabant. Et quia illam epistolam ad Hebraeos scribebat, hunc errorem illis curauit abstergere: videlicet, nequis postquam baptizatus est, vbi fidei lumine illuminatur, existimet si recidat posse renouari, hoc est, iteratò regenerari in nouam vitam resumendo iteru baptismum, qui est lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Sed quia ante baptismum requiritur nonnulla poenitentia, dixit, iteru renouari ad poenitentiam. Et quia per baptismum, vt ait ad Romanos. 6. commorimur & cõsepelimur Christo quasi cum ipso crucifixi, vel ipsum nobis crucifigentes, propterea subdit, rursus crucifigentes sibi metipsis

Regula.

Primum argumentum.

metipſis filiū Dei. Quod autē huiusmodi relapſi non ſint remedio pœnitentiæ deſtituti, oſtendit ibidē protinus Apoſtolus ſubdens. Conſidimus autem de vobis dilectiſſimi, meliora & viciniora ſaluti: tametſi ita loquimur: non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri &c. Hoc eſt, ſi vos meditamini per pœnitentiam ſalutem recuperare, iuſtus eſt Deus, qui vos ſuſcipiet. ¶ *Secundò arguitur.* Ambroſius lib. de pœnitentia ait. Reperiuntur, qui ſæpiùs agendam pœnitentiã putant, qui luxuriãtur in Chriſto: nam ſi veram pœnitentiam agerent, iterãdam poſtea non putarent: quia ſicut vnum eſt baptiſma, ita vna eſt pœnitentia. Vbi inſinuat q̄ ſicut baptiſmus non iteratur, ita nec pœnitentia. Illic vero Ambroſius de pœnitentia ſolemniter loquitur, quæ, vt infra videbitur, non eſt iterabilis.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

¶ *Tertio arguitur.* Miracula, quibus Dominus morbos corporis ſanauit, medicamina ſpiritualium ſignificant, quibus homines liberantur à peccatis: ſed non legitur eundem mortuum bis reſuſcitari, aut eundem ab eadem infirmitate bis curari: ergo nec credendus eſt eadem peccata eidem bis cõdonare. Ad hoc Auguſt. lib. de pœnitentia reſpondet, q̄ cum multos cœcos in diuerſo tempore illuminauerit, & multos debiles cõfortauerit, in diuerſis oſtendit eidem ſæpe peccata dimitti, vt q̄ priùs ſanauit leproſum alio tẽpore illuminet cœcum. Ideo, n. tot ſanauit cœcos, claudos & aridos, ne desperet eſſe peccator. Sed ideo non ſcribitur, aliquem niſi ſemel ſanari, vt quilibet timeat iungi peccato. Medicum ſe vocat, & non ſanis, ſed male habentibus opportunū. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum neſciet curare? Medicorū eſt centies infirmum centies curare: qui ceteris minor eſſet ſi alijs poſſibilia ignoraret.

Quartum argumentum.

¶ *Quarto arguitur.* Gregorius dicit in homilia quadrageſimæ de pœnit. diſt. 3. can. Pœnitentiam. Pœnitentia eſt anteacta peccata deſlere, & ſeclã iterum non committere: & Iſidorus in lib. de ſummo bono can. Irrifor. de pœnitentiã, diſt. 3. Irrifor, inquit, eſt & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet: ergo qui verè pœnitet, non iterum peccat atq; adeo pœnitentia non eſt iterabilis. Reſpondetur, q̄ pœnitentiã eſt anteacta flere, & tunc dum flet neq; actu peccare, neq; propoſitū habere peccandi: ille enim eſſet irriſor & non pœnitens, qui dū actu cõteritur id agit quod pœnitet, aut ſe facturū proponit qd̄ geſiſſet,

vel peccatum aliud. Quod autem poſtq̄ eū pœnituit, relabatur, non excludit quin pœnitentia præterita fuerit vera: veritas enim prioris actus per ſubſequentem contrarium non excluditur. Quare ſicut, qui verè cucurrit, poſtea ſedet: ita què verè pœnituit, poteſt recidere. At quauis hoc veriſſimum ſit, forſan illi ſacri patres voluerunt præterea docere genus quoddam irriſionis eſſe quotidie pœnitere, & quotidie ad volutabrum reuertit: frequens enim relapſus iudicium eſt, licet non omnino euident, propoſitum non fuiſſe legitimum & firmum. ¶ *Quinto arguitur.* Sicut baptiſmus habet efficaciam à paſſione Chriſti: ita pœnitentia: ſed baptiſmus, quia vnica fuit mors Chriſti & paſſio, nõ iteratur: ergo nec pœnitentia. Negatur conſequentia propter diſcrimen: nam baptiſmus habet virtutem à paſſione Chriſti, ſicut quædam ſpiritualis regeneratio: quia illic cõmorimur Chriſto. Vnde ſicut ſtatutū eſt hominibus ſemel mori: ita ſemel naſci: pœnitentia verò habet virtutem à paſſione Chriſti, tãquam ſpiritualis medicatio: quæ frequenter iterari poteſt. ¶ *Sexto arguitur.* Gregorius ait, q̄ facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi: ſi ergo Deus veniam frequenter præbet per pœnitentiam, ipſe incentiuum præbet delinquendi. Reſpondetur, q̄ ipſe non præbet tale incentiuum, ſed nos per noſtram maliciam ex miſericordia Dei, quæ vt ait Paul. ad pœnitentiam nos adducit, anſam nãciſcimus liberius peccandi, atq; adeo theſaurizãdi iram in die iræ. Vnde Aug. in lib. de pœnitentia. Cõſtat Deo multum diſplicere peccata, qui tamen ſemper præſto eſt ea deſtruere, ne ſoluatur quod creauit, nec corrupatur quod amauit: videlicet, per deſperationem.

Quintum argumentum.

Sextum argumentum.

Q V A E S T I O S E- cunda de Sacramento pœ- nitentiæ ſecũdũ quod eſt virtus.

S. Tho. 3. part. quæſt. 81.

ARTICVLVS. I.

Vtrum pœnitentia ſit virtus.

Cũ



Concluſio.

V M alia ſacramenta p ſe non ſunt virtutes, ſed Dei inſtrumẽta ſupranaturaliter inſtituta, merito quæritur, vtũ ſacramẽtum pœnitentiæ hoc habeat ſingulare, quod ſit virtus.

Et reſpõdetur, ſuppoſita diſtinctiõẽ, hac concluſione. Maniſeſtum eſt, q̄ pœnitentia, de qua nunc loquimur, vel eſt virtus, vel actus virtutis. Probatur primò, Præcepta legis nõ dantur, niſi de actibus virtutum, ſiquidem legiſlatoris propoſitum, vt. 2. Ethic. legitur, nõ eſt niſi ciues facere ſtudioſos: ſed præceptum diuinæ legis eſt de pœnitentiã ſecũdũ illud Matth. 4. Pœnitentiam agite: ergo pœnitentia eſt virtus. Secundò probatur ratione. Pœnitentia, vt ex dictis colligitur, eſt de aliquo priùs à ſe facto aliquè dolere: dolor aut, vt. 1. 2. q. 39. oſtẽſum eſt, vno modo accipitur ſecũdũ q̄ eſt paſſio quædam appetitus ſenſitiui, & ſic nõ dicit per ſe virtutem, nec vitium: quia non eſt habitus ſecũdũ rationẽ, aut contra rationem electiuus, ſed alio modo accipitur ſecũdũ quod eſt in volũtate: & hoc modo eſt cum quadã electiõẽ, quæ quidem electiõ, ſi ſit recta, neceſſe eſt vt ſit actus virtutis. Eſt enim virtus, vt. 2. Ethic. autor eſt Ariſto. actus electiuus ſecũdũ rationem rectã: dicitur autẽ ratio recta, vt quis doleat de malo, quando & quo ſine dolendum eſt: cum ergo peccatum ſit malum, & pœnitentia dicat dolorem eius moderatum cum intẽtione veniæ impetrandi, ſit vt virtus.

Expoſitio articuli.

Luth.

Erasmus.

¶ Pœnitentiã, nemo eſt qui dubitet, nomẽ eſſe latinum, ſicuti & pœnitere, vnde deriuatur. Eſt enim pœnitere aliquando tãdere, vt Me mei pœnitet, & ſuæ quæq; fortunæ pœnitet, quãdoq; verò factum diſplicere, quæ noſtra eſt ſignificatio. At verò Lutherus, vt eſt videre apud Roſſenſem. artic. 7. non admittit nomẽ hoc tali pollere ſignificatu, vt reſpectum habeat ad malum præteritum, cuius ſit deſtatio, ſed idem ſignificare, quod mutatio mentis, eſſeq; dũtaxat propoſitum bene viuẽdi in futurum. Nomen enim Græcum eſt μετανοια compoſitum ex trans & mēs, quali dicas, tranſmentatio. Vnde & Erasmus ſuper illud Matth. 3. Pœnitentiam agite, vbi græcè eſt μετανοια, adnotauit, melius fuiſſe tranſlatũ, Reſpiciate, ſeu. Ad mentẽ redite. Tametſi non neget, quin ei, qui reſpiciat, ſuperior vita diſpliceat. ¶ Hic autem hæreticus blaſphe-

muſque Lutheri error, & Latinè, & Græcè, & ſecundũ philoſophiã & theologiam exploditur. Cicero. 11. in epistoſis ad Atticum non ſemel ait. Me pœnitet, q̄ te offenderim. Et in Tuſculanis ſapiẽtis, inquit, eſt propriũ nil qd̄ pœnitere poſſit, facere. Et li. de Inuentiõẽ. Vtrum id facinus ſit, quod pœnitere ſit neceſſe, quibus alijsq; ſimillimis locis maniſeſtè exprimitur reſpectus ad præteritum malum, cuius dolore & triſtitia affici eum oportet, quem facti pœnitet. Et Auſonius in illa parœmia, Noſce tẽpus, metanœã ipſam inducit ſit loquentem. Sum Dea, quæ facti, nõ factiq; exigõ pœnas, Nempe vt pœniteat, ſic Metanœa vocor. Nomen ergo metanœa de teſtationem præteriti mali includit, ac ſubinde dolorem & moerorem gignit. Vnde non ſolum autor lib. de vera & falſa pœnitentia, verũ & omnes Grammatici aiunt pœnitere idem eſſe, quod pœnã tenere. ¶ Quod niſi iſti tã indignè philoſophiã à ſuis ſcholis proſtigarent, non ſic hallucinarentur. Nam & ſi metanœa non niſi mentis mutationem deſignet, mutatio tamẽ ipſa reſpectum vtriuſq; termini, à quo & ad quem comprehendit. Vt enim natura nihil niſi contrarium corrupẽdo generat, ſic nemo mentem in melius mutat niſi & male acta deſtetetur, ſicuti & e conuerſo, neque deſtetari quis præterita poteſt, niſi meliora proponat. Itaq; hæc duo vicaria ſe connexionẽ conſequentur. Et hoc eſt quod Aug. illis verbis ſentit, Nemo voluntatis ſuæ arbiter cõſtitutus poteſt nouam vitã inchoare, niſi eum veteris pœnituerit. At qui exemplum inter homines, ex quibus ad Deũ argumentũ ducitur, id facit maniſeſtũ. Qui enim amicũ iniuria affecerit, quãuis dicat ei propoſitũ habere nõ ampliũ eum iniuria afficiẽdi, niſi dicat ſe pœnitere illatẽ iniuriã, non facit ſatis, vt in eius redeat amicitiam. Haud enim ſatis eſt à malo ceſſare, niſi, quam iniuriã intuleris, ſatiſfactione repenſes. Vnde Laetantius lib. 6. diuina. inſtitutiõ. c. 24. Metanœam, inquit, Græci eam vocãt, quam nos reſpiciẽtiam. Reſpiciẽt aut ille, quem errati piget, & ſeipſum caſtigat dementiã, & confirmat ad rectiũ viuendum. Et elegãter in Antonium Cicero. Optimus, inquit, portus pœnitenti mutatio cõſilij. Propoſitum ergo bene agẽdi non tota eſt pœnitentia, ſed pœnitentiã portus. ¶ Proles autem Lutheri ſunt illi, qui illuminati dicuntur, qui ſcilicet, aiunt peccatorũ dolorẽ, & lachrymabiles gemitus adeo

Cicero.

Auſonius.

Argumentum phyſicũ.

Laetantius.

Cicero.

Illuminati.

non esse officia virtutis, vt sint vituperabiles. Pariter enim Lutherus in illo arti. 7. ait qd dolor de peccatis hominē facit hypocritam, & magis peccatorem. Quod verbū meritissimi pontificia anathematis censura condēnatum fuit. Contra hos ergo nequā homines

*Declaratur
stabiliturque
conclusio.*

declaratur stabiliturq; conclusio præsens: scilicet, qd poenitentia sit vera virtus. Prænotse nanq; oportet quid nomine poenitentiae intelligamus. Quinq; enim includit. Primum, in quo eius substantia & definitio consistit, est detestatio & odium & abominatio commissi peccati cum firmo proposito emendandi vitam spe veniæ diuinitus obtinendæ. Hæc nāq; pro poenitentiæ virtutis definitio habenda est. Secundò ex eiusmodi detestatione subsequitur passio tristitiæ, quæ licet non sit de essentia virtutis, cōcomitatur tamen naturaliter eadem detestationem. Vnde & August. in lib. de vera & falsa poenitentia, & Latini omnes, poenitere, inquit, est poenam tenere de poenitentia dist. 3. can. Poenitentia. 2.

*Poenitentia
definitio.*

Tertiò subsequitur opera satisfactionis, quibus se homo castigat. Hæc autem, licet vulgò poenitentia dicatur, sunt tñ verius poenitentiæ fructus, iuxta verbum Ioannis Matth. 3. Agite fructus dignos poenitentiae. Quarto ex actib⁹ illius virtutis generatur habitus: nā vt. 2. Ethic. autor est Philosophus, Actus generat habitus sibi similes. Quintum est finis effectusq; supremus poenitentiae: nempe, reconciliatio amicitiae Dei ac perinde acceptatio ad vitam æternā. Illam ergo detestatio

*Detestatio
maleactorū,
virtutis act⁹
est.*

nem, quæ substantia est poenitentiae, & contritio dicitur, ait S. Thom. esse virtutem, vel actū virtutis. Alex. verò. 4. par. q. 54. q. 1. mēbro. 1. & Bonauen. præsenti dist. q. 1. reprehēdunt hoc, qd poenitentia non sit virtus, sed actus virtutis: nam cum virtus sit circa difficile, & difficile sit poenitere, habitum virtutis exigit. At verò D. Tho. non negat esse virtutem. Sed quoniam poenitere non habitū, sed actum dicit, & vsq; ad art. proximum nondū constituit, vtrum sit specialis virtus, ait sub distinctione esse virtutem, vel actum eius. Ad de qd licet virtutes infusæ antecedant suos actus, tamē in acquisitijs prior est actus quam habitus. Vnde licet ad perfectionem actus requiratur, vt procedat ex habitu, tamē ad eius essentia satis est, vt sit rationi cōformis. Quare eiusmodi actus etiam si ab habitu non dimanet, non solum largē, vt ait Durand. præsenti dist. q. 1. est actus virtutis, verum & pro

prie. Artic. verò proximo monstrabitur esse specialem virtutem, & artic. 5. esse virtutem infusam. Quod autem sit actus virtutis, probatur primò naturali ratiōe, quia est rectæ rationi conformis. Etenim, vt ait Aristo. actus virtutis est ille, qui electiuis est in mediocritate inter duo extrema consistens, prout sapiens determinauerit: scilicet, ille, qui de bono est obiecto, debitis circūstantijs vestitus. Obiectum autem legitimum volūtatis, sicut respectu amoris est bonum, ita & respectu odij contrarium malum. Vnde sicuti bonum quando & vbi oportet amare, bonum est, ita & malū, quādo, & vbi oportet odisse, quod fit per actum poenitentiae. Contingit nanq; de peccatis nonnunquā gaudere, iuxta illud Salomonis, Lætatur cū malē fecerunt: nonnunquam vsque ad desperationem poenitere, vt Cain, qui aiebat. Maior est iniquitas mea, qd vt veniam merear: & Iudas, qui poenitentia ductus se suspendit. Dum ergo prudentia debitum finē & modum poenitentiæ præscribit, quēpiam vt. l. spe veniē cū moderamine poeniteat delictorū, actus ille erit virtutis officiu: quippe quo peccatum non solum quatenus rationi dissonum, imò quatenus Dei offensa repellitur ad ipsum Deum complacandum. Prouida enim natura primum nostrorū errorum accusatorem nobis cōstituit conscientiam nostram, vt ad Rom. 9. ait Paul. Quocirca qui peccatorum odium negant esse virtutem, cum natura ipsa pugnat. Et probatur secundò. Zelus ille, quo quis aliena peccata execratur, & officium iudicis, quo in malefactorum animaduertit, virtus est: multò ergo magis ille, quo qs sua spē propria peccata abominatur & vlciscitur, vt cōsequatur salutē, iuxta illud Paul. 1. Cor. 11. Si nosmetipsos diiudicaremus, nō vtiquē iudicaremur. Cūtaq; poenitentia, quatenus est detestatio peccati, virtus est naturalis, sed quatenus detestatio est offensa Dei ad eius recuperandam amicitiam, sit supernaturalis. Quanquam & lege naturæ, vt dist. 1. diximus, fuerit fides aliqua supranaturalis in confuso reuelata, quæ vt ostendebat Deum esse aliquibus sacrificijs cōlēdum, admonebat tum humanis sceleribus offendi, tum adeò de eius offensis dolēdum, & poenitendum. In euāgelio verò, quia fides est explicatior, altiūs ratio poenitentiæ cognoscitur. Præterquā qd in lege naturæ nō includebat votū confessionis sacramētalis, sicut in lege euangelica. Vnde arguitur tertiò. Virtus,

Primaria

*Quarta ra-
tio.*

*Quinta ra-
tio.*

*Refutatur o-
pino dicen-
tin poeniten-
tiam esse lar-
go modo vir-
tutē, non pro-
prie.*

*Poenitentia est
virtus de in-
re naturæ.*

*Seneca.
Aristo.*

*Tertia ra-
tio.*

tus, vt ait Philosophus, est quæ bonum facit habentem, & eius opus bonum: per poenitentiam autem homo ex iniusto fit apud Deum iustus, vt opera deinde Deo grata perficiat, iuxta illud Ezechiel. 18. Si impius egerit poenitentiam, vita viuet: est ergo poenitentia virtus. Quarto arguitur. Dare operā, vt qd amicus erat amicitia amissā reficiat, est opus virtutis: ergo multò excellentius in Deum cōuer-ti, amicumq; eius & filium fieri, quod fit per poenitentiam. In summa, cum virtus, vt ait August. sit bona qualitas mentis, qua rectē viuunt, qua nemo malē vtitur, quā Deus in nobis sine nobis, id est, sine nostro merito, operatur, & hæc omnia poenitentiæ congruāt, fit vt sit virtus, eademque infusa, vt art. 5. videbimus. Quamobrem cum alia sint bona quæ iure positio iussa, vt ieiunare: alia verò iusta quia bona, vt charos venerari parentes: poenitere non inter priora, sed inter posteriora connumeratur: est enim iustum quia suapte natura bonum. Fuerunt autem, vt Alex. & Bonauen. locis citatis referunt, qui dicerent non esse proprie virtutem, sed largo modo, ob id qd virtus directē fertur in bonū, poenitere verò est fugere à malo. At verò gratis hoc dictum est: primum, quia eadē est virtutis ratio in prosecutione boni, & in fuga mali, iuxta Horatianū illud. Prima virtus est vitium fugere. Secundò quia poenitentia includit & propositum rectē in futurum agendi, & relationem in Deum: quare proprium est virtutis opus. At verò cum aliarum virtutum singulari sunt duntaxat extremis vitijs opponantur, & singulare propositū gignāt rectē operando in suis proprijs materijs: poenitentia toti vitiorum vniuersitati generaliter obuersatur, propositumq; vniuersale procreat rectē secundum omnem virtutē operandi: qua vtique ratione ceteris virtutibus præstat. Hoc autem facile concesserim quòd propositum rectē agendi præstantius est ex obiecto quam detestatio peccati: nam fuga mali ob id bona est, quòd ad prosecutionem boni viam sternit. Habemus ergo poenitentiam esse virtutē de iure naturæ. Vnde, vt locis citatis & sepe apud philosophos est videre, lumine naturali innouit esse virtutem licet supernaturalis fides tunc etiam ad id fuisset necessaria. Vnde Seneca tragœdia. 8. Quæ poenitet peccasse, penē innocens est. Et Aristo. 7. Ethic. inter incontinentem distinguens & intemperatum ait, quòd intemperatum, quia passio-

nibus succumbit, non poenitet: incontinentem verò, quia cum illis colluctatur, post factum poenitet: & ideo hic curabilis est, ille vero minimè. Vtrum verò philosophi agnouerint hanc poenitentiae rationem, quæ est Dei propitiatio, ad subsequenter artic. attinet disputare. Ad dicitur autem secunda conclusio, quòd poenitentia euāgelica est etiam de iure diuino, ac subinde ecclesiastico nō solū consiliū, verū necessaria. Verbum n. Christi. Poenitentiam agite, necessitatē finis: designat nempe, quòd absq; poenitentiā nemo potest in gratiā Dei redire. Vtrum verò illic Christus præceptum posuerit poenitentiæ virtutis, hoc est, contritionis, vt hic ait Sanctus Thom. præter illud, quod est de confessione, distin. 17. quæst. 2. in materia contritionis disputabitur. Extant præterea inter decreta septem distinctiones de poenitentia, & inter decretales titulus de poenitentijs & remissio. vbi innumeris testimonijs ecclesia decernit poenitentiam esse virtutem, eandēq; eis qui mortali crimine tenentur necessariā. Quapropter conclusio hæc non vtcunq; vera, sed catholica fides est: cuius adeò negatio est hæretica. Hinc fit passio moderata tristitiæ, quæ ex eadē detestatione nascitur, actū esse quoq; virtutis. Nam etsi passio, vt hic ait Sanctus Thom. per se nō dicat virtutem, quia nec dicit electionem, tamen quando à recta electione proficiscitur, studiosa est. Stoici enim erant vt in Tusculanis ait Cicero, qui passionē vllam in sapientem cadere negabāt. Quam sententiam Seneca cōplexus est. Aristoteles verò illas meritò passiones laudat, quæ rationē sequuntur. Vt enim naturale est de bono possessio gaudere, ita & de malo commissio tristari: quare, vt gaudiū, ita & tristitia in appetitu est cōcupiscibili. Est n. tristitia conscientiae carnis, malè acta vlciscens. Et quæ purus hō nisi per singulare Dei priuilegiū (vt beata virgo) quātūcūq; sapiēs inculpate viuere nequit, laudabile est sapiētibus de peccatis, quæ omnium malorum pessima sunt, tristari. Quod utique dogma fides nos nostra docet, Cor enim contritum & humiliatum, ait David, Deus non despiciet, qui ideo facer propheta lachrymis stratū suum per singulas noctes rigabat. Et Iohel. 2. Conuertimini ad me in fletu & plāctu. Et Niniuitæ cilicio & cinere suum mœorem prodebant. Et Baruch. 2. Anima, quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & oculi deficientes, & anima esuriens,

*Secunda con-
clusio.*

*Stoici apud
Ciceronem.*

Aristo.

dat tibi gloria & iustitiam Domine & Luca 6. Beati qui nuuc fletis: quia ridebitis. Et. 2. Cor. 7. Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum. Quae enim secundum Deum tristitia est poenitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur. Et subdit eiusmodi tristitiam secundum Deum sanctam operari sollicitudinem, atque adeo defensionem, indignationem, timorem &c. Ex his ergo testimonijs Ambrosius & Gregor. illam elicerunt definitionem. Poenitentia est mala praeterita plangere, & plangenda iterum non committere. Et August. libro de poenitentia. Poenitentia est quaedam dolentis vindicta puniens in se quod dolet commisisse. de poenitentia dist. 3. can. Poenitentia. 1. & 2. Quod enim legitur Ecclesiast. 3. Tristitia longe expelle a te, multos enim occidit: id quod & Aristot. 7. & 10. Ethic. admonet, intelligitur de immoderata tristitia & primum ex parte obiecti quando de incommodis & iacturis secularibus propter nimium eorum affectum sumitur. Potissimum enim de quo hominibus tristandum est, non est nisi offensa Dei, & de ea quoque cum rationis moderamine. Pari modo tertium, quod in poenitentia posuimus: scilicet, satisfactionis opera, officia sunt virtutis, nempe, ut diximus, poenitentiae fructus. Atque adeo habitus ex huiusmodi actibus geniti in virtutum quoque numero sunt. Nam habitus per actus dignoscitur. Supremus autem finis & effectus poenitentiae non quidem virtus est, sed praemium virtutem consequens: nempe, salus animae qui est effectus proximus per gratiam: & vita aeterna quae est summum praemium per gloriam. Atque hoc est supremum argumentum quod poenitentia sit virtus, non quaecunque, sed diuina. Virtus enim simpliciter est apud Deum, cui apud ipsum praemium positum est. Pollicetur autem poenitentibus regnum caelorum, ut loco citato Matth. 3. Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum, Et Ezechielis. 18. Si impius egerit poenitentiam, vita viuet. Et c. 33. Viuo enim inquit, dicit dominus Deus, nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & viuat. Scilicet, vita perpetua. Sup quibus verbis antiquissimus Tertullianus in libro de poenitentia. Absurdum, inquit, existimo de praecocepto diuino disputare. Bonum est poenitere, an non? Quid reuoluis? Deus praecipit,

Definitio poenitentiae.

Satisfactio poenitentiae, fructus est.

Supremum argumentum.

Tertullianus.

neque praecipit tantum sed hortatur. Inuitat praemio ad salutem, iurans ait Viuo. O beatos, quorum causa Deus iurat. O miserrimos si nec iuranti Domino credimus. Multa & Cyprianus in sermone de lapsis, coplura alij, quae plurima denique August. in encomium poenitentiae congerit, quae inter decreta de poenitentia relata sunt.

Primum argumentum S. Thomae est. Poenitentia, ut diximus, est sacramentum quoddam ceteris connumeratum: sed nullum aliorum est virtus: ergo nec poenitentia. Concesso antecedente negatur consequentia, eo quod materia aliorum sacramentorum non sunt actus suscipientis, sed illa, quae a ministro applicatur, ut in baptismo patet & in confirmatione. Materia vero sacramenti poenitentiae sunt actus suscipientis, qui adeo sunt virtutes. Collige ergo discrimen poenitentiae, ut est virtus, & ut est sacramentum: virtus enim est pars & materia sacramenti, ut contritio, confessio, & satisfactio, pro quibus, ut supra diximus, supponitur nomen, sacramentum poenitentiae connotando quod informantur ab solutionis forma, quae non est virtus poenitentis, sed sacerdotis functio. Ob idque non ait Sanctus Thomas simpliciter quod poenitentia, hoc est sacramentum poenitentiae sit virtus, sed quod sit virtus, aut cum virtute: quia virtus non dicit omnes partes sacramenti, sed materiam. Contra hoc autem arguitur. Sequetur, actus poenitentis, quatenus sunt materia sacramenti, non pertinere ad virtutem poenitentiae: virtus enim poenitentiae ut dictum est, in iure naturae fundatur: confiteri autem sacerdoti in aures intentione obtinendi ab solutionem, atque ad eius arbitrium satisfacere, ius naturae non praecipit, sed diuinum: ergo illud non est virtutis poenitentiae munus. Respondetur, opera virtutis, quae sunt bona quia praecocepta, ad eandem virtutem pertinere ac si essent praecocepta quia bona. Ut ieiunare in quadragesima, quod est de iure positiuo, ad virtutem naturalem temperantiae attinet: quae ius positiuum constituit illud in ea virtutis specie. Pari modo licet illi modi poenitendi sint de iure diuino, nihilominus ad idem genus poenitentiae pertinent, quam sit poenitentia infusa praeter acquisitam, ut illico elucidabitur. Secundum arguitur. Verecundia secundum philosophum. 4. Ethic. non est virtus: tum quod sit passio immutationem corporalem habens annexam, tum quod non sit dispositio perfe-

Primum argumentum.

Discrimen.

Argumentum.

Secundum argumentum.

Et

Et cum sit de turpi facto, quod in viro studioso locum non habet: sed poenitentia simili modo est quaedam passio habens corporalem immutationem, ut planctum, ut dictum est secundum Gregorium, quia est praeterita plangere, & est de turpibus factis, quae studioso viro non competunt: ergo non est virtus. Respondetur, poenitentiam, qua ratione est passio, iam diximus non esse virtutem nisi quatenus tristitia ipsa & planctus ex recta intentione proficiscuntur. Et quamuis sit de turpibus factis, ut verecundia, differt tamen quod verecundia est de praesenti turpitudine, de qua homo confunditur, quae quidem virum probum non decet, neque ad perfectionem attinet virtutis. Poenitentia vero est de praeterito malo: non autem perfectioni virtutis repugnat, ut cum errorum suorum poeniteat, quae antea commisit: quippe cum per hoc in statum virtutis redeat. Tertio. Nullus secundum ea, quae ad virtutem attinent, stultus est, sed sapiens, ut 4. Ethic. autor est Philosophus: videtur autem stultitia quaedam dolere hominem & contristari de peccato, quod elapsum est, quod fieri non potest, ut factum non fuerit: talis autem est poenitentiae dolor: ergo non est virtus. Respondetur ad maiorem, quod dolor praeteriti cum conamine faciendi, ut factum non sit, stultus esset. Hoc autem ad poenitentiam non attinet, sed dolere quod commiserit, & satagere ut commisisse displiceat, tum reprobandum factum tum conando, ut in futurum non succedat cum intentione abstergendi offensam Dei & reatum poenae. Hic autem haesitare quis posset, utrum illa detestatio peccati sit absoluta nolitio: scilicet, Nolo peccasse, an solum. Nolle peccasse, quam scholastici nolleitatem appellat. Ad hoc multum ex nominalibus respondet, duplicem esse absolutam nolitioem, & volitionem, alteram scilicet efficacem, quae est ad operandum, atque alteram, quae dicit simplex desiderium. Aiunt ergo, quod peccator licet non possit habere priorem quam sit stultus: quia quod factum est infectum esse nequit, potest tamen habere alteram. Nollo: quae sit indicatiui peccasse, ut includat simplex desiderium. Et haec aiunt requiri, ut generetur dolor & tristitia. At verò illa distinctio inanis est: nam certe omnis volitio, aut nolitio absoluta. scilicet indicatiui suapte natura est efficax, id est quae data possibilitate exiret in actum. Et ideo de impossibili nulla est voluntas absoluta, sed sola, quae includit

Tertium argumentum.

An sit absoluta nolitio.

conditionem. Nolle peccasse, si esset possibile. Haec enim sola est, quae dicit simplex desiderium, & quam Aristoteles. 3. Ethic. c. 2. haberi posse de impossibili asserit: nam de impossibilitate absoluta ait. 4. de caelo. 33. quod ad impossibile nemo mouetur. Atque haec sufficit ad pariendum dolorem & tristitiam, quae ideo explicatur per verbum poenitere, quod est de re facta poenam tenere.

ARTICVLVS. II.

Utrum poenitentia sit specialis virtus.



Actenus solum dictum est poenitere esse actum virtutis: quapropter disputandum restat, Utrum sit specialis habitus virtutis, ut temperantia & fortitudo, an vero sit conditio generalis aliarum virtutum: ita ut ad iustitiam pertineat poenitere peccati iniustitiae, & ad temperantiam peccati intemperantiae, &c. Et respondetur hac conclusioe affirmatiua. Necessesse est ponere quod poenitentia sit specialis virtus. Probatur primo: quia de illa extat speciale legis praecoceptum. Poenitentiam agite. Secundo probatur ratione: quia ut 1. 2. quaest. 54. ostensum est, habitus, quod etiam ait Arist. distinguuntur per actus & actus per obiecta: quocirca vbicunque occurrit specialis actus laudabilis circa speciale obiectum formale, ibi necesse est ponere specialem habitum virtutis: manifestum est autem quod in poenitentia inuenitur specialis ratio actus laudabilis: scilicet, operari ad destructionem peccati in quantum est Dei offensa, quod non pertinet ad rationem alius virtutis: ergo est specialis virtus.

Conclusio.

Expositio articuli.

Nota.

Hoc primum hic ex superioribus colligendum, quod poenitentia non est via regia intra virtutum lineam ingressa, sed ex transuerso. Charitas enim, iustitia & reliquae virtutes, quia directe tendunt in bonum, quamuis nullum esset in mundo peccatum, sunt per se ad recte viuendum necessariae: quare & in statu naturae integrae fuerunt in Adam, & multo excellentius in Christo. Poenitentia vero, nisi homo peccasset, non fuisset necessaria. Quare non nisi occasione de hominis peccato sumpta Deus & natura fecerunt illam virtutem, Vbi homines attento animo adnotare debemus, Deum nos nequaquam eo fine creaturum ut poeniteremus, sed ut ea sinceritate illi iu-

giter seruiremus, vt nulla egeremus pœnitentia. Nostra autem peruersitas est, in Dei cultu & seruitio negligentissimos esse, sed satis nobis consultum putamus, si per pœnitentiã misericordiã Dei imploremus. Quod re vera iudicium est, non tam esse legitimos Dei amatores, quàm nostri: quia non tam suam voluntatē & gloriam explorare curamus, quàm nostrum assequi cōmodum. ¶ Sed quoad rē scholasticam redeamus, quidam, vt præsentī distinctione quæst. 1. refert Bonauentura, videntes rationem pœnitentiã esse conuersionem in Deum, quæ fit per gratiam, commentū sunt gratiam esse habitum virtutis pœnitentię, vt sicut baptisimus est gratia innocentie: ita pœnitentia sit gratia recōciliationis post lapsum. Sed hæc opinio longè abest à veritate: nam gratia non est propriè virtus, quæ sit in potentia ad operandum, sed id quo denominamur chari grati; Deo. Quare sicut anima operatur per potentias, sic gratia, quæ est in essentia animæ, nō per se, sed per virtutes operatur, quæ sunt in potentijs. Alij autem, vt Alexander, 4. parte. quæstio. 54. & Sanct. Thom. præsentī distinctione quæstione. 1. referunt, dixerunt pœnitentiam non esse specialem virtutem, sed generalem vniuscuiusq; conditionem. Etenim, quia, vt proximè dicebamus, eadem est virtutis ratio in profecundo bonum, & fugiendo malū, ad vnam quaque virtutem attinet, vt suum proprium bonum profecundo, sic & cōtrarium detestari malum. Vt ad iustitiam pœnitere de commissa iniustitia, & ad temperantiam de contraria intemperantia. Et sic de singulis. ¶ Neque verò Scotus præsentī distinctione quæst. 2. ab hac opinione longo interuallo distat. Commiscetur namque in pœnitentia quatuor actus: scilicet, velle punire peccatum, & nolle peccasse, quæ est proxima causa punitionis, & velle acceptare punitionem, ac demum illam patienter ferre. Et primus, inquit, actus: scilicet, velle punire, est imperatorius subsequētium, qui quidem est, inquit, specialis virtutis, non quidem à reliquis distinctæ, sed iustitiæ vindicatiuæ: est enim actus, quo homo tanquã Dei minister, vindicare se fatagit, iuxta illud. 1. Corinth. 11. Si nos metipfos diuidi caremus, non vtiq; iudicaremur. Secundus verò actus putà nolle peccasse, nō est specialis virtutis, sed vnius cuiuslibet in propria materia, vt temperantiæ nolle fornicatū fuisse. Et sic de singulis. Atque idem ait de textio

Quorundã error.

Scotus.

scilicet, acceptare pœnam gratanter: nam si id fiat proposito reconciliandi Deū, pertinet ad charitatem, si verò spe assequendæ vitæ æternæ, pertinet ad spem: si verò metu inferni, attinet ad timorem seruilem. Patienter autem ferre pœnam est specialis virtutis patientiæ. ¶ Durandus verò præsentī distinctione quæst. 2. ait pœnitentiam esse specialem virtutem: nempe, iustitiam. De qua opinione articulo proximo diceimus. At verò Alexander. 4. parte. quæst. 54. membro. 1. articulo. 2. & Bonauentura. & Ricardus præsentī distinctione articulo. 1. quæst. 2. & Marsilius in. 4. quæst. 10. & omnes antiqui tenent cum Sancto Thoma esse specialem virtutem. Et in primis tot multiplicare actus in pœnitentia adeò non est necessarium, vt confusionem pariat. Neq; verò arbitror Scotum intellexisse in propria forma esse requisitos. Plebset enim, quin verò viri docti, dum ad mētē redeunt, eiusmodi numeri aut ordinis actuum neutiquam recordantur. Imò neque primus est velle punire, sed certè detestatio illa, quæ est. Nolle peccasse, hæc enim est substantia pœnitentiæ. Vnde naturaliter subsequitur dolor & propositum emendandi vitam, & satisfaciendi: per quam vtiq; satisfactionem vindictam, & supplicium sumunt de peccatis. Quin verò vnus potest esse actus, eiusmodi intentiones includens. Quis enim dixerit hominem prius velle punire peccatum, quàm ei displicuerit? Ad hæc articulo. 3. monstrabimus velle punire non satis exprimere rationem pœnitentiæ, nam punire solum dicit exactiōem pœnæ pro culpa: pœnitentia verò dicit auferre culpam. ¶ Igitur, vt veritatis confirmatio sit aliarum opinionū reprobatio hoc modo rei veritas comprobatur. Primum enim supponendum nomine pœnitentiæ intelligi virtutem illam, per quam fit conuersio in Deum, qui nobis reconciliatur. Vbiunque .n. in sacra scriptura fit de pœnitentia mentio, attribuitur ei conuersio, vt. 2. Paralipomeno. 30. Pius & clemens est Deus vester, & non auert faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum. Et Ecclesiastici. 5. Ne tardes reuerti ad Dominum. Et Iohelis. 2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro. Nam etsi ad conuersionem, vt Diuus Thom. 1. 2. quæst. 113. articulo. 4. docet, requiratur motus in Deum per fidem atque adeò per spem: tamen statim articulo. 5. declarat motū illū detestationis peccati, quo ab illo recedimus, esse formale in Deum conuersionē,

Durandus.

uersionē dum per peccatū à Deo recedimus conuertentes nos ad creaturas. Hinc fit, actū pœnitentię habere pro obiecto, non hæc, aut illam rationem peccati, in materia temperantiæ, aut iniustitiæ &c. sed in communi. Neq; verò solum quatenus est cōtra rationem, sed qua ratione est offensa Dei. Neq; habet quilibet finem, sed detestari peccatum ad eum tollendum, vitamq; emendandā ad reficiendam Dei amicitia, & vt homo fiat illi gratus acceptusq; ad vitam æternā. Tamen, vt nuper imè dicebā, vnus esse actus potest, detestandi peccatū propter Deū, sicut assensus est cōclusionis propter præmissā, & electio medijs propter finē. ¶ Hinc ergo colligitur esse specialem virtutem: nam cū actus per obiecta distinguatur, vbiq; est vna ratio formalis obiecti, quæ nulli alij virtuti conuenit, requiritur specialis virtus: hæc autem formalis obiecti ratio nulli alij virtuti respondet quàm pœnitentiæ: ergo est specialis virtus. Declaratur minor. Ad pœnitendum de peccato quatenus est contra rationem in aliqua singulari materia sufficerent virtutes singulæ particulares, vt expositum est. Sed quia pœnitentia respicit generalem rationē peccati quatenus Dei offensa, & sub ratione emendabilis propter Dei amicitiam, ad hoc non sufficiunt reliquæ morales virtutes, tum quia illæ non attingunt Deum pro immediato fine: tum etiam quod alijs virtutib; licet, cōpetat habeat relinquere aliq; particulare malū, vt faciant aliq; particulare bonū sui obiecti, non tñ castigare malū vniuersum emendandō vitam in omni genere virtutum, quod est proprium pœnitere non solum temperatè, fortiter, & iuste agere, sed simpliciter bene viuere. Et hoc est punctum iudicio meo maximè notandum, in quo ratio consistit, vt pœnitentia sit specialis virtus. Cui accedit & alia non infima ratio quod nolle pœnitere est singulare peccatum quod non apparet cuius virtuti sit contrarium, nisi specialem virtuti pœnitentiæ. ¶ Et sic est intelligenda solutio secundi argumenti S. Thomæ. Arguit enim. Quelibet virtus specialis habet specialem materiam, eo quod habitus per actus; & actus per obiecta distinguuntur: sed pœnitentia non habet materiam specialem: sunt enim eius materia quæcunq; peccata præterita in quacunq; materia aliarum virtutum: ergo non est specialis virtus. Respondetur, quod licet obiectum mate-

Punctum notandum.

Secundum argumentum.

riale pœnitentiæ sit omne peccatum, habet tamen specialem rationem obiecti in quantum scilicet peccata sunt emendabilia per actum hominis cooperante Deo ad iustificationem. Et diuersæ ratioes formales eiusdem obiecti sufficiunt ad distinguendas virtutes. Dare, enim procedere potest & à iustitia sub ratione debiti, & à liberalitate sub ratione donationis, & à misericordia ad leuandam miseriam. ¶ Et per hoc redarguunt Scotus & alij tenentes, quod detestari peccata nō sit actus vnius virtutis, sed generalis cōditio omnium. Haud enim perspexerunt quemadmodum nulla aliarum virtutum per se habeat emendare totam vitam, operarique diuina opere ad iustificationem. Et hoc fortasse Christus Dominus Matthæi. 11. significauit dicens. A tempore Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur: id enim propter pœnitentiam dixit, quam Ioannes cœpit prædicare: nam reliquæ virtutes via regia cū auxilio Dei per adimplerem mandatorum regnum aperiuunt. Sed pœnitentia quasi vi quadam: quia repente facit ex hoste filium & heredem. ¶ Et per hoc pariter ad aliud argumentū respondetur, quo solet argui. Philosophi cognouerunt omnes virtutes, saltē quæ de iure naturæ promanāt, iuxta verbum Pauli ad Romanos. Qui cū cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt: & tamen nullam de pœnitentia mentionem fecerunt tanquam speciali virtute, vt est videre apud Ciceronē in officijs, & ad Herennium. & apud Senecam & Aristotelem. Respondetur, inquam, quia non agnouerunt in pœnitentia gradum alium, quàm detestari malum quod est contra rationem, ad quod sufficit quæcunq; virtus in sua propria materia, pœnitentiam legitimā ignorarunt, quæ est facere Dei amicos. Quod si Ouidium obieceris in libro. 1. de Ponto elegia. 1. vbi de Dijs ait, Saepè leuant pœnas ereptaque numina reddūt, cum bene peccati pœnituisse vident. Quibus verbis innuat Deum per pœnitentiã placari. Quam obrem Romani atq; alij ethnici pestibus & bellis alijsque calamitatibus ingruentibus intelligentes ob sua delicta à Dijs affligi procurabant per sacrificia eos placare. Respondetur, quod licet cognouissent Deorū iram per pœnitentiã sedari, ignorabant tamen veram rationē iustificationis, quæ est in pœnitentia: nempe per eam homines fieri Dei

Contra Scotum & alios.

Regnum cælorum vim patitur.

Argumentum aliud.

Ouidius in libro de Ponto.

Lactantius. filios, atque adeo iustos & Dei gratos. Vnde Lactantius loco supra citato libro. 6. cap. 24. dum ait per poenitentiam hominem a peccato liberari, & in Deum reduci, ait quod Cicero hoc fieri posse non putauit, cuius verba, in libro. 3. Academicarum Quaestionum sunt. Quod si liceret ijs, qui in itinere errassent, sic viam deuiam secutos errore corrigere in poenitendo, facilius esset emendatio temeritatis. Censebant ergo illi philosophi poenitentiam initium esse emendandae vitae, non tamen omnino esse iustificatricem apud Deum: quia vniuersalem iustitiam non nisi in moralibus virtutibus, quae a natura proficiscuntur, constituebant.

Primum argumentum. Contra hanc autem constitutam veritatem est argumentum, quod nonnulli validissimum putant, & est primum Sancti Thomae: nempe, quod licet poenitentia sit specialis virtus, non tamen sit alia quam charitas: eiusdem enim rationis est gaudere de bonis prius actis & dolere de perpetratis malis: charitas autem, qua Deum propter seipsum diligimus, est sufficiens causa gaudij, quod de officijs virtutum habemus, vt patet per Augustinum. 14. de Ciuitate Dei. Vnde & 1. Corinth. 13. Pau. Charitas, inquit, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: ergo pari ratione ad dolendum de peccatis praeteritis, non requiritur alia specialis virtus, quam charitas. Ad respondendum huic argumento notandum est, actum quempiam a virtute bifariam posse deriuari. Vno modo elicitiue, atque altero imperatiue. Exepli gratia. Dum quis fornicatur, vt bona mulieris deprædetur, actus elicitur ab intemperantia, & imperatur a vitio furandi. Pariter cum quis ieiunat propter Deum, actus elicitur a temperantia, & imperatur a charitate: charitas enim est, quae omnes virtutes refert in Deum, atque adeo omnibus imperat & vitatur ad Dei amorem. Si ergo in actu poenitentis sola displicentia peccati praeteriti simpliciter consideretur, nulla speciali opus esset virtute poenitentiae: nam odium offensae Dei actus est elicitus charitatis sicut eius amor, atque adeo simplex ille dolor proprius eius est actus, sicut gaudium de bono virtutis. Sed tamen actus poenitentiae non solum dicit dolorem quemlibet, sed peculiarem ad delendum peccatum, & totam emendanda vitam, quod non est proprium officium charitatis: & ideo ad elicendum illum

actum requiritur specialis virtus poenitentiae. Nihilominus charitas omnium virtutum imperatrix, imperat poenitentiae ad eundem actum eliciendum. Quinero & fides & spes, & timor & humilitas, & patientia, & multae aliae virtutes, eidem imperant poenitentiae, vt timor seruilis, qui, vt artic. 5. videbimus, virtutem poenitentiae excitat. Sicut vice versa ipsa virtus poenitentiae imperat alijs, quae sibi sunt adminiculo ad illum constandum dolorem, veluti humilitati, verecundiae, & patientiae. Vt enim citharocedus consonantibus fidibus lyrae ad eandem musicam vitur: sic poenitens virtutum choro ad poenitentiam perficiendam.

¶ Tertio, vt eius literam expediamus, arguit Sanctus Tho. Nihil expellitur, nisi a suo contrario: sed poenitentia expellit omnia peccata, atque adeo omnibus contraria est: ergo non est specialis virtus. Et est valde notanda solutio. Respondetur enim quod aliquid expelli ab alio stat dupliciter. Vno modo formaliter, & alio modo effectiue: formaliter namque aliud expellere, nihil aliud est quam illud secum non compati. Albedo enim dicitur expellere nigredinem, non quia color ipse sit actiuus, sed quia non stant simul in eodem subiecto. Calor autem expellit frigus non solum formaliter, sed etiam actiue efficiendo in ipsum. Quare dum calidus carbo expellit albidinem niuis, non hoc facit per nigredinem, sed per calorem corrumpendo frigiditatem niuis. Poenitentia autem non solum formaliter expellit peccatum, quia se non compatiuntur, sed actiue expellendo ipsum per auxilium Dei, quemadmodum calor expellit frigus. Ob idque poenitentia non est generalis virtus, formaliter contraria cuiusque peccato, vt temperantia intemperantiae, sed specialis omnium expultrix actiue. ¶ In contrarium autem potest adduci argumentum ad hominem, Diuus Thom. 1. 2. & 2. longam protraxit disputationem de omni virtute: & tamen non meminit de poenitentia: ergo non est specialis virtus. Respondetur illic non instituisse tractare, nisi de virtutibus theologis & moralibus, quae per se sunt virtutes ordinatae ad operandum bonum. Poenitentia vero, quia non est virtus, nisi ad expellendum peccatum, merito vsque ad materiam sacramentorum tractandam reposuit. ¶ Hanc nihilominus veritatem Caietanus in praesentia non approbat. Concedit namque poenitentiam

Tertium argumentum.

Sententia autem.

Caietanus.

tentiam esse vnam virtutem, non tamen ab omnibus alijs distinctam, sed esse virtutem religionis. Et argumentum, quo ait suum intellectum conuinci, est hoc. Si daretur vna specialis virtus in hoc sensu, quod nullum haberet actum singularem circa bonum, sed tantum circa peccatum, sequeretur quod illa virtus necessario exigeret in habente illam contrarium actum vitiosum, vt posset in actum exire. Hoc autem adeo Caietanus reputat absurdum, vt argumento succumbat. Eodem argumento Durandus compulsus est dicere, quod poenitere non potest esse primus & principalis actus alicuius virtutis. Et ideo ait quod poenitentia non sit, nisi virtus iustitiae: cuius praecipuus actus est ad bonum, secundarius vero ad expellendum malum. At quia inter nos & Deum, vt inquit Aristoteles, non est aequalitas iustitiae, minus inconueniens est dicere, quod esset religio. Etenim, vt religionis actus est, vt se homo Deo subiciat debitum illi honorem reddendo, tanquam rerum parenti, & summo nostro benefactori: ita per eandem virtutem possumus ei, dum a nobis offensus est, honorem deferre poenitendo, & vindicando offensam in eum commissam.

¶ Et re vera opinio haec, quanuis noua, non omnibus displicet, neque est cur displiceat. Attamen in primis licet Caietanus se censeat non esse contrarium S. Thomae, manifestum est pugnare cum eius dictis. Nam vbicunq; Sanctus Tho. definit aliquam esse specialem virtutem, intelligit distinctam ab omnibus alijs: cum ergo hic dicat poenitentiam esse specialem virtutem, cui attribuit specialem actum destruendi peccatum praeteritum, manifeste intelligit ita esse specialem, vt in nullam aliam incidat. Si enim esset religio, id ipse explicitis set, vel in conclusionem, vel in responsionibus argumentorum, quae hoc exigebant, vel in tertio, vel in articulo subsequenti, vbi tamen non ait nisi quod est species iustitiae. Quinero in 4. distinctione. 14. quaestione. 1. artic. 1. quaestiuicula. 4. & distinctione. 15. quaest. 4. artic. 7. ad 2. expressit ait poenitentiam distinctam a latia, qui est actus religionis. Enimvero religio, vt ait idem Sanctus Doctor. 2. 2. quaestione. 81. artic. 3. est virtus, qua proprie exhibemus reuerentiam Deo in quantum est primum creationis & gubernationis rerum principium. Poenitentia vero non habet hoc proprium, quod est exhibere reuerentiam, sed

Deum offensum placare, eiusque castigare offensam emendando vitam, quod a ratione religionis non nihil differt. Quiaquam & hoc sit debitum honorem Deo deferre, quod per usum cuiuscunq; virtutis etiam fit. ¶ Vnde ad argumentum Caietani respondetur, mirandum esse illo argumento sic conuinci. Nihil enim miraculi est, si detur aliqua virtus, cuius totum negotium sit morbos animae depellere, quae ideo usum habere non potest, nisi supposito morbo: neque ideo a perfecta virtutis ratione deficiet. Herba enim & medica men licet non habeat virtutem, nisi pellendi morbos praesentes, nihilominus tam proprie sunt virtuosa, quae quae bonam valetudinem conseruat, sicuti & ars medica, quae solam haberet vim contra praesentes morbos, optima esset. Adde quod verecundia virtus est, aut saltem laudabilis passio, & tamen non est nisi de turpi facto. Et vindicatiua iustitia locum non habet, nisi in sceleribus corrigendis & vlciscendis: quare in statu naturae intactae nullus ei pateret locus. Ob id enim diximus, poenitentiam non connumerari virtutibus, nisi ex transuerso, supposita. scilicet culpa. Tamen si culpam tollere, ratio est optima obiecti: praesertim cum annexum habeat propositum emendandi vitam, qui est actus directe intentus in bonum. ¶ Atque eodem modo respondetur ad aliud argumentum, quod est. Semina virtutum ita nobis esse insita, vt possint a nobis acquiri cum auxilio diuino, ita vt nullum sit necessarium peccatum ad illas acquirendas. Id enim de illis virtutibus intelligitur, quae per se habent negotiari circa bonum, vt temperantia & reliquae. Poenitentia vero non est nisi ad tollendum malum. ¶ Quare illa non fuit in Christo, neque ideo minus fuit virtutibus exornatus quam Petrus, qui poenitentiam habuit: imo plus, eo quod innocentia praestantior res est quam poenitentia: sicut neque habuit fidem, quae obscuram dicit visionem, sed euidetem eorum notitiam, quorum nos habemus fidem. Quocirca non sequitur, vt Durandus sibi videtur concludere, quod quanto quis pluries poeniteret, studiosior esset: tum quia habitus poenitentiae non facit per se magis studiosum, quam illo carere, si quis esset innocens: tum quia habitus poenitentiae non intenditur per frequentationem actuum, quoniam per frequentia peccata mortalia interrumpuntur, sed quoniam poenitens perseverat, & non recedit, vt Magdalena, quae

Ad argumentum Caietani.

intensissimum habuit pœnitentiæ habitum: & ideo multis innocentibus, qui nunquam mortaliter deliquerint, sanctior fuit.

Augustinus Aliud autem potest argumentum duci in fauorem Caietani ex Augustino. 10. de ciuit. Dei, quem Diuus Tho. loco citato. 2. 2. quæst. 81. artic. 1. citat dicentem, quod religio à relegendis dicta est, quem negligentes amiseramus: amittimus eum autem per peccatum: ergo reeligimus per pœnitentiã. Accedit quod sacramentorũ vsus, quibus iustificamur, atque adeo pœnitentiæ sacramentum ad cultum religionis attinet, vt dist. 1. dictum est: subijcere ergo nos clauibus ecclesiæ, religio est. Respondeatur, quod sunt nonnullæ virtutes adeo similes, vt sæpe vnus nomen transferatur ad aliã, vt misericordia, per quam maximè charitas lucet, sæpe solet, charitas appellari. Et ideo licet per quancũque virtutem Deum colamus, tamen quia pœnitentiã simillima est religioni, vt per quam honorem exhibemus Deo, & nos ipsos macerantes sacrificamus, pœnitentiã dicitur quãdoque religio & sacrificium, iuxta illud psalmi. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. præsertim dum pœnitentiæ virtuti addimus sacramentum subijciendo nos clauibus: tunc enim pœnitentiã imperat virtuti religionis, eamque ad suum opus mouet, vt ait Diuus Thom. in. 4. loco citato quæst. 15. artic. 7. Nam pariter imperat latræ ad orandum, quæ est vna pars satisfactionis. Aliud argumentum facit Caietanus. Quia inter homines nõ requiritur specialis virtus ad reconciliandam amicitiam: ergo neque inter nos & Deum. Illud autem art. proximo examinabitur.

ARTICVLVS. III.

Vtrum virtus pœnitentiæ sit pars iustitiæ.



Prima cõclusio. Pœnitentiã est specialis virtus merito queritur, sub quo sit genere, vtrum sit species iustitiæ. Et respondet duabus conclusionibus. Prima, Pœnitentiã secundum quod est virtus est pars iustitiæ. Probatur, quoniam pœnitentiã quatenus specialis virtus est, vt supradiximus, non habet tantũ dolere de malo perpetrato, ad hoc. n. sufficeret charitas, sed habet in super, vt doleat de illo quatenus offensa Dei cum emendationis proposito: emendatio autem offensæ con-

tra aliquem commissæ non fit per solam cessationem offensionis, sed exigitur vterius quædam recompensatio, quæ locum habet in offensionis in alterum commissis: quæadmodum retributio: nisi quod recompensatio tenet se ex parte eius, qui offendit, qui quidem satisfacere ei debet, qui iniuriam passus est: retributio autem tenet se ex parte eius, in quem est offensa commissã, qui quidem vindicat se de illo, qui iniuriam intulit: sicuti qui obsequium suscepit, retribuit premium. Vtrumque autem: scilicet & satisfacere & retribuere pertinet ad virtutem iustitiæ: quia vtrumque est commutatio quædam, atque adeo pœnitentiã est pars quædam iustitiæ. Et confirmatur autoritate Augustini superius allegata. Pœnitentiã est quædam dolentis vindicta semper puniens in se quod dolet commississe: vindicta enim, vt in sua rethorica autor est Cicero, species est iustitiæ. *Secunda conclusio.* In pœnitentiã non consideratur iustum simpliciter seu politicum, sed secundum quid, vt filij ad patrem & serui ad dominũ, & vxoris ad virum. Enimvero vt. 5. Ethicho. autor est philosophus, bifariam dicitur iustum: scilicet, simpliciter quale est inter æquales, eod quod iustitiã est æqualitas quædam. Quod quidem iustum ob id vocatur politicum & ciuile, quod oēs ciues quatenus liberi sunt & sui iuris, sub eodem principe immediatè gubernantur. Sed aliud est iustum secundum quid inter eos, qui non sunt simpliciter æquales, sed vnus est sub potestate alterius: & tale est iustum inter nos & Deum: non ergo pœnitens æquale simpliciter recompensat Deo pro offensa, sed simplex reuertitur ad ipsum tanquam seruus ad Dominum, iuxta illud psalmi, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad Dominũ Deum nostrum donec misereatur nostri: & sicut filius ad patrem secundum illud de filio prodigo Luca. 15. Pater peccaui in cœlum & coram te: & sicut vxor ad virum secundum illud Hiere. 3. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus.

Expositio articuli. Qui virtutum ordinem & chorum ignorat nil mirũ ambigat quomodo pœnitentiã sit specialis virtus à ceteris oibus distincta, & tamen sit pars iustitiæ: nam si est eius species, verè erit iustitiã. At verò nulla est reptignantia: quoniam ingenium fuit Aristotelis omniumque philosophorum omnes virtutes morales

rales ad quatuor capita reducere, quæ sunt quatuor virtutes cardinales. Militant autem omnes sub istis, aut tanquam species sub genere, vt sub genere iustitiæ distinguuntur distributiuã & commutatiuã, sicut homo & equus sub animalia: aut tanquam partes potentiales eius. Dicitur enim pars potentialis virtus, quæ non habet totam quidditatem alterius, sed partem. Vt partes potentiales iustitiæ sunt religio & liberalitas, vt docet Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 80. quia vtraque est ad alterum sicut iustitiã: sed religio non dicit æqualitatem, quæ esse non potest inter nos & Deum: neque verò liberalitas dicit rationem debiti, cum vtraque harum conditionum sit de quidditate iustitiæ. Cum ergo ait Sanctus Thom. in priori conclusione, quod pœnitentiã est pars iustitiæ, dubium facit, vtrum sit pars subiectiuã, hoc est, directa eius species, an verò potentialis ab integra eius quidditate deficiens.

Primum argumentum. Sed primũ omnium argumentatur quod neutro modo sit pars iustitiæ. Virtus enim theologica & moralis ex æquo distinguitur, vt neutra sit species, aut pars alterius: iustitiã autem est virtus moralis, quod autem pœnitentiã sit theologica, probatur: quia cum satisfaciatur Deo, cui peccatorem recõciliat, videtur Deum habere pro obiecto, in quo ratio virtutis theologice consistit. Respondet negando, pœnitentiã habere Deum pro obiecto. obiectum enim est materia virtutis: at materia iustitiæ, vt. 5. Ethic. autor est Philosophus, non est illa persona, ad quam est iustitiã, sed magis res ipsæ quæ distribuuntur, aut commutantur. Vt materia iustitiæ emptoris, non est venditor, sed nummi, quos soluit in pretium rei emptæ, quæ fuit materia iustitiæ venditoris. Et eadem ratione cum pœnitens satisfaciatur Deo, Deus non est materia pœnitentis: sicut nec fuit materia peccantis: sed actus humani, quibus Deus offenditur, sunt materia peccantis, & quibus placatur sunt materia pœnitentis: quare non est theologica, sed moralis. *Triplex virtus.* Vnde vt Sanctus Tho. in. 4. distin. præfenti quæst. 1. arti. 1. docet, virtutes sunt in triplici differentia: quædam enim habent Deum pro obiecto & fine, & istæ sunt theologice: obiectum enim distinguunt per casum accusatiuum, in quæ fertur actio: Credo enim, spero & amo Deum, & credo & spero in Deum propter ipsum. Aliæ verò sunt quæ nec habent Deum pro obiecto, nec pro fine intrinseco

ipsius virtutis, vt virtutes purè morales. Obiectũ. n. fortitudinis sunt pericula belli, & temperantiæ delectabilia tactus: Finis autem omnium est moderatio & quies animi. Quando verò earum officia referuntur in Deum, id fit per extrinsecam virtutem: nempe, per charitatẽ. Cum enim quis rempublicam defendit, aut ieiunat propter Deum, actus illi eliciuntur à fortitudine & temperantia, sed relatio in Deum fit per charitatem. Sunt autem aliæ mediæ virtutes, quæ licet non habeant Deum pro obiecto, habent tamen ipsum pro fine proximo intrinseco ipsius virtutis, vt religio, qua debitos honores deferimus Deo, vbi honores sunt materia, & Deus finis proximus, quem religio ipsa attingit, atque in hoc ordine constituitur pœnitentiã: quippe qua peccata execramur propter Deum. Itaque licet materia eius sint peccata, tamen finis intrinsecus est amicitia reficere inter Deum & homines. Atque hoc est quod Scotus, Durandus, & Marsilius, quæst. 10. & multi alij non satis pro dignitate speculati sunt. Opinantur enim actum pœnitentiæ solum esse dolere de peccatis, & vindictam de illis sumere, quod pertinet ad iustitiã, sed tamen id facere propter Deum, esse relationem charitatis: & ideo superfluum existimant singularem speciem virtutis adhibere: Cum tamen veritas sit quod pœnitentiã ea ratione, qua est conuersio in Deum, intrinsecè habeat dolere propter ipsum. Imò verò quodammodo Deus est obiectũ eius in obliquo: est. n. actus pœnitentiæ dolere de offensa Dei, ea ratio quæ est Dei. Quapropter licet pœnitentiã qua ratione est vindicta, sit pars iustitiæ, tamen qua ratione est dolor offensæ, est quædam species charitatis, vt præcedenti articulo dictum est, ac perinde genere suo est virtus infusa, vt art. 5. monstrabitur. Atque hoc est quàm maximè adnotandum pro materia contritionis, vt dist. 17. Hoc enim differt contritio ab attritiõne, quæ est propter pœnas inferni: hic enim actus nõ elicitur à pœnitentiã virtute, sed ab alia purè morali, vt à timore seruili. *Contritio.* Sed esto sit virtus moralis, videtur quod non sit species iustitiæ: ratio enim iustitiæ consistit in medio, sicut reliquæ oēs virtutes, sed pœnitentiã non consistit in medio, sed in quodam excessu, secundum illud Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi plâctum amarum: ergo non est species iustitiæ. Respondetur, quod medium iustitiæ non accipitur, sicut in

Pœnitentiã.

Contritio.

Secundum argumentum.

reliquis virtutibus in ordine ad duo extrema, ut temperantia est comedere nec multum nec parum, sed per æqualitatem ad aliud, ut tantum reddas, quantum accepisti, vt. 5. Ethico. Aristote. edisserit. Attamen inter nos & Deum ut inter filios & patrem, non potest esse perfecta æqualitas, vt habetur. 8. Ethic. propter excellentiam Dei. Quare ratio iustitiæ inter istos consistit, vt persona deficiens faciat quantum potest. Et hoc in poenitentia solet vocari excessus, non quidem quod excedat rationis normam, aliàs esset vitium, vt si quis tantum se ploratu aut inedia maceraret, vt se occideret, sed quod cum non possit facere æquale, facit rationabiliter quantum potest. Quod quidem nunquam erit per se sufficiens, sed secundum acceptationem Dei. **Hinc colligitur falsitas opinionis Durandi distinctio. præfenti. quæstio. 2. tenentis poenitentiam non esse specialem virtutem, sed ipsissimam virtutem iustitiæ. Cuius argumenta artic. præcedente diluimus. Enimvero cum iustitia dicat æqualitatem, & inter Deum, & nos non sit æqualitas, poenitentia non habet totam quidditatem iustitiæ. Adde secundam rationem: quod iustitia non habet nisi reddere æquale, non autem emendare vitam aut reconciliare amicum. Qui enim iniuria quempiam affecerit solum per virtutem iustitiæ tenetur reponere quod abstulit vel in bonis, vel in honore, siue amicitia refarciatur, siue secus. Et quando iudex reorum peccata vindicat, non emendam hominis, quem suspendio enecat, intendit, sed supplicium sumere, vindicta vero poenitentię procedit ex amore filiali ad emendam vitam. Quare non est omnino iusta, sed quædam egregia eius pars charitati admixta. Sed tunc arguitur argumento præcedenti, vt arguebat Caietanus. Ad refarciendam amicitiam inter homines non requiritur specialis virtus, sed sufficit iustitia, quæ reddat æquale, & charitas, quæ faciat amicitiam. Respondetur primo, quod forsitan requiritur virtus specialis similis poenitentię: nam charitas solum facit poenitere de offensa amici: sed tamen tollere peccatum commissum in amicum dicit nouam rationem. Secundò respondetur, quod quicquid sit inter homines, negatur consequentia inter nos & Deum: quia poenitentia dicit singularem modum placandi Deum concurrente simul cum ipsius speciali auxilio ad abolendum peccatum, & emendandum totam vitam. Arguitur tamen ex**

*Durandus.**Ratio poenitentia.**Argumenta.*

dictis Sancti Thomæ. contra ipsum. Sequeretur quod poenitentia non esset species iustitiæ: nam species directè collocatur sub genere participando totam eius quidditatem, vt homo participat rationem animalis. Et sic male concludit in argumento, sed contra, & concedit in solutione quarti, quod poenitentia sit directè species iustitiæ. Respondetur, quod Sancti Thomæ non intendit esse speciem propriam iustitiæ, sed partem eius, vt in priori conclusionem asseruit. Sed tamen quia hic non exactè tractatur differentia inter speciem & alias partes potentiales, non timet vocare eam speciem, etiam directè, vt in solutione quarti explicatur. Est ergo secundum ipsum poenitentia pars potentialis iustitiæ, sicut de religione constitutum est. 22. quæst. 80. artic. 1.

Tertio arguitur. Dux sunt species iustitiæ, vt. 5. Ethic. autor est Philosophus: scilicet, distributiva, & commutativa: sed sub neutra videtur poenitentia contineri: ergo non est species iustitiæ. Respondetur ad minorem, quod continetur sub commutativa, cuius species est iustitia vindicativa, quæ, qui alterum læsit punitur. Sicuti & retributiva. Sed forsitan quis arguat, vindicativam & retributivam potius pertinere ad iustitiam distributivam. Iustitia enim distributiva est, quæ proportionem geometricam seruat inter præmia & merita, vt qualis proportio est inter duorum merita, talis sit inter honores, qui autoritate publica civibus distribuuntur: commutativa verò consistit in æqualitate, vt quantum accepisti, tantum reddas: iustitia ergo retributiva siue in bonis siue in malis videtur esse distributiva, vt qua proportio quis est melior, plus habeat in honoribus & qua peior, plus in supplicijs. Respondetur, aliter rem habere: nam distributiva non habet rationem alicuius suscepti beneficii, sed solum civium meritorum & dignitatum, retributio verò habet rationem accepti, vt si beneficium ab alio accepisti, gratiam ei reddas æqualem. Et hanc virtutem Cicero lib. 2. de inuentione in iustitia commutativa ponit, quæ gratiam vocat: quæ in memoria & remuneratione officiorum, & honorum & amicitiarum obseruantiam teneat. Pariter ergo iustitia vindicativa est commutatio in offensus, cum quis propter offensam in alterum commissam, vel inuitus punitur à iudice, vt scilicet, quantum offensus intulit tantum supplicij prædat aut cum sua se sponte quis corripit, punit, & hæc est poenitentia. Quare ideo vtraque

*Tertium argumentum.**Argumentum.**Cicero.**Discrimen inter Scotum & Thomam.*

commutatio quædam est. Hæc latius Diuus Thomæ. 2. 2. q. 80. arti. 1. edisserit. Quo autem clarius elucescant, arguitur sic. Cum quis iniuriam intulit, tres sunt personæ, quæ illam possunt recompensare: primum persona publica iudicis, quæ in peccatores animaduertit, & hæc non est specialis virtus distincta à iustitia, sed iustitia ipsa commutativa legalis: mox persona ipsa læsa priuata, & hæc non potest vindictam facere: nemo enim se autoritate priuata potest vindicare, iuxta illud Pauli ad Rom. 12. Non vos defendentes, id est, vindicantes charissimi: scriptum est enim, Mihi vindictam & ego (vel per me, vel per meos iudices) retribuam: quare vindicta in priuata persona non videtur esse virtus. Tertio potest ipsa persona, quæ læsa, iniuriam, quam intulit, vlcisci, quod pertinet ad poenitentiam. Tunc sic arguitur. Vel hoc facit tanquam persona publica, & sic non est specialis virtus, sed ipsa iustitia legalis: si autem tanquam persona priuata, non videtur esse virtus. Respondetur cum D. Thoma loco citato concessio quod vindicta facta per iudicem pertinet ad iustitiam legalem commutativam. Si autem ille, qui iniuriam passus est, vindicaret se, non esset virtus: sed tamen posset vindictam à persona publica petere in iudicio, & hæc non est omnino obligatio iustitiæ ratio debiti, quoniam qui læsus est non tenetur recompensationem petere, vt ipse de iustitia facere debeat: nam potest iniuriam remittere. Et ideo illa est specialis virtus vindictæ, quæ reducitur ad iustitiam tanquam pars eius potentialis. Vnde subdit illic Cicero vindicationem esse, per quam vim, aut contumeliam defendendo, aut vlciscendo propulsamus à nobis. Ad propositum ergo de poenitentia respondemus quod nec omnino est sicut iustitia legalis, neque si-
cut dum persona læsa vindictam petit. **Vbi adnotandum est discrimen inter Scotum & Sanctum Thomam: Scotus enim iam supra citatus considerat poenitentem tanquam personam publicam nomine dei castigantem seipsum seu reum. Itaque comparat ipsum ad eundem, & ideo poenitentiam exillimit esse iustitiam commutativam, sicut si fieret à iudice. At Sanctus Thomas comparat poenitentem tanquam personam priuata in ordine ad deum, cui per poenitentiam satisfacit reddendo ei ius suum quantum humana facultas permittit: scilicet, detestando peccatum, submitendo se Deo offenso. Et est maius discrimen quam**

appareat. Primum quia iustitia legalis non est nisi in persona publica. Secundò (quod est maxime notandum,) quod cum in peccato sint duo: scilicet, culpa & poena, vindicativa legalis non intendit nisi poenam pro culpa exigere, siue offendens restituatur in amicitiam offensi, siue secus, quod solum Scotus agnoscit in poenitentia. At poenitentia, vt Sanctus Thomas hic peracutè docet, tendit ad delendam culpam recuperandamque amicitiam: ob idque ait esse specialem virtutem, qua poenitens se Deo sua sponte subijcit, dolorem & satisfactionem ei priuata autoritate reddendo pro culpa. Et ideo ratione excellentiæ personæ Dei non potest ei reddere æquale: in quo deficit ab integra quidditate iustitiæ: ob idque est specialis virtus Deum habens pro intrinseco fine. Et hoc modo intelligendum est verbum Pauli, Si nos ipsos dijudicauerimus, non vti que iudicauerimus. **Quartò denique arguitur. Super illud Lucæ. 6. Beati qui nunc fletis, hæc terrena sint misera, & quam beata cælestia: flere autem est actus poenitentia: ergo magis est species prudentiæ quàm iustitiæ. Est peregrina solutio: videlicet, quod quaquam poenitentia sit directè species iustitiæ, non quidem sic directè, vt sit species continens totam æqualitatem iustitiæ, sed quod per se spectet ad iustitiam: nihilominus quodammodo comprehendit virtutes omnes, quarum comitatu stipatur. Nam in quantum est iustitia quædam hominis ad Deum, oportet quod participet theologiarum consortiū, quæ habent Deum pro obiecto. Quocirca primus motus conuertendi se in Deum, vt supra diximus, est fidei passionis Christi per quam iustificamur, iuxta illud Pauli ad Rom. 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi. Deinde motus spei, iuxta illud eiusdem Apostoli ad Rom. 8. spei salui facti sumus. Tertio, odium vitiorum, quod pertinet ad charitatem, vnde. 1. Petri. 4. Charitas opperit multitudinem peccatorum. Sed ex ea parte, qua ad iustitiam attinet, non solum id participat, quod est iustitiæ, verum & à temperantia, & à fortitudine auxilium & opem mutuatur, in quantum ea quæ delectant, aut deterrent in commutationem iustitiæ veniunt. Abijcit enim poenitens delectabilia, & vincit terribilia, vt puniat in se quod dolet commississe, atque in omnibus per prudentiam modum constituit.**

*Quantum ad gumentum.**Motus poenitentia.*

ARTI-

Vtrum voluntas sit proprium subiectum poenitentiae.



COLLOCAT Apoenitentia in sua specie, quæritur de eius subiecto, vtrum sit voluntas. Et respondetur duabus conclusionibus. Prima. Si accipiatur poenitentia pro passione, manifestum est non esse in voluntate, sed in concupiscibili: quia est tristitia. Si vero accipiatur, vt est virtus, tunc adhibetur secunda conclusio, quod est in voluntate. Iustitia namque cum non sit virtus passionum moderatrix, vt temperantia & fortitudo, sed ad seruandam æqualitatem ad alterum, in quo, exclusis etiã passionibus, est magna difficultas, non est in potentia sensitiva, sed in voluntate, quã inclinat, vt homo posthabito suo commodo, ius seruet alienum: cum ergo poenitentia, vt dictum est, sit species & pars iustitiæ, fit vt in eadem sit voluntate. Et confirmatur, quia poenitentia est sacrificium quoddam iuxta illud Psalmi. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: offerre autem sacrificium est actus voluntatis, iuxta illud Psal. Voluntarie sacrificabo tibi: ergo est in voluntate. **C**um triplex tantum sit subiectum virtutum scilicet, intellectus, appetitus sensitivus, & voluntas, liquidum est non esse in intellectu: quia non est habitus cognoscitivus. Quod autem non sit in appetitu sensitivo, vel concupiscibili vel irascibili, præter rationem S. Thomæ confirmatur, quia poenitentia est virtus ad alterum: virtus autem appetitus sensitivi non ordinat hominem ad alterum, sed ad se ipsum sedando passiones, rationem conturbantes. Secundo idque, maxime confirmatur: quia poenitentia attingit Deum tanquam intrinsecum finem, vt dictum est: appetitus autem sensitivus, vt qui cognitionem sequitur sensitivam nequitiam Deum attingit. Igitur sicut iustitia inter homines est in voluntate, qua homo reddit alteri ius suum: ita & poenitentia est ibidem: quippe qua reddit Deo ius suum, quantum ei facultas suppetit, vt paulo antea dicebamus. **N**eq; parum refert nosse, poenitentia in quo sit subiecto: nam si est in appetitu sensitivo, necessariam haberet annexam passionem, quæ esset de essentia virtutis: secus vero si sit in voluntate. Ob idque non inutiliter quaeritur, vtrum esto sit in voluntate, aliqua habeat

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Dubium.

necessariam passionem in sensu. A parte autem affirmatiua extant argumenta, quæ supra fecimus. Diximus enim esse detestationem peccatorum, quã facit voluntas, vnde exurgit dolor & tristitia. Quare Ambr. Aug. & alij aiunt quod poenitentia est præterita mala flere tristitia autem, & dolor est in appetitu concupiscibili, vbi sunt effectus, qui exurgunt circa delectabilia. Respondetur per tres propositiones. Prima. De essentia virtutis poenitentia nulla est sensiva passio vel affectio: quoniam tota essentia virtutis in detestatione mali consummatur. Quod si arguas poenitentiam debere esse opus satisfactorium ac perinde poenale: respondetur eandem ipsam detestationem esse poenalem, præsertim quod poenitentes virtutibus iam proeucti cum satisfactionem perfecerint, non tenentur alijs poenalibus operibus insudare. Secunda propositio. Tristitia & dolor quantum est ex natura rei plurimum pullulat ex detestatione, nihilominus aliunde quandoque impeditur, vt si homo sit duri sensus, vel per vehementem letitiam de alia re: & maxime de Dei contemplatione. Quo circa carentia doloris & tristitiæ non est signum impoenitentis cordis: præsertim in viris perfectis. Haud enim tantum in patria abstergit Deus lachrymas ab oculis sanctorum, verum & in hac vita per sui contemplationem Non enim Magdalena crebris tristitijs in rupe conficiebatur, imò diuina consolabatur consolationis dulcedine. **T**ertia propositio. Poenitentibus nondum perfectis salubre consilium est dolorem & tristitiam excitare, & lachrymas vrgere. vt David, & Niniuitæ fecerunt. Nam per hoc tum detestatio ipsa perficitur, tum & cautela præcauedi peccata roboratur. Quod si arguas, tristitiam, & dolorem non posse per voluntatem procurari: nam cum tristitia sit de ijs, quæ nobis nolentibus accidunt, repugnantia est vt tristitia sit voluta. **S**cotus præfenti distinctione. quæstio. 1. articulo. 3. multam consumit literam ad explicandum, quomodo tristitia & poena peccati possit esse voluntaria. Sed nullum hic latet mysterium. Ad tristitiam enim requiritur aliquid nolentibus nobis accidisse. Attamen non exigitur nolitio eiusdem tristitiæ, sed rei de qua tristamur. Vnde licet quisque volens deliquerit, tamen potest nolle deliquisse, per illam conditionalem nolitioem, quam quæstio. proxima articulo. 1. exposuimus. Ex qua detestatione nascitur tristitia, licet detestatio ipsa voluntarie fuerit assumpta. Haud enim ad punitionem necessariam

Responsio.

Dubitatio.

Dubitatio.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

rium est, vt homo inuitus puniatur. Sicut enim quis se potest sua sponte flagellis cedere, ita & considerare, tum peccati absurditatem, tum & Dei maiestatem, vt poenitudinem eliciat. **V**trum autem tristitia illa & dolor sit virtus sunt qui negent, vt Palud. dist. præfenti quæst. 2. refert: iam tamẽ supradiximus, quod licet per se non sit virtus, est tamen, quia nascitur ex recta voluntatis electione. Quod si in contrarium arguas. Illa est in appetitu sensitivo, puta concupiscibili, sicuti gaudium, qui quidem appetitus, vt modo dicebamus, non potest Deum attingere atque adeo nec dolere de peccato, quatenus est offensa Dei. Respondetur satis esse, quod voluntas, cuius electione illa passio exurgit, deum attingat. Nam & virtus temperantia & fortitudinis sunt in appetitu sensitivo, quarum actus, per charitatem, quæ est in voluntate, referuntur in Deum. Quin etiam actus executiuarum potentiarum, vt orare, & docere, sunt virtutes licet non sint nec cognitivæ, nec appetitivæ: sat enim est quod fiant ex electione: quare & gemitus & lachrymæ poenitentis actus sunt etiam virtutis. **M**aiorem autem hæ sitandi causam offert quæstio, vtrum dolor idem in eodem appetitu sensitivo habitum generet, sicut detestatio illi generat in voluntate. Et possumus affirmatiue respondere: quia & in voluntate est difficultas ad poenitendum, & in appetitu ad moderatè dolendum: quare vtrique requiritur habitus, quemadmodum liberalitas quantumvis, quia est pars iustitiæ, principaliter sit in voluntate, vt S. Th. 1. par. q. 21. ar. 1. affirmat, est nihilominus similis habitus & in appetitu, vt ait. 1. 2. q. 60. ar. 5. & 2. 2. q. 104. art. 4. Posset nihilominus responderi, satis esse prudentiam & fortitudinem in appetitu ad moderandas passiones, & ideo poenitentiam sufficere in voluntate ad generandam tristitiam & dolorem in appetitu. **E**t sic soluitur primum argumentum S. Thomæ. quod est. Poenitentia est species tristitiæ: sed tristitia est in concupiscibili sicut gaudium: ergo illic est poenitentia. Respondetur, inquam, argumentum concludere de poenitentia, vt est passio, non autem, vt est virtutis habitus. **S**ecundo arguitur. Poenitentia est vindicta quædam, vt supra citatus Aug. in lib. de poenitentia ait: vindicta autem, quia est ad repellendum malum, est in appetitu irascibili: nam ira est appetitus vindictæ. Respondetur sicut de tristitia, quod appetere ex passione vindictam de alio pertinet ad irascibile, quatenus

rationem præuenit, & ideo non est virtus. Sed tamen eandem vindictam ex ratione & electione appetere virtus est. Quare sicut tristitia in concupiscibili à ratione profectã virtus est, sic & vindicta in irascibili: vtraque enim est virtutis ministra. **T**ertio arguitur. Præteritum, secundum Philosophum in lib. de memoria & reminiscencia, est obiectum memoria: sed poenitentia est de præterito: ergo pertinet ad memoriam. Respondetur, quod memoria est vis apprehensiva, poenitentia vero pertinet ad appetitiuam, quæ præsupponit apprehensiuam: quare poenitentia non est memoria, sed illam præsupponit. **Q**uarto. Nihil agit vbi non est: sed poenitentia excludit peccatum ab omnibus viribus animæ: ergo non in voluntate tantum, sed in omnibus potentijs existit. Negatur consequentia, nam cum voluntas omnes alias potentias moueat, consequitur, vt poenitentia in sola voluntate existens, in singulis animæ viribus operetur. De subiecto autem remoto, vtrum sit in omnibus hominibus, quæstio est, quæ præsupponit scire an sit habitus infusus. De qua re statim.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

ARTICVLVS. V.

Vtrum initium poenitentia sit ex timore.



ROST subiectum poenitentia, sequitur inquisitio de eius causa, vtrum ex timore sensibili, qui est timor inferni, vel aliorum suppliciorum, oriatur. Ad quod S. Thom. supposita distinctione quatuor conclusionibus respondet. Potest. n. quæstio institui, aut de habitu, aut de actu poenitentia. Est ergo prima conclusio. **H**abitus poenitentia immediate à Deo infunditur sine nobis principaliter operantibus, non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. **S**ecunda conclusio. Poenitentia quantum ad actus, quibus Deo operanti cooperamur, consistit in sex motibus Dei & intellectus & voluntatis nostræ. Primum enim principium est operatio Dei præuenientis & conuertentis cor nostrum, secundum illud Thre. vlt. Conuerte nos Dñe ad te, & conuertemur. Secundus autem est motus fidei nostræ per auxilium Dei, iuxta illud Pauli. ad Hebræ. 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quia remunerator est. Tertius est motus timoris sensibilis, quo quis suppliciorum timore à peccatis retrahitur, iuxta illud Esaiæ. 26. Sicut quæ

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Sex motus ad poenitentiam.

con-

concepit, cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus. Et habetur illic sermo de ijs, qui per poenitentiam ad mentem redeunt. Et subditur. Atimore tuo concepimus: & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis, id est, salutarē poenitentiam, ut ex precedentibus colligitur. In editione vulgata, non habetur à timore tuo, ceterum concepimus, &c. sed septuaginta habet. Atimore tuo, seu, propter timorē tuū. Quartus actus est motus spei, quo quis sub spe veniæ obtinendæ assumit propositum emendandi se se. Nam cum fides, ut ibidem ait Paul. sit sperandarum substantia rerū fides gignit spem, qua (ut idem ad Roma. 8. ait) salui facti sumus. Quintus actus est charitatis, quo peccata displicent, quæ ideo, ut ait Petrus operit multitudinem peccatorū. Ex qua sexto enascitur motus timoris filialis, qui propter reuerentiam Dei emendam suorum peccatorum Deo offert. Et in hoc consistit ratio specialis poenitentiae. Ex ijs itaq; inferuntur duæ aliæ corollarie conclusiones quibus ad quæstionem respondetur. Tertia ergo conclusio est. Actus poenitentiae à timore seruilis procedit, sicut à primo motu nostri affectus ad hoc ordinato. Nam primus motus simpliciter non fuit noster, sed Dei. Secundus verò fidei, licet fuit noster non tamen nostri affectus: sed intellectus per voluntatem captiuati in obsequium Christi. Primus ergo motus nostri affectus est timor seruilis, qui dicitur ordinari ad poenitentiam, quia non est ad id sufficiens, cum non sit vera contritio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Expositio articuli.

Lutheri haeresis.

Quarta conclusio. Actus legitimæ poenitentiae procedit à timore filiali, sicut ab immediato & proximo principio. Quæstio est egregia, ubi S. Tho. consideratissimè ordinè iustificationis impij ob oculos ponit. Quam utiq; quæstionem. 1. 2. q. 113. doctissimè edisserit. At quia primam conclusionem tanquam rem indubitatam ipse asseruit, sunt tamen qui illam negent, & eius per suasio ex subiunctis conclusionibus pendet inuerso ordine procedamus oportet. Et primam, ut ab hæreticis nos extricemus Lutherus poenitentiae ofor, ut est videre art. 6. per Leonem pontificem condemnato, ait contra tertiam conclusionem S. Thomæ timorē seruillem non esse bonum, sed malum potius. Quin verò & legitima, inquit, contritio, qua quis cogitans foeditatem peccati, & amissionem æternæ beatitudinis, & acquisitionem æter-

na damnationis, facit hypocritam & magis peccatorem. Quam conclusionem Casianus inquit, docet, & sensus communis omnium: ita in se experitur. Ita solet inipudentissimus ille communè omnium sensum, pro se allegare in ijs etiā, quorum cōtraria vniuersi homines in se experiuntur. Contra ipsum ergo statuitur prima conclusio. Timor inferni est bonus, & incipientibus plurimum conferens. Id quod vniuersi in se experiuntur, præter insensibiles. Et primò hoc colligitur ex illo Baptista. Matth. 3. Progenies viperarum quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Et do minus Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus: timete eum, qui postquam corpus occiderit, habet potestatem mittendi animam in gehennam ignis. Vbi per timorem gehennæ absterrentur homines à peccatis: id autem, per quod homo à peccatis arceatur, quis neget esse bonum & utile? Vnde Prouer. 1. Per timorē Domini declinat omnis à malo Et Ecclesiasti. 1. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est non potest iustificari. Et rursus. Initium sapientiæ timor Dñi. Duplex autē est Lutheri cauillū, primum quod istæ autoritates intelligantur de timore filiali, qui procedit ex charitate. At verò metus gehennæ non potest esse filialis, neq; filialem Sapiens appellaret initium sapientiæ quippe qui iam supponit charitatem quæ illic sapientiæ nomine designatur. Secundo ait, bonum esse deterere homines sceleratos per poenas inferni, non quia in se bonum est, sed propter bonum publicum ut desistant alijs nocere. In cōtrariū autē est, quod si malum esset homini timere infernum, iniustum esset talem metum ei incutere pro quocunq; bono: quia non sunt facienda mala, ut inde eueniāt bona. Accedit quod si est causa deterendi alios, etiam hanc habet bonitatis rationem, præsertim quod Dauid Psalmo. 17. tanquam bonum suum propriū enarrabat dicens. Circudederunt me timores mortis, & dolores inferni circudederunt me, & in tribulatione mea inuocaui Dominum. Præterea isti ecclesiæ vsus peruertunt cuius cōcionatores homines ad poenitentiam per timorē inferni exhortantur. Vnde August. tracta. 3. super canonicam Ioannis exponens illud Mat. 25. Venite benedicti patris mei, &c. & discedite maledicti. Ecce, inquit, quid promittit Deus, vitam æternam: ecce quid minatur, ignem æternum. Et subdit. Illum non dū

Prima propositio.

Minari peccatoribus poenas inferni, ut respiciat bonum est.

amas

Timor seruilis comparatur setæ futuri.

Cassianus.

Ratione probatur.

Constitutio Tridentinum.

amas, vel hoc time. Et tract. 9. illud citatum Initium sapientiæ timor Domini, interpretatur de timore seruilis, qui stat cum charitate imperfecta, cum Ioānes non dicat, quod omnis charitas foras mittit timorem, sed perfecta charitas. Vbi graphicè huiusmodi timorē comparat setæ futuri, quæ linum introducit: & refertur de poenitentia dist. 2. can. Sicut seta. Enim verò quemadmodum seta non est satis firma, ut possit frustra corij consuere, sed est accommodata ad inducendum filum, quod intrans foras excludit setam: sic timor seruilis per se non sufficit amicitiam inter nos & Deum cōglutinare, seruit autem charitati inducendæ. Accedit & Hieron. super hunc locum Esaiæ. 26. hic citatum, & Chryso. lib. 1. de compunctione cordis, & vetustissimus Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem, qui omnes timorem seruillem, ceu rem bonam & frugi commendant. Sed quia Casianum inuerecundè Lutherus pro se accersit, consulat eum solertissimus quisq; collatione. 3. capit. 4. ubi vnum modum vocationis peccatoris ait defendere ex necessitate, dum per metum respiscit. Et collatio. 11. cap. 6. expressè meminit metus gehennæ tanquam rei utilis, & iterum. libro. 4. cap. 39. latè mōstrat per timorem seruillem nos incipere conuerti in Deū. Et præter hæc testimonia ratio est liquida: quoniam timere malum, perinde est suapte natura laudabile, ut bonum sperare: est enim illud naturale: & tamen Deus & natura non inclināt ad malum. Cum enim Propheta Deum precabatur, Domine ne in ira tua corripas me; bonum censebat iram Dei timere. Sed timere malum, ut mortem quādo est impedimentum fortitudinis, aut alius virtutis, illud est vitium. Meritissimè ergo nuper in concilio Tridentino sessio. 6. can. 8. sub his verbis error iste damnatus est. Siquis dixerit gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Adde, quod non solum timore poenæ inferni, verum & mortis & de honorationis & similibus, quæ omnia sub timore seruilis comprehenduntur, bene agere & legem seruare bonum est. Vnde Deus statim Adæ præcipiens ne de ligno scientiæ boni & mali ederet, poenam, si secus faceret, subiecit mortis. Et Leuiti. 20. & in tota lege veteri comminabatur populo bella & alias calamitates, quæ quidē cum causa essent, ut emē

darentur, bona erant. Vnde in Psal. 77. Cū occideret eos, tunc querebant eum, & reuertebantur, &c. Quia utiq; de causa principes, ut spe premij, sic & suppliciorum metu cives bonos faciūt. Vnde Pau. ad Roma. 13. de principe Dei minister est tibi in bonum. Si autē malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Argumēta verò Lutheri sunt (ut solent) fallacissima. Arguit enim primò. Omnia, quæ fiunt extra charitatem, sunt peccata, iuxta illud. 1. Corinth. 13. Si linguis hominū loquar & angelorū, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans: timor autem seruilis est extra charitatem: ergo est malus. Sed maior est falsissima (licet Gregorius Ariminensis falsò illam admiserit) quoniam extra charitatem sunt actus moraliter boni, ut lib. 1. de natura & gratia cap. 20. latè monstrauimus, licet non sufficiant ad gratiam comparandam. Et hoc est, quod Paulus dicit, quod extra charitatē est homo velut æs sonans, quasi nihil valēs apud Deum, Et. 1. Ioannes. 3. Qui non diligit manet in morte. Vnde Augusti. de poenitentia dist. 7. can. Nullus. Quem poenitet, inquit, oportet non solum timere iudicem, sed diligere: quia sine charitate non potest esse salus. Non tamē inde sequitur quod omnia eius opera sint peccata. Qui ideo articulus in cōcilio Tridentino sessio. 6. can. 7. aduersus Lutheranos cōdemnatus est. Est ergo primum argumentum S. Thomæ. Poenitentia quidem incipit ex displicentia peccatorum: hæc autem pertinet ad charitatem: ergo illa est initiū poenitentiae. Et respondet quod prius peccata incipiunt displicere ex timore seruilis, quod propter Dei offensam, quod pertinet ad charitatem. Ad quod utiq; propositum notandum est secundum argumentum. Ad poenitentiam enim homines vocantur spe regni caelorum, ut patet Matthæi. 5. illud autē est obiectum spei: ergo illa est initiū poenitentiae. Respondetur, quod nomine regni caelorum intelligitur regis aduentus, non solum præmiantis, sed etiam punientis, iuxta verbum illic Ioānis. Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Quare timor seruilis etiam inducit ad regnum, licet non sufficiat introducere. Argumentum verò, quo Lutherani possent sciolos seducere, est hoc. Qui peccata propter poenas inferni detestatur, plus illas odit, quam peccatum: nam propter quod aliud est tale, ut ait Arist. magis est tale: si enim

Argu. Lutheri.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Argumentum fallax.

xx si enim

si enim odio habeo filium propter patrem, plus odi patrem: odisse autem poenas plusquam peccatum, iniquum est & peruersum: ergo & timor seruilis est malus. Ad huius autem intellectum premittenda est doctrina Sancti Thomae. 2. 2. quaest. 79. artic. 4. quaerens enim illic, utrum timor seruilis sit bonus, respondet quod timor seruilis dicitur duo: scilicet, obiectum, quod est poena, & seruiliter: & seruiliter, inquit, est mala conditio: quia repugnat charitati. Qui enim solum tanquam seruus operatur, mouetur ab extrinseco non consentiente propria voluntate: qui autem ex charitate, mouetur sua sponte a principio intrinseco: sed tamen seruiliter non est de intrinseca ratione timoris seruilis: potest enim quis timore poenae moueri, ut verè consentiat poenitere. Quare ille non magis odit poenas quam peccatum appetit. Quod sic explicatius intelligitur. Si quis doleret de peccatis propter poenas inferni hac adiecta negatione. Si mihi non imminerent illae poenae, non me poeniteret, profectò ista conditionalis esset mala, & pertinens ad seruiliter: quia ille plures faceret poenas illas euitare, quam Dei offensam: & iste actus est, qui repugnat charitati, quae Deo super omnia diligitur. At verò si quis ex metu inferni mouetur ad detestandum peccatum sine hac negatione, aliam non me poeniteret, non inde colligitur, quod appetit plus habeat odio poenas quam peccatum: nam tunc timor non est proprius finis poenitentiae, sed causa motiua, charitatem & legitimam poenitentiam introducens, ut supra expositum est. Quia verò si quis in charitate existens ob timorem seruilis, aut peccata sibi dimissa detestetur, aut futura caueat, metus ille, quia fit ex gratia, est meritorius de condigno. Postremum autem argumentum Lutherianorum est, quod Sanctus Thomas facit tertio loco. Timor est quidam actus interior hominis: poenitentia verò non habet principium ab homine, sed est à Deo, iuxta illud Hierem. 31. Postquam conuertisti me, egi poenitentiam: ergo initium poenitentiae non est timor. Quare ait Lutherus, quod homines crassi & lordidi possunt timore poenae, tanquam serui, ut in veteri lege, moueri: euangelicè verò non nisi per timorem filialem. Vnde Paul. ad Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Respondet Sanctus Thomas, quod ipse etiam motus timoris seruilis procedit ex actu Dei

Timor seruilis dicitur duo.

Notanda distinctio.

Postremum argumentum Lutheri.

conuertentis cor, iuxta illud Deutero. 5. Quis det, eos talem habere mentem, ut timeant me? Vnde glossa super citatum locum Pauli. Spiritus est qui facit duos timores, seruilis, & castum: Paulus autem non condemnauit spiritum timoris, sed dixit, non esse sufficientem, nisi accedat filialis. Et haec de tertia conclusione.

Hinc ergo retro redeamus ad secundam. Et primo est dubium, utrum semper in conuersione peccatoris requirantur formaliter istis sex motus eo ordine, quo illos hic D. Thom. constituit: nam videtur eos tanquam necessarios ponere. In primis hic missam facimus molestissimam contentionem cum Luthero tenenti solam fidem iustificare. Contra quem fati ac super lib. 2. & 3. de natura & gratia diligauimus. Cuius error in concilio Tridentino sessio. 5. per multos est canones condemnatus. Ad rem ergo ut redeamus respondetur, non semper omnes actus istos esse necessarios formaliter, alioqui non posset homo subito conuerti, sed necessariò indigeret tempore, sine quo series haec perfici non posset. Consequens autem est falsum: quoniam cum ut Diuus Thomas. 1. 2. quaest. 112. art. 2. docet, praeparatio hominis ad gratiam sit opus Dei praeuientis, subito potest illam dispositionem perficere, iuxta illud Ecclesiastici. 11. facile est in oculis Dei subito honestare pauperem. Imò verò motus timoris seruilis accidentarius est, nec necessarius ad conuersionem. Potest enim homo primo motu detestari peccata, quatenus sunt offensa Dei. Neque requiruntur semper duo actus charitatis, & poenitentiae distincti, sed saepe vnus poenitentiae alium virtute continet. Motus autem Dei praeuientis semper est necessarius iuxta illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Ac deinde motus fidei, aut formaliter, aut virtualiter: nam sine fide, ut ait Paul. impossibile est placere Deo. Dico virtualiter, quia in Christiano, qui doctus est fidem, cum primum recordatur peccati quatenus offensa Dei, illa memoria Dei est actus fidei gignentis spem. Sed Sanctus Thomas. congescit omnes actus, qui esse possunt causa poenitentiae, & saepe illo ordine concurrunt: praefertim vbi tempore antecedunt gratiam. Ait enim eodem loco Diuus Thomas. quod licet Deus quandoque subito moueat hominem ad dispositionem perfectam, ut eodem momento infundatur gratia, quemadmodum Paulo contigit,

Circa secundam conclusionem.

Notanda de semper necessarium.

contigit, nonnumquam tamen mouet per praedicatores & inspiratiões & alios vijs ad quaedam imperfectas dispositiones, quae longo tempore antecedunt gratiam. Sunt enim qui per actum fidei informis habent timorem inferni, & actum spei informis, & charitatis acquirentes, quibus & peccatorum sordes displicent & tamen semper naufragando iacent in peccatis. Qui quidem proprie iuxta testimonium propheticum citatum dicuntur concepisse & parturire: quia doloribus pariendi cruciantur, & tamen vitiorum catena religantur ne pariant.

Nota de auxilio speciali.

Scotus.

Transtatur circa dictum sacri.

Diximus autem semper necessariū esse motum Dei praeuientis per auxiliū speciale, quod D. Tho. 1. 2. q. 112. & 113. subtilissimè & christianissimè edisserit: nam nulla actio liberi arbitrij naturaliter per solum cōcursum generalem Dei elicita, causa esse potest gratiae tanquam vlla ratione meritum eiusdem primae gratiae. Id quod tanquam primum fundamentum in materia poenitentiae & contritionis substernendū est. Quare ratio illa meriti de congruo, quam Scotus cōmentus est in peccatore disponente se ad gratiam, profectò (ut bona venia orthodoxi viri loquar) non est tanta, neque longissimè à Pelagianorum errore distans. Asserit enim dist. praesenti. q. 2. art. 2. haec verba. Peccator in peccatis exiitens potest ex naturalibus cum cōmuni influenza Dei considerare peccatum commissum ut offensum Dei, & ut legem diuinam, & ut auersiuū à Deo &c. & ille motus potest cōtinuari & intendi ante infusionem gratiae, & ille dicitur attritio, & est dispositio sine meritum de congruo ad deletionem peccati mortalis. Et subdit inferius, quod si illa attritio sit perfectè circūstātionata in genere moris, videtur omnino dispositio sufficiens ad iustitiā alias difficile, inquit, est saluare quod apud Deū non est acceptio personarū. Quare ille, inquit, actus attritiōis immutat, dū infunditur gratia, fit cōtritiō. In quibus quidem verbis tria sunt, quae celsura indigent. Primum quod obiectum attritionis ponit offensam Dei, contra quod dist. 17. q. 2. disputabimus: nam illud est propriū obiectum cōtritionis: attritio verò solum est propter poenā. Secundum est, quod actus naturales ponit esse meritorios gratiae de congruo. Et eos (quod peius est) sufficere asserit ut dispositionem ad iustitiā coram Deo. Quae fortè peiori censura quam malè sonantis dignū est. Tametsi mēti catholici viri, quam sanam esse non dubito, nullam sinistram notam inuisse.

rim. Praeterquam quod Durandum habet, & nominales multos in sua opinione cōsortes. De qua ideo re in concilio Tridentino multis diebus litigatum fuit, vbi meam rogatus sententiam lib. 2. de natura & gratia cap. 3. & 4. scripsi. Et primum negare auxiliū speciale Dei, quod Scotus in praesentiarum & lib. 2. d. 28. negat, ut sine illo possit homo aliquo naturali actu liberi arbitrij in Deum conuerti, manifestè est contra illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eū, quod nisi de auxiliō speciali intelligatur, nullam haberet energiam: quoniam sine auxiliō generali neque folia arboris mouentur. Quare nihil egregium de iustificatione dixisset. Quo ideo ariete cōcutiebatur Pelagius. Pelagius dicens, quod ex viribus nostris possumus recuperare gratiam, & similiter illo Pauli. 2. Corin. 3. Non quod sufficientes simus cōtrahere aliquid à nobis, quasi ex nobis. Qui accedit illud hic citatum Hierem. 31. Cōuertite me domine, & conuertar, & Threno. 5. Conuerte nos domine ad te & cōuertemur. Vnde Aug. de gratia & libero arbitrio cap. 5. Nisi donum Dei esset etiam ipsa ad Deum nostra conuersio, non ei diceretur. Domine Deus virtutū conuerte nos. Id quod & Paul. Rom. 9. docet dum cōparat hominē secundū vires naturales luto, quod à figulo, non solum efformatur, sed molefit, apparatusque, ut formā recipiat. Vnde Augustin. Hypognosticon. lib. 3. ex p̄fessō aduersum Pelagiū decernit, quod homo per liberum arbitrium nec incipere valet nec perficere, nisi speciali diuino subsidio praueuiatur, iuxta illud Pauli ad Philippen. 1. Ipse qui incepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi. Quod expressè apud Oseam Deus ipse affirmat. c. 3. dicens. Perditio tua Israel, tātummodo ex me auxiliū tuum. Et confirmatur ratione, quia conuersio in Deum opus est supernaturalē. Quare hic erat litis cōtestatio inter catholicos & Pelagianos, quod Pelagius dicebat ex naturalibus nostris viribus posse nos iustificari. Sed ait Scotus, & eius sequaces, quod quāuis dispositio illa naturalis nostra sit sufficiens ad iustitiā, tamē Deus infundit gratiam: Sed tamen profectò responsio non facit fati: nam litigium cum Pelagio non erat de qualitate illa, quae est gratia, per quam formaliter iustificamur. Quoniam vsque ad cōcilium Viennense multo post tempore nulla fuit mentio habita de illa infusione quali-

tatis. Neque verò Pelagius negaret illā qualitatem infundi à Deo. Sed quæstio erat de causa efficienti: per quam conuertimur. Et quod maximè contra Scotum vrget est, q̄ vt August. contra duas epistolas Pelagianorū cap. 7. refert, hoc inter alia erat Pelagianorum argumentum, q̄ si facientem viribus naturalibus quod in se est Deus non iustificaret, esset acceptor personarū. Ad quod patres respondebant Deum nulli quicquam debere. Et tamen eodem argumento vtitur Scotus. Indubie ergo nō solum Deus est qui iustificat, sed & cor preparat & disponit, iuxta illud Ezechiel. 36. Auferam ab eis cor lapideum: & dabo eis cor carneum. Et illud Psalmi. 84. Deus tu conuertens (secundum vnam litteram) viuificabis nos. Et ad Roma. 2. Ignoras quoniā bonitas Dei ad poenitentiam te adducit? Quod si obijcias. Attritio, quæ fit ex timore seruili inferni potest haberi naturaliter sine auxilio speciali, & tamen illa cum adueniente sacramento sufficit ad gratiam: ergo homo se potest viribus naturæ sufficienter disponere ad gratiam. Negatur consequentia ad sensum nostrum. Intelligimus enim, q̄ nemo se potest disponere naturaliter dispositione, quæ est conuersio, cui absq; sacramento, succedit gratia: illa namq; attritio non est conuersio, sed solum per illam tollitur obex, vt per supernaturalem virtutem sacramenti infundatur gratia. Ex his ergo Tridentina synodus sessio. 6. cap. 5. decreuit exordium iustificationis in adultis à præueniente gratia sumendum esse, per quam excitantem, & adiuuantem se homines ad suam iustificationem liberè affentiendo & cooperando disponunt. Et cap. 6. Disponuntur, inquit, homines ad ipsam iustitiam dum excitati diuina gratia & adiuti liberè mouentur in Deum. ¶ Per hæc etiā ferè illud condēnatur, q̄ illa opera naturalia quæ absq; speciali auxilio gratiam præcedūt, sint vllō modo merita: nam cum meriti nomen, quomodocunq; accipiatur, ad mercedem & premium referatur, & gratia prima nullam habeat rationē nec propriè, nec impropiè mercedis & premij, nulla est propriè in operibus ratio meriti. Vnde in concilio Arausicano. 2. cap. 18. Debetur merces bonis operibus si fiant: sed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiat. Secundo cū meritū cōdigni & cōgrui in hoc differat, quod meritū de cōdigno sit dignitas ad gratiam, meritum autē de cōgruo sit saltē operū cōgruitas, negare nō potest

synodus tridentina.

Concilium Arausicanum.

sunt, quin si gratia detur ex merito de congruo, fiat ex operibus, quod Paul ad Roma. 11. simpliciter negat, dicēs. Si autē gratia, iā nō ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Accedit, & grande argumentum contra meritum congrui ex eius nouitate. Cū enim ecclesia à Pelagianis tantam fuerit molestiā perpeffa contendentibus quod iustificamur ex meritis, si sancti patres tutò potuissent hæc distinctione, vt, eo modo illis satisfecissent q̄ scilicet, aliqua esset ex nobis naturalis dispositio, quæ esset meritum de congruo. Sed tamen hanc distinctionem, nec somnari ausi sunt, ne gratiæ Dei iniuriam irrogaret. Quare in concilio Palestino, vt refert ad Paulinū August. simpliciter anathematizatur qui dixerit gratiam Dei secundum merita nostra dari. Et Hypogno. lib. 3. ex illo ad Ephē. 2. cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, concludit nullum esse meritum hominis ante gratiam: insinuans quod in peccatore velut in mortuo nihil meriti præcedit. Ac demum ait. Audi hæretice stulte & inimice fidei veritatis opera liberi arbitrij bona, quæ vt fiant preparantur per gratiæ præuentum nullo liberi arbitrij merito non damnamus (gratiam præuenientem appellat auxilium speciale.) Sed damnamus auctoritate diuina opera liberi arbitrij, quæ gratiæ præponuntur, & ex ijs tanquam meritis in Christo iustificari extolluntur: quis enim primò dedit illi, & retribuetur ei? Hæc Augustinus. Quapropter cū in prædicta Tridentina synodo fautores meriti de congruo multarum dierū disputationibus contendissent, vt in canone poneretur iustificationem fieri, nullis nostris propriè meritis præcedentibus, vt insinuaretur præcedere merita de congruo, neutiquā obtinere potuerunt: tum q̄ si impropiè est meritum, non est dignum meriti nomine, tū quod patres in concilio Palestino, Mileuitano, & Arausicano ab omni nominatione meriti ante gratiam prorsus exhorruerunt. Quare Synodus sessio. 6. cap. 5. declarauit exordium iustificationis nostræ in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocatur. Hæc synodus. Et collegit illud ex concilio Mileuitano, sed expressius ex Arausicano, cuius can. 25. hæc extant verba. Hoc etiam salubriter cōfitemur & credimus, quod in omni opere bono nos non incipimus, & postea per Dei

Meriti de congruo nouitas

Synodus tridentina.

Dei misericordiā adiuuamur, sed ipse nobis nullis præcedentibus bonis meritis & fidem & amorem inspirat. Plura in hanc sententiā loco citato de natura & gratia digessimus. Sed hæc ad exprimendam poenitentiae imaginem huc attulisse satis fuerit. Quod si quis nos re cōuenire cogitet, quod S. Tho. idem meritū de cōgruo agnouerit, quippe qui. 1. 2. q. 114. ar. 3. ait opus meritorium hominis vno modo considerari, vt procedit ex libero arbitrio, & sic ibi non potest esse cōdignitas propter maximam inæqualitatē, sed est ibi congruitas propter quandam æqualitatem proportionis: respōdetur quod aliud est cōgruitas, aliud meritum congrui: & S. Tho. nullum ponit meritum cōgrui ante infusionem gratiæ, sed ait, videtur congruum vt homini operanti secundum suam virtutem Deus recompenset secundum excellentiam suæ virtutis. Cōgruum scilicet non quod cōgruitas sit in merito, sed in Deo, cui recōpensatio cōgruit. Qui verò est in gratia potest, vt supra diximus, mereride cōgruo alijs spiritualia bona, sibi quæ & alijs temporalia.

Superiora poenitentiae imaginē efficiunt.

Sex motuum ordinē Tridēntina synodus à S. Thom. est mutuat.

Epilogus super prædicatorum

¶ Supposita ergo primū omnium motione Dei corda nostra tangētis: quia vt eadem sessione, Can. 4. sancitur, non mouet nos tanquam inanime corpus, sed vt liberè (quod nostrum est ingenium) ei assentiamur, si eidem inspirationi assentimus credendo, sperando, diligēdo, ac subinde detestando peccata, gratiam nobis eodem instanti infundit. Quare eadem Synodus illic cap. 6. ordinem hūc sex nostrarum actionum ex hoc loco S. Thom. desumpsit, vbi contra Lutheranos dicentes sola nos fide iustificari, decreuit potiùs proximam dispositionem esse motum charitatis & poenitentiae. ¶ Est ergo tandem notandum quod omnes hi nostri motus, etiam si ab auxilio speciali procedāt, tū quatenus gratiam iustificantem antecedunt, nullam prorsus rationem meriti, aut de congruo, aut cōdigno habent, neque verò propriè causam, sed materialem dispositionem, quæ nobis cōsentientibus per Dei auxilium fit. Sed dum gratia in animæ essentiam infunditur, simul tempore, sed posteriùs natura infunduntur prædictæ virtutes fidei, spei, charitatis & poenitentiae, quibus gratia ipsa operatur ad remissionem peccatorum. Quare contritio non dicit actum nisi gratia informatum, qui de condigno est meritum vitæ æternæ. Quod dist. 17. q. 2. de contritione iterum tan-

gemus. Cuius natura illic est exactiùs explicanda.

¶ Ex ijs tandem colligitur prima conclusio S. Thomæ, videlicet poenitentiam esse virtutem suo genere infusam. Vbi primū adnotandum est quod de infusis virtutibus supra dist. 6. præmisimus. Virtutes enim infundi priùs in cap. Maiores. de baptismo, sub opinione relictum est, & in concilio Viennensi, tanquam probabilius approbatum, & nuper in synodo Tridentina sessio. 6. Can. 11. certius assertum. Quare de tribus Theologicis virtutibus nemo est qui ambigat infundi cū gratia in baptismo, & in quacunque iustificatione vbi infunditur gratia. Morales autem Durand. in. 3. dist. 34. q. 6. negat, propterea quod cum non habeant Deum pro obiecto, possunt naturaliter acquiri. Virtutē autem poenitentiae Scotus dist. præsentis, q. 3. asserit esse acquisitam eadem ratione: quia non est nisi virtus iustitiæ moralis. Durandus verò, q. 2. plus dicit: nempe, non esse virtutem infusam eadem prorsus ratione, sed moralem: quia, vt dixerat in. 3. nullam putat esse infusam nisi Theologicas. At verò D. Thom. 1. 2. quæst. 51. articul. 4. ait duplicem esse virtutem infusam: vnam scilicet ex genere & natura sua: quia intrinseca ratione est supranaturalis, sicuti sunt Theologicae, quæ Deum habent pro obiecto tanquam finem supranaturalem. Sed aliæ sunt per accidens infusæ, quæ scilicet cum Deum non attingant pro obiecto, aut sine intrinseco suo, possunt naturaliter acquiri, vt iustitia & reliquæ virtutes cardinales: infunduntur tamen quandoque à Deo ad perfectionem naturæ, vt scientiæ, quas infudit Adæ. Et hoc pacto ait eadem. 1. 2. q. 63. art. 3. virtutes morales infundi cū gratia. Poenitentia verò non intelligit sic esse infusam per accidens, sed ex genere suo: nam licet non habeat Deum pro obiecto, vt Theologicae, habet tamen illum pro intrinseco fine. Est enim eius proprius actus poenitere de peccato, quatenus offensa Dei ad eius amicitiam conciliandam. Quare proprio suo Marte habet cōstituere hominem in gratia Dei, quod est supranaturale. Quocirca etsi admittatur aliqua acquisita virtus poenitentiae, quæ fit in peccatore, non tamen illa est digna nomine poenitentiae absolute, sed secundum quid: quia neque est similis legitimæ poenitentiae, quemadmodum temperatiā infusa & acquisita sunt similes: quia neutra attingit Deum.

Circa primā conclusionem. San. Thom.

Virtutum infusio.

Virtus infusa duplex.

virtus enim poenitentiae, simpliciter sic dicta habet, sicut charitas, distinguere inter filium Dei & filium in a. Congruit ergo Augustinia na diffinitio virtutis huic optime poenitentiae. Est enim bona qualitas metis, &c. quam Deus in nobis sine nobis (scilicet meritis, tamen sine nobis consentientibus) operatur.

Quaestio.

¶ Per haec alia quaestio soluitur de subiecto poenitentiae: nempe, de supposito, vtrum in vniuersum sit in omni creatura rationali, & intellectuali. Quam quaestionem, S. Thom. distin. praesenti. q. 1. ar. 3. discutit, vtrum scilicet fuerit in Christo & in angelis, & in beatis hominibus & in paruulis ante vsum rationis & in Adam, & in beata virgine. ¶ Et primu Christum manifestum est non habuisse virtutem poenitentiae: quia repugnabat illi peccare, sicut nec fidem. ¶ Et eadem ratione neque in angelis beatis est: quia non solum nullum habuerunt peccatum, verum & ex natura sua si habuissent, non potuissent dignè, & studiose poenitere. Quare neque in damnatis angelis esse potuit huiusmodi virtus quia eorum peccatum est irremissibile, est tamen poenitentia illis ad tormentum. Snt enim, vt legitur Sapient. 7. inter se gementes & poenitentiam agentes. ¶ In innocentibus vero, puta in paruulis ante vsum rationis certum est existere habitum poenitentiae, licet tuc actu habere non possint: nam vt dictum est, habitus virtutum infunduntur simul cum gratia: & illi sunt in statu, quo adueniente legitima aetate peccare possunt. ¶ Sed est apparatus argumentum in contrarium, saltem in via Sancti Thomae. Ille habitus nequam potest in actum exire: ergo est frustraneus. Probatur antecede, quia venientè ad vsum rationis nisi peccatum mortale committat, poenitere, no potest: per peccatum autem mortale perditur illa virtus infusa. Dixerim in via S. Thomae, qui tenet primum peccatu venientis ad vsum rationis non posse esse nisi mortale: na si posset esse veniale per illud no perditur virtus, quae ideo circa illud potest habere actum.

In Christo.

In Angeli.

In innocentibus.

Argument.

Solutio.

Respondetur nihilominus, quod Deus cum gratia infundit omnes virtutes pertinentes ad illum statum: quare licet virtus illa numero non possit exire in actum circa peccatum existens, potest tamen habere actum conditionalem: scilicet, si peccarem me poeniteret peccati. Item quia illa perditur postea du homo respicit infunditur similis, per quam hominem poenitet peccatorum praeteritorum,

etiam si sint remissa. ¶ Apostoli vero etiam post confirmationem habuerunt habitum poenitentiae, tum quia peccare potuerunt venialiter, tum quia erant in statu peccandi mortaliter, licet ex privilegio reseruentur. ¶ Sed de beata virgine Paluda. dist. precedenti. q. 4. asserit simili ratione habuisse poenitentiam, quia potuit peccare venialiter. At quicquid sit de conclusione, ratio profecto est fallissimam: quia vt nuper Triditina synodus pronucliauit no potuit venialiter peccare. Nam ante Christi conceptionem religatu habuit foemitem, vt ait S. Tho. qui tuc fuit omnino extinctus. Qui autem diceret habuisse habitum poenitentiae: quia cum fuerit homo pura, & viatrix, fuit in statu peccandi licet fuerit per privilegium reseruata, nihil absurdi diceret. ¶ Adam autem in statu innocentiae posset quis propter rationem contrariam opinari habitum poenitentiae non habuisse: quia ratione status repugnabat illi peccare venialiter, eo quod esset ab omni malo exemptus: & mortaliter nisi quando statu perderet. Nihilominus S. Thom. 1. par. q. 95. art. 3. contrarium censet. Potuit enim habere actum conditionale: erat quippe Adam sic dispositus, vt si peccatum in eo precessisset, doleret, sicuti si aliquam miseriam in alio perspiceret (licet ea tunc esse no potuerit) eam leuaret. Ob idque vt habitu misericordiae: sic & poenitentiae fuit imbutus. Beatos vero homines in gloria, ait etiam ibidem S. Tho. insigniri habitibus poenitentiae, quos habuerunt in via, tum ad ornatum: quia sunt insignia triumphii, per quae de peccatis triumpharunt, tum etiam quod et si non possint habere similes actus poenitentiae illis, quos habuerunt in via, memores tamen sunt peccatorum, gratias Deo agentes de sua misericordia, per quam eis fuerunt relaxata. Quare actus illi nullum ingenerant dolorem, recordantur enim, vt ait Gregor. peccatorum sine dolore abstergente Deo, vt legitur Apocaly. 21. omnem lachrymam ab oculis eorum.

In apostoli.

Virgo.

Adam.

De beatis hominibus.

Grego.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum poenitentia sit prima virtutu.



Ostremò denique ad maiore praecedentiu explicatione quaeritur de ordine poenitentiae ad reliquas virtutes, vtru ipsa sit prima. Ad quod respodet sex conclu-

prima conclusio.

secunda conclusio.

tertia conclusio.

quarta conclusio.

quinta conclusio.

sexta conclusio.

conclusionibus. Prima est fundamentalis. Inter virtutes non attenditur ordo temporis quantum ad habitus, sed dicitur vna earum esse prior altera ordine naturae, qui consideratur ex ordine actuum. Et intelligitur conclusio non solum de infusis virtutibus, sed etiam secundum Aristotelem, de acquisitis: quia cum virtutes sint connexae nullius habitus habet integram rationem virtutis, nisi omnium habeat consortium: quare & infusae omnes simul cum gratia donatur. Sed tamen actus vnus virtutis sua natura praesupponitur ab alijs, vt quia prudentia constituit in omnibus medium, illa est prior ordine naturae. ¶ Secunda conclusio. Quauis actus quidam laudabiles & moraliter boni praecedere etiam tempore possint habitum (intellige infusum) poenitentiae, sicut actus fidei & spei informu, & actus timoris seruilis, tamen actus & habitus charitatis simul sunt tempore cu actu & habitu poenitentiae, & cum habitibus aliarum virtutu moralium. Loquitur de habitibus infusis qui indiuidui sunt gratiae commites. Probatur, quoniam vt. 1. 2. q. 113. arti. 6. monstratum est, in iustificatione impij simul est motus liberi arbitrij in Deum, qui est actus fidei per charitatem formatus, & motus liberi arbitrij qui est actus poenitentiae. ¶ Tertia conclusio, in qua plurimum difficultatis est. Horum duorum motuu primus: scilicet, charitatis praecedit secundum: nempe, poenitentiae, nam actus virtutis poenitentiae est contra peccatu ex amore Dei. Vnde primus actus est ratio & causa secundi. ¶ Sequuntur aliae tres conclusiones istarum praecedentum appendices, quibus ad quaestionem respondetur. ¶ Est ergo quarta. Poenitentia non est simpliciter prima virtutu, neque ordine temporis: quia oes simul infunduntur, neque ordine naturae: quia actus Theologicaru: scilicet, fidei, spei & charitatis praesupponuntur. ¶ Quinta conclusio. Poenitentia est prior ceteris virtutibus: scilicet, moralibus ordine temporis: nam nisi peccator prius egerit poenitentiam, non potest opera aliarum virtutum exercere, quae sint Deo grata. ¶ Sexta. Ordine naturae virtutes morales videtur esse priores poenitentiae, sicut quod est per se, est prius eo quod est per accidens: nam aliae virtutes per se sunt necessariae ad bonum hominis, licet nullum esset peccatum: quia sunt ad faciendum bonum. Poenitentia autem, vt dictu est, no est virtus nisi praexistente malo ad de-

pellendum illud, sicuti de sacramentis dictu est, quod supposita natura corrupta, baptismus, confirmatio & eucharistia pertinet per se ad vitam spiritualem: poenitentia vero no nisi per accidens ad depellendum morbum.

Expositio articuli.

¶ Primae duae conclusiones manifestae sunt, neque vlla egent expositione. Sed tertia est difficilis & plurima egens philosophia, vt explicetur. Scholasticorum enim coetus punctum hoc no nisi superficie tenus attingunt. Quare actum poenitentiae putant praecedere & charitatem & gratiam, eo quod per poenitentiam homo conuertitur in Deum, & conuersio est motus ad suscipiendam gratiam cu qua infunditur charitas. ¶ Et ideo Scotus, & Durandus non ponunt poenitentiam, nisi virtutem acquisitam praecedentem charitatem. Quare S. Thom. in. 4. dist. praesenti. q. 1. art. 2. licet teneat esse virtutem infusam, nihilominus. quaestiuicula. 2. opinionem com secutus ait, quod licet motus amoris charitatis acquiratur, quae potest esse in peccato, antecedit motum poenitentiae, tamen quia charitas infusa per peccatum amissa, non recuperatur nisi per contritionem, quae est motus poenitentiae: poenitentia, inquit, est prior charitate. Quare Palud. ead. dist. q. 3. conclusio. 2. eadem sequitur opinionem putans, eadem hic D. Thom. retinere. Itaque dum dicit actum charitatis esse priorem actu poenitentiae, intelligit de charitate acquisita. At vero profecto hoc menti S. Tho. manifestè aduersatur. Quae hic re maturius perspecta mutauit: nam cum in secunda conclusione dixisset actus & habitus charitatis simul esse tempore, plane de infusis habitibus loquebatur: siquid actus praecedentes gratiam iam in prima conclusione ab hoc negotio excluderat. Igitur cum in tertia conclusione dicit actu charitatis esse priorè, de illo, qui elicitur ab habitu infuso, loquitur. Et confirmatur, quia poenitentia est dolor de offensa Dei ad ipsum reconciliandu: dolor autem offensa amici & cupido reconciliandi illum ex praemia charitate & amore illius emanat. Et confirmatur secundo ex praecedentibus verbis S. Tho. vbi ait, quod actus fidei format: antecedit actum poenitentiae: fides autem per charitatem formatur & viuuit. Vnde in praecedenti art. dictum est quod motus charitatis est proxima dispositio ad poenitentiam. Et Magdalenae ait Christus Lucae. 7. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multu: & tamen no sunt ei remissa sine poenitentia.

Scotus, Durandus.

Palud.

nitētia, quā lachrymæ indicabāt. Sed q̄a p̄c̄nitentia, vt h̄ic ait S. Th. est dolor ex amore, dictū est, quia dilexit multū. Vñ idē S. Tho. 1.2. q. 113. ar. 8. expressē ait q̄ gratiæ infusio est prior ordine naturę q̄ motus liberi arbitrij in peccatū. Sed exurgit cōtra hoc vehemētissimū argumentum, quod neoterici insolubile existimāt. Actus p̄c̄nitentię est dispositio ad gratiam ac subinde ad charitatē: ergo est prior q̄ gratia & charitas: impossibile est aut idē esse prius alio & eodē posterius: ergo nō est posterior q̄ gratia. Ad hoc tota Schola S. Th. bene respondet per distinctionē minoris Aristot. enim. 2. Phy. docet duo posse sibi esse mutuo causam in diuersis generib⁹ causarū, atq; adeo vnū posse esse prius altero, & e conuerso. Sanitas .n. est causa finalis moderati exercitij, quę ideo prius mouet hominē ad deambulandum: sed tamen deambulatio prior est sanitate in genere causę efficientis. Et vterus aperiens fenestram prior est in genere causę efficiētis apertione: sed tamen apertio prior est in genere causę materialis, quia nisi prius natura aperta esset, aer non ingrederetur. Eodem ergo pacto Deus per auxilium speciale mouens liberum arbitrium, vt homo cōuertatur in ipsum, simul infundit gratiā ac subinde virtutes inter quas & p̄c̄nitentiam, cuius ideo actus in genere causę efficientis posterior est infusione gratiæ, & actu fidei, spei & charitatis: sed in genere causę materialis motus ipsi p̄c̄nitentię est prior: quia nisi homo p̄c̄niteret, non fieret gratus. Et sic respōdet S. Th. 1.2. q. 113. q. art. 8. ad. 2. Exēplum est in generatione ignis tenēdo cū Aristot. & S. Tho. accidentia inharere nō materię, sed toti cōposito, dum enim lignū vsq; ad inflātionem calefit, calor vt octo, qui exēpli gratia fit summus, in genere quidem causę materialis prior est in ligno q̄ forma substantialis ignis, quia est eius dispositio sed tamen in genere causę efficiētis forma substantialis est prior nam calor vt octo non est nisi in igne, quare forma ignis ingrediēs materiam adfert secū illū calorem: sicut ad productionem animę cōducuntur eius potentia. *At verō* quauis exemplum naturale aptissimū sit, tñ non videtur anim⁹ satis quiescere. Arguitur enim Aut motus ille p̄c̄nitentię qui est dispositio ad gratiam elicitur à solo libero arbitrio cū auxilio speciali, vel ab illo & à gratia simul iustificante: si à solo libero arbitrio falsum est quod ait S. Tho. loco citato. 1.2. quod gratiæ

Aristo.

Argumenta.

infusio est prior. Rursus sequitur illum motum non esse formatum atque adeo nō esse legitimā p̄c̄nitentię, quę vt dictum est, genere suo est virtus infusa, neq; Deū attingit, neque est dolor de offensa, qui p̄supponit charitatem infusam. Si autē dicas q̄ elicitur à gratia simul cū libero arbitrio, alia subsequitur incommoda. Primum q̄ tunc non opus esset ponere auxilium speciale p̄ter gratię infusionem contra S. Tho. 1.2. q. 109. & cōtra id, quod ar. p̄cedenti dicebamus: nam cū illa gratia sit donum supernaturalium virtutū, sine alio speciali auxilio. Item sequeretur, q̄ actus p̄c̄nitentię esset prior suo ipsius habitu, qđ neq; in genere causę materialis est factis intelligibile & q̄ sequatur patet, nam est dispositio ad infusionem gratiæ & charitatis: atq; adeo ad infusionē sui ipsius habitus. Et est intellectu q̄ difficilimū vt cū nulla alia p̄cesserit dispositio, per solū actū elicitū ab habitu disponatur subiectū ad eundē habitum suscipiendū. Nam in naturalibus forma propriē ignis nō producit calorem in igne sed calor cōproducitur ab agente introducēte formā, sed q̄ actus eliciatur ab habitu & disponat ad eundē habitū suscipiendū, nihil mirū si multi non intelligant, quoniam fateor & me nō hacten⁹ satis intellexisse. Et p̄sertim quātūcūq; vix pōt distingui quomodo act⁹ ille quę natura p̄cedit gratia nō sit meritorius. *Dicere ergo quis posset ad argumētū factum: quod actus p̄c̄nitentię elicitur à solo libero arbitrio. & illa ratione, qua antecedit gratiā, non est meritorius, sed postea continuatur à gratia & habitu infuso & illa ratione per ipsum remittitur peccatum. Sed respōsum hoc non apparet legitimum, nam cū non prius tempore moueatur liberum arbitrium, quā gratia infundatur: quia eodem momento fit vtrunque, non est satis intelligibile quomodo actus à libero arbitrio eliciatur, & postea ab habitu infuso continuetur. Dicēdū ergo (etsi punctū tetigi: notanda est solutio) quod licet eodem puncto temporis Deus per auxiliū speciale moueat liberū arbitriū, & infundat gratiā, nihilominus motio illa est dispositio, & via ad infusionē gratiæ. Etenim quia cōuertimur in Deū efficimur ei grati, & non quā efficimur ei grati, cōuertimur: quare in genere causę materialis prius natura fit motio in Deū. Igitur licet idē omnino act⁹ eliciatur à libero arbitrio, & simul à gratia & habitu p̄c̄nitentię*

Solutio notanda. Auctori.

p̄c̄nitentię, nihilominus qua ratione procedit à libero arbitrio, est prior natura q̄ gratia & q̄ habit⁹ p̄nitentię & dispositio ad vtrunq; Sed qua rōne elicitur à gratia, & ab habitu p̄nitentię est Deo gratus. Alij negant consequentiā. Actus p̄c̄nitentię est prior q̄ gratia: & gratia q̄ habitus p̄c̄nitentię: ergo actus est prior suo habitu. Sed certē facilius est respōsio data, q̄ actus quo ratiōne procedit à potētia est prior in ḡne causę materialis quā gratia & q̄ suus habit⁹, sed habit⁹ est prior q̄ idē act⁹ sit vera cōtritiō formata. Atq; idē prorsus dicēdū de actu & habitu charitatis, q̄ scilicet actus quatenus procedit à libero arbitrio est in genere causę materialis prior q̄ ipse habitus, sed quaten⁹ procedit à gratia est posterior. Superuenit autē postremū argumētū. Sequeretur illū actū p̄c̄nitentię esse verē meritoriū postq̄ informatur gratia: cōsequēs autē apparet falsum: quia vel esset meritori⁹ gratiæ, vel soli⁹ glorię, & non gratiæ: quia si esset meritori⁹ gratiæ, esset illius, quę in illo instanti datur, quod est falsum: tum quia illa p̄cedit, vt diximus: tum p̄sertim quia Pelagianū esset dicere illam gratiā dari nobis ex nostris meritis. Quod autem non sit meritorius glorię pbatur, nā maximē esset illius grad⁹ glorię, q̄ correspondet illi gratiæ: quia gloria non est maior q̄ gratia. Consequens tamen apparet falsum, quia cū illa gratia sit acceptatio ad gloriā, & illa detur sine meritis nostris, fit vt gloria detur sine merito. Ad argumētum respondet S. Tho. 1.2. q. 112. arti. 2. quod ille actus est meritorius, vt legitime probatū est, & non gratiæ, vt etiam argumētū ostendit, sed illius glorię, quę eidem gratiæ correspondet. Quod enim gratia prima detur ex meritis, hoc Paulus condemnat, aliās gratiā nō esset gratia: gloria verō, p̄ter illā, quę datur ex sacramētis, nemini datur nisi secundū opera sua: & prout gessit in corpore, vt idem docet Apostolus ad Rom. 2. & 2. Corin. 5. Et ideo nulla est repugnantia vt eadem gloria, quę correspondet gratiæ sine meritis collata, cadat sub merito. Gloria verō correspondēs gratię sacramētali datur ex solo merito Christi, vt patet in paruulis. Et ad argumētum, Illa gratia est acceptatio ad gloriā: ergo prius natura homo est acceptus ad gloriā eidem gratiæ respondentem, quā habeat actum contritiōnis. Sunt qui propterea negant gratiam esse acceptationem ad gloriā, sed aiunt esse acceptationem ad amicitiam

Postremū argumentum.

Solutio argu.

Dei. Sed hoc dupliciter apparet falsum. Priusmo quia cū per gratiam formaliter homo sit dilectus & acceptus Deo, per ipsam est formaliter amicus, quare nō est acceptatio ad amicitiam. Secundō, quia cū gratia sit arrantem ad amicitiam Dei. liter filij, acceptamur ad hereditatem. Respōdetur ergo aliter, quod gratia duo facit, scilicet, constituere hominem in esse supernaturali filij Dei, & hac ratione antecedit actum p̄c̄nitentię faciens illum meritorium. Sed habet secundō, vt sit acceptatio ad gloriā, & hac ratiōne actus est prior illa. Sunt, fateor, hęc eiusmodi, vt absque philosophiā ad miniculo adiri non possint. Sed tamen neque sine illis intellectis medulla veritatis legitime p̄c̄nitentię valet explicari. *Argumenta D. Tho. contra reliquas tres cōclusiones diriguntur. Arguit enim primō. Super illud Matth. 3. P̄c̄nitentiam agite, ait glossa. Prima virtus est per p̄c̄nitentiam punire vterem hominem & vitia odire. Responderetur solum illic fieri comparationem p̄c̄nitentię ad virtutes morales: nam nisi quis prius per p̄c̄nitentiam iustificetur: non potest earum officia, quę grata sint Deo, perficere, vt ait quinta conclusio. Secundō arguitur. Recedere à termino prius esse videtur, q̄ accedere ad aliū terminum ad quem: sed omnes alię virtutes, etiam Theologicę, pertinere videntur ad accessum ad terminum: quia omnes ordinantur ad bonum: per p̄c̄nitentiam verō receditur à termino à quo: ergo ipsa est prior omnibus, cuius contrariū asserit quarta & sexta conclusio. Responderetur, quod licet recedere à termino à quo sit prius tempore, & prius natura quātum est ex parte subiecti, id est, in executione motus, tamen secundū ordinem causę agentis & finalis, quę mouet agentem, prius est in intentione accedere ad terminum ad quem: homo enim non proficiscitur à loco in quo est, nisi eo animo vt perueniat in aliū. Atq; hic ordo reperitur in actibus animę vt. 2. Physico. autor est Arist. Quare bñ cohærēt. 5. & 6. cōclusiones: scilicet, q̄ p̄c̄nitentia sit prior in exercitio moralibus virtutibus, sed ex parte obiecti & finis ille sunt priores. Quod autem theologicę, vt asserit quarta cōclusio, etiam in exercitio sint priores natura quā p̄c̄nitentia, alia est ratio: quia scilicet sunt eius radices. Tertiō arguitur. Ante p̄c̄nitentiam est peccatum in anima: sed simul cum pecca-*

Gratia acceptio est ad gloriam, non autem ad amicitiam Dei.

Primum argumentum.

Secundū argumentum.

ro nulla virtus animæ inest: ergo ante pœnitentiã nulla est virtus, sed ipsa est prima, quæ expellit peccatum. Respondetur, quod pœnitentiã aperit aditũ virtutibus expellendo peccatũ per virtutẽ fidei, spei & charitatis quæ sunt naturaliter priores. Ita tñ aperit eis aditũ q̄ ipse simul tẽpore intrant cũ ipsa: nam eodem momẽto, quo liberum arbitrium mouetur in Deum per fidem & charitatẽ, & in peccatum per detestationem simul remittitur peccatum & infunditur gratia, cum qua omnes virtutes, tam theologicæ quàm morales infundũtur. ¶ Restat hic tamen duplex dubium. Primum, vtrũ sit prius infusio gratiæ, an remissio culpæ. Sed hoc quæst. proxima arti. 6. dissoluetur. ¶ Secundum dubium est: Vtrũ pœnitentiã solis virtutibus moralibus aditum p̄dat: an etiam Theologicis: nam cũ illæ sint priores natura ægrè intelligitur, quomodo pœnitentiã illis aperiat aditum. Respondetur, quod de omnibus id intelligit D. Tho. nam qua ratione pœnitentiã est id, per quod tollitur peccatum, quod est impedimentum gratiæ & virtutum, aperit eis aditum licet earum ope suffulta modo iam satis expõsito.

DISTINCTIO decimaquinta, De effectu pœnitentiæ.



Pœnitentiã huius tam secundum rationem sacramenti quàm secundum rationem virtutis effectus est, vt superiori eius definitione insinuauim⁹ omnium peccatorum remissio, quæ Christiani post baptismum commiserint, iuxta illud Ezechie. 18. Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis &c. omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Et cap. 13. Viuo

Primum dubium.

Secundum dubium.

Cap. j.

ego dicit Dominus, nolo mortem impij, sed magis, vt cõuertatur & uiuat, quacunque scilicet peccati labe fuerit maculatus. Imò adeò est virtus hæc necessaria vt absque illa impossibile sit peccatum vllũ dimitti, admonete per Hieremiã ^{Eierem. 18.} Dño, Si pœnitentiã egerit gens illa à malo, quod fecit, agam & ego pœnitentiã super malo, quod cogitavi, vt facerem ei. Ac si dixerit, Absque pœnitentiã nemini ignoscam. Vnde & Lucæ. 13. Nisi pœnitentiã habueritis, omnes simul peribitis.

¶ Ex ijs fit consequens remissionẽ peccatorũ post baptismũ propriũ esse pœnitentiæ effectum: nã veluti per baptismatis vndam diuina gratia peccatum originale dimittit: ita & per pœnitentiã subsequentiã mortalia. Tãctsi differant, q̄ super sacrum fontem, vt supra dictum est, plenissima fit culpæ & pœnæ indulgentia, per pœnitentiã verò non item, sed vsu sæpe uenit, vt remissa culpa reatus pœnæ relinquatur per satisfactorios pœnitentiæ fructus expurgandæ. Nã vt. 2. Reg. historia refert postq̄ ^{2. Reg. 12.} Dauidi suam confitenti culpam remissa est, pœnas orbitate filij luit. Vt enim Dei clementia est supplicibus condonare veniã, sic & ei⁹ iustitia castigare delicta, vel in inferno, si non sit deleta culpa, vel in purgatorio, si hic plenaria non fiat satisfactio.

Atqui

Cap. iij. ¶ Atqui cùm originaliũ, aut mortalium remissio fieri nisi per id nõ possit, q̄ homo in gratiam Dei recipiatur, nequaquam vnum absq; reliquis, si plura sint simul, abstergi potest. Vnde autor libri de pœnitentiã, Quædam inquit impietas infidelitatis est, ab illo, qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Repugnaret enim præterea immensæ eius misericordiæ, cuius, vt est in Deu. perfecta sunt opera.

Deut. 32.

Cap. iij. ¶ Remissionis autem venialium alia est ratio. Nam cùm nõ sint diuinæ gratiæ repugnantia, vt committi possunt salua gratia & amicitia Dei: ita & remitti absque noue gratiæ infusione: non tamen absq; gratiæ & charitatis vsu & actu, qui pœnitentiã sit, licet non formalis & actualis, saltẽ virtualis. De qua Aug. in lib. de pœnitentiã, est, inquit, quædã pœnitentiã, quæ quotidie agitur in ecclesia pro leuioribus culpis: nam in multis offendimus omnes. Quapropter persistenti in peccato mortali nullum potest veniale remitti. Afferere nãq; vllum peccati genus absque gratia Christi, eiusque virtute passionis, deleri posse, impium est, cùm eũ solum, vt ait ad Roma. Paul. proposuerit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Et Ioãnes in prima canonica. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris & totius mudi. Possunt præterea per

Paul. Rom. 3.

I. Ioan. 2.

asersionem lustralis aquæ, aliq; id genus sacramentalia, quæ virtute clauium ad id muneris ecclesia instituit, aboleri.

DISTINCTIIONIS decimæ quintæ, Quæstio prima, de effectu pœnitentiæ quãtum ad remissionẽ mortalium.

S. Tho. 3. part. q. 86.

ARTICVLVS. I.

Vtrum per pœnitentiã omnia Peccata remoueantur.



In hac distinctiõne decima quinta, Magister Senten. Inuersus ordo Magistris Senten. multa tum inuerso ordine, tum impertinenter tractauit: immaturẽ nãq; de satisfactione sermonẽ proposuit. Nã cùm illa sit tertia ps pœnitentiæ, in postremũ locũ deberet referuari. Atqui & de satisfactione occasionem nactus mensionem fecit restitutionis, cuius ideo materiam sententiarij hic disputant: cùm tamen restitutio res sit huic loco impertinentissima. Est enim materia iustitiæ ad cessandum à peccato inter homines necessaria, cùm satisfactio fiat Deo ad reconciliandum amicitiam. De restitutiõne ergo nos lib. 4. de iustitia & iure satis diximus. Et de satisfactione dis. 19. dicemus. In præsentem ergo solum de effectibus pœnitentiæ habend⁹ est ^{Præsentis distinctio.} sermo: nam cõstituta natura, protinus est eius effectus explorandus. Est ergo prima quæstio, de remissione mortalium, & secunda de remissione venialium. Atque adeò huius primæ prim⁹ articulus generalis est, vtrũ per pœnitentiã omnia peccata remittantur. Et supposita distinctiõne D. Thom. tres præmittit præambulas cõclusiões: ex quib⁹ quartam elicit, qua ad quæstionẽ respondet. Quod enim peccatũ aliquod per pœnitentiã tolli

Inuersus ordo Magistris Senten.

Præsentis distinctio.

Divisio huius distinctiõnis.

tolli nequeat bifariam potest cogitari. Vno modo qd sit aliquod peccatū, cuius hominē poenitere nō possit: atq; alio vt sit aliquod, quod etiam si hominē illius poeniteat, nulla tamen poenitentia delere sufficiat.

Prima conclusio.

¶ Est ergo prima cōclusio. Primo quidē modo peccata dāmonum hominumq; damnatorum per nullam poenitentiam deleri possunt. Cuius ratio est: quia eorū affectus sunt in malum obfirmati & obstinati, adeo vt displicere nequeat illis culpa & offensa Dei, quem immortalī odio prosequitur, iuxta illud Psalmi. 73. Superbia eorū, qui te oderūt, ascendit semper. Sed sola poena, quam patiūtur, eis displicet. Qua de causa poenitētia, sed infructuosa, cruciantur, iuxta illud citatum Sapient. 5. Poenitentiam agentes & prae angustia spiritus gementes. Quare poenitentia illa omni spe veniē vacua est, & desperatione

Secunda conclusio.

plena. ¶ Secunda conclusio. In homine viatore neutiq; esse potest huiusmodi peccatum hoc modo irremissibile, eo qd quādiu est viator liberū habet arbitrium ad bonum & ad malum flexibile. Vnde dicere qd aliquod peccatum sit in hac vita, de quo homo poenitere non possit, est erroneum. Primò quidem, quia per hoc libertas arbitrij tolleretur. Secūdo, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ Dei, per quam mouere potest cor cuiuscūq; peccatoris ad poenitendum, secundū illud Prouerb. 21. Cor regis in manu Dei, & quocunq; voluerit vertet illud. ¶ Tertia conclusio.

Tertia conclusio.

¶ Quod sit aliquod peccatum secundo modo irremissibile, quod scilicet per verā poenitentiam tolli non possit, erroneū etiam est asserere. Primò quia repugnat diuinæ misericordię, de qua dicitur Iohel. 2. Benignus & misericors est, & patiens, & multæ misericordię & præstabilis super malitia. Vinceretur enim quodāmodo Deus ab homine si quod homo peccatū delere conaretur, Deus non posset euellere. Secundo: quia hoc derogat passioni Christi, per quam poenitētia, sicut & cætera sacramenta, operatur, cum scriptū sit. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec solū p nostris, sed etiā totius mundi. ¶ Quarta conclusio.

Quarta conclusio.

¶ Simpliciter dicendum est, qd omne peccatū in hac vita per veram poenitentiā deleri pōt. ¶ Quæstio præfens non est, vtrum per poenitentiam deleantur peccata, huius enim affirmatiua responsio ex superioribus supponitur, sed quæstio est de sensu vniuersali, vtrum

Expositio articuli.

omnia aboleat, ita vt nullum sit peccatum quod poenitentia auferre nequeat. De quare duo versantur errores. Prior Lutheranorum de potestate liberi arbitrij tā absurde loquentium, vt putent nos cogi ad peccādū. Quin verò aiunt qd Deus ipse nos ad sæpe peccandum compellit. Itaque tunc non solum per poenitentiam nō potest deleri peccatum, sed neque vllō modo euitare possumus, quin illud perpetrēmus. Axioma ergo Lutheri fuit nō esse in potestate nostra malas vias facere, sed mala opera in impijs Deus operatur. Qd quidem sub eisdem verbis Tridentina synodus sessio. 6. cano. 6. anathematis mucrone quā meritissimò confodit. Arbitror enim prouidentia Dei permissum fuisse in istam eos ve sania corruere, vt constaret, ij, qui sic de Deo deq; libero arbitrio sensissent, qd essent in reliquis nulla autoritate digni, nā qd nullum aliud contra eos argumētum existeret, hoc vtiq; sufficeret, quod Deus qd summa bonitas est, volūtatē nullatenus habere potest mali culpæ: imò nihil est quod in hominibus eius voluntati magis aduersetur: si autem nos cogeret ad malum vellet vtiq; & percuperet nos peccare, quod animus audire abhorret. ¶ Sed secundo arguitur. Peccatum vt August. cōtra Faustum lib. 22. ait, Non est nisi quid factū contra legē Dei: lex autē Dei eadem res est quæ sua voluntas: nam intellectus & voluntas in ipso eadem sunt essentia: quomodo ergo potest esse peccatum quod Deo volente, imò cogēte fit? Si enim fit per eius voluntatem, est eidem voluntati consonum, ac perinde suæ legi simile: vnde palam fit non esse peccatum. ¶ Tertium ex ratione etiam coactionis sumitur argumentum. Peccatum enim, vt idem Augustin. in lib. de vera religione autor est: adeo est voluntarium malum, vt nisi sit voluntarium, nequeat esse peccatum: quia sola voluntate peccatur: si ergo Deus nos cogit, non est in nostra volūtatē non peccare, atque adeo nō peccamus. Pespice ergo hominis absurditatē, Deū facit autorē, non vtiq; sed coactorem nostri peccati, & nos pecudes atq; illis iniquioris cōditionis cum nos affirmat inuitos peccare. Clamāt Iacobus instinctu & reuelatiōe Dei qd ipse intentator malorū est, admonens nos subinde vt nemo dum tentatur dicat quoniā à Deo tentatur, & reclamatione Lutherus qd non solum nos tētatur, verū qd inuitos nos cogit. Profectò tūc nescio quomodo in vniuersum

Error Lutherianorum circa potestatem liberi arbitrij.

Primum argumētum contra Lutheranos.

Secundum argumentum contra Luther.

Tertium argumentum.

vniuersum

vniuersalis illa, quā Paulus asserit, vera esset, Deus vult oēs homines saluos fieri: & monita illa diuina, Noli vinci à malo, noli deficere à disciplina Domini: & quod ait Pfaltes, Nolite fieri sicut equus & mulus: est enim sicut equus & mulus, qui suæ subiungatur sensualitati: quod si euitare nequiremus, minimè euitare admoneremur, sed genus dementiae est de hac re disputare. Disputauimus nihilominus latissimè lib. 1. de natura & gratia. c. 17. & 18. vbi ad istorum perperam intellecta testimonia satis respōdim⁹. ¶ Mouetur enim ex illo ad Roma. 1. Tradidit eos Deus in desideria cordis eorū. Et Esaia. 6. Excœca dñe cor populi huius. Et Gen. 14. Indurauit dominus cor Pharaonis. At verò hæc nihil aliud sonāt, qd qd Deus hominem sinat sensum proprium sequi & affectum implere, vt longa peccatorum catena illaqueatus vix possit ei admonēti obedire. Cū enim, vt ait. 1. 2. q. 79. S. Th. sol corporeus naturaliter, absq; vlla libertate illuminet, fit vt dum quis claudit fenestrā ne solares radij ingrediātur, nihil causæ in solem reijci possit, sed tota causa fuit qui fenestrā clausit. Tamen dum homo cor Deo occludit: quia Deus non vti sol merè naturaliter, sed liberè, sciensq; adeo & prudens id permittit, quodāmodo dicitur excœcare, & tradere & indurare. Sic enim filius, qui nimia patris indulgentia perditē vitā transegit, ad patrem reuersus ait, Tu pater erratorū meorū ea mihi permittendo causa fuisti. Et qd Deus non aliter induret historia ipsa Pharaonis ostēdit: Cū enim aiebat Deus, Quoniam tu non vis demittere populum, ecce ego percutionem omnia primitiua Aegypti, palam docebat, qd si voluisset demittere populū eius poenitentiam recepisset. Imò longa illa cōminatio & successio plagarum indicium fuit bonitatis Dei, qui ipsum ad poenitentiam adducebat, sed dicitur eum indurasse: quia singulari prouidentia duritiem eius permisit, vt maiestatem gloriæ suæ in illis miraculis ostenderet. Cætera loco citato, cui libuerit, videat.

Interpretatio autoritatum.

Armacha in error.

¶ Sed præter hūc vesanum errorem, qd Deus quempiam ad peccādū cogat, Armacha. lib. 9. de quæstio. Armenorū. c. 27. cōtendit probabile esse secundū scripturā aliquod esse irremissibile peccatū. Cuius argumenta sunt quæ hūc soluit. S. Tho. Itaq; ista opinio sentit qd sicut Deus confirmat aliquos in bonū, vt Apostolos, quæ quidem cōfirmatio non fuit ablatio liberi arbitrij, sed irreuocabilis lex vt

nunquam peccaret mortaliter: sic sunt quorundam peccata firmata lege, veluti peccata dāmonum, irremissibilia. ¶ Est autē opinio, licet mitior qd illa Lutheranorū, tamē non solum falsa, verū erronea, vt hic D. Tho. ait: Quippe quæ Dei in primis bonitati aduersatur, cuius nullū magis natuum est in operibus extra se factis qd omnes homines: vt ait Paul. saluos facere. Hoc enim vno proposito illos creauit, atq; hac siti eos redempturus de cœlo descendit, vt nemine excepto suam eis beatitudinē impertiret. Item hoc est contra naturam hominis viatoris: hoc enim homo ab angelo distat, qd cū angelus sit merè intellectualis nullo vtens discursu, primo peccato sic volūtatē suam malo infixerit, vt non esset ampliū in bonum vertibilis: sed homo cū sit rationalis, sicut per intellectū semper potest discurrere, ita per volūtatē à bono in malum, & vice versa mutari. Vnde vt ait Damascen⁹, Quod hominib⁹ est mors, hoc angelis est peccatum: hoc est: libertatem mutādi se à malo in bonum, quam homines per solam mortem perdūt, angeli per primū peccatum amiserunt. Tertio, Hominem esse viatorē nihil aliud est qd in via esse ad patriā: via hæc autē nō est nisi libertas arbitrij: quod diuina ope suffulto potest quisq; ad cœlestē hæreditatem peruenire, alioqui maximū periculum desperationis hominibus impenderet. Quare huiusmodi error non solum est à veritate euangelica alienus, verū & hominibus perniciosissimus si quis talē de Deo suspicionem haberet. Aequiparat enim viuētes homines infernalibus dāmonibus, atque adeo in scopū desperatiōis adigit eos. Cū dicat Io. in sua canonica. c. 1. Si cōfiteamur peccata nostra fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra. Et. c. 2. si quis peccauerit, (quocunq; scilicet peccati genere) aduocatū habemus apud patrem Iesum Christum iustum, qui propitiatio est pro peccatis totius mundi. Quocirca error iste blasphemus est, & iniurius in Christū & eius passionem: nam si aliquod esset irremissibile peccatum, non fuisset vniuersalis redemptor.

Impugnatur error Armachani.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Postremū argumentum.

¶ Postremū deniq; ex vtraq; pagina sumitur efficacissimū argumentū. Deus enim absque exceptione vlla vniuersalibus verbis vniuersos mortalium à via veritatis aberrātes, vt ad mentē redeant, & conuertātur, inuitat. Quæ quidem loca dist. præcedenti. q. 1. art. 10. retulimus. Ezechielis. 18. Si impius egerit poenitentiam

rentiam ab omnibus peccatis suis &c. Ab omnibus inquit: Quare vniuersum subditur, Omnium iniquitatū eius, quas operatus est, non recordabor: ergo nullum est irremissibile. Et cap. 33. Vt inquit dñs: nolo mortem impij: hoc est, nullius impij, cuiusuis cōditionis impietate fuerit infectus. Vnde subdit. Nūquid voluntatis meæ est mors impij, inquit Dominus? & illud Iohel. 2. etiam vniuersale verbum est, Conuertimini ad me: sicuti & illud Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Et ad apostolos Ioan. 21. Quorum remisistis peccata, remittentur eis: id est, quomuncunque & quæcunque peccata. Est enim vtroq; verbo vniuersalis assertio, qua plenissima cōfertur potestas, sicuti & Matth. 16. Non dico tibi septies, sed septuagies septies: hoc est, nullus erit peccatorū numerus nullūve genus, qd non remittes. Adde qd si aliquod est peccatū per pœnitentiam irremissibile, eadem erit ratio de baptismo, quod est contra illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitū daret, vt omnis qui credit in eum non pereat: & cōtra illud vniuersale promissum Marc. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Alia quàm plurima gratia enitandi fastidij præmittimus. Ex ijs ergo apertissimis testimonijs ecclesia. c. firmiter de summa trinit. & fide catho. decretū illud collegit. Si quisquam post baptismum prolapsus fuerit in peccatū, per veram potestē semper pœnitentiā reparari. Vnde Chryso. in lib. de reparatione lapsi, & refertur can. Talis de pœnitentiā dist. 3. Talis, inquit, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: nunquā spernit pœnitentiā, si ei sincerè & simpliciter offeratur: etiā si ad summū quis perueniat malorum, conuersum ad libertatis viam libet amplectitur. Cōtra hanc autē veritatē exurgit argumētū nō minimi pōderis ex illo Io. 12. Propterea nō poterant credere: quia iterū dixit Esaias (cap. 6.) excecavit oculos eorū, & indurauit cor eorū, vt nō videant oculis, et nō intelligāt corde, & cōuertantur, & sanem eos: si enim nō poterant, nulla eis pœnitentia sufficiebat. Respondetur, & est valde notandū, qd inter auxilia specialia sunt gradus. Est enim auxiliū ordinariū, quod p se cuiq; sufficit, vt resurgat, quod quidē semper Deus cuiq; homini, etiā sceleratissimo offert. De quo Apocal. 3. Ego sto ad ostiū & pulso. Sed est aliud p̄terea excellētū auxiliū, quo hoīes

Ioann. 21.

Peccatum irremissibile nullum.

Chryso.

Ioann. 12.

Nota de auxilio speciali

Apocal. 3.

in profundū malorū collapsi indigent, vt resurgāt. Et hoc non semper Deus illis offert, sed est, quasi miraculū vt respiciant, vt apparuit in Pharaone & in Babylonicis, de quib⁹ legitur Hierem. 51. Curauimus Babylonē & nō est sanata, derelinquamus eam: quoniā peruenit vsq; ad cœlū iudiciū eius. Et in hoc sensu dicuntur excecati nō posse credere. At verò nequeunt culpā in Deū reijcere, qui sufficēter quātū est de se illis auxiliatur, sed in se ipsos, qui tā difficilē salutē suā fecerūt. Vt semper stet sententia Osæ. 2. Perditio, tua Israel: id est, tu es illius causa. Quo fit vt quādo per timores seruales, quos naturaliter habere possunt, eiusmodi hoīes cor emolliuerint, & per alias calamitates edomiti à tam ingenti scelerū et flagitiorū prauitate cessare cœperint, tunc sufficēt eis ordinariū auxiliū. Præterq; qd illud etiā egregium nonnunq; illis offert, vt Mattheo, & Magdalena, & Paulo.

Eiherem. 51.

Primum autē argumētū in contrariū est illud ad Hebr. 12. qd Esau non inuenit pœnitentiæ locū, quanq; cū lachrymis inquisisset eā. Vbi glossa. Nō inuenit locū veniē & benedictionis per pœnitentiā. Et 2. Machabe. 9. dicitur de Antiocho. Orabat scelestus Deum, à quo nō erat misericordiā cōsequitur. Ex illa historia Esau, infert loco citato Armachanus: peccatū illud, quod lenissima de causa, & absq; vlla passione, quasi pro nihilo fit, nō esse remissibile: quia fit ex magno cōtemptu, sicuti Esau qui pro misera lenticula primogeniturā vendidit. Quocirca licet postea, vt. c. 27. legitur, magno eiulatu apud patrē fletet, nequiuit totā benedictionē recuperare. Id quod Paulus in exēplū adducit eorū, qui ex nimio cōtēptu delinquant. At verò nō eō pertinet exēplū, vt quanq; homo verè pœniteat, pœnitentiā nō obtineat, sed ad hoc tantū qd huiusmodi contemptores legis nunq; aut vix vnq; verā agunt pœnitentiā: sicuti Esau, qui non eiulabat nisi propter primogeniturā amissam, tū odiū fratris nō deponerat: imò dicebat, Veniet luctus patris mei, et occidā Iacob fratrem meū. Similiter ad historiam Antiochi respondetur, qui cū superbia elatus subuersionē Hierosolymorū moliretur, gratissima plaga diuinitus percussus cœpit imaginem quandam pœnitentiæ verbis fingere. Sed tamen quia non verè eum offensa Dei pœnitebat, sed quod culpa illa causa eiusdem plagæ fuerat, veniam non obtinuit. Et hoc denotat historia appellans eum scelestum

Primum argumentum.

Armachanus

Impugnatur Armachanus

Historia Antiochi.

secundum argumentum. stum: quia scelestē Dominum orabat. Secundo arguitur, autoritate Augustini in lib. de sermone Domini in monte, vbi loquens de impugnantibus fraternitatem ait, quod tanta labes est illius peccati: scilicet, vbi quispiā post agnitionem Dei per gratiā Christi, oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam inuidiæ facibus agitur, vt deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere, & annūciare cogatur: vnde apparenter colligitur non omne peccatum per pœnitentiā esse remissibile. Respondetur verò, qd vbi ait Augustinus non possit, intelligit, non facillē possit, (quāuis ipse lib. 1. retractationum aliter se exponat, vt illico videlicet.) Sic enim assolēt sancti patres loqui secundum Aristo. 1. de celo circa finem, vbi ait, quod impossibile dicitur, & quod simpliciter non est possibile, & quod non est factū facillē: sicut morbus dicitur insanabilis: quia secundum communem cursum non sanatur. Sic enim veritatis & pacis impugnatōres secundum communē cursum nunquam respiciunt. Sed nihilominus secundum excellētius diuinę gratiæ auxiliū possunt conuerti iuxta illud Psalms. 67. Dixit Dominus ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: hoc est, etiā si quis sit in malorum fundo. Tertio arguitur, ex illo verbo Christi Matth. 12. Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. At de peccatō in spiritum sanctū disputat D. Tho. 2. 2. q. 14. ad quem locum hinc se remittit. Triariam enim de eiusmodi peccato sancti patres loquuntur. August. in lib. de verbis Domini appellat peccatū in spiritum sanctū finalem impoenitentiam: quia cōtra ponitur remissioni peccatorū, quæ fit per charitatem quæ spiritu sancto attribuitur. Si autē sic accipiatur, non est speciale peccatum, sed generalis omnium conditio. Quare in hoc sensu aliquod esse peccatum irremissibile, qd quod absq; pœnitentiā, vt art. proximo videbitur non possit remitti peccatū mortale post baptismum commissum. Athanasius verò & antiquissimi doctores appellabant peccatum in spiritum sanctum illud quod fit contra diuinitatem vel omnium, vel cuiusq; personarum trinitatis. Et distinguitur cōtra peccatū in humanitatem Christi vel cōtra homines. Et hoc dicitur irremissibile, non simpliciter, sed quia est remissū difficile: eo quod vel ni-

secundum argumentum.

Tertium argumentum.

August.

hil vel minimū habet excusationis. Quando enim Iudæi obijciebant Christo, quod esset vorax, & potator vini, & publicanorū amator, aliquam habebant excusationem, quoniam hæc omnia conuicia ad eius humanitatem pertinebant, propter infirmitatem carnis, quam in eo cernebant. Cui illa vitia competere poterant. Sed quādo obijciebant qd in Beelzebub eijceret demonia, iniuriā diuinitati irrogabāt, quare nullā habebāt excusationem, opera Spiritus sancti diabolo tribuentes. Alij verò distinguunt tria peccatorum genera. Vnum scilicet, quod procedit ex ignorantia: hoc est contra filium: cui tribuitur sapientia: aliud qd procedit ex passione, quod dicitur contra patrem, cui attribuitur omnipotentia: & tertium quod procedit ex malitia, quod dicitur peculiariter in spiritum sanctum: cui attribuitur bonitas. Atque hoc etiam pacto peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile, non simpliciter, sed quemadmodum proximè dicebamus, quia difficile est vt remittatur. Præsertim quod Christus non ait esse irremissibile, sed quod nō remittetur: loquitur enim de facto secundum communem rerum cursum: scilicet ob defectum pœnitentiæ, quæ difficilis est in his, qui consulto absque ignorantia, & passione delinquant, iuxta illud Esaiæ. 22. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercitū, Si demittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini dicit Dominus. quasi dicat, minimè. Vnde Iob. 9. verebar, inquit, opera mea sciēs, quod non parceres delinquenti: id est, manenti in peccato. Quāuis & ad pœnas hoc referri possit: nam vt ait ibi Gregor. lib. 9. moralium cap. 27. etiam si delicti culpa per pœnitentiā tollatur, pœnas luere debemus vel in hac vita vel in altera. Et eodē modo Chryso. homilia. 42. super Matth. exponit quod peccatum in spiritum sanctum non remittetur, non quod per pœnitentiā nō possit remitti, sed quod huiusmodi pœnitentia difficilis est, & qui illam nō fecerit, pœnas & in hoc seculo, & in futuro dabit. Atque horum instar responderi potest ad aliud argumentum quod fieri hic potest quartum. Ait enim Ioannes in 1. canoni. cap. 5. Est peccatum ad mortem, nō dico pro eo vt oret quis, & Ezechiel 14. Si bestias induxerim super terram vt vastent eam: scilicet, propter idololatriam, & tres viri isti: scilicet, Noe Daniel & Iob fuerint

Aliorū sententia.

Chryso.

Quintum argumentum.

rint in ea. Viuo ego dicit Dominus, quia nec filios nec filias liberabunt, sed ipsi soli libera buntur: & Hierem. 14. Noli orare pro populo isto in bonum. Cum ieiunauerint, non ex audiam preces eorum, &c. quoniam gladio & fame & peste consumam eos. Ad hunc locum Ioannis Sententiarum expositores lib. 2. d. 43. multis modis respondent. Primò August. loco, quem D. Tho. argumento secundo citat de sermo. Domini in monte lib. 1. illud intelligit de peccato impugnantium fratritatem & gratiam Dei. Sed tamen postea libro. 1. retracta cap. 9. dictum correxit, dicens quòd debuisset addere. Si peccator in tā scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam: quoniam de quocunque pessimo in hac vita constituto non est utique desperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Vnde & Canonista super can. Si sacerdos, de poenitentia dist. 1. & theologorum multi, & etiam D. Tho. q. 3. de malo art. 15. intelligunt peccatum ad mortem peccatum finalis impoenitentiae. Tamen si fatear hunc mihi sensum quadrare non posse. Nam et si huiusmodi peccatum, irremissibile sit, nemo illud tamē in hac vita cognoscere potest. Quis enim de alio nouerit an sit poenitentiam ante mortem factururus: Ioannes verò peccatum aliquod insinuabat, quod homines possent deprehendere. Quo modo ergo dicere potuit vt pro illo peccato nemo oraret, quod nemo nouit? Nisi forsan de aliquo defuncto constaret, vita in peccato fuisse defunctum, quod vix constare potest. Alij ergo intelligunt non esse orandum pro eo, qui peccat in spiritu sanctum secundo vel tertio modo: scilicet ex certa malitia. Attamen si hoc Ioannes appellat peccatum ad mortem ob difficultatem, quā habet vt tollatur, eadem ratione appellabit alia, in quibus ob obstinatam consuetudinem tantum difficultatis inest. Mitto alios, qui verbum Ioannis intelligunt de peccato, cui est annexa excommunicatio: pro quo orationibus publicis sacerdotes ecclesia prohibet orare. Nam hæc expositio violentior est: improprie enim id solum peccatum dicitur ad mortem, quod excommunicationi sit subditum. Quare Ioannes non erat tunc excommunicatiois memor neq; ecclesiastica prohibitionis, sed de diuino iure loquebatur. Augustinus (si ille fuit autor) lib. 1. de vera & falsa poenitentia cap. 4. aliam adfert expositionem. Nouatiani enim, quos supra memora-

uimus, & ipse illic insinuat, omne peccatum post baptismum commissum appellabatur in spiritum sanctum, qui in baptismo suscipitur: nam quæ præcedebant baptismum: quia vel ex ignorantia vel ex passione procedebant, dicebant esse contra filium, cui attribuitur sapientia, & contra patrem, cui tribuitur potentia. Et ideo per baptismum profitebantur remitti peccata, sed relapsis poenitentiam negabant. Quare omne peccatum post baptismum commissum aiebant esse ad mortem, atq; adeò de illo intelligendum esse Ioannē. Contra hanc ergo blasphemiam, quæ supra impugnata est, ait Augustinus Ioannem per peccatum ad mortem intelligere omne peccatum mortale, & per peccatum non ad mortem, veniale. Sed loquitur, inquit, Ioannes de oratione tantum Dominica, qua sine alia poenitentia dimittuntur peccata venialia. Est ergo sensus, quòd si quis peccata venialia commisit, per illam orationem obtinebit veniam veluti per aquam benedictam. Vbi autem peccatum est mortale, non sufficit oratio, sed requiritur poenitentia. Bona est expositio, sed tamen non satisfaciens, quoniam oratio Dominica non delet veniale nisi facta ab illo, qui est in peccato. Ioann. autem videtur loqui de precibus, quas quis, p alio fundit. Ambrosius lib. 1. de poenitentia ca. 8. & 9. aduersus eosdē Nouatianos aliam meditatus est expositionem minimè contēendam, videlicet quòd Ioannes appellet peccatum ad mortem, peccatum grauissimum cuiuscunq; sit generis, pro quo non sufficit vt vnusquilibet oret. Quare Ioannes ait, Non dico vt pro eo oret quis: id est, quilibet, sed requiritur oratio instatissima excellentissime personæ: sicut pro peccato Israel adorationis vituli non vnus quilibet, sed Moyses orauit, idque exaggeratissimè. Aut dele me de libro vitæ, aut noxam populo remitte. Cui alludit illud. 1. Reg. 2. Si peccauerit vir in virum, placari potest ei Deus si autem in Dominum peccauerit homo, quis orabit pro eo? Quasi dicat, non nisi qui fuerit Deo gratissimus. Hæc ergo expositiones parum sic veneror, vt tamen sensum paulò differentem mihi videre videar apud Ioannem. Præmiserat enim dicens quòd quodcumque petierimus secundum dei voluntatem obtinebimus ab eo, & ideo orandum nobis esse cum fiducia. Sed quia poterat quis obijcere, sæpe nos orare pro illo, qui est in peccato, & tamē frustra, respondet quòd quando peccatum fratrum

trum fratris est ad mortem, non obligamur pro illo orare. Vocat ergo peccatum ad mortem quando hominem videmus adeò peccatis esse inueteratum & obstinatum, vt in inimicitijs, aut in concubinato, aut vstura, aut obstinatissima hæresi, vt quantum prudentia docet humana nulla spes de illo habeatur. Et tunc non prohibet orare pro illo: non enim ait, Nemo oret, sed non dico, id est, non præcipio, vt roget quis, vel quemadmodum est gratæ, vt roges. Nam quemadmodum supra diximus, nemo potest mereri alteri primam gratiam, nisi merendo illi bonum motum, & orare pro talibus, est orare pro re difficillima, sed nihilominus possunt conuerti, vt Paulus precibus Stephani, & Augustinus precibus matris. Quare sæpe est consilium orare pro talibus: tamen si pro Turca raro sint qui oret. Quare ecclesia pro infidelibus non nisi in die Parasceue orat. Alia citata testimonia facillimè duobus modis exponuntur. Primò, licet tres illi viri sancti orent pro populo, non impetrabunt: non est sermo de remissione peccati populi quoad culpam, sed quoad poenam: quæ quidem remissa culpa iuste infligitur ad emendationem. Et locis citatis comminabatur Deus populo vastatione & alias calamitates propter peccata. Et vt legitur. 2. Reg. 12. Licet pepererit dominus culpam adulteri David, puniuit tamen eum morte filij. Secundò verba illa domini, Noli orare pro populo isto, & si steterint tres viri, coram me, non audiam &c. audienda sunt in sensu comminatorio, sicut illa Ionæ. 3. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, hoc est, secundum præsentem iustitiam. Nam postquam Hieremias dixit cap. 14. Noli orare pro populo isto, & 15. si Moyses, & Samuel steterint coram me non est anima mea ad populum istum: statim eodem cap. propter orationem Hieremias nomine populi ait dominus, si conuerteris conuertam te, & ante faciem meam stabis. Pari modo intelligitur illud Amos. 1. & 2. cap. vbi ait Dominus, super tribus sceleribus Damasci & super quatuor non conuertam eum. Ex quibus Hebræi, vt Lyranus refert, inferunt Deum semel, bisque peccanti indulgere, non autem ei qui ter, aut quater, aut pluries peccat. Intelligitur, inquam, quantum ad ultiones & flagella, quæ illic comminatur Damasco, & Tyro affligentibus populum Israel. Ait enim Deus quòd si vnum aut alterum in cursum fecissent aduersus populum, forsan

ignouisset eis, sed quia pergebant bella multiplicare, disperdet eos. Quo ad culpam verò septuagies septies, vt est in euangelio, conuersis pepercisset. Quòd si illud opposueris Obiectio: Prouerb. 1. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam. Mane consurgent, & non inuenient me. Respondetur primò, vt supra, quòd potest comminatio hæc intelligi quoad supplicia temporalia, quæ pro peccatis infliguntur, vt patet ex verbis præcedentibus. Quando uenerit super vos tribulatio & angustia & repentina calamitas. Nam ad remittendas peccatorum penas non est necesse, vt semper Deus exaudiat. Secundò ad literam videtur illa comminatio aduersus serò poenitentes posita: nam prædixerat, Quia despexistis consilium meum ego in interitu vestro ridebo. De sero autem poenitentibus d. 19. disputabimur. Vtrum autem poenitentia, non solum omnia deleat peccata, sed etiam in quocunque momento, an verò detur aliquod tempus, in quo id facere nequeat propter necessariam continuationem, vel peccati, vel contritionis dist. 17. q. 2. de contritione examinabitur.

ARTICVLVS. II.

Vtrum sine poenitentia peccatum remitti possit.



Ad virtutem poenitentiae dignificandam non satis est nosse omnia per ipsam deleri scelera, sed perscrutandum restat, vtrum sit ipsa omnino necessaria. Et ideo queritur, vtrum sine poenitentia peccatum per aliam virtutem, aut alio quouis modo remitti valeat. Ad quod interrogatum præmissa distinctione tribus conclusionibus respondetur. Quæstio nanque aut intelligi potest de poenitentia, quæ est sacramentum, aut de poenitentia virtute secluso sacramento. Est ergo prima conclusio. Impossibile est peccatum actuale mortale cuiuspiam sine poenitentia remitti, loquendo de poenitentia, quæ est virtus. Probat, Peccatum est Dei offensam: ergo eodem modo id Deus remittit, quo offensam in se commissam: hanc autem sine poenitentia remitti est impossibile: ergo. Probat minor. Offensa directe opponitur gratiæ: ex eo enim quis cæsetur alteri offensus, quòd ab eius gratia est repulsus. Hoc autem discriminis est inter gratiam Dei, & gratiam hominis, vt 1. 2. q. 110. art. 1. ostensum est, quod gratia hominis

Yy non

Responsio ad
illum locum
10. 47.

Canonis in-
terpretes.

Ambros.

Satis fit alijs
authoritatibus

Amos. c. 1.
q. 2.

Expositio an
toris.

Aug.

non efficit, sed præsupponit bonitatem verā vel apparētem in homine, propter quam eū diligit: gratia verò Dei est causa bonitatis hominis, propter quam eum diligit: eo q̄ bona Dei voluntas, quæ nomine gratiæ intelligitur, est vniuersalis causa cuiuscunque creati boni. Ob hoc ergo cōtingere potest, vt homo offensam, qua offensus est, hosti remittat absq; aliqua eius voluntatis mutatione, quia fingit esse mutatum. Deo autem id non potest accidere, vt cupiam absque illius mutatione voluntatis offensam remittat: quia tūc deligeret eum, quem bonum non efficit: offensam verò peccati mortalis inde pullulat q̄ voluntas hominis est auersa à deo per aliquod cōmutabile bonū. Requiritur ergo ad remissionē diuinæ offensæ, q̄ voluntas hominis sic mutetur, vt conuertatur ad Deū cum detestatione prædictæ conuersionis ad creaturā, cum proposito emēdandi vitam, in quo quidem ratio virtutis pœnitentiæ consistit.

Secunda conclusio.

¶ Secunda conclusio. Absque sacramēto pœnitentiæ, quod officio & absolutione sacerdotis ligantis, & soluetis perficitur, potest Deus peccata remittere. Intelligit absq; sacramēto nō solum in re, verū etiam in voto. Probatur, quia Deus non habet suam potestatem sacramentis suis alligatam. Quare Christus, vt Lucæ. 7. legitur, Magdalenæ absque vilo sacramento: quia tunc non dum erat sub obligatione institutum, peccata dimisit. ¶ Tertia conclusio. Nec tunc tamē eadem dimisit peccata sine pœnitentiā virtute, vt Grego. autor est in homilia. Per gratiam enim, inquit, scilicet per pœnitentiā, traxit intus, quam per misericordiam suscepit foris.

Tertia conclusio.

Expositio articuli.

¶ Quæstio hæc de necessitate pœnitentiæ virtutis est præcipua ac perinde meditatē existimanda. D. enim Thomas adeo affirmat esse necessariam existentibus in peccato mortali post baptismū, vt impossibile cēseat absq; illa Deū vili peccatum remittere. Vnde cum duplex sit Dei potentia: ordinaria scilicet, & absoluta, de vtraq; est disputandum. Veruntamen quantum ad legem ordinariā nemo catholicorum ambigere debet pœnitentiā virtutem esse necessariam. Haud enim vniuersi sancti patres, verū & vtraq; sacra pagina eam tanquam necessarium peccatorum remedium celebrat, vt est illud hic citatū Hierem. 18. si pœnitentiam egerit gens illa à malo, quod fecit, agam, & ego pœnitentiā super malo, quod cogitavi, vt facerē ei: ac si dixis-

Testimonia sacra.

set, Alioqui nec ego peccata dimittam. Cui consonat illud Zachariæ. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et Ezechiel. 14. Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis &c. vita viuet. Quasi dicat, Quādiu non egerit pœnitentiā manebit in morte. Et infra, cum auerterit se impius ab impietate sua, & fecerit iudiciū, ipse animā suam viuificabit. Aversio autē ab impietate motū voluntatis dicit, quo homo impietatem auersatur & detestatur. Quæ quidem auersio necessaria est ad cōuersionē, vnde inferius, conuertimini ad me in toto corde vestro. Quocirca Christus, p̄thema illud suæ prædicationis assumpsit, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Vnde Luc. 5. Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. Quasi ad rem salutem necessariam. Quocirca Actū. 3. Pœnitentini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra, quasi dicat, alioqui deleri non possunt. Tādē Christus Lucæ. 13. Nisi pœnitentiā, inquit, habueritis, omnes simul peribitis. Sanctorum verò patrū testimonia innumera sunt, neque post tam apertam scripturam sacram recitatu necessaria. Plurima Gratianus de pœnitentiā dist. 1. congesit, vt can. Nō omnis, & can. Non potest, vbi habetur q̄ nemo potest gratiā Dei cœlestis accipere sine pœnitentiā. Id q̄ plurimis subsequentiis confirmatur. Et tandem in cap. firmiter, de summa trinit. & fid. cath. sola pœnitentia proponitur lapsis in remedium. ¶ At verò extat in foribus obiectio cōtra necessitatē pœnitentiæ, q̄ sacræ literæ plura alia subsidia cōnumerat ad remittēda peccata, quæ Cyrillus sup̄ Leuit. & Orige. ibidē. homil. 2. ad septē referūt, quæ sunt baptismus, & fides, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: & charitas. 1. Petri. 4. Charitas operit multitudinē peccatorū. Quin verò & de spe ait Pau. ad Ro. 8. Spe salui facti sumus. Et eleemosyna Luc. 11. Date eleemosynam, & ecce oīa mūda sunt vobis. Et iniuriarum condonatio, Matt. 6. Si dimiseritis hominib; peccata eorum, & pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. Ad hæc autē & id genus alia respōdetur, sic ista oīa censenda esse peccatorū remedia, vt nullū neq; oīa sine pœnitentiā sint sufficiētia. Primū enim fides, spes, charitas sunt necessaria eo modo, quo. q. præcedenti art. 5. dictū est tāquā fundamēta pœnitentiæ. Quare nec fides, nec spes, formantur nisi

Testimonia sanctorum.

Obiectio contra necessitatē pœnitentiæ.

Dilutus obiectio.

nisi per charitatem, neq; verò charitas existēti in peccato est legitima, nisi cum detestatio ne peccatorū. Eleemosyna verò, & remittere iniurias, ponuntur tanquā remedia in duplici sensu. Vno modo q̄ multū peccatori conducūt, vt conuertatur, tū propter preces pauperū & eorū, quibus remissæ sunt iniuriæ: tū quia cor emolliūt, & præparant, vt Deus singulariter opem adferens illud cōuertat. Secūdo post remissam culpam sunt per modū satisfactionis remedia ad soluēdas poenas. Hoc enim modo, vt legitur Ecclesiast. 3. eleemosyna extinguit peccatū. Et sic illud intelligitur Daniel. 4. Peccata tua eleemosynis redime.

Primum argumentum.

¶ De baptismo verò arguit D. Thom. primo loco. Non est minor virtus Dei circa adultos q̄ circa paruulos: sed pueris peccata dimittit sine pœnitentiā: ergo etiam adultis. Et respondet in sententiā, q̄ baptismus quantum est ex primæua eius institutione ad dimittēdū originale peccatū, nullā exigit pœnitentiā, eo q̄ cū illud sine propria voluntate cōmittatur, absq; propria voluntate remittitur. Quare paruulis ante vsum rationis eiusmodi culpa absq; vilo voluntatis motu condonatur. At verò adulti, qui originale culpam mortali bus accumulauerunt: necessarius est pœnitentiæ motus, iuxta verbū Petri Actū. 2. Pniam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū. Nā vt ait, ad id propositū Aug. Nemo adultorū potest vitā nouā inchoare nisi præteritæ pœnituerit. Vtrum verò requiratur vera contritio dist. 6. q. 1. art. 7. contra quosdam contrarium censentes partē negatiuā p̄ captu nostro statuimus: nepe, nō requiri contritionē, sed satis esse attritionē, per quā tollatur obex. Quin verò Caieta. ait hīc, q̄ baptismus secū adfert virtutē pœnitentiæ: quia est institut⁹ in remissionē peccatorū, & ideo sufficit adulto, vt fatēdo se peccasse, subiiciat se illi, vt per ipsum remittatur sibi peccata: nam illa, inquit, subiectio & susceptio baptismi est in virtute detestatio prioris vitæ. Et fortasse vera est eius opinio, tamen si non auerem omnino illam approbare: nā cū ad hoc propositū dixerit August. neminē suæ voluntatis arbitriū posse nouā vitā inchoare, nisi præteritæ pœnituerit, colligitur vt formalis pœnitentia præteritorū requiratur. Quare Petr⁹ duo distinguēs ait. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū. ¶ At verò de charitate plusculū est difficultatis propter nonnullos, qui videntur contrariū asserere. Scotus nanq; 2. sen-

Caietanus.

De charitate Scotus.

ten. dist. 28. inter loquēdum de præcepto charitatis ait, q̄ voluntas per actū charitatis licet informem potest se disponere ad gratiam de congruo. Vnde nonnulli inferunt, sine actu formali pœnitentiæ sufficere actū charitatis. Et alij, quos viua voce audiui, aiunt non sufficere quemlibet, sed egregiū. Et arguūt ex auctoritate Petri citata, charitas operit multitudinem peccatorū. Et Lucæ. 7. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Et Christus, Qui diligit me, diligetur à patre meo. Quibus accedit & ratio: nam pœnitentiā propterea remittit peccatū, quia est illi cōtrariū: sed nihil est peccato tam contrariū q̄ charitas: peccatum enim inimicitiam Dei parit, cui charitas contraria est: ergo charitas est pœnitentia virtualis: hoc est, parē habens virtutē. ¶ Contra hanc opinionē disputauimus lib. 2. de natura & gratia. c. 16. Sed nunc Lucidius tres conclusiones statuimus illic implicitas. Prima, Existenti in peccatis mortalib; quæ vel habet in memoria, vel diligenti indagine in eam valet reuocare, nullus prorsus charitatis actus quantumcunq; egregius: citra perpeffum pro Christo martyrium, sufficit ad salutem. Hanc profectō conclusionē sacra testimonia citata satis probāt. Nā cum in omnibus pœnitentia palam exigatur, tanquā finis necessarius ad salutem, glossare illa dicendo q̄ sufficit virtualis pœnitentiā manifesta temeritas est. Pari enim modo vbi ait Pau. q̄ sine fide impossibile est placere Deo, possent glossare sufficere fidē virtualē. Imò & dicere possent q̄ dare eleemosynam, & remittere iniurias esset pœnitentiā virtualis: nā etiā illi actus pertinent ad charitatē, quod esset hæreticū. Secundō, vt eorū fundamētum eneruemus, charitas de se nō est pœnitentia virtualis: nā vt per humana hæc visibilia iniuria intelligamus, quis ille, qui inimicū suū iniuria affecit, dicat, & verē dicat deinceps illum ex intimo corde dilecturū, & in omnibus ei morē gerere proponat, nō propterea charitas illa virtute comprehendit pœnitentiam præteritæ iniuriæ. Nam cum illa dilectione stat, vt non eum iniuriæ illatæ pœniteat: sed quia animo suo iam satisfecit, vult esse deinceps amicus, alioqui non esset. ¶ Et ad maiorem claritatem rationis arguitur tertio. Dicere q̄ charitas sine formali detestatio ne præteritæ vitæ sufficiat ad salutem, nescio quomodo differat à Luthero in artic. 6. & 7. condemnatis à Leone, dicente q̄ sufficit refi-

Prima conclusio.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

piſcentia & noua vita. Lutherus enim ſolum negabat requiri actum formalem poenitentię: nam quod illa charitas in futurum eſſet poenitentia virtualis, ipſe non renuebat. Eſt ergo condemnatus ex eo q̄ non ponebat formalem deteſtationem præteritorum criminum. Vnde Auguſt. lib. 1. de nuptijs & concupiſcenti. cap. 26. exponens illud Eccleſiaſtici. 21. quod ad rem præſentem vrgentiſſimè facit. fili peccaſti, non adijcias iterum: ſed de priſtinis deprecare, vt tibi dimittatur. Si à peccando, inquit, deſiſtere, hoc eſſet non habere peccatum, ſufficeret, vt hoc nos ſcriptura moneret, fili peccaſti, non adijcias iterum. Non aut ſufficit, ſed addit. Et de priſtinis deprecare, vt tibi dimittatur. Quapropter Tridentina ſynodus ſeſſio. 6. cap. 6. & 14. expreſſè decreuit poenitentiam, non ſolum continere ceſſatione à peccatis, verum & eorum deteſtationem. Obidq; profectò nõ video quo modo defendi poſſit, q̄ actus charitatis, citra martyrij perpẽſionem, ſine formali poenitentia ſufficiat, præſertim cum legitima poenitentia debeat includere votum confeſſionis, quod ſine peccatorũ deteſtatione haberi non poteſt. Item quia qui dicit, charitatem eſſe poenitentiam virtuales, dicere conuincitur, q̄ etiam ſi tunc peccata occurrerent memorię non opus eſſet formali deteſtatione: quãdoquidem iam habet ſufficiens remedium: quod profectò abſurdum eſſet conſeſſu. Neque verò neceſſe eſt hanc labem Scoto impingere, ſanè cum ipſe non aſſerat niſi q̄ per actũ charitatis homo diſponitur. Et poteſt gloſſari, vel q̄ vocat actum charitatis deteſtationem, vel q̄ illum actum ſtatim deteſtatio concomitatur, vel loquitur quando peccata ita ſunt obliuioni tradita, vt nõ poſſint in memoriã reuocari. De quo caſu ſtatim dicemus. ¶ Ad argumenta ergo in cõtrarium reſpondetur eſſe ſophiſtica. Concedimus enim, actum charitatis contrarium eſſe peccato, & q̄ quicumq; legitimè Deum diligit, viciffim ab ipſo diligitur. Sed tamen qui eſt in peccato mortali neutiſquam, citra martyriũ, habere poteſt legitimũ actum dilectionis niſi deteſtando peccata. Nam cum peccatum ſit motus auerſionis, non expellitur niſi per motum contrarium conuerſionis. Quare licet peccatrici dictum ſit dimiſſa eſſe peccata: quoniã dilexit multum, tñ eius lachrymã fuerũt poenitentię indices. ¶ Secũda cõcluſio. Peccatori, qui ſic eſt omnino peccato

Auguſt.

Synodus Tridentina.

Argumentorum dilutio.

Secunda cõcluſio.

rũ oblitus, vt facta diligẽti indagatio nequeat. vllius corũ meminiffe, non eſt neceſſarius actus poenitendi, ſed per actus alios charitatis veniam obtinebit. Cõcluſio eſt Gabrieliſ in 4. di. 14. q. 1. art. 2. quæ neſcio cur reprobetur. Nam quãuis poenitentia, virtus ſit per ſe neceſſaria ad remiſſionem peccati non ſolũ neceſſitate præcepti, de quo diſtinct. 17. diſputabimus, imò neceſſitate finis: hoc tamen intelligitur, quando peccatorum vlla poteſt haberi memoria. Si enim quis eo q̄ non facit diligẽtiam, non recordatur eorum, fateor ſine poenitentia nullum alium actum charitatis ei ſufficere. Si tamẽ merè naturaliter eſt oblitus, vt in ſua poteſtate non ſit peccata recolare, neutiſquam poteſt deteſtationem habere. Nam quorũ homo nõ eſt memor, quomodo illa deteſtari poteſt? Si ergo tunc eſſet neceſſaria poenitentia, tunc homo ſine poſſibili remedio maneret. Tũc ergo ad remiſſionem huiuſmodi obliuorum peccatorum ſufficit quicũq; actus charitatis, qui reſpectu illorum eſt virtualis poenitentia, vt quaſt. ſeq. artic. 1. apertis verbis D. Tho. aſſeruit. Quod ſi dicas, debere tunc cõteri in genere ſub conditione ſi peccatum habeat, profectò non video cur ad hoc teneatur, poſtquã nullam habet peccatorum notitiam. Dicere autem q̄ tunc Deus adiunabit vt recordetur, nullum prorfus habet fundamentum. Igitur quãuis illa obliuio peccatorũ non ſit remedium remittẽdi peccata: quoniam cum nullus actus intellectus ad id ſufficiat, multò minũs ignorantia, vel obliuio, tamen quicumque alius actus charitatis, ad quem Deus auxilio ſpeciali concurrat, erit ſufficiens. Et eſt planum exemplum de baptiſmo, nam licet ſit per ſe neceſſarius ad ſalutem, nihilominus ſi daretur aliquis inuincibiliter ipſum ignorans, citra votũ eius expreſſum poſſet in Deũ conuerſi. ¶ Tertia cõcluſio. Martyrium, quãdo erit ſubita oblatio actum poenitẽdi impediret, ſufficit ſine poenitentia ad ſalutem. Cõcluſio hæc nõ eſt mihi tam certa quãm ſuperiores, ſed tamen multò probabilior q̄ cõtraria. Aſſerunt eam Scotus & Gabriel diſt. præſenti. quaſt. 1. art. 3. ſed tamen nimium abſolutè, dicentes feruorem martyrij ſufficere. Et tamen arbitror eſſe moderandam. Si ille, inquam, qui martyrio expoſitus eſt, inducias habet vt poſſit peccata recolare, tenetur quidem. Verbi gratia, dum eſt in carcere. Imò ſi copia ſuppedit ſacerdotis & temporis, cõteri

Gabriel.

Conuictio peccatorũ in genere neceſſaria immemor.

Tertia cõcluſio.

cri

teri tenetur (ſi ſingulare eſt confeſſionis præceptum in articulo mortis, de quo diſt. 18. diſputabitur.) Quod ſi tantũ temporis non habeat, poſſit tamen habere dolorem in genere, ad id etiam obligatur: nam martyrium nõ aliter poteſt vicem poenitentię ſupplere, q̄ ſupplet vicem baptiſmi: non autem huius vicem ſupplet, niſi vbi eius copia haberi non poteſt. Si enim ſub ipſum agonis articulum offerretur martyri baptiſmus, quẽ renueret, re vera non eſſet orthodoxus martyr, vt diſt. 3. art. 11. aſſertum reliquimus. Pari ergo modo ſi tempus habet poenitendi, & poenitentiam renuit, contemptor eſt & virtutis & ſacramenti, atq; adeo tunc nullus feruor martyrij abſq; poenitẽtia ſufficiet. Sed faciamus hominem ſic in martyrium rapi, vt atrocitas mortis eius occupet mẽtem: arbitror q̄ licet ſit in peccato, dũmodo non ſit in eius actuali complacẽtia, aut propoſito, illa perpẽſione martyrij obtinebit veniam apud Deum. Probat. Martyrium, vt loco proximè citato latè elucidauimus, ſupplet vicem baptiſmi, vt patet tum aliorũ patrum teſtimonio, quos illic citauimus, tum & Auguſtini cõtra Donatiſtas, & reſertur de cõſecra. diſt. 4. can. Baptiſmi vicem: Cuius vtiq; euangelica fundamenta ſunt, illud Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet q̄, vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis: & Matth. 10. Qui cõfeſſus me fuerit coram hominibus, conſitebor & ego eum coram patre meo. Et qui perdidit animã ſuam (id eſt, vitam) propter me, in vita æterna inueniet eam: ſed tam neceſſarius eſt baptiſmus ad remiſſionẽ originalis quã poenitẽtia ad remiſſionem actualium: ergo pariter ſupplere poteſt poenitentię vicem. Et cõfirmatur, quia, vt illic vidimus, tria diſtingũtur ex æquo baptiſmata: ſcilicet, fluminis & flaminis, quod eſt virtus poenitentię, & ſanguinis, quod eſt martyriũ: ergo quodcumq; p̄ ſe ſufficit. Reſpõderi aut per hoc pot diſcrimen, q̄ baptiſmus nõ aliam diſpoſitionem requirit q̄ non inuenire obicem contrarium. Martyriũ autem per ſe dicit actũ charitatis, vt S. Tho. ſupra quaſt. 66. art. 12. dixit, & contra Creſconium lib. 2. cap. 12. oſtẽdit Auguſt. Quinuerò & Paul. 1. Corinth. 15. Si corpus, inquit, meum tradidero ira vt ardeam, charitatem aut non habeam, nihil mihi prodeſt: charitas autem in peccatore ſine poenitentia non eſt legitima. ¶ At verò in contrarium eſt primum argumentũ, q̄ ſicut baptiſ-

Martyri neceſſaria eſt prima q̄ eius ſe offert occaſio.

Argumentũ.

Dilutio.

Primum argumentum.

mus nõ ſemper requirit actum charitatis: ita nec martyrium, vt patet in Innocentibus ante uſum rationis occiſis pro Chriſto, quos illic oſtendimus fuiſſe martyres ſine actu proprio charitatis. ¶ Vnde quaſt. proxima ar. 1. bonum ducemus argumentum, q̄ dormientes in peccato etiam mortali, qui ante ſomnũ non habebant actualem voluntatem peccato inhẽrentem, obtinebũt veniam. Nam hoc videtur S. Tho. in ſolutione ſecũdi aſſerere. ¶ Secundo, vt hoc nunc intermittamus, dicimus q̄ expoſitũ martyrio in illo articulo habet legitimum actum charitatis, qui virtute includit poenitẽtiam, licet illa non ſit formalis. Quare contraria opinio principium petit dum aſſerit legitimam charitatem in martyre non poſſe eſſe ſine poenitentia. Hoc. n. eſt ſingulare priuilegium martyrij, quod per ſe eſt ſumma charitas & cõfeſſio Chriſti. Cum enim dixit Chriſtus, maiorem charitatem nemo habet, & c. hanc aſſerit maiorem, etiam q̄ illa, quæ eſt deteſtatio peccatorũ: quare martyrij charitas in illo articulo, quo totũ hominis animum expoſcit & abſorbet, aliam non exigit, ſed eſt ſummum holocauſtum, quo ſe hõ ex toto corde Deo tradit. Et eſt expreſſa ſentẽtia Chryſoſtomi ſermo. 29. de poenitentia, vbi ait. Sicut in tenebris non eſt abſq; lucerna lumen, ſic nõ poteſt homo peccatum abſq; poenitentia abluere. Atq; hoc, inquit, de homine iam baptizato dicitur. Et ſubdit. Item lector intelligat martyrium poenitentię præteriti non egere. Nam ſicut lux diei non querit lucernam, ſic iuſtitia ante Deum (ſcilicet martyris) ſine poenitẽtia lucet. Vide quo modo martyriũ tãto fulgore poenitentię præfertur, quãto lux diei lucerna in tenebris fulgẽtior eſt. ¶ Quod ſi arguas. Baptiſmus ipſe, cuius vicem martyrium ſupplet, aliquã poenitẽtiam, vt ſupra diximus, requirit: ergo & actus martyrij. Reſpondetur, q̄ dum martyr habet tempus memoriã peccata, deteſtari illa tenetur, ſed ſi afflictio mortis & feruor in Deum illam recordationem impedit, ſatis eſt, vt homo ſe Chriſto ſacrificet. ¶ Poſtremum autẽ argumentum eſt, quod caſus iſte, metaphyſicus quibuſdam videtur, vt homo tam repente rapiatur ad martyrium, vt nõ poſſit peccatorũ recordari. Imò vt Chryſoſtomus homilia. 4. de diuite & Lazaro ait, repẽtina mors ex tẽplo memoriã offert peccata præterita, quod probat exemplo fratru Ioseph Genef. 42. qui in afflictione poſiti ſta

Secundũ argumentum.

Chryſo.

Obiectio.

Dilutio.

Poſtremũ argumentum.

Y y 3 tim

tim dixerunt, merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Et pueri in camino ignis Danielis. 3. peccata sua cõfitebantur. At mihi profectò non apparet nisi casus, qui vsu venire potest. Nam licet egregia facinora, vt illud in fratrem venditum, statim occurrant menti, occultiora tamen atq; illa præsertim quæ ex culpabili ignorantia præcesserunt, indagine egent, vt in memoriã redeant. Pueri autem apud Danielem diuino miraculo sustentabantur, vt pleno iudicio possent peccata, non tam sua, quàm populi cõfiteri.

*Aliud argu-
mentum ex
historia Cy-
priani.*

Accedit & argu. pro nobis ex historia Cypriani. quæ Aug. lib. 2. cõtra Donatistas cap. 5. probabilius existimat non deposuisse errorem suum de baptizandis hæreticis vsq; ad mortis articulum. Et tamen cap. 18. ait errorem illum ab illo recompensatum fuisse, & passionis falce purgatum. Nam quanuis dici possit, qd nõ fuerit pertinax in errore, & ideo ante martyriũ fuisse in gratia, sed qd per illud fuerint illi remissa supplicia, si propter defensionem erroris illa demeruerat. Nihilominus licet vsq; ad mortis articulum fuisset in culpa, modo non haberet voluntatem in errore obstinatum, sed se Deo commendaret, per illud fuisset saluus. Quare ecclesia non aliud fuit perscrutata, vt in catalogum sanctorum illum referret, quã quod fuit martyr. Quod si quis dicat. Saltem martyr tenetur in agone habere dolorem in genere, & misericordiam petere. Respõdetur primò, qd ille dolor in genere quando homo non est memor alicuius peccati, neq; in genere peccasse, non est propriè pœnitentiã: quoniam neminem propriè pœnitere potest eorum, quæ nullatenus se fecisse meminit. Et ideo talem actũ potiùs appellarem charitatis & amoris filialis q̃ formalis pœnitentiæ. Secundò respondeo, qd positus in agone martyrij, nisi peccata sua spõte occurrant, consultius faciet attentionem ad martyrium applicando, qui est actus fortitudinis, quàm ad peccatorum recordatione: videlicet, vt cor fatigat diuino amore inflãmre, vt strenuè mortem pro Christo optat. Non enim de martyribus legitur qd sub illum articulum peccata plangerent, sed quod curarent animum contra terrores mortis commutare. Sed tandem admonuerim, vt hoc priuilegiũ nemo cogitet ad alios actus quantumuis feruentes charitatis extendere: quia est singulare perpessi martyrij, quo se homo Deo sacrificat. Neque vero feruori desiderij

Obiectio.

Dilutio.

*Martyrij sin-
gulare priuile-
gium.*

tim dixerunt, merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Et pueri in camino ignis Danielis. 3. peccata sua cõfitebantur. At mihi profectò non apparet nisi casus, qui vsu venire potest. Nam licet egregia facinora, vt illud in fratrem venditum, statim occurrant menti, occultiora tamen atq; illa præsertim quæ ex culpabili ignorantia præcesserunt, indagine egent, vt in memoriã redeant. Pueri autem apud Danielem diuino miraculo sustentabantur, vt pleno iudicio possent peccata, non tam sua, quàm populi cõfiteri.

martyrij, vt putat Scotus, id tribuerim, quando martyr non est in actu passionis: desiderare enim martyrium absque formali pœnitentiã non sufficit, sed illud perpeti: nã tunc duntaxat homo actu cõfiteatur Christum, & animam pro eo ponit, cui hoc priuilegiũ adscribitur. Ad hæc adhibenda est alius dubij decisio, vt rùm pœnitentiã non solùm quantum ad detestatione peccati sit formaliter necessaria, vt expositum est, verùm quantum ad propositum emendandi vitam. Quam quaestionem recentiores quidam nobis offerunt. Maioris enim dist. præsentis quaest. 1. ait non esse necessarium propositum actuale cauendi à peccatis in posterum, sed sufficere nõ vel le, hoc est, non habere propositum peccadi. Et quidam iunior in suo codice de pœnitentiã tractatu. 1. quaest. 3. ait, non esse tale propositum expressum necessariũ: quia virtualiter includitur in detestatione peccatorũ præteritorum quatenus offensa Dei sunt. Et quidem prima frõte sic apparet: nam ait S. Tho. in. 4. dist. 17. quaest. 2. artic. 2. propria peccata pœnitentiæ sunt peccata præterita, & 1. 2. q. 113. art. 5. solum ait in iustificatione impij requiri vnum motum in Deum, atque aliũ qui sit peccati detestatio. Sed nihilominus opinio hæc, nec verò vera est nec tutã neq; in populum euulganda. Primò, quia nullus vnquã antiquorũ sic ausus est loqui. Nã Alexan. 4. part. q. 69. memb. 9. & Durãd. dist. 17. quaest. 2. & omnes dicunt requiri propositum, neq; vllus fingit propositũ virtuale. Et plana id ratio docet: nam vt supra. q. præcedenti arti. 3. declarauimus, propria ratio pœnitentiæ est ex timore filiali sic vindicare delicta, vt vita emendetur, Vnde ait ibidem S. Thom. quòd pœnitentiã est detestatio offensa Dei cum emendationis proposito, & artic. 5. subdit qd timor filialis necessarius ad pœnitentiã est quo quis emendam Deo voluntarius offert. Idq; præsentis art. repetit, quòd homo cõuertitur in Deum per detestationem conuersionis ad creaturam cum proposito emendat. Et quaest. sequenti ar. 1. ad. 2. ait quòd requiritur, vt homo proponat abstinere ab omnibus & singulis peccatis mortalibus. Igitur cum finis pœnitentiæ sit emendatio vite, fit vt si detestatio requiritur formaliter, propositũ etiã formaliter exprimat, vt Magister Senten. dist. præsentis expressè ait. Et Ambros. dicēs quòd pœnitentiã est male acta plangere, & plangenda iterum non committere: hoc est,

Dubium.

*Resolutio
opinioni.*

martyrij, vt putat Scotus, id tribuerim, quando martyr non est in actu passionis: desiderare enim martyrium absque formali pœnitentiã non sufficit, sed illud perpeti: nã tunc duntaxat homo actu cõfiteatur Christum, & animam pro eo ponit, cui hoc priuilegiũ adscribitur. Ad hæc adhibenda est alius dubij decisio, vt rùm pœnitentiã non solùm quantum ad detestatione peccati sit formaliter necessaria, vt expositum est, verùm quantum ad propositum emendandi vitam. Quam quaestionem recentiores quidam nobis offerunt. Maioris enim dist. præsentis quaest. 1. ait non esse necessarium propositum actuale cauendi à peccatis in posterum, sed sufficere nõ vel le, hoc est, non habere propositum peccadi. Et quidam iunior in suo codice de pœnitentiã tractatu. 1. quaest. 3. ait, non esse tale propositum expressum necessariũ: quia virtualiter includitur in detestatione peccatorũ præteritorum quatenus offensa Dei sunt. Et quidem prima frõte sic apparet: nam ait S. Tho. in. 4. dist. 17. quaest. 2. artic. 2. propria peccata pœnitentiæ sunt peccata præterita, & 1. 2. q. 113. art. 5. solum ait in iustificatione impij requiri vnum motum in Deum, atque aliũ qui sit peccati detestatio. Sed nihilominus opinio hæc, nec verò vera est nec tutã neq; in populum euulganda. Primò, quia nullus vnquã antiquorũ sic ausus est loqui. Nã Alexan. 4. part. q. 69. memb. 9. & Durãd. dist. 17. quaest. 2. & omnes dicunt requiri propositum, neq; vllus fingit propositũ virtuale. Et plana id ratio docet: nam vt supra. q. præcedenti arti. 3. declarauimus, propria ratio pœnitentiæ est ex timore filiali sic vindicare delicta, vt vita emendetur, Vnde ait ibidem S. Thom. quòd pœnitentiã est detestatio offensa Dei cum emendationis proposito, & artic. 5. subdit qd timor filialis necessarius ad pœnitentiã est quo quis emendam Deo voluntarius offert. Idq; præsentis art. repetit, quòd homo cõuertitur in Deum per detestationem conuersionis ad creaturam cum proposito emendat. Et quaest. sequenti ar. 1. ad. 2. ait quòd requiritur, vt homo proponat abstinere ab omnibus & singulis peccatis mortalibus. Igitur cum finis pœnitentiæ sit emendatio vite, fit vt si detestatio requiritur formaliter, propositũ etiã formaliter exprimat, vt Magister Senten. dist. præsentis expressè ait. Et Ambros. dicēs quòd pœnitentiã est male acta plangere, & plangenda iterum non committere: hoc est, firmum

firmum habere propositum. Vnde Ezechie. 18. Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis, & custodierit præcepta mea, vita viuet. Quinuerò nomẽ ipsum cõuersionis hoc planè sonat, vt supra diximus. f. recessum ab vno termino, putã à bono creato, ad quòd homo per peccatum formaliter se conuertit, & accessum ad Deum, à quo per peccatum recesserat. Et ideo Iohelis. 2. Conuerti mini, inquit, ad me in toto corde vestro: conuersio autem ad Deum actum formalem dicit in ipsum. Ac demum confirmatur: quia dum nos conuertimur ad Deum, ipse cõuertitur ad nos, iuxta illud Zachariæ. 1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos: Deus autem amore positiuo ad nos conuertitur, quo nos amplexatur: ergo & nos debemus in ipsum conuerti per actum formalem obedientiæ, quò proponamus à peccatis cauere. Quando ergo Sanctus Tho. ait solùm requiri detestationem peccatorum, ibidem intelligit propositum etiam ab illis in posterũ cauendi. Sed ecce fallacia cõtrariæ opinionis. Dum quis verè, inquit, detestatur peccata tanquam offensam Dei, detestatio illa virtualiter includit propositum cauendi illa in futurum: ergo non requiritur aliud expressum. Respondetur autè ad antecedens, quòd eiusmodi detestatio propterea dicitur vera: quia gignit propositum cauendi in futurum. Et in hoc sensu virtualiter includit propositum. Sed si illud nõ pariat, non est vera: quia cum abhorre præterita, & cauere futura diuersi sint actus, neuter includitur in altero, licet vnum sequatur ex altero, si alterum sit legitimum. Extat inter homines exemplum. Contingere potest, vt aliquem pœniteat irrogasse iniuriam alteri, & tamen non proponat in futurum cauere: quare pœnitentiã præteriti de se non includit propositũ futuri, sed quando est legitima illud germinat. Colligimus ergo, quòd pœnitentiã est detestatio formalis præteritorum peccatorum cum proposito emendandi vitam. Atq; hæc est necessaria post baptismum ad remittendum peccatum mortale. Quomodo autem sit in præcepto videbimus dist. 17. quaest. 2.

*Exponitur
D. Tho.*

*Argum. fal-
lacia.*

*Suma dicto-
rum superio-
rum.*

*Aduersus il-
los qui vulga-
ri lingua dis-
ciplinã tra-
dunt.*

firmum habere propositum. Vnde Ezechie. 18. Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis, & custodierit præcepta mea, vita viuet. Quinuerò nomẽ ipsum cõuersionis hoc planè sonat, vt supra diximus. f. recessum ab vno termino, putã à bono creato, ad quòd homo per peccatum formaliter se conuertit, & accessum ad Deum, à quo per peccatum recesserat. Et ideo Iohelis. 2. Conuerti mini, inquit, ad me in toto corde vestro: conuersio autem ad Deum actum formalem dicit in ipsum. Ac demum confirmatur: quia dum nos conuertimur ad Deum, ipse cõuertitur ad nos, iuxta illud Zachariæ. 1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos: Deus autem amore positiuo ad nos conuertitur, quo nos amplexatur: ergo & nos debemus in ipsum conuerti per actum formalem obedientiæ, quò proponamus à peccatis cauere. Quando ergo Sanctus Tho. ait solùm requiri detestationem peccatorum, ibidem intelligit propositum etiam ab illis in posterũ cauendi. Sed ecce fallacia cõtrariæ opinionis. Dum quis verè, inquit, detestatur peccata tanquam offensam Dei, detestatio illa virtualiter includit propositum cauendi illa in futurum: ergo non requiritur aliud expressum. Respondetur autè ad antecedens, quòd eiusmodi detestatio propterea dicitur vera: quia gignit propositum cauendi in futurum. Et in hoc sensu virtualiter includit propositum. Sed si illud nõ pariat, non est vera: quia cum abhorre præterita, & cauere futura diuersi sint actus, neuter includitur in altero, licet vnum sequatur ex altero, si alterum sit legitimum. Extat inter homines exemplum. Contingere potest, vt aliquem pœniteat irrogasse iniuriam alteri, & tamen non proponat in futurum cauere: quare pœnitentiã præteriti de se non includit propositũ futuri, sed quando est legitima illud germinat. Colligimus ergo, quòd pœnitentiã est detestatio formalis præteritorum peccatorum cum proposito emendandi vitam. Atq; hæc est necessaria post baptismum ad remittendum peccatum mortale. Quomodo autem sit in præcepto videbimus dist. 17. quaest. 2. Non ergo sana est illa quorundã contritionis definitio, qd sit detestatio actualis, vel virtualis peccatorũ. Atqui si hæc cõsura mihi in eos licet, qui tũ vitæ integritate, tũ doctrina insigniuntur, tum etiã de me profectò optimè sunt meriti, quos ideo ex animo & suspicio & dili-

go, non possum non ægerrimo animo ferre qd res scholastica, eadẽq; in visceribus philosophiæ, & theologiæ recõditæ & vtriusq; iuris materna lingua in vulgus edatur. Putat. n. isti optimi autores plebi sic bene consultũ, & tamen, præter quam quòd scientiarum maiestatem & autoritatem extenuant, sexcentas occasiones errandi indocto vulgo offerunt. In vulgo autem pono quàm plurimos plebanos, qui vix Latine sciunt, atq; adeo nec scholastica verba, quantumcunque vulgari lingua eis proponantur. Adde quòd scientiarum mysteria, nisi in scholis doceantur, propterea quòd lingua vulgari edantur, non sunt opificibus & rudibus hominibus patentiora quàm latine. Quare cõsultius esset, vt ignorates ad doctores dubia sua deferrent, qui viua voce eis responderet, quàm illis idiomate vulgari eadem porrigere. Quod ergo in summa aliàs docta Hispanè scripta statim in principio proponitur: videlicet, contritio est pœnitentiã voluntaria dolorosa, grandissima, actualo virtual, nõ debuisset, vt bona venia dixerim, vulgo proferri. Nam quomodo opifices, imò rurales sacerdotes intelligere possunt, quid est virtualis pœnitentiã? Statim colligent sufficere, vel eleemõsynam, vel orationem loco pœnitentiæ. præsertim qd illa particula, virtualis, apud nullum antiquorum reperitur. Imò cum omnia testimonia supra citata scripturæ absolutè exigant pœnitentiã, temeritas est aliter populum docere: & de hoc deberet confessarius puniri, si aliter pœnitentem doceret, qd quòd debeat expressè detestari peccata, expressèq; propositum habere emendandi vitam. Sed & dum ait, grandissima, nisi adfit viua eiusdemq; doctæ vocis explicatio, offendiculũ indoctis ponet. Hactenus de lege ordinaria, secundum quam constitutissimum est, pœnitentiã esse ad salutem necessariã, sine qua actuale peccatum non remittitur.

*Contritionis
definitio re-
probatur.*

go, non possum non ægerrimo animo ferre qd res scholastica, eadẽq; in visceribus philosophiæ, & theologiæ recõditæ & vtriusq; iuris materna lingua in vulgus edatur. Putat. n. isti optimi autores plebi sic bene consultũ, & tamen, præter quam quòd scientiarum maiestatem & autoritatem extenuant, sexcentas occasiones errandi indocto vulgo offerunt. In vulgo autem pono quàm plurimos plebanos, qui vix Latine sciunt, atq; adeo nec scholastica verba, quantumcunque vulgari lingua eis proponantur. Adde quòd scientiarum mysteria, nisi in scholis doceantur, propterea quòd lingua vulgari edantur, non sunt opificibus & rudibus hominibus patentiora quàm latine. Quare cõsultius esset, vt ignorates ad doctores dubia sua deferrent, qui viua voce eis responderet, quàm illis idiomate vulgari eadem porrigere. Quod ergo in summa aliàs docta Hispanè scripta statim in principio proponitur: videlicet, contritio est pœnitentiã voluntaria dolorosa, grandissima, actualo virtual, nõ debuisset, vt bona venia dixerim, vulgo proferri. Nam quomodo opifices, imò rurales sacerdotes intelligere possunt, quid est virtualis pœnitentiã? Statim colligent sufficere, vel eleemõsynam, vel orationem loco pœnitentiæ. præsertim qd illa particula, virtualis, apud nullum antiquorum reperitur. Imò cum omnia testimonia supra citata scripturæ absolutè exigant pœnitentiã, temeritas est aliter populum docere: & de hoc deberet confessarius puniri, si aliter pœnitentem doceret, qd quòd debeat expressè detestari peccata, expressèq; propositum habere emendandi vitam. Sed & dum ait, grandissima, nisi adfit viua eiusdemq; doctæ vocis explicatio, offendiculũ indoctis ponet. Hactenus de lege ordinaria, secundum quam constitutissimum est, pœnitentiã esse ad salutem necessariã, sine qua actuale peccatum non remittitur.

*Omnipotentia
Dei absoluta.*

¶ Sed quid de omnipotentia Dei absoluta? Vtrum possit Deus sine virtute pœnitentiæ peccata mortalia dimittere: nã quod id possit sine sacramẽto citra controversiã S. Tho. secunda conclusione constituit. Quidã enim etiam ex discipulis S. Tho. metuentes quicquid ab absoluta Dei potentia excipere, aiunt nõ esse credibile, vt cum ait in presentiarum impossibile, intelligat de potetia absoluta. Sed re vera S. Tho. intelligit impossibile esse de quacunque Dei potentia peccatũ actuale mor-

tale sine poenitentia remitti, aliàs non simpli-
citer diceret impossibile. Item quia ponit dif-
cilmè inter virtutè poenitentiae & sacramen-
tū dicens, q̄ sine sacramento Deus potest re-
mittere peccatum, & tamen absque illo in re
vel in voto non potest de potentia ordinaria
sed de absoluta, queniadmodū Christus per
potestatem excellentiæ remisit paralytico &
Magdalena: ergo sine virtute intelligit per
nullam potentiam Deum id posse.

Conclusio.

¶ Et ideo tanquam certa statuitur hæc con-
clusio, quæ quavis primā facie dura videatur,
fiet intelligēti liquida. Sed tamen ad eius
intellectum prænoscere oportet quid sit remit-
ti peccatum. Ad quod rursus perpendendū
adnotandum est, quid maneat in peccatore
transiente peccato. Scotus namq; dist. 14. q. 1.
recitat vnam opinionem, quam falsissimè sui
sequaces D. Thomæ impingūt, quoniam nul-
libi eā somniauit. Videlicet, q̄ nihil aliud ma-
neat, q̄ reatus culpe, quæ nō est nisi obligatio
ad poenā debitā illi culpe, quæ sit relatio rea-
lis. Sed hæc opinio quantum ad id repro-
bata quod asserit esse relationem realem, sub-
dit opinionem suam quod scilicet, sit relatio
rationis: nempe reatus culpe, qui non est a-
liud quàm obligatio ad poenam. Sed dicitur
rationis relatio, quatenus homo est obiectū
intellectus & voluntatis Dei obligantis ipsū
ad supplicium. Et ab hac, inquit, relatione ho-
mo dicitur peccator. Vnde esse in peccato,
est esse ordinatum ad poenā, iuxta illud Au-
gustini super Psalmum, Beati quorum remis-
sæ sunt iniquitates, ubi ait quod Deum pec-
cata videre est ea ad poenam imputare, auer-
tere autem faciem à peccatis est ea ad poenā
non referuare. ¶ Ex hoc infert secundò offen-
sam Dei non esse aliud quàm eius iram volē-
tis vindicare peccata. Quare de potentia eius
ordinaria, non remittuntur peccata sine illa
vindicta. ¶ Tertio tandem ad nostrum pro-
positum infert, quod de potentia absoluta
Deus potest remittere peccata sine poeniten-
tia: quia remittere non est nisi velle non puni-
re. Et clarum est quod potest peccatorem li-
berare à poenis inferni. ¶ Ac subinde distin.

Illatio. 1.

16. q. 2. infert quartò quod Deus potest pec-
cata remittere sine gratiæ infusiōe, sicuti ecō-
uerso primā gratiam infudit angelis in corū
creatione absq; remissione culpe. Neq; solū
intelligit sine infusiōe qualitatis, quæ est gra-
tia, quia nec de hoc nos dubitamus sed absq;
eo quod faciat hominem gratum. Nam sicut

Illatio. 2.

potuit hominem creare in puris naturalibus
sine peccato, & gratia: ita potest peccatori
peccata remittere, constituendo illum in eo-
statu vt non sit peccator nec gratus. Subscri-
bunt in suam sententiā Gabriel distin. 14. at-
que alij iuniores. Et vt istorum opinionē cor-
roboremus arguitur præterea, Deus posset
sceleratissimum hominem suis flagitijs etiā
fordētem ad suam recipere beatitudinem: er-
go tunc remitteretur peccatū sine poeniten-
tia & gratia. Ac demum arguitur. Peccatum
in solum Deum cōmittitur, iuxta illud Psal-
mi. 50. Tibi soli peccaui, creditor autem, &
præsertim Deus, qui bonorum nostrorum
non indiget, potest debitori debita condona-
re, & inter debita peccatoris vnum est con-
tritio, ergo absq; illa potest peccatum remit-
tere. ¶ At tamen, salva reuerentia, quæ Scoto
debetur, primum eius fundamentum etiā
in foribus apparet esse falsum. Quis enim si-
bi persuadere possit, vt hominem esse pecca-
torem non sit aliud quàm esse obligatum ad
poenam? Arguitur enim sic primò. Reatus ad
poenam est effectus culpe: nam quia homo
peccator est damnatur ad supplicium: prius
ergo natura est hominē esse in culpa & pec-
cato quā destinari ad poenam. Secundò eui-
dentissimè arguitur. Quavis per impossibi-
le Deus nullū supplicium peccatoribus statuisset,
neque infernum scilicet, neque purgato-
rium, imò quavis neque esset gloria à qua
expellerentur, nihilominus facere contra di-
uinam regulam & voluntatē peccatum esset
ergo esse in peccato non est formaliter ordi-
nari ad poenam. Imò verò qui in inferno tor-
quentur quotidie peccāt, iuxta illud Psalmi.
73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit
semper, & tamen non ordinantur ad nouam
poenam. ¶ Tertio. Ordinari ad poenam licet
sit malum hominis, est tamen bonum iusti-
tiæ: cuius Deus est causa: sed esse in peccato
nullatenus est bonum, cuius vtiq; Deus non
est causa, sed solus homo: ergo absurdum est
dicere quod ordinari ad poenā sit esse in pec-
cato. Quartò denique res explicatur. Esse in
peccato est terminus huius, quod est pecca-
re, sicut esse in tenebris, est terminus huius,
quod est tenebrescere: peccare autem est de-
uiare à diuina regula & à Deo: auerti: ergo ef-
se in peccato nihil aliud est quàm esse deuū
& auersum à Deo. Quocirca licet verum sit
quod trāseunte peccato nihil maneat in pec-
catore nisi relatio rationis, qua homo est ob-

Illatio. 3.

iectum diuine volūtatis, nō tamen est relatio
qua hō ordinatur ad poenā, sed illa, qua odio
habetur inuisusq; est & inimicus Deo, quan-
uis lege ordinaria inde sequatur, vt condēne-
tur ad poenā. In summa, vt art. 4. patebit, esse
in peccato pertinet ad inimicitia, sed esse da-
minatū ad poenam pertinet ad iustitiam. Et
hoc est valde notādum tanq̄ certissimū fun-
damentum materiæ poenitentiæ. ¶ Ex qua fit
secundo q̄ offensa Dei non est illa ira, qua or-
dinat hominē in poenā: nam illa virtus est &
perfectio Dei: offensa autem est malū ab ho-
mine Deo illatū. Quare offensa si accipitur
actiue est actus ipse peccandi, passiue verò est
illa relatio rationis in Deo, qua dicitur ab ho-
mine iniuriā accepisse. ¶ Ex his ad propo-
situm colligitur tertio, Deū peccata dimittere
nō esse non velle punire: nā licet nunq̄ eum,
vt dictum est, statuisset velle punire, maneret
in peccato: sed est eum in suam gratiam reuo-
care. Quapropter, vt art. 4. videbimus, post
remissum peccatū quod ad culpā, sæpenu-
mero remanet reatus ad poenā purgatorij. Enim
vero esse in peccato & esse in gratia formaliter
opponitur, vt duo ex natura sua contra-
ria. ¶ Quod si arguas. Cōtraria mutuo se ex-
pellūt actiue, hoc est per se immediatè sicut
frigus calorem: peccatū verò non expellit gra-
tiā actiue, hoc est, immediatè, sed demerito-
riè: etenim vt homo p̄ virtutē non immediatè
producit gratiā, sed meretur, vt illū Deus
faciat sibi gratū: ita per peccatū nō actiue &
immediatè illā expellit, sed meretur, vt Deus
pellat illū à sua gratia. Itē quia contraria sunt
in eodem subiecto: peccatū verò est in volū-
tate, & gratia secūdum S. Tho. in essentia ani-
mæ. Ad hoc respōdetur cū Caietano in præ-
senti loco. Aliud est q̄ peccare, aliud esse
in peccato: peccare. n. est act⁹ cōtrarij chari-
tati, quæ est in voluntate: quare effectiue ex-
pellit charitatē: offendere nāq; Deū directè
opponitur huic, quod est ipsum diligere: sed
demeritoriè corrūpit gratiam: nā quia homo
agit cōtra charitatē eius, illū expellit à sua gra-
tia. Sed tū esse in peccato non est nisi esse in
macula, quæ vt ait S. Th. 1. 2. q. 86. nihil aliud
est quā carentia gratiæ; quæ est lux, & nitor
animæ: quare est esse hominem priuatum
gratia atq; adeo inuisum Deo. &c. Ac perin-
de remitti peccatum, & resilire à peccato est
redire in gratiā. ¶ Sed arguit in cōtrariū Sco-
tus. Si macula peccati & esse in peccato non
est nisi priuatio gratiæ, sequitur q̄ nullus sit

Illatio. 4.

magis peccator quàm alius: quia priuatio nō
recipit magis, aut minus: neque vllus esset in
pluribus peccatis quā alius: quia priuatio illa
non est nisi vna. Respondetur, q̄ macula non
est dūtaxat priuatio gratiæ, sed eiusmodi pri-
uatio respectu suæ causæ, quæ est conuersio
volūtatis hominis ad bonum commutabile:
illo enim tactu sordidatur aīa. Vnde sicut q̄
nitidus est quo plura sordida tangit, eo ma-
gis sordescit: ita quo quis sapius, aut grauius
peccat, magis gratiæ lumine & nitore priua-
tur. ¶ Habemus ergo, (quod nemo rem attē-
tè speculatus negare potest) q̄ Deum homi-
ni peccatum remittere nō est poenas illi con-
donate & relaxare: hoc enim est relaxare ri-
gorem iustitiæ, sed est ipsum in suā gratiam
reuocare, qui est actus amicitie Non dico nō
posse Deū remittere culpam quin infundat
qualitatem, quæ est gratia: nam etsi lege ordi-
naria illam infundat, tamen per potētiam ab-
solutā potest sine illa qualitate facere homi-
nem sibi gratum. Sed dico q̄ sicut homo ita
intrinsecè est animal rationale, vt Deus per
nullam potētiam possit facere hominē non
rationalem: ita Deum remittere mortale pec-
catum, aut originale, est hominem, quem in-
uisum habebat & oderat, charū sibi facere &
gratum. ¶ Hoc supposito, vt ad nostram cō-
clusionē descendamus, cordatissimè animad-
uertendum est discrimen, quod D. Tho. hīc
inter Deum & homines constituit: nempe, q̄
homo possit alium diligere licet non sit bo-
nus, sed apparet bonus: quia decipi homo po-
test: imò quavis neq; appareat bonus si ha-
beat aliquā rationem delectabilis, vel vtilis.
Deus autem nec per suam omnipotentia po-
test quicquam diligere nisi bonū. Cum enim
sit ipsa per se bonitas, & voluntas & bonitas
sint eadem essentia, est implicatio contradi-
ctionis, vt voluntas feratur nisi in id, qd̄ suus
intellectus ostendit ei sub ratione boni: & quā
falli nō potest, necesse est vt illud sit verè bo-
num eo gradu, quo diligitur, imò diligendo
facit bonum. Vt diligendo solem facit eum
lucidum, & diligendo arborem, facit eam vi-
uere, & diligendo brutū facit id sentire. Qua-
re in creatione mundi quicquid faciebat, vt
ait historia, videbat esse bonum. Mittamus
tamen illas dilectiones rerum temporalium,
& loquamur de illa, quæ absolute dicitur di-
lectio Dei, qua scilicet angelos, & homines
ad suam beatitudinem destinat. Hac ergo,
non potest hominem, aut angelum diligere,

Yy 5 nisi

iectum diuine volūtatis, nō tamen est relatio
qua hō ordinatur ad poenā, sed illa, qua odio
habetur inuisusq; est & inimicus Deo, quan-
uis lege ordinaria inde sequatur, vt condēne-
tur ad poenā. In summa, vt art. 4. patebit, esse
in peccato pertinet ad inimicitia, sed esse da-
minatū ad poenam pertinet ad iustitiam. Et
hoc est valde notādum tanq̄ certissimū fun-
damentum materiæ poenitentiæ. ¶ Ex qua fit
secundo q̄ offensa Dei non est illa ira, qua or-
dinat hominē in poenā: nam illa virtus est &
perfectio Dei: offensa autem est malū ab ho-
mine Deo illatū. Quare offensa si accipitur
actiue est actus ipse peccandi, passiue verò est
illa relatio rationis in Deo, qua dicitur ab ho-
mine iniuriā accepisse. ¶ Ex his ad propo-
situm colligitur tertio, Deū peccata dimittere
nō esse non velle punire: nā licet nunq̄ eum,
vt dictum est, statuisset velle punire, maneret
in peccato: sed est eum in suam gratiam reuo-
care. Quapropter, vt art. 4. videbimus, post
remissum peccatū quod ad culpā, sæpenu-
mero remanet reatus ad poenā purgatorij. Enim
vero esse in peccato & esse in gratia formaliter
opponitur, vt duo ex natura sua contra-
ria. ¶ Quod si arguas. Cōtraria mutuo se ex-
pellūt actiue, hoc est per se immediatè sicut
frigus calorem: peccatū verò non expellit gra-
tiā actiue, hoc est, immediatè, sed demerito-
riè: etenim vt homo p̄ virtutē non immediatè
producit gratiā, sed meretur, vt illū Deus
faciat sibi gratū: ita per peccatū nō actiue &
immediatè illā expellit, sed meretur, vt Deus
pellat illū à sua gratia. Itē quia contraria sunt
in eodem subiecto: peccatū verò est in volū-
tate, & gratia secūdum S. Tho. in essentia ani-
mæ. Ad hoc respōdetur cū Caietano in præ-
senti loco. Aliud est q̄ peccare, aliud esse
in peccato: peccare. n. est act⁹ cōtrarij chari-
tati, quæ est in voluntate: quare effectiue ex-
pellit charitatē: offendere nāq; Deū directè
opponitur huic, quod est ipsum diligere: sed
demeritoriè corrūpit gratiam: nā quia homo
agit cōtra charitatē eius, illū expellit à sua gra-
tia. Sed tū esse in peccato non est nisi esse in
macula, quæ vt ait S. Th. 1. 2. q. 86. nihil aliud
est quā carentia gratiæ; quæ est lux, & nitor
animæ: quare est esse hominem priuatum
gratia atq; adeo inuisum Deo. &c. Ac perin-
de remitti peccatum, & resilire à peccato est
redire in gratiā. ¶ Sed arguit in cōtrariū Sco-
tus. Si macula peccati & esse in peccato non
est nisi priuatio gratiæ, sequitur q̄ nullus sit

Argum.

Nota solutio
nem.Primum ar-
gumentum.Secundū ar-
gumentum.Tertium ar-
gumentum.Quartum ar-
gumentum.

iectum

nisi sit iustus & bonus, alioqui implicat contradictionem, vt sit sibi gratus: imò diligēdo eum facit iustum & gratum. ¶ Hoc igitur ex his colligitur argumentum. Deum mortale aut originale peccatū hominis remittere, est ipsum in suam gratiam & amicitiam reuocare: in gratiam autē & amicitiam Dei hominem reuocari impossibile est per omnem potentiam, nisi sit bonus & iustus: bonum verò & iustum impossibile est hominē ad iustum fieri, nisi voluntatem, quam habet à Deo auersam, in ipsum cōuertat, quod per solam peccati detestationem, quæ est pœnitentia, fieri potest: ergo omnino est impossibile Deum cuiuspiam mortale peccatū remittere, nisi per pœnitentiā. Paruuli verò ante vsum ratiois quāuis etiam per nullam potētiam Dei possunt in gratiam reuocari, quin fiat iusti & boni, tamen quia originale non propria voluntate cōmiserunt, possunt absq; proprio etiā motu à Deo iustificari. ¶ Ad argum. ergo in contrarium cōceditur, posse Deum sine pœnitentiā cōdonare peccatori pœnas & ipsum nolle punire. Negatur tamen consequentia, ergo potest illi remittere peccata sine pœnitentiā: quia remittere peccatum nō est remittere pœnas, sed facere hominē gratum. Imò verò fortassis peccatori potest Deus conferre gloriam de potētia ipsius absoluta permanenti in peccato. Quāquam qui hoc negauerit non longè aberrabit à vero: quia bonitati Dei repugnare videtur, vt ad illam felicitatem inimicum admittat: sicuti è cōuerso, misericordiæ eius repugnet, vt eū cui remisit culpam, in inferno cruciet. Sed tñ illo dato, id nō esse remittere peccatū: quia tunc admittere eum ad gloriā nō esset recipere eū in gratiā. ¶ Pariter ad aliud respōdetur, qd pōt De⁹ sine pœnitentiā condonare peccatori omne debitū: scilicet, omnē pœnam, quam in satisfactionem & castigatiōē debet. Cōtritio verò plus habet q̄ rationem debiti: nam debitū solum dicit id quod est sub præcepto: cōtritio verò est præterea intrinsecè necessaria necessitate finis ad salutē. ¶ Postremum autem argumentum putant aliqui inuincibile, quo arguebatur, posse peccatum remitti sine hoc qd homo fiat Deo gratus per hoc qd maneat in puris naturalibus. Sed illud D. Tho. 1. 2. q. 113. art. 2. facit, & egregiè soluit. Arguit siquidem. Quando sunt duo cōtraria mediata potest vnū remoueri sine alio: potest, inquam, album tolli licet nō fiat nigrum, sed maneat

rubeū: gratia verò & peccatū sunt contraria mediata: nam pōt dari homo in puris naturalibus sine peccato & gratia: ergo sicut gratia prima angelo & Adæ fuit infusa sine expulsiōe peccati, pōt vice versa existenti in peccato illud remitti sine eo qd fiat Deo dilectus. Negat D. Tho. optimè consequentiā: nam plus, inquit, requiritur, vt offendenti Deum remittatur culpa, q̄ vt existēs in naturalibus non habeatur odio. Potest enim apud homines cōtingere, vt vnus alium, nec diligat, nec odio habeat: sed tamen qui offensam & iniuriā ab alio accepit, non pōt illam ei remittere absq; speciali beneuolentiā: nam hoc, qd est remittere est beneuolentiā: ergo licet possit esse homo in naturalibus sine odio & beneuolentiā Dei, tamen postquā homo est in peccato, nō potest Deus illud remittere sine sua ipsius Dei beneuolentiā: beneuolentiā autē Dei nihil est aliud q̄ sua gratia, atq; adeo absque eadem gratia non potest fieri remissio.

¶ Contra hoc tñ facit tertium argumentum S. Tho. Maior est misericordia Dei q̄ misericordia hominis, sed homo nonnunq̄ remittit offensam & iniuriā sibi illatam non pœnitentiā: imò id Dñs Matth. 5. mādat dicens, Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderrunt vos: ergo & Deus multo magis dimittit suam offensam impœnitētib⁹. Negatur cōsequentiā: nam hominem remittere offensam, non est nisi remittere satisfactionem, quam Deo relinquit: diligere autem eum, qui est in peccato non licet, nisi procurando illum in viam reducere, quod homo quidem diligendo efficere non potest. Et ideo misericordia Dei est maior, qui diligendo hominem facit eum iustum & bonum.

ARTICVLVS. III.

Verum possit per pœnitentiā vnū peccatum sine alio remitti.



VIA dictū est per pœnitentiā omnia dimitti, nec sine illa vllum posse remitti, restat tertia cōbinatio, vtrū per illā possit vnū sine alio remitti. Et respōdet D. Th. vnica cōclusiōe. Impossibile est p pœnitentiā vnū peccatū sine alio remitti. Quā pbat trib⁹ rationib⁹. Prima, ex parte gratiæ Dei, per q̄ peccatū tollitur: nā vt 1. 2. q. 113. ar. 2. definitū est, & modo art. præcedenti explicuimus, nullū peccatū remittitur sine

sine gratia: omne autem peccatum cōtrariatur gratiæ & excludit eam modo proximè expōsiti: ergo impossibile est vnū peccatum dimitti, quin omnia tollantur. Secunda sumitur ex parte pœnitentiæ peccatoris: peccatum enim mortale, vt ostensum est, nō nisi per veram pœnitentiā remitti valet: vera autē pœnitentia est peccatum abijcere quatenus est cōtra Deum, quod est vniuersis peccatis mortalibus cōmune: neminem ergo legitime pœnitere potest vnus peccati, nisi quem omnium in vniuersum pœnitet: cui. n. peccatū quatenus offensa est cōtra Deū displicet: oīa simul displicēt: impossibile est ergo vnū peccatū sine alio per pœnitentiā remitti. Tertio, qd remittere vnū sine alio perfectioni repugnat Dei misericordiæ, cuius, vt Deutero. 32. legitur, perfecta sunt opera: vnde cuius miseretur, in integrū miseretur: colligitur ergo vt in libr. de pœnitentiā legitur, quod quædā impietas infidelitatis est ab eo qui iustus & iustitia est dimidiam sperare veniam. Et confirmatur conclusio sententiā Augustini in eodē lib. si suus est, & refertur can. Sunt plures, de pœnitentiā dist. 3. vbi ait, Sūt plures quos pœnitet peccasse, sed non omnino referuantes sibi quædam, in quibus delectentur: non animaduertentes Dominum simul mutum & surdum à dēmonio liberasse, per hoc docens nos nunquam nisi de omnibus sanare.

¶ Conclusiōem præsentē nemo est qui dubitet, sed tamē sunt, etiam ex nostris, qui formidantes cunctentur eam de potētia Dei absoluta affirmare: cum tamen planē S. Thom. hunc sensum faciat. Imò maior (si maior esse potest) implicatio cōtradictionis est Deum vnū posse peccatū mortale sine omnibus dimittere, quā peccatū remittere sine gratia, hoc est, sine eo quod hominem sibi faciat gratum, quod omnino impossibile monstratum est. Et hoc apertè omnes ratioēs S. Thomæ demonstrant: impossibile enim est Deum vllum peccatū mortale, aut originale remittere, nisi hominem in suam gratiam reuocando: cum ergo gratum habere hominem nequeat nisi iustum, & iustus nemo esse possit si in peccato originali aut quocunq; mortali persistat: repugnat vnū absq; omnibus remittere. Imò consultò non restringit conclusiōē ad mortale & originale, insinuans fortassis quod neq; vllum veniale per pœnitentiā remittitur sine alio: nam si pœnitentia

legitima est venialis culpæ quatenus feruorem charitatis remittit, in omnia venialia ferri debet, in quibus eadem est ratio. Quāuis per feruorem charitatis possit remitti vnū veniale, cui homo non adhæret absque alio, cui adhæret, vt quæst. proxima videbitur.

¶ Contra hanc autem conclusiōem argue- re quis potest de peccatis oblitis. Apparet namq; neminem absolui per formam sacramenti, nisi à peccatis, quæ confessus est: si ergo pœnitēs quorūdā obliuiscitur, ab illis nō absoluitur. Vñ videtur colligi qd aliqua remittatur sine reliquis. At verò argumētū nullas aduersus cōclusiōē vires habet. Primū quia modò loquimur de remissione per pœnitentiā virtutem, per quam quidem si sit legitima contritio, etiam in genere antequā fiat singulorum indagatio, sit omnium remissio. Secundò, quia etiā in confessiōe qui ex sua culpa, quia non fecit sufficientem indaginem, non est omnium memor, neq; ab oblitis, neq; ab ijs, quæ confessus est, absoluitur. Si tamen absq; sua culpa quorundam est oblitus, gratiam recipit, atq; adeo omnium remissio nem. Quare non est necessaria disputatio, an absoluitur ab oblitis necne. Quāuis vt dist. 18. videbimus, dicēdus est absolui ab illis, nō formaliter: quia non sunt confessi, sed exten- sive & consecutiue: quia absoluitur persona, absoluitur ab omnibus: licet si postmodum in memoriam redierint sint necessariò cōsuetenda, vt illic apparebit.

¶ Primum argumentum S. Thomæ est. Legitur Amos. 4. Plui super vnā ciuitatem, & super alteram non plui: pars vna cōpluta, est & pars, super qua nō plui, aruit. Quod exponens Gregor. super Ezechiel. & refertur de pœnitentiā dist. 3. can. Plui, dicit. Cū ille, qui proximum odit, ab alijs vitijs se corrigit, vna eademque ciuitas ex parte compluitur & ex parte arida manet: quia sunt qui cū quædā vitia rescant, in alijs grauius perdurant: ergo potest vnū peccatum per pœnitentiā sine alijs dimitti. Negatur consequentia, quia verbum Gregorij solum intelligitur de cessatiōe: potest enim ille, qui plurimis intinctus est vitijs, à quibusdam cessare, etiam si ab alijs nō desistat. Quod fit quidem auxilio Dei, & etiam quandoque speciali, sed tamen non illo, quo fit vltima dispositio ad gratiam. Et ideo neq; ab illis, à quibus cessatur fit remissio. ¶ Secundò arguitur. Super Psalmo Beati immaculati, ait Ambros. & refertur can. Pri-

Argumentū

Primum argumentum

Secundum argumentum

ma

ma cōsolatio de pœnitentia dist. 3. Prima cōsolatio est, q̄a non obliuiscitur misereri Deo secunda per p̄nitionem, vbi et̄i fides desit, pœna satisfacit & releuat: potest ergo aliquis releuari ab aliquo peccato manente peccato infidelitatis. Negatur cōsequētia: posset autem dupliciter responderi. Vno modo, q̄ Ambro. loquatur de fide catholica, & sentiat quod secunda cōsolatio Dei sit dum peccatorem etiam infidelem castigat in hoc mundo, quæ quidem castigatio est satisfactio quæ dam & releuatio. Sed tamen hæc solutio sustineri non posset: quia qui est in peccato, vt dist. 19. videbimus, nullatenus satisfacit apud Deum, atq; adeo nec ei releuatur pœna futuri seculi. Et ideo optimè respondet S. Thom. quod Ambro. non loquitur de fide catholica: nam cui illa deest, in peccato existit iuxta illud Ioan. 15. Si non venissem & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, sed accipitur pro cōscientia. Quare sensus est, quod secunda cōsolatio est punire hominem in hac vita, per quas pœnas patienter toleratas satisfacit homo pro peccatis remissis quoad culpā etiā si illorū homo cōscientiā non habeat, eo q̄ fuerint sine culpa sua oblita: quare releuantur ei pœnæ purgatorij. ¶ Tertio arguitur. Eorum, quæ non se necessario consequuntur vnum potest esse sine alio, sed peccata, vt. 1. 2. q. 113. art. 1. monstratū est, non sunt vt virtutes, connexa, quia non committuntur secundum accessum ad rationis regulam sed secundum recessum ab illa, qui potest in finitis modis contingere, sicut lineæ exeutes à centro: ergo vnum peccatum potest remitti sine alio. Negatur consequentia, quia licet non sint connexa, quatenus sunt conuersiones ad bonum commutabile, quia ratione potest esse vitium auaritiæ sine vitio prodigalitatis, & vitium iniustitiæ sine vitio carnis, nihilominus sunt connexa quatenus sunt auersiones ab vno incommutabili bono: scilicet, Deo. Et ideo nisi peccator ad ipsum conuertatur omnia relinquendo, nullius potest obtinere veniam. ¶ Quarto. Peccata sunt debita: quæ nobis relaxari petimus, cum dicimus in oratione Dominica. Et dimitte nobis debita nostra: sed homo potest vnum debitum sine alio condonare: ergo & Deus. Posset quis negare consequentiam propter dissimilitudinem inter hominē & Deum. Doctius tamen Sanct. Thomæ. respondet distinguendo minorem: nam licet ex debitis externarum re-

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

rum, quæ a micitiæ non opponuntur, possit creditor debitorum partem sine alia parte dimittere, tamen ex illis, quæ sunt contra amicitiam, vt puta ex iniurijs, & offensis, neque inter homines remittitur, vnum sine alio. Ridiculum enim videretur, vt quis rogetur vt esset alteri amicus quantum ad aliquam iniuriam, & non simpliciter. ¶ Quinto denique arguitur. Deus per suam dilectionem peccata remittit, secundum illud Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te, & ideo attraxi te miserans: sed potest Deus hominē quantum ad aliquid diligere, quæ odio habeat quantum ad aliud: diligit enim hominem quantum ad bonum naturæ, odio tamen habet quantum ad culpam: ergo pariter potest remittere vnum peccatum sine alio. Negatur consequentia: nam Deus naturā hominis diligit ordinando ipsam ad bonū gloriæ nō quatenus natura est, sed quatenus est in gratia, à qua per quodcunq; peccatum impeditur. Sed diligit eum quantum ad esse naturale: cui non repugnat peccatum. Dilectio verò gratiæ, per quam fit remissio peccati mortalis: hominem in vitam æternam ordinat secundum illud ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Hæc autem ordinatio fieri nequit, nisi omnium simpliciter fiat peccatorum remissio.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum remissa culpa per pœnitentiam remaneat reatus pœnæ.



CM tam plenam potestatem pœnitentiæ tribuerimus, merito queritur, vtrum adæquetur baptismo, qui pœnas omnes cum culpis remittit, an verò remissa culpa aliquem pœnarum reatum relinquat. Ad quod S. Tho. quinque conclusionibus respondet. Tribus scilicet præambulis ex quibus duas elicit quæstioni respondentes. In peccato enim mortali, vt. 1. 2. q. 87. ostensum est, sunt duo: scilicet, auersio ab incommutabili bono, & peruersa conuersio ad bonum commutabile. ¶ Est ergo prima conclusio. Ex parte auersionis à Deo consequitur peccatum mortale reatus pœnæ æternæ, vt qui contra æternum bonum peccauit, in æternū puniatur. ¶ Secunda. Ex parte etiam conuersionis ad bonum commutabile in quantum est contra rationis ordinem consequitur

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

tur etiam peccatum mortale reatus alicuius pœnæ: quia inordinatio culpe non reducit ad ordinem iustitiæ, nisi per pœnam, vt etiam ciuili nos res publica docet. Iustum est enim, vt qui voluntati suæ plus indulget, quam debuit, contra voluntatē suam aliquid patiat, sic enim erit æqualitas, iuxta illud Apoca. 18. Quantum glorificauit se, & in delictijs fuit, tantum date ei tormentum & luctū. ¶ Tertia conclusio. Pœna hæc, quæ debetur ex parte conuersionis ad creaturam, non est ex genere suo æterna: quia cum eiusmodi conuersio non sit infinita: quia nec obiectum est malum infinitum, pœna illi non debetur per se infinita, neque intensio neque duratio. Ex quo fit, vt si eiusmodi conuersio non esset auersio à Deo, nō deberetur ei pœna infinita: quare peccatis venialibus nō debetur nisi temporalis. ¶ Ex his colligitur quarta conclusio. Per pœnitentiam simul cum culpa remittitur reatus pœnæ æternæ. Probat, quia cum per gratiam pœnitentiæ remittatur culpa fiatq; conuersio in Deum, tollitur auersio atq; adeo reatus pœnæ, quæ auersioni respōdebat. ¶ Colligitur pariter quinta conclusio. Potest remissa culpa per pœnitentiam manere reatus alicuius pœnæ temporalis. ¶ De quarta conclusione cum suis præambulis probationibus nemo est qui ambigat. Peccato nanque mortali duplex debetur pœna scilicet, pœna damni, quæ est priuatio Dei, & pœna sensus, quæ consistit in cruciatibus. Et prior respondet peccato: quia ratioe auertit à Deo, habet enim auersio hæc quandam rationem infinitatis ex termino, quia est elongatio ab infinito bono, atque adeo quodam modo est infinita. Et eadem ratione, qui sic elongatur, meretur perpetuò esse ab illo exclusus, carereque perpetuò eius præsentia & conspectu. Quare suapte natura est pœna infinita. Et hæc est conclusio catholica expressa in euangelio Matth. 13. Exhibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Et expressè cap. 25. Ite maledicti in ignem æternū. Et Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno, quo nomine ecclesia intelligit perpetuū carcerem. Tameñ, vt August. in Enchiridio refert: non defuerint, qui adstruxerint comminationes istas ad terrò esse factas. Quapropter negabant vlla fore æterna supplicia, allegantes illud Psalmi. 17. Non obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misera-

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Circa quartam conclusionem.

tiones suas. Sed est hæresis perniciosissima. Deus enim nō obliuiscitur misereri in hac vita, si homo sui ipsius non obliuiscatur, Sed tamen post mortem vbi ceciderit lignū, vt habetur Eccles. 11. illic erit. Igitur cū per pœnitentiam homo conuertitur in Deum, tollitur illa æterna pœna damni, eo quod tollitur auersio. Eidem autem peccato ratione obiecti, quod cum non sit illa rōne infinitū malū: quia nullū est in creaturis infinitū, debetur pœna sensus sed nō exigit infinita supplicia intensiue secundū quantitatem obiecti, iuxta illud Deuter. 26. Secundum mēsuram delicti erit & plagarum modus. Vnde maior pœna debetur homicidio quam furto, & longè acerbior hæresi: quare in inferno vt nulla est infinita intensiue, ita neque per se esset infinita duratio. Sed hoc habet ratione auersionis, & inimicitie dānati dæmonis vel hominis. Et enim quia nulla est inter hominem & Deum iustitia proprie nisi fundetur in amicitia, cōsequitur vt inimico sic infligat pœnam, vt illa nūquam habeat satisfactionis rationem: nam satisfactio est opus amici: & ideo existentes in inferno nunquam supplicia persoluunt. ¶ Hinc ergo colligitur quinta conclusio, q̄ cū homo per peccatum læserit & amicitiam Dei & iustitiam: sit vt quauis per pœnitentiam amicitiam recuperet, nihilominus ratione iustitiæ soluere pœnas debeat, ad iustum non quidem in inferno: sed vel spontaneas in hoc seculo, vel in purgatorio infligtas. Vide quā à verò dissentiat opinio Scoti dicentis, remittere culpam non esse aliud quam remittere pœnam. Et conclusio etiam in seculari politia vsu comprobatur. Qui enim alteri iniuriā intulit licet dum de iniuria veniam petit amicitiam conciliet, remanet tamen damni debitor ratione iustitiæ. Hanc theologi appellāt commutationem pœnæ æternæ in temporalem. Sed tamen improprie dicitur commutatio: melius nanq; diceretur q̄ ratione conuersionis definit esse æterna. ¶ Atqui conclusio hæc certissima est vniuersis catholicis, sed vnus Lutherus fuit, qui illā pestilentissimè abnegauerit dicens quod homini iusto post remissā culpam nullius prorsus reliqua sit satisfactio necessitas. Nam cū Christi meritū fuerit infinitum, atq; adeo passionis eius efficacia infinita, & cuiuscūq; dū fit ei? mēbrum applicetur, nihil illi restat solvendum: nā illa satisfactio Christi imputatur ei ac si ipse eam fecerit. Vnde infert, q̄ nos exigentes

Deut. 26.

Circa quintam conclusionem.

Luthe. error

gentes alias satisfactiones iniuriā irrogamus Christo, ac si sua satisfactio nō suffecerit. Ex hoc venenato fonte innumerius pestiferi errores dimanarunt. Negando enim necessitatem satisfactiōis, quæ est tertia pars pœnitentiæ, negavit purgatorium, quāvis de hoc lubricè fuerit locutus, vt suo loco dicemus. Abiecit ecclesiastica ieiunia, irrisit pœnitentias sacris canonibus decretas: execratus est indulgentias, quas vocat iniquissimos quæstus. In summa Christianos hac securitate de fides reddidit & ignauos ad fructus pœnitentiæ proferendos. Huic autē disputationi non vacat modò locus, neque verò est eius proprius, sed dist. 19. vbi de satisfactione per oēs eius numeros dicendum nobis restat. Interim ergo satis est articulum hunc esse ei condemnatum à Leone. Et est inter eius articulos quintus. Et de purgatorio. ar. 4. & 37. Atq; est apertissimus locus. 2. Reg. 12. quem hic pro catholica veritate adducit. D. Tho. vbi legitur, quòd cum David pœnitentia ductus dixisset ad Nathān, Peccavi domino, respōdit ei propheta, Dominus quoq; transtulit peccatum tuum. Non morieris: Veruntamen filius, qui natus est tibi, morte morietur, (vide licet in pœnam flagitij & sceleris, quæ patrauerat.) Subditur enim, Quamobrem non decedet gladius à domo tua vsque in sempiternū. Simile habetur num. 14. vbi orāti Moysi, vt dimitteret populo idololatriæ scelus, respōdit Dñs, Dimisi iuxta verbum tuum. At tamen omnes, qui tentauerunt me, non videntur terram, pro qua iuravi patribus eorum. Et in euangelio Matth. 3. Ioan. facite fructus dignos pœnitentiæ. i. non solum mente pœnitentiā, verum etiā exterius satisfactiōis opera, vt quemadmodum ad Rom. 6. ait Paulus, sicut exhibuit peccator membra seruire iniustitiæ & iniquitati: ita iustus factus eadem exhibeat membra seruire iustitiæ. Et purgatorium insinuans ait. 1. Cor. 3. q̄ multi saluabuntur, sed quasi per ignem. Quāpropter vt 2. Macha. 12. legitur, sancta cogitatio est pro defunctis orare, vt à peccatis soluantur. Hæc autem exactiūs loco citato differentur.

¶ Argumenta penè hæreticorum S. Thom. dissoluit: est enim primum. Remota causa remouetur effectus: culpa autem est causa reatus pœnæ: ideò enim peccator est dign⁹ pœna: quia culpam cōmisit: ergo deleta per pœnitentiam culpa nullus manet reatus pœnæ. Respondetur ad minorem, quòd cum pecca-

tum duo habeat: scilicet, auersionem à Deo, & cōuersionem ad bonum creatum: auersio vt. 1. 2. quæst. 87. visum est, habet se, vt formalis: nam formalis ratio culpe est auerti à Deo. Remota ergo causa formali remouentur species, vt sublato rationali tollitur species humana. Quare per hoc dicitur simpliciter tolli culpam, quòd tollitur auersio per pœnitentiam, sed tamen non tollitur omnino inordinata cōuersio ad creaturam, pro qua ideò debetur reatus pœnæ tēporalis. ¶ Sed cōtra hanc solutionem sunt argumenta. Primum quòd cum cōuersio ad creaturā verè sit culpa ratione auersionis: & per pœnitentiam nulla remaneat ratio culpe: fit vt nec remaneat cōuersio illa, atq; adeò, nec reatus pœnæ. Secundò arguunt hæretici. Remissa culpa homo manet amicus Dei: sœuus autem cœsetur amicus qui amicum pro iniuria cruciat, quā illi iam pepercit. Respōdetur ad primum, & est notanda solutio, quòd Sanctus Thom. non ait manere inordinatam cōuersionem, vt hic bene ait Caietanus, quatenus est vitium & culpa, sed quòd manet inordinatio eius, quia nō profus est p̄ iustitiā reordinata quousq; fiat plena satisfactio. Vt patet exēplo supra posito. Potest. n. qui aliū læsit, in amicitiam eius recipi, manente iustitia læsa quousq; reiciatur debitum: quare non est cōtra legem amicitie ab amico id petere, quod debet. Hæc enim est differētia inter castigationem inimici & amici, vt Dicitur Thom. 1. 2. quæst. 87. artic. 6. sapienter adnotauit, quòd inimicus castigatur inuitus, amicus verò spontaneus debet soluere: & sic iustus post pœnitentiam sua sponte in hac vita satisfactio, & in purgatorio nō resistit, sed patieter fert ignē. ¶ Secundò arguitur. Donum Christi, vt Apostolus ait ad Roma. 5. fortius est quā peccatum: sed peccādo homo simul incurrit culpam & reatū pœnæ: ergo multò fortius per gratiam simul deletur vtrunq; Argumentum est etiam hæreticorum, sed tamen consequentia nulla est. Gratia enim vt. 1. 2. quæst. 111. monstratum est, diuiditur in operātem & cooperantem. Et quidem remissio culpe & reatus pœnæ æternæ pertinet ad gratiā operantem: quia, vt supra dictum est, illud fit gratis sine nostris meritis. In iustificatione enim impij prius natura infunditur gratia pœnitentiæ informās, q̄ actus noster sit vera contritio. Sed remissio pœnæ tēporalis pertinet ad gratiam cooperantem in quātum homo per liberum

Argu. 1. contra solutio nem.

Argu. 2. contra eandem.

Solutio prima.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

liberum arbitrium equanimiter ferendo pœnas satisfactio iustitiæ: soluiturque à reatu tēporalis pœnæ. Quare licet vterq; effectus sit per gratiā, præcedit tamē effectus gratiæ operantis: & deinde subsequitur effectus gratiæ cooperantis cum libero arbitrio. At nō videtur solutio planè argumento satisfacere: nā si donum Dei qualis est gratia, sit fortius quā peccatum: cur non simul vtrunq; effectum extinguit, quem peccatum vno momento fecit? Respondetur, defectū esse non ex parte gratiæ, sed ex parte liberi arbitrij: nā remissio culpe, quia est effectus gratiæ, in instanti fit. Sed alter, qui fit ex merito liberi arbitrij informati gratia: sit secundū quantitatem motus eiusdē liberi arbitrij. Ex quo sequitur, q̄ tantus esse potest animi feror, & conatus, vt vnico actu contritiōis tollatur cū culpa totus reatus pœnæ. Et ideo S. Th. non dixit in quinta conclusiōe, quòd sit necessarium remanere reatū pœnæ, sed quòd potest remanere. Quod autem illi deest, per subsequentiā opera est reficiendum. Sed arguitur, quòd prima contritio totum delet. Illam primā, quæcunq; sit, necesse est, vt aliquā partem delet pœnæ: nam postquam, vt expositum est, informatur gratia, aliquid habet satisfactiōis: ergo subsequens actus quantuncūque remissus auferet quantuncūque fuerit residuum pœnæ. Nam cum multò sit maioris virtutis pœnam æternam tollere quā quantuncūque tēporalem: si prima tollit æternam, quæcunq; secunda absterget totā tēporalem. Atq; ex hoc rursus arguitur. Prima contritio habet duas partes secundū intensiōem: sed vna sufficit ad tollendam totam pœnā æternam: ergo reliqua ad tollendam totam pœnā. Respondetur, quòd comparatio fieri debet inter ea, quæ sunt eiusdem generis: culpa autem & pœna sunt diuersi generis: & remittere pœnā æternam non per se conuenit actui satisfactorio, sed quia p̄ ipsum remittitur culpa. Et ideo non sequitur, quòd actus, qui sufficit ad remissionem pœnæ æternæ, sufficiat semper ad remissionem totius pœnæ temporis. ¶ Tertium verò argumentum est hæreticorum Achilles, Remissio peccatorū fit in pœnitentia per virtutem passionis Christi secundum illud ad Roma. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem perfidē in sanguine ipsius propter remissionem præcedentium delictorum: sed passio Christi fuit sufficienter satisfactoria pro omnibus peccatis, non solū

nostris, vt ait Ioannes, sed etiam totius mundi: ergo post remissionem culpe nullus manet reat⁹ pœnæ. Ad argumentū verò cōcedi tur minor in hoc sensu, q̄ passio Christi fuit sufficiens ad tollendum omnem culpam, & pœnam. Et ideo dicitur quantum ad sufficientiam infinita. At verò quia causa non fortitur effectū nisi applicata sit vt secundum modum applicationis habeat effectū quantum ad efficaciam. Vnde in baptismo, quia est instrumentum passionis Christi, quō tribuit mortuis vitam: nō per actus recipientis, qui sunt materia ipsius sacramenti, sed totaliter per sacramentum ceu per suum instrumentum, quo regeneramur in nouam vitam commorientes cum ipso, plenariē homo cōsequitur virtutem passionis eius, & ideo remissionem totius pœnæ, ac si illic homo in satisfactiōem suæ culpe moreretur. In pœnitentia verò non communicatur nobis virtus passionis Christi, nisi secundū actus nostros qui sunt materia sacramenti, sicut aqua in baptismo: & ideo secundum eorum modum recipimus pœnarum remissionem, qui est effectus gratiæ cooperantis libero arbitrio. Et ideo non semper vnus solus actus sufficit, sed plures requiruntur.

Solutio.

ARTICVLVS. V.

Verum remissa culpa mortali tollantur omnes reliquæ peccati.



Reccatum nō solum reatus pœnæ concomitatur, verū & quædam debilitates subsequuntur quæ dicuntur reliquæ. Et ideo queritur, vtrum illæ per pœnitentiā tollantur. Et respondetur similiter, vt in præcedenti art. duabus conclusiōibus. Prima est. Nihil prohibet quin remissa culpa remaneant dispositiones ex præcedentibus actibus effecte, quæ dicuntur peccati reliquæ. Probatur, quia peccatum mortale ex parte cōuersionis inordinate ad bonum commutabile, cui homo peccando afficitur, quandā dispositionem in anima efficit: & si frequentius iteretur, etiam habitum in illud obiectū inclinātem: culpa autem, vt dictum est, mortalis remittitur in quantum per gratiam tollitur auersio mētis à Deo: sublato autē eo quod se habet ex pte auersionis, vt modo dicebamus, id nihilominus remanere potest quod ex inordinata cōuersione accidit homini: & ideo

Prima conclusio.

Error Lutheri condemnatus.

Primum argumentum.

ideo sicut reatus poenę, ita & reliquię remanere possunt. ¶ Secunda conclusio, Remanent autem debilitata & diminuta, ita vt homini non dominantur, & hoc inagis per modum dispositionum, quam per modum habituum: veluti post baptismũ remanet fomes. ¶ Reliquię istę peccatorum sunt vel dispositiones, vt ait S. Tho. quę frequentatis actibus crescunt in habitus, & istę sunt inclinationes in peccatũ. Imò esse possunt languores & debilitates corporis, nã p vitia potissimum carnis & iracundię, etiam complexionis corporis mutantur: vnde grauedo nascitur & furor. Quare istę non solum per poenitentiam, sed nec per baptismum ab homine adulto corruptorum morum susceptum absterguntur: nam habitus acquisiti in viro iusto permanent, & non nisi contrario exercitio eradicanur. Quo vtique exercitio & animi vires irroborantur. Quod autē ait post baptismũ relinqui fomitem, intelligit non tantum in adultis, verum & in paruulis, quę est sensualitatis pronitas ad bona sensibilia, non expectato rationis ordine. Optime hoc Origenes homilia. 8. super Leui. inter differendũ de sex plagis illis, quę Leui. 13. numerantur, tractat per similitudinem ad corporum vulnera: vt enim in corporibus vix vulnera tam exacte curantur, quin cicatrices relinquunt, quę vestigia sunt & indicia curati vlceris: sic in animo vsu venit. Id quod in confusionem & oprobrium nostrum audire debemus: nã quę natura nõ sufficit in corpore, deberet humana libertas, insignibus Dei auxilijs & subsidijs suffulta in anima prestare. Et tamẽ multo difficilius cicatrices morborum spiritualium, quam corporalium profus abolentur. Vnde Hierem. 8. Nunquid refina non est in Galaad, aut medicus nõ est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filię populi mei? Accedit ex euāgelio illud Marci. 8. de cocco per Christum illuminato, qui primò restitutus est ad imperfectum visum: quare aiebat, Video homines velut arbores ambulantes. Deinde restitutus est perfectę sanitati, ita vt clarè perspiceret omnia. Post primam ergo remissionem culpę, qua homo restituitur ad visum spiritualem, adhuc remanent in eo reliquię peccati præteriti. ¶ Et quia huiusmodi reliquię semper, vel in totum, vel in partem, remanere timentur vsque in mortem, ad earum expurgationem institutum est sacramentum extremę vnctionis, vt ecclesia

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Origenes.

simile.

Mar. 8.

Extrema

per Christum abũde instructa nihil prætermittat, vt hominem ex hac luce proficiscentem perpurgatum mittat ad cœlum. Expurgatio nanq; quantum ad omnem poenam si in hac vita nõ fuit perfecta, in purgatorio, vt dictum est, perficitur. ¶ Arguit nihilominus primo loco S. Tho. Nũquã Dñs, vt Aug. lib. de poeni. autor est, quępiã sanauit, quę non profus in integrũ liberauerit: totum enim hominem, vt legitur Io. 7. sanum fecit in sabbato, quia corpus ab infirmitate & animam ab omni cõtatione, sed reliquię peccati ad infirmitatem peccati attingunt: ergo nullę relinquuntur. Respondetur quod Christus in miraculis sapissimè puram ostendebat Dei virtutem, quę à tempore nõ pendet, & ideo subito perfectissimam sanitatem infirmis prestabat, vt socru Petri, de qua legitur Luc. 4. quod statim surrexit ad ministrandum. Et iacenti ad piscinam Io. 5. quem resumptis totis viribus iussit tollere grabatum suum. Quandoque verò, vt se ostēderet naturę dominũ, quę temporis successu operatur, paulatim eandem operabatur salutē, vt in illo cocco Marci vlti. Pariter ergo in spiritualibus quãdoque de repente, & culpam, & poenã, & omnes reliquias abstergit, vt de Magdalena Luc. 7. legitur. Quandoq; verò per gratiam operantem remittit culpã, & per cooperantem progressu temporis poenas. ¶ Secundo arguitur. Bonũ autore Dionysio. 4. cap. de diuinis nominib. efficacius est quam malum: quia non agit nisi in virtute boni: sed per peccatum simul homo totã infectionem cõtrahit: ergo & per poenitentia totam perfectionem. Iam ad simile argumentum supra responsum est, sed nunc præterea negatur minor: quia nonnunquam non per primum peccatum incurritur tota infectio, sed per consuetudinem generantur habitus. ¶ Tertio arguitur. Opus Dei efficacius est quã opus hominum: sed per exercitium humanorum operum ad bonum tolluntur reliquię peccati contrarij: ergo multo magis tolluntur per remissionem culpę. Respondetur, quod vnico actu humano non tollitur habitus & reliquię peccati: quia vt habetur in predicamentis, præuis ad meliores exercitationes ductus ad modicum aliquid proficiet, vt melior sit, sed exercitio multiplicato fit homo virtute acquisita studiosus. Id quod multo efficacius facit diuina gratia, siue vnico, siue pluribus actibus.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

ARTI-

ARTICVLVS. VI.

Verum remissio culpę sit effectus poenitentię.



IN calce demũ quęstionis, quia poenitentię tributum est peccata remittere, quęritur de modo, vtrum sit vera causa, ita vt remissio sit eius proprius effectus. Ad quod respondetur duabus conclusionibus. Prima est bimembris. Remissio culpę est effectus poenitentię secundum quod est virtus, principalius tamen secundum quod est sacramentum. Probat. Poenitentia est virtus secundum quod est principium humanorum actuum, quibus peccata detestamur: actus verò humani, vt supradictũ est, materialiter se habent in sacramento poenitentię: quia sunt eius materia sicut aqua in baptismo: oẽ autẽ sacramentũ producit effectũ suum, non solum ratione formę, sed etiã ratione materię: quia vt supra diximus, ex vtraque parte constat. Colligitur ergo, quod sicut remissio culpę fit in baptismo non solum virtute formę, verum & virtute materię: scilicet, aquę, principalius tamen virtute formę, ex qua ipsa aqua virtutem suscipit, vt suo loco expositum est: ita etiam & remissio culpę est effectus poenitentię: scilicet, sacramenti, principalius quidem virtute formę ratione clauium, quas ministri habent applicantes formam, secundariò autẽ ex vi actuum poenitentis pertinentium ad virtutem poenitentię, quatenus eiusmodi actus ordinantur ad clauis, ecclesię sicut materia, ad formã: quia per ipsos poenitens clauibus subditur. ¶ Secunda conclusio trimembris. Sacramentũ concurrir ad remissionem culpę tanquam causa instrumentalis: gratia verò, per quam Deus formaliter culpam abstergit, tanquam causa magis principalis, sed actus poenitentię quatenus est effectus eiusdẽ gratię. ¶ Articulus hic propter modos prioris & posterioris inter poenitentiam & gratiam & remissionẽ culpę non nihil habet obscurę perplexitatis. Sed tamẽ superioribus intellectis liquidus est. Primũ ergo notandum, quod quęstio non mouetur de poenitentia, vt est sacramentum: nam dist. 1. satis monstratum est omnia sacramenta conferre gratiam, vel augmentum eius. Quare cum per gratiam peccatum remittatur, manifestũ fit quod sicut baptismi effectus est remissio originalis: ita poenitentię sit remissio actualiũ. Sed quęstio est

conclusio.

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Conclusio catholica.

Sacra testimonia.

Nota.

de poenitentia virtute. Hęc autẽ bifariã consideratur. Vno modo per se anteq̃ ordinem vltimum haberet ad sacramentum poenitentię, vt in lege naturę antequam esset institutum, & altero modo, vt est pars materialis sacramenti poenitentię: atq; vtroq; modo S. Tho. sentit remissionem peccatorũ esse effectum poenitentię virtutis. ¶ Atqui conclusio hęc, vt lector perspectè animaduertat, nõ tanquam opinio S. Tho. aut scholastica amplectenda est, sed tanquam catholica, quę ex conclusio ne secũdi articuli, qua assertum est poenitentiam esse necessariã, manifestè colligitur. Nã poenitentiam virtutẽ resonant omnia illa sacra testimonia, vt Hieremię. 18. Si poenitentiam egerit gens illa, agam & ego poenitentiam: hoc est, remittam illis peccata. Et Ezechie. 14. Si impius egerit poenitentiam omnium iniquitatum eius non recordabor. Et Christus, Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Et Actuum. 3. Poenitemini & conuertimini, vt deleatur peccata vestra. Itaq; hęc & similia omnia testimonia faciunt sensum causalem, vt poenitentia sit verè causa remissionis peccatorum. Quare hęc causalis verissima est in sensu proprio. Quia peccatorem suorum criminũ poenitet, remittuntur ei: sicuti illa, Remissa sunt illi peccata multa quoniam dilexit multum, dilectione scilicet, qua sua est peccata detestata. Quapropter conclusionem hanc negare in sensu proprio profectò erroneum esset. Sed tamẽ si virtus poenitentię cõsideretur tanquam materia sacramenti, inde sumitur noua ratio, quã facit S. Tho. scilicet, quod sicut aqua baptismi instrumentally est causa gratię, qua remittitur originale: sic contritio absolutione informata est causa gratię, qua remittuntur actualia. Ex quo fit, quod isto pacto non est causa meritoria: nam prima gratia, vt dictũ est supra, non cadit sub merito, sed est causa tanquam pars sacramenti operantis ex opere (quod aiũt) operato. ¶ Vt autem res clarior fiat, loquamur dum quis digito Dei tactus per veram contritionem absq; sacramento iustificatur. Scotus dist. 14. q. 2. art. 2. ait contritionem dupliciter concurrere ad remissionẽ peccati. Vno modo vt est dispositio præuia, atq; altero, vt est concomitãs remissionem. Et primo modo concurrir vt informis, & secũdo modo, vt informata per gratiam. Et hęc est opinio ferè cõmunis. Sed tamẽ non attingit punctum, nam priori modo non est propriè

Zz causa

causa postquam non est meritum de condigno, alioquin remissio fieret ex meritis nostris, quod esset Pelagianum. Et secundo modo non asserit esse proprie causam: nam causa prior natura est suo effectui: & tamen ipse, non dicit quod contritio sit prior remissione, sed comitans. Si autem sentiret, quod contritio formata concomitatur tempore remissionis, legitimus esset sensus. Et hunc docet hic S. Tho. & est verissimus. ¶ Sed emergunt hic duo dubia, quae rem clarius explicant. Primum oritur ex concessione ipsius doctoris supra ar. 4. ad secundum, ubi optime asseruit, quod remissio peccati quoad culpam est effectus gratiae operantis: gratia vero operans est quae antecedit motum liberi arbitrii: virtus autem poenitentiae est motus liberi arbitrii: ergo remissio peccati non est ei tanquam eius effectus tribuenda: sed soli gratiae. ¶ Et hoc est in praesentiarum primum argumentum S. Thomae ubi ait quod poenitentia est principium humani actus, qui cum causa esse non possit gratiae operantis, per quam remittitur peccatum, non potest esse causa remissionis. Doctus Caietanus sane intellectus respondet ad mentem S. Thomae. Gratia enim operans non ideo sic dicitur quia operetur omnino sine motu liberi arbitrii: imo in adulto gratia nihil operatur nisi mouendo liberum arbitrium. Sed dicitur gratia operans: quia ipsa praue nit liberum arbitrium mouendo illud, per cuius motum ipsa operatur. ¶ Quidam aiunt liberum arbitrium respectu gratiae operantis mere passiuè se habere, sed profecto non est neganda etiam eius actio: nam auxilium speciale facit liberum arbitrium consentire motioni Dei. Et ideo motus ille liberi arbitrii tanquam in Deum per fidem, quam in peccatum per poenitentiam producit simul, & à libero arbitrio, & à gratia, quae eodem instanti infunditur. Et hoc expressè ait in responsione S. Th. dicens, quod gratia per motum liberi arbitrii remittit peccatum. Vnde ut supra ar. 2. diximus, quatenus est à libero arbitrio non est meritum, sed dispositio materialis ad gratiam. Quare in genere causae materialis est prior quam gratia, & tunc non habet esse contritionis etiam si sit de offensa Dei. Sed quatenus procedit à gratia est posterior cum ipsa gratia, & prior in genere causae efficientis quam remissio peccatorum. Nam gratia sicut operatur per fidem & charitatem infusa, sic per actum poenitentiae infusa operatur ad remis-

i. Dubium.

Primum argumentum.

sionem peccatorum. Et haec est verissima theologia, neque adeo difficilis, quin ea mediocris philosophus facile intelligat. Quapropter dicere quod virtus poenitentiae sit causa remissionis peccati materialis non est ad propositum: quia illa ratione non est simpliciter virtus, cum non procedat à gratia, nec simpliciter causa quia nullam habet rationem meriti, sed actus poenitentiae in quantum effectus gratiae: ut ait D. Thom. in calce articuli, est causa efficiens remissionis. Attamen principalior causa est gratia, quae per ipsam virtutem operatur.

¶ Contra hoc autem est argumentum commune, quod ar. 5. praecedentis. q. tetigimus. Causa debet esse prior effectui, sed contritio non est prior remissione peccatorum: ergo non est causa. Probat: quia contritio, ut expositum est, sonat actum virtutis informatum gratia. Quare gratia est prior illo actu: remissio autem est prior quam gratia: quia nemo est Deo gratus nisi cui remissa sunt peccata: ergo de primo ad vltimum remissio est prior, quam actus poenitentiae. Respondetur, quod in genere causae efficientis & ex parte agentis, prior est gratia & actus contritionis formatus quam remissio peccati: nam Deus per gratiam, quae operatur per poenitentiam, remittit culpam. Sed tamen in genere causae materialis ex parte subiecti recipientis prior natura est remissio culpae quam infusio gratiae, atque adeo quam actus formatus poenitentiae: quia nisi anima careret peccato non reciperet gratiam. Et miror cur quidam dicant hanc esse iuniorum opinionem. Est enim expressum argumentum & expressa responsio. S. Th. 1. 2. q. 113. ad primum argumentum. Cuius sunt exempla in naturalibus de aere intrante aperiensque fenestram cuius introitus est prior quam apertio in genere causae efficientis, & apertio vice versa prior in genere causae materialis. Atque idem accidit calori dum inducitur in aquam, & gradui frigoris per ipsum inde expulso. Quae quidem exempla supra. q. proxima ar. 6. copiosius declarata reliquimus. ¶ Ex quo colligitur secunda conclusio. Arguit enim S. Th. argumentum, sed contra volendo probare, quod poenitentia virtus non solum sit causa remissionis peccatorum, sed, quod sit praecipua. Illud enim est proprie causa alterius, sine quo alterum esse non potest, effectus enim dependet ex sua causa, sed remissio culpae, potest esse à Deo sine poenitentia virtute, ut patet primum in lege naturae antequam essent instituta sacramenta, &

Argumentum.

Solutio.

Casus.

Circumsecundam conclusionem.

Secundum argumentum.

& modo per solum sacramentum in voto: ergo virtus poenitentiae est praecipua causa. Et respondet concedendo esse causam, sed negando esse praecipuam: quia actus poenitentiae nunquam est causa remissionis, nisi quatenus poenitentia est inseparabilis effectus gratiae. At solum concludit quod gratia est principalior causa quam sacramentum, sed forma sacramenti principalior quam materia: scilicet, poenitentia. Sunt autem qui dicant, gratiam, quae est effectus sacramenti, nunquam esse priorem contritione, quae est pars eiusdem, eo quod totum sacramentum est causa eiusdem gratiae. Et ita distinguunt de accedente ad sacramentum. Si enim accedat attritus, tunc attritio illa simul cum forma sacramenti est prior quam gratia: quia totum sacramentum est causa gratiae. Si vero accedat contritus & in gratia, tunc contritio non est causa gratiae primae, sed augmenti. Attamen licet in utroque membro bene dicant, tamen non inde negandum est quin gratia sacramentalis nonnunquam sit prior vera contritione, quae est pars sacramenti: nam cum S. Tho. hic loquatur de vera virtute poenitentiae, nequaquam loquitur de attritione, utpote quae non est vera virtus infusa, ut supra dictum est, sed de vera contritione. Et hanc ait esse inseparabilem effectum gratiae: quare gratia prior est illa, etiam ut est pars sacramenti. Casus ergo sic est constituendus, quod quis tunc primo in puncto absolutio nis habeat veram contritionem, quae simul cum forma absolutio nis producat primam gratiam. In illo enim casu verificatur etiam, quod in quantum procedit à libero arbitrio est prior quam gratia, & instrumentum producendi illam: sed in quantum informatur eadem gratia est posterior & vera contritio. Itaque sacramentum est instrumentum gratiae, quae nihilominus gratia per contritionem, quae est pars sacramenti, remittit peccata, & hac ratione est prior contritione. Forma autem sacramenti, quia non est actus virtutis poenitentiae informatus gratia, nulla ratione est posterior quam gratia, sed simpliciter prior.

¶ Secundo loco arguit S. Thom. Aliae virtutes sunt excellentiores poenitentia: sed remissio peccati non dicitur effectus alicuius virtutis praeter quam gratiae: ergo nec poenitentiae. Respondetur negata minori: imo remissio peccati est etiam effectus fidei, spei, & charitatis, per quas gratia operatur ad remissionem culpae: imo principaliter fidei & charitatis, ex quibus poenitentia habet legitimam rationem virtutis, ut patet in ordine posito quaest. praecedenti. art. 5. ¶ Tertio arguitur. Remissio culpae non est nisi ex virtute passionis Christi secundum illud ad Heb. 9. Sine sanguinis effusione non fiet remissio: sed poenitentia in quantum est sacramentum operatur in virtute passionis Christi sicuti caetera sacramenta: ergo remissio culpae non est effectus poenitentiae in quantum est virtus, sed in quantum est sacramentum. Respondetur, quod etiam actus poenitentiae virtutis operatur in virtute passionis Christi & per fidem in ordine ad claves ecclesiae, & ideo utroque modo est causa remissionis: scilicet, per fidem antequam essent instituta sacramenta in lege naturae: sicuti & omnes actus virtutum sunt meritorij in quantum nituntur fidei passionis Christi siue implicite in lege naturae, siue explicitè in euangelio. Secundo modo est causa tanquam pars sacramenti.

nitentia habet legitimam rationem virtutis, ut patet in ordine posito quaest. praecedenti. art. 5. ¶ Tertio arguitur. Remissio culpae non est nisi ex virtute passionis Christi secundum illud ad Heb. 9. Sine sanguinis effusione non fiet remissio: sed poenitentia in quantum est sacramentum operatur in virtute passionis Christi sicuti caetera sacramenta: ergo remissio culpae non est effectus poenitentiae in quantum est virtus, sed in quantum est sacramentum. Respondetur, quod etiam actus poenitentiae virtutis operatur in virtute passionis Christi & per fidem in ordine ad claves ecclesiae, & ideo utroque modo est causa remissionis: scilicet, per fidem antequam essent instituta sacramenta in lege naturae: sicuti & omnes actus virtutum sunt meritorij in quantum nituntur fidei passionis Christi siue implicite in lege naturae, siue explicitè in euangelio. Secundo modo est causa tanquam pars sacramenti.

DISTINCTIONIS decimae quintae, Quaestio secunda de remissione venialium peccatorum.

S. Tho. 3. part. q. 87.

ARTICVLVS. I.

Utrum peccatum veniale possit remitti sine poenitentia.



Secundus effectus poenitentiae est remissio venialium, de quo praesentibus quaest. disputatur. Et primum verum sine illa possint remitti. Cuius responsum D. Tho. per sex conclusiones distribuit. Prima. Vtrumque peccatum tam mortale: scilicet, quod veniale est separatio hominis à Deo: differenter tamen, nam per peccatum mortale fit perfecte separatio usque ad auersionem: ideo enim dicitur mortale, quia tollit principium vite, quod est gratia. sed per peccatum veniale fit imperfecte separatio citra auersionem à Deo: quia retardatur mens, ne ita prope feratur in ipsum, & ideo est quoddam deuiationis genus. Sicut graue bifariam contingit ferari

Prima conclusio.

parari à centro, vno modo si tollatur ab eo principium descendendi, quod est grauitas per hoc quod conuertitur in ignem. Et altero modo si manente grauitate retardetur in suo motu per aliquod impedimentum. Itaque vnum est simpliciter contra legem, & aliud præter. ¶ **Secunda conclusio.** Vtrunque peccati genus remittitur per poenitentiam, nam cum remissio culpæ fiat per cõiunctionem hominis ad Deum, à quo aqualiter est separatus, & per vtrunque deordinetur volũtas hominis, & quodammodo per immoderatam conuersionem ad bonum creatum separetur ab ipso: fit vt sicut peccatum mortale remitti non potest quandiu voluntas ei ad hæret: ita neque veniale, quia manente causa manet effectus. Sensus ergo conclusionis est quod non solum per poenitentiam remittatur veniale, sed quod aliquod genus poenitentia sit ad eius remissionem necessarium, per quod scilicet remoueatur voluntas à bono creato, cui præter ordinem adhæret. ¶ **Tertia conclusio.** Ad remissionem mortalis perfectior poenitentia exigitur vt scilicet homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur quantum in ipso est: videlicet, vt diligentiam adhibeat ad memorandum singula vt singula detestetur. ¶ **Quarta conclusio** binembris. Ad remissionem venialium peccatorũ non requiritur actualis expressa & diligens poenitentia, sed tamen nec sufficit habitualis displicentia, quæ habetur per habitum charitatis vel poenitentia virtutis. Prima pars inde constat, quod cum veniale non sit auersio, nõ requirit detestationem, quæ sit cõuersio. Secunda verò inde quod si habitus sufficeret, nullus existens in charitate vllum posset habere peccatum veniale, quod est falsum. ¶ **Quinta conclusio.** Requiritur ad remissionem venialium displicentia virtualis. Patet, quia cum non sint nisi tria genera displicentia si non requiritur actualis & expressa, nec sufficit habitualis, consequens est: vt requiratur & sufficiat virtualis. Hec autem cõtingit dum quis eo affectu fertur in Deum & res diuinas, vt quicquid sibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se commississe etiã si tunc de illo non cogitet. ¶ **Sexta conclusio.** Hæc virtualis poenitentia non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligetẽ inquisitionem. Nota hic illud, quod præcedent iquaest. art. 2. notauimus: scilicet,

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Sexta conclusio.

quod ad oblatorum remissionem non requiritur formalis poenitentia.

¶ **Quæstio præfens** primò supponit aliqua esse peccata venialia à mortalibus distincta. *Expositio articuli.* Hæc autem disputatio non est præfens loci. Extat autem apud Sanct. Thomam. 1. 2. q. 88. & 89. Et quidem veniale peccatum secundum generalẽ significationem, idem est quod dignũ venia, qua ratione etiã mortale, quod procedit ex ignorãtia, dicitur veniale & excusat à parte, iuxta illud Pauli. 1. ad Timotheum. 1. Veniam consecutus sum, quia ignorans feci. Sed in proposito non accipitur, nisi vt distinguitur à mortali: nempe, quod non auertit à Deo. Atque isto pacto VVitleff, vt est videre apud VValdensẽ tomo. 2. de sacramen. cap. 154. & subsequenti, negabat vllum esse peccatum veniale. Sed multis euangelicis telis hæc heresis perimitur. Ait enim Christus Matt. 7. Quid vides festucã in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo nõ vides? vbi mortale, quia lumẽ adimit oculis, trabes appellatur, festuca verò, quæ visum remittit, significat, veniale. Vnde in eundem locum Hieronymus, De ijs, inquit, loquitur, qui cum ipsi mortali crimine detinentur obnoxij, minora peccata fratribus nõ concedunt, culicem colantes, & camelum deglutientes. Et Matth. 12. admonemur de quocunque verbo ocioso reddituros nos esse rationem verbum autem ociosum quis dicat esse mortale? Et. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quod peccatũ nõ habem⁹ nos ipsos seducimus. Vbi ad illos etiã loquitur, qui sunt virtute & religione progressi, quib⁹ absurdum esset dicere tam crebrò mortalia contingere. Et Iacobi. 1. Concupiscẽtia cum conceperit parit peccatum (concupiscere est negligentiam habere ad repellẽdam illecebras) peccatum cum consummatum fuerit generat mortem: ergo ante peccatum mortale est aliud veniale. Et si ab humanis moribus exemplum petamus, solent amici sæpe præter amicitiam minutiora quædam committere, quæ licet amicis displiceant, non tamẽ proinde sic amicitiam violant, vt prorsus tollant. Multa August. lib. de natura & gratia in hæc causam confert, quæ, & plura alia, quia non datur hic proprius locus, cõsultò prætermitimus. ¶ **Hoc igitur præsupposito** circa primam & secundam & quartam cõclusionem nulla est difficultas. Tertiã verò hic discutit Caieta. quomodo scilicet intelligatur ad remissionem mortalium exigĩ singulorum de

Expositio articuli.

Matth. 7.

Hier.

Circa quintam cõclusionem.

testationem. At quanuis hic nõ esset ineptus locus, vbi hoc examinaretur, congruentius tñ dist. 17. quæst. 2. quæ est de cõtritione, tractatur. Interim ergo hoc saltẽ necessarium exigitur, vt detestatio mortalium sit formalis & actualis, vt quæst. præcedenti. artic. 2. expositum est. Neque ad indulgentiam peccati Deus, qui vt legitur Ecclesiastici. 11. subito potest honestare pauperem, tempus indagãdi omnia peccata expectat. Sed in quacunque hora, vt Ezechielis. 18. & 33. colligitur, ingemuerit peccator, iustificatur. Alioqui sæpe contingeret, vt non posset homo, nisi longissimo tempore in gratiam Dei redire, quod siti, quam Deus habet de salute hominum, repugnaret. Quod ergo ait Sanctus Thom. est, quod quãtum est de per se ex natura poenitentia, debet homo dum tempus suppetit, sed præsertim dum occurrit confessionis præceptum, singula peccata mente explorare, etsi tot habere non potest numero detestationes, quot sunt peccata, saltẽ vnica singularis feratur cõplexim in omnia ad mëtem demonstrata, Sed de hoc ibidem lococitato latius dicemus.

¶ **Disputatio ergo præfens** est de quinta cõclusionem, quomodo scilicet, virtualis illa displicentia venialium intelligatur. In primis enim Durandus dist. 16. q. 2. hanc theologiam Diui Thomæ non admittit, quod virtualis displicentia sufficiat. Imò ait requiri aliquam displicentiam & contritionem formalem & actualem. Et ratio prima est, quia Diuus Thom. etiam fatetur quod peccatũ veniale dicit inordinatam cõuersionem ad bonum commutabile: inordinatio autem nõ rectificatur, nisi per auersionem actualem ab illo bono commutabili, atque per displicentiam actualem illius peccati. Secundo quia si non requiritur displicentia, vel sufficeret quicunque actus charitatis, vel feruidus, vt ait Diuus Thom. argumento. 3. non autem sufficit quicunque actus charitatis: nam nihil expellitur, nisi per suum contrarium: actus verò charitatis nulli venialium contrarius est: quia non repugnat vt homo Deũ actu diligat, & maneat in proposito venialiter peccandi. Et eadem ratione nec sufficit feruor charitatis: quia nec ille contrariatur venialibus: quandoquidem neque repugnat, vt quis feruidè Deum diligat, & tamen peccet venialiter. Ioannes enim feruidissimè diligebat, & tamen aiebat, Si dixerimus quod peccatum non habemus, &c. Et in fa-

norem Durandi addamus nos, quod cum in sacra scriptura, vt late supra monstratum est, nullũ præter poenitentiam legatur sufficiens remedium peccati, gratis, imò temerè videtur loqui, qui venialia excipit, de quibus nõ requiratur nisi virtualis displicentia. Et accedit autoritas Augustini de vera & falsa poenitentia cap. 8. quem hic citat Diuus Thom. Poenitentia, inquit, assidue peccati, assidue necessaria est, in multis enim offendimus omnes, quæ quotidie remittuntur si semper de plorentur, vbi insinuat necessariam esse poenitentiam de venialibus. ¶ **Sed nihilominus** ijs non obstantibus vera habenda est opinio D. Thomæ, quam ceu vniuersalem omnium sententiã doctorum affirmat. Et ideo nõ fuit anxius eam multis demonstrare. Fundamentum autem opinionis est discriminẽ inter mortale & veniale. Nam cum mortale per auersionem constituat hominem Dei inimicum, facit vt nullum eius opus Deo placeat: existens autẽ in solis venialibus multa facit opera Deo grata. Et ideo quanuis veniale sit inordinata quædam cõuersio ad bonum commutabile, quia tamẽ non est auersio, non exigit actualem conuersionem, sed illa inordinatio rectificatur per actum charitatis, qui Deo est acceptus & gratus. Secundo, ad remissionem venialium propter eorum frequentiam etiam in hominibus perfectis, statuta sunt sacramentalia, vt aqua benedicta, benedictio episcopi, & multa alia: Fortiori ergo ratione sufficet actus charitatis. Neq; auscultatu digna est illa responsio, quod sacramentalia illa sufficiunt habenti displicentiam venialium: nam tunc profectò sacramentalia non essent necessaria, nam displicentia per se sufficeret. Et tamen sacramentalia facultate clauium ecclesie sunt ad id muneris instituta. Tertiò, si vera esset opinio Durandi vix posset constitui differentia inter mortale & veniale quantum ad remissionem: nam si dicas sufficere detestationem in genere ad remissionem venialium, etiam illa sufficit ad remissionem mortalium. Quarto, quia peccata venialia non sunt de necessitate confessionis: ergo neque de necessitate formalis contritionis, neq; est necessaria aliqua eorum inquisitio, licet sit consilium illa scrutari & confiteri. Enimverò si esset vir prouecta sanctitatis, quanuis aliqua peccata venialia committeret, non esset credendum, vt minus veniam eorum obtineret per egregia opera charitatis, quam per eorũ

Sententia doctorum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

detestationē: nam inter homines, ille cui egre-
giè amicus morem gerit, non exigit ab eo, vt
de minutis culpis detestationem habeat. Po-
stremsò Augult. in enchiridio cap. 71. quem
textum Gratianus de poenitentia dist. 3. can.
De quotidianis, falsò tribuit Chrysofomo,
De quotidianis, inquit, breuibus leuibisque
peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur,
quotidiana oratio fidelium satisfaciatur: scili-
cet, Pater noster. Ad venialiū ergo remissio-
nē nō alia detestatio requiritur. ¶ Secūdu aut
argumentum Durandi maiorem adfert diffi-
cultatem ad intelligendum vtrum quicunq;
actus charitatis, vel quicunq; feruor sufficiat
omnia venialia, aut aliqua remittere. ¶ Ad qd
Scotus dist. 21. quæst. 2. respondet, peccata ve-
nialia in hac vita remitti per actum Deo ma-
gis acceptum, quam peccatum veniale ei di-
splicebat, quāuis peccator nō referat ipsū ad
remissionē venialis, sed ad aliud opus: De^o. n.
ad eandē remissionē acceptabit. Hæc aut sen-
tētia nimīū ampla videtur. Quicūq; . n. actus
legitimæ charitatis gratior est Deo & magis
placet, quā quodcunq; veniale displiceat,
cū sit actus amici & filij sui, ad suā gloriam
acceptus: & veniale non sit prorsus eidē ami-
citæ aduersus: ergo secundū Scotum per
quencunq; actum charitatis remitterētur om-
nia venialia. Consequēs tamen est falsum:
quoniam peccatum, non nisi per cōtrarium
tollitur, & actus charitatis non quicunq;, etiā
si sit feruidus, veniali contrariatur: quādoqui-
dem, vt dictum est, simul se compatiuntur.
Stat enim hominem habere propositū men-
tiendi, dicendiq; verba iocosa, & tamen actu
etiā feruido Deū diligere. Sed ais, licet tūc nō
fieret remissio propter obicem, tamen si ille
obex non adesset per actum charitatis fieret
remissio. Cōtrarium verò probat argumen-
tum: quoniam actus, qui secum compatere-
tur peccatum, quāuis complacentia pecca-
ti non sit præfens, nihilominus ex se non est
contrarius peccato, atq; adeò nec est virtua-
lis displicentia, quæ ipsum delere sufficiat. Se-
cundò arguitur, quia secundū Scotum qui-
cunq; actus meritorius, vt orare, dare elec-
mosynam, &c. omnia peccata venialia remit-
teret: quia non est maior ratio de vno quā
de alio, saltem, nisi actu illo illud committe-
retur. Consequēs tamen non apparet con-
sonū illi dicto Ioannis. Si dixerimus qd pec-
catum non habemus &c. ¶ Igitur responsio
in has propositiones resoluitur. Prima, Nul-

lus actus, nec feruor charitatis vllū remittit
peccatum veniale, quando eius adest com-
placentia, aut propositū. Hæc certissima est.
¶ Secūda. Nullus actus, aut feruor charitatis
vllum remittit peccatū veniale, etiam absen-
te eius cōplacētia & proposito, nisi illud, cui
est cōtrarius: quia nihil pellitur, nisi per suū
contrarium. Et illa sola dicitur poenitētia vir-
tualis. Ideò autem est contrarius peccato ve-
niali, quia si illius peccati cogitatio menti oc-
curreret, displiceret ei, & doleret se commis-
sisse. Et iste reputatur feruor charitatis res-
pe-ctu illius peccati. ¶ Quòd si arguas. Eiusmo-
di conditionales nullius sunt meriti, aut de-
meriti: forsan enim verum est, & Deus scit, qd
si mihi offerretur martyrium, illud subireni:
& tamē hæc conditio nihil mihi apponit me-
riti apud Deum. Et cōuerso, Si Petro offer-
retur occasio surripiedi alienum, forsan fa-
ceret: & tamen neque hoc illi imputatur ad
culpam: ergo regula Diui Thomæ vana est.
Respondetur, quòd Sanctus, Thomas nun-
quam huiusmodi conditionales cogitauit
vllius æstimare, sed actum ipsum, & effe-
ctum animi, quia per se sufficeret delere ve-
nialē culpam, si offerretur memoriæ, suf-
ficit illam delere, etiā si memoriæ non occur-
rat: quod non sufficit ad remissionem morta-
lium, nisi quando adhibita sufficienti diligen-
tia illo tempore, quo illam tenetur adhibere,
non possunt memoriæ occurrere. Sufficit tñ
ad peccata venialia: quia nunquā est necessā-
ria diligentia ea commemorandi, licet sit vti-
lis. Et hoc est discrimen inter veniale, & mor-
tale. Ex quo sequitur, quòd actus charitatis
nonnunquam omnia peccata venialia remit-
tere potest: nempe, si sit tam ardens, vt cuius-
cunq; tunc memoria haberetur, displicētiam
pareret. Quandoque verò non remittit, nisi
quædam, & non omnia. Stat enim diligētē
Deum magis esse affectum ad vnum genus
venialis: scilicet, mentiendi iocose, quā ad
aliud: scilicet, verbi ociosi. Itaque si huius me-
moria adesset, illud displiceret. Si autē ad-
fesset memoria alterius, non displiceret. Sed de
hoc iterum artic. 4. Et per hoc respondetur
ad autoritatem Aug. dicētis qd de venialibus
quotidie agitur in ecclesia poenitentia. Pri-
mum enim hanc appellat poenitentiam. Et
secundò si intelligit de poenitētia formali ve-
nialium, non intelligit esse necessariam, sed
salubrem & vtilem. Quare postquam dixit
esse quotidianam poenitentiam venialium,
statim

statim subdit, quòd illa per sacramenta eccle-
siæ & ordinationes sæpe fugantur. ¶ Ex ijs
infertur solutio aliorum, quæ parua sunt du-
bia, quorum primum est. Vtrum attritio suf-
ficeret ad delendum veniale peccatum. Et ap-
paret nō sufficere, cū. n. nō sit dolor de of-
fensa Dei, & venialis culpa sit aliqualis offen-
sa, non est ei contraria. Nihilominus respon-
detur quòd attritio venialiū illius, qui est in
gratia & charitate, potest sufficere ad delatio-
nem aliquorum venialium: non quidem ex
parte obiecti: quia est timor inferni, sed ab ex-
trinsecò, quia procedit ex gratia & imperatur
à charitate, qua ratiōe ille actus sufficeret de-
lere veniale, si tūc memoriæ occurreret. ¶ Se-
cundò quæritur, vtrum per alia opera exte-
riora, vt per elemosynas, per orationes & ie-
iunia remittantur venialia. Nam, vt secundū
Scotum dicebamus, vnum quodq; sufficeret.
Respondetur, quòd quantum est ex obiecto
exteriori non videtur repugnantiam habere
ad peccata venialia, sed tamen quantum ad
actum dilectionis interiorē, ex quo proce-
dunt, possunt sufficere, vt modo dictum est.
¶ Primum argumentum S. Thomæ est. Ad
rationem veræ poenitentia pertinet non so-
lum dolere de præterito, verum & propone-
re in futurum cauere, vt supra constitutū est:
sed ad remissionem peccatorum venialium
tale propositum nō videtur necessarium, cū
certum sit hominem sine huiusmodi veniali-
bus præsentem vitam ducere non posse: er-
go venialia sine poenitentia remittuntur. Re-
spondetur, quòd homo in gratia constitutus
potest quidem vitare omnia & singula mor-
talia, sed nō omnia & singula venialia, quod
1. 2. disputatur. Ideò ad remissionem morta-
lium requiritur propositū vitandi omnia &
singula, sed tñ ad poenitentia venialiū sufficit
voluntas abstinendi à singulis, licet non ab
omnibus collectiuè. Nihilominus debet ha-
bere homo propositū se præparandi ad pec-
cata venialia minuēda, alioqui deserēs appeti-
tum proficiendi tollendique impedimenta
spiritualis profectus, qualia sunt peccata ve-
nialia, periculum incurreret deficiendi. ¶ Hic
animaduertendum est non fat esse Christia-
nis propositum habere religionem colēdi in
his quorū transgressio, lethalis est: nā si quis
contemptu legis, & quasi eam nihili faciens
acti non esset lata absque delectu peccata ve-
nialia cōmitteret, profectò mortaliter delin-
queret. Sed nota, contemptu legis: intelligo

enim contemptu totius, hoc est legis simpli-
citer, vt Caietanus bene (quantum conijcio)
adnotauit in summa verb. Contēptus. Nam
si quis venialiter peccat solū contemnens
legem in hac particula ac si non esset lex de
mendacio iocoso vitando, non auderem ad
peccatum mortale condemnare, nisi forsan
ratione eminetis periculi, dum omnia venia-
lia contēnerentur. Nam, vt ait in regula Au-
gust. Qui minora contemnūt in maiora pau-
latim desluunt. Imò qui illa ratione con-
temptu legis consilia eius abijceret, pecca-
ret mortaliter. Quin etiam & religiosi mona-
chi, qui suæ religionis contemptu & legem
silentij, vel abstinentie temerè & sine freno in-
fringerēt, quāuis illa per se non obligarent
ad culpam, mortaliter peccarent. ¶ Secūdo
arguitur. Poenitentia non est sine actuali di-
splicentia peccatorum: sed peccata venialia
possunt dimitti sine eorum displicētia, sicut
patet in eo, qui dormiens occideretur pro-
pter Christum, statim enim in cælum euola-
ret, quod si maneret in venialibus facere non
posset: ergo peccata venialia remittuntur sine
poenitentia. Respondet Diuus Thom. quòd
passio pro Christo perpeffa: quia, vt supra
dictū est, obtinet vim baptismi, hominē pur-
gat ab omni culpa & veniali, & mortali, nisi
actualiter voluntatem peccato inuenerit in-
herentem. Hic Sanctus Thom. docere vide-
tur, qd dormiens occisus pro Christo, si dum
ibat dormitum non habebat actualem com-
placentiam aut propositum peccati, plenif-
simam obtinet omnium veniam tam venia-
lium, quā mortalium, eo quòd martyrium
habet vim baptismi. Vnde sicut supra dist.
5. declarantes cap. Maiores, de baptismo &
eius effectu, diximus quòd dormientes & a-
mentes, baptizandi sunt, & tūc obtinent re-
missionem omnium peccatorum, ita hūc vi-
detur asserere Sanctus Thomas, de marty-
rio: nam inuocentes ab Herode occisi etiam
si essent incircuncisi, iustificati sunt perinde
ac si modò baptizentur. Qui autem velit te-
nere opinionem hanc dicere debet necessā-
rium esse, vt tales dum irent dormitū si erant
in peccato mortali, carerent obice illius, ad
quod nō sufficeret, quòd neutraliter se habe-
rent, hoc est, neque haberent complacētiam
neque vllam displicentiam peccati: nam vt il-
lic art. 7. & 12. contra Caietanum disputavi-
mus, aliqua displicentia requiritur, vt saltem
sit attritio ad tollendum obicem, vt baptif-
mus

mus culpam debeat. Et qui hanc saltem non haberet, arbitror quod neque si pro Christo occideretur, obtineret veniam peccatorum: quia habebat obicem. Et ideo postquam ille dormiens non habuit affectum positivum martyrij, non est eius martyrio plus tribuendum quam baptismo, cuius vicem gerit. Quamquam hic Caietanus plus ei tribuit, dicens quod si dum iret dormitum haberet propositum mentiendi iocose, illud etiam veniale peccatum remitteretur ei per martyrium, propter plenissimum eius privilegium, & tamen non remitteretur, si dormiens baptizaretur: illud tamen privilegium ego non facile credam. Alij discipuli Sancti Thomae non tantum tribuunt martyrio dormientis quam baptismo: imo aiunt quod dormiens occisus pro Christo, si esset in peccato mortali, quamquam esset attritus sufficienter ad baptismum, nihilominus per martyrium non obtineret veniam. Et ratio eorum est quia martyrium est actus charitatis, & illa attritio non est actus charitatis nec devotio martyrij. Et ideo glossant Sanctum Thomam dicentes, intelligere, quod si qui occiditur, est in charitate, per martyrium remittentur ei peccata venialia. Est opinio probabilis, sed tamen puto plus sentire Sanctum Thomam postquam martyrium in hoc casu aequiparatur baptismo. Vnde sicut Innocentibus occisus ab Herode martyrium profuit sine actu charitatis ex privilegio martyrij: ita forte & dormientibus. Tertio arguitur. Peccata venialia opponuntur feruori charitatis, vt. 1. 2. q. 89. dictum est: sed vnum oppositorum tollitur per aliud: ergo per feruorem charitatis absque vlla displicentia fit remissio venialium. Respondetur, quod feruor charitatis includit virtualiter poenitentiam, non qui dem omnis feruor respectu omnium venialium, sed eo modo, quo proximè contra Scotum & Durandum expositum est.

ARTICVLVS. II.

Vtrum ad remissionem venialium requiratur gratiae infusio.



VM remissio peccati iustificationem, quae fit per gratiam significare videatur, congruè quaeritur, vtrum ad remissionem etiam venialium requira

tur infusio gratiae. Ad quod respondetur duabus conclusionibus. Prima, Ad remissionem venialium non requiritur, vt habitus gratiae infundatur, sed sufficit inotus eius, & charitatis. Probat, quia vnumquodque per suum contrarium tollitur: peccatum autem veniale non est contrarium habituali gratiae vel charitati, sed tantum retardat & tepefacit eius actum, licet non contra Deum: ergo ad remissionem non requiritur infusio noui habitus gratiae, sed sufficit actus illius habitus, qui prius fuerat infusus. Et confirmatur. Peccatum veniale in eo, qui est in gratia, nec tollit habitum gratiae nec illum minuit: ergo paratione ad hoc quod idem peccatum remittatur, non requiritur nouae gratiae infusio. Secunda conclusio. Quandoque de nouo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur. Probat, quia in habentibus liberum arbitrium, in quibus solis possunt esse venialia peccata, non contingit infusio gratiae sine actuali motu liberi arbitrij in Deum & in peccata: talis autem motus charitatis sufficit ad venialium peccatorum remissionem.

Circa primam conclusionem dubiosum est paruum vtrum remissio venialium fieri possit non solum absque infusione nouae gratiae, verum & absque illo eius augmento. Paludanus nanque distinctione. 16. quaestione prima, articulo secundo, ait absque villo augmento gratiae fieri posse: nam peccatum veniale potest remitti per actum charitatis remissioem, quam sit habitus: & secundum Sanctum Thomam. 2. 2. quaest. 24. artic. 6. habitus charitatis non augetur per remissioem actus, Et confirmatur, quia si peccatum veniale non diminuit habitum gratiae, vt hic ait Sanctus Thom. fit vt neque eius remissio fiat per actum augentem habitum. Nihilominus respondetur, non posse fieri huiusmodi remissionem sine augmento gratiae in genere gratiae. Et ratio est, quia non potest fieri sine actu charitatis: omnis autem huiusmodi actus est meritorius: ergo per ipsum acceptatur homo ad maiorem gloriam: per gratiam vero formaliter homo acceptatur ad gloriam: ergo fit tum maior acceptatio atque adeo maior gratia in genere gratiae. Vnde Diuus Thomas solum ait charitatem non augeti per actus remissioem. Et ratio est, quoniam charitas est habitus voluntatis operatiuus, ex quo elicitur actus. Et in naturalibus calidum non

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Caietanus.

Tertium argumentum.

non augetur per agens remissioem, sed gratia non est habitus potentiae: sed acceptatio ad gloriam: quare stat non augeti charitatem, & tamen augeti gratiam. Scotus autem, qui tenet charitatem, & gratiam esse idem, consequenter ait distinct. 16. & 21. quod gratia non augetur per quemlibet actum. Secus in via Sancti Thomae. Et ideo ad confirmationem respondetur, quod licet peccatum veniale non minuat habitum gratiae, nihilominus quia remissio eius non fit nisi per actum meritorium tunc augetur in genere gratiae. Quod addiderim, quia forsitan qualitas illa: quae est gratia in genere qualitatis, non augetur per remissioem actus vsque ad ingressum gloriae: quando tam habitus charitatis, quam gratiae per modum premij donabuntur aequales meritis & gloriae. Secunda conclusio plusculum habere videtur difficultatis. Nam cum per peccata venialia non opponatur obex gratiae, potest quis verè dolere de mortalibus manente venialium coplacentia: & tunc remittuntur mortalia sine venialibus. Respondetur hoc minimè D. Thomam negare: quia per gratiae infusionem non deletur peccatum, cui voluntas adhæret. Sed loquitur vbi non opponitur obex, & dum regulariter hominem peccatorum suorum poenitet: nam secundum communem usum dum quis conteritur omnium poenitet peccatorum nullum excipiens. Quare illa poenitentia tunc omnia venialia etiam oblita delet, propterea quod non est solum poenitentia virtualis sed etiam formalis & actualis.

Scotus.

Secunda conclusio.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Respondetur, praemissas argumenti in equiuoco laborare. Veniale enim peccatum licet nunquam remittatur sine actu poenitentiae explicito, vel implicito, formali, vel virtuali, vt expositum est, potest tamen remitti sine poenitentiae sacramento, quod absolute faceret dotis perficitur. Et ideo non sequitur quod requiratur gratiae infusio, nam licet infundatur per quodlibet sacramentum, non tamen per quemlibet actum virtutis. Hic animaduertito modum theologum loquendi Diui Thomae: non enim appellat gratiae infusionem dum augetur, sed dum primo infunditur: nam tunc homo fit gratus, postmodum vero fit gratior. Quapropter cum actus virtutis ex natura sua praesupponat gratiam: nam qui non procedit ex gratia & charitate, non est simpliciter actus virtutis, ait quod non in quolibet actu virtutis infunditur gratia, sed augetur, nisi in actu poenitentiae, quando recipitur prima. At vero quia sacramentum quantum est de se, id est, qua ratione est sacramentum, est causa gratiae, ait quod in quolibet sacramento infunditur gratia. Accidit enim sacramento, vt suscipiens habeat gratiam, alias conferret primam. Quod si arguas, Sacramentum eucharistiae genere suo praesupponere gratiam: quia est sacramentum viuentium, respondetur quod dicitur infundere gratiam, non solum quia illam auget si inueniat, sed quia illud augmentum est nouum genus gratiae: scilicet licet, ad nouum effectum, puta ad spirituale nutritionem. Et sic de ceteris sacramentis sentiendum. Tertio arguitur. Peccatum veniale maculam quandam animae infert: macula autem non auferitur nisi per gratiam, quae est specialis animi decor: venialia ergo non nisi per gratiae infusionem remittuntur. Negatur consequentia. Enimvero sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter, vno modo per omnimodam priuationem eius, quod ad decorem exigitur, vt coloris, aut debite membrorum proportionis: & altero per superinductionem alicuius impediens decorem: puta, luti aut pulueris: ita etiam animae inducitur macula vno modo per priuationem decore gratiae per peccatum mortale, atque altero per inclinationem affectus inordinatam ad aliquod temporale citra expulsionem gratiae, quod fit per peccatum veniale, quae quidem simpliciter non est macula, sed secundum quid, vt ait Sanctus Thomas. 1. 2. quaest. 89. artic. 1. Et ideo ad tollendum peccatum mortale necessaria

Nota.

Tertium argumentum.

faria est infusio gratiæ, sed ad tollendum venialia fat est elicere actum ex præcedenti gratia, per quam remoueat illa inordinata ad hæsiō ad bonum temporale. ¶ Nota hic quemadmodum in peccato veniali non est solum reatus ad pœnam, sed quædam macula contra id, quod ait, supra impugnatus Scotus distinct. 14. quæst. 1. Atque adeo hoc ita est verum, vt cum de peccato mortali loco citato sermonē habens diceret, nō aliud esse in peccato existere q̄ imputari ad pœnā, vbi multo euidētior est macula culpæ seclusa pœna postmodum distinct. 21. quæst. 1. de peccato veniali loquens, vbi minor ratio cogebat, adhibet secundam opinionem: videlicet, quod remissio venialis nō sit omnino remissio pœnæ, sed remissio culpæ per actum charitatis.

¶ Hic ergo soluendum est dubium an peccata venialia remittantur in purgatorio quoad culpam. Enimvero secundum illam opinionem Scoti, quod remissio culpæ non est nisi remissio pœnæ, facilis est affirmatiua responsio: nam cum peccato veniali non debeatur pœna nisi temporalis, solutio illius in purgatorio esset solutio pœnæ. Quinvero eadem ratione infert Scotus posse veniale in inferno remitti. Attamen licet illa sua opinio gratis concederetur, non est par ratio, quia cum in inferno illa pœna sit inimici Dei nūquam acceptatur ad perfectam solutionem, sicut illa, quæ est in purgatorio. ¶ Hoc tamen prætermisso, quia euidenter reprobatur, remittere pœnam esse remittere culpam, dubium restat quod Sētentiarij distinct. 21. iuxta ordinem Magistrj disputant, quomodo possit remitti in purgatorio. Supponimus enim ex supra dictis, quod cum venialia nō obstet gratiæ: potest homo in gratia Dei ab hac vita decedere cum peccatis venialibus. Quauis, vt D. Thom. eadem distinct. quæst.

1. art. 2. refert, non defuerint qui hoc negauerint dicentes, quod gratia ipsa finalis culpas purgat veniales, eo quod tunc extinguitur concupiscentia. Quare in hac vita: nempe, in exitu, omnia dimittuntur. Hæc autem opinio, vt illic ait Sanct. Thom. frivola est, quia venialis culpa, vt dictum est, non remittitur nisi per sacramentum, aut sacramentale aliquod, aut per actum charitatis. Sunt autē quā plurimi, qui absq; istorū aliquo moriūtur: nēpe, dormientes aut subito, aut cū cōplacētia aliquorū venialiū. Itē Christus Mat. 12. dicēs peccatum in Spiritum sanctum non remittit

in hoc seculo nec in futuro, infinuat à contrario sensu aliqua remitti in futuro. Vnde Grego. 4. lib. dialogorū, ait aliqua leuia peccata in alio seculo dimitti: quod non pōt intelligi solum quantum ad pœnas: nam illo modo etiam graua mortalia illic expurgātur. Quare eandem sententiam tenet in eadem distinct. Magister. Altero ergo duorū modorum dicendum est: scilicet, vel quod in primo ingressu purgatorij per illum actum elicitem charitatis, qui durat toto tempore purgatorij remittuntur omnia venialia, etiam si in complacētia eorum homo decesserit: quoniam illa tunc charitas ratione status, quia firma est, & inuertibilis ad malum, & ab omni concupiscentia libera virtualis est pœnitentia omnium venialium. Et hanc solutionem tangit Sanctus Tho. quæstio .7. de malo, articulus 12. Vel, quod multo verisimilius est, dicendum, quod per actum charitatis, & patientiæ continuatum illo tempore, quo veniale punitur, remittitur culpa: nā est actus Deo placēs & ad remissionem accommodatissimus. ¶ Et ad argumentum in contrarium fieri solitum: scilicet, quod in purgatorio nullū potest esse meritum, eo quod illic existentes iā sunt extra viam ac perinde extra statum merendi, aut demerendi, probè respondet Sanctus Tho. loco citato in .4. q̄ illc nullum esse potest meritum augmenti gratiæ, aut gloriæ: hoc enim est viatoribus proprium. Attamen cum sit inibi actus charitatis, nil obstat quominus sit remissio venialis culpæ, per quā neque gratia augetur, neq; gloria.

ARTICVLVS. III.

Vtrum peccata venialia remittantur per aquam benedictam & alia sacramentalia.



Inca alias causas, quibus venialia remittuntur, quæritur de sacramentalibus. Et respondet Diuus Tho. per hanc conclusionem. Triplici ratione quidpiam contingit esse causam remissionis venialium peccatorum. Supponitur enim ex supra dictis ad huiusmodi remissionem nullius exigi nouæ gratiæ infusio, sed sufficere actum ex gratia procedentē, quo quis feruore aliquo in Deū moueatur, q̄ sit vel actualis vel virtualis pœnitentia. Primo ergo modo remittuntur venialia per gratiæ infusione in vbi

vbi nō opponitur obex, vt supra expositum est. Secundo modo per aliqualem motum detestationis peccatorum. Et hoc pacto tria adhuc possunt concurrere, scilicet, confessio generalis, tūctio pectoris, & oratio dominica nam tūctio illa gestus est pœnitētis, & in oratione dominica adhibetur petitio, vt dimittantur nobis debita nostra. Tertio modo remittuntur per motum reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas. Et hoc modo remittuntur per benedictionem Episcopi, per asperionē aque lustralis: per quamlibet sacramentalem vnctionem, qualis sit in confirmatione, & in collatione ordinum, & per orationem publicam ecclesiæ ad id institutam, quales sunt collectæ multæ in missa. Imò, vt supra diximus, secundum aliquos: per ingressum etiam in templum consecratum.

¶ Conclusio hæc Sanct. Thomæ non solum concessio est generalis doctorum, verum & sanctionibus moreque, & vsu ecclesiæ celebrata. Vnde versus. Orans, tinctus, edēs, confessus, dans, benedicens. Orans: scilicet, oratione dominica. Tinctus (aqua benedicta.) Edens (Eucharistiam.) Confessus, confessione generali. Dans (eleemosynam.) Benedicens (Episcopus.) ¶ Sed ijs omnibus generale est, vt nullum eorum veniale remittat, si opponatur obex, vt Sanct. Thom. docet in solutione secundi argumenti, quod est hoc. Quodlibet horum sacramentalium eandem relationem habet ad oē veniale peccatū: ergo qua ratione vnū dimittitur, dimittuntur omnia. Et respondet, per quodcunq; istorum cuncta remitti præter illa, quorum remissioni obstat obex volūtatis eis inherētis. ¶ Dubium tamen est circa primum modum, vtrum sola infusio gratiæ quomodocunq; fiat, per se absque actu charitatis suscipientis remittat venialia omnia. Et quæritur propter sacramenta, vtrum ex opere operato remittat omnia venialia. Caietanus enim hic ait, duo requiri ad remissionem venialium: scilicet, gratiam siue quæ tunc infundatur, siue quæ infusa fuerit, & actūalem vsū eius & motum. Et ita visus est dicere Sanct. Thom. articulo præcedenti, videlicet, quod quia in adultis non infunditur gratia sine motu liberi arbitrij, propterea talis infusio remittit venialia. Et supra quæst. 79. ar. 4. dicit per eucharistiā remitti venialia, tum quia datur per modum refectionis, tum etiam quia per illud sacramentum excitatur deuotio charitatis, cui venia-

lia contrariantur. In præsentiarum tamen, solum dicit, infusione gratiæ sufficere ad remissionem. Et est argumentum de omnibus sacramentis, quod cum per se habeant infundere gratiam non opponenti obicem, quæ sufficit ad remissionem omnium mortalium fortiori ratione remittant per se omnia venialia secluso merito actus suscipientis. Quamquam in eucharistia: vt loco nunc citato vidimus, sit peculiaris ratio ad id accommodata. Et ideo eucharistia singulariter definitur, remittere venialia, de consecr. distinct. 2. can. Cum omne crimen. ¶ Crediderim ergo, vt mediū hic constituamus, quod per omne sacramentū remittatur omnia venialia solo illo actu corrente, quo quis illud suscipit, quamquam non concurrat alius actus dilectionis. Et ille est vsus gratiæ: nam si per sumptionem aque benedictæ, quia per illum actum homo reuertur rem diuinam, suscipit remissionem venialium, multo efficacius per actum, quo suscipit sacramentum. Ex quo fit, vt quodcunq; sacramentum quis attritus putans se esse contritum suscipiat, remittantur illi venialia, quorum non adest obex: nam illa attritio per gratiam sacramentalem informata est vsus gratiæ. ¶ De oratione dominica est textus de pœnitentiā distinct. 3. can. De quotidianis supra citatus. Augustini in Enchiridio cap. 71. Et can. Tres autem, eod. tit. dist. 1. quem Gratianus citat Augustini ad Felicianū, cū nō sit nisi Epistola. 108. ad Seleucianam, vbi ait. Est enim pœnitentia humilium & bonorum fidelium pœna quotidiana, in qua pectora cōtundimus dicentes. Dimitte nobis debita nostra, &c. De confessione autem generali, quicquid Paludanus distinct. 16. quæst. 1. dicat, non est textus expressus, sed ecclesiastica consuetudo. Hac enim de causa dicitur in prima & in completorio, & à sacerdote sacrum facturo præmittitur ante gradum altaris. Sed de aqua benedicta est textus, de consecr. distinct. 2. can. Aquam. Et de eleemosyna eodē tit. d. 1. can. Medicinā. De alijs quauis Caiet. cōtendat canones citare, nullus est tamen expressus, sed antiquissimus ecclesiæ vsus sufficit. Hostiensis tamē est qui super cap. Omnis vtriusq; sexus, multa accumulatur. De vnctionibus sacramentalibus cap. vnico. de sacra vnctione habetur, quod vnctio visibilis & exterior signum est interioris, & inuisibilis vnctionis.

¶ Dubiū autē est de istis sacramentalibus quæ habeat

Nota.

Dubium.

Dubium.

Quorundam opinio.

Reprobat opinio.

Aliorum opinio.

Sententia an torn.

Solutio a gum. vulg. re.

Secundum argumentum.

Dubium.

Conclusio.

Sententia an torn.

Dubium.

habent virtutem remittendi venialia. Quidam enim sunt, qui non aliam habere censerent, quam quod deuotionem excitant ad dolorem venialium. *Primum argumentum.* Hæc videtur sententia S. Thomæ in solutione primi argumenti, quod est huiusmodi. Peccata venialia non remittuntur, per poenitentiam formalem, aut virtutalem, ut dictum est: sed aspersio aquæ benedictæ, benedictio episcopi, & reliqua nullam habent rationem poenitentiae: ergo non sufficiunt ad remissionem. Et respondet ad minorem, quod hæc efficiunt remissionem venialium in quantum inclinatum ad motum poenitentiae. *Argumentum.* In contrarium tamen est quod, sæpe qui se aqua lustrali aspergit nullatenus excitatur nec memoriam habet venialium: & è conuerso si quis aquam non benedictam accipiat, quæ putat esse benedictam: quia est in introitu ecclesiae, quanuis de venialium cogitet remissione, non obtinebit per huiusmodi asperisionem eorum veniam. *Dilutio.* Dicendum ergo est hæc habere vim remittendi venialia ex vi clauium ecclesiae ex opere operato, ut patet ex verbis, quibus benedicitur aqua. Alioquin non plus faceret dicere Credo, quam Pater noster, & aspergi aqua non benedicta, quæ benedicta, nec benedicti ab episcopo quæ à simplici sacerdote. Vnde responsio Sancti Thomæ sic est intelligenda, quod ista dimittunt veniale peccatum: quia inclinant animam ad motum poenitentiae. Non quod semper requiratur illa excitatio, sed quod de se ad hoc sint instituta. Quare illa suscipere tanquam per illud effectum ab ecclesia accommodata censetur actus poenitentiae, quanuis in tuncione pectoris, oratione Dominica, & confessione generali expressior appareat poenitentiae imago. *Argumentum.* Quod si contra arguas. Sequeretur ista censenda esse sacramenta, postquam ex opere operato effectum sortiuntur spirituales, ac perinde subsequeretur ecclesiam posse instituire sacramenta, quod supra dist. 1. reprobauimus: Ad primum respondit Diuus Thomas superius quæst. 65. artic. 3. negando consequentiam: quia ad rationem sacramenti est non qualecunque effectum habere spirituales, sed requiritur, ut gratia infundat. Sed huiusmodi venialium remissio non exigit gratia infusionem. Et inde colligitur quod licet ecclesia non possit instituire sacramenta, quia gratiam conferunt, potest nihilominus hæc instituire sacramentalia. Enimvero quoniam hæc peccata frequentissima sunt etiam in vi

ris circumspectis, consultum fuit, ut tam multis tamque presentaneis remedijs succurreretur eis. *Tertium argumentum.* Tertio arguitur. Peccata venialia inducunt aliquem reatum poenae temporalis secundum illud. 1. Corinth. 3. Qui superaedificat lignum, foenum & stipulam, (id est, venialia) saluus erit, sic tamen quasi per ignem: sed huiusmodi sacramentalia nullam in se habent afflictionem poenae: ergo non sufficiunt remittere culpam & poenam. Respondetur, per quodlibet istorum remitti veniale quantum ad culpam virtute alicuius satisfactiois, aut motus charitatis, aut affectionis erga diuina, ut expositum est. Non autem per quodcumque remittuntur quoad poenam: quia hæc ratio qui esset prorsus immunis à mortali bus per solam asperisionem aquæ benedictæ, aut tuncionem pectoris, euolaret in coelum sine transitu per purgatorium, quod non est concedendum. Remittitur ergo reatus poenae secundum quantitatem & proportionem feruoris charitatis, qui prædicta excitatur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali.



Deremissione vnus peccati sine alio quadruplex fieri potest combinatio. Prima, vtrum mortale, vel originale remitti possit sine alio. Et hæc quæst. præcedenti. ar. 3. ad partem negatiuam definita est: quia cum talis remissio non fiat, nisi per infusionem gratia, non potest fieri dimidiata venia. Secunda, vtrum vnum veniale possit remitti sine alio veniali. Et hanc in præcedentibus articulis huius quæstionis affirmatiuè terminauimus. Tertia vtrum mortale possit remitti sine veniali. Et huius quoque pars affirmatiua vera est: quia ut dicebamus art. 2. complacentia venialis non obstat gratia infusioni, quæ ad remissionem mortalis est necessaria. Restat ergo quarta, vtrum vice versa possit veniale remitti sine mortali. Ad quod Diuus Thomas negatiuè respondet tali conclusionem. Illi, qui existit in peccato mortali nullum veniale remittitur. Probat, quia remissio cuiuscunque nunquam fit, nisi virtute gratia, secundum illud ad Roma. 4. Ad gratiam Dei pertinet, quod Deus alicui non imputet peccatum. Vbi cum absque exceptione loquatur,

loquatur, glossa etiam intelligit de veniali: cum peccato autem mortali gratia non est simul possibilis.

Expositio articuli scoti. Conclusio hæc S. Thomæ quæ antiquorum est omnium, non erat cur ab aliquo in litem vocaretur. Nihilominus Scotus illi suo fundamento affixus, quod peccatum remitti non est nisi poenâ condonari, vel solui, infert etiã in inferno posse dimitti veniale sine mortali. Quare æquiori ratione potest id in hoc seculo contingere. Vnde dist. 15. quæst. 1. ait quod iacês in mortali culpa potest satisfacere pro poena peccati mortalis remissi, id quod, & de venialibus non remissis concederet: quandoquidem apud ipsum eorum culpa non est nisi reatus poenae. Atqui Durandus dist. 16. quæst. 2. confessus opinionem S. Thomæ esse doctoribus communem, nihilominus tenet contrariu: scilicet, posse veniale sine mortali remitti. Quanuis agnoscat remissionem culpæ aliud esse quam poenæ. Quam opinionem Gabriel eadem dist. quæst. 5. clementior opiniones mitius solebam reprobare, iam vero modò omnino se mihi representant falsifimas. Haud enim isti attendunt quemadmodum nulla possit esse remissio culpæ in homine per eius actum, nisi sit Deo acceptus: quia inter nos & ipsum nulla est ratio iustitiæ, quæ ex nobis dimanet, sed secundum suam acceptionem: cum ergo nullus actus peccatoris quantuncumque sit moraliter bonus: sit opus amici Dei, nescio quo modo admittere queant per vllum peccatoris actum remissionem fieri culpæ quantumlibet leuissimæ. Vnde Ecclesiastici. 34. Dona iniquorum non probat altissimus, nec eorum respicit oblationes neque in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Et super illud Prouerb. 15. Vota iustorum placabilia, ait ad Ricardum Gregorius, Neque enim apud Deum quid datur, sed à quo datur attenditur. Respexit enim Dominus ad Abel & ad munera eius. Quam ergo personam Deus non respicit, neque eius approbat satisfactionem. Remissio autem venialium non fit nisi per satisfactionem, iuxta verbum Baptista Ioan. 3. Facite fructus dignos poenitentia. Super quibus verbis. 21. de Ciuita. Dei, cap. vlt. Augustinus dignas elemosynas pro peccatis eas esse ait, quæ ab ipso peccatore incipiunt. Vnde colligit, quod qui animæ suæ non miseretur placens Deo, nihil pro suis peccatis ei potest dignum offerre.

Opera peccatoris nil sunt. Quinvero nihil opus est sanctorum testimonij, Dñs enim ipse clamat per Esaiam cap. 1. Væ gēti peccatrici, &c. Et subdit. Quò mihi multitudo victimarum vestrarum, dicit Dominus: Plenus sum holocaustomatù arietù. Nō offeratis vltra sacrificium frustra. Ad nihil ergo peccatorum opera Deo placent: nam si ad remissionem venialium valerent, non fierent frustra. Atqui vanum esset cauillum dicentis propterea illa opera non fuisse Deo grata: quod mala fiebant intentione. Etenim nihil aliud ponitur in causa, quam quod fieret in peccato: quia scilicet eorū manus sanguine plenæ erāt. Quare opera eorum respectu Dei erant quasi pannus menstruata, ut cap. 64. subditur. Vnde Paul. 1. Corin. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ad quod subinde propositū optimè illud adducitur Mat. 5. Amen dico tibi, nō exies inde, (scilicet ex carcere, in quem homo ob peccatū mortale includitur) quousque reddas nouissimum quadrantem, (id est, vsque ad leuissimam culpā.) Accedit & maximum argumentum ex illo Matth. 6. Si non dimiseritis hominibus peccata eorū, nec pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra. Et tamen qui ait in peccato mortali posse dimitti veniale, subsequēter cōcedat oportet etiã illi, qui odio fratris tenetur, posse veniale remitti: quare impiè petit dicēs, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c. Quid pluribus? Concedere vllam prorsus peccati genus, nisi per Christum & meritum eius passionis remitti, quem Paul. ad Roma. 3. & Ioann. in. 1. Cano. cap. 2. & 4. generalem propitiatorē & propitiationem patre misisse affirmant pro peccatis nostris, profectò nescio quo modo non sit impius error. Dicens ergo pater. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, docuit nihil sibi omnino placere, quam quod ab homine, qui eius est membrum per charitatem procedat. Et tñ si vera esset opinio Durandi, sine Christi virtute posset per actum viribus naturæ elicium remitti peccatum, atque adeò Indæis & Sarracenis & idololatriis illud posset remitti, quod patribus, crediderim, quid Pelagianum suboleret. Placuit rem, quæ parua videtur, tam multis vrgere: quia certè nō clementior, ut Gabriel existimat, sed impia in Christum hæc opinio videtur.

Primum

Primum argumentum. **¶** Primum autem argumentum Sancti Thomae sumitur ex glossa super illud Ioannis. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, quæ ait, omnes illos fuisse tunc in peccato mortali, quia venialia, inquit, per ceremonias eis remittebantur. At nomine illic venialium non intelliguntur illa, de quibus nunc loquimur: quia ceremonie illæ non emundabant animam, ut ait ad Hebræ. Paul. Sed irregularitates, quæ ex fluxu sanguinis, vel ex tactu morticini atque alijs contrahebantur.

Secundum argumentum.

¶ Secundò arguitur. Ad remissionem peccati venialis non requiritur gratiæ infusio, sicut ad remissionem mortalis: ergo potest veniale remitti sine mortali. Hoc est argumentum primum Durandi paulò locupletius formatum. Mortale enim, inquit, à veniali differt, quia in peccato sunt tria: scilicet, culpa, quæ consistit in deordinatione actus, & offensa, quæ est priuatio gratiæ, & reatus poenæ æternæ. In veniali autem non est, nisi deordinatio actus absque priuatione gratiæ, & absque priuatione poenæ æternæ: ergo ad remissionem venialium sufficit ordinatio actus per displicentiam illius. Argumentum autem & in minori claudicat, & in consequentia peccati: nam ut supra dictum est, licet veniale non sit offensa simpliciter, quæ est priuatio gratiæ, est tamen offensa secundum quid, quia est quedam amicitiae obscuratio, aliàs non haberet reatum poenæ. Et ideo ad remissionem eius non sufficit quæcunque reordinatio, sed illa, quæ sit Deo placens & virtuti passionis Christi subnixæ. Quare optimè respondet S. Thom. quod quauis hæc remissio non exigat infusionem nouæ gratiæ, requirit tamen aliquem eius actum.

Secundum argumentum Durandi.

¶ Secundò arguit Durandus. Si puer veniens ad usum rationis committat peccatum veniale, quod sit solū cum originali, in quo moriatur, vel punietur in inferno pro illo veniali poena finita, vel infinita: si finita, fortiori ratione potuit in hac vita soluere, si vixisset, extra gratiam: infinita verò non est dicendum puniri: quoniam peccato veniali non debetur poena nisi finita. Ad argumentum D. Thom. non admitteret casum: quoniam. 1. 2. quæst. 89. art. 6. probat venienti ad usum rationis necessarium esse, aut referre suam vitam in Deum, per auxilium speciale, per quam conuersionem remittitur originale, aut si id omittat, peccare mortaliter. De hoc autem nihil ad præsens. Si casus tamen admitteretur, ait Palu. distinct. 16. q. 1. quod posset ille satisfacere pro ve-

Solutio. 2. argumentum Durandi.

niali sine remissione originalis. Sed profecto rationes modò factæ hoc falsissimè probant, sicut de existente in mortali. Et ideo indubiè dicendum est quòd illi, in limbo non posset remitti veniale, eo quod non posset satisfacere quia licet ei non deberetur, nisi poena temporalis, tamè ratio personæ, quæ non esset Deo grata, nunquàm fieret solutio. **¶** Tertium argumentum addit Durandus, quod maioris videtur ponderis: quia opera existentis in peccato mortali, autore etiam D. Thoma in. 4. dist. 15. quæst. 1. artic. 3. valent ad consecutionem temporalium bonorum, & ad nonnullam dispositionem ad gratiam: ergo & eadem ratione valebunt ad remissionem venialium. Ad argumentum respondetur primò quòd quauis illic Diuus Thomas appellet meritum congrui, nullam tamen rationem meriti respectu Dei in actioe peccatoris agnoscit, sed vocat meritum congrui, propter decetiam, quæ est in Deo, ut vbi cunq; aliquam inuenit dispositionem, beneficium conferat. Imò non est tanta decetia, quanta si homo existens in gratia illa temporalia peteret. Perpendendi. n. sunt tres gradus meriti, primus est de condigno, sub quo non cadit, nisi bonum gratiæ & gloriæ ipsius personæ merentis, nec potest fieri, nisi ab homine, qui est in gratia. Secundus est congrui proprie, & hic non est, nisi in homine existente in gratia, qui potest mereri alijs bonum motum in Deum, ac subinde gratiam. Et potest etiam mereri bona temporalia, quæ non conferuntur ex iustitia, sed ex Dei æquitate & decetia. Tertius est minimè proprie in homine existente in peccato, quando ex viribus naturalibus facit opera naturaliter bona, per quæ meretur bona temporalia apud Deum quatenus retributor est naturali virtutum, tamen auxiliò nonnunquam supernaturali disponat peccatorem ad gratiam, à remotis tamen. Nulla ergo est consequentia, quæ inferatur, valere illa opera ad remissionem culpæ, ut quæ absque usu gratiæ fieri non potest. **¶** Postremò arguit S. Thom. Plus distat peccatum veniale à mortali quàm ab alio veniali: sed potest veniale remitti absque mortali. Negatur consequentia, quia veniale non excludit gratiam, per quam omnia peccata remittuntur, & ideo potest manere cum remissione alterius venialis. Sed mortale tollit gratiam, sine qua nullum peccatum, nec veniale nec mortale remittitur.

DIST.

DISTINCTIO decimasexta de reditu peccatorum, & recuperatione virtutum.



¶ Erunt autem antiqui patres dubitarunt, utrum peccata per poenitentiam semel dimissa per subsequentem relapsum redeant. Quod quidam exemplo serui illius nequam apud Matthæum affirmare nituntur, qui cum misericordiam, quam à Domino remittente ei omne debitum, susceperat, conseruo suo non impendisset, iussus à Domino est in carcerem obtrudi, donec nouissimum quadratam persolueret. Vbi Gregorius, & refertur can. Constat. de poenitentia dist. 4. Constat, inquit, quia si quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur, quod nobis iam per poenitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Et Rabanus, quod eadem dist. refertur can. Si Iudas. Considerandum est quòd dicit, vniuersum debitum: quia non solū peccata, quæ post baptismum homo egerit, reputabuntur ei ad poenam, verum etiam peccatum originale, quod in baptismo ei dimissum est. Veruntamen his non obstantibus certum est peccata semel dimissa non redire quantum ad maculam, quatenus ab illis fuerat effecta, atque adeò, nec quantum ad æquale reatum poenæ: quoniam condonatio Dei absoluta est, nulla tenus ex futuro dependens: quare quod semel donauit, nunquam repetit, iuxta illud Pauli ad Rom. 12. Sine poenitentia sunt dona, & vocatio Dei. Vnde can. Diuina, ead. dist. Gelasius, Diuina, inquit, clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur. Redeunt tamen per ingratitude, quæ vniuersalis conditio est omnium peccatorum, quæ post baptismum committuntur: licet peculiari modo in eo, quod contra fraternam charitatem committitur, & in apostasia à fide, & in contemptu sacramentorum, per quæ peccata remittuntur existat.

¶ Neque verò hæc sola est peccati prauitas, ut dimissa hoc pacto redire faciat, verum & bona opera ex gratia & charitate profecta mortificat, iuxta illud Ezech. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Nam cum iustitia nostra apud Deum nulla sit, nisi quæ eius gratiæ innititur, per eius amissionem fit homo corundem meritum præmio indignus.

¶ At verò tanta est poenitentis virtus, ut per ipsam non modò gratia & virtutes restituantur, verum & mortificata opera reuiuiscant. Quod exemplo illius filij euangelici, qui dilapidatis bonis suis ad viscera

Cap. j.

Marth. 18.

Gregor.

Rabanus.

Tertium argumentum Durandi.

Tres gradus meriti.

Postremum argumentum.

Paul. Rom. 12.

Gelasius.

Cap. ij.

Ezechiel. 18.

Cap. iij.

Luc. 15.

viscera

Vtrum peccata remissa redeant per sequens peccatum.



Ad tractatū effectus poenitentiae spectat explorare, vtrum poenitentia sic peccata deleat, vt tamen per relapsum iterum dimissa redeant. Ad quā quaestionem D. Tho supposita distinctione sex conclusionibus respondet.

Tria enim sunt quaestionis membra. Primo naq; secundum bimbrem distinctionem praemittuntur duae praebule conclusiones. Deinde duae reprobantur opinioniones. Ac demum subduntur quatuor conclusiones ad respondendum. In peccato quippe mortali, vt supra dictum est, duo perpendenda sunt: est enim auersio a Deo, & conuersio ad bonum creatum. Et quicquid ratione auersionis illi conuenit, est vniuersis mortalibus commune. Atq; adeo macula, qua fit per priuationem gratiae, & reatus poenae aeternae communia sunt omnibus mortalibus. In quo sensu ait Iacobus cap. 2. Qui offendit in vno, factus est omnium reus. Quod autem conuenit peccato ratione conuersionis non est omnibus commune: siquidem hac ratioe peccata sunt diuersa, & nonnunquam contraria: ac perinde eorum supplicia varia. Est ergo prima praebula conclusio. Manifestum est qd ex parte conuersionis peccatum mortale subsequens no facit redire peccata mortalia prius abolita, alioqui per peccatum prodigalitatē reduceretur homo in habitū, vel dispositionem auaritiaē extincte prius, & sic contrarium esset causa sui contrarij, quod est impossibile. Atq; adeo nec redit reatus poenae sensus, qui illis dimissis debebatur. Secunda conclusio. Considerando in peccatis mortalibus absolute id qd est ex parte auersionis, per peccatum mortale subsequens redit illud, quod fuerat in prioribus ante eorum remissionem. Priuatur enim homo gratia & fit reus poenae aeternae, sicut & prius fuerat. Verum tamen, qa auersio in peccatum mortale ex conuersione quodammodo nascitur, fit vt ea, qua accidunt ex parte auersionis, diuersitatem quandā fortiantur, per coparationem ad conuersiones diuersas, sicuti ad diuersas causas: ita vt sit alia auersio, & alia macula, & alius reatus, prout

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

DISTINCTIONIS
decimae sextae, Quaestio prima de
reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum.

S. Thom. 3. part. quaest. 88.

Ambros.

Hieronymus

Iaann. 4.

viscera tadem paterna refugit, comonstratur, dum pater eum induiuisit stola prima. Haud tamen necessum est, vt semper poenitens in aequali gratia, & virtute resurgat, aut q mortificata merita ad aequale praemium vitam recuperet, sed potest, vel in gratia aequali, vel maiori, vel minori resurgere. Poenitentia nanq; vt ait Ambrosius, res optima est, qua omnes defectus reuocat ad perfectum. Ob idq; vbi perfectissima est, gratia omnem amissam renouat. Vnde fit vt vbi non est vsq; adeo perfecta, secundum eius proportionem iactura refarciatur gratiae & virtutum, qua fuerat per peccatum mortificata. Vnde Hiero. vt dist. 50. can. Quicunq; refertur. Quicunq; inquit, dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare: reuerti enim in pristinum gradum difficile est. Dicēs autem, difficile, non negat esse possibile. Veruntamen opera mortua, id est, quae in peccato sunt, quia ex gratia, qua fons est vitae salientis in vitam aeternam, non emanarunt, vitam nunquam habere valent.

Quaestio prima.

Quaestio prima.

Aliorum opinio.

Refutatur opinio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

ex alio atq; alio actu peccati mortalis consistit. Atq; hoc, inquit, est, quod in quaestione vertitur, vtrum macula & reatus poenae aeternae, qua ratione oriebantur ex peccatis prius dimissis, redeant per peccatum mortale subsequens. Vt si quis, qui vel homicida, vel haereticus fuerat, post adeptam remissionis gratiam committit mortale minus, v. g. furtum, redeat tanta macula, quam habuerat per haereticum. Et quibusdam visum est simpliciter hoc modo redire peccata dimissa: quia nesciebant inter vnam auersionem & aliam discernere, Sed tamen id esse non potest: quia opus Dei per opus hominis irritari nequit: remissio autem priorum peccatorum fuit opus diuinae misericordiae: vnde per peccatum subsequens hominis non sic irritatur, vt perinde illa redeant, ac si non fuissent dimissa; iuxta illud ad Rom. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Et ideo alij ponentes peccata redire dixerunt, qd Deus non remittit peccata poenitenti postea peccato scdm praesentiam, sed solum secundum praesentem iustitiam. Praescit enim se pro eis peccatis eum aeternaliter puniendum, tamen per gratiam facit eum praesentialiter iustum. Sed neq; hoc veritati consonat: quia si causa absolute ponatur, & effectus ponitur absolute. Quapropter si per gratiam sacramenta peccatorum remissio non fieret absolute, sed cum quadam conditione in futurum dependente, sequeretur, qd nec gratia, nec sacramentum esset causa sufficiens remissionis peccatorum. Na quod ex alio semper pendet, non est per se sufficiens. Est ergo prima conclusio responsiua, qua est tertia in ordine. Nullo modo potest esse, qd macula & reatus praecedentium peccatorum secundum quod ex ipsis procedebant, redeant: na si causa non redeunt, non est cur effectus redeant. Igitur cum qui modo furatur, non ideo fit haereticus, vel homicida vt prius, non est cur eadem prorsus macula redeat. Quarta conclusio. Contingit, vt subsequens actus peccati virtute contineat reatum prioris, etiam nodum remissi, ea scilicet ratione quod ad iudicium peccatum peccato bonitatem Dei contemnit tolerantis peccatorem & ad poenitentiam expectantis, secundum illud ad Rom. 2. Secundum duritiam tuam, & impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae: videlicet, bonitatem Dei contemnit. Quinta conclusio. Multo magis contemnitur Dei bonitas dum post remissionem prioris peccati homo relabi

tur in ipsum vel in aliud: quia tanto maior est ingratitude, quanto maiori beneficio opponitur, & maius est Dei beneficium peccatum remittentis, qd peccatorem sustinetis. Hac igitur postrema ratione per peccatum post poenitentiam remissum redit quodammodo reatus peccatorum prius dimissorum, non quatenus ex illis subsequeretur, sed quatenus effectus est peccati ultimo perpetrati, qd ratione remissionis priorum aggrauatur. Sexta conclusio. Hoc non est peccata dimissa simpliciter redire, sed redire secundum quid, in quantum in ingratitude postremi peccati priora virtualiter continentur. Haec quaestionem de reitu peccatorum theologi, ordinem Magistri Sentent. secuti, disputant dist. 22. Sed profecto legitimus ordo exposcit, vt disputationem remissionis peccatorum subsequatur sermo de eorum reitu. Et quidem prima conclusio cunctis perspicua est: scilicet, quod per peccatum subsequens non redit praecedens, siue remissum siue non remissum, scdm malignitatem, quam habebat ex obiecto atq; adeo nec redit secundum reatum poenae sensus: licet quidam, quos Magister Sentent. dist. 22. refert, dicerent simpliciter redire & quoad maculam, & quoad reatum poenae. Contra illos probatur conclusio: quia non redeunt Deo auctore: nam vt ait Paul. ad Rom. 11. sine poenitentia sunt dona & vocatio Dei, vnde cum remissio peccatorum sit donum Dei nunquam illud amplius imputatur, iuxta illud Naam. 1. Non confurget bis tribulatio, vel secundum. Septuaginta. Non puniet Deus bis in id ipsum. Et Ezechiel. 18. In quacunq; hora ingemuerit peccator iniquitatum eius amplius non recordabor. Quae quidem testimonia ratione confirmantur, qa Deus non remittit peccata sub hac conditione in futurum, si relapsus non accidat: alioqui absolutio semper esset dependens, atque adeo imperfecta, ratioe cuius non fieret homo amicus: sed est absoluta vt forma absolutiois sonat. Ego te absoluo. Neq; vero redeunt per factum hominis. Ob id enim quod homo furatur non impingit in homicidium, vel aliud flagitium: quod antea commiserat: quare non reuocatur amplius iudicium propter illa priora iuxta verbum Paul. 1. Corin. 11. Si nos ipsos diiudicemus: non utique iudicemur. Clementior enim est Deus quam homines, inter quos tamen postquam de aliquo crimine iudicatus est homo, & absolutus, non amplius de illo

Sexta conclusio.

Expositio articuli.

in ius defertur. ¶ Arguebant tamen fautores illi contrarie opinionis. Per gratiam poenitentie reuiuiscunt bona opera, quae fuerant per peccatum mortificata: ergo pari modo per peccatum redeunt peccata remissa. Negatur tñ consequentia: primū quia excellentior est vis clementiae & gratiae Dei ad uiuificandum quam peccati ad mortificandum. Secundō, quia opera bona mortificari, nō est omnino tolli, & aboleri, sed indigna reputari p̄mio, ad quod erāt accepta, propter indignitatem personae, quae fit inimica Dei. Quare cū poenitentia sit amica, opera reuiuiscunt, vt quæst. sequenti, latius patebit. Sed tamen peccata remitti, est omnino abstergi & tolli, iuxta illud Ioānis. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mūdi: quod autem in nihilū abijt: redire non potest. ¶ Sed forsā sciscitaris, vtrūm Deus de potentia absoluta possit facere, vt eadē peccata isto modo redeant. Scotus enim. q. 1. ar. 1. concedit id posse facere innixus tamen illi suo fundamento quod peccatum imputari non est nisi puniri, & habet pro comperto quod Deus potest hominē pro peccatis dimissis punire ac si non essent dimissa. Sed tamen arbitror Deum nec de potentia absoluta posse facere, vt eadē peccata redeant quo ad culpam, nisi iterum ab homine committantur. Primū quia licet possit punire peccata eodem supplicio ac si nō essent dimissa: hoc nō est redire quoad culpam & maculam, vt dictum est. Secundō quia illa afflictio tormentorum non haberet propriam rationem poenae nam poena non est nisi pro culpa: quare si nō redit culpa, non redit poena, & illud non esset punire, sed liberē torquere hominem. Sed in secunda conclusione, quae fundamentum est totius materiae, non nihil latet ambiguitatis, quatenus asseritur per peccatum subsequens eandem maculam redire & poenam dāni priorum peccatorum, sed tamen secundū quandā diuersitatem. Macula. n. est priuatio gratiae: priuatio autem nō recipit magis aut minus, nemo enim si est omnino coecus, est magis coecus, quam alius: ergo eadem absq; vlla diuersitate macula est in quibuscūq; peccatorib;. Distinguitur minor: priuatio enim in quantum priuatio praesertim indivisibilis formae, vt est gratia, non recipit magis aut minus, hoc est, nulla est maior priuatio quā alia. Sed tamen macula non dicit simpliciter priuationem gratiae, vt hic ait D. Th. & 1. 2. q. 76. art. 1. sed ipsam quatenus fit per peccatū.

Dubium.

De secunda conclusionem.

Quare qui plura grauioraue peccata commisit, quō maior peccator est, eō magis se elongauit à gratia Dei & ideo maiorē habet maculam veluti qua grauiori febris laborat lōgius distat à sanitate.

¶ Et per id soluitur alia quæstio, vtrūm poena aeterna, quae est poena damni, sit eadē poena in omnibus damnatis. Durandus quippe d. 22. q. 1. eandem ait esse prorsus. Cui & Paludanus ead. dist. q. 2. & Capreolus subscribunt, parūm ad presentem literam D. Thomae attendentes. Ratio eorū est, quia illa poena non est nisi priuatio & carentia diuinæ visionis: quam superius S. Tho. q. 71. ar. 3. ad primum argumentum, ait non recipere magis aut minus. Quare nec tenebre, inquit, inferni recipiunt magis aut minus. Item quia poena dāni est infinita, vt idem D. Tho. autor est 1. 2. q. 87. art. 4. infinitum autem non recipit magis aut minus. ¶ His tamen non obstantibus crediderim, quod sicut nō est eadem macula, ita neq; eadem poena damni in omnibus damnatis. Et ratio prima est haec. Poena illa damni respondet maculae peccatorum: ergo vbi maior est macula, maior est poena. Itaq; eadem carentia diuinæ visionis, licet non sit maior priuatio: quia priuatio, vt dictum est, non recipit magis aut minus, est tamen maior poena. Et hoc est certē quod hic docet S. Thom. in hac secunda conclusione. Et arguitur secundō. Si hoc non esset verum, tanta poena damni punitur puer in limbo, quanta Iudas in inferno, quod tamē est falsum cū carentia visionis non cruciet puerum, & tamen cruciet Iudam. ¶ Sed rogas. In quo consistit illa maior poena? Respondetur, in hoc certē quod illa poena, quae ex pluribus peccatis maioriq; macula orta est, acerbius affligit miserum. Sed ais hoc solū probare, quod sit maior poena sensus in eo, qui turpius deliquit. Arguitur autem cōtra. Causa ex effectu penditur: cū ergo illa tristitia & afflictio, licet sit poena sensus, non solūm ex igne & alijs cruciatibus sine crescat, verūm rōne carētie Dei quae est poena damni: videlicet, quia maiori Dei odio & inimicitia ē regno exclusi sunt & inclusi illo carcere, fit vt eadē exclusio ē cōtra, quae est poena dāni sit maior in vno quam in alio. Etenim si priuatio illa visionis diuinæ alios non cruciat, vt pueros; alios vero cruciat, vt adultos, fit vt ex adultis alios q; alios magis cruciet. Et confirmatur: quoniam illi, qui ab hac luce in maiori odio & inimicitia

D. bitatio de poena damni

Sententia coris.

tia Dei decesserunt, maiori indignatione, & ira exuruntur, quod per potestatem maioris sui inimici & magis sibi inuisi à cælesti regno exules illic detineantur. Nam etiam inter homines ciues qui à rege magis tyranno sibiq; magis inimico in exilium mittuntur acrius carentiam patriae ferunt. Quod si arguas: ergo Deus de potentia absoluta nequit facere vt per peccatum minoris culpae redeat eadē poena dāni: quae oriebatur ex maiori culpa: profecto fateor, sicut supra dixim, vt redeat peccata quo ad eadē maculam culpae nisi eadem omnino committantur. ¶ Ad postremum igitur respondetur argumētum, quod est carentia illa visionis diuinæ sit infinita tā ex obiecto quam duratione, recipit tamen magis aut minus respectu cōuersionis, à qua ortum habuit. ¶ Circa intellectum quartae & quintae conclusionum notato, quod cū ait Sanct. Thom. sequens peccatum grauius esse quam prius non remissum, & multo grauius quam prius si fuit remissum, non facit comparationem simpliciter secundum omnia, quae in vno & in altero considerari possunt, sed secundum quid, puta quod aliqua est noua ingratitude in posteriori. Exempli gratia. Siquis fecit vnū furtum, & postea æquale ex obiecto & circumstantijs propter ingratitude prioris tolerati aut remissi secundum est grauius. Sed tamen si prius fecit homicidium, & postea furtum, non opus est vt furtum cum sua ingratitude aequet grauitatem homicidij prioris, quia cetera ex obiecto non sunt paria, vt arti. 3. latius explicabitur. Et multo magis crescit ingratitude quādo prius fuit remissum, propter eā rationē, q; peccatur contra maius beneficium. Et addit Scotus dist. 22. quæst. 1. ar. 3. quia peccatur contra plures obligationes: nam quoties quēq; praeteritorum legitime poenitet, noua, inquit, obligatione obligatur bene viuere, saltē in voto. Attamen vt vera sit Scoti sententia, non est intelligendum poenitentem votum proprie emittere bene viuendi, sed dum taxat id proponere. Quare nō est semper noua obligatio, vt fit per legem aut per votum alioqui teneretur homo cōfiteri quoties proposuit bene viuere: nam tot vota esset transgressus, sed est noua obligatio tanquam iterati propositi, quod quidem propositum postea violatum nō facit nisi maiorem circumstantiam ingratitude, & inconstantiae. Sed tamen aliter arguit ibidē Scotus contendens

Circa 4. & 5. conclusiones

Arg. Scoti.

peiores esse ingratitude primō peccatis post innocentiam quam peccantis post remissionem peccatorum. Sed hoc tangit art. proximo S. Thomas.

¶ Primum argumentum Sanct. Thomae est quod huic mouendae quæstioni causam obtulit. Legitur. n. Matt. 18. de quodā seruo, qui cū ei Dominus omnia demisset debita, similem misericordiam nō fecit cōseruo suo sed miserum, vt debitum sibi redderet, vrgebat, quare iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus quousque redderet ei vniuersum debitū. Vbi adnotat Augustinus lib. 1. de baptismo cōtra Donatistas ca. 12. & refertur de conse. distin. 4. can. Quomodo Deus peccata dimissa redire vbicunq; non est fraternā charitas. Fraterna charitas tollit per quod cunq; peccatum mortale: nam sublata paternā charitate Dei, fraterna manere nequit legitima: ergo per quodlibet sequens mortale redeunt omnino peccata dimissa. Respondet Sanct. Tho. Augustinum nihil aliud intelligere, quam quod iam expositum est: scilicet, redire quātum ad maculam, & reatum poenae aeternae si absolute in se consideretur non autem quod macula sit tanta, aut poena etiam damni, vt expositum est, quia non redeunt, tanquam eadem macula & poena ex peccatis prioribus resurgant. Quare nec redit eadem poena sensus: quia nec redit eadē cōuersio ad bonum commutabile. Et hoc confirmatur verbis eiusdem Augustini lib. de Responsonibus Prosperi, vbi cū dixisset quod non in id, quod remissum est recidit, scilicet, ille qui post baptismum relapsus est, quare nec pro originali peccato damnatur, subdit. Qui tamē ea morte afficitur, quae ei propter peccata dimissa debebatur, quia scilicet incurrit mortem aeternam: quam propter priora meruerat.

Primum argumentum.

Expositio euangelij.

¶ At verō maior difficultas est in verbo illo euangelico quo legitur seruum illum missum in carcerem donec redderet vniuersum debitum, puta quod fuerat dimissum. Respondetur tñ, quod in parabolis, vt aiūt saepe sancti, non debent omnia ad vnguē veritati respondere: primū enim illic non planē liquet seruum illum peccatum mortale cōmisisse negans cōseruo suo inducias soluendi debitū nam vbi legitur quod eum suffocabat, non aliud intelligitur, quam quod instanter vrgebat vt solueret, quod non erat contra legem licet esset quaedā moralis ingratitude & cru

Caieta.

delitas, cum maius ipse beneficium suscepisset, sic illum premere, qui tunc soluendo non erat. Scio Caietanum & alios dicere, quod seruus ille depingitur peccasse mortaliter, sed tamen ad vim parabola non est necessarium. Præterea inter homines ius non permittit, ut dominus qui seruo semel debita omnia condonauerat, propter ingratitudinem, quam in conseruum committit, repetere id possit quod donauerat & pro soluto acceptauerat: illa enim in iure dicitur acceptatio: Hoc est, quasi solutio. Est ergo perpendendum propositum inductæ parabola. Iusserat enim Christus Petro, ut quoties frater in se peccasset, noxam ei remitteret: voluit autem ostendere, quod qui in fratrem suum non est misericors, indignum se facit, ut Deus eius misereatur. Quare in oratione Domini docemur petere, ut nobis dimittantur peccata sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Eatenus ergo obseruanda sunt parabola verba, quod si quis non est misericors in fratrem: siue illa durities peccatum sit mortale, siue veniale, indignus fit cui remittatur, vel vnus obolus. Non quod quæ condonata ei fuerant repetantur ab eo, sed quod ob ea quæ post debuerit mittetur in carcerem quousque reddat vniuersum debitum. Quare licet ad exaggerandam duritiæ cordis illius seruus prius referatur beneficium, quod suscepit à Domino, tamen Christus non vult concludere, quod ipse repetet peccata dimissa, sed simpliciter quod ei quod conseruo non remittit, nil remittetur à domino. Imò peccata dimissa ad cumulū ingratitudinis adducuntur. Similiter enim dixerat Matth. 5. de eo qui non consenserit cum aduersario suo in via, quod mittetur in carcerem donec reddat nouissimum quadrantem. Vbi donec non dicit terminum quasi post sit exiturus, sed perpetuam vltionem ad rigorem iustitiæ. Secundò arguitur. Super illud Lucæ. 11. Reuertar in domum meam, unde exiui, ait Beda. Timendus est iste versiculus nec non exponendus, ne culpa, quam in nobis extinetam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. Ad quod respondendum, quod Beda non loquitur de reditu peccatorum dimissorum, sed de illo, qui securus putat illecebram peccati præteriti esse extinetam, cum tamen sit in periculo, ne iterum resurgat, & eum in simile peccatum cõijciat. Tertio arguitur. Ait Dominus Ezechiel. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: sed inter alias

*Secundum argumentum.**Tertium argumentum.*

iustitias, quas homo fecit, connumeratur peccata iustitiæ præcedens, quæ, ut dictum est, est pars iustitiæ: ergo cum quis post poenitentiam relabatur, ipsa eadem poenitentia, per quam venia fuerat consecutus non imputatur ei, atque adeo perinde illa peccata redeunt, ac si non fuissent remissa. Quomodo iustitiæ omnes & virtutes per peccatum mortificantur, latius videbimus. quod sequenti. Nunc autem satis est respondere quod traduntur obliuioni duntaxat quatenus erant merita accepta ad vitam æternam, quæ amplius eis non debetur, non autem quatenus impediabant, vel auferebant alia peccata. Et ideo poenitentia, quatenus erat meritoria, per sequens peccatum traditur obliuioni, non autem quatenus per ipsam remittebatur peccatum. Quare non fit homo reus debiti dimissi ac si non esset dimissum, eo potissimum quod remissio illa Dei potius opus fuerat, quam hominis. Quartò arguitur. Peccata præterita per gratiam teguntur, ut patet per Apostolum ad Romanos. 4. illud Psalmi allegantem, Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: sed gratia illa per mortale subsequens tollitur: ergo peccata, quæ tegebat, deteguntur, atque adeo redeunt. Respondetur quod gratia simpliciter tollit maculam, & reatum poenitentiam, in quo consistit remissio culpæ: Tegitque, subinde actus præteritorum criminum, ne propter eos homo gratia priuetur & ad poenitentiam imputetur æternam. Quare hoc nunquam redit quasi ab illis peccatis procedens. Deteguntur autem sublata gratia ad hunc sensum, quod iterum homo propter peccatum subsequens damnatur poenitentiam æternam.

ARTICVLVS. II

Vtrum peccata remissa redeant per ingratitudinem, quæ specialiter est secundum odium fratrum, apostasiam à fide, contemptum confessionis & dolorem de poenitentia habitam.



ostquam conclusum est generaliter, peccata quodammodo per ingratitudinem redire, quæritur de quibusdam modis, in quibus ratio quædam specialis redeundi inuenitur. Ad quod S. Tho. iuxta duos membra vnius distinctionis respondet duabus conclusionibus. Peccata enim dimissa dicuntur redire in quantum reatus eorum ratione ingratitudinis virtualiter continetur in peccato sequenti. Hæc autem ingratitudo dupli-

citer

Prima conclusio.

citer committitur. Vno modo ex eo precise quod fit contra beneficium Dei. Et sic repetitur conclusio præcedentis articuli. Per quodcumque peccatum mortale subsequens redeunt priora peccata dimissa. Nam per quodcumque fit homo ingratus beneficijs diuinitus sibi collatis. Sed alio modo committitur ingratitudo non solum faciendo contra beneficium, sed contra formam eius & modum, quo fit: & ideo statuitur secunda conclusio. Speciali quadam ratione ingratitudo quatuor generum peccatorum facit redire priora: nam forma collati beneficii, vel attenditur ex parte benefactoris, qui ob suam clementiam est beneficis, contra quam formam facit, qui fratri petenti veniam non remittit, sed odium tenet. Vnde Grego. 18. moralium. Ex dictis, inquit, euangelicis constat, quod si quis in nos delinquitur, & ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur, quod nobis iam per poenitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Vel attenditur ex parte poenitentis, qui beneficium suscipit, qui quidem duplici motu mouetur in Deum dum veniam petit: nempe, fidei formatæ, contra quam est ingratus, qui à fide apostat, & motu liberi arbitrij in peccatum, ad quod primo pertinet ut peccata detestetur, contra quod facit, qui se poenituisse dolet. Et secundo subiicere se clauibus ecclesiæ, cuius propria ingratitudo est confessionem sacramentalem contemnere. Vnde distichon. Fratres odit, apostata fit, spernitque fateri. Poenituisse piget, pristina culpa redit.

*Versiculi.**Primum argumentum.*

De his præterea quæ dicta sunt, nihil est adnotatu dignum. Arguit nihilominus S. Tho. Tanto est maior ingratitudo, quanto grauius est peccatum, quo post acceptum beneficium homo contaminatur: sed quædam alia peccata sunt istis acerbiora, ut blasphemia contra Deum, & peccatum in Spiritum sanctum: ergo per hæc specialius redeunt alia peccata dimissa. Negatur consequentia, non enim de his specialiter asseritur, quod per ipsa redeant alia, quia hæc sunt grauiora, sed quia directius opponuntur formæ beneficiorum, quæ à Deo recipimus. Nihilominus per alia acerbiora peccata potest ex alio capite grauior aestimari ingratitudo. Secundum argumentum. Arguit, utrum etiam redeant culpe originalis & venialium. Ait enim super Matth. Rabanus, Nequam seruum tradidit Deus tortoribus donec redderet vniuersum debitum: quia non solum peccata, quæ post baptismum homo egit, reputabuntur

Secundum argumentum.

tur ei ad poenam, verum & originale, quod in baptismo est ei dimissum: peccata autem venialia inter debita numerantur, pro quibus precamur. Dimitte nobis debita nostra: ergo ipsa quoque venialia redeunt: & pari ratione per veniale dum committitur, redeunt peccata præterita. Conceduntur duæ priores partes argumenti: nempe quod originale & venialia redeunt modo expolito quatenus ingratitudo peccantis ex beneficio remissionis illorum augeatur. Negatur tamen, quod per veniale remissa redeant: quia cum illud non fit contra, sed præter Deum, per illud non incurritur proprie ingratitudo. Tertio arguitur. Tanto est maior ingratitudo, quanto post maius beneficium acceptum quis peccat: sed innocetia est etiam beneficium Dei, quia peccata vitamus secundum August. 10. confessionum dicentem, Gratia tuæ deputo quæcumque peccata non feci: ergo non minus Deo ingratus est, qui post innocentiam primo peccat, quam relapsus post remissionem: imò ingrator, quam aliquo istorum quatuor modorum delinquens. Hoc est argumentum Scoti dist. 22. q. 1. art. 3. quo fateri conuincitur grauiorem esse ingratitudinem contra innocentiam, quam contra remissionem: quia innocentia excellentius bonum est. Præclarus enim Christus cum sua innocentissima genitrice egit, quam cum peccatrice Magdalena. Cui & Caietanus in presentiarum cõsentit. At verò opinio hæc & contra S. Tho. presentiarum loco, & contra veritatem asseritur. Et primo triplex innocentia genus considerare possumus: vnum scilicet, simpliciter, in quo Adam creatus fuit: secundum genus quodammodo dicitur status innocentia, quando homo est in originali solum, qui nunquam commisit mortale. Et tertium est innocentia baptismalis, dum scilicet, quis ab originali ablutus est per baptismum. Atqui de secundo illo genere nil ad rem, quia non est status innocentia: & ideo si quis in solo originali veniens ad usum rationis peccaret mortaliter, dici non potest grauius esse cæteris paribus quam si post illud cum originali remissum per similem culpam peccaret: nam secundum est contra beneficium remissionis, primum autem non nisi contra tolerantiam in peccato originali. De innocentia verò simpliciter, quæ fuit in primis parentibus, credo non loquitur Scotus: quia illa in illis perijt, sed loquitur de infante baptizato, qui veniens ad usum rationis primum peccatum committit, quod putat esse grauius quam post ipsius remissionem

*Tertium argumentum.**Scoti argu.**Triplex innocentia genus.*

Beneficij Dei duplex aestimatio.

in aliud simile recidere. Sed quod hoc sit falsum, probatur: nam in primis vt D. Tho. 2.2. quæst. 106. art. 2. & in presentiarum, & Ricardus dist. 22. q. 5. art. 1. & omnes antiqui aiunt, beneficium aliquod Dei potest aestimari maius alio dupliciter. Vno modo ex quantitate dati: quia scilicet, in se maius est. Sed & alio pacto ex modo dationis: quia scilicet magis gratis est datum. Et sic illud estimatur maius, quod minus fuit debitum. Et clarum est, quod inimicis minus debetur, quam illis, qui nec fuerant amici, nec inimici. Quare licet innocentia data Adæ fuerit primo modo maior, tamen si postquam peccauit, remisit ei Deus culpam, venia fuit magis gratis data: quia inimico, cum innocentia non fuerit data nisi ei, qui non fuerat inimicus: & cum ingratitude directe opponatur gratia, hoc est, rei gratis date, maior ingratitude fuit in secundo peccato quam in primo. Tamen si primum propter dampnum, quia totum genus humanum spoliavit amicitia Dei, & propter alias circumstantias, potuit esse peius. Hoc autem non est ad propositum. Sed vt ad innocentiam pueri baptizati reuertamur, quauis deimus per primum peccatum tolli maius bonum priori modo, tamen secundum habet maiorem ingratitude: quia est contra remissionem actualium, quæ facta fuit maiori inimico. Nam primum peccatum non fuit nisi contra beneficium remissionis originalis, quod non erat tanta inimicitia. Sed secundum arguitur, quod secundum sit maius: scilicet, cæteris paribus, si ambo sint homicidia, vel ambo furta: nam per secundum peccatum (quod Scotus & Caietanus non animaduertunt) non solum contrahitur ingratitude contra remissionem primi actualis, sed etiam contra remissionem originalis per baptismum, per quem homo obtinuit innocentiam. Cuncta enim subsequencia crimina respectu ingratitude habet ad omnia præcedentia beneficia, & ad omnes remissiones peccatorum cuiuscumque generis. Quare Adam decimo etiam peccato peccauit contra beneficium innocentie, licet illam per primum perdidit: quia per decimum fuit ingratus illi etiam suscepto beneficio.

ARTICVLVS. III.

Vtrum per ingratitude peccati sequentis conseruat tantus reatus, quantum fuerat peccatorum prius dimissorum.



Quia dictum est per ingratitude redire peccata dimissa, queritur vtrum semper reatus ingratitude sit æqualis reatum omnium peccatorum remissorum. Fuerunt quippe, qui dicebant semper esse tantum reatum ingratitude, quantum fuerat omnium dimissorum criminum. Contra quos duæ faciles statuuntur conclusiones. Prima. Potest contingere, vt grauitas peccati post poenitentiam commisi sit æqualis grauitati peccatorum præcedentium, ac perinde maior. Sed hoc non est necesse, imò potest esse multo minor. Enimvero si quis furti veniam per poenitentiam obtinuit, & postea simile commisit furtum, tatus reatus est secundi quauis primi, imò maior, propter ingratitude, & multo maior si secundum esset homicidium. Si vero hæreticus, vel alioqui perditissimus homo suarum impietatum ac scelerum veniam adeptus relabatur in simplex furtum, reatus illius furti, quauis eius ingratitude adiungas, non erit tantus, quauis fuerat præcedentium criminum dimissorum. Probatur: quoniam reatus præcedentium non redit per peccatum sequens, quasi ab illis peccatis remissis iterum nascatur, sed solum quatenus per ingratitude continebantur in subsequenti. Secundum id presens declaratur: quia vel reatus postremi est tatus ex obiecto peccati, & hoc non, quia ex illa parte est multo remissius: vel ratione ingratitude, vt patroni illius opinionis putabant, censabant enim ponderadam ingratitude, & perpendendam secundum grauitatem peccatorum dimissorum, propter argumentum, quod primo loco facit S. Tho. Quanta fuerat dimissa peccata, tantum fuit beneficium remissionis illorum, & quatum fuit beneficium, tanta est ingratitude: ergo tantus est reatus postremi peccati, quantum præcedentium remissorum, ac subinde tantus ingratitude reatus. Sed in contrarium doctè arguit D. Tho. quia licet beneficium remissionis tati aestimetur, quanta fuit grauitas peccatorum, nihilominus oportet ingratitude quantitatem absolute equalem esse Magnitudini beneficij. Contingit enim, vt contra idem beneficium vnus sit magis, alius vero minus ingratus: quoniam duorum, qui idem beneficium susceperunt, vnus potest, vel maiori despectu illud contempnere quod alter, vel acerbius & grauius crimen contra benefactorem committere. Quapropter ingra-

Prima conclusio.

Secunda con.

Expositio articuli.

Durandus.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

ingratitude magnitudo debet perpèdi ex magnitudine beneficij, non quidè absolute, sed cæteris paribus: vel secundum proportionem contemptus, vel offensæ in benefactorem commissa. Ex his ergo colligitur secunda conclusio. Non est necesse, vt tantus sit semper reatus in peccato, per quod dimissa redeunt, quantum fuerat omnium illorum, nec ratione sui obiecti, nec ratione ingratitude, sed proportionaliter habito respectu ad beneficium remissorum, & ad peccatum, per quod redeunt. Conclusiones istæ clarissimæ sunt, & in superioribus satis explicatæ. Ex quibus colligitur, quod si quis illorum criminum veniam consecutus, scilicet, vnus vel alterius furti, committit postea graue homicidium vel adulterium maior est ingratitude in illo, quod si e conuerso postquam adeptus est grauiorem indulgentiam paruum committeret furtum. Secundum ex his colligitur id, quod supra diximus: scilicet, quod non semper redit idem reatus poenæ nec sensus nec dani. Durandus enim. d. 22. & Paludanus distinguunt inter poenam sensus & poenam damni dicentes quod non semper redit idem reatus poenæ sensus, semper tamen redit idem reatus poenæ damni: quia arbitrantur eandem prorsus esse in vniuersis dånatis. Hoc tamen iam à nobis reprobatum est. Quare vbi non redit eadem poena sensus, nec redit, eadem poena dani. Quocirca de vtroque suo modo intelligitur illud Deute. 25. Pro mensura delicti erit, & plagarum modus. Secundum argumentum S. Tho. est. Peius peccat qui Deum offendit, qui offendit hominem, sed seruus qui à Domino manumissus eum offenderit iure in seruitutem pristinam iterato redigitur, vt habetur 12. q. 2. can. Episcopus qui mancipium, & in Auth. vt liberti de cætero. §. 1. collat. 6. ergo multo magis ille, qui à Deo libertate peccati donatus est in ipsum ingratus. Respondetur quod neque inter homines manumissus in pristinam reuocatur seruitutem propter quolibet ingratitude, sed propter magnam, vt quodammodo sine venia criminaliter accusat patronum, &c. Tertium arguitur. Dominus, vt legitur Matt. 18. seruum illum, à quo propter ingratitude remissa debita repetebantur, tortoribus tradidit quousque redderet vniuersum debitum: sed hoc non esset nisi ex ingratitude tantus consergeret reatus, quauis fuerat omnium remissorum: ergo exurgit tantus. Ad hoc iam nos supra respondimus; non esse necesse in omnibus exigere similitudinem, sed respon-

det præterea D. Tho. quod cui peccata redeunt propter ingratitude in hoc dütaxat sensu redit vniuersum debitum, quod numerus & grauitas remissorum in ratione adducitur ad aestimandam cæteris paribus grauitatem ingratitude.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum ingratitude ratione cuius peccata dimissa redeunt sit speciale peccatum.



Nequid inexplicatum S. Tho. relinquatur: quæritur tadem vtrum hæc ingratitude, de qua loquimur sit speciale peccatum, an vero non nisi conditio cuiuscumque peccati post poeniam remissi. Ad quod S. Tho. respondet vnica conclusione. Ingratitude peccatis quandoque est speciale peccatum, at non semper, sed est circumstantia & conditio generalis cuiuscumque peccati atque eius specialiter, qui committitur post poenitentiam. Declaratur probaturque conclusio. Actus humani siue boni siue mali ex intentione speciem suscipiunt: quare. §. Ethic. Philosophus, qui moechatur, inquit, vt furetur, potius est fur quam moechus, si igitur quispiam in contemptum Dei susceptus, eius beneficij aliquod peccatum committat: nempe, quia non ex alia ignorantia vel passione delinquit, nisi vt contempnat beneficium Dei, tunc illud peccatum trahitur in speciem ingratitude, atque adeo erit speciale peccatum ingratitude. Verbi gratia: vt si quis fornicetur ea sola causa vt Deum contempnat, duæ sunt illic peccatorum rationes formales, licet materialiter sit vnica actio: nempe, fornicationis, & ingratitude licet ille magis nomineur contemptor & ingratus quam fornicarius. Et hæc tenentur duo arg. S. Tho. Sicut enim gratiarum retributio est specialis virtus & pars iustitiæ, sic ingratitude est speciale vitium pertinet ad iniustitiam. Vnde Tullius Retho. 2. gratiam ponit specialem virtutem, atque adeo ingratitude illi contraria est speciale vitium. Dum vero quis non ex contemptu vel ingratitude, sed ex alia passione homicidium vel adulterium committit, à cuius perpetratione non retrahuntur ei vel honor Dei vel eius beneficia suscepta, tale peccatum non trahitur ad speciem ingratitude, sed est in specie homicidij vel adulterij cui annexa est ingratitude conditio. Vnde Aug. in lib. de natu. & gra. Non omne peccatum, inquit, est ex contemptu, se tamen in omni

Conclusio.

Aristo.

Arg. S. Tho.

Tullius.

DISTINCTIONIS decimæ sextæ, Quæstio secunda, de recuperatione virtutum post pœnitentiam.

S. Thom. 3. part. q. 89.

ARTICVLVS. I.

Vtrum per pœnitentiam virtutes restituantur.



Primus est ordo, vt post reditum peccatorum per ingratitudinis labem, de reditu gratiæ & virtutum per pœnitentiam dispute- tur. Primò in genere, vtrû per pœnitentiam virtutes restituantur. Cuius breuissima est responsio per vnam conclusionem. Per pœnitentiam omnes virtutes restituantur. Probatur ex illo Luca. 15. Vbi pater mandauit filium, qui bona sua dilapidauerat, stola prima indui, quæ secundum Ambrosium est amictus sapientiæ, quam simul insequuntur virtutes omnes, iuxta illud Sapi. 8. Sobrietatem & iustitiam docet, prudentiam & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Et ratione confirmatur. Per pœnitentiam, vt dictum est, peccata remittuntur: remissio autem peccatorum esse non potest, nisi per infusionem gratiæ: per pœnitentiam ergo homini gratia infunditur, ad gratiã autem cõsequuntur omnes virtutes & dona, sicut ex essentia animæ fluunt omnes potetia: sunt enim virtutes, potetia, quibus gratia operatur: fit ergo, vt per pœnitentiam omnes virtutes restituantur.

Conclusio hæc sic in genere asserta nemini dubia est: imò si pœnitentia accipiatur, vt est sacramentum, eodem gradu fidei tenendum est per ipsam infundi gratiã ac subinde virtutes, quo de sacramento baptismi affirmatur. Præterquã q̄ cum fides, & spēs informes in peccatore permaneãt, ei qui nõ apostatavit a fide, non infunduntur per pœnitentiam duo illi habitus, sed informatur gratia & charitate, quas tunc suscipit. In apostata verò dũ in gremium ecclesiæ redit, habitus etiam ipsi cum cæteris per pœnitentiam restituantur.

Expositio articuli. Cõclusio hæc sic in genere asserta nemini dubia est: imò si pœnitentia accipiatur, vt est sacramentum, eodem gradu fidei tenendum est per ipsam infundi gratiã ac subinde virtutes, quo de sacramento baptismi affirmatur. Præterquã q̄ cum fides, & spēs informes in peccatore permaneãt, ei qui nõ apostatavit a fide, non infunduntur per pœnitentiam duo illi habitus, sed informatur gratia & charitate, quas tunc suscipit. In apostata verò dũ in gremium ecclesiæ redit, habitus etiam ipsi cum cæteris per pœnitentiam restituantur. Quin

Ingratitudo quado neceffitudo consistenda.

peccato Deus cõtemnitur. Quasi dicat. Non quicumq; peccat, peccat vt Deũ contēnat, & illi inobediēs sit, sed nihilominus quia scit illud esse à Deo prohibitũ, quacũq; intētionē homo peccet, in quocunq; peccato est quædam generalis conditio inobediētiæ & contempus. Illud autem, quod omnia peccata consequitur, non est speciale peccatum.

Hoc solum in presentiarũ est animaduertē dum, q̄ quãdocunq; ingratitude est speciale peccatũ, tunc illa circũstantia est de necessitate cõfessionis. Vt si quis fornicetur, vt Deo quẽ despicit, inobediēs sit & eius legibus, nõ satis est, vt fornicationẽ confiteatur, nisi explicuerit hoc fecisse, vt Deo esset ingratus & inobediens: quia hoc esset singulare peccatũ mortale. At verò quãdo ingratitude non est specialiter intēta, sed est generalis conditio, dubiũ est, vtrũ sit de necessitate cõfessionis.

Scotus.

Scotus. n. d. 22. q. 1. art. 3. ait, q̄ recidiuus debet in cõfessionẽ explicare ingratitude suã peccati, cõfessio nõ vniuersa peccata dimissa tanq; circũstantias aggrauantes illa, quæ tunc cõfiteretur, nõ quidẽ in speciali cõfessio singula, sed neq; illa exprimēdo, at dicendo, De multis & magnis peccatis aliàs pœnitui, & credo q̄ Deus mihi remisit, & ideo nunc fui magis, ingratus. At verò quãtum ad id quod ait forte esse. vtile omnia præcedētia in speciali cõfiteri, in primis certũ est nõ esse necessariũ, imò forsã nec semper vtile illa toties in memoriã reuocare, quando sunt multa absurda & homo certus est legitimã omnium semel, aut bis fecisse confessionẽ. Cõfessio autem illa generalis, Peccavi in multis, &c. negari nõ potest quin sit salubris, ad maiorẽ humilitatẽ, quæ p̄ verecundiã augetur. Sed tñ neq; ad explicãdã ingratitude nõ est necessaria: nã talis ingratitude, vt modo dicebamus, non est speciale peccatũ, neq; verò semper est tãta, vt necessitate cõfessionis inducat. Fornicatus est quis, aut furatus semel aut bis, licet iterũ recidat, nõ est ingratitude tanta, vt sit de necessitate cõfessio: sed tanta esse potest, vt si quis sæpe & sepius in remissione obtinuit peccatorũ, liberatũq; fuit à multis periculis, in quæ eorum causa fuerat cõiectus, tunc profectò licet ingratitude non sit speciale peccatũ, est tamen circũstantia necessario cõfessio. Sed præter rationẽ ingritudinis, vt dist. 18. videbimus, crebro est necessariũ inolitam consuetudinem confiteri, vt cõmodiũs adhibeantur remedia & cautela in posterum.

Quinverò regula sit vniuersalis, q̄ siue per sacramentũ quocunq; siue per internã cõuersionem virtutis pœnitentiæ, vbicunq; infunditur gratia, infunduntur virtutes, quæ sunt restitui possibiles: nã virginitas simpliciter restitui nõ potest, sicut neq; innocētia vt ar. 3. patet. De virtutibus autem acquisitis nullus est hic sermo, illæ enim non generantur nisi ex similibus actibus.

Primum argumentum.

Est autem primũ argu. S. Tho. Nequeunt virtutes amitti, per pœnitentiã restitui, nisi ipsa sit earũ causa: pœnitentia autem est virtus: ergo non est causa omnium: nepe, sui ipsius, imò cũ pœnitentia, vt. d. 14. q. 2. ar. 5. dictũ est, virtutes theologicas: puta, fidem spem, & charitatem præsupponat, fit vt neq; illarum sit causa. Respondetur eodem modo per pœnitentiam restitui virtutes, per quẽ pœnitentia est causa gratiæ: pœnitentiã verò inquantũ est sacramentum est causa instrumentalis gratiæ, vt supra dictum est, sed tamen inquantum est virtus potius est gratiæ effectus: quoniã nulla est simpliciter virtus, nisi quæ ex gratia procedit, & ideo inquantum pœnitentia est virtus per ipsam non restituitur virtutes imò ipsa potius simul cum cæteris per sacramentũ pœnitentiæ infunditur & posterius natura, quàm theologica, vt dist. 14. quæst. 2. ar. 6. visum est. Secundo arguitur. Pœnitentia in quibusdam actibus pœnitentiæ consistit: sed virtutes gratuita, id est, infusæ nõ generantur ex actibus nostris, sed vt in libr. de libero arbitrio ait August. illas Deus in nobis sine nobis operatur: ergo per pœnitentiam non restituantur virtutes. Respondetur eadem distinctione, q̄ si pœnitentiam, vt est sacramentũ, contēplemur, actus pœnitentis nõ sunt nisi causa materialis illius, sed vis sacramenti pendet ex virtute clauium, quæ applicatur per formam, Ego te absoluo, & ideo virtus clauium, quæ est instrumentalis virtus Dei efficit, gratiã & virtutes. Sed tamen actus primus pœnitentis: nempe cõtritio, se habet vt vltima dispositio ad gratiam consequendã. Alij verò sequentes actus pœnitentiæ: scilicet confessio, & satisfactio, procedunt ex gratia & virtutibus. Sed arguitur cõtra. Cõtritio est actus simpliciter virtutis infusæ, vt supra diximus, ergo informatur gratia atq; adeo subsequitur illa: id autem quod posterius est, non potest esse dispositio ad id quod prius est. Caietanus respondet hic q̄ cõtritio potest considerari vt nuda & informis

Secundum argumentum.

atq; hac ratione est dispositio ad gratiam. Et potest intelligi vt formata, & tunc est posterior. Hoc autem alij vix intelligunt: arbitri or tñ intelligendũ esse quemadmodũ loco citato d. 14. q. 2. ar. 6. id interpretati sumus: videlicet q̄ cũ contritio & à libero arbitrio & à gratia procedat: si consideretur duntaxat, vt à libero arbitrio procedit, non est vera virtus meritoria, sed est vltima dispositio materialis ad gratiã, atq; adeo ad virtutes gratiã consequentes, sicut dispositio ad introductionẽ animæ rationalis est pariter dispositio ad introductionem potentiarum & passionum subsequentium. Si autem consideretur, quatenus procedit à gratia, tunc habet verã rationẽ contritiõis, & sequitur virtutes theologicas. Quare contritio, vt fit à libero arbitrio est dispositio ad se ipsam, vt fit à gratia. Confessio verò inde procedens manifestum est procedere ex gratia & potissimũ satisfactio, quæ sequitur formam absolutionis. De illo autem, qui attritus confitetur, nulla hinc habetur ratio. Tertio arguitur. Studiosus, qui habitũ pollēt virtutis, absque difficultate lætus operatur: vnde Philosophus. i. Ethico. Non est, inquit, iustus, qui virtutis opere nõ gaudet: sunt autem pœnitentes, qui virtutum officia non cum delectatione, imò cũ grauedine & segnitie exercent: ergo per pœnitentiã non restituitur virtutes. Negatur consequentia. Sed causa difficultatis est, quod cum per pœnitentiam, vt supra dictum est, non prorsus omnes abstergantur peccatorum reliquie: nempe, vitiosi habitus acquisiti & languores quauis restituta virtutes infusæ per se inclinent, & instigent ad bonum, homo patitur difficultatẽ quousq; illi habitus per cõtrarios actus pellatur: sicuti si est s̄nolētia vel alio corporis morbo difficultatẽ feceret in operãdo.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum post pœnitentiam resurgat hō in equali virtute.



Quoniã virtutes restitui perfecte possunt & imperfecte, quæritur, vtrũ homo temper resurgat in equali virtute. Ad quod Diuus Thom. duabus conclusionibus respondet. Prior. Secundum quod motus liberi arbitrii in pœnitentia est intensior, vel remissior, secundum hoc pœnitens consequitur maiorẽ vel minorẽ gratiã. Probatur. Motus liberi arbitrii, vt superioris

Prior conclusio.

dicebamus, est in iustificatione impij vltima dispositio ad gratiam quemadmodum proximè explicabamus, qua ratione procedit à libero arbitrio: ob idque eodem momento cum eodem motu fit gratiæ infusio, vt. r. 2. q. 113. art. 7. monstratum est: motus autè ille includit actum pœnitentiæ: formæ verò, quæ recipere possunt magis aut minus (vt substantiales excludas) intenduntur & remittuntur secundùm diuersam dispositionem subiecti: intensior enim calor in lignum siccum inducitur q̄ in viride: ergo secundùm proportionem contritionis fiet restitutio virtutū. **P**osterior conclusio est prioris corollaria, Pœnitens quandoq; confurgit in maiori gratia q̄ prius habuerat, quandoq; in æquali, quandoq; in minori. Probat. Nam contingit quandoq; resurgens contritionem proportionari maiori gratiæ q̄ habuerat, quandoq; verò æquali, & quandoq; minori, atq; idem est de infusis virtutibus iudicium.

Posterior conclusio.

Expositio articuli.

Quæstionē hanc varietas opinionum celebrem fecit. Et quia multum refert eius veritatem liquidò eruere, operæpretiū est in eius explicatione nō nihil immorari. Et primò vt mētem S. Thomæ in ordine articulorum huius quæstionis percipias, distinguendum est inter virtutes & virtutū opera. Virtutes namq; sicuti & gratia, per peccatū omnino tolluntur, nisi q̄ fides & spes manent informes. Et ideo in tribus prioribus articulis agitur de re ditū gratiæ & virtutum. Opera verò virtutum, quæ sunt ex gratia, non propriè tolluntur, sed mortificātur, & vt sic dicamus, suspēduntur. Quare de eorū mortificatione & viuificatione agit in tribus subsequētibus. Quæstio ergo præsens in quāta, scilicet, gratia homo resurgat, respectū etiam habere debet ad opera meritoria, quæ homo ante peccatū fecerat, per quæ gratia eius aucta fuerat. Et quāuis de ista quæstione tot ferè fuerint sensus quot capita, quatuor tñ sunt opiniones, quæ in scholis versantur. **P**rima quidē fuit Henrici Gandēsis quodlib. 5. q. 23. quī ait oēs resurgentes, in gratia æquali resurgere. Itaq; si illos inter se conferas siue ab æquali gratia omnes ceciderint, siue ab inæqualibus gradibus, siue per æquales cōtritiones resurgāt, siue per gradus inæquales, omnes in æquali gradu resurgunt. Facit ergo homines resurgētes pueris similes dū baptizātur, quos gratiam æquali gradu suscipere supra monstrauimus. Hinc sequitur secundùm istum autōrē

Quatuor opinionones.

Prima opinio Henrici De Gandauo

nonnūquam resurgētem in gratia æquali resurgere illi, à qua ceciderat, & quādoq; in maiori, & quādoq; in minori. Sed diuersa ratione ab hac S. Thomæ. Nō scilicet, quia gratia respōdeat motui resurgētis, sed quia Deus omnibus æqualē confert gratiā. Hæc tñ opinio merito ab omnibus tanquā incredibilis refutatur. Primū. n. sequeretur, q̄ nil referret pœnitētem feruētissimo contritionis motu resurgere, aut tepidissimo: quod mens sana concedere abhorret. Deinde sequeretur, q̄ in quodcunq; mortale delictū homo collabatur nulla prorsus in perpetuū haberetur amplius ratio apud Deū retro actæ vitæ quantūcūq; sanctissimæ. Quod magis etiam absōnū apparet. Demus hominem ceu Ioannē Baptistā longo tēporis curriculo vixisse sanctissimè, qui fortè vnū mortale delictum solo mētis consensu cōmisit, & extēplō ardētissimo doloris affectu eū sui delicti pœnitet. Demus verò alium flagitiosissimū, qui eodē tempore scelestissimè vixit, & tepidissimo cōtritionis motu cōuertitur, isti secundū hanc opinionem in æquali gratia resurgūt. Quod adeò est cōcessu absurdū, vt nulla in opinione maneat pbabilitas. **S**ed videamus eius rationē. Arguit enim sic. Gratia, vt ait Paul. & cōtra Pelagium decretū est, non fit ex nostris operibus, sed à solo Deo: ergo in nobis nullus est motus, qui sit eius causa, sed tātum à nobis exigitur ei non resistere: hæc aut non resistentia, non est nisi negatio: nempè, non inhære peccato: negatio aut nō recipit magis aut minus, & ideo sic in omnibus est æqualis: Deus autē non est personarum acceptor: ergo omnibus in gradu æquali gratiam confert. Et cōfirmatur, quia si aliquid opus nostrum requiretur, ex illo pēderet gratia Dei, contra illud ad Rom. 9. Non est volētis neq; currentis, sed Dei miserētis. **S**ed profectò ratio peior est quā opinio: nam dicere quod nullus actus conuersionis in nobis requiratur, est negare motum liberi arbitrij in peccatū esse necessarium, atq; adeò actū virtutis pœnitentiæ: & cōuersionis in Deū, contra illud Iohel. 2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro. & Zachariæ. 1. Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. & Lucæ. 13. nisi pœnitentiā habueritis, oēs simul peribitis, quibus quā plurima similia superius relata sunt. Item si non resistere Deo nihil aliud esset, quā pura negatio, naturaliter se homo posset ad gratiam disponere, quod est Pelagiano

Reprobat opinio Henrici Gandēsis.

Ratio Henrici.

Rationis refutatio.

Rationis satisfactio.

Dilutio argumenti Henrici Gandēsis.

Secunda opinio Scoti.

Probatio Scoti.

Probatio. 2.

Fundamentum Scoti.

Opinio Scoti refutatur.

Pelagianò errori germanius. Respōdetur ergo, q̄ non resistere Spiritui sancto nō est mera negatio, sed cōsentire eius motioni, iuxta verbū Christi Ioh. 6. Qui audit & discit, venit ad me, & ille motus est dispositio ad gratiā. Vnde ad eius argumētum per illā distinctionem gratiæ respōdetur, quam D. Tho. r. 2. q. 112. art. 2. declarat. Accipitur enim vno modo pro gratia gratum faciente, atque altero pro auxilio speciali, qui est motus Dei. Et quidē ad auxilium, speciale nulla in nobis dispositio prærequiritur: illud enim est tractio Dei, qua Deus nos præuenit mouendo liberū nostrum arbitrium. Ille autem motus, vt supra dicebamus, per quem Deo consentimus, est vltima dispositio ad gratiā gratum facientē. At verò qa vt est à libero arbitrio nō est meritoria, fit vt gratia nō sit ex nostris operibus: nam fieri ex operibus, est fieri ex nostris meritis: & quia idem motus noster præuenitur ab auxilio Dei, nullatenus gratia pēdere censetur à nostris operibus. Restat ergo opinio salua, q̄ secundū nostram dispositionem homo resurgit in gratia & virtutibus. **S**ed hoc admissò est secunda opinio Scoti dist. 22. q. vnicā. art. 2. vbi ait q̄ omnis resurgens à peccato resurgit ad maiore gloriā, q̄ fuerat illa, ad quā antequā deliquerat erat ordinatus. Nō tñ oportet, vt semper resurgat ad tantā gratiam, quantā fuerat illa à qua ceciderat. Quod enim ad maiore gloriā resurgat, probat, nam gloriā respondet meritis, omnis autem resurgēs plura habet merita quā ante casum: nā habet illa omnia, à quibus ceciderat, quæ reuiuiscūt, & præterea actum contritionis dum resurgit. Quod aut nō oporteat resurgere ad tantam gratiam, probatur: quia gratia, inquit, non datur nisi secundū dispositionem in detestādo peccatum commissum intensè vel remisè: quare existimat nō resurgere nisi in tāta gratia adæquatè, quātus fuit actus detestatiōis. Et fundamentum ipsius est q̄ gratia & charitas, vt cōset sunt idē: habitus aut charitatis, crescit scđm quantitātē actus. Sed profectò q̄ quis resurgat ad maiore gloriā q̄ gratiam, res est prorsus inopinabilis: nam gratia, quidquid quis fingat, esse nō potest aliud q̄ acceptatio ad gloriā: quare resurgere ad gloriā vt decem, nihil aliud est q̄ esse acceptum ad gloriā vt decem, atq; adeò habere gratiā & amicitiam vt decem. Et cōfirmatur. Si homo esset gratus Deo nō per qualitātē, quæ in eo existeret, sed quia di-

ligitur ab eo, sicut ego sū gratus amico, profectò fingi nō posset, vt sim acceptus ad gloriā vt decem, quin fuerim gratus vt decem & dilectus vt decem. Itaq; tria hæc diligere, gratum esse & acceptū ad gloriā sunt semper paria: ergo licet gratia sit qualitas, qua homo dicitur gratus & dilectus & acceptus, æqualis erit & gloriæ & meritis. Alia autē ratio est de habitu charitatis, qua homo diligit Deū, nam cū sit habitus potētia, non augetur per actus remissiores illo, vt alio loco superius diximus. Secūdo arguitur. **S**i homo resurgit ad tantam gloriā, quāta respondebat meritis à quibus cecidit, & præterea ad illā, quæ contritioni adæquatur, cū illa essent accepta ad illam gloriā per aliquam gratiam, fit vt resurgat ad eundem gradū gratiæ, præter illū, qui respondet contritioni. Profectò nescio quid verè ad argumētum respōderi possit. Fingit autem Scotus q̄ cū quis cecidit à gratia & meritis, alius gradus gloriæ respondebat meritis & alius gratiæ: & ideo resurgit homo ad illam gloriā respondētē meritis, quia omnia reuiuiscunt, sed nō reuiuiscit prior gratia, si erat minor q̄ merita: quia illam iam homo receperat à Deo, nā erat opus Dei: quare si perdidit, nō est dign⁹, vt amplius recipiat. Merita verò, quia non fuerunt præmiata, reuiuiscunt. Sed re vera & hoc etiam est inopinabilius, quomodo scilicet, alia gloria respondeat meritis, & alia gratiæ, cū non sit nisi acceptatio meritorum ad gloriā. Cū enim homo facit opus meritorium vt vnum necesse est vt gratia respondeat illi vt vnū: si autem alia gloria respōdet gratiæ, & alia merito, per illud meritum vt vnū obtineret homo meritum vt duo: cū ergo hoc sit manifestè falsum, fit vt eadē gloria meritis & gratiæ respondeat. **Q**uod si loquamur de gratia collata paruulis propter merita Christi, etiam illa est acceptatio ad gloriā. Quare nulla est ratio, cur homo resurgat ad gloriā respōdentem proprijs meritis, & non ad illā, quæ respondet illi gratiæ. Postremò arguitur etiam ad hominē. Si homo resurgit semper ad gloriā respondētē omnibus meritis: ergo resurgit ad eandem charitatem, quā habebat: & cū secundū Scotū gratia & charitas sint idem, resurgit ad gratiam præcedētē, atq; adeò non ad illam solam, quæ contritioni resurgētis respondet. **T**ertia est opinio Okā in. 4. q. 8. quem Gabriel distin. 14. q. 3. art. 3. & Almain & Maioris

Secundum argumentum.

Scoti committuntur.

Ultimum.

Tertia opinio nominalium.

ris. dist. 22. atq; alij nominales sequuntur: vide licet, quod homo semper refurgit ad maiorem gratiam & gloriam: nempe, ad illam, quae contritioni respondet, & ad omnem illam, a qua homo cecidit. At verò ex hac opinione multa incredibilia subsequuntur. In primis enim consequitur quod si quis innocentissimus vt Ioannes Baptista (mittamus enim sacratissimam virginem) qui magnis meritis copiosissimum gratiae cumulū adeptus in multa colaberetur flagitia & scelera, & postmodum minimo legitimae contritionis motu ad mentem rediret, consequeretur inquam, quod iste per minimum illum contritionis motum ex Dei auxilio procedentem eodem momento copiosissimam illam gratiam & gloriam meritis respondentem recuperaret, quod profectò nescio quis concedat. Nam vt cunq; Deus sit ad miserendum promptissimus: tamen, quod ad tantum amicitiae gradum hominem flagitiosissimum, eundemq; ad se tepidissimè conuersum vno momento reciperet, non videtur eadem sapientia & iustitia permittere. Inter homines enim, ex quibus ad Deum argumētū sumere licet, qui regi fuerat arctissima amicitia coniunctus, si illi sit deinceps multis modis iniurius, nō qualicunq; amicitiae reconciliatio ita facile ad tantum gradum apud regem admittetur. Ait Hier. quem ar. 3. citat S. Tho. Quicunq; dignitatem diuini gradus nō custodiunt, contenti fiant animā saluare: reuerti enim in pristinum gradum difficile est & tamē isti totam gratiam recuperare facillimum faciunt. Sed secundò arguitur ex ratione S. Tho. Contritio resurgens non solum est vltima dispositio ad gratiam, quae tunc confertur, verū & ad illam per quam opera mortificata viuificatur: ergo sicut gratia noua datur secundū quantitatem illius dispositionis ita & antiqua debet secundū eius proportionē restitui. Tertio arguitur experientia qua constat, viros, qui integerrimam vitam longo tempore degerunt, si postea vitij illā contaminent, segniores se sentire dū resurgunt ad virtutū officia, quod non potest totum prauis habitibus acquisitis attribui: nam certe si ad maiorem gratiam semper resurgeret, maiori quoq; charitate imbuerentur, quae cum vt ait Greg. ociosa non sit, sed magna operatur vbi est, difficultatē illorū habituum superaret. Quapropter viri prudentes, qui ab optima vita ceciderunt, eamq; corruptis moribus, deturparūt, vix putant ad pristinum re-

dire gradum, quē ideo congeminitatis poenitentiae fructibus recuperare cōtendunt, tantū abest, vt minimo contritionis actu illū arbitrentur lucrificasse. Sunt nihilominus contrariae opinionis argumenta nōnulla, vt illud Ezechie. 18. Si impius egerit poenitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et rursus cap. 33. Impietas eius non nocebit ei, si egerit poenitentiam. Et Iohel. 2. postq; dixit, Cōuertimini ad me, &c. subdit. Et reddā vobis annos, quos comedit locusta & Bruchus. Et Ambro. quem refert D. Tho. arg. 2. ait quod poenitentia est res optima, quae omnes defectus reuocat ad perfectū. Cui cōsonat illud Luc. 15. dum pater praecepit filio restitui stolam primam. Ex quibus apparet omnē gratiam in integrum restitui, alias peccatorū poenitentis Deus in perpetuū recordatur, cū propter ipsa nō tāta gratia mortificata opa viuificaret atq; adeo semp ei noceret, & aliquo pacto puniretur in patria, quando quidē propter ipsū perpetuū priuaretur hō aliquo gradu gloriae, qui respondebat mortificatis meritis. Verū tamen vt ad hęc perspicatius respondeamus, explicare oportet opinionem quartam S. Th. Est enim, quod gratia & virtutes praeteritae restituantur secundū quantitatem, & proportionem contritionis, qua homo refurgit. Et haec est opinio doctorū antiquissima, vt Alexan. 4. p. q. 57. mēbr. 5. & Alber. d. 14. & Bona. in. 2. pa. eiusdem distinctio. ar. 2. q. 1. & Duran. in. 3. Sent. d. 31. q. 2. Potest tñ opinio duos habere sensus: vnus, quod gratia pristina recuperetur, ad aequalitatem contritionis resurgens, itaq; si contritio est vt vnū, gratia sit simpliciter, vt vnū, & si vt quatuor gratia erit simpliciter, vt quatuor. Et hic est sensus quē Thomistae sustentare cōsueuerūt, & quē Capreo. d. 14. q. 2. insinuare videtur, licet nō se clarè explicet. Et sunt qui arbitrentur esse sententiā S. Th. inferius ar. 5. quē locū tunc explicabimus, monstrantes nunquam id Sanct. Thom. somniasse. Quicunq; igitur fuerit sensus huius autor, tum falsissimus est, tum menti S. Tho. aduersissimus. Primum ex isto sensu sequitur illud absurdum quod cōtra Henricum inferebamus, quod si vir quinquaginta annos sanctissimam vitam agens: forte vno leui mortali in fine vitae deliquit & alius, qui totam vitam flagitijs contaminauit, eadem contritione resurgerent, ad equelem gratiam & gloriā reuocarentur atq; adeo illius sanctissimae vitae nulla habe-

retur

retur ratio, quod profectò sapientis animus concedere abhorret, quod tamen isti concedunt. Secundò arguitur. Secundum istos sequeretur, bona opera per peccatum mortificata non viuificari per poenitentiam, cuius cōtrarium affirmat & docet S. Tho. art. 5. Et testimonia modò citata firmissimè assueverant: nam viuificari opera nihil aliud est quā iterum ad gloriā acceptari per gratiam: cum ergo isti cōcedant per resurgens contritionem nō ei dari, nisi nouā gratiā, quae illi contritioni respondet, quae quidem quauis nulla bona opera resurrectione praecessissent, daretur, sit vt illa nullatenus resurgant. Sed vide lepidam quorundam solutionem. Aiunt, inquit, quod illa gratia & gloria respondens contritioni, quae daretur si nulla opera praecessissent bona, datur propter contritionem & simul propter illa opera. Itaq; per ipsam omnia illa opera acceptantur. At verò si nil plus mihi gloriae accrescit propter illa mortificata quae si nulla fuissent, quod mihi prodest illa viuificari. Sed aiunt augeri accidentale gaudiū: quia gaudebit homo illa fecisse. Attamen profectò cū hominis vita nō sit, nisi illa eterna, consequitur vt nisi illis meritis respondeat essenziale premiū vitae aeternae, nō proprie reuiuiscant. Imò sequeretur secundum istos, quod quāta cunq; merita poenitens accumularet, nunq; mortificata reuiuiscerent: quoniam nunq; homo assequetur nisi tantā gratiam: quanta fuerint merita. Verissimus ergo sensus opinionis S. Tho. qui inter extrema praedictarum opinionum medius est, in his propositionibus consistit. Prima. Ratione contritionis resurgens non solum confertur diuinitus gratia illi aequalis, verū & nouus gradus ratione meritum mortificatorum, quae tunc viuificantur. Probat, quia non solum est dispositio ad nouam gratiam, sed ad viuificationē aliorū. Quod si quæras quāto gradus dabitur propter praecedentia: possit quis forsitan respondere quod tantus, quantus datur nouus ratione contritionis. Itaq; si contritio est vt vnū, datur vnus gradus nouus ratione ipsius, atq; alter propter merita praecedentia. Sed huic responsioni nō acquiescit animus: quoniam non solum habenda est ratio quantitatis, verū & multitudinis magnitudinisq; meritum, quae fuerunt mortificata. Nā resurgenti per contritionem, vt vnū, liquida ratio exposcit, vt plus gratiae restitatur si a gratia, vt decem ceciderat, quā si a quinque duntaxat cecidisset.

Qua enim ratione considerantur merita, debet multitudo & magnitudo considerari. Hanc igitur ob rem statuerim secundā propositionem. Ille qui summo conatu, quē per auxiliū Dei habere potest refurgit, praeter gradū gratiae respondentē contritioni recuperat omnem gratiā, a qua ceciderat, siue magna fuerat siue parua. Propositio probatur, quoniam si contritio est dispositio ad viuificationem operū, sit vt optima quae esse potest in integrū illa restituat: nam sicut posita dispositione ponitur effectus, posita summa ponitur summus effectus. Atq; hanc eandē propositionē videtur S. Tho. in solutione secundae argumēti docere. Ait. n. Ambrosius, quod poenitentia res optima est, quae omnes defectus reuocat ad perfectum. Vnde arguit S. Tho. quod resurgens semper resurgat in gratia aequali. Et respondet, quod poenitentia quantum est de se habet virtutem reparandi defectus ad perfectum, & etiam promouendi ad vltiorem statū. Infero ego. Igitur si perfecta est, totam reficit ruinā. Ad idēq; facit glossa sup Leuit. 7. Aequè placet Deo virtus iustorū & poenitentia peccatorū, quae restituit in gradū pristinum Dauid & Petrum: summa. s. poenitentia cōuersos. Et Chrysostr. quod refertur de poenitentia dist. 3. can. Talis, Deus, inquit, suscipit poenitentem & libenter amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorem reuocet statum. Propterea enim dixit Hieronymus hoc esse difficile, quia raro contingit summam hanc habere contritionem. Ex hac secundā propositione subsequitur tertia. Si contritio deficit ab illa summa, in ea proportione, qua ab illa distat, restituitur antiqua gratia, vt si contritio est medietas summae, restituetur medietas gratiae, a qua hō cecidit: & si fuerit quarta pars, restituetur ei quarta pars gratiae pristinae: quoniam si per summā poenitentiam tota ruina reparatur, apparet, vt. 6. et. 7. Physi. docet Philolophus, quod illa sit proportio seruanda inter minores causas & effectus. Colligamus ergo, quod resurgens semper ad aliquē gradum cumulatiore gratiae refurgit, quā sit quātitas contritionis: qui quidē mortificatis operibus respondeat, aut praecedenti gratiae baptismali si forsitan post illam antequā boni aliquid faceret meritum apud Deū peccaret: nō tñ semper ad tantū refurgit gratiae cumulū, a quāto ceciderat. Opinione hanc praeter rationes dictas ob id sum arbitratus veram esse, quod neque in nimium rigore iustitiae vergit dicendum non resurgere

resurgere

i. Illatio.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Argumenta in contrariū.

Quinta opinio S. Thome.

Duo sensus opinionis.

Secundū argumentum.

Solutio vana.

Legitima resolutio.

Prima propositio.

Quaestio.

Secunda propositio.

Secundū argumentum.

Chrysostr.

Hierony.

Tertia propositio.

resurgere homo, nisi ad gratiā æqualem contritioni resurgens: neque in nimiam misericordiam dicentium, quòd semper homo ad maiorem gratiam resurgit, sed media ratiõe vtrumq; extremum temperat.

Solutio argu. quarta opinionis.

Ugitur ad obiectiones, qua parte aduersus nos militare videntur, respondetur primùm autoritatē Ezechielis. 18. solū concludere, q̄ per pœnitentiam Deus sit immemor prætorum criminum ad puniendum illa, non tamen, quòd mortificata officia iustitiæ in integrum restituantur. Imò cum subdit, in iustitia, quam operatus est, viuet, insinuat quòd secundum quãtitatem iustitiæ quæ est in contritione recuperabit gratiam. Quòd si arguas, peccata illa remissa quodãmodo puniri postquam ratione illorum non restituitur tota iustitia. Non esset id concedere, absurdū: quia peccata remissa puniuntur pœna temporali in purgatorio, imò & perpetuò in inferno, si homo extra gratiã decedat. At verò non est ita cõsentaneum in cælo concedere pœnitentiã. Et ideo negatur, q̄ illud sit punire peccata, sed non præmiare virtutes nisi quãtum homo per Dei auxiliũ meruit: aliàs concederetur, quòd qui in hoc seculo non fecit plura bona quàm fecit, puniretur in cælo, quia nõ recipit maiora præmia. Quod autem subdit, impietas impij, scilicet, pœnitentiã nõ nocebit ei, solū intelligitur ad dãnationem: nã in alijs nocet, siquidem post pœnitentiã restant vitiosi habitus acquisiti, & reatus pœnæ temporalis, atq; adeò sunt quandoq; causa, vt tota gratia non semper in integrum restituitur. Quod ex eisdẽ locis colligitur: nam sicut de iusto dicitur, quòd in quacunq; hora peccauerit, iustitia eius tradetur obliuioni: ita de pœnitente q̄ impietas eius non nocebit: ergo sicut per peccatum non redeunt omnia peccata remissa secundum totam eorũ nequitiam: ita nec per pœnitentiam, nisi quãdo fuerit perfecta, redibunt in integrum opera mortificata. Illud autem euangelicum, q̄ pater restituit filio primam stolam, non docet eandem restituisse: prima enim non significat illic, nisi principale, qualis est gratia gratum faciens sub quocunq; gradu existat.

Argum. a liud.

Quòd si quis arguat. Ergo non semper per pœnitentiam omnia opera mortificata reuiuiscunt: putã, quãdo non restituitur tota gratia: quoniam cuiusq; respõdet suus gradus gratiæ. Quare illa tantum videntur reuiuiscere, quorum restituitur gratia, qua reuiuiscit.

Respondetur, non esse sic intelligendum gratiã respõdere meritis, vt tot sint gratiæ quot merita, sed est homo gratus pro toto illo statu meritorum. Quare semper omnia reuiuiscunt. At si homo resurgit ad medietatē gratiæ, singula erũt accepta ad subduplo minorem gloriam quàm antea, & eadem proportiõe si resurgat ad minores gradus. Sed cõtra. Bona opera mortificata per pœnitentiã reuiuiscere, vt art. 5. videbimus, non est aliud quàm per ipsam tolli peccatũ, quod erat obstaculum ne efficacia essent in peccatore ac Deo accepta ad vitam æternam: sublato autem funditus impedimẽto redit plenarius effectus: ergo ad æqualem gratiam priori reuiuiscunt. Respõdetur ad maiorem, q̄ licet per pœnitentiam simpliciter tollatur peccatum, tamen quia contritio est actus procedens à libero arbitrio, sicut nõ cõsequitur homo nouam gratiam nisi secundũ eius quantitatem: ita neq; antiquam, nisi secundum eius proportionem. Suboriuntur autem ex ijs nonnulla dubia. Primum, vtrum nõ solū per illam primam contritionem resurgens, verum & per alios deinceps congeminos dolores reuiuiscant opera mortificata & augeatur gratia deperdita. Apparet enim pars negatiua vera, quia subsequẽtes actus nõ censentur resurrectiões cum iam sint viuentis opera. Respõdetur nihilominus per oēs succedẽtes dolores restitui gratiã, vt si homo à gratia vt de cõ cecidit & per primã contritionẽ non recuperauit nisi gradus quatuor, per subsequẽtes dolores & gemitus potest totam gratiam recuperare. Quin verò nõ solū per illos actus pœnitentiæ, sed per quoscunq; actus charitatis, vt per eleemosynas & alia opera. Nã cum illi gemitus, & officia ex charitate germinẽtur, atq; adeò meritorij sint apud Deũ, non est cur, vt sunt merita nouæ gratiæ, sint etiam recuperadã deperditã. Alioqui fieret consequens, vt qui per primam cõtritionem nõ resarsert totã, nequibit postea iacturam reficere: quod est absurdū. Et q̄ alia etiã opera ad id valeãt, pbatur, nã inter homines pluris amicus facit alia officia illius, qui eius amicitiam laeserat; quàm identidem veniam petere. Et a fortiori Deus post legitimũ dolo rem peccatorũ, pluris æstimat charitatis officia in proximos, q̄ si pœnitens semper in gemitu pmaneret. Vnde Christus Luca. ii. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Secundum dubium est, vtrum per

Dilutio.

Primum dubium.

Argumentũ.

Tertium dubium.

Primum argumentum. partiu negatiua.

Secundum argumentum.

Secundum dubium.

baptif-

baptismũ tota deperdita gratia restituitur. Fac catechumenum, qui magnam habet copiã gratiæ, peccare mortaliter, vtrum postea dum baptizatur præter gratiã baptismalem in totam illã restituitur. Si enim pœnitentia sua esset summa, restitueretur quidem, vt dictum est, sed si tepida contritione baptizaretur, est dubium. Ad quod respõdetur, q̄ postquam habet hanc excellentiam supra pœnitentiam, q̄ totam remittit culpam & pœnam, nihil mirum si & totam gratiam deperditam reficiat. At tamẽ ab altera parte existit argumentum, quod sacramentum pœnitentiæ per se maiore gradũ gratiæ tribuit, q̄ baptismus, si ergo p ipsum nõ semper redit tota gratia amissa, apparentia est, quòd nec baptismus hoc habeat. Martyrium autem citra vllam ambiguitatem crediderim totam gratiam, in qua martyr vnquam fuerat, renouare: nã illud re vera est intensissimum dilectionis opus, iuxta verbum Christi, Maiore charitatem nemo habet quàm, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Tertium dubiũ est de attritione, vtrum per illam quoque in gratiam, à qua homo ceciderat, reducat: nempe, dum quis attritus putans se esse contritum sacramentũ pœnitentiæ suscipit. Arguitur enim à parte negatiua. Gratia, à qua homo decidit restituitur secundum dispositionem resurgens: attritio autẽ non est per se dispositio ad gratiam: ergo neq; ad restitutionem deperditæ. Secundo arguitur. Sequeretur, dato opposito quòd si attritio illa esset summe intensa, per illam quoque restitueretur tota gratia. Nam si per quencunq; cõtritionis gradum, aliquis gradus gratiæ restituitur, per summum restituetur tota. Cõsequens autẽ falsitas probatur. Per remissam contritionẽ nõ restituitur tota gratia: illa autem est præstantior, quàm summa attritio: ergo nec per summam attritionem restituitur tota. Imò probatur, quòd per illam nullus gradus restituitur: nam si dederis restitui, verbi gratia, medietatem, tunc arguitur. Per quartã partẽ contritionis nõ restituitur, nisi quarta pars gratiæ: & illa est melior quàm summa attritio: ergo per illam nõ restituitur medietas. Quòd si dederis restitui quartam partẽ, tunc redit sic argumentum. Per octauam partem contritionis non restituitur, nisi octaua pars gratiæ: & illa est melior quàm summa contritio: ergo &c. Accedit demum, quòd attrito,

dum sacramentum recipit, nulla gratia ratione attritionis confertur: q̄ illa non facit nisi tollere obicem, sed solus gradus sacramentalis. Profectò non profus esset rationi absonum negare per solam attritionẽ cum sacramento quicquam reficiri amissæ gratiæ. In contrarium autem est vrgens argumentum, quòd tunc sequeretur non, quotiescunq; homo reconciliatur in gratiam Dei mortificata opera bona reuiuiscere, quod est absurdū. Nam vt bona opera mortificari non est, nisi personam per peccatum impediri, ne sit acceptus ad gloriam: ita eadem viuificari, non est nisi tolli peccatum, quod fit per gratiam sacramentalem. Et ideo dicendum q̄ licet attritione per se quicunq; gradus contritionis sit melior, tamen per gratiam sacramentalem informata perinde valet ad restitutionẽ gratiæ præteritæ, atq; contritio. Et tunc est concedendum, quòd per summam attritionem tota gratia restituitur.

Primum argumentum.

Primum argumentum S. Thomæ procedit contra id, quòd homo aliquãdo resurgat in minori gratia ab illa, à qua ceciderat. Diligentibus enim Deum, vt ait Apostolus ad Roma. 8. omnia cooperantur in bonum: quod ait August. adeò verum esse, vt si qui eorum exorbitent, hoc est prolabantur, hoc ipsum Deo faciat eis in bonũ proficere: sed hoc neutiq; esset verum, nisi homo semper in maiorem, vel æqualem gratiã resurgeret: ergo nõquam resurgit in minori. Respõdetur autem quòd non semper diligentibus Deum cooperatur in bonum hoc ipsum q̄ ab eius amore cadũt, vt patet in ijs, qui nunquam resurgũt, vel licet resurgant, in fine tandẽ peccatis obnoxij sunt vita defuncti, sed illis tantum, qui secundum propositum vocati sunt sancti, id est, prædestinatis, qui licet cadant & recidãt, in fine tamen resurgunt. Cedit ergo eis in bonum cadere, non quia semper ad æqualem, vel maiorem gratiam resurgant, sed quia cautiore resurgunt, vt sint in gratia perseuerantiores. Neq; id quidẽ prouenit ex parte gratiæ minoris ad quam resurgũt: quia quò maior est gratia, per se est permanentior, sed ex parte hominis, qui tanto firmitus in gratia perdurat, quanto per peccatum humilior fit & cautior. Scotus & qui cum eo sentiunt, quecunq; resurgentium ad maiorem gloriam regredi, aliter informant argumentum: videlicet, quòd homo de suo peccato reportaret commodum. Nulla tamen est in argumento

Scotus.

ARTICVLVS. III.

Vtrum per poenitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem.



VI A personae dignitas non nil a gratia & virtutibus distat, quaeritur, vtrum per poenitentiam restituatur semper homo in pristinam dignitatem. Et super

positis duabus distinctionibus respondetur per tres conclusiones. Homo enim per peccatum duplicem amittit dignitatem: vnam scilicet apud Deum, atque alteram apud ecclesiam. Atque apud Deum etiam duplicem: vnam scilicet praecipuam, qua inter eius filios per gratiam computabatur. De qua respondet prima conclusio. Dignitatem hanc, vti homo connumeretur inter filios Dei, semper per poenitentiam acquirit. Id quod Lucae 15. significatur in filio prodigo, cui pater reuertenti restituit iussit stolam primam & annulum & calceamenta, quae erant filiorum ornatus & insignia, quibus a seruis dignoscebantur. Alteram vero dignitatem amittit secundariam: scilicet, innocentiam, de qua, vti ibidem legitur, gloriabatur filius senior dicens. Ecce tot annis seruo tibi & nunquam mandatum tuum praeteriui. De qua subditur secunda conclusio. Dignitatem innocentiae neque per poenitentiam quis potest, neque vero per Dei absolutam potentiam recuperare: recuperat tamen quandoque aliquod maius. Prior pars liquida est: quia ad praeteritum nulla est potentia recuperare autem innocentiam, esset, fieri vti qui peccauit, nunquam peccauerit. Posterior vero pars probatur: quia vti Gregorius homil. de centum ouibus autor est. Qui errasse a Deo se considerant, damna praecedentia lucris sequentibus recompensant: & ideo gaudium de eis in caelo sumitur maius: quia dux in praelio plus eum militem diligit qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quam illum, qui nunquam terga dedit, & nunquam aliquid fortiter fecit. Alia vero dignitatem homo perdit ecclesiasticam per peccatum: quia indignum se ad ea exercenda reddidit, quae ecclesiasticae dignitati competunt. De hac ergo subiungitur tertia conclusio. Peccator dignitatem ecclesiasticam recuperare prohibetur in quatuor casibus. Primus vero non est, quia per poenitentiam non recuperetur sed quia peccator impoenitens est, vnde 50. dist. can. Dno. ad Milsianum episcopum ait Isidorus

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Simile.

Tertia conclusio.

Isidorus. Illos ad pristinos gradus redire canones praecipunt, quos poenitentiae praecessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio: at contra ij, qui a vitio corruptionis non emendantur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Secundus casus est, quando negligenter clericus agit poenitentiam. Vnde ead. dist. can. Si quis diaconus. Cum in aliquibus, nec compunctio humilitatis nec instantia orandi appareat, nec ieiunij aut lectioibus eos vacare videamus, possumus agnoscere si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia permanerent. Tertius casus est, si quis peccatum, cui annexa est irregularitas, committeret, imò licet sit casus citra peccatum. Vnde can. Si quis vidua, ead. dist. ex decreto Martini papae sic legitur. Si quis viduam vel ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum, quod si irreperit, ei ciatur: scilicet, propter bigamiam. Similiter si homicidij aut facti, aut praeprocepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit. Et hoc etiam incurritur citra peccatum propter irregularitatem. Quartus casus est propter scandalum. Vnde ead. dist. can. De ijs vero, Rabanus. Ij qui depraehensi, vel capti fuerint publice in periurio, furto, atque fornicatione, & caeteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacrorum instituta a proprio gradu decendant: quia scandalum est populo Dei tales personas super se positas habere. Qui autem de praedictis peccatis, absconsi a se commissis, occulte sacerdoti confitentur, si se per ieiunia & elemosinas, vigiliaeque & sacras orationes purgare curauerint, ijs, etiam gradu proprio seruato, spes veniae de misericordia Dei promittenda est. Et hoc est quod decernitur extra de qualitate ordinandorum. cap. Quaesitum, sub his verbis. Si crimina ordine iudiciario comprobata, vel alia notoria non fuerint, praeter reos homicidij post poenitentiam in iam susceptis, vel suscipiendis ordinibus impediri non possunt. Atque id ipsum confirmatur autoritate Gregorij ad Secundum, can. Quia sanctitas. 50. d. Post dignam, inquit, satisfactionem credimus hominem redire posse ad suum honorem. Et can. Contumaces, ex concilio Agathensi. ead. dist. Contumaces clerici prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur: ita vti cum eos poenitentia correxerit, gradum suum dignitatemque recipiant.

Secundus casus.

Tertius casus.

Quartus casus.

Expositio articuli.

sunt: circa tertiam vero hoc est notandum quod casus primus & secundus de impoenitentibus & negligenter poenitentibus intelligendi sunt quando peccatum erat publicum. In primitiua enim ecclesia publici peccatores siue clerici essent siue laici non admittebantur ad sacra, post vero rigor ille cessauit, & nisi sit propter certa peccata & casus, nemo sua dignitate priuatur, aut suspeditur. Error enim fuit Armachani, quem dist. 1. q. 5. art. 5. tetigimus, quod propter quodcumque peccatum, etiam citra condemnationem, perditur dignitas & officium quodcumque. Secundo notandum quod irregularitas quomodocumque committatur etiam secreto, impedit ordines suscipiendos, & qui bigamus est aut sanguinis effusor etiam citra peccatum, vti cum index autoritate publica hominem occidit, dummodo fuerit post baptismum commissus: nam per baptismum omnis irregularitas tollitur. Quod autem ait D. Tho. per homicidium in defensione propriae personae irregularitatem incurri, intelligitur tempore suo: nam postmodum in concilio Viennensi casus ille optimo consilio exceptus est, vti qui cum moderamine inculpatae tutelae se defendens homicidium faceret, non esset irregularis, sicuti qui ex ignorantia inculpabili illud perpetraret, quia illud non est voluntarium, vti habetur in clem. Si furiosus, de homicidio. Et eodem modo respondendum est ad can. De ijs. 50. dist. vbi qui in obsidionis necessitate positi homicidae fuerant, a sacris arcetur ordinibus. Illud enim per idem concilium Viennense temperatum est & mutatum. Propter scandalum autem meretricibus, aut alijs publice peccatoribus non est communitio danda, vti supra dist. 12. quaest. 1. arti. 6. dictum est. Primum argumentum S. Thomae est. Super illud Amos. 5. Virgo Israel cecidit, ait glossa, Non negat posse resurgere, sed non resurget virgo Israel: quia semel aberrans ovis, & si re portetur humeris pastoris, non habet tantam gloriam, quantum quae nunquam errauit: ergo poenitentia non restituit pristinam dignitatem. Respondetur, quod eadem est ratio de virginitate & de innocentia, quae pertinet ad secundariam dignitatem apud Deum: virginitas enim vt. 2. 2. q. 152. art. 3. ait S. Tho. aliud dicit de formali & aliud de materiali: formale enim est propositum nunquam experiendi Venerem actum corruptionis, quod quidem perditur per contrarium propositum etiam

Armachani error.

Irregularitas secretum etiam citra peccatum committitur.

Primum argumentum.

Tertium argumentum.

Argumentum.

Gregorius.

studiosum. Quare si puella moreretur in proposito nubendi, non esset virgo, imò forsan laureola virginitatis nō donatur in cœlo, nisi qui virginitatis voto cōfirmarūt. Virginitas ergo quādo per solum propositum contrarium corrūpitur, recuperabilis est per pœnitentiā, vt virgō, quæ stuprū habet in proposito, si ante experientiam eam pœniteat, virgo permanet. Materiale autē virginitatis est inexperiētia volūtariæ veneris. Et qui semel venericam voluptatem expertus est, non potest non fuisse expertum. Vnde Hierony. super eisdem verbis Amos, Cū Deus, inquit, omnia possit, de corrupta facere virginem non potest. Circa hāc verò solutionem & secundam conclusionem notāda est illa Gregoriana consolatio, q̄ qui irrecuperabilia dāna innocētiæ, virginitatis aut aliorum honorum per infamia crimina incurrerūt, possunt & debēt cumulatissimis virtutū officijs Magdalenā imitati & Dauidē atq; alios pœnitētes errata repēsare, vt suam ab oculis populi infamiam abstergant, vt in die iudicij charitas illis multitudinem peccatorum operiat, & clarissima pœnitentiæ virtus perinde illa contegat, ac si nunquam fuissent commissa.

Secūdo arguitur. Hieronymus ait. Quicumq; dignitatem diuini gradus non custodiūt, contenti fiant animam saluare, reuerti enim in pristinum gradum difficile est, can. Quicūq; dist. 50. & Innocentius papa can. Canones addit, q̄ apud Nicæā constituti canones, pœnitentes etiam ab infimis officijs clericorum excludunt: ergo pœnitentia pristinam dignitatem non restituit. Ad Hieronymum respōdetur, q̄ non reputat impossibile, sed solum difficile pristinū gradum recuperare, quod aut. præcedenti fati expositum est. Ad Innocentium verò respondetur autoritate Augustini ad Bonifaciū can. Vt cōstitueretur ead. dist. vbi ait, Vt constitueretur in ecclesia ne quisquā post alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel in clericatu maneat, nō desperatione indulgētiæ, sed rigore factū est disciplina: alioqui contra clauas ecclesiæ datas disputabitur, de quibus dictū est. Quæcunque solueritis in terra, soluta erunt & in cælo. Et postea subdit. Nam & Sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiā, & tamē in honore suo perstitit: & Beatum Petrum, quādo amarissimas lachrymas fudit, utiq; Dominum negasse pœnituit, & tamen apostolus permanit. Sed nō ideo pu-

secūdam argumentum.

Ad Innocē.

tāda est superuacua posteriorum doctorum diligentia, qui vbi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, (scilicet, negādo etiam pœnitentibus honores priscos) ex perti, inquit, vt credo, aliquorū fctas per affectatas honorum potentias. Et idem legitur ead. dist. can. Bene valet. Tertio arguitur. Ante peccatum potest aliquis ad maiorem gradum ascendere, non autem hoc post peccatū conceditur pœnitenti: legitur enim Ezechiel. 44. Leuitæ qui recesserunt à me nunq̄ appropinquabunt mihi, vt sacerdotio fungantur. Vnde ead. dist. 50. can. Hi qui, ex cōcilio Hilerdensi legitur. Hi, qui sancto altari deseruiūt si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Dño respiciente dignè pœnituerint, officiorum suorum sic loca recipiant, vt nō possint ad altiora officia vltius promoveri: non ergo pœnitens in pristinam regreditur dignitatem. Respondetur, illud intelligi de illis, qui publicam agunt & solennem pœnitentiā: nam Petrus post negationem Christi pastor ouium factus est, vt patet Ioan. vlt. Vbi etiam Chrysostomus dicit, q̄ Petrus post negationem & pœnitentiā ostendit se habere maiorem fiduciam ad Christū. Qui enim in cœna nō audebat interrogare, & Ioanni interrogationem commisit, huic postea & præpositura fratrum credita est: & non solum non committit alteri interrogare quæ ad ipsum pertinent, sed de reliquo ipse pro Ioanne magistrum interrogat. Dicens, scilicet, Hic autem quid?

Tertium argumentum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum opera virtutum in charitate facta possint mortificari.



OST restitutionem habitū gratiæ & virtutū sequitur de actibus & operibus earūdem virtutum, & primū vtrum mortificari possint. Ad quod S. Tho. respondet hac conclusione. Opera in charitate facta mortificari dicuntur persequens mortale peccatum. Probatur ex illo Ezechiel. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Et confirmatur ratione. Res viuā per mortem perdit operationem vitæ: ergo per analogiam res mortificari dicuntur quādo à suo proprio effectu, vel operatione impediuntur

Conclusio.

pediuntur: effectus autem operum studiosorum, quæ in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternam: cū ergo hanc virtutem habeant ex gratia, quæ per mortale peccatum tollitur, fit vt per idem peccatū eadem opera mortificentur.

Conclusio verissima est eadēq; clarissima, circa quam adnotandū est moralia opera in triplici esse differentiā. Alia enim sunt viuā, vt quæ ex gratia & charitate dimanāt. Alia verò mortua apud Deum, vt cūctā quæ fiūt in peccato mortali: nam vita animæ sola gratia & charitas est. Quare quæ ex illo fonte non manant, licet esse possint moraliter bona nullius tamē meriti sunt apud Deum. De sola, n. fide charitate informata dixit Christus Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Videant ergo miseri in peccato iacentes quātam faciant iacturam temporis, & vitæ, quā diuinitus in hoc solum receperūt, vt iugibus officijs singulis momentis gratiam sibi apud Deū & gloriam accumularent. Alia denique sunt opera, quæ viuā quidem prodierunt, sed tamen per peccatū sunt mortificata.

Sed arguit primo loco S. Tho. Quod non est, immutari non potest atq; adeo nec mortificari, qd sonat mutationē de vita in mortē: sed opera virtutū postq̄ facta sunt nō permanent: ergo non mortificantur. Respondetur, q̄ sicut peccata postq̄ transierūt actu manent reatū: ita opera virtutū manent in merito apud Deū. Et hac ratione quia homo per peccatum indignum se præbet illo præmio, dicuntur mortificari. Secūdo arguitur. Per opera charitatis homo meretur vitam æternam: sed subtrahere mercedē merenti est iniustitia, quæ non cadit in Deū: ergo per nullū peccatū illa ratione mortificatur, vt fraudentur suo præmio. Memini me Romæ offendisse quēdā theologū, vt aiebat, studiosum, qui isto argumēto vincebatur nulla opera bona manere apud Deū sine præmio, qui ideo illa tenebatur phāstifica opinione, q̄ quicumq; de hac vita decedit, sicut ignē in purgatorio debet omnino expurgari anteq̄ in cælum euolet: ita si ad tartara est descensurus, in aliquo loco reseruetur, vbi prius vniuersorum bonorū operū præmia recipiat. Adeo mordic? illud dictum retinebat, Nullū est bonū, quod non præmiatur, nec malū quod non pūniatur: alioqui, Deus esset iniustus. Iudicābat ergo iste de iustitia inter Deū

Expositio articuli.

Primum argumentum.

Secūdam argumentum.

Lepida historia.

Eliminis animata.

& homines perinde ac de illa, quæ est inter homines, cū tamē plus distent q̄ cælum à terra. Nā in politia humana: quia homo homini potest ex se ipso quippiam tribuere, restat alter simpliciter debitor. Quare si mercenarius locauit suas operas apud quempiam, quauis nullatenus sit ei amicus, manet nihilominus dignus mercede sua: quia iniustitia ab amicitia non pendet. Tamē quia nulla creatura ex se & suis naturalibus viribus quippiā potest Deo reddere, quod sit apud ipsum præmio æterno dignum, iuxta illud primæ Ioann. 4. Quis prior dedit illi, & retribuatur ei? sed omne meritum operum fundatur in personæ dignitate apud ipsum, quæ quidem dignitas ex mera gratia Dei pēdet, per quam homo Dei mēbrum efficitur, inde fit vt peccatori nullum fiat ius reliquum illius: præmij æterni apud Deū: imò cum per peccatum indignum se fecerit illo, nulla fit ei iniustitia: imò est summa iustitia vt illo priuetur. Sed ais. Deberent ergo dici illa opera mortua, & non mortificata: quandoquidem mortali peccato delētur. Respondetur q̄ peccatum dicitur mortale respectu vitæ gratiæ, quam tollit, non tamen respectu gloriæ simpliciter, nisi sit finale: nā mors spiritualis hominis simpliciter est dānatio. Et ideo respectu gratiæ potius dicitur morbus, q̄ mors. Et eadē ratione opera bona dicuntur, non mortua, vt illa, quæ nunquā habuerūt vitam, sed mortificata, hoc est, suspensa, quousq; homo per gratiam, quæ radix eorū fuit, dignus fiat eorum præmio. Tertio arguitur. Fortius à debiliori non corrumpitur: sed opera charitatis sunt fortiora quibuslibet peccatis, iuxta illud Prouerb. 16. Vniuersa delicta operit charitas: ergo non mortificantur per peccata. Respondetur, eiusmodi mortificationem non euenire aut ex debilitate charitatis, aut ex fortitudine peccati, sed ex libertate volūtatis, quæ à bono potest in malum deflecti.

ARTICVLVS. V.

Vtrum opera per peccatum mortificata per pœnitentiā reuiuiscant.

I virtutum officia per peccatum mortificantur, congruū est querere, vtrum per pœnitentiā reuiuiscant. Nō enim defuerunt, qui hanc potestatem

Obiectio.

Dilutio.

Tertium argumentum.



virtuti poenitentiae denegarent, propter illam rationem, quod postquam transierunt, non permanent, ut mutari possint, contra quos statuitur conclusio. Opera mortificata per poenitentiam reuiuiscunt. Probatum ratione, quia illa opera non habent vim perducendi in vitam aeternam (in quo eorum vita consistit) solum secundum quod actu existunt: verum postquam esse desinunt, quatenus remanent in acceptatione diuina: hac autem ratione quantum est ex parte ipsorum semper remanent etiam postquam per peccatum mortificantur: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerant, acceptat, eo quod voluntas eius nunquam mutatur, sed homo est qui mutatur. Quare & sancti, etiam si non viuificantur, de illis alienis operibus bene factis semper gaudebunt, eo quod in honore & cultu Dei fuerint facta. Et in hoc sensu accipitur illud Apocalyp. 2. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Gaudebunt inquam accidentali gaudio. Quapropter simpliciter nulla bona opera pereunt etiam si facienti non remunerantur. Quod autem peccatori illa non sint ad vitam aeternam efficaciam solum est propter impedimentum suae indignitatis. Hoc verum tollitur per poenitentiam, per quam peccatum expungitur. Fit ergo consequens, ut per poenitentiam efficaciam suam recuperent perducendi poenitentem in vitam aeternam.

Expositio articuli.

Conclusionem hanc deo est certa, ut temerarium in primis esset illam negare: nempe contra Theologorum turmam in 4. dist. 14. & 22. Imo quauis non sit in sacra pagina expressa, sunt tamen testimonia, quibus corroboratur, & praeterea patrum sanctiones. Illud enim Ezechiel. 18. In quacumque hora impius egerit poenitentiam iniquitatum eius non recordabor: & 33. Impietas impij non nocebit ei: licet ad literam intelligantur, quod non erunt in memoria Dei nec nocebunt ad condemnationem. Et ideo D. Thom. ad hoc propositum illud non adduxit, nihilominus nonnullam vim habet ad probandum quod si poenitentia sit perfecta reducit hominem ad statum pristinum, atque adeo si sit remissior, reducet illum in partem. Textus autem hic allegatus Iohelis 2. Reddam vobis annos, quos comedit locustae & bruchus, non intelligitur nisi de restitutione bonorum temporalium. Sed glossa est, quae id ad restitutionem bonorum spiritualium transfert. Et quauis symbolica,

Locus Ioh. 2.

& metaphorica theologia, ut ait Augustinus, non habeat tantam vim arguendi, nihilominus est optima similitudo. Et pariter est glossa Leuit. 7. supra citata, quae ait per poenitentiam restitui hominem in statum pristinum. Accedit & locus ad Hebraeos. 6. Vbi post obiurgationem, qua Apostolus Hebraeis impropereauerat suam ingratitude in Deum, subdit. Confidimus autem de vobis fratres meliora: non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri, & laboris & dilectionis vestrae, quam ostendistis in sanctos, &c. Quem locum Anselmus, & Theophilactus, tum praesertim Gregorius, qui refertur de poenitentia, dist. 4. can. intermittentes, de operibus mortificatis per peccatum, quae per penitentiam reuiuiscunt, exponit. Ait enim Grego. Quod sicut priora bona opera per peccatum fiunt irrita: ita per poenitentiam reuiuiscunt. Et Aug. ad Macedonium ait quod Deus non minus tribuit poenitentibus quam antea tribuerat munera vitae & salutis. Et semper intelligito, si sit summa. Atque ad idem facit illud, quod refertur de poenitentia, dist. 3. can. Pium. ex lib. de vera & falsa poenitentia. c. 14. vbi ait. Pium est credere & nostram fidem hoc expostulat, ut cum gratia Christi destruxerit mala priora in homine etiam remuneret bona. Et can. Talis. ead. dist. ait Chrysostomus, quod Deus suscipit poenitentem, & facit omnia quatenus ad priore reuocet statum. Cui consonat & illud supra citatum Ambrosij, quod poenitentia res optima est, quae omnes defectus reuocat ad perfectum. Non ergo solum temerarium, verum & erroneum esset negare mortificata opera reuiuiscere. In quo autem gradu reuiuiscat disputatio est doctorum quae satis superque, art. 2. vetulasse credimus, & fortasse satis clare conclusisse.

Primum argumentum S. Tho. rem magis clarificat. Arguit enim. Sicuti per subsequenter poenitentiam remittuntur peccata praeterita, ita per peccatum subsequens mortificantur opera prius facta in charitate: sed peccata per poenitentiam dimissa nunquam redeunt secundum se, ut quod praecedenti dictum est: ergo neque opera mortificata reuiuiscunt. Respondetur ad maiorem plurimum interesse discriminis: nam peccata per poenitentiam secundum se abolentur, ita, ut Deo indulgente nil ulterius ex eis inducatur aut macula aut reatus, sed hoc solum quod peccatum sequens inde contrahat ingratitude. Sed tamen opera charitatis per peccatum non sic prorsus coram Deo abole-

tur

tur, quin verum in eius acceptationem secundum se manent, impedita tamen per peccatum hominis quo ideo ex parte ipsius hominis sublato, Deo ex parte sua id implet, quod opera merebatur, vel in totum, vel in partem, ut expositum est. Et eodem modo soluitur secundum argumentum, quod est. Opera mortificantur ad similitudinem animalis, quod simpliciter moritur: ergo sicut illud non viuificatur: ita neque illa opera. Negatur, inquam, quod per se perinde mortificentur ut animal, sed impediuntur ex parte hominis. Tertio tandem arguitur. Opera bona merentur gloriam secundum quantitatem gratiae & charitatis: sed quoad quod homo per poenitentiam resurgit in minori gratia & charitate: ergo tunc non simpliciter reuiuiscunt. Respondetur, quod ille, qui per poenitentiam resurgit in minori charitate consequetur quidem praemium essentiale secundum quantitatem charitatis, in qua inuenitur: habebit tamen de operibus in charitate factis maius gaudium quam de operibus, quae in secunda fecit. Haec verba sunt quibus nonnulli putant sententiam S. Tho. esse, quod resurgens nunquam resurgit nisi ad tantam adaequatam gratiam, quanta est contritio: ita ut ratione viuificatorum honorum operum nullum habeat homo essentiale praemium in coelo, sed tantum accidentale gaudium. At verum S. Tho. id minime insinuat, imo cum restricte loquatur: scilicet quod cum homo resurgit in minori gratia non consequetur essentiale praemium propter opera mortificata, docet quod quando resurgit in gratia aequali vel maiori habebit essentiale praemium propter illam: vide licet, dum poenitentia fuerit perfecta: Ex quo inferitur quod si fuerit minus perfecta habebit in proportione aliquid etiam praemij, essentialis virtute illorum. Solum ergo ait, quod tunc non habebit ad eundem gradum praemij: essentialis, quod illis respondebat. Neque verum ait, quod solum habebit de illis viuificatis gaudium accidentale, sed comparat gaudium accidentale illorum ad accidentale aliorum secundum charitatis, quae nunquam fuerunt mortificata, dicens quod illud prius erit maius, propterea quod magis gratis per remissionem obtinuit praemium essentiale illorum, cuius fuerat factus indignus, quam praemium aliorum operum, quae nunquam fuerunt mortificata.

ARTICVLVS VI.

Utrum per poenitentiam subsequentem opera etiam mortua viuificentur.



Vanuis de operibus mortuis nulla appareat ambiguitas, existit tamen nonnulla, utrum possint viuificari. Ad quod praemissa distinctione, duabus conclusionibus respondetur. Opus aliquod dupliciter dicitur mortuum. Vno modo effectiue: quia scilicet est causa mortis animae, & secundum hoc omnia peccata mortalia sunt opera mortua, iuxta illud ad Hebraeos. 9. Sanguis Christi emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis. Et de istis statuitur prima conclusio. Huiusmodi opera, id est, peccata mortalia, non possunt per poenitentiam viuificari, sed potius per ipsam abolerantur, secundum illud ad Hebraeos. 6. Non rursus iacites fundamentum poenitentiae in operibus mortuis. Et ratio est manifesta, quia peccata non solum non emanant ex fonte vitae, quod est gratia, verum et rebellionem aduersus Deum, quae est vitae contraria. Sed altero modo opera dicuntur mortua priuatiue: quia scilicet carent spiritali vita: quae ex charitate pullulat, per quam anima Deo coniuncta spiritaliter viuuit, sicut corpus per animam. Atque hoc patet fides, quae est sine charitate, dicitur mortua, secundum illud Iacobi. 2. Fides sine operibus mortua est. Et per hunc modum omnia opera, quae sunt bona in genere, si sine charitate fiant, dicuntur mortua, licet sint moraliter bona. Sunt, inquam, mortua: quia non procedunt ex principio vitae: sicut si dicamus sonum citharae vocem mortuam. De ijs ergo subiungitur secunda conclusio, quod & opera huius generis mortua impossibile est, ut per poenitentiam fiant viuua. Probatum, quia differentia mortis & vitae sumitur a principio a quo procedunt: opera autem quae non processerunt ex principio vitae, nempe ex gratia, quauis transierunt, non possunt iterum ex eodem principio procedere, atque adeo nec viuificari.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Expositio articuli.

Hic nota, ut supra diximus, quantam miser peccator iacturam faciat operum, quae si in gratia essent, ad cumulum gloriae sibi conferrent. Graphicè enim profectò hoc Paul. 1. Corint. 13. explicuit. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habuero, factus sum velut aes sonans, & cymbalum tinniens, quod dat sonum sine spiritu & mente vitae: & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem

Bbb 3 autem

autem non habuero, nihil mihi prodest: prodest autem si illa opera moraliter bona per poenitentiam uiuificentur: non ergo uiuificantur. Quin uero addiderim nec per absohitam Dei potentiam uiuificari posse. Quod si sciolus in contrarium arguat. Posset Deus de potentia absoluta gloriam suam conferre homini propter bona opera, quae in peccato egit. Respondetur, quod licet possit Deus de sua potentia absoluta illis gloriam conferre, qui non fuerunt eius filij, per gratiam: (quod quidem non tam affirmate, quam alij assero): dabit tamen pro suo beneplacito, attamen non pro eorum dignitate: quia non poterit facere illius praemij dignos, nisi faciendo sibi amicos. Quare nec potest dare gloriam pro operibus, quae non procedunt ex gratia: nam, pro dicit dignitatem operum, quae certe, nisi hoies faciendo gratos non potest digna facere atque adeo nec uiuificare.

Argumentum.

Primum argumentum.

Opera mortificata.

Secundum argumentum.

Sed arguit primo loco S. Tho. Difficilius est, quod ad vitam illud perueniat, quod fuit mortificatum, quam quod illud, quod nunquam fuit uiuum, uiuificetur: quia secundum naturam, illud quod fuit prius uiuum & postea mortuum nunquam reuiuiscit: illud autem, quod nunquam fuit uiuum, generatur ad vitam, ut arbores ex terra, & animalia ex femine: igitur si per poenitentiam uiuificantur opera mortificata, a fortiori & opera quae nunquam fuerunt uiua. Negatur consequentia, quia in rebus naturalibus tam mortua quam mortificata carent principio vitae. Appellat autem hic S. Tho. opera mortificata, illa, quae cum vitam haberent, illam per mortem perdidit, licet uere dicatur mortua: & mortua appellat illa, quae nunquam habuerunt vitam, ut femina, in quorum neutris est principium vitae, sed causa quare natura non potest priora uiuificare, est quia idem numero non potest redire: eo quod conditiones materiales indiuidui eodem loco & tempore non possunt eadem redire: quae autem non fuerunt in rerum natura potest educere de potentia materiae. Sed tamen opera charitatis mortificata non carent ex se principio intrinseco, sed extrinsecus impediuntur, mortua uero nunquam habuerunt principium vitae: & ideo nullum est inter haec & naturalia simile. Secundum arguitur. Remota causa remouetur effectus: Sed causa cur opera de genere bonorum sine charitate facta, nunquam uixerunt, fuit defectus gratiae & charitatis, qui tollitur per poenitentiam: ergo per ipsam uiuificantur.

Respondetur, quod opera mortua habent defectum gratiae & charitatis in genere principij: quia non processerunt ex illis: per poenitentiam uero licet restituatur gratia, non tamen fit, ut ex ipsa processerint, & ideo non uiuificantur. Tertio arguitur. Ait Hieronimus: (& refertur de poenitentia dist. 3. can. si quando.) Si quando uideris inter multa mala opera facere peccatorem quem aliqui, quae iusta sunt, non est tam iniustus Deus, ut propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed hoc maxime uidetur, quando mala praeterita per poenitentiam tolluntur: ergo uidetur quod post poenitentiam Deus remuneret bona genere suo, quae in peccato facta sunt. Respondet primo S. Tho. quod Hieronimus non intelligit illa opera remunerationi aeterno praemio, quod solis operibus uiuis ex charitate profectis debetur, sed temporalij, non quod sint ulla mercede digna apud Deum, sed quod sit quaedam diuina largitio. Unde Grego. in homilia de diuite & Lazaro, quod refertur ead. dist. can. Cauendum, ait quod nisi diues ille aliquod bonum egisset, & in praesentifeculo remunerationem accepisset, nequaquam ei Abraham diceret, recipisti bona in uita tua. Secunda responsio est, quod mortuus in peccato propter opera bona, quae extra gratiam fecit tolerabilius patietur in inferno. Verbum tamen hoc S. Thom. dist. 19. de satisfactione consideratius examinabitur. Non enim uult dicere, quod si quis in concubinato uiuens multa faciat moralia opera, & concubinato, uerbi gratia, decreti sunt in inferno cruciatus ut decem gradus, propter illa bona opera remittantur ad nouem: quoniam illa re. ueranius momenti sunt apud Deum, aut in praemio aeterno, aut in remissione aeterni supplicij, sed ideo cura illo mitius agetur: quod exercitus in bonis operibus, alia euitat noua peccata, pro quibus acrius puniretur. Et hunc sensum insinuat Augustinus in illo lib. de patientia. c. 26. quem hic citat D. Thom. loquitur enim de illo, qui alijs criminibus in rebus persistit in fide, pro cuius confessione multis tribulationibus affligitur. Cuius utique patientia bona est ex genere, & ideo ait, Non possumus dicere schismatico melius ei fuisse, ut Christum negando nihil eorum pateretur, quae passus est confitendo, sed existimandum fortasse tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando cuncta illa vitaret. Vbi non dicit quod tolera-

Tertium argumentum.

Solutio prima.

Solutio secunda.

August. lib. de patientia cap. 26.

tolerabilius habebit propter peccata, in quibus permanet, sed tolerabilius, quam si Christum negaret. Quare in hoc sensu citat Paulum. Si tradidero corpus meum ita, ut ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Sed tamen ad patiendum minora tormenta quam si Christum negasset, multum prodesset. Et haec de primo trium membrorum, in quae tractatum poenitentiae partiti sumus.

DISTINCTIO decimaseptima, De partibus poenitentiae in generali, deque earum primae, quae est contritio.

Cap. 1.



Quoniam sacramento huic, de quo agimus, poenitentiae inter reliqua sacramenta singulare est ut poenitentis actus sint eius materia, sit ut non solum quemadmodum in reliquis materia & forma in eo dignoscantur, uerum & tres eius integrales partes distinguantur, quae sunt contritio, confessio & satisfactio. Id quod patres Florentini concilij suo decreto confirmarunt. Nempe ut, sicut peccatum corde, ore, & opere perpetratur, per easdem actiones clauibus ecclesiae ad eius remissionem subdatur. De illa namque poenitentia mortalium loquimur, quae post baptismum committitur, quae est reformatio vitae: nam alia est ante baptismum ad regenerationem

Florentina synodus.

August. lib. de patientia cap. 26.

pertinet, atque alia uenialium ad vitae perfectionem, quae non est per tam exactas partes necessaria.

Est ergo contritio dolor de peccatis assumptis cum proposito confitendi, & satisfaciendi, quae quidem per se id exigat, ut de singulis sit mortalibus culpis singularis: nam ut ait Hieronymus. Diuerforum morborum diuersas esse decet medicinas: etenim ut quod oculum sanat, non sanat calcaneum, sic & diuersis uitijs diuersa sunt accommodanda remedia, atque adeo contrarijs contraria. Nihilominus clementissimus Deus, salutis nostrae sitibundus, temporum moras non expectat, sed cum primum peccator ad mentem rediens generali suorum criminum detestatioe in ipsum conuertitur, proponens oportuno tempore singula recollere & quoad potest detestari, suis ipsum uisceribus amplectitur: iuxta illud Ezechiel. 33. Impietas impij non nocet ei in quacumque die, id est, in quocumque momento conuersus fuerit ab iniquitate sua.

Cap. 2.

Contritionis definitio.

Hieronymus.

Ezechiel. 33.

Cap. 3.

Debet autem contritio dolor esse omnium maximus appetitiue, qui de rebus cunctis creatis haberi potest: uidelicet, ut sic homo a uitijs abstinere proponat, ut pro nulla re mundi delictum uilum admittat: hoc enim est Deum ex toto corde, ut est in euangelio, diligere, & ut est apud Iohellem, conuerti in Deum in toto corde nostro,

Matth. 22. Iohel. 2.

Nimirum, vt nulla cogitatio amo-
ri Dei contraria, in corde admitta-
tur: qui enim diligit patrem, aut
matrem plusquam me, ait Domi-
nus, non est me dignus.

Matth. x.

Cap. 4.

¶ Ex quo fit, cōtritionem sic ab at-
tritione differre, vt contritio sit do-
lor de peccato, quatenus est Dei of-
fensa, eademque speciali Dei fa-
uore elicit ad remissionem suffi-
ciens: quia nemo inquit Christus,
potest venire ad me, nisi pater, qui
misit me, traxerit eū. Attritio ve-
rò est dolor peccati ppter suppli-
cia inferni, vel propter alia tempo-
ralia detrimēta. Quare, vt viribus
naturæ gigni potest, sic ad remis-
sionem non sufficit. Neque actus
ille, qui est attritio, fieri potest per
se contritio: tamen si accedente sa-
cramenti gratia contritio dicatur
extrinsecè. Quòd autem de con-
tritione præceptum sit diuinum,
ostendūt verba Christi Matth. 4.
Pœnitentiam agite.

Ioan. 6.

DISTINCTIONIS
decimæ septimæ, Quæstio
prima, De partibus pœ-
nitentiæ in ge-
nere.

S. Thom. 3. part. q. 90.

ARTICVLVS. I.

*Vtrum pœnitentiæ debeant par-
tes assignari.*



In secundo mēbro tracta-
tus pœnitentiæ, hoc est, in
tribus subsequētib; di-
stinctionibus, de tribus
eius partibus proposui-
m⁹ disputare. Atq; adeò
huius quæstio prima est

de ipsis in genere: cuius perinde primus arti-
culus est vtrū pœnitentiæ debeant partes assi-
gnari. Ad quod vnica cōclusione responde-
tur. Sacramētū pœnitentiæ habet partes. Pro-
batur, quoniā partes rei sunt, in quas mate-
rialiter totū diuiditur: habent enim se partes
ad totū sicut materia ad formā, vt. 2. Physic.
āutor est Arist. partes enim ponūtur in gñe
causæ materialis & totū in genere causæ for-
malis: vbicūq; igitur rōne materiæ inuenitur
ratio pluriū, ibi est & ratio partiū. Distū est
autē supra q̄ in sacramēto pñiæ actus huma-
ni se habent per modū materiæ: igitur cūm
plures actus requirātur ad perfectionē pñiæ:
scilicet, cōtritio, confessio, & satisfactio, illæ
sunt partes: nā partes sunt ex quibus totius
perfectio integratur.
¶ Vt autē ambos simul articulos perspecti⁹
interpretemur, subiungamus secundum.

Conclusio.

ARTICVLVS. II.

*Vtrum conuenienter assignentur partes pœniten-
tiæ, contritio, confessio, & satisfactio.*



Si sacramenti pñiæ sunt partes
meritò de earū numero quari-
tur, an sint tres nec plures, nec
pauciores: scilicet, cōtritio, cō-
fessio, & satisfactio. Ad quod

præmissa distinctione duabus respondetur
conclusionibus. Duplex enim est pars rei, vt
5. Metaphy. āutor est Philo. scilicet, pars ef-
fentiæ, & pars quātitatis. Et ptes rei materia-
lis; Physicæ quidē & naturales sunt. materia
& forma: logicę autē & per Metaphysicam
abstractionē sunt genus & differentia. Con-
stat enim homo ex corpore & anima, & logi-
cē ex aīali & rationali. ¶ Et de ijs ponitur pri-
ma cōclusio. Sacramētū cōstat ex duabus
partibus: scilicet, ex reb⁹ & verbis, vt baptis-
mus ex ablutione & formā verborū: & pari-
ter ex genere & differentia, sicut baptismus
est sacramētū regeneratiōis ex aqua & Spi-
ritu sancto. Attamē isto modō nō quæritur
an sacramentum pñiæ has habeat partes:
quia

Duplex pars rei.

Prima cō-
clusio.

quia neq; in dubiū vertitur. At quia in sacra-
mento pñiæ, vt dictū est, materia sunt actus
pœnitentis, quæritur an hæc materia sacra-
menti diuidatur in partes, sicut quātitas cor-
poris diuiditur in partes. ¶ Atq; in hoc sen-
su respondetur per secundā conclusionē. Cō-
tritio, cōfessio & satisfactio sunt partes pœ-
nitentiæ. Probatur. Pñiā est compensatio
offensæ, non quæ fit instar vindicatiuæ iusti-
tiæ: nam in vindicatiua iustitia fit compensa-
tio secundū arbitriū iudicis, & non ad libi-
tum offendentis vel offensis: sed in pœniten-
tia fit recōpensatio & secundū spontaneā
voluntatē peccantis, & secundū arbitrium
Dei, in quē peccatur: quia hic non quæritur
sola redintegratio æqualitatis iustitiæ, sicut
in iustitia vindicatiua, sed magis reconcilia-
tio amicitia, quæ fit dum offendens offenso
secundū eius voluntatē recōpensat. Hac
igitur ratione requiritur ex parte pœnitētis,
primò quidem voluntas cōpensandi, quod
fit per contritionem: secundò q̄ se sacerdo-
tis arbitrio subijciat tanq̄ Dei vices gerentis,
quod fit in confessione. Tertio q̄ recompen-
set secundū arbitrium eiusdem diuini mi-
nistri, quod fit in satisfactioe. Fit ergo, vt par-
tes pœnitentiæ, nec plures sint, nec paucio-
res his tribus.

Secunda con-
clusio.

Pœnitētis re-
quisita.

Expositio ar-
ticuli.
Lutherus.

¶ De hac re & hæretici nobis litem contestā-
tur, & catholici nō nihil dubietatis offundūt.
Lutherus enim (qui quintus articulus est à
Leone condemnatus) tres has negat esse par-
tes pœnitentiæ: dicens fundamentum neq;
in sacra scriptura neq; in sanctis doctoribus
habere. Et quanq̄ vafritie se subinde corrigēs
dixerit nō negare nisi satisfactioe, ilico tū
art. 6. cōtritionē impudentissimè infamat di-
cens, discussionē detestationemq; peccatorū
hominē facere hypocritā, & magis peccato-
rē. Ac demū art. 8. & 9. versutē de auriculari
cōfessione pronuntiat. At verò contritionē
esse necessariam satis superq; distin. 14. & 15.
apertissimis testimonijs sacra scripturæ mō-
strauimus. Quorum aliqua quæst. seq. etiam
repetemus. Id quod & de cōfessione dist. 18.
& de satisfactioe in subsequenti similibus te-
stimonijs confirmabimus. Interim tamen in
genere satis illa loca sunt Matth. 16. & Ioan.
vi. quibus Christus: cuius prothema dū mū-
dū ingrederetur fuit, vt pñiam agerent, euan-
gelicū modū pñiæ præscripsit, Petro, & Apo-
stolis potestati tribuēs, vt quicquid absolue-
rēt sup terrā, esset solutū & in cœlo, & quic-

quid ligarent, esset ligatū: & quorū peccata
remitterēt: remissa essent, & quorū retinerēt,
retēta. Illic enim iudices apostolos eorumq;
posteros instituit peccatorū, quorū adeò iu-
dicio peccatores subiecit, ad quorū tribunal
sua peccata deferrēt. Nemo autem accusator
sui esse potest, nisi quem errorū pœniteat,
quibus Deū offendit, & qui legitimè confes-
sus paratissimū se iudici subdat, vt secundū e-
ius arbitriū satisfactoriū se offerat. Ecce ergo
triū partiū pñiæ euāgelicū fundamentū. Vnde
Chrysost. can. Perfecta. de pñiā. d. 3. Perfecta,
inquit, pñiā cogit peccatorē oīa libenter suf-
ferre. In corde eius cōtritio, in ore confessio,
in opere tota humilitas: hæc est fructifera
pñiā. Quocirca vt tria sunt peccatorū gñā:
scilicet, in corde, ore, & opere: tot sunt pñiæ
partes, q̄ ad singulorū remissionē sunt neces-
sarię. Sed latius, dū sigillatim de singulis de-
tur dicēdi loc⁹. ¶ Inter catholicos verò Sco-
tus, dist. 16. q. 1. ait ista tria nō esse partes pñiæ
neq; vt est virtus, neq; vt est sacramētū: nā
virtus pñiæ est quidam habitus permanens
non habens partes: isti autem sunt actus tran-
sitorij: neque verò sunt partes pœnitentiæ,
vt est sacramentum. Dixerat enim dist. 14.
q. 4. quòd sacramentum pœnitentiæ non est
nisi sola sacerdotis absolutio, qua virtus cla-
uium ad conferendam gratiam applicatur.
Ex quo dist. 16. infert huiusmodi actus pœni-
tētis nō esse partes pœnitentiæ, sed potius di-
spositionē præuiā, vt dignè suscipiatur sacra-
mētū. Hanc autē opinionē supra dist. 14. q. 1.
art. 1. cōpluribus concussimus, & forsan ex-
cussimus argumētis. Sed cæteris prætermis-
sis, pfectò negare q̄ tres istæ sint partes pñiæ
est negare nō solū Magistrū sent. cuius expo-
sitor ipse est, verū & vniuersam theologorū
scholā ipsum præcedentiū, q̄ vno ore partes
pñiæ appellāt. Quinetiā hoc est negare auto-
ritatē sanctorū patrū, vnde hic sermo deriua-
tus fuit, ac subinde generale sacerdotū idio-
ma, qui ita in tota ecclesia loquūtur. Sunt er-
go partes, non quidem pœnitentiæ virtutis
vt statim ait S. Tho. sed sacramenti. Nā cūm
omne sacramētū constet ex materia & for-
ma, sustineri non potest, quòd sola absolutio
sit pñiā, vt ibidē fusi⁹ monstrauimus: fitq; in-
de vt actus isti sint materia sacramēti p qua
supponit sacramēti nomē cōnotādo formā:
sicuti baptism⁹ supponit p ablutiōe. Et ideo
istæ sunt tres partes materiales sacramēti: si-
cuti carnes et ossa sūt partes materiales hoīs.

Scot⁹ de par-
tibus pñiæ.

Illatio Scot⁹

Partes pœni-
tentiæ sacra-
menti.

Durandus

At verò Durandus dist. 16. quæst. 1. aliter huc partium numerum inficiatur & detruncat dicens, quod sola confessio est materia sacramenti eo quod est materia proxima: nam contritio non est nisi dispositio: quia esse potest sine sacramento. Præterquam quod cum sit in tus in mente non est sensibile signum. Et quod satisfactio non sit pars sacramenti sed fructus eius probat, tum quia sequitur sacramentale formam, tum præsertim: quia non est de essentia, ut patet in confessione, quæ sit sub articulum mortis, ubi nulla imponitur satisfactio. Et ideo dist. 14. dixerat hoc sacramentum vocandum esse sacramentum, non quidem poenitentia, sed confessionis. At verò & hoc illic impugnavimus, nam peccata ipsa confessio contritionem includit, & propositum satisfaciendi, super quæ fertur absolutio.

Conciliū Flo.

Quare omnes tres actus sunt materia ad gratiam sacramentalem partialiter concurrens cum forma. Et hæc est legitima theologia, cui vera philosophia ancillatur: imò quæ ecclesiæ usus, & expressè Florentina Synodus fanxit. Verba enim Synodi sunt. Quartum sacramentum est poenitentia, ubi docetur sacramentum supponere pro actibus poenitentis. Et subditur. Cuius quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes. Neque verò ait, quasi, ac si non sint vera materia, sed quia non sunt materia extrinsecus apposita, ut ablutio & chrismatio. Quarum prima, inquit, est cordis contritio, secunda est oris confessio, & tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis. Præterea contrarius error damnatus fuit primò à Leone pontifice decimo, deinde in concilio Tridentino sessio. 6. can. 14. ubi poenitentia affirmatur has tres partes continere. Post hos igitur sacros canones non est fas negare tres esse partes poenitentia, sed veritas hæc tanquam orthodoxa est veneranter amplectenda. Ad argumenta verò Durandus respondebit illi co S. Tho. At sunt præterea quedam alia argumenta: quia nonnumquam homo confitetur sine contritione, cum sola attritione, quæ sufficit ad sacramentum. Secundò Alexander 3. cap. Quod quidam de poenitentis & remissio. iubet, ut illi qui non habent propositum abstinendi in futurum, nihilominus confiteantur: & tamen si confessio esset pars sacramenti, esset quidem peccatum sacrilegij contra sacramentum: quia cum illa sit ficta, sacramentum vitaret. Ad primum responderetur, quod

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Solutio. 1.

attritio exillimata. contritio dum forma sacramentali informatur, fit etiam pars sacramenti. Ad secundum negatur confessioem illius qui non habet firmum propositum emendandi vitam esse fictam: si tamen poenitens defectum propositi confiteatur, quia ficta confessio non est nisi ubi aliquod celatur crimine. Unde licet confessio illa inualida sit ad gratiam nihilominus valet ad obedientiam præstandam prælato, qui illum possit salutaribus documentis admonere.

Primum argumentum. S. Tho. in ar. 1. est. Sacramenta sunt, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem: diuina autem virtus simplex & una est: non ergo huic sacramento decet partes assignari. Negatur consequentia: nam etsi sacramentum ratione diuinae virtutis quædam habeat simplicitatem, tamen diuina virtus propter sui amplitudinem operari potest multis tam instrumentis, quam eorum partibus. Secundò arguitur. Poenitentia & est virtus, & est sacramentum, quatenus verò est virtus non assignantur ei partes, cum virtus sit habitus quidam qui est simplex qualitas mentis: neque verò sacramento huic videtur partes assignandæ ex parte materiae quæ do quidem neque, baptismo neque, alijs sacramentis assignantur nisi simplex materia & forma. Primum membrum argumenti est Scoti, quo concludit virtutis poenitentia nullas esse partes. Quæ utique ratione & D. Tho. id ipsum concedit: nam actus isti non sunt nisi effectus virtutis, qui est simplex habitus. Assignantur nihilominus ei partes materiales, quatenus est sacramentum eo quod huiusmodi actus sunt eiusdem sacramenti materia. Quæ quidem ratio non habet locum in reliquis sacramentis: quippe quorum materia est res exterior eademque simplex, ut aqua vel oleum. Tertiò arguitur. Poenitentia materia sunt peccata, ut dictum est: peccati autem non sunt partes. Respondetur autem est supra, quod non sunt materia nisi remota: quia sunt obiecta humanorum actuum, qui sunt materia proxima.

Mox primum argumentum articuli secundi est. Contritio est in corde: confessio in ore, satisfactio in opere, quorum ideo primum ad interiorem pertinet poenitentiam, & duo duntaxat ad exteriorē: poenitentia verò interior non est sacramentum: quia non est signum sensibile: ergo tantum sunt duæ partes. Respondetur, quod quamuis contritio quantum ad essentiam sit in corde, tamen quatenus propositum continet

Solutio. 2.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Primum argumentum.

tinet

tinet confitendi & satisfaciendi ad exteriorē pertinet poenitentiam. At forsitan quis contra hanc solutionem insurgat. Si contritio secundum suam essentiam non est pars sacramenti, sed quatenus includit confessionem, fit ut per se non sit pars, atque adeo non sint nisi duæ partes. Respondetur, quod S. Tho. non dicit secundum essentiam non esse partem, sed quod secundum essentiam est in corde. Nihilominus secundum suam essentiam est pars: scilicet, quatenus est dolor & detestatio peccatorum cum proposito ea tollendi: sed quia peccatum non tollitur nisi per propositum confessionis & satisfactionis, in sua essentia includit idem propositum confitendi & satisfaciendi. Et ideo sunt tres partes habentes diuersas rationes, inter quas contritio est aliarum initium. Nam cum confessio & vindictio peccati fieri ab homine possit vel inuito, cum punitur a iudice, & solum ad recompensandam iniuriam sine intentione amicitia, vel ab spontaneo ad reconciliandam amicitiam, contritio illa, quæ hoc posuerunt propositum habet, distincta pars est à confessione & satisfactione secundum se consideratis. Itaque contritio est per se pars sacramenti, sed non est per se sensibile signum, nisi quatenus per confessionem & satisfactionem innoscit: sicut confessio interni contrahentium matrimonium. Secundò arguitur. In sacramentis nouæ legis confertur gratia, sed per satisfactionem nulla confertur, quippe quæ absolutionem subsequatur, imò verò quandoque non est necessaria, ut dum quis sub articulum mortis confitetur: ergo non est pars. Respondetur, quod satisfactio confert gratiam prout est in proposito, & auget eam in exercitatione, sicut baptismus adultorum accedentium in gratia, eam illis auget. Considerate audienda est ista solutio: nam satisfactio, quando vi clauis est iniuncta à confessario, peculiarem quendam modum habet augendi gratiam tanquam pars sacramenti, præ satisfactione illa, quam quis sua sponte faceret, ut dist. 19. videbimus. Quapropter sacerdotes non bene poenitentibus consulunt satisfacere paratis non iniungendo eis dignas poenitentias. Ad argumentum supra factum Durandi, quod cum sine satisfactione non possit esse legitimum sacramentum, sequatur, non esse partem. Negatur consequentia: sine parte enim essentiali non potest res consistere, sed tamen sine parte integrali, qualem nos ponimus satisfactionem, esse potest. Ho-

Secundum argumentum.

mo namque, quamuis non sine anima, tamen sine manu existere valet. Tertiò arguitur. Non est idem pars rei & eius fructus: sed satisfactio est fructus poenitentia secundum illud Ioan. 3. Facite fructus dignos poenitentia: ergo non est pars. Respondetur, nihil vetare quominus satisfactio sit fructus poenitentia virtutis, & pars poenitentia sacramenti. Quarto arguitur. Poenitentia ordinatur contra peccatum: sed peccatum potest solum in corde consummari per consentium: ergo & poenitentia absque alijs exterioribus partibus. Negatur consequentia: nam cum, ut ait Dionysius 4. capi. de diuinis nominibus, bonum sit ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus, plura requiruntur ad bonum, & ad malum. Et ideo quamuis peccatum in solo corde possit consummari, nihilominus perfectio sacramenti poenitentia exigit eiusdem culpæ confessionem & satisfactionem. Postremò arguitur, quod sunt plures partes quæ tres: nam in homine non solum sunt partes materiales quantitatis corporis, verum & anima, quæ est forma. Respondetur, non negari quin pars poenitentia præcipua sit forma absolutionis, quod in prima conclusioe assertum est. Sed hic non loquimur nisi de partibus materialibus.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Postremum argumentum.

ARTICULVS III.

Utrum predicta tria sint partes integrales poenitentia.



dictis constat huiusmodi partes esse materiales, atque adeo integrales. Sed propter quosdam id negantes queritur, an sit verum. Et respondetur

Conclusio.

hæc tria esse partes integrales poenitentia. Tria enim sunt partium genera, ut ad propositum spectat: scilicet, essentialium, ut materia & forma: & subiectiuarum, ut species generis: scilicet, hæc & equus, aialis: & potetiales, ut potetia aialis: scilicet, intellectus & voluntas, quæ dicuntur ei partes. Has ergo constat non esse partes componetes essentiam sacramenti, ut forma & materia, sed quidam dixerunt quod essent partes subiectiuarum: ita ut istæ sint predicationes generis, Contritio est poenitentia, Confessio est poenitentia, &c. sed hoc inde patet esse falsum, quod in singulis partium subiectiuarum est tota substantia generis, & ideo verum est, quod homo est animal, & equus etiam aialis: contritio verò non est sacramentum partem neque confessio, sed omnes simul

Tria partium genera.

mul tres partes sub cōnotatione superueniē-
tis formæ absolutionis, vt supra expositum
est. Alij verò dixerunt, q̄ essent partes poten-
tiales, itaq̄ sicut anima per potētias sic sacra-
mentum per has partes operatur. Sed, neque
hoc est verum: quia partibus potentialibus
adeft subiectum secundum totam suam es-
sentiam: non quod intellectus sit anima, imò
est eius proprium accidēs, vt ait Aristoteles
sed quod sit in tota essentia anime: tota enim
essentia adeft intellectui, & tota voluntati:
sacramentum verò pœnitentiæ non totum
confessione, vt putat Durandus, sed totū scilicet,
forma sacramenti adeft omnibus simul,
sicut anima informat oēs partes corporis. Et
hæc est propria ratio partium integralium:
videlicet vt simul sumptæ recipiāt formam.
Ille enim sunt partes integrales ex quibusto-
tius perfectio integratur: & ex his tribus ge-
rentibus vicem materię, informatæ per ab-
solutiōis formam, integratur sacramentum
pœnitentiæ.

*Primum ar-
gumentum.*

¶ Arguit autem primo loco S. Thom. Pecca-
tum cordis, oris & operis sunt partes subie-
ctiue, hoc est, species, imò genera peccatorū:
nam quodlibet est per se peccatum: ergo etiā
pœnitentia cordis, oris & operis erunt par-
tes subiectiue pœnitentiæ. Negatur cōsequē-
tia. Ad cuius intellectum animaduertendum
est, quod peccata cordis, oris & operis pos-
sunt considerari duobus modis. Vno quidē
per se absolute secundum propriam rationē
quæ in aliqua harum potentiārum consum-
matur. Et isto modo sunt species, imò gene-
ra peccati. Exempli gratia. Hæresis, quæ in
intellectu cōsummatur: est per se peccatum
cordis, & pariter consensus in delectatione
venerea sine ordine ad opus, contumelia ve-
rò est per se peccatum, quod consumma-
tur, in ore: & homicidium seu adulterium
quod consummatur in opere. Et isto modo
non est simile de pœnitentia, eo q̄ malū ex
singulis defectib⁹ consummatur, bonū verò
non nisi ex integra causa. Sed alio modo di-
stinguitur illa peccata non tanquā genera,
sed tanq̄ gradus eiusdem peccati, vt si quis cō-
sentiat in homicidium, & dicat se perpetra-
turum, & tandem perpetret: vnū quidem est
peccatum habens gradus in corde, ore & o-
pere, quare satis est tunc cōfiteri homicidiū:
& tunc illi gradus se habent sicut partes inte-
grales, atq; huius instar se habent hęc tres par-
tes pœnitentię, quæ sunt contritio, confessio

& satisfactio. ¶ Secundo arguitur. Nulla pars
integralis continet in se aliā sibi condiuuam
sed contritio continet in proposito & virtu-
te confessionem & satisfactionem: ergo non
condiuuiditur ab illis. Respondetur ad maio-
rem, q̄ vna pars non potest continere aliam
formaliter, vt caro non continet os, neq; ca-
put: pedem, in virtute tamen potest vna aliā
continere, vt fundamentum continet parie-
tes, & tecta: & hoc modo contritio continet
reliquas. ¶ Tertio arguitur. Ex partibus
integralibus simul & æqualiter constituitur
totū sicut linea ex suis partibus, sed hoc non
contingit hic: ergo non sunt partes integra-
les. Respondetur ad maiorem, q̄ inter partes
quascunq; integrales est ordo adinuicem, di-
uersimodē tamen: nam quædam habent or-
dinem tantum in situ, siue cōsequenter se ha-
beant, vt partes exercitus, siue se tangant, si-
cut partes acerui, siue etiam colligentur, si-
cut partes domus, siue etiam continuentur si-
cut partes lineæ. Et hæ partes quia non sunt
entia successiua neq; habēt diuersas virtutes
simul & æqualiter constituunt totum. Quæ-
dā verò habēt insuper ordinē tēporis, vt ma-
ne: meridiēs & vesper, & iste, quia sunt suc-
cessiue, non eodem momento constituunt,
sed successione. Aliæ verò partes præterea
habent ordinem virtutis, sicut partes anima-
lis, quarum prima virtute est cor, à qua reli-
quæ pendent, & inter reliquas aliæ ab alijs. &
isto modo se habēt partes pœnitentię, quarū
reliquæ, vt legitime sint, ex contritione pen-
dent, & successu tēporis vnā integrant ma-
teriam sacramenti.

*Secundū ar-
gumentum.*

*Tertium ar-
gumentum.*

ARTICVLVS. IIII.

*Vtrum conuenienter diuidatur pœnitentia in pœ-
nitentiā ante baptismum, & pœnitentiā
mortalium, & pœnitentiā venialium.*



Andē propter autoritatem li-
bri de vera, & falsa pñia, vbi
distinguitur pœnitentiā in pœ-
nitentiā ante baptismū & pñiam
mortalium, & pñiam venialium,
queritur, vtrum illa distinctio sit legitima. Et
respōdetur, esse legitimam distinctiōē pœ-
nitentiæ virtutis, non autem sacramenti. Est
enim considerandum vnā quamlibet vir-
tutē operari secundum temporis cōgruentiā
veluti

Q V A E S T I O
secunda, de prima parte
pœnitentiæ, quæ est
contritio.



I C nobis lux occidit S. Thomæ. Hic, inquā, obi-
tus illi calamū sustulit, ne
tertiam partē perficeret.
Hinc ergo eadē ferē obi-
batis luce nauigare no-
bis necesse est. Nam et si

*Obitus D.
Thomæ.*

quæ scripta reliq̄t in Quarto inter oēs sen-
tentiārum interpretes nomen merito habeāt
& dignitatem, non tñ illam attingunt, quæ
proprio calore, meditationiq; studio in sum-
ma digestsit. Quocirca in subsequētibus non
vltiq; adeo ad vnguē eius literā persequemur
vt libris de Iustitia & iure, & hic hætenus se-
cimus, sed ordinē & sentētiās eius quoad po-
terimus secuti, & vbi rō suaserit plurima etiā
verba referētes, liberiori stylo vtēmur. Non
q̄ eius asseq̄ vestigia præsumamus, Quis n.
id animo constituere audeat? sed q̄ necessi-
tas nos cōpellat ruinā, quā nobis eius deces-
sus fecit, & iacturā, quā nos subinde fecimus,
pro tenui nostra vili vtcūq; resarcire & refi-
cere. ¶ Circa quæstionē ergo præsentem sex
querūtur. Primo de cōtritionis quidditate,
vtrū sit dolor de peccatis assumpt⁹. Secūdo
de ei⁹ materia, vtrū tantū sit de peccatis præ-
teritis. Et tertio vtrū debeat esse de singulis.
Quarto de eius quātitate, vtrū debeat esse
maximus dolor. Quinto de eius formā respe-
ctu attritionis, vtrū scilicet attritio possit fe-
ri cōtritio. Sexto de eius necessitate, vtrum
vllum extet contritionis præceptum.

*Authoris or-
do.*

ARTICVLVS. I.

*Vtrum contritio sit dolor pro peccatis assumptus
cum proposito confitendi & satisfaciendi.*



Ic in primis hoc est animad-
uertendum quod cum contri-
tio id ipsum sit quod interna
virtus pœnitentiæ, & sub hoc
nomine in superioribus, potif-
simum dist. 14. quæst. 2. dist. 15. & 16. copiosif-
simè sit de illa deq; eius effectibus disertū
perparum est quod de contritione nobis di-
cendum superfit, sed pleraque omnium tan-
quam

veluti secundum alias debitas circūstantias.
vnde aliter operatur virtus pœnitentiæ post
orbem redemptū quā in lege naturæ. Pertinet
autē ad pœnitentiā, vt detestetur pec-
cata præterita cum proposito emendandi vi-
tam in melius, qui est quasi pœnitentię finis.
Et quia morales actiones accipiunt speciē à
fine, vt. 1. 2. q. 1. artic. 3. dictum est, consequēs
fit vt secundū diuersas mutationes, quas pœ-
nitens per pœnitentiā intendit, diuersæ spe-
cies pœnitentiæ distinguātur. Est autem tri-
plex immutatio à pœnitente intenta. Prima
quidem per regenerationem in nouam vi-
tam, & hæc pertinet ad pœnitentiā ante ba-
ptismum. Secūda verò est immutatio per re-
formationem vitæ præteritæ iam corruptæ,
& hæc pertinet ad pœnitentiā mortalium
post baptismum. Sed tertia est immutatio in
perfectiōnem operationem vitæ, & hæc per-
tinet ad pœnitentiā venialium, quæ remit-
tuntur per aliquem feruentem actum chari-
tatis, vt supra dictum est.

*Triplex im-
mutatio.*

*Primum ar-
gumentum.*

*Secundum ar-
gumentum.*

*Tertium ar-
gumentum.*

¶ Hic nihil prorsus est adnotatione dignum:
sed facillimæ sunt argumētorum solutiones.
Primum est. Pœnitentia est secūda tabula
post naufragiū, sed baptismus est prima: ergo
ante ipsum nulla est pœnitentia. Sed res-
pondetur q̄ pœnitentia, est secūda tabula
qua ratione est sacramentum, & quæ præce-
dit baptismum non est sacramentum. ¶ Sec-
undo arguitur. Quod potest destruere maius,
quale est mortale, potest destruere minus,
quale est veniale: illa ergo pœnitentiā, quæ est
mortalium est venialium, atq; adeo non sunt
duæ. Respondetur q̄ etsi pœnitentia morta-
liū per se sit venialibus sufficiens, tamen non
conuertitur: quia ille, qui est in gratia potest
habere pœnitentiā venialium absq; pœni-
tentiā mortalium. ¶ Tertio deniq; arguitur.
Sicut homo post baptismum potest peccare
venialiter & mortaliter, ita & ante bap-
tismum: ergo sicut post baptismum distingui-
tur duplex pœnitentia, ita & ante ipsum. Ne-
gatur consequētia, quia post baptismum po-
test esse veniale sine mortali, atq; adeo remif-
sio venialium sine mortalibus: sed ante bap-
tismum nō potest esse veniale sine mortali. Te-
net enim S. Tho. q̄ primū peccatū venientis
ad vsum rationis nō potest esse nisi mortale.
Et ideo ante baptismū in adulto non potest
esse veniale sine mortali, atq; adeo neq; abs-
q; illo remitti. Quare in illo non distinguitur
pœnitentia mortalium à pœnitentiā venialium.

quam iam satis examinata sunt habēda. Primus ergo articulus est de quidditate contritionis. Et arguitur, quod nō sit dolor pro peccatis assumptus cū proposito cōfiteudi & satisfaciēdi. Primò q̄a cōtritio est actus virtutis, dolor verò passio sensus. Secūdo q̄a sicut timor est de malo futuro: ita dolor de præsenti, qd' nobis nolētibus accidit pœnitentia verò est de prætēritis, quę nostra sponte cōmissimus. Sed in contrarium facit nomen ipsum contritionis, quod dolorem cordis significare videtur, qui in lege euangelica sine proposito cōfessionis, & satisfactionis nō est legitimus. Quo solutionem à noīs significato aucupemur, attero, & contero verba latina sunt, & contero significationem auget. Dicimus enim saxa attrita & contrita, & protritas vestes, & per metaphoram transfertur ad hominem, qui dicitur laboribus attritus, & ætate detritus. Extenditur autē metaphora ad cor quod afflictione & dolore dicitur contritū. At verò in hac Christiana & euangelica metaphora inter priscos latinos non reperitur: quia nec rei habuerunt notitiam. Nouerunt quidem pœnitentię nomen sub ratione virtutis, vt dist. 14. q. 2. monstrauiimus, sed tamē neque in lege naturę erant tres partes pœnitentię, neq; vim contritionis callebant, quę est peccatū radicis ex corde diuellere. In sacra verò scriptura & apud eius interpretes per hanc metaphoram cor dicitur contritū, quod cum homo per superbiam, quę vt legitur Ecclesiastici. 1. initium est omnis peccati adeo prauis suis affectibus inhaerescat, vt fiat cor eius sicut saxum durum, iuxta illud Exodi. 7. Induratum est cor Pharaonis, & sicut lac coagulatum, vt est in Psal. 118. fit vt detestatio peccati quę per contrariam fit humilitatem dicatur cōmolitio cordis & mollificatio: nā sicut duritię & coagulatione partes sibi inuicem adherent, sic dum moliantur & liquecunt, resoluiuntur & separantur. At verò quia vt. 4. Ethic. ait Philosophus dum res in partes grossiores franguntur, dicuntur atteri, dum verò commoliantur, dicuntur conteri, metaphora transfertur ad cor, videlicet vt dum homo imperfecte detestatur peccatum non tanquam Dei offensam, sed propter pœnas inferni, illa detestatio, quia non sufficit eradicare peccatum dicatur attritio. Quando verò per speciale Dei auxilium perfecte dolet ille actus, per quem nulla affectio cordis manet ad peccatum, sed omnino conuellitur, dica-

tur cōtritio. Ad quęstionem ergo quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Contritio, si eius substantiam spectes, non est dolor sensus, sed detestatio peccatorum, quę est in volūtate. Est enim cōtritio id ipsum quod primus actus pœnitentię virtutis. Enimverò cum, vt d. 14. q. 2. ar. 1. differuimus, virtus pœnitentię quinque includat, quorum primū, in quo eius substantia consistit sit peccatorū detestatio ipsissimum est, quod nomine contritionis significatur. At quoniam contritio tū primus sit actus virtutis pœnitentię, tū prima subinde pars integralis materię sacramenti, & istum quoq; sacramenti respectum explicari necesse est. Si ergo integra definitio desideratur. Contritio est detestatio peccati, quatenus offensa Dei est: cū proposito emendandi vitam consistendi, & satisfaciendi spe veniē diuinitus obtinendę. Et quia in sacra scriptura nomine cordis voluntas designatur, quę, sicut cor initium est corporei motus: ita & ipsa omnium est potentiarum motrix, aptissimē huiusmodi detestatio contritio cordis dicitur. Secūda cōclusio. Ex hac verò cōtritione in appetitu cōcupiscibili, vt loco citato declarauimus, ferē semper oritur dolor, qui est passio, atq; adeo de se non dicit virtutem. Veruntamen quia ex voluntatis electione fit, est virtus. Non tamen est ad virtutem pœnitentię necessarius, tum quod in patria sancti possunt detestari peccata licet non doleant, tum q̄ etiam in via non est in potestate hominis, vt semper eliciatur. Sed rogas. Cur ergo pœnitentiā dicitur dolor, postq̄ non est in sensu? Respondetur optima ratione tum quia propositio potest sumi causaliter, vt sit sensus q̄ est causa doloris, tū presertim quia & ipsa detestatio dicitur dolor cordis, hoc est, volūtatis iuxta illud Psal. 12. Quandiu ponam consilia in aīa mea, & dolorem in corde meo per diem? Quando scilicet lux diuinę gratię affusserit. Quinverò & præter detestationem ipsam, qua peccata displicēt volūtati, est passio in ipsa tristitię, illā consequēs, sicuti & tristitia in eadem nascitur ex amore boni: amor nāq; vt D. Th. 1. 2. q. 27. ar. 4. secundū Aristot. demonstrauit, est omnium affectionum volūtatis prima aliarumque fundamentum. Ex ea enim q̄ rem amamus, sequitur desiderium eius si ea caremus, & gaudium dum eam adipiscimur. Et ex eodem amore sequitur odium rei cōtrarię, & si futura imminet, metu nos con-

Prima conclusio.

Contritionis definitio.

Secunda conclusio.

Argumentum.

Decisio arti.

Prisci meminerunt pœnitentię virtutis.

Attritio et contritio.

cutit, præsens verò mœstitia afficit. Vnde in lib. de vera & falsa pœnitentiā, Dolor, inquit, est comes pœnitentię. Non dixit, est pœnitentia, sed comes. Atq; in hoc sensu intelligitur pœnitentię definitio in eodem libro. & refertur de pœnitentia distinct. 3. can. Pœnitentia. 2. Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, &c. Quapropter habitus omnium pœnitentium lugubris vbiq; depingitur, vt patet in Ninivitis, & Matth. 11. ait Christus. Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta fuissent signa, quę facta sunt in te, in cinere & cilicio pœnitentiā egissent. Et Hieronymus, de pœnitentiā dist. 1. can. Mensura. Apud Deum, inquit, non valet tantum tēporis mēsurā q̄ doloris. Et Cyprianus sermone 5. de lapsis, Agite pœnitentiā plenā dolentis ac lamentātis animi, probate mœstitiā. &c. Quin verò de Deo ipso per metaphorā legitur Genes. 6. quod tactus dolore cordis intrinsecus dixit, Pœnitent me fecisse hominē. Dicitur autem cōtritio dolor assumptus, quia est spontaneus, ad differentiā doloris, qui extrinsecus incutitur. Tametsi, vt supra diximus, quoniam à gratia quoq; procedit, sit à Deo datus. Et quoniam hoc supra loco citato dist. 14. q. 2. ar. 1. abundantibus testimonijs cōprobauimus, ne de eadem re molestū faciamus articulum, statuitur tertia cōclusio. Contritio est vera virtus. Hęc asseritur contra Lutherum art. 6. à Leone cōdemnato, vbi ait, hominem facere hypocritā & magis peccatorem, cum in suis scilicet doloribus spem ponat, quā in sola fide deberet collocare. At prætermisissis alijs testimonijs, & rationibus illic adductis, illa modò sufficiant, quę nomine contritionis id confirmant. In sacra enim scriptura contritio, si perspecte attendas, idē est quod afflictio cordis, qua cor miserū maceratur & resoluitur. Vnde Deus Hierem. 6. sacerdotes reprehēdebat dicens, Et curabāt contritionem filię populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax, & nō erat pax. Sed tamen contritio hęc & mœror pōt oriri quandoq; ex metu & presentibus calamitatibus, vt est in Psal. 12. Cōtritio & infortis in vijs eorum. Et cōtritio huiusmodi non est per se bona & legitima. Oritur tñ quādoq; ex humilitate, quę contraria est superbię, per quā recrudescūt peccata. Et hęc est laudabilis, de qua in præsentiarum loquimur. Atq; de hac David Psal. 50. Cor inquit, contritum & humiliatum Deus non despicies. Et Psal. 146.

pœnitentię definitio.

Tertia cōclusio.

Contritio in sacra scriptura.

Hierem. 6.

David.

Qui sanat contritos corde, & alligat cōtritiones, (id est) vulnera & plagas corū. Et Esaię 61. Ad annunciandū mansuetis misit me Dominus, & vt mederer contritis corde. Dicitur item cōtritio alio nomine cordis cōpunctio, iuxta illud Psal. 4. Quę dicitis in cordibus vestris, & incubilibus vestris cōpungi mini. Vt enim vlcus ferro pungitur, vt virus exeat, sic & cor, vt peccatum emittat. Vnde antiqui sancti patres sub nomine cōpunctionis & cōtritionis hac de re loquuntur. Vt Gregor. 8. Moralium. Alia est, inquit, cōpunctio, siue cōtritio quę per amorē nascitur, alia quę per timorē. Et Græcus Chrysost. libros edidit de cōpunctione cordis. Sed homilia. 9. super. 6. cap. ad Hebræos, Cor inquit, contritū & humiliatum Deus non spernit: quia illud non erigitur, non percutit, & talis est, inquit, contritio cordis. Eadem ratione contritio dicitur scissio, sicut mēbrum putridum scinditur: & quia per illam incisionem auersus homo à cōmutabili bono cōuertitur in Deū, coniunguntur ambo Iohelis. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra. Ad argumētum ergo primum iam responsum est, vbi declarauimus quēadmodum dolor etiam in sensu sit virtus, cum tñ hęc nō accipiamur dolor, nisi pro detestatiōe, quę à voluntate elicitur. Ad secundum verò respondetur, q̄ etsi peccata fuerint præterita actu, manent tñ reatu: scilicet, quātum ad maculā, quę est priuatio gratię & amicitię Dei, & quātum ad reatum pœnę, & hac ratione hominem contristant. Præsertim q̄ memoria eorum, cum sit præsens, sufficiens est nos mœrore afficere. Et quanuis nostra sponte ea cōmiserimus, nihilominus quā modò nollemus ea commisisse, dicuntur, dum nos pœnitent, nolētibus nobis accidere. Quod si arguas, dementiam esse nolle vt id, quod factum est, non fuerit: quia ad præteritum nulla est potentia. Dux sunt extrema opinionēs. Vna quod potest esse aliqua nolitio absoluta impossibiliū, licet inefficax, & talis est detestatio pœnitentię. Sed hęc opinionē loco citato satis ostēdimus esse falsā. Altera est in altero extremo Adriani de pœnitentiā. q. 1. tenentis q̄ neq; nolletas esse potest cōditionalis impossibiliū, quādo cōstat illud impossibile nō extare. Licet enim mercator ingruente tempestate habeat illam conditionalem velleitatem. Vellem seruare merces si simul possem seruare

Cōtritio cordis compunctio.

Gregor.

Chrysost.

Contritio dicitur scissio.

Solutio primi argum.

Secundi arg. solutio.

Argumentū.

Dux opinio.

Prima.

Secunda.

seruare vitam: tamen dum constat ei non esse possibile illam seruare, uelleitatem deponit, & absolute uult merces in mare proijcere.

Quare tristitia, inquit, illius non est causa uelleitatis, quae iam deposita est, sed simplex affectio & desiderium, quo homo afficitur ad sua propria bona. Pari modo ait de detestationem poenitentiae non esse uelleitatem: quia constat homini impossibile esse peccatum non fuisse, sed esse simplicem affectionem, quam homo habet ad Deum, uel ad beatitudinem, & illa est causa tristitiae. Haec autem opinio est extranea & a doctoribus & a ueritate. Primum enim est contra Aristotelem 3. Ethic. dicentem de naufrago, quod simul habet uelleitatem non proijcendi merces cum absoluta uoluntate proijcendi, nec sunt repugnantes. Secundum est contra rationem Physicam: nam si haberi potest propositum & desiderium rei impossibile, etiam si constet esse impossibile, ut ipse admittit, eadem affectio & idem desiderium non potest non parere actum illum conditionalem: quare istum actum de impossibili habere, non magis repugnat quam habere eius desiderium. Immo uero cum quis filium aut rem charam amisit, propterea moeret, quod uellet illud non accidere, quod uidet impossibile non accidisse. Ob idque non est prudens consolatio illa uulgaris dum quis moestus est de re aliqua, dicere illam moestitiam nihil prodesse, & ideo esse abijciendam. Quare Solon dum defunctum filium amare lugeret, dicenti ei quod nihil illae lachrymae illi prodesse, respondit, Propterea lachrimor, quia nihil lachrimando proficio. Tertio praedicta opinio est contra historiam Christi, qui profecto in agonia positus eam habuit uelleitatem mortis, quam expressit uerbis: expressit autem conditionalem. Pater, si possibile est, transeat a me &c. & tamen sciebat secundum quod praefinitum erat a patre, non esse possibile: nam dicere quod habebat absolutam uelleitatem, est haereticum: dicebat enim Spiritus promptus est &c. Quarto denique negare detestationem poenitentiae esse actum elicitum uoluntatis, qui esse non potest nisi conditionalis uoluntatis, est temere doctorum ueritatati contradicere, quorum est Alexand. 4. par. q. 54. memb. 2. art. 2. & hic D. Tho. Indubie ergo detestatio poenitentiae est, Nollem peccasse si esset possibile, & quia homo uidet esse impossibile contristatur, & moestus fit de Dei offensa. Quod si arguas. Ergo Deus ipse nollet etiam peccata hominum fuisse, atque adeo habet

Reprobatio opinionis.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Obiectio.

nolitionem, quae impleri non potest. Profecto illatum conceditur. Deus enim non solum habet absolutas nolitiones, quae sunt efficaces de bono obiecto, secundum quas omnia quaecumque uoluit fecit in caelo & in terra, uerum & conditionales, de rebus, quae ei displicent, Nollem homines peccare, aut peccasse: nam propterea prohibet nos peccare. Sed de hoc alias. Hic autem repetitum lector putet quod dist. 15. q. 1. art. 2. ad monuimus: scilicet, quod non sit explicandum in definitione, idque minimè uulgo, quod contritio sit detestatio actualis uel virtualis: nam cum testimonia illic relata poenitentiam exigant, non est fas aliter loqui quam ipsa sonant. Et multo minus admittendum quod sufficiat propositum virtuale. Nam praeter testimonia illic citata est expressa sententia concilii Florentini, ubi habetur quod ad contritionem spectat dolere de praeteritis cum proposito non peccandi: nomen autem propositi actualem intentionem seruandi legem sonat. Cum enim poenitentia sit vitae mutatio, non minus requirit propositum futuram, quam detestationem praeteritam. Quin uero magis: nam finis poenitentiae est honor Dei, & utilitas nostra, dolor autem praeteriti eo potissimum in honorem Dei & nostrum commodum cedit, quod propositum parit, ut vitam emendemus, ad quem potissimum finem poenitentia ordinatur. Ad haec tadem cuiuscumque uirtutis est propositum ingenerare operandi secundum illam: ergo cum poenitentia sit uirtus ad hoc praecipue destinata ut uita nostra corrigamus, oportet, ut rei huius propositum expressum secum adferat. Sunt qui dicunt non opus esse onerare praecipua dei, nisi sint in sacra pagina expressa. Sed respondetur in primis hoc propositum, ut supra diximus, elicit ex sacra pagina, ubi nobis praecipitur conuersio in Deum, tum etiam ex natura ipsius poenitentiae: quare cum in nostram cedat utilitatem, non est nobis onus. Immo tam facile est habere tale propositum, quam habere uerum praeteritorum dolorem. De alia uero particula posita in definitione contritionis quod sit cum proposito confitendi, & satisfaciendi, iam supra diximus quod non requiritur expressum in illo momento, quo homo conuertitur, sed satis est propositum habere seruandi legem ubi includitur propositum confitendi tempore ab ecclesia praefinito. At quia in euangelio praefixus est poenitentiae modus per sacramentum, hac ratione propositum confel-

Non est dicendum quod contritio sit detestatio actualis uel virtualis.

Cum proposito confitendi & satisfaciendi.

cofessionis & satisfactionis censetur peculiariter includi in contritione.

ARTICVLVS. II.

Utrum contritio tantum sit de peccatis praeteritis actualibus proprijs.



Secundus articulus est, de contritionis materia. Et arguitur quod non tantum sit de actualibus praeteritis proprijs; peccatis. Primum ex sententia Augustini in lib. de poenitentiae medicina. c. 2. ubi ait, quod nemo vitam aeternam desiderat, nisi eum huius uita mortalis poeniteat: ad mortalitatem autem uita non solum peccata actualia attinent, uerum & eius mortalitas, & omnes calamitates, atque adeo originalis labes, ut idem ibidem ait: ergo & de poenis etiam peccatorum, & de originali dolendum est. Secundum arguitur. Peccatum ex subsequenti effectu agrauatur: ait enim Hierony. quod poena Arij nodum est determinata, quia adhuc est possibile aliquos per eius heresim corruere: grauitas autem peccatorum est obiectum contritionis: ergo contritio extenditur ad peccata futura, quorum peccator fuit causa. Atque inde sumitur argumentum tertium, quod etiam alienorum debeat hominem poenitere: iuxta illud Psalmi, Ab alienis parce seruo tuo. In contrarium autem est, quod poenitentia est secunda tabula post naufragium: ergo solum est de peccatis post baptismum commissis: & cum sit conuersio in Deum, & auersio per sola propria & singularia peccata commissa fiat, solum est necessaria de peccatis praeteritis, atque adeo de singulis, quorum est necessaria confessio.

Partis negatiuae primu argumentu.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Conclusio.

poenitentiae. Prima partem conclusionis dist. 15. q. 1. art. 2. satis elucidauimus, ubi demonstratum est poenitentiam usque adeo esse necessariam, ut sine illa nullum peccatum mortale remitti possit. Secunda uero pars probatur, quia poenitentia, quae sua est propria significatio, non est nisi earum actionum, quas in hominis potestate fuit facere & non facere, iuxta uerbum Hesiodi, Metanoea uocor, quae facti, non facti; exigo poenas. Haec enim, quae non in nostra fuerunt potestate, possunt nobis displicere & tedium facere, ut hoc aut illo simus genere aut ingenio, aut corporis habitu nati: poenitere autem illorum quia euitare nequiuimus, nequaquam possumus. Sed est praeterea peculiaris ratio in contritione, quae est uirtus: nam cum huius uis in eo sit posita, ut per ipsam in Deum conuertamur, aut feruorem charitatis eius recuperemus, auersio autem ab eo, aut charitatis tepor non fiat nisi per proprium peccatum, sit ut poenitentia solum de huiusmodi peccato esse possit. Confirmatur ex nomine contritionis, quae dicitur amotionem cordis nostri a peccato, in quo erat induratum, induratio autem illa non erat nisi per nostrum liberum arbitrium, quod peccato adhaerebat: ergo de proprio nostro solo peccato commissio possumus contritionem habere.

Hesiodus.

Ugitur ad argumenta in contrarium respondetur, Ad primum quidem, quod poenitentia non est de uita mortalitatis: sed ratione peccatorum, quorum mortalitas, & sensualitas corruptibilis corporis est causa, sicut ait idem August. eod. lib. quod adultus non potest uita nouam inchoare nisi ueteris poeniteat, hoc est, culpa qua uita praeterita est contaminata. Poenitentia enim non sunt immediate in nostra potestate, quia nos eas nollemus incurrere, imo inuitis nobis accidunt. Et ideo contristari nos possunt, non autem poenitentia nos afficere. Atque in hoc sensu ait ibidem August. quod debet nos poenitere peccati originalis, ubi poenitere usurpat pro eo, quod est tædere: & dolere, hoc est, tristari de illo: quia cum nostra propria uoluntate non fuerit commissum, sed uoluntate Adae, in quo oes peccauimus, non per poenitentiam, sed per baptismum remittitur. Sed dolere eadem labes nobis debet: & displicere, eo quod desiderium nostrum gloriae uel impedit, uel remoratur. De actualibus uero ante baptismum commissis iam diximus poenitentiam suo gradu requiri. Ad secundum respondetur, quod ad peccatum futurum, si sit proprium, extenditur poenitentiae uirtus.

Solutio primi argum.

Solutio secundi argum.

Ccc uirtus

virtus quatenus generali quadam ratione est detestatio omnium offensarum Dei, quae in omni peccato reperitur. Non tamen hominem poenitere potest illud a se commissum iri, quia res integra est, ut nunquam illud committat. Sed tamen proponere debet. Illud nunquam committere, & cauere ne committat, illud autem propositum ex eadem poenitentiae virtute, ut supra diximus, nascitur, qua ratione poenitentia est generalis detestatio omnium offensarum Dei. Cautela vero adhibetur, quatenus poenitentia ratione participat prudentiae. Et ideo contritio, ut ait hic S. Tho. q. 2. art. 2. quaestiuuncula. 4. tanquam in obiectum proprium fertur in peccatum praeteritum, sed ex consequenti respicit futurum. Quocirca diximus poenitentiam praeteritorum non esse legitimam, nisi pariat firmum propositum cauendi in futurum.

Solutio resty argum.

De peccato autem alieno, cuius poenitens fuit causa, non potest ipsum poenitere, quia non est amplius in sua potestate, ut non committatur: quare tota grauitas culpae peccati, quod alijs hominibus futurum est causa ut peccent, ipso puncto, quo perpetratur, contrahitur. Ob idque ex alienis peccatis nihil culpae accrescit primo peccanti. Colligitur ergo, quod poenitentia solius est proprii peccati. At vero quando homo videt quanta mala ex sua culpa succreuerint, quia tunc agnoscit quantum suum crimen fuerit, acerbius eum illius poenitet. Et ideo postquam in die iudicii patuerint effectus cuiuscumque peccatoris, augetur cuiusque poenitentia, non vero augetur subinde poena damnatorum, nisi accidentaliter: quia videbitur quatorum fuerint malorum causa. Potest etiam iustissimus quisque, imo debet tristari & mestus esse, quod alij peccent, ille tamen non est poenitentiae effectus sed charitatis.

Poenitentia est solius proprii peccati.

Tristari, quia alij peccant, non est poenitentiae effectus.

ARTICVLVS. III.

Vtrum de singulis mortalibus culpis requiratur singularis contritio.



Ira tertium articulum arguitur, quod non sit de singulis peccatis necessaria contritio. Contritionis motus est ad iustificationem impij necessarius: ille autem esse potest in instanti cum sit spiritualis, iuxta illud Ezech. 33. Impietas impij non nocet ei in quacumque die conuersus fuerit, ubi die sancti per hora & momento vsurpant, iuxta illud Ecclesiastici. 11. Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem: in instanti vero non potest esse singulorum recogitatio.

Partis negativa argum.

In contrarium est sententia Hieronymi dicitur diuersorum morborum diuersas esse medicinas, quia quod sanat oculum non sanat calcaneum: cum ergo contritio sit medicina, debet singulis accommodari.

Pars affirmatiua.

Quaestio haec est & cognitiu necessaria propter usum poenitentium, & decisiu non facilius propter opinionum obscuritatem. Ob id igitur non nihil eget meditationis. Et primum quidem opinio fuit antiquorum omnium, quod requiratur contritio specialis singulorum, ut Alexandri 4. par. q. 69. memb. 8. art. 2. & Richar. dist. 16. art. 4. q. 2. & Durandus, dist. 17. q. 2. & Palud. ead. dist. q. 1. art. 2. Non tamen expresserunt, an toto numero esse debeant contritiones, quot peccata. Et ideo Caietanus super tertia parte q. 87. art. 1. & latius q. 2. de contritione super eandem tertiam partem ait ridiculum esse de singulis singulas exigere contritiones, siue in ordine ad sacramentalis confessionem. Et quia suboscure loquitur, opinio eius consistit per distinctionem in duabus conclusionibus. Aut enim contritio consideratur quatenus pars est sacramenti & materia confessionis, & tunc requiritur ut reuocatis quoad eius fieri potest peccatis omnibus in memoria contritio in hac collectim feratur formaliter, quae subinde virtute fertur in partem contra culpam oblita. Si autem consideretur per se contritio, non exigitur specialis, quia nec requiritur indagatio & recordatio peccatorum: sed sufficit generalis detestatio peccatorum: imo satis est dicere, Peccaui, ut argumentum factum probat. Atque haec est opinio, quae nunc plurimum habetur in vsu.

Decisio articuli.

Opinio antiquorum quod requiritur contritio specialis singulorum Caietani.

Prima conclusio Caietani.

Secunda conclusio Caietani.

Prima conclusio.

Nihilominus arbitror moderatione opus habere, & ideo tribus conclusionibus respondetur. Prima. Contritio per se & suapte natura requiritur singulorum mortalium specialis & singularis, non solum in ordine ad confessionem, sed etiam per se ipsam in iure naturae, quatenus per se ipsam solum ex gratia procedente remittuntur peccata. In primis enim haec est expressa sententia S. Tho. loco citato. 3. part. q. 87. art. 1. Cuius verba sunt. Exigitur ad remissionem peccati mortalis perfectior poenitentia, ut scilicet homo peccatum mortale actuale detestetur quantum in ipso est, ut diligentiam adhibeat ad rememoranda singula peccata mortalia, ut singula detestetur. Id quod de contritione secundum

dum se ipsam affirmat sine ordine ad confessionem. Sed praeter eius autoritatem arguitur ratione. Contritio est motus conuersionis auersioni contrarius: sed per quodcumque peccatum mortale fit auersio: ergo quantum est de se quodcumque sua exigit contritionem. Et confirmatur ratione, quae D. Tho. q. praesenti, quaestiuuncula. 6. ad secundum insinuat. Arguit enim, quod sufficiat vna omni peccatorum contritio, eo quod vna est omnis auersionis ratio. Et respondet, quod illa auersio variatur ratione diuersarum contritionum. Est ergo ratio huiusmodi. Contritionem debemus admetiri grauitati peccati: sed peccata ratione suorum obiectorum & circumstantiarum aggrauantur magis & minus: ergo quantum est ex natura rei debet esse singulorum singularis.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Secunda conclusio.

Caietanus.

Primum argumentum Caietani.

Tertio arguitur. In iure naturae antequam esset instituta confessio, sed sola fides mediatoris in confuso, requirebatur, ut quisque postquam in Deum conuertebatur diligentiam faceret quatenus cognitio illius temporis admonebat, ut sua delicta recoleret, atque illorum cum poeniteret spe veniae apud Deum: re vera nescio quis hoc negare possit: nam lumem naturale id docet: ergo sine respectu ad confessionem exigitur peccatorum contritio. Imo vero Christus eo modo confessionem instituit peccatorum, quo in lege naturae erat requisita contritio. Profecto arbitror, conclusionem esse verisimam, sed adhibetur ei secunda eius moderatrix. Quando tempus non suppetit, aut comoditas non datur & oportunitas, sufficit contritio generalis peccatorum in confuso, quatenus sunt offensa Dei. Haec conclusionem argumentum factum plane concludit: quoniam Deus salutis nostrae sitibundus nihil a nobis pro quocumque momento exigit, nisi quod tunc est nobis possibile: cum ergo nobis tam subita peccatorum recordatio non sit possibilis, quocumque momento peccator digito Dei tactus dixerit: Peccaui, sufficit ei, sed tamen hoc est, quia illa momentanea & generalis contritio propositum includit pro tempore & loco singulorum poenitendi. Sicut baptismus licet sit per se necessarius, tamen votum eius dum non datur rei oportunitas, sufficit. Scio equidem Caietanum praedicta conclusione secunda hoc redarguere, sed vim argumentorum suorum non video. Arguit enim primum hoc non colligi ex sacra scriptura aut ex doctoribus. Attamen id nos negamus: nam cum sacra scriptura conuersionem a nobis exposcat, quae quidem conuersio est detestatio offensa Dei, ex natura rei sequitur, quod debet esse cuiuscumque offensa

detestatio. Et hoc sonat illud Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro: scilicet, quicquid auersionis in corde est inde expungite. Cui consonat illud Esaias. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Recogitare annos non est nisi ad inquirendum peccata singula & de illis dolendum. Idque non obscure insinuat illud Ezechie. 18. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia praeccepta mea, vita viuet, ubi peccatorum penitentia assimilatur mandatorum custodia, quae est singulorum. Quod autem ait non elici ex doctoribus, profecto contrarium ostendit admonitio illa in libro de vera & falsa penitentia. c. 14. quae refertur can. Consideret, de penitentia dist. 5. scilicet, Consideret peccator qualitatem criminis in loco, in tempore in varietate personae &c. Etenim si circumstantiae sunt sic meditandae, a fortiori & peccatorum numerus. Atque S. Tho. & doctores citati dicunt requiri contritionem in speciali sine mentione confessionis.

Esaias. 38.

Recogitare annos.

Secundum argumentum, Caietani.

Quando tenetur quis contritionem habere de singulis peccatis.

Qualis esse debeat singulorum contritio.

Respondetur Caietano.

Arguit secundum Caietanum, quod sequeretur ex hac nostra assertionem, quod contritio generalis non sufficeret, nisi vel praecederet vel subsequeretur in speciali singulorum. Respondetur, quod si inferat non sufficere ut non cum primum habetur, fiat peccatorum remissio, negatur illatio, imo illo fit momento, si vero inferat non sic sufficere, quin homo vel ante vel post teneatur indagare facere etiam singulorum, certe id concedo etiam in iure naturae, nec contrarium ipse probat. Sed rogas, secluso praeccepto confessionis, quando tenetur homo illa indagare facere, ut de singulis contentetur. Respondetur, quod in iure naturae, & in lege veteri teneretur data oportunitate & comoditate saltem antea quam immineret grande periculum obliuionis. Sed tamen in lege euangelicae quoniam praescriptum est tempus confessionis semel in anno, satis est tunc quantum ad vim praeccepti speciale illa habere contritionem, nisi forsitan in articulo mortis, de quo ar. 5. videbimus. Subsequitur ergo, ut exploremus illa specialis singulorum contritio qualis esse debeat. Quod enim non debeant singulis peccatis singulae respondere contritiones, inde apparet, quod non est in potestate hominis, maxime ubi ingens est delictorum acervus, tot numero habere dolores. Quinimodo neque de rebus latis possibile appareat, ut homo tot possit intercisas latitias elicere. Atque hac ratione Caietanus ait, hoc esse ridiculum. Sed primum ad hoc respondetur non esse vsque adeo ridiculum. Etenim

quanius dolores & tristitia, quæ sunt passio- nes tot sigillatim elicere & numerare vix sit in hominis facultate, isti tñ dolores, vt dictū est, nō sunt de essentia pñiæ, sed sola detesta- tio, quæ est actus voluntatis. Et istas habere plures & diuisas singulorū peccatorū nō est impossibile. Attñ crediderim, neq; has esse prorsus necessarias. Tamen si consultum fue- rit, si quis in tēpore illas conetur elicere. ¶ Sit ergo tertia cōclusio. Satis est ad habēdā cōtri- tionē singulorū specialē, dum quis ad confes- sionē accedit recogitare annos in amaritudi- ne animi, hoc est, peccata singula per tēpora & loca indagare, quib⁹ memoriæ oblati cō- tritionē habere illorū, hæc enim dicitur sin- gularis, ¶ D. Tho. hic quæstionē. 6. ait, q̄ quā- tū ad principiū contritionis: scilicet, dum qs cogitat de peccatis, sufficit dolere de singulis eo ordine, quo occurrunt, vt dolores iuxta numerū peccatorū numerētur, & licet dolo- res illi non sint prorsus contritiones, sufficit esse attritiōes. Sed tñ in termino, inquit, id est peracta indagine, qñ iam cōtritio est forma- ta per gratiā, sufficit, vt sit vna contritio de omnibus, tunc enim ille motus agit in vi di- spositionū oīm præcedentiū. Et fuit iste mo- dus loquendi antiquus, quē Durand. loco ci- tato sequitur. Et Caieta. secūda citata quæst. de cōtritiōe ait esse cōem doctrinā. ¶ Fateor me tñ hoc de istis attritionibus nō posse, aut bene intelligere, aut satis credere. Neque S. Tho. in summa hoc dixit, neq; si hæc tractaf- set, dixisset. Enimvero aut ille, q̄ indagine mē- te inchoat suorū peccatorū, in principio ve- ram habuit cōtritionē in genere de offensis Dei, aut secus. Si habuit, profectō oēs detesta- tiōes sigillatim factæ sunt veræ cōtritiōes. Si vero neq; in principio, neq; per aliquā illarū specialē verē detestatur peccatū tanq̄ offen- sam Dei, certē illæ detestationes, quas appel- lant attritiones, non sunt necessariae. Sed sa- tis est q̄ hō mente recolat peccata oīa absq; vllius displicētia dūmodo nō habeat cōpla- centiā: & peracta indagine vnica cōtritione hæc oīa detestetur. Quare, nescio, cur Caieta dixerit, q̄ requiratur detestationes sigillatim singulorū, sed nō contritiones nisi vna: nam si detestationes nō sunt cōtritiones, nō sunt necessariae. Et re vera pœnitentiū vsus nō est nisi in principio habere cōtritionē generālē quæ sufficit ad gratiā, & deinde peccata in- uefigare ad confitendū, vel si existēs in pec- catis vult oīa in mentē referre anteq̄ vllū ha-

Tertia con- clusio.

D. Thom.

Sententia au- toris.

beat detestationis actū, satis est oibus reme- moratis vnā detestationē applicare. Nam & sic nonnulla collectim homo confitetur. Nō enim opus est meretrici, vt sigillatim omnes suas turpitudines recēseat, sed satis est dicat, decies aut centies. Imò vt dist. seq. videbim⁹, qñq; sufficit dicere tēpus, quo in illo flagitio fuit. Hæc verò singularis, licet mēbratim nō respōdeat singulis peccatis, debet tñ eō esse acerbior & luētiosior, quo sunt grauiora pec- cata. ¶ In calce demum notandum, cur con- tritio nunq̄ dicatur virtualis, quod Caietan. sæpe illic repetit. Primū enim cōtritio illa ge- neralis, qua quis ante indagine cōuertitur in Deū, dicitur virtualis singulorū: sed nihilomi- nus est formalis actus pñiæ & formalis dete- statio & contritio. Secundō, post diligentē peccatorū inquisitionē illa cōtritio singula- ris eorū, quæ memoriæ occurrūt, dicitur vir- tualis eorū, quorū homo citra culpā sic obli- t⁹ est, vt nō possit in memoriā reuocare. Sed tñ hæc etiā est formatissima cōtritio, & dete- statio. Quapropter in definitiōe cōtritionis, vt supra dist. 17. q. 1. artic. 2. admonitū curauim⁹, non est ponendū q̄ sit detestatio actualis vel virtualis peccatorū, & præsertim hoc vul- go nō est pponēdū: qñ quidē oīa testimonia illic relata absolutē pñiam exigunt, quæ sim- plici nomine nō intelligitur nisi actualis.

Meretrici confessio.

Cōtritio mī- quam dicit virtualis.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum contritio dolor esse debeat maxi- mus qui esse potest per naturam.



Vartus articulus est de quāti- tate cōtritionis, & arguitur, q̄ non requiratur dolor maxim⁹ qui esse potest per naturā. Ex Partis nega- tiua primū argumentū. Ex pericietia docemur, cōplures ve- hemētiori dolore de alijs rebus percuti, q̄ de peccatis, vt de morte, deq; alijs iacturis tem- poraliū rerū: id qd̄ acriorib⁹ lachrymis & sin- gultibus iudicant. Et tñ huiusmodi hoīes ma- iorē sensum habētes aliarū rerū q̄ peccatorū vulgus non condemnat. ¶ Adde secūdo, q̄ dolo- r dolor consolatione mitigatur: dolor autem pœnitētis cōsolationē habet annexā, ppter spem veniē, cū alij sint dolores potissimū in- ferni, q̄ omni sunt cōsolatione destituti. ¶ In cōtrariū autē est, q̄ cū pñiē dolor esse debeat de malo, quo pei⁹ illud est, maiorē decet esse dolorē: malorū autē pessimū est peccatū: ergo eius

Partis nega- tiua primū argumentū.

Secundū ar- gumentum.

Partis affirma- tiua.

ei⁹ dolor, si legitim⁹ sit, debet esse maximus. ¶ Pro quæstionis decisione meminisse ex su- perioribus oportet duplicem, esse dolorem, alterū in voluntate, qui est detestatio pecca- ti, in quo essentia contritionis consistit, atq; alterū in appetitu sensitiuo, qui est prioris ef- fectus. Rursus quantitas actus attendi dupli- citer potest: scilicet, vel ex graduā intensio- ne, vt Phisici loquūtur, vel appretiatiuē ex parte obiecti, quod pluris vel minoris æsti- matur. Sunt ergo de hac re opiniones variae. ¶ Opinio Adriani. Primū enim Adriani. q. 2. de pñiā, & quodlib. 5. art. 3. tenet, contritionē sic esse debere maxi- mā, vt totus ei conatus hoīs apponatur, alio- qui, inquit, licet esset de offensa Dei & pro- pter Deū, nō esset sufficiens ad delendū pec- catū. Cuius rationes inferius examinabim⁹. ¶ Opinio Scoti. ¶ Scotus verò dist. 14. q. 2. licet non summū conatū exigat, ait tamen, q̄ detestatio anteq̄ fiat legitima contritio certam habere debet, tum gradualem intensiōem, tum subinde extensiōem, & temporalē continuationem. ¶ His tamen non obstantibus ad quæstionē quinque conclusionibus respondetur. ¶ Prima conclusio. Dolor, q̄ est essentialis cōtritio: nē- pe, peccatorū detestatio, maximus esse de- bet appretiatiuē dolorū omniū, quod est di- cere. Debet peccator sic detestari peccata, vt pro nulla re mundi ampliū illa committat. Quæ quidem conclusio non vtūq; vera est, sed velut catholica veritas ex euangelio col- lecta. Probat. Contritio, vt dist. 14. q. 2. art. 5. de pœnitētia diximus est actus charitatis, qui videlicet ex timore filiali nascitur. Oīs enim dolor rei perditæ, vt ait Angu. in illius amore fundatur. Ob idq; dolor peccati, per quod Deum amittimus, debet esse de offen- sa Dei propter ipsum, atque adeo per eius auxilium sufficiens ad eius recōciliandā ami- citiam: ergo eadem est mensura actus pœ- nitētis & charitatis: charitas autē Dei, eo q̄ ipse supremus est omniū bonorū finis, debet esse appretiatiuē omniū amorū maximus, vt scilicet, nullam rem ei præferamus, sed ip- sum vniuersis ergo eadem ratione quæ amif- se per peccatū charitatis pœnitet, eodē gra- du debet illud detestari. Et confirmatur ra- tio ex consonantia vtriusq; præcepti: māda- tum enim charitatis, vt ait christus, Matth. 22. & scribitur Deut. 6. est Deū diligere ex to- to corde, in tota anima, & in tota mēte: hoc est, nihil dilectioni cōtrariū in corde relinq̄- re. Et similiter de cōtritione legitur Iohel. 2.

Decisio arti- culi.

Opinio A- driani.

Opinio Scoti.

Prima con- clusio.

Cōuertimini ad me in toto corde vestro. Et ad idē tendit postrema ratio inter arguēdū facta. Sicut enim Deus primū est bonū inter diligibilia: ita & peccatū summū est malum inter odibilia: igitur qua ratiōe est Deus sum- mē diligendus, peccatū est summo odio ha- bendū. Quapropter idem est dolorē pecca- torū summū esse debere appretiatiuē, & pec- catū super omne odibile odio esse habendū. Et confirmatur hæc conclusio illo etiā testi- monio Matth. 10. Qui diligit patrē, aut ma- trē plusq̄ me, nō est me dign⁹: & q̄ amat aiām suā, p̄det eā, cui⁹ sensus literalis est ob nullā rē mundi nec p̄pter vitā fas esse peccare. Imò etiam contradictionē implicat, vlla ratione licere peccatū: nam si liceret, non esset pec- catū. ¶ Secunda conclusio. Minimē opus est vt eadem detestatio & nolitio peccati sit ma- xima intensiue. Conclusio hæc, quam hic D. Tho. affirmat, est contra Adrianum supra citatū, qui asserit necessariū esse summū co- natum. Et probatur. Intensio actus volunta- tis fit ex vehementia obiecti mouentis: ob- iectū autē sensibile vehementiū suapte na- tura mouet volūtate, quā spūale: quoniā voluntas sequitur cognitionem intellectus: intellectus autem in hac vita sumit cognitio- nem à sensu: sensibilia verò sunt propinquo- ra obiecta, quā spiritualia, quæ abstrahunt à sensu: sed quo obiecta sunt propinquiora, eo vehementiū mouent: ergo amor sensua- lium potest esse intēsius, quā spiritualiū, atq; adeo displicentia amissionis eorū, quā di- splicentia amissionis spiritualiū. Et cum do- lor peccatorū sit de rebus spiritualibus: scili- cet, quia per ipsa amittimus Deū & eius glo- riam, sit vt alius dolor possit esse niaior, neq; hoc sit culpabile, quia sequitur naturā rerū. Quare non est culpa si dum homines filios, aut honores, aut alias res charas amittāt, in- tensiū illud eis displiceat quā peccatum. Ex quo sequitur illud Matth. 10. Qui amat patrem, aut matrē plusquā me, non est me dignus, non intelligi intensiue, sed appretiati- uē: vt dudū expositum est. ¶ Tertia con- clusio. Dolor, qui est in parte sensitua vehe- mentior esse potest, quā qui ex detestatio- ne nascitur peccatorū: neq; hoc etiam est cul- pa. Probat. Dolor in sensu dupliciter gi- gnitur. Vno modo per læsionē ipsius sensus, vt cum quis ferro aut igne plagam accipit. Et hoc modo nō est dubium, quin dolor sen- sus vehementiū exurat, quā peccatorum: Ccc 3 nam

Secundā con- clusio.

Tertia con- clusio.

nam vires inferiores vehementius à suis proprijs obiectis sensibilibus mouentur, quam per obedientiam rationis: per quam quidem obedientiam excitantur ad dolorem peccatorum: inò verò, vt supra diximus, non semper contritio sufficit sensualem dolorem exprimere: quare ille dolor non est ad poenitentiam necessarius. Secundo modo dolor ille sensualem nascitur per obedientiam: quia sensitivus appetitus excitatur à voluntate, cui quòdoq; obedit. Et etiam isto modo potest esse vehementior rerum sensualem quam peccatorum: quia eadem ratione vires sensitivæ propius circa sua obiecta obediunt ratioi, quam circa obiecta spiritalia. Per hæc consolari debent vulgares, qui non tam affliguntur, & gemunt, nec tantas effundunt lachrymas, propter commissa peccata, quam propter amissas res temporales: est enim natura in causa, & ideo non vergit in culpam. Tamen si saluberrimum sit poenitentibus consiliu lamentabile dolorem excitare, qui causa esse solet maioris detestationis etiam appetitiuæ. Et sic intelligitur illud Augusti. Non sunt in te christiane charitatis viscera, si plangis corpus, à quo recessit Deus. Atq; huius exēpla in Ninivitis habemus, & in Dauide & Petro, amarissimè lachrimantibus. Quinuerò Christus Matth. 11. dicens, Vt tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sydone factæ essent virtutes, que factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere, poenitentia egissent, admonitos poenitentes facit, vt egregia poenitentiae documenta perhibeant. Vnde Dauid, Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Quòd si hinc interrogas, vtrum contritio vsque adeò nimia esse possit, vt sit vitiosa, ex dictis colligitur quarta conclusio sub eadē distinctione. Contritio, inquam, quātū ad eius substantia, quæ est peccatorum detestatio, non potest esse per se nimia, inò per se quātō maior, tantō melior. Dolor verò sensus potest esse nimius, ac perinde vitiosus, atque adeò ipsa contritio quatenus est causa vitiosa tristitiæ. Probat per primam rationem supra facta. Contritio est quidā actus charitatis: charitas autem non habet modū, inò, vt ait Bernardus, modus diligendi Deum est ipsum sine modo diligere: quia est infinite bonus: ergo nec detestationi offensæ Dei præscribendus est modus. Secunda verò pars probatur. Nam contritio est actus virtutis, atque

Vulgi consolatio.

Quarta conclusio.

Bernardus.

adeò mediū inter duo extrema, quæ quidē mediū prudentia statuere debet: posset autem homo tanto se dolore & mœrore affligere, vt mortem sibi aut morbū acciceret, quod esset homicidij genus: debet ergo, vt ad Roman. 12. ait Paul. rationabile esse obsequiū nostrū. Atq; adeò dum assidua peccatorū meditatio & execratio propter nimiam intentionem noxiū dolorē gignit, cessandum ab illa est, non quod ipsa per se sit mala, sed ea ratione, qua causa est detrimēti. Quapropter vbi sancti verbis de hac re superabundare videtur, sanè glossandi sunt, vt illud Anselmi sua peccata lamentatis. Vtinam sic impingentur viscera animæ meæ, vt medullæ corporis mei exiccentur. Considerabat enim ex pinguedine orationis medullas, non corporis, exiccati ad mortē, sed animi, ne terrena amplius concupisceret, nisi forsā per hyperbolem verba illa proferebat.

Primum igitur argumentū in contrarium per secundā & tertiā cōclusionē solutum est: hoc enim experientia docet, quod dolor sensibilis, qui nō est de essentia poenitentiae, potest esse maior de rebus alijs quàm de peccatis. Ad secundū verò, quod cōtra primā procedit, nēpe, quod dolor peccatorū propter annexā consolationē nō potest esse maximus, respondetur quod illa consolatio, quæ ab spe veniæ procedit, non est detestationi peccati cōtraria, inò est eius proles. Et ideo non remittit eam, quominus sit appetitiuè maxima, atq; adeò dulcedine quadā proflumiū lachrimarum emittat.

At quia dictū est appetitiuè dolēdū esse magis de peccatis, quam de rebus alijs, forsā quispiā sciscitetur, vtrum cōsiliū sit vt huiusmodi collationes vel poenitentes secū faciāt, vel cōfessarij admoneāt: videlicet, quod debeāt proponere sic nō peccare vt etiā si charissimi filij ante se trucidētur, & turpissimā infamiā incurrant, & atrocem mortē, non debent minimū peccatū admittere. Respondetur, nō esse consiliū vt vulgares homines & imbecilles his cōparationibus tententur. Stat enim quæpiam legitimam habere cōtritionē, qui tamē si istæ cōparationes ei proponantur, vacillet animo. Satis ergo est vt quis absolute doleat de peccato quatenus est offensa Dei. Paul. quidē, quia perfectus erat, tutō dicebat. Quis nos separabit à charitate Christi? An nuditas, an gladius? &c. Quare proficientibus cōsiliū est his cōparationibus se se ad perfectionem animare, incipientibus verò potius sunt

Anselmus.

Solutio primi argum.

Solutio secundi argum.

Dubium.

Vulgares nō debent cōparationibus tentari.

sunt cœdæ. Aliæ sunt cōparationes, quas quidā meditantur: scilicet, malle in infernum obtrudi, & visione diuina perpetuò carere quàm culpā cōmittere. In huiusmodi autē cōparationibus, hoc est cōsiderādū, quod eiusmodi poenitentia perpetua: puta damni & sensus in inferno de lege ordinaria sunt inseparabiles & cōuertibiles effectus culpæ. Nā omnis, qui in mortali culpa decesserit propter eā illas patietur. Et ideo non est prudentis animi tales cōparationes facere: quoniam pati poenā inferni, nunquā potest esse aut necessaria, aut utilis causa euitandi culpæ, sicut pari mortē terrenalē, aut alia damna: inò est effectus ipsius culpæ, & ideo neq; per se illa poena ad euitandā culpā est eligibilis, sicut nec poena purgatorij. Si autē quis per hyperbolē cōparationes illas faciat, tunc distinguendū est inter poenam damni & poenam sensus, & inter culpā quatenus est causa illarū poenarum, & eandem quatenus est offensa Dei. Si enim consideretur culpa solū, quatenus est causa poenæ dāni: puta, perpetuæ separationis à Deo magis timēda est separatio quàm culpa: quia culpa propter talem separationē est timēda, & id, propter quod est tale, magis est tale, quare id, propter quod aliquid fugitur, magis est fugiendū. Si autē consideretur culpa quatenus est offensa Dei: scilicet contra eius legem & voluntatem, peior est quàm separatio ab ipso: nam licet huiusmodi separatio sit oīm poenarū maxima, tamen malū culpæ quatenus est offensa Dei peius est omni malo poenæ. De his autem cōparationibus, vt D. Tho. in præsentiarū. q. 2. arti. 3. admonet, non est homo tentandus. At verò quia nō solū culpa cum alijs malis & incommodis cōfertur, verū & inter ipsa peccata collatio etiā fieri potest, adhibetur quinta conclusio. De grauiori culpa, si cōparatio inter culpas fiat, maior debet esse cōtritio appetitiuè, licet quātū ad gradus intensiōis id nō sit necessariū nec quātū ad dolorē & tristitiā. Prima pars cōclusionis probatur. Nā licet culpa, neq; minima venialis, sit eligibilis neq; ad euitandū aliā culpā, quia implicat contradictionē licere peccare: & ideo nunquam datur casus, in quo licitū sit vnū minimū peccatū cōmittere ad euitandum maximū. Tamen paratus esse debet animus, vt si aliquod ex hominis fragilitate committendū sit, potius sit minus quàm maius admittendū. Hoc asseritur contra quosdam, qui plus peccata abhorret, quæ

Quinta conclusio.

honoris & humane existimatiōi magis aduersantur, quàm alia, quæ plus Deo displicent. Vt quia furtum ignobile vitium magis est & vile, acerbius eos poenitet fuisse in furto deprehensos, quàm in adulterio vel homicidio. Inò inuenias, qui dicāt, malle se in heresim, vel in blasphemiam incidisse, quàm in nefandū flagitiū, quod vulgo in maiori infamia denotatur: quæ quidē re vera charitatis peruersio est. Nā & si cunctis peccatis mortalibus cōmune sit esse offensam Dei, & ab ipso hominē separare, tñ ratione conuersionis illa, quæ peioris sunt obiecti, absurdiora sunt, Deoq; magis inuisa, ac vrgentiùs prohibita, & ad maiora destinata supplicia. Arguitur ergo sic. Sicut ad ordinem charitatis spectat Deum præcunctis rebus creatis diligere: sic ea acerbius detestari, quæ illi sunt magis execrabilia, & ab eo nos longius alienant. Et secundo arguitur. Qui citius euitaret peccatū magis infame, quàm illud, quod Deo magis displicet, famā suā & honorē amori Dei præfert, id quod genere suo peccatū est. Quòd si verba Hierony. quæ hinc citat S. Tho. obijcias collaudatis Paulum, quod minima peccata veluti magna plangebant, respondetur, quòd non eū laudabat, quod grauiora non magis plangeret, sed quòd perinde dolebat de minimis ac si essent magna, quòd ad viros attinet perfectos. Nihilominus quòd ecclesiā fuisset persecutus, amarissimè lamentabatur, quàm alia minima. Quæris autē vtrum magis detestari, & fugere peccatū minus detestabile, sit per se peccatū mortale, vt si quis sic animatus sit, vt casu, quo alterū deberet eligere potius eligeret adulterium quàm furtū, vel heresim & blasphemiam quàm nefandū crimē. Respondetur quod illud propositū non est nisi vnū simplex peccatū adulterij, quòd grauius est quàm furtū, vel vnū heresis, quòd grauius est quàm alia turpitudō. Et in hoc sensu est intelligenda conclusio, quòd adulteriū est magis detestandum quàm furtū: videlicet, quòd citius deberet homo furari, quàm adulterari, non quòd adulteriū & citius illud eligere sint duo peccata, sed quòd ipsum per se sit vnū grauius. Secunda pars cōclusionis patet: quia cum intensio actus & dolor sensualem non sit de essentia cōtritionis, nil obstat, quo minus possit homini intensius dolere peccatum magis infame aut aliās magis nociuum: quando quidem, vt supra dictum est, dolor & mœror de alijs incommodis esse possit maior, quàm de peccatis.

Primum argumentum.

Secundū argumentum.

tis. Dixerim autē in conclusione, si huiusmodi fiat peccatorū cōparatio: quoniā ad necessitatē cōtritiōis nō est requisita. Potest enim, vt hīc ait S. Tho. dupliciter fieri. Vno modo sigillatim & formaliter, vt seorsum fiat detestatio maior homicidij atque seorsum altera minor furti: vel generaliter & virtualiter, veluti si vnico actu peccata, quæ sunt in memoria, homo detestetur: taliter tñ quille actus ve hemētius feratur in peccatū mortale grauius. Et neuter modus est necessarius, sed satis est, vt hoīem suorū peccatorū sic pœnitcat, vt illa pponat pro nullo euitādo detrimēto, aut cōsequēdo cōmodo iterū committere. Attū facta cōditionali cōparatione sic appretiatuē plus detestari furtū, vt si alterū esset committēdū, potius homo cōmitteret homicidiū, nō est peccatū saltem mortale, dū modo firmū sit propositū neutriū cōmittendi, sed est venialis peruersio ordinis charitatis. Cōtra id autē, qd̄ diximus malū culpæ minimū nō esse eligēdū ad vitandū maximam, arguitur. Posset quis verbū qd̄ alias esset otiosum dicere ad euitandū periuriū, imō & ieiuniū vel festū frāgere, Respōdetur: ergo illud est falsum q̄ illa quæ non sunt intrinsecē mala, sed mala quæ prohibita, possunt fieri ad euitāda alia maiora, mala etiā tēporalia, sed tunc nō erūt peccata si sunt mediā necessaria. Illa autem quæ sunt intrinsecē mala, vt mētiri, neutiq̄ licent, neq; ad vitandā blasphemā, neq; ad saluandā salutē reipublice. ¶ Per hęc tandē de alijs similibus cōparationibus sentiendū. Paludanq; dist. 17. q. 1. art. 5. post alios interrogat vtrū magis homini dolendū sit de peccato alieno grauiori, q̄ de proprio minori. Arguitur enim ad partē affirmatiuam. De peccatis dolēdū est quatenus offensa sunt Dei: sed maior offensa magis Deo displicet: ergo ordo charitatis eius expostulat, vt de grauiori offensa, etiā si sit aliena, vehemētius tristemur. Rursus an magis dolendū sit de passioe Christi, q̄ de pctō. Et statuitur q̄stio de Magdalena, qd̄nā istorū acerbi⁹ ei indoluerit. Itē, vtrū beata virgo maiorē dolorē habuit de morte filij sui, quā de peccatis crucifigētū. ¶ Ad primū respondetur, appretiatuē magis esse dolēdū de minimo peccato, pprio quā de grauiissimo alieno. Rōnē assignat Paludan⁹: quia magis dolendū est de malo proprio q̄ de alieno. Sed hęc debilis est causa: nā inter incōmoda tēporalia licitū est acrius de alieno dolere q̄ de proprio. Ratio ergo legitima

est q̄ appretiatuē plus me dolere de alieno, q̄ de meo, est q̄ citius vellē fieri meū q̄ alienū. & nemini licet ad euitādū grauiissimum peccatū mortale in alio, vel minimū veniale cōmittere: quia implicat contradictionē licere peccare. Ex quo sequitur appretiatuē magis esse dolēdū de proprio peccato q̄ de passione Christi: quia neq; ad illā euitandā licitū esset peccare. At verō quantū ad intensiōē gradūalē actus, & acerbitatē sensualē doloris nil vctat, quominus Magdalena potuisset amariorē flere. Christi mortē, q̄ propria peccata. Cōparando verō aliena peccata ad passionē Christi, maior habēdus est dolor de offensa Dei q̄ de eius morte: quia offensa peior est: imō illa Deo placere non potuit, cui tñ passio placuit quatenus redemptio fuit nostra. Et ita beata virgo, sicut & Christus ipse, maiori affecta est mœrore de peccato crucifigētū, q̄ de morte Christi. Tamen si sensualē dolorē habere potuit acriorē de morte, cuius gladius eius animam transuerberauit.

¶ Restat ergo argumenta diluere, quæ prædictis cōclusionibus obstare videntur. Et primō contra secundā, & tertiā cōclusionē q̄ non est necessaria maxima cōtritiō & dolor intensiuē, asserit Adrianus, nō sufficere dolorē peccatorū, quatenus sunt offensa Dei, nisi summo conatu fiat. Veruntū assertio eius nō modō falsa est, verūm, vt bona venia dixerim, temeraria, & sacris literis parūm consona. Nam Ezechiel. 18. & 33. non habetur, nisi quod in quacunque hora & momento cōuersus fuerit impius, omnia eius peccata delebuntur. Et Zachariæ. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: conuersio autem quantum ad suam substantiam solūm dicit detestationem peccati propter Deum: exigere ergo eximium conatum temeritas est, eademque scrupulorum genitrix, quos hęc opinio pusillorum animis conijci, qui nihil de conatu summo sentiunt. Impletur enim præceptum de actu spei, & charitatis, licet nō toto conatu fiat, cur ergo non & cōtritiōnis mandatum? ¶ Hallucinatus ergo fuit Adrianus falso intellectu scripturæ: citat enim pro se illud Deutero. 4. Cūm quaesieris Dominum Deum tuum inuenies eum si tamen toto corde quaesieris & tota tribulatione animæ tuæ. Et in psalmo. 118. Beati qui in toto corde exquirunt eum. Totum autem cor & tota tribulatio insinuare videtur summū conatū. Ad hoc aut nos supra respondi

Respondetur
Adriano.

Cōtra 5. cōn
clusionē resti
monū Ang.

Respondetur
Aug. tripli
citer.
Solutio 1.ª.

Solutio 2.ª.

Solutio 3.ª.

mus exponētes illud Iohel. 2. cōuertimini ad me in toto corde v̄o. intelligitur. n. ad normā illius. Diliges Dñm Deū tuū ex toto corde tuo: videlicet, q̄ nihil in corde relinquatur dilectioni & gratiæ Dei contrariū, quasi idē cor Deus simul & dæmō possidere possint, contra illud euangelicū, Nemo pōt duobus Dñis seruire. De conatu siquidem illo nec in scriptura fit mētio, nec vsus ecclesiæ in cōtritiōibus exigendis rationē habet tanq̄ de re necessaria. Aliud asserri possēt cōtra nos arg. q̄ nemini Deus, nisi quod in se est faciēti gratiā confert: nemo aut totum quod in se est facit, nisi summū conatū adhibeat. Ad hoc aut respondetur neminē facere quod in se est sufficienter ad gratiā ex viribus naturalibus sed diuina ope suffultum, ad quod non requiritur, vt tantū faciat quantū simpliciter potest sed q̄ Deū auscultet, motioni eius cōsentiēs, iuxta illud Ioan. 6. Qui audit & discit, venit ad me. ¶ Contra hoc aut quod in postrema conclusione diximus. f. non exigē necessario intensiōem gradū cōtritiōis, aut sensualis doloris & maiores lachrymas de grauiori peccato, procedere videtur illud Aug. lib. de vera & falsa pœnitē. ca. 14. & refertur de pœnitentia. d. 5. can. Cōsideret. vbi admonet, vt peccator omnes peccatorū appendices circumstātiās & qualitates cōsideret, vt in singulis modū criminis sentiat, & omnē vitij qualitātē lachrymis defleat. Et in sermo. 11. ad fratres in eremo. Grauiā, inquit, peccata grauioribus lamentis indigent. Ad hęc aut, & si quæ similia apud sanctos patres reperiātur respōdetur tria. Primū, q̄ vbi circumstātiæ peccatorū sunt mortaliter aggrauātes, vt. d. seq. vi debimus, requirunt singularē detestationem ac si essent distincta peccata, & ideo ad cōfiteandū, singulę sunt explorandę. Secūdō etiā si nō sint mortaliter aggrauantes salubre cōsiliū est singulas perpendere ad excitandū dolorē, & hīc videtur mens Aug. dirigi. Sed tertiō nihilominus respondetur, q̄ remissio peccati attendi pōt & quantū ad culpam, & quantū ad pœnā. Et quidem quantū ad primū quæcunq; detestatio sufficit quantuncū que remissa, dū modo sit de offensa Dei propter ipsum. Sed quantū ad secūdum grauiora peccata grauioribus lamentis sunt ablūda, vt. f. plenaria fiat satisfactio. Et in hoc sensu illud quoq; Amb. intelligitur ad virginē la psā. c. 8. vbi ingentē pñiā necessariā ostēdēs ait. Cor verō sit liquefens, sicut cera, & totū

corpus maceretur. Et illud Cypria. sermo. 5. de lapsis. Quam magna deliquimus, tam grauius defleamus: alto vulnere diligens & lōga medicina non desit: pœnitentia crimine minor nō sit. Et Hug. lib. 2. de sacram. p. 14. cap. 2. Si in correptione minor est afflictio: quā in culpa fuit delectatio, non est dignus pœnitentiæ tuæ fructus. Attamē neq; hac ratione necessarij sunt gemitus & fletus: nā per alia opera, vt pote, orationem, ieiunia, &c. compleri potest satisfactio. ¶ Postremō examinanda superest opinio Sco. qui loco citato tenet, requiri detestationis intensiōē & extensiōē ad certū vsq; tēpus anteq̄ infundatur gratia & fiat cōtritiō. Cōtra hanc nāq; opinio est argumētum, q̄ nulla est à suo auctore ratione fulcita, quapropter eadē facilitate negatur, qua est asserta. Imō cū nulla scripturæ basi firmetur aut sanctorū testimonio roboretur, videtur temeritatis labem contrahere. Reclamat enim Chryso. in libello de reparatione lapsi, & refertur de pœnitentiā. d. 3. can. Talis, vbi ait. Talis est erga hoīes pietas Dei nunq̄ spernit pñiam si ei sincere & simpliciter offeratur: etiā si nō potuerit quis explere in præfenti satisfaciēdi ordinē, quatūlacunq; tñ, & quanlibet breui tēpore gestam suscipit, etiā ipsam: nec patitur quāuis exiguę cōuersionis perire mercedē. Quin etiā, vt secūdum adhibeamus argumētū, videtur scripturæ sacre dissonare, illi. f. modō citato loco Ezech. 33. Impietas impij nō nocebit ei in quacunq; die cōuersus fuerit, vbi dies secūdū citatiōnē sanctorū pro quocunq; momēto accipitur. Quapropter nulla certa requiritur intensio, aut cōtinuatio, sed sat est momētanca cōuersio, iuxta illud Eccl. 11. Facile est in oculis Dei subito honestare pauperē. Vn Leo papa in epist. 19. ad Theodo. & refertur de pñia. d. 1. cā. Multiplex. Si periculū, inquit, vrgeat, cui q; petēti est absolutio dāda, quæ misericordiae Dei nō possumus tēpora definire, nec mensuras ponere apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio, dicite spiritu Dei per prophetā. Cū cōuersus ingemueris salu⁹ eris. Profectō post hęc verba nescio quis opinionē in tēfionis aut extēfionis cōtritiōis opinari audeat. Tertiō. In sacra pagina sola requiritur cōuersio hoīs ad Deū iuxta illud Zachar. Cōuertimini ad me, &c. cōuersio aut non dicit nisi simplicē motū à peccato in Deū: absque villo ergo fundamēto asseritur huiusmodi intensio & extēfio. Eniuerō substantia cōuersiois

Scotus.

Contra Scotū
Primum ar
gumentum.

Secūdum ar
gumentum.

Tertium ar
gumentum.

Quartum ar
gumentum.

ex obiecto attenditur: q̄ scilicet sit detestatio
offense Dei propter ipsum: intensio autem
est quid accidentale: ergo licet ratione ipsius
dignior fiat cōuersio, nō tñ facit ex actu, q̄
nō est cōuersio fiat cōuersio. Atq; adeo si a-
ctus ille à principio erat cōtritio nullam aliā
intensionē exigebat, si verò non erat nisi at-
tritio, neq; in fine erit contritio, nisi forsan ex
trīnsecē si sacramentum accesserit, vt art. se-
quenti videbimus. ¶ Quinto Deus promior
est ad veniā, quā ad vindictā, sed per quan-
cunq; conuersionem, etiam citra intensionē
subito decedit homo à gratia: ergo subitanea
conuersione eandē potest recipere. ¶ Sex-
tò, vt vlcus acu aperiamus. Nullus detestatio
nis actus tēpore antecedens gratiam est es-
sentialiter ad iustificationē requisitus, eo q̄
simul esse potest cum peccato: ergo ille actus,
qui per certū illud tempus cōtinuatur, quod
Scotus appellat attritionem, non est proxi-
ma dispositio ad gratiā, sed ille solus, qui per
auxilium speciale elicitur cum quo simul tē-
pore gratia infunditur. At Scotus, quia opi-
natur, hominem ex virib⁹ naturalibus sic se
posse ad gratiam disponere, vt nisi eā. Deus
infundat, sit acceptor personarum, illā effin-
git actus intensionem & extensionem. Illam
tamen naturalis dispositionis assertionem. d.
14. quæst. 2. ar. 5. abundē monstrauimus non
esse sacræ paginæ consentaneam, vt verbo
Christi. Nemo potest venire ad me, nisi pa-
ter meus, qui misit me, traxerit illum, & simi-
libus. ¶ Et septimò arguitur. Sequeretur ex
opinionē Scoti, quod ad salutem esset neces-
saria nedum contritio, verū & attritio, atque
adeo si de contritione est præceptū, esset pa-
riter de attritione, quod concessu absurdissi-
mū est, non. n. est necessaria nisi poenitentia,
quæ contritionem sonat. ¶ Octauum deniq;
argumentum, idemq; nō minus validum est
quod sequeretur, si id verū esset per aliquan-
tū temporis homini non esse possibile in gra-
tiam se Dei recipere, vt pote vsq; ad illud in-
stans, quo cōpleta esset intētio, & cōtinuatio
actus: hoc aut clemētia & omnipotētia Dei
aduersatur: qui subito potest hōestare paupe-
rē. Sunt qui respondeāt, Deū nunq̄ permis-
sum ire, vt quispiam illo tempore moriatur.
At verò cū nulla extet lex, cui mors illa repu-
gnet, figmentū potiùs responsionis hoc est q̄
responsio. Respondent ergo alij per intensio-
nis augmentum suppleri posse extensionis
continuationem. Contra hoc aut arguitur

3. Argumē.

6. Argumē.

7. Argumē.

8. Argumē.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Vel summa intensio requirit etiam cōtinua-
tionem per tempus aliquod, vel tāta esse po-
test intensio, quæ in instanti sufficiat. Si pri-
mum dederis argumentū nō solues, nil enim
plus homo facere potest, q̄ cōtritionē habe-
re summē intensam, quæ si tempus etiam re-
quirit, intra illud est homini impossibilis sa-
lus, si medio illo tēpore moriatur. Si verò se-
cūdū admiseris, tūc manifestē colligitur nul-
lam contritionem quantuncunq; remissam
certam aliquam temporis continuationē ex-
poscere. Detur enim disputatiōis gratia sum-
mā contritionem esse vt octo, quæ in instan-
ti sufficit, si alia tēpore indiget: sit verbi gra-
tia contritio vt vnum, quæ requirit cōtinua-
ri per horam, tunc sic arguitur. Illa satis ha-
bet cōtinuari per dimidiatam horam, imò &
per vnā quartam & quocunq; tempore da-
to satis habet per minus continuari: ergo suf-
ficit in instanti. Probatur antecedens. Contri-
tio vt octo continuata per horam sufficit: er-
go contritio vt vnum sufficit per octauam:
quia debet respondere proportio intētionis
proportioni minoris cōtinuationis: ergo nec
requirit medietatem horæ nec quartā. Si de-
deris saltem requirere octauam arguitur sic.
Contritio vt octo, quæ est summa, sufficit
per medietatem horæ: quia sufficit in in-
stanti: ergo contritio, vt vnum sufficit per
sextadecimā partem horæ. Quo dato rursus
arguam. Contritio vt octo sufficit per quar-
tā partē horæ: ergo contritio vt vnum sufficit
per trigessimā secundā. Hac ergo gradatione
conuincetur respōdens, nullā contritionē ali-
quam exigere temporis continuationem. Li-
buit argumentum hoc physicum adhibere,
licet alia sufficiant theologa.

Argumētū.

Argumētū.

Argumētū.

ARTICVLVS. V.

Vtrum attritio sic à cōtritione differat vt fieri ne-
queat contritio.



Vntus articulus est de forma
attritionis, qua à contritione
differt. Et arguitur, q̄ attritio
non sic à cōtritione differat q̄
fieri possit contritio. Attritio
non aliter à contritione differt, quā informe
à re iam formata, quia attritio esse pot̄ sine
gratia, contritio verò minimē, fides aut, quæ
prius erat informis: postea per charitatē in-
formatur: ergo pari modo attritio fieri po-
test contritio.

Arg. partū
negatiuæ.

In

Part. affirmati-
ua.

Decisio arti-
culi.

Quæst. 2.

Illatio Cuius.

In cōtrarium autem arguitur. Eorum, quo-
rum principia sunt omnino diuersa, neutrum
potest alterum fieri: attritionis autem princi-
pium est timor feruilis, contritionis verò ti-
mor filialis, vt supra visum est: ergo attritio
fieri nequit contritio.
¶ Quæstione præsentī duo exploranda pro-
ponuntur. Primū, qualis quantaq; sit inter at-
tritionem & contritionem differentia. Secū-
dum vtrum idem actus, qui modo est attri-
tio: fieri possit contritio. Atqui de priori mē-
bro variæ sunt opiniones. Caiet. nanq; in pri-
ma quæstione contritionis, quam tertiæ par-
ti S. Tho. adiecit, plures attritionis contritio-
nisq; species multiplicat, q̄ opus esset. Qua-
propter legenti non nihil cōfusionis obijcit.
Supponendum enim in primis est attritionē
displicentiam esse imperfectam peccati: con-
tritionem verò perfectam. Perfectio verò, in-
quit, consistit in tribus. Primū est detestatio
peccatorum, quæ nisi habeatur, neq; contri-
tio est: neq; verò attritio. Secundū est propo-
situm cauendi in futurum. Et hoc, inquit, si
tantū habeatur per negationem: scilicet quia
poenitens non proponit peccare, sed tamen
neq; absolute proponit non peccare: scilicet
quia non relinquit statum, in quo est, vt con-
tingit concubinarijs, aut vsurarijs, qui tantū
habent velleitatem relinquēdi peccatum, ta-
lis displicentia est vna species attritionis, quæ
dicitur impœnitentiū. Si verò illud propo-
situm habeatur in confuso, est secunda species
attritionis poenitentium. Tertiū autē, quod
ad contritionem requiritur, est q̄ talis actus
sit informatus charitate, defectu cuius quan-
uis quis doleat de peccatis quatenus offensa
Dei sunt, & propter Deum, nisi ex charitate
procedat, non erit perfecta contritio, sed erit
dolor ille contritio acquisita, quæ est prima
species cōtritionis. Vnde infert, q̄ potest ho-
mo totum fecisse, quod est ex parte sua, tali-
ter q̄ habeat vltimā dispositionē ad gratiam
& tñ nō simul tēpore illam recipiat, sed post
modum quando Deo placuerit illā cōferre.
Itaq; hō adult⁹ nulla ex pte liberi arbitrij mu-
tatione facta nec sacramēto adhibito nūc nō
habet gratiā, & postea habebit, & tūc ille do-
lor fiet pfectē cōtritio. Est opinio vsq; ad Cai-
eta. nunq̄ audita, & certē nescio cui sit vnq̄
credēda. Igitur vt tā multiplices acceptiones
euitantes prius quæstionis mēbrū expediamus,
adnotandum q̄ nomine attritionis so-
lū illam detestationem intelligimus, quæ per

se non sufficit ad delendum peccatū, sufficit
tamē cum sacramēto. Nomine verò simplici-
ter contritionis, illā, quæ per se sufficit sine sa-
cramento, quæ quidē est simpliciter conuer-
sio in Deū. Ex his primū sequitur q̄ cōtritio
& attritio conuenire debent non solū in hoc
q̄ vtraq; sit detestatio peccati sup omne de-
testabile, verum & in absoluto proposito nū-
quā peccandi pro aliqua re mūdi. Probatur
quoniā alias ille actus neq; cū sacramēto suf-
ficeret, quare non est nomine attritionis dig-
nus. Igitur illam velleitatem impœnitentiū
nō est cur attritionem appellemus: nā etsi de
præterito peccato sufficiat nolitio illa con-
ditionalis, Nollem peccasse, tamen absoluta
requiritur voluntas, exeundi à peccatis atq;
adeo nunq̄ in futurū peccandi. Colliguntur
ergo inter contritionem, & attritionē quin-
que differentia. Prima utiq; sumitur ex par-
te obiecti, q̄ cōtritio est dolor de offensa Dei
seu (quod idem est) propter Deū: attritio ve-
rò dolor peccati ob timorem inferni aut alio-
rum nocumentorū temporalium. Secunda
sumitur ex parte causæ, q̄ attritio oritur, ex
timore feruili poenarum, contritio verò ex ti-
more filiali, vt d. 14. q. 2. ar. 5. monstrauimus.
Ex qua differentia subsequitur, & tertia, quod
attritio pot̄ ex viribus naturalibus elici: quia
non est vltima dispositio ad gratiam, sed po-
test simul esse cū peccato, contritio verò nas-
ci nequit nisi ex auxilio speciali Dei superna-
turali preueniente liberum arbitriū, & simul
infundente habitum pñiæ, ex quo actus con-
tritionis elicitur, vt loco citato expositum re-
liquimus. Firmisimū enim illic testimonijs
sacris ostēdimus legitimū actū pñiæ haberi
nō posse p naturā, sed p Dei gratiā: eo quod
est charitatis germē. Subsequitur ex ijs quar-
ta differentia ex parte effectus, quod scilicet
attritio non sufficit hominem in gratia con-
stitinere, contritio verò sua intrinseca virtute
diuinitus recepta id facit. Quapropter vt lo-
co citato diximus nō indiget extrinseca cha-
ritatis virtute, vt referatur in Deum, sed ipsa
ex se id habet. Atque hinc tandem colligi-
tur quinta postremaque differentia, quod at-
tritio potest esse actus informis, contritio ve-
rò nequaquam: quia simul à Deo liberum ar-
bitrium mouente infunditur & gratia & cha-
ritas, vt distin. 14. quæst. 2. arti. 6. exponere
studuimus. ¶ Cōtra hęc autem arguitur. Pot̄
homo ex puris naturalibus peccatum dete-
stari, quatenus offensa Dei est: sed talis dete-
statio,

Differentia. 1.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

statio, vt in superioribus diximus, est proxima dispositio ad gratiam: ergo viribus naturalibus nos possumus ad gratiam disponere. Probatior maior. Possum detestari peccatum, quatenus offensa est patris vel alius amici mei cum ergo Deum naturali lumine constet esse cum deis creaturis meliorem, potest quis, & peccatum detestari quatenus est eius offensa. Ad argumenta conceditur maior. Potest namque habere quisquam istum actum ex puris naturalibus. Volo Deo in omnibus & super omnia placere, vt lib. 1. de natura & gratia ca. 22. monstramus. Quare quidem dicitur dilectio Dei obiectiua, id est quare Deum habet pro obiecto & acquisita: non tamen infusa & perfecta & executiua atque efficax amicitiae Dei: quia potest esse cum peccato. Pari ergo modo potest esse similis detestatio offensa Dei. Negatur tamen minor: scilicet, quod illa sit proxima dispositio ad gratiam: nam talis dispositio non fit nisi per auxilium speciale. Et haec fuit Caietani hallucinatio loco citato. Contra quem ideo statuitur conclusio. Neutrum esse potest vltima dispositio ad gratiam, quin simul eodem tempore gratia infundatur. Et primum quod talis vltima dispositio tempore praecedat gratiam expressa est contra S. Th. 1. 2. q. 113. ar. 8. vbi ait motus illos liberi arbitrij in Deum & in peccatum, & gratiae infusionem esse simul tempore: quin vero gratiae infusionem natura praecedere motus illos quatenus sunt iustificatiois causa. Et in solutione ad secundum id declarat per simile in naturalibus. Vltima. n. dispositio ad formam ignis simul cum eadem forma producit: sed fortiori ratione id in praesentiarum accidit. Vltima. n. dispositio ad gratiam est instrumentum Dei ad illam producendam: posito autem instrumento Dei statim ponitur gratia, vt patet in sacramentis. Pari namque facilitate diceret Caietanus, quod quando quis suscipit sacramentum, non illico suscipit gratiam, sed quando Deus voluerit. Ad secundum & testimonia sacra Caietano aperte contradicunt, vt illud Ezechiel. 33. impietas impij non nocebit ei in quacumque die, hoc est, in quocumque momento, conuersus fuerit. Et Zachar. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, quasi sine mora. Est enim tanta quam sol continenter ad ostium pulsans, vt est in Apoc. vt cum cor primum aperiatur, illud sua gratia suffundat. Tertio arguitur. Si homo sic est dispositus vt nihil amplius ex parte illius requiratur, vt concedit Caietanus, quia nec requiritur intensio, nec continuatio Sco-

Conclusio.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

tica, quid in causa esse potest, vt Deus non illico infundat gratiam. Adde, quod tunc sequitur retur hominem sufficientissimè ad gratiam dispositum posse sine eadem morte obire: atque adeo damnari. Quarto denique, vt neruum fallaciae pugnamus. Aut illa detestatio offensa Dei fit per auxilium speciale aut solis viribus naturalibus. Si primum illa esse non potest sine gratia & charitate: nam homo per tale auxilium iam tunc est tractus iuxta verbum Christi. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum. Si vero sit per vires naturae, non est vltima dispositio, imò neque est ad gratiam requisita: quare adhuc aliquid homini faciendum restat, nemo. n. vt. 1. 2. q. 109. ar. 6. autor est S. Th. sine auxilio speciali totum facere potest, quod in se est. Sed argumentum, quo Caieta. vincitur expedamus. Arguit. n. quod si posita vltima dispositione, certum est simul conferri gratiam, certum esse posset homo se esse in gratia, contra illud Ecclesia. 9. Nemo scit amore an odio dignus sit: quoniam certus quisque secum esse potest detestari se peccata tanquam offensam Dei. Hoc autem argumentum profectò non est tanto autore dignum. Etenim in primis si aliquid valeret, neque ipse posset illatum consequens euitare: nam et si concederemus non simul cum dispositione adesse gratiam, nequit Caietanus negare, quin posita vltima dispositione vel tunc vel post parum temporis conferatur: alioqui non esset certa consequentia illa, Zachariae. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, & in quacumque die, &c. Quapropter, si certus est homo vltimam se habere dispositionem, post paruum, tempus certus erit se habere gratiam. Igitur ad argumentum respondendo, negamus (quod in apologia nostra aduersus Cathar. latius discussimus) posse quempiam certum esse tale habere dispositionem: nam primum nemo certus est se habere detestationem peccatorum tanquam offensa Dei propter ipsum, imò, saepe latet fallacia, vt scilicet homo putat se dolere propter Deum, non doleat nisi propter poenas inferni, quae quidem attritio sine sacramento non sufficit ad gratiam. Quod si tunc sacramentum suscipiat, non est certus an minister legitimam habuerit intentionem illud conferendi. Praeterea quod ex attrito fiat quis per sacramentum contritus: non est certitudo fidei sed doctorum opinio. Sed ijs praetermissis euidenter responsio est, quod nemo certus esse potest an illa detestatio offensa Dei, licet intellectus circumstantiam ponat, propter Deum, fiat Deo

Quartum argumentum.

Soluitur argumentum de certitudine gratiae.

Responsio ad argumentum.

Deo per auxilium speciale supernaturaliter tra-

hente, quod requiritur ad gratiam assequendam. Quod miror Caietanum doctrinae S. Thomae peritissimum non animaduertisse.

Per contrarium extremum ait Caiet. 3. par. q. 84. art. 1. q. potest esse attritio, quae sine sacramento confessionis ad gratiam sufficiat, quod intelligere nequeo, quomodo accidere possit. Si enim est attritio ex parte obiecti: nempe, dolor propter poenas inferni, neutiquam sufficere potest sine sacramento, sane cum non sit vera conuersio in Deum. Si autem sit de offensa dei propter ipsum, & sit per auxilium speciale, non tunc attritio, sed vera contritio est, sine sacramento sufficiens. Si vero fiat sine auxilio speciali, tunc non debet dici attritio, sed contritio acquisita. Illa vero non est vltima dispositio ad gratiam, atque adeo licet illam velit appellare attritionem, neutiquam absque sacramento sufficit.

Expediuius ergo prius articuli membrum, quo modo: scilicet, contritio, & attritio differant. Et quidem ibidem Caieta. suam complex opinionem, ait quod acquisita contritio, de qua modo loquebamur: scilicet, detestatio offensa Dei naturaliter elicita dici potest attritio dum informis, & eadem, inquit, sit contritio dum postea vel per sacramentum, vel per diuinum auxilium infunditur gratia: quia potest usque ad illud tempus continuari. Similiter Scotus art. praecedenti impugnatus ait, quod illa detestatio ex viribus naturalibus praecedens gratiam, est attritio, & per legitimam continuationem accedente gratia fit contritio. Atqui hoc Caiet. fundare nititur in D. Tho. 3. par. q. 89. ar. 1. ad secundum argum. vbi ait quod primus actus poenitentiae: scilicet, contritio, se habet vt vltima dispositio ad gratiam consequendam: alij vero sublequentes procedunt ex gratia. Ad verum nunquam D. Tho. aliquam contritionem acquisitam etiam de offensa Dei, cogitauit esse vltimam dispositionem ad gratiam: quia neque est necessaria, sed ipsa contritio, vt illic explicuimus, procedens a libero arbitrio & gratia, quatenus procedit a libero arbitrio est dispositio ad eandem gratiam. Quocirca opinio S. Tho. expressè est contra Caieta. dist. praesenti. q. 2. artic. 1. quaestione. 3. vbi reprehendit eos, qui affirmant attritionem fieri posse contritionem: eo quod ex diuersis principijs dimanant attritio. scilicet, ex viribus naturalibus: & contritio ex virtute infusa. Duplex igitur est contritio: altera ex obiecto, quae, scilicet, est dolor offensa Dei, atque altera extrinsecè, quae est qua-

Attritio sine sacramento non sufficit.

Caietanus.

Duplex contritio.

libetunque dolor peccati, sed informatus gratia. Et pariter attritio altera est intrinsecè ex obiecto: quia scilicet, est dolor peccati, non quatenus est offensa Dei atque altera extrinsecè, quia licet sit dolor de offensa, caret tamen gratia. Ad quaestionem ergo duabus conclusionibus respondetur. Prima. Attritio, quae intrinsecè ex obiecto habet, vt sit attritio, non potest fieri contritio, quae intrinsecè id habet ex obiecto. Probatior manifestè: quia actus sumunt species ex obiecto: sed attritio & contritio habent diuersa obiecta: ergo differunt specie: obidque neuter eorum actuum potest fieri alter. Secundò id probatur: quia attritio procedit ex viribus naturalibus, contritio vero ex virtute infusa. Secunda conclusio. Attritio, quae id habet ex obiecto potest fieri extrinsecè contritio, vt dum quis ad sacramentum accedit attritus putans se esse contritum, tunc per sacramentum suscipit gratiam, per quam eadem attritio informati dicitur extrinsecè contritio. Sunt qui dicant, virtute sacramenti illam attritionem mutare obiectum, vt fiat peccati quatenus est offensa. Sed hoc est inopinabile: nam sacramentum non constituit actui voluntatis aliud obiectum. Et parimodo contritio acquisita si continuetur in gratia, fit contritio formata. Tamen si S. Tho. in praesentiarum forsitan non concederet, quod ille actus continuetur virtute habitus poenitentiae infusi: eo potissimum, quod licet sit dolor de offensa Dei, non tamen Dei tanquam supernaturalis finis, postquam elicitus fuit naturaliter. Contritio vero, quae elicitur, ab actu infuso, habet Deum pro fine si per naturali. Quapropter significantius dicitur hominem ex attrito fieri contritum, qui detestationem ex attritione fieri contritionem. Tamen si & haec locutio in sensu expposito etiam admittatur, non est in contritione. Haec autem contritionis & attritionis distinctio in intrinsecam, & extrinsecam, non est expressa doctrina S. Tho. imò quaestione citata in praesenti dist. ait, quod illa detestationes informes ex viribus naturalibus praecedentes gratiam, quales Caieta. & Scotus ponunt, transeunt adueniente gratia & virtute poenitentiae infusa, & ideo nunquam informatur gratia. Quapropter absolute concludit attritionem fieri non posse contritionem. Et per hoc respondet argumento in capite quaestionis obiecto, negando illam consequentiam, fides & spes informes postea fiunt formatae: ergo & actus attritionis: quia habitus

Attritio duplex.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Quorundam opinio.

bitus illi, inquit, permanent, actus verò transeunt. At verò cū sint genere suo boni, nil repugnare videtur, quominus possint permanere cū gratia. Et ideo Palu. d. 17. q. 1. ar. 1. & Maior. d. 14. q. 1. cōcedūt attritiones illas posse fieri cōtritiones. Quocirca fortasse S. Tho. nō negasset hoc esse possibile, sed hoc tantū vult q̄ nō est necessariū aut q̄ præcedāt, aut q̄ permaneant: quia nō sunt proxima dispositio ad gratiā neq; veri actus pœnitentię: præsertim quia nō loquitur de attritione quādo per sacramentū fit cōtritio, vbi nequāq; negaret attritionē informari sacramentali gratia, sed loquitur dū conuersio per solā fit cōtritionē sine sacramēto: tunc enim nisi attritio, quæ est propter pœnas inferni de qua loquitur S. Tho. mutetur in verā cōtritionem peccati quatenus offensa Dei, nunq̄ fit vera conuersio. Et ideo ait q̄ prior naturaliter creata trāsīt cui altera ex habitu infuso elicitā succedit.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum vllum extet cōtritionis diuinū præceptū.



Extus articulus est de præcepto cōtritionis. Et arguitur, q̄ nullum sit de hoc diuinū præceptum: nā si aliquod esset, illud maximè, Nisi pñiam habueritis oēs similiter peribitis: illud aut solū dicit, necessitatē finis, videlicet, consequendę salutis putā qui pñiam non egerit, gratiā, in qua salus cōsistit, nō obtinebit. Neq; verò in de cōuincitur esse præceptū, quod ex simili bus verbis. Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, nō intrabit in regnū cęlorū colligitur baptismi præceptū quoniā ad baptismū non solū tenetur ille, qui in peccato est originali, verū & ille, qui per baptismi votū gratiā suscepit quod est signū præcepti, ad præcepta enim etiā illi, qui in gratia existūt, tenentur: cōtritio verò solū existētī in pœtō mortali necessaria est: minimè verò post ea q̄ est in gratia cōstitutus: ergo de cōtritione nō est singulare præceptū. In cōtrariū est verbū Christi Matt. 4. Pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnum cęlorum.

Decisio arti.

Ad huius quæstionis decisionē supponendū in primis neminē negare, quin confessio nis præceptū extēdat se quodā modo ad cōtritionem: nā cū ius ecclesiasticum confessio nis determinatio sit diuini iuris, confiteri te-

nemur quemadmodū ius præcipit diuinū. f. verè nos accusando: nō tamē esset vera accusatio, nisi peccatorū nos pœniteret, & saltem in extimatiōe nostra, quatenus peccata sunt Dei offensa. Quapropter ratione confessio nis præceptū est cōtritionis. Rursus nemo dubitat, quin cōtritio sit ad salutē necessaria hoc est, ad gratiā obtinēdam. Sed controuersia est, vtrum per se sit præceptū cōtritionis secluso etiam præcepto cōfessionis. Et fortasse si non est tanta quantā nōnulli contestātur, vt resoluta quæstione constabit. ¶ Igitur cum articulus duo habeat membra, scilicet de præcepto, & de tempore, quo obligat ad hæc ambo sex conclusionibus respondetur. Prima. Virtutis pœnitentię, quæ itidē cōtritio nominatur, præceptū est diuinū. Probatur autoritate citata Matt. 4. Pœnitentiā agite, &c. quam D. Tho. 3. par. q. 85. ar. 1. ait esse præceptum. Et cōstat illic Christū nō loqui de sacramento pñiæ, quod tunc vim nō habebat obligandi, sed de pñiā virtute, quæ est peccatorū detestatio. Tamen si & illic fuerit sacramentum institutū, quod post eius mortē vim habiturū erat obligandi, vt. q. 84. idē. S. doctor autor est, quod nos illic explicuimus. Quare & d. præsentī. q. 2. ar. 2. quæstion. 3. ad. 2. expressē ait, q̄ homo tenetur speciali ter de peccato cōteri. Tamen si de articulo confessio nis loquatur. Sed secūdō probatur cōclusio ratione. Pœnitentia virtus est, vt cōfessi sumus, ad salutem necessaria: ergo est in præcepto. Hæc enim consequētia vtitur vbi que D. Tho. vt. 3. par. q. 68. ar. 1. vbi nō aliter probat vniuersos ad baptismū teneri, quā q̄ vniuersis est ad salutem necessarius. Et eadem ratione sacramētum pœnitentię colligitur esse in præcepto: quia scilicet ad remissionē mortalium post baptismū est necessarium. Nā cū intentio legislatoris, vt ait. 2. Ethic. Arist. sit facere ciues bonos, hoc illi maximè munus incūbit vt de rebus ad salutem necessarijs leges cōdat: alioquin inutilis eius esset rei publicę administratio. Et nequis argumentum cauilletur dicens solū concludere, q̄ cōtritio sit necessaria nō per se, sed vt pars sacramēti pœnitentię, arguitur de lege naturæ & scriptæ, vbi non erat sacramētum pœnitentię institutū: sic enim apertior sit argumēti vis: Tūc. n. cōtritio in lege naturæ & fidei qualis tūc erat infusa necessaria p se erat absq; alio sacramēto ad salutē atq; adeo in pœcepto qd̄ nō est cur reuelato euāgelio cessauerit ¶ Quod

Argumentū. ¶ Quod si quis in contrarium insurgat. Gratia est ad salutem necessaria, & tamen de illa habenda non est singulare præceptum. Respondeatur, gratiā non esse opus nostrum, sed Dei, neque verò tam rationem mediij ad salutem, quā finis habere, quia est salus ipsa & vita animæ: præcepta autem non dantur de fine, sed de medijs, quibus finem consequimur. ¶ Tertio & ratione honoris Deo debiti eadem cōfirmatur sententia. Quicunq; iniuria proximum læsit, tenetur eam repensare: ergo à fortiori qui Deo iniurius est eidem præcepto subditur: quicunq; autem peccatū mortale committit, Deo iniuriam irrogat: ergo eam tenetur per pœnitentiā vlcisci. Sed ex parte rei nostræ eadem conclusio quarto corroboratur. Tenetur quisq; corpus suum non negligere, vt scilicet morbis & vitæ detrimētis homo, si fieri potest, occurrat, & honori suo consulat, iuxta illud Ecclesiasti 41. Curam habe de bono nomine: ergo fortiori ratione tenetur curam spiritualis salutis habere, quā certè nisi per pœnitentiā recuperare non potest. ¶ Quinto arguitur. Vocati Deo resistere, peccatum inobedientię est, iuxta illud Prouer. 1. Quia vocaui & renuistis, ego quoq; in interitu vestro ridebo: & Esaiæ. 65. Omnes in cęde corruetis pro eo q̄ vocaui, & non respondistis: Deus autem peccatori semper adest ad ostiū cordis, vt Apocalyp. 3. legitur, pulsans: ergo illi omnino resistere peccatum est: obedire autem illi non possumus nisi per pœnitentiā virtutem: ergo ad illam præcepto constringimur. ¶ Atqui Tertul. antiqui? autor in lib. quē de pœnitentiā ædidit, in eandē sententiā egregie loquitur. Audaciam enim, inquit, existimo de bono diuini præcepti disputare: scilicet, pœnitentię. Neq; enim quia bonum est, ideo auscultare debemus, sed quia Deus præcepit. Ad exhibitionē obsequij prior est maiestas diuinæ potestatis, prior est autoritas imperantis, quā vtilitas seruientis. Bonū est pœnitere, an non? Quid reuoluis? Deus præcipit. Quod igitur Deus tantopere commendat, summa vtiq; grauitate & aggredi & custodire debemus. ¶ Quod si quis nobis D. Thomam obijciat. 2. 2. q. 14. art. 2. vbi ait finalem impœnitentiā non esse speciale peccatum, sed quādam peccati circūstantiā: quod quidem nequaquam dixisset, si singulare esset præceptū pœnitentię: nam tunc non pœnitere, singulare esset peccatum. Responde-

tur, quod pœnitere potest esse & circūstantia cuiuscunq; peccati, & singulare peccatum. Circūstantia quidem vbi non occurrit articulus præcepti pœnitentię, vt paulo post videbim⁹. Exempli gratia, ei, qui homicidiū fecit, manere in illo peccato, est tantū circūstantia homicidij, in quo persistit, si tamē adueniat articulus mortis, in quo tenetur, esset singulare peccatum non pœnitere, dummodo mortem præsentiscens posset peccatorū recordari, sed si subita corripatur morte, nō habens tempus pœnitendi solo peccato homicidij dānatur. Exēplū est in furto, qui. n. rē sustulit alienam, quādiu non occurrit noua necessitas restituēdi, solū permanet in peccato furti, sed quādo illa occurrit, putā si creditor egens petat, tunc est singulare peccatum non restituere. Quapropter D. Tho. 2. sent. q. 43. art. 3. ad tertium ait q̄ impœnitentia secundū quod dicit propositum non pœnitēdi est species peccati in spiritum sanctum, secundū autem quod dicit permanentiam in peccato vsq; ad mortem per negationem pœnitentię, est circūstantia omniū peccatorum, & eandem distinctionem insinuat locitato. 2. 2. arti. 1. ad tertium argum.

¶ Ad argumētū ergo in capite positū iam responsū est: ob id enim, quod illud, nisi pœnitentiā habueritis &c. ingerit pœnitentię necessitatē ad salutem, colligitur præceptum pœnitentię, sicuti ex alio, nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. colligitur præceptum baptismi. Et cū arguitur. Ad pñiam non teneri hoies postquā sunt in gratia, sicut ad baptismū: ergo nō est præceptū pœnitentię sicut baptismi, negatur consequētia. Concedimus enim hoc præceptum obligare eos, qui sunt in peccato mortali, donec sint in gratia, & nō amplius. ¶ Contra hoc autem arguitur. Cōtritio est vltima dispositio ad gratiā: ergo si tenemur præcepto cōtritionis, tenemur singulari præcepto ad habendā gratiam. Consequens autem est falsum, quia illud est opus Dei supernaturale, quod nō est in nostra potestate. Respondetur, vt de præcepto dilectionis Dei super omnia tēpore, quo eius necessitas occurrit, respondet S. Tho. 1. 2. q. 100. articulo. 10. & 2. 2. q. 44. art. 1. & nos lib. 1. de natura & gratia, cap. 22. diximus, q̄ tenemur per diuinum auxilium ad gratiam & charitatem suscipiendam nos disponere, nā quod per amicos possumus, & maximè per Dei auxilium simpliciter posse dicimur. ¶ Sed

Dilutio arg.

Argumentum.

Responsio.

Obiectio.

Dilutio.

Prima cōclusio.

Secundū argumentum.

¶ Sed aliud forsan quispiam contra hanc sententiam argumentum meditabitur. Non tene- mur perseuerare in gratia, quam in baptis- mo recipimus aliquo singulari precepto: sed alijs particularibus. Non occides, Non furtu- facies, &c. Alioqui qui hominem occideret, duplici peccato complicaretur: scilicet, homicidij, & lapsus a gratia, quod est falsum: sed non est maior obligatio recuperandae salutis quam ea conseruandi: ergo non est de hoc singu- lare contritionis preceptum. Negatur con- sequentia: nam licet custodia gratiae receptae sit mandatorum obseruatio, nihilominus qui illam perdidit, tenetur illam recuperare, quod non potest nisi per poenitentiam perficere, & ideo nil mirum, si eius sit singulare precep- tum. ¶ Postremum autem argumentum con- tra hoc idemque molestum est. Periculosum captiosumque illius rei preceptum est, quae nobis adeo est occulta, ut constare nobis ne queat, an tale preceptum impleuerimus: talis vero est conuersio nostra: nemo enim, ut paulo ante monstrauius, scit an verè se ad gratiam disponat: nemo ergo ad id sub precepto tenetur. Respondendum ergo est, sicut de precepto charitatis: videlicet, quod quan- uis tale sit preceptum: nihilominus inuincibili ignorantia quisque potest excusari putans se illud impleuisse. Igitur cum quis humano more ad arbitrium prudentium putat se esse con- tritum, licet verè non sit nisi attritus, a trans- gressione precepti contritionis excusatur, quan- uis gratia non recipiat. Neque verò confiteri te- netur quousque ecclesiasticum tempus aduenerit. ¶ Hæc autem asserta conclusio in alias nos angustias videtur cogere: videlicet, protinus ut quis in peccatum ceciderit, hoc precepto ad contritionem vrgeri, de qua re Caietanus in opusculo. 21. quaestionum septimam inse- ruit. Atqui a parte affirmatiua est argumentum quod cum alijs morbis, qui presentaneam minantur mortem corporalem illico succurrendum est iure naturae: & peccatum, ut ait Iacobus, con- summatum mortem aie generet, apparet ratione precepti quod primum esse succurrendum. Cui accedit & autoritas S. Thome. 22. q. 62. art. 8. ubi ait quod nec per modicum tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur pec- catum statim deserere: secundum illud Eccle- siastic. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Accedit & illud Ecclesiastic. 3. Qui amat peri- culum, peribit in illo: qui autem in peccato perstat, periculum sibi creat moriendi in illo.

Postremum ar-
gumentum.

An quis ut
primum pecca-
uit teneatur
conteri.

Quare & cap. 5. Idem sapiens, Non tardes, in- quit, conuerti ad Dominum, nec differas de die in diem, subito enim venit hora eius.

¶ His tamen nihil obstantibus statuitur huius articuli secunda conclusio. Non illico, ut ho- mo reum se sentit culpae poenitentiae lege poe- nitere constringitur. Hæc profecto conclu- sio more & vsu ecclesiae satis videtur consta- bilis. Nemo namque a sacerdotibus vsu cla- uium habentibus tanquam denuo peccasse reprehenditur, si non cum primum peccauit respiscat. Et tamen si confestim, respiscere teneretur, singulis momentis peccatum eius im- poenitentiae augetur, quod esset peccato- res plus nimio culpae, preceptumque adeo tanquam rigidum nimis & durum denotare. Secundum preceptum singulare poenitentiae est affirmatiuum, veluti & confessionis: pre- cepta autem affirmatiua, ut doctoribus cum- ctis est in confesso, licet semper obliget, non tamen (ut aiunt) pro semper, sed sua habent stata tempora. Quare sicut non statim confi- teri obligamur, ut. q. sequenti videbimus, ita nec ceteri. ¶ Sed forsan quis obijciat non solum affirmatiuum esse, sed negatiuum includens tenemur. n. non esse extra gratiam & amicitiam Dei, sicut non furari. Quapropter veluti fur il- lico tenetur restituere, ita & qui Deo iniuriam intulit tenetur extemplo satisfacere. ¶ Ad hoc respondetur, ut supra, quod non esse extra gra- tiam & amicitiam Dei tenemur quidem, non tamen singulari precepto, sed alijs particula- ribus, Non occides, non furtum facies, &c. Quare homicida, ut supra diximus, qui per quodcumque tempus manet in peccato non committit singulare delictum impoenitentiae, sed manet in homicidio. Et in hoc sensu dixit S. Tho. loco citato, 2. 2. q. non licet per ali- quod tempus in peccato manere, sicut non licet furari, occidere, &c. Et ideo qui poenite- tiam differt, solum auget culpam homicidij, sed quando periculum imminet mortis, sin- gularis culpa est non poenitere. Et idem est de fure non enim nouum peccatum comit- tit, si protinus non restituit, sed augetur graui- tas furti, quousque noua ratio necessitatis cre- ditoris, vel alia, nouum impingat peccatum. Et in eodem sensu S. Tho. distin. precedenti arti. 2. quaestiuicula. 3. ad. 2. ait quod dum pec- catum ad memoriam reuocatur tunc tenetur homo specialiter conteri: intellige, inquam, confessum teneri prohibitione homicidij vel furti quousque necessitas confessionis, vel pe- riculi

Secunda con-
clusio.

Ratio. 2.

Obiectio.

Dilatio.

S. Tho. distin.

riculi singulari adhibeat obligationem poe- nitendi. ¶ Et eodem pacto respondetur ad auto- ritates citatas. Iubemur enim peccatum fuge- re quasi a facie colubri, non per singulare pre- ceptum, sed, per omnia mandata peccatum prohibentia. Quod autem poenitentiam non differamus, in quocumque tempore consiliu- sonat: tempore autem imminetis periculi mortis preceptum. Ex his colligitur respon- sio dubij si quis sciscitetur hunc actum, Nolo poenitere quantum delictum sit, cuique pre- cepto contrarium. Respondetur enim sub di- stinctione, quod tempore quo quis poenite- re tenetur, est singulari precepto contrarius ac perinde genere suo mortalis: alijs vero te- poribus non est nisi contra alia precepta de- non perseuerando in furto, homicidio, &c. & ideo genere suo non est mortalis, est nihi- lominus venialis: quia nolitio boni obiecti. ¶ Instas autem rogans. Quo ergo tempore singulare hoc preceptum occurrit? Scotus quidem libr. 3. dist. 27. ait diebus festis teneri hominem singulari precepto de peccatis co- teri. Et ratio eius est quia festorum cultus eo nobis sine preceptus est, ut Deum ipsum a- more & dilectione colamus, tunc ergo dile- ctionis mandato tenemur, quod utique abs- que poenitentia impleri nequit.

Tertia conclu-
sio.

Ratio. 1. con-
clusionis.

Secunda.

Tertia.

¶ Contra hanc autem sententiam subiungit- tur tertia conclusio. Neutiquam festorum cul- tus singulari hoc nos poenitentiae nexu li- gat. Probat. Preceptum de colendis festis aliud est a precepto poenitentiae distinctum cultus siquidem festorum virtus religionis est: virtus autem poenitentiae, ut distin. 14. q. 2. ar. 2. & 3. monstrauius, non religionis, ut Caietanus opinatur, sed iustitiae pars est: nul- lum verò preceptum ad alterius officia per se obligat. ¶ Secundum precepta non obligat ad finem, sed ad media, quibus obtinetur: fi- nis enim ieiunij est per corporis extenuatio- nem animam ad superiorum contemplatio- nem erigere: illa tamen contemplatio non ca- dit sub precepto ieiunij. Pari modo licet fe- storum cultus ad hoc ordinetur, ut homo di- uinis laudibus vacans ad amorem Dei se ex- citet, tamen sub precepto non cadit nisi ab operibus seruilibus vacare, & sacrificio mis- sae, ut ecclesia iubet, interesse. ¶ Tertio. Quia hoc esset nimium fidelium animos irretire: cum enim tam numerosus sit festorum acer- uus, nimium populus premeretur si toties tam difficili subderetur mandato, ut legitime co-

teri teneretur, atque adeo omnes peccatorum fimbrias, & occasiones praescindere. Quarto demum. Ecclesia diuinum explicando man- datum satis duxit semel in anno homines ad poenitentiam compellere: non ergo diuinum ius tam crebram exigit contritionem. Eccle- sia verò: quia de internis actibus non indicat contritionem per se non praecipit. ¶ Quod si ex veteri testamento illud nobis Leuitici. 16. obieceris, Sabbatum requietionis est, affli- getis animas vestras: & cap. 23. de eodem die festo. Affligetis animas vestras in eo, omne opus seruale non facietis in die hac, &c. respon- detur, quod cultus festorum illius legis quan- tum ad id, quod morale continet, Exodi. 20. explicatur consistere in sola cessatione a ser- uili opere, quod in nostris festis durat. Verum tamen quoniam eisdem festis populus iubebatur animas affligere legale erat, & iam cessauit. Neque verò afflictio illa illic significatur fuisse peccatorum contritio, sed ieiunium, & cor- poris maceratio, idque praecipue praecipieba- tur in festo expiationis, quod expurgandis fordibus institutum erat. Cui illud consonat Esai. 58. Numquid hoc est ieiunium, quod elegi per diem hominem affligere animam suam?

¶ Legitur ut quaestioni faciamus satis subiun- gitur quarta conclusio. Tempus singularis precepti contritionis est dum ecclesiae decre- to semel in anno confiteri tenemur, atque a- deo in articulo mortis. ¶ Probat. nam pre- ceptum poenitentiae, quod in lege naturae & scripta cucurrit, Christus sacramentum poe- nitentiae instituens quantum ad eius modum determinauit: sed quia ex euangelio colligi li- quid non poterat, ecclesia praescripsit an- nuale tempus: sit ergo, ut idem tempus & co- fessionis & contritionis iniunxerit. Et praeter illud extat de iure diuino dum imminet peri- culum mortis: nam tunc etiam, ut distin. sub sequenti videbimus, si copia ad sit confessari- rij, tenetur quisque confiteri. Et ideo in prin- cipio quaestionis diximus non esse tantam li- tem inter negantes preceptum singulare co- tritionis nisi quando necessitas confessionis occurrit, & alios contrarium asserentes: quo- niam in tempore differre non debent: nam extra hæc: non est aliud necessarium con- tritionis tempus. Est tamen hoc discrimen quod secundum opinionem hic a nobis defensam in articulo mortis, licet non ad sit confessarij copia: tenetur moriturus singulari precepto conteri. Et idem arbitror in festo paschatis,

Quarta.

Quinta con-

Ratio. 1. con-
clusionis.

aut semel in anno. Enimvero si tempus confessionis non esset decretum, teneretur homo conteri præter periculum mortis, illo etiam saltè tempore, quo metus esset ne peccata obliuioni traderentur, quod quidem per ecclesiam ad singulos annos definitum est.

Arg. nctū. ¶ Existunt autem contra hoc argumenta: nam quocunque tempore occurreret præceptum dilectionis Dei super omnia, huius etiã obligatio cõcurreret, vt pote sine quo illud impleritõ põt Itẽ quoties sacerdos sacramenta administrare deberet quæ in gratia tenentur administrare. Respõdetur, etiam his casibus obligationem exurgere pœnitendi, nõ tamen ex vi talis præcepti, sed aliorum vinculo: scilicet, dilectionis, aut legitimæ administrationis sacramenti. At verò dum quis sacramentum eucharistiæ suscipiturus est, singulariter cõtritionis præcepto obligatur ppter sacramenti illius dignitatem. ¶ Postremum autem argumentum, quod contra hanc sententiam obijcitur est, quòd nemo posset ab hac luce in vno solo peccato mortali discedere. Hoc autem consequens eo moderamine concedendum est, si peccatori tempus suppetat pœnitendi. Tunc. n. nouũ esset peccatum non confiteri, si copia sacerdotis adesset. Et eadẽ rone cõsequitur qd qui nõ confitetur semel in año duplici peccato peccat: altero omissionis contritionis, & altero confessionis. Item quòties quis eucharistiã sine contritione suscipit. Tamen si hoc postremum non ita facile concederem: quia quando præceptum per se contritionis non obligat nisi ratione eucharistiæ sumendæ, non est nisi vnum sacrilegium indignæ sumptionis eucharistiæ. Imò verò forsã, quia in præcepto confessionis determinatur tempus cõtritionis, vnicum censetur præceptum contritionis, & confessionis semel in anno, nisi quòd si non potest perfectè impleri quo ad confessionem, debet saltẽ impleri quoad contritionem. ¶ Hic inter additiones S. Thomæ ex quarto libro inepte adhibentur articuli, vtrum pœnitentia per totam vitam durare debeat, & an debeat esse continua, quando quidem in tertia parte. q. 84. artic. 8. & 9. expresse illos tractauerit, quos nos perinde dist. 14. q. 1. exposuimus. Vbi conclusimus pœnitentiã peccatorũ nõ nisi semel esse necessariam. Quocirca licet post remissã peccata quandoque sit salubris peccatorum detestatio, quãdoque verò nocua, vel quia oc-

casione lasciuæ delectationis offert, vel aliorum adfert officiorum impedimẽtum, nunq̃ tamẽ est amplius necessaria.

¶ Nihilominus tã circa præsentẽ articulũ q̃ circa istos duos, hæc examinãda est postrema sententia, Vtrum quotiescunque peccatum memoriæ occurrerit, teneatur illud homo detestari, siue nunquam fuerit alia contritione dilutum, siue fuerit iam remissum. Huius enim potissimum causa Caietanus quæstionem illam septimam in opusculo. 21. quæstionum differuit. Fuerunt enim graues auctores huius sententiæ, q̃ dicerent quòd quotiescunque peccatum commissum memoriæ se præteritè offerat: tenetur hõde illo dolere etiã si remissum fuerit, & à fortiori si non fuerit remissum. Tenet Alexan. Alensis. 4. part. q. 68. mēb. 2. art. 2. & Richar. in. 4. dist. 14. art. 9. q. 1. quos Gabriel ead. dist. atq; alij sequuntur. Qui verò & Palu. d. 17. q. 1. ar. 3. ppter ea, qd̃ D. Tho. ead. dist. q. 3 art. quæstionum. 4. aij. qd̃ homo tenetur ad cõtritionẽ qm̃ peccata memoriæ occurrunt, præcipue dum in periculo mortis existit &c. Peccatum enim tunc occurrit memoriæ speculatiue quando quis de illo cogitat, vel ad tractandũ de illo, vel dum audit confessiones &c. Tunc autem practice quando occurrit, aut tanquã in opere exequendũ, aut tanquã delectatione in eius cogitatione sistendo. Et tunc aiunt isti teneri hominem de illo dolere. Et probant, quia eum tunc occurrit tequam Dei offensiuũ, contemptus esset Dei nisi illud homo detestaretur. ¶ Non tamẽ est quæstio magni momenti, & ideo duabus conclusionibus facillimè dissoluitur. Prima, quæ sit quinta huius articuli. De peccato semel remisso nunquã est simpliciter necessaria pœnitentia, nisi forsã tantum periculum offerretur consentiendi, vt aliter euitari non posset. Probatur, quoniam propria materia confessionis est culpa, in qua homo existit, ad cuius detestationem virtus pœnitentiæ ordinatur: ergo peccatum, quod semel remissum est, non est necessaria materia pœnitentiæ siue speculatiue, siue practice offeratur, iuxta illud Naum. 1. supra citatum, Non puniet Deus bis in idipsum, & aliud Pauli, sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei.

¶ Secunda, quæ sit sexta conclusio. Quãuis peccatum non dum fuerit remissum, hoc solũ qd̃ est memoriæ occurrere practice minime secum adfert necessitatem contritionis sub

An cũ primũ homo meminit peccatũ teneatur de illis conteri.

Peccatũ dupliciter occurrit memoriæ, speculatiue & practice.

Quinta conclusio.

Sexta conclusio.

sub præcepto, nisi aliquid temporum adsit, quæ eiusmodi pcepto sunt decreta, vt est articulus cõfessionis, aut articuli mortis &c.

Arg. conclusio. Probatur, quia vel est necessaria contritio ratione singularis præcepti pœnitentiæ, vel ratione dilectionis, quam tũc homo erga Deũ habere tenetur, vel ratione euitandi periculi consensus: non primum, quia cum præceptum contritionis, vt supra dictum est, sit affirmatiuum, habeatque sua tempora præfinita, memoria illa peccatorũ minime ad obliuandum sufficit, sicuti præceptum dilectionis non obligat quoties Dei bonitas, & eius in nos immensa beneficia memoriæ occurrunt: alioqui stando in mero iure diuino antequã ecclesia tempus confessioni decerneret, teneretur homo etiam tunc confiteri. Accedit ratio, quòd potest peccatum occurrere memoriæ tanquam perpetrandum, quod nunquam fuit commissum, & tunc non potest haberi dolor seu pœnitentia, quæ tantum esse valet de commissis. Nec tenetur tunc homo ratione dilectionis, vt quidam autumant dicentes, quod tunc vel peccata detestatur, vel approbat, vel neutro modo se habet. Si secundum peccat: si tertium, Deum videtur contemnere: ergo obligatur ad primum.

¶ Contra hos autem arguitur, quia cũ tunc non occurrat dilectionis præceptum: (esset enim importabile, qd̃ toties homo teneretur diligere, quoties tenetur peccatis resistere) colligitur vt nullus sit contemptus nullum tunc habere actum complacentiæ, vel displicentiæ. Esset nanque durum asserere quòd propter id, quod nobis naturaliter contingit, qualis est peccatorum recordatio, nouo præcepto dilectionis cogermur. Nec demum tenetur ratione periculi: quoniam potest homo quoties peccatum occurrit, vel de nouo committendum, vel iam commissum, vt eius cogitatu tunc oblectetur, cogitationem ab illo dimouere, per quod satis ei resistit, atque adeò pro tunc Deum satis diligit. Imò verò nonnulla sunt peccata potissimum carnis, quæ longius euitantur dum eius cogitatio fugitur, quã si illa presente contendat homo displicentiam eius habere: adeò sunt lubrica, & quæ se violèter insinuãt. Fateor equidem quòd si casus dari posset, in quo homo non posset cõsensum in culpam cauere, nisi positiuo actu voluntatis cõsensum repellendo, tenetur quidem. Sed non video casum, in quo nõ sit facilius aliorum co-

Argumen.

gitatum diuertere. Cui autem voluntas adest in virtutes propensa, consilium esset ad displicentiam, & detestationem conari. ¶ Aliã hanc quæstionem subneçit S. Tho. vtrum post hanc vitam possit esse pœnitentia. Et est distinguendum tam de triplici statu post hanc vitam, quã de tribus, quæ in contritione cõsiderantur, quæ sunt dolor sensus, contritionis forma, quæ est gratia, atque eius efficacia, quæ est remissio culpe. In patria ergo esse potest peccatorum abominatio cũ forma quæ est gratia sine dolore tamẽ, ppter plenum gaudium, quod illic existit, sed absq; efficacia remissionis, quia illam in viã obtinuerunt: sunt tamen illic triumphantes de victoria cõtra peccata. In inferno autem potest esse pœnitentia peccatorũ cũ dolore maximo, quo illic semper dãnati excruciantur, sed absq; gratiæ forma, & fructu, & efficacia remissionis propter obstinatam voluntatem. Veruntamen in purgatorio existentes dolorem quidem habent de peccatis eundemque gratia informatum, non tamen meritorium, quia sunt extra viam: quare neque eorum dolor est contritio efficax ad remittendum peccatorum pœnas. Vtrum verò illic remittantur veniales culpe dist. 15. q. 2. art. 2. elucidabim.

¶ Importunè quoque & hoc loco ille articulus adijcitur ex lib. 4. S. Tho. de effectibus cõtritionis: quando quidem totam illam materiam locupletissimè edisserit in. 3. part. q. 86. & 87. quas dist. 15. satis interpretati sumus.

Vtrum post hanc vitam possit esse pœnitentia. Triplex status post hanc vitam. Tria in contritione cõsiderantur. In Cælo.

In inferno.

In purgatorio.

DISTINCTIO

decima octaua, De confessione.

Cap. 1.



Secunda pars sacramenti pœnitentiæ est cõfessio, quam etsi hæretici nõ defuerint, qui contritis corde negauerint necessariam, catholica tamẽ nos veritas admonet, nemini, qui post baptismum in lethale crimen lapsus fuerit,

Ddd 2 absque

Arg. nctū.

Postremum argumentū.

D. Thom.

absque ea in re, vel in voto patere salutem. Fuit enim per Christum Ioan. 20. instituta. Nam ubi spiritu sancto in discipulos insufflato, plenarium eis iudicium remittendi peccata tribuit, sacramentum subinde penitentiae instituit, atque adeo cunctos fideles à gratia baptismatis in mortale relapsos sacerdotum iudicio subiecit præceptoque adeo confessionis obligauit. Cuius deinde ecclesia tempus definiens, ut id quotannis faceremus, iure nos pontificio perstrinxit.

Cap. ij.
Confessio
definitio.

¶ Est ergo confessio ecclesiastica, sacramentalis quædam peccatorum accusatio ad indulgentiam virtute clauium ecclesie obtinendam. Cuius qualitates patres circumscribentes aiunt. Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis. Atque frequens, nuda, discreta, libens, veracunda. Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata. Fortis & accusans, & sit parere parata. Debet ergo prudentissimus quisque Christianus cuncta sua peccata cordis, oris, & operis, tam secreta, quam publica, saltem mortalia, cum omnibus suis circumstantiis notabili macula aggrauantibus confiteri, eademque eidem sacerdoti, nisi legitima obstiterit causa. Nequiret enim aliter qualis est, talem se diuino sacerdotis tribunali sistere.

Cap. iij.

¶ Ex quo fit consequens, ut quantum ad suam

attinet essentiam, non exigit necessarium, ut sit secreta, nihilominus, nisi clam fieret, nequiret facile in ecclesia sustineri, ut occultorum omnium scelerum, quod necessarium est, fieret. Quapropter qui clanculariam auricularemque confessionem exterminare ab ecclesia student, religionem à Christo semper obseruatam de medio tollere hæreticè contendunt.

Cap. iij.

¶ Legitimus autem sacramenti penitentiae minister est sacerdos, qui vel ordinaria vel delegata fungitur iurisdictione, iuxta tenorem canonis, proprio sacerdoti vel de eius licentia confiteatur. Nam cum absolutio iudicis sit actus clauium ecclesie, non sufficit, ut valida sit, sacerdotalis character iurisdictione vacuus. Consultò enim Christus Petro pascendum suum gregem commisit, ut pascendi iurisdictione, ab ipso per ecclesie membra deriuaretur. Vbi ergo non est iurisdictione, nulla est absolutio, & multò minus que à sacerdote non fit. Quapropter confiteri laico in nullo casu necessarium est, & quàm rarissimè utile propter verecundiam ad capiendum consilium. Imò verò iam eiusmodi confessio aboleuisse videtur ab usu.

Can. Omnis
verusque
xus.

Iean. 21.

¶ Absit autem, ut dicas sacerdotem penitentem absolutum ostendere, & non verè absoluere, dicente Christo ad Petrum, Quodcumque solueris,

Cap. v.

March. 13.

1049. 20.

&

& postea discipulis, Quorum remiseritis peccata: non autem. Quorum ostenderitis remissa. Vnde autor libri de vera & falsa penitentia, quod de penit. dist. 1. referatur. Ipsi inquit. sacerdotes euangelici plus possunt prodesse quàm veteres plus contentibus parcere: quibus enim remittunt, remittit Dominus. Et infra, non dixit. Quos putatis ligare aut soluere, sed in quos excueritis opus iustitiae aut misericordiae. Quapropter effectus sacramenti penitentiae non est ostendere remissa peccata, sed verè remittere, ut antea de penitentia virtute dictum est. Nam præterquam quòd sæpe sacerdos absolutione sua attritum iustificat, tunc etiam quando contritus & iustus ad sacramentum accedit, quia contritio virtuti suscipiendi sacramenti nitebatur, verè eum sacerdos quantum ex parte sua est, absoluit, ut forma sonat.

Can. Quem
penitet.

Cap. vj.

¶ Dum ergo homo ex intentione nullum mortale in confessione pretermittit, tamen forte legitimus non hæreat in corde dolor, ut gratiam consequatur, erit quidem confessio informis, sacramentum verò nihilominus validum, ut non sit iteranda confessio, sed per legitimam postea contritionem fiet gratiae reparatio.

Cap. vij.

¶ Quanto verò sacerdos teneatur diuino vinculo auditam confessionem sigillo secreti obsignare, natu-

ra ipsa confessionis quàm maxime necessarè palam commonet, que absque arctissima secreti fide sustineri non posset. Igitur ut apud Deum peccata remissa contacta sunt prorsus, iuxta illud Psalmi. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: sic debent esse in pectore sacerdotis recodita. Caueat ergo omnino, ut canone admonitus est, ne verbo aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodatur peccatorum: imò pinde obmutescat, ac si nihil audiuisset, ne & iram in primis Dei & in iudicium quoque ecclesie impingat, ut sacerdotali officio depositus in arctum monasterium detrudatur.

Psalm. 31.

Can. Omnis
vriusque
sex.

DISTINCTIONIS 18. Quæstio. 1. De necessitate confessionis.

Autoris institutum.



Primum iuxta Aristotelis doctrinam. 2. Postea querendum est an res sit, quàm quid sit: & quia in moralibus id est res esse, quod esse necessariam vel commoda: alioqui superflua esset, primò queritur de necessitate confessionis, quæ de eius quidditate. Quare in præsentia distinctione quatuor disputabimus quæstiones, primam, de necessitate sacramentalis confessionis, secundam, de eius quidditate & qualitatibus, & tertiã subinde de eius effectu, ac demum quartam de eius ministris. In prima quæst. sunt quinque articuli: primus, an confessio iure diuino fuerit instituta, tanquam ad salutem necessaria. Secundus, vtrum fuerit in lege naturæ vel scripta. Tertius, vtrum omnibus peccatoribus de om-

sepe fallit, hō dicitur propterea, q̄ quis pos-
sit inter aliquos hūc vel illum eligere, sed or-
dinarius & arbiter hoc differunt, quōd arbi-
ter est, qui nullam habet iudicandi cogēdiq̄
potestātē, nisi quā qui eum eligit, ei tribuit,
vt colligitur ex. c. Sanē de arbitris: & ex to-
to illo titulo. Ordinari⁹ verō est qui ex se ha-
bet potestātē, vt rex vel eius minister, cui ip-
se vim coerciuam tribuit. Si enim duo aut
tres prætores in vrbe sint à rege instituti, pro-
pterea q̄ in arbitrio ciuis est ad quēlibet eo-
rum recurrere, nullus dicitur arbiter, sed cer-
tē omnes sunt ordinarij. Cū ergo Christus
dicat, Accipite potestatem, quis nam dubi-
tet apostolos fecisse ordinarios necessariosq̄;
peccatorum iudices, ac subinde eos, quibus
auctoritate apostolica iniuncta est animarū
cura? Quare, licet quisq̄ posset ad quēcūq̄;
sacerdotē recurrere, quod est exemplū Sco-
ti, certē nō sunt arbitri, sed ordinarij: quia nō
accipiunt à pœnitente potestatem, sed pote-
state Christi funguntur, quā non habent lai-
ci. Præsertim q̄ non possunt eligi quicumque
sacerdotes in confessarios, sed illi, quibus au-
toritate apostolica, vel iniuncta est animarū
cura, vel priuilegio concessum cōfessionem
audire. Vnde in cōcilio Florentino minister
huius sacramenti est sacerdos, habens pote-
statem absoluendi vel ordinariam, vel ex pri-
uilegio superioris ordinarij. Hoc autē pos-
set quempiam fallere, q̄ sancti vocant sacer-
dotes arbitros inter Deum & homines: non
tamē id intelligitur in hoc sensu, quōd in no-
stro sit arbitrio illis subijci, vel nō subijci, sed
quōd tanquam ordinarij Dei iudices arbitra-
tur de peccatis nostris, vtrum remittere ea
nobis, an retinere debeant, cum hac vel illa
iniuncta pœnitentia. Vis ergo argumenti
est hæc. Christus hanc tradidit potestātē or-
dinariam sacerdotibus: ergo hec essarium il-
lud iudicium illis commisit. Idque planē for-
ma illa demonstrat. Quorum remiseritis, re-
missa: & quorum retinueritis, retenta erunt.
Sed ait Scotus, verbum illud non esse præci-
sum; id est, non allate remittentur nisi quæ vos
remiseritis, neque alia retinebuntur: quoniam
sacerdos, inquit, neque remittit, nec retinet
nisi quæ audit in cōfessione: præter quæ tñ
Deus alia remittit, atque alia retinet, id est,
in inferno punit. Solutio hanc hanc vni
verborum non inob ingit nam si Deus alia re-
mittit, quæ non exponuntur iudicio sacer-
dotis, est quia nō ad est confessarij copia pro-
dabo

index ordi-
narius.

Cocilio Flo.

Not.

Argument.

Solutio Scot.

refutatur so-
luto.

tempore: & si alia retinet, est propter culpā
hominis ea non consentis, iuxta præscri-
ptū ecclesiæ. Et ideo in hoc, quod dicit, Quo-
rum retinueritis, necessitatem monstrat con-
fessionis: imō verō non tantum in hoc mem-
bro, vt aliqui volunt, verum & in altero affir-
matio: nam in hoc, quod ait, Quorum remi-
seritis, potestatem ordinariam confert, quæ
nisi populum eidem sacerdoti iudicio subdi-
disset, vim non haberet coerciuam, atque
adeo non esset ordinaria. Mēte cōcipe ver-
borum Christi spiritum. Quemadmodum
rex anulum suum tradens prætori ait, Acci-
pe sigillum hoc ad iudicandum causas, Quo-
rum delicta remiseris, remissa erunt, & quorū
ad supplicium retinueris, retenta, perinde ac
si ego facerem. Sic ergo Christus, qui in quā-
tum homo, qua ratione nos à peccatis rede-
mit, vniuersalis iudex constitutus est omniū
peccatorū, tā in hoc seculo q̄ in futuro, iuxta
illud Ioan. 5. Dedit ei iudicium facere, quia fi-
lius hominis est, eandem memorans potesta-
tem ait. Data est mihi omnis potestas in cœ-
lo & in terra: scilicet, iudiciaria, sicut misit me
viuens pater, ego mitto vos, Accipite ergo
spiritum sanctū, per quem ego meritorum,
scelerumq̄, causas iudico, & peccata remit-
to, & mea prorsus auctoritate, vt mei vicarij
iudices fungimini, conferendo gratiam eius-
dem spiritus sancti ad remittendum pecca-
ta, vel illam impoenitentibus subtrahendo, ita
vt sicut nemo nisi iudicio meo potest aut sal-
uus fieri, aut condemnari, sic qui vestro iudi-
cio fuerit approbatus veniā obtinebit apud
patrē. Quapropter repudiandus est Arma-
chan⁹, qui lib. 1. de quæstio. Armeno, quanq̄
concedat potestatem remittendi peccata cō-
cessam apostolis, non tñ illā hoc, inq̄, loco,
sed quādo creati sunt sacerdotes, suscepit:
quia simul inquit, munerā omnia sacerdotia
debeuerunt recipere. Hierony. nanq̄, super
eundem locum Ioan. ait, & in epist. ad Edi-
biam. q̄ 9. hic illam recepisse: nam cum vt
ait Apostolus in Corint. 12. Divisiones gratia-
rum sint, nō obstat quominus diuersis tem-
poribus apostoli diuersas potestates sacerdo-
tales ad diuersos effectus suscepissent. Quare
licet antea suscepissent potestatem in corpus
Christi verū cōsecradū, hoc loco suscepit
potestātē in corp⁹ mysticū, ita Durā. d. 17. &
Marsilius. q. 12. art. 1. tenēt. Præterea diuina
cōfessionis institutio testimonio illo Matth.
16. ad Petrū nihilo infirmiori confirmatur. Tibi

simile.

Ioan. 5.

Contra Ar-
ma.

Hieronym.

dabo

dabo clauēs regni cœlorum. Quodcūq; sol-
ueris super terram, erit solutū & in cœlis: &
quodcūque ligaueris, erit ligatum. Sed aiūt,
Illa non fuit, nisi promissio. At verō, cū di-
uina promissio diuinam habeat fidem, tam
certum est id, quod promissit, concessisse, ac
si planē dixisset, Do. Quare Matth. 18. Affer-
tiūc ait, Quæcūq; alligaueris super terram
erunt ligata & in cœlo: & quodcūque solue-
ritis, erit solutum: eadem ergo clauēs tradi-
dit præfenti loco Ioā. 20. & cap. vlt. Petro sin-
gulariter, tanquam capiti verbo illo, Pasce
agnos meos. Clauēs autem regni cœlorum
quid aliud denotare possunt, quā potesta-
tē aperiendi ipsum & claudēdi? Aperiē autē
nihil aliud est, quā obstaculum ingressus
tollere, quod est peccatum, atque adeo clau-
dere est illud negata absolutione nō tollere.
At verō cū neq; peccatum remittere neq;
regnum aperiē queant, nisi tāquam iudices:
iudicare tamen nequeant nisi causas cogno-
scendo, sicut ipse Christus facit, à quo pote-
statē habēt: colligitur, vt vbi dedit illis pote-
statē remittēdi, dederit & potestātē coerci-
uam peccata cognoscendi, ac perinde pecca-
tores ad confessionē obligauerit. Quod quid-
dem ecclesiæ interpretamento apertissime
confirmatur, vt latius dist. 20. monstrabitur,
quæ duas clauēs se habere profitetur: scilicet,
scientiæ, & potestatis, quæ eo sunt nexu cō-
iunctæ, vt nisi clauis scientiæ ad cognoscen-
dum præmitteretur, clauis potestatis ad ab-
soluendū manca esset & trunca. Et ideo Ale-
xander, & sanctus Bonauentura intelligētēs
illic esse datam potestatem absoluendi, subse-
quenter intelligere debent iniunctam esse
populo necessitatem confitendi. Nā vt dist.
17. art. 2. q. 1. bene ait Ricardus, null⁹ est mens
iudex si in meo arbitrio est illi subijci: & ideo
cū sacerdotes sint à Deo instituti: nostri iu-
dices, de necessitate tenemur illis confiteri.
Hæc ille. At ne Christi institutio ratione
caruisse hæreticis videatur, optima est, quam
D. Tho. dist. 17. q. 3. est meditatus. Cū enim
nemini nisi per Christi mortē salus pateat,
quem Deus, vt ait ad Rom. 3. Paul. proposuit
propitiatorem per fidem in sanguine ipsius:
passio verō nemini, nisi ei applicata prosit,
decentissimum fuit & religioni necessarium
sacramenta ab ipso autore salutis nostre in-
stitui, quibus eadem passio tum ad remissio-
nem originalis, tum deinde ad remissionem
actualium criminum applicaretur, ad quæ

Mat. 20.

Clauēs regni
cœlorum qd
significant.

Alex. &
Bonauent.

Ratio institu-
tionis huius
sacramenti.

ideo sacramenta suscipienda suam familiam
obligaret. Quapropter sicut baptismus est
ad originalis ablutionem necessarius, vt re-
generemur in nouam vitam: ita & sacramē-
tum pœnitentiæ ad remissionem actualium,
vt ab eisdem morbis sanemur. Quod si vr-
gentius quæras, cur nō interior contritio ad
huiusmodi applicationem sine externo sa-
cramento sufficiat: quādoquidem per ipsam
gratia confertur. Iam dist. 1. responsum est,
quod diuinus honor, & vtilitas nostra id exi-
gebat: nempe, vt signis istis exterioribus sa-
cramentorum profiteremur salutem per su-
pernam Dei virtutem nobis obuenire, quæ,
vt ait Gregor. in illis secretius operatur.
Et per hoc diluitur argumentum Scoti. Sa-
cramentorum enim necessitas ex eorum sine
perpendenda est: sacramentum autem con-
firmationis non est ad remissionem peccato-
rum institutum, & ideo non cogimur illud
tanquam simpliciter necessarium suscipere:
Sacramentum verō pœnitentiæ est in remis-
sionem peccatorum, vt baptismus, & ideo
est ad salutem necessarium, vt ille. Placet er-
go mihi illud axioma Durandi ad hoc pro-
positum dist. 17. q. 9. quod omne reme-
dium diuinitus ordinatum contra culpam,
quæ contraria est gratiæ, est ad salutem ne-
cessarium. Quamquam, vt dist. 14. quæst.
prima articulo quinto, cum S. Thom. dixi-
mus sit discrimen: quoniam cū omnes le-
ge cōmuni nascantur filij iræ, baptismus
simpliciter est ad salutem necessarius: sacra-
mentum verō pœnitentiæ non simpliciter,
sed ex suppositione: scilicet, supposito pec-
cato mortali post baptismum. Accedit &
noua ratio necessitatis confessionis ex vtili-
tate maxima & vsu, qui nobis inde prouenit.
Cū enim nature libere doceantur, eis, qui
corruptis sunt moribus, franguntur esse eno-
lumentum corda sua amicis patefacere, à
quibus vel re, vel consilio inueniunt, consuli-
tis sit nobis Christus confessionem insti-
tuit, quæ, sub tantum secretum, quantum sacer-
dotibus præcepit, eis tanq̄ curis vt alijs mor-
bos nostros exponeremus, qui eius auctori-
tate & nos ab illis liberaret & salutaria medica-
fina in posterū adhiberet: disponit enim o-
mnia iuxta naturam, & quia
hōies sum⁹ cre nostra maxime sunt, vt hōies
De nobis iudices relinquere, ad quos nostras
deseremus causas, præsertim spirituales. Hæc
enim ratio ad alia negotia transgēda eccle-
Ddd 5

Cur contritio
interior sine
vocali confes-
sione non sat-
fit.

Solutio arg.
Scoti.

Discrimen
inter sacramē-
ta bap. &
pœnit.

Ratio neces-
sitaris confes-
sionis.

siæ præfecit tum summum eius vicarium, tum sub ipsum alios prælatos, qui ecclesiasticam rem publicam administrarent. Fac, confessio nem sacramentalem non esse necessariam, sed satis esse soli Deo confiteri, profectò tota res publica plena esset occultis vitijs, quæ non possent non in publicum prodire: verendum enim confitendi vehementissimè homines à peruersis morib⁹ arceret. ¶ Id quæ me teste Germani ipsi publicè, dum inter eos agebam, confitebantur. Qua de re ex inclyta Norimberga ciuitate missa est ad Cæsarem legatio, per quam ciues illi petebant, vt Cæsar imperatorio iure confessionem auriculari indiceret. Aiebant enim se vsu & more intellexisse rem publicam suam, postquam confessio cessauerat, vitijs contra iustitiã & alias virtutes scaturire, quæ illis antea fuerant incognita. Risum tamen eadem legatio moruit: nam cum fateri omnino renuerent per absolutionem sacerdotis culpas remitti, & diuino iussu teneri homines vera fateri, quomodo plebs conuinci posset. Cæsarea lege occulta sua scelera secretò confiteri? Nam qui non confiteretur, cum id prætor cognoscere non posset, quomodo poenarum minis cogi posset? Adde, quod nisi tantus esset fructus confessionis, quantus est absolutio peccatorum, ad tantumque sacerdos secretu diuina lege teneretur, intollerabilis lex esset, quæ homines sceleratissima sua crimina in aures sacerdotis exponere compelleret.

Germanorū legatio ad Cæsarem.

Legatio Germanorum risum mouit.

Secunda conclusio.

¶ Secunda conclusio. Sacramentalis confessio diuino iure est præcepta. Itaque non solum necessaria est ad consequendam gratiã, vt de contritione diximus, quæ quidem gratia recepta, vt non est amplius necessaria, ita neque habet iã pro tunc necessitatẽ præcepti. Imò postquam quis per contritionem suscepit gratiam, tenetur iure diuino ad confessionem: quæ in contritione voto fuerat inclusa, vt art. 4. latius monstrabitur. Hæc ex superiori liquida consequentia colligitur: nam vt art. precedenti dicebamus, munus principis est ciues ad necessaria salutis officia legibus institueret: ergo si, vt probatum est, sacramentum poenitentie est ad salutem necessarium, fit vt de illo sit singulare præceptum. Eodem enim modo & de baptismo argumentari possumus. ¶ Scit⁹ verò loco citato, quæ non profertur sentit confessionem esse simpliciter necessariam, aliter arguit ad fundandum, confessionis mandatum. Quicumq; enim, inquit, gra-

Scotus.

tiam Dei amisit, tenetur de necessitate præcepti charitatis, Diliges dominum Deum tuum, agere quantum in se est ad eius recuperationem: sed quauis contritio sit vna via recuperandi, confessio tñ est facilior. Rõ verò hæc pl⁹ læguoris habet q̄ vigoris. Nã si sacramentum non esset tanquam necessarium institutum, nunquam dilectio Dei illud suscipere cogeret: quia nemo illo præcepto omnia remedia adhibere cogitur quæ sint faciliora, sed satis est apponere necessaria. Secunda ratio eius est: quia si solum esset de iure humano, Papa non teneretur eo, quia princeps non obligatur suis legibus. Sed neque hæc ratio multum valet: quoniam licet princeps non cogatur suis legibus per vim coercitiuam, cogitur tamen per vim directiuam, vt lib. 1. de iustitia & iure. q. 6. arti. 7. diximus. Quare licet præceptum confessionis nõ esset nisi ecclesiasticum, teneretur illo, sicut ieiunare in quadragesima. ¶ Firmissima ergo ratio præcepti confessionis ex necessitate sumitur sacramenti poenitentia. Vnde eodem ipso loco Ioannis. 20. vbi instituta est confessio, tanquam necessaria ad salutem, planè intelligitur datum præceptum confessionis. Quod miror Cajetanum nõ animaduertisse, qui in expositione eius loci dixit. Fateor institutionem sacramenti poenitentia hic haberi, non præceptum. Tamen si & illud Matth. 4. Poenitentiam agite, appropinquauit regnum cælorum, præceptum quoq; adferat sacramenti poenitentia: nã licet tunc nondum vim præcepti habebat, nisi quaten⁹ poenitentia est virtus, tamen præcepit illic facere poenitentiam eo modo, quo ipse erat instituturus conferendo apostolis clauis regni cælorum, & potestatem remittendi peccata. ¶ Ad sunt nihilominus iuniores quidam, qui prædicta testimonia enervare contendentes, nullum aliud firmius exquirere satagunt. Aiunt, inq̄, illud Ioan. 5. non intelligi de iudicio peccatorum, sed de iudicio finali, quod facturus est Christus. Et illud Matth. 18. Quæcũq; alligaueritis &c. non intelligi nisi de ligatione, per excommunicationem, quia instituebat apostolos illic Christus de correctione fraterna. Et ex illo Ioan. 20. Quorum remiseritis &c. non colligi necessitatem confessionis, oĩm peccatorum occultorũ & mortalium, sed hoc haberi ex sola ecclesie consuetudine, quæ est optima legum interpret. ¶ Exceptiones autem istæ sunt eorũ hominum, qui contra doctrinã

Aduersus alios iuniores.

Intellect⁹ lo ci Ioan. 5.

etiam Aristot. i. Ethic. in re morali, & sacra demonstrationes exigunt mathematicas, ac subinde vrgentius contententium testimonio: nã sacra infirmare, q̄ corroborate. Si. n. pater omne iudicium dedit filio in quatum homini ad ipsum profectò spectat de virtutibus & vitijs vniuersis, quantumuis occultis non solum in die postrema mundi, verum, & in hoc seculo iudicare, vt reos, vel absoluat, vel condemnet, quam quidem potestatem reliquit sacerdotibus. Rursus potestas clauium regni cælorum quauis ad excommunicatio nem se extendat, potissimum tamen, vt nomen sonat, in apertendo claudendoq; regno cælorũ posita est. Aperire autem est peccata tollere, quæ ingressui obstant. Vnde Mat. 16. post promissionẽ clauium, quã c. 18. Christus repetit, intelligens Petrus vsu eorũ potissimum esse peccata remittere, sciscitatus est quoties peccata remitteret. Auscultent isti Augustinum sermone. 55. tertie partis sermonum ad coniugatos, & refertur de pñia. d. 1. can. Agite poenitentiam. vbi ait, Agite poenitentiam qualis agitur in ecclesia vt oret pro vobis ecclesia. Nemo dicat sibi, Occultè ago apud Deum: nouit Deus, qui mihi ignoscat quæ in corde ago. Ergo sine causa dictum est Quæ solueris in terra soluta erunt & in cælo ergo sine causa clauis datæ sunt ecclesie Dei frustramus euangelium Dei, frustramus verbũ Christi promittimus vobis quod ille negat. Ecce eius diuinum confessionis fundatũ in euangelico verbo, quo loco data sunt clauis ecclesie. Vnde Berna. in sermone de apostolis Petro & Paulo. Qui, inquit, scilicet, Petrus, clauis regni cælorum tã singulariter accepit, vt præcedat sententiam cæli sententia Petri, vt scilicet, Deus Christianorum nemi ni prius remittat peccata q̄ re, vel voto clauibus se Petri subiecerit. Et Aug. lib. de pñia & refertur de pñia. d. 1. can. Quæ poenitet, idẽ verbum Matth. 18. Quodcunq; solueritis super terram, &c. sic exponit. Ego Deus & omnis cælestes ordines & omnis sancti in gloria mea laudant vobiscũ & confirmant quoscunq; ligatis & solutis, & loquitur de remissione peccatorum. Rursum si Christus Ioã. 20. spiritum & potestatem contulit apostolis remittendi, retinendique peccata quam ipse habet, & potestas eius ad occultissima eam cordi extendatur iudicanda, manifestè inde colligitur necessitas confessionis etiam eorum: quæ secretissima sunt. Quapropter

Dilatio. 1.

Dilatio. 2.

Aug.

Bernar.

Aug.

Ambrosii. lib. de poenitentia certè illo loco necessitatem sacramentalis poenitentia fundat, atque ad eodẽ sacramenti præceptum. Aiebant enim Cathari: illi soli se Domino hæc deferre reuerentiam, cui soli potestatem remittendi peccata reseruent. Quod quidem Lutheranos est dicitur: machi qui à regis prætoribus & iudicibus iudicantur regi potestatem adimant iudicandi. Nunquid, quod regius iudex per eius potestatem decernit, rex ipse decernit? Bene ergo ait Ambrosi⁹. Quis est qui magis honorat, vtrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Deus nobis iussit eius ministris obtemperare, nos ergo sumus qui honorem soli Deo deferimus suis obediendo ministris: hæretici autẽ, qui ministris Dei nõ parèt: & ideo honorẽ quẽ se soli Deo deferre putat, iniquissimè auferunt. In quibus Ambrosij verbis nota necessitatem obedientia; atq; ad eodẽ præcepti confessionis. ¶ Quo ergo ad rẽ redeamus, firmissima est conclusio. sacramentum poenitentia omnium quoruncunq; peccatorum etiam occultissimorum iure diuino esse ad salutem necessarium, & sub præcepto nõ ob id solum quod in vsu & fationibus ecclesie fundetur, sed & in firmissimis testimonijs euangelij. Quare miror istos doctores, qui dũ conclusionẽ negare nõ audet, firmitatem fundamentorũ labefacta re conantur. Nam ecclesie vsus & decretum licet per se & inter fideles firmissimũ sit fundamentum; tamen aduersus hæreticos, qui eius autoritatem non tanti estimant, tenuissimum est, nisi sacra testimonia adferantur: quibus ipsa se fundat ecclesia. ¶ In eiusdem item sententia confirmationẽ adduci solitum est illud Iacobi. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Nam quamuis nonnullis non tãtam energiam locus hic habere videatur, habet tamẽ egregiam. Opponunt enim quidã, quod apostolus nõ potest sacramentũ instituire, quod gratiam cõferat, sed Deus, qui autor est eiusdẽ gratia. Quod quidẽ salua egregia autoritate D. Bona. & Alexan. verissimum est: quoniã, vt. dist. 1. q. 5. ex Augustino colligimus, potestatem excellentie per quã Christus sacramenta instituit, licet cõmunicare potuerit, tñ neq; apl'is neq; vlli creaturæ cõmunicauit, sed administrationẽ eorum illis commisit, iuxta verbũ Pauli. Corin. 4. Sic nos existimet hõ sicut ministros Christi & dispensatores mysteriorũ Dei. ¶ Itẽ opponunt quod vbi Iacob⁹ ait, alterutrum sacerdotum

Ambros.

Præceptum

Confirmatio eiusdem conclusionis.

Obiectio. 1.

Obiectio.

tum nomine subacito, non videtur de sacramento mentionem facere, sed de illa quae inter laicos mutuo forsan fieri consueuerat. Veruntamen Beda verbum, illud de sacramentali confessione idque merito intelligit: nam quia multi, vt ait ad Corin. Pau. propter peccata infirmantur, infirmos Iacobus admonet vt accersitis presbyteris primum confiteantur, vt subinde ipsi orent pro illis. Dicens ergo, confitemini, non se insinuat autorem legis, sed id admonet, quod Christus instituerat. Praemisera enim similiter dicens, Nolite iurare neq; per caelum neq; per terram, &c. & tamen id non dicebat, tanquam praeccepti autor, sed tanquam vel promulgator vel ad monitor diuini mandati. Similiter enim Petrus dixerat. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum. Quod ergo Iacobus admonet signum est diuini praeccepti. Igitur quod ait alterutrum, scite interpretatur Hugo lib. 2. supra citato de sacrament. par. 14. ca. 1. Etenim cum apostolus praemonuerat induci presbyteros, hoc est sacerdotes ecclesiae, illic insinuauerat confessionem illis esse faciendam. Ait autem, alterutrum, id est, alter alteri puta, homo homini, ac si dixisset. Non satis est hominem Deo confiteri, vt David, qui aiebat. Dixi confitebor iniustitiam meam Domino, sed homini etiam propter Deum. Itaque alterutrum, non id sonat, quod vnusquisque promiscue vniciq; , puta, laicus laico, sed alterutrum idem est, quod inter vos: scilicet, homines hominibus oues pastoribus, subiecti praelatis. Praeter quam quod & sacerdotes sacerdotibus inuicem confitentur. Quapropter quod ait. Et si in peccato sit remittetur ei, non solum refertur ad presbyterorum orationem qui orabunt pro infirmo, quasi illa sola sit futura remissionis causa, sed ad absolutionem sacramentalem, quae orationem praecedere debet. Et ideo subdit, Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. Non solum orate, vt saluemini sed confitemini, vt saluemini. Quare hoc potissimum loco fundatur necessitas confessionis in articulo mortis. Accedit in eandem sententiam August. lib. 2. de visitatione infirmorum, ca. 4. vbi contra illos, qui dicebant satis esse confiteri Deo, huc locum adducit, quod scilicet, necessarium sit confiteri alterutrum: puta, homines hominibus, non quibuslibet, sed accersitis presbyteris. Ad iugitur & aliud testimonium ex suscitatioe lazari. Ioan. 11. que apostolis

Dilutio.

Hugo.

Alia confirmatio.

tradidit institutis absolendum. Hic autem locus non est vsque adeo efficax, nisi per modum exempli neq; tamen simillimi, quia apostoli non suscitauerunt Lazarum, vt absoluunt peccatorem. Quapropter autor libri de vera, & falsa poenitentia. Ipsi autem, inquit, sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere quibus crimen remittit Dominus: scilicet, per ipsos apostolos. Lazarum, quem de monumento iam suscitauerat, obtulit discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Haec ille.

Adhibetur, & illud de leprosis Luc. 17. quibus Christus curatis ait. Ite, ostendite vos sacerdotibus: Illa autem historia ad literam solum fuit ne Christus videretur sacerdotes veteris legis suo iure spoliare, quorum erat de sanata lepra iudicium ferre: licet per mysterium ad Christianos referatur, qui sacerdotibus lepram suam ostendere debent. Veruntamen mystica est theologia, quae, vt autor est August. non est argumentatiua. Quare licet fidelibus plurimum praedicata conferat, tamen haereticos non tanta vehementia concutit. Scio haereticos cauillari posse, quod licet testimonia haec vim habeant necessitate confessionis concludendi, non tamen clanculariae illius, quae fit in aurem sacerdotis. Quibus nos tamen respondemus quod in praesentiarum hanc nos tandem conclusionem elicere concedimus, quod confessio, quae fit sacerdotibus, sit necessaria. Conditio autem illa, quod in secreto fiat aut in publico, clam, aut palam, non est de eius essentia, tamen, vt confessionis religio omnium occultorum criminum duret in ecclesia necessarium sit, vt secretum fiat, quod quae seq. ar. 6. monstrabimus optimis etiam sanctorum patrum fundamentis fulciri.

Tertia conclusio. Duae praecedentes conclusiones de necessitate confessionis, & de eius diuino praeccepto, sunt veritates catholicae fidei, quas nemo citra haeresis labem negare potest. Ex testimonijs enim citatis, praecipue, ex prioribus ecclesia elicuit anathemate illos feriendos, qui negauerint praecceptum esse diuinum confessionis. In concilio enim Constantiensi sessio. 8. & postea in bulla Martini 5. eiusdem concilij confirmatoria, damnatus est inter alios septimus error VVitelessis. Si homo fuerit contritus, confessio est ei superflua & inutilis. Vbi licet non fiat expressa mentio diuini iuris, tamen cum decernitur confessionem

Similis confirmatio.

Haereticorum cauillum.

Tertia conclusio.

Concilium Constantiense.

VVitelessis.

confessionem esse necessariam ad peccatorum remissionem, plane decernit necessariam esse de iure diuino: nam vt supra diximus, cum gratia sit supra naturalis, omnia, quae sunt ad ipsam comparandam necessaria, sunt de iure diuino. Sed postmodum sub Syxto. 4. condemnatus fuit eius autoritate error cuiusdam Petri Osinensis Hispani dicentis, confessionem non esse institutam a Deo, sed sola humana constitutione stabilitam. Ac post aetate nostra de eodem errore damnatus fuit quidam Hispanus vir alias insignis. Ac demum in concilio Tridentino aduersus Lutherum sessio. 4. sub Iulio cap. 7. decretum fuit, integram peccatorum confessionem a Domino fuisse institutam, & post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere. Quarta conclusio. De confessione sacramentali adhibitum est praecceptum humanum pontificium quoad tempus. Patet. c. Omnis vtriusque sexus. de poenitentijs & remissio. Cuius verba sunt. Omnis vtriusque sexus fidelis postquam ad annos discretiois peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti. Vbi verbum confiteatur, praecceptorium est. Sunt autem qui dicant, vt apud Adrianum. q. 1. de confessione, & apud alios iuniores videre est, decretalem illam non esse declarationem diuini iuris, sed institutionem temporis confitendi. Hoc autem contra vniuersalem doctorum sententiam est, & contra veritatem. In primis negare isti non contendunt, vt reor, illud esse praecceptum, esset enim manifestarius error. Est enim peccatum mortale solum propter illam decretalem non confiteri semel in anno: non tamen est nouum praecceptum a diuino distinctum, alioqui qui non confiteretur, duo committeret peccata contra duo mandata. Imo hoc est nouum argumentum, confessionem esse de iure diuino, quod cum ecclesia non iudicet de occultis, nunquam tam ingens tamque difficile praecceptum Christianorum humeris imposuisset, nisi diuino iure, intellexisset positum. Est ergo determinatio & interpretatio diuini praeccepti: nam cum in euangelio non sit determinatum expressum tempus confessionis, illa determinatio commissa est ecclesiae. Dubium autem est, vtrum licet non esset praecceptum diuinum, posset ecclesia de hoc facere praecceptum humanum. Est enim argumentum a parte negatiua, quod ecclesia non est iudex de occultis mentis cogitationibus, qui solent esse peccata, can. Erubescat.

Quarta conclusio.

Adrianus.

Nota.

Dubium.

d. 32. & can. Si oia. 6. q. 1. Adria. vero loco citato ait argumentum non valere: nam si ecclesia non potest punire occulta, non est defectu iurisdictionis, sed defectu probationis. Quare potest p peccato occulto quispiam excoicationem ecclesiae incurere. Attamen vt contra hoc arguamus, non est eadem ratio de excoicatione pro occultis, & de praeccepto directo confitendi actus mentis: nam excoicatio solum est priuatio bonorum spiritualium, quibus ecclesia priuare hominem potest, si hoc vel illud fecerit quantuncumque occulte: praecipere autem cogitationum confessionem, est compellere hominem, vt illa detegat, quae soli Dei cognitioni sunt reseruata. Sed tamen argumentum efficax est, quod supra de Apostolis fecimus, quod cum nemini Deus potestatem excellentiae instituenti sacramenta coicauerit, nunquam potuisset ecclesia praecceptum de tempore sacramenti adhibere, nisi in genere praecceptum esset diuinum. Igitur in hoc ecclesiastico statuto duo sunt consideranda: scilicet, praecceptum confitendi, & hoc est de iure diuino, & determinatio temporis, & hoc est de iure humano. Quod si quis arguat, nullum esse discrimen inter diuinum & ecclesiasticum praecceptum: nam cum ecclesia nulla praeccepta faciat nisi per potestatem sibi diuinam concessam: sua etiam praeccepta sunt diuina, iuxta illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit. De hoc lib. 1. de Iustit. & iure. q. 6. ar. 4. satis contra Geron. scripsimus hac ratione tenete, oia praeccepta ecclesiae esse diuina. Est enim latum discrimen inter hoc, quod est praeccepta facere per potestatem diuinitus susceptam, & hoc, quod est praeccepta diuina generalia in particulari determinare. Etenim, quis ecclesia potestatem a Deo receperit condendi leges, quas expedire iudicauerit, nihilominus ipsa est, quae illas condit, vt est lex quadagesimalis ieiunij, & ne bigami, aut sanguinis effusores ordines suscipiant, quae ex sua institutione vim habet obligandi. Pariter & regibus dedit potestatem condendi leges, vt est Prouerb. 8. Per me reges regnant: & nihilominus regum leges humane sunt. Lex autem diuina est, quam Deus per se immediate condidit. Atqui praecceptum confessionis non est ab ecclesia positum per ordinariam potestatem: quam habet a Deo condendi leges: quia illa non se extendit ad condenda sacramenta: quare praecceptum hoc immediate fuit a Christo latum, atque adeo est diuinum: sed tamen quia commisit potestatem ecclesiae iura diuina quoad tempus & alias qualitates determinandi, fecit hanc temporis determinationem, quae est de iure humano. Idem

Argumentum.

Praecceptum confitendi de iure diuino.

Determinatio temporis de iure humano.

Argumentum.

Nota discrimen.

Idem omnino est de sacramento eucharistie quod est de iure diuino. Nisi manducaueritis, &c. sed tempus est de iure humano: veluti Sabbata sanctifices est de iure diuino, sed colere festum Petri aut Pauli, est de iure humano.

An negare confessionem esse de iure diuino fuerit semper heresis per heresis.

At circa tertiam & quartam conclusiones soluendum dubium superest, vtrum negare confessionem esse de iure diuino necessariam fuerit semper heresis in ecclesia, an vero solum post dictum decretum concilij Lateranensis sub Innocentio tertio. Et mouetur dubium propter autoritatem Bonauenturae, qui dist. 17. in expositione secundae partis literae, ait, quod si quis esset modo huius opinionis hereticus esset censendus propter autoritatem concilij obligantis ad confessionem, sed tamen ante determinationem, inquit, negare hoc non erat heresis: quia negantes tunc confessionem non negabant clauium potestatem neque utilitatem confessionis: sed eius necessitatem, quod non erat hereticum. Adrianus vero. 2. q. de confessione ait semper fuisse hereticum: quia semper fuit contrarium euangelio. Alij vero, vt autor Codicis confessionis ait, q. ante determinationem concilij negare necessitatem confessionis non erat hereticum, sed sapiebat heresim: quia erat contra conclusionem ex duabus praemissis illatam, quarum prima erat de fide, secunda vero non, sed sapiebat fidem: scilicet, necessariu est peccatori, vt sua peccata sacerdos remittat: hoc autem obtinere non poterat nisi prius peccata sacerdoti confiteretur: ergo necessaria est confessio. Secunda enim, inquit, praemissa non erat tunc de fide: quia nondum constabat, quod non possent sacerdotes aliter peccata remittere, quam per iudicium confessionis.

Quint a conclusio.

Contra hoc autem adhibetur quinta prostremaque conclusio huius articuli. Confessionem sacramentalem esse ad salutem necessariam semper ab orbe redempto fuit catholica veritas, & eius assertio contraria fuit heretica. Probatur primò quia ecclesia non potest facere propositionem non hereticam hereticam nisi articulum veritatis est sacra scriptura explicando: quare propositio quae nunc est heretica contra scripturam, semper fuit heretica, licet ante ecclesiae interpretationem possent eius assertores excusari ne essent heretici. Secundò, quia quanta claritate habetur in euangelio facultas clauium apostolis collata ad remittendum peccata, habetur, id non

Conclusio ratio.

Ratio. 2.

posse facere nisi tanquam peccatorum iudices, atque adeò tanquam causarum cognitores, quod facere non possent, nisi per peccatorum confessionem. Tertio euidenter arguitur. Haec veritas non solum semper fuit certa in euangelio, verum & patribus semper cognita: mirandum est sic quempiam hallucinari, vt credat in ille ducentos annos vsque ad Innocentium. 3. ecclesiam nunquam fuisse hanc veritatem confessionis edoctam cum citati patres: scilicet, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, & Cyprianus serm. 5. de lapsis tam aperte de necessitate confessionis loquantur. Et vetustissimus Tertullianus supra citatus in lib. de poenitentia apertissime hoc sacramentum ait fuisse institutum à Deo, atque adeò ait nisi peccata patefecerimus, peribimus. Quin et Dionysius apostolorum coenae in epistola ad Demophylu, & Basilium in lib. de institutione monachoru, & Cyrillus lib. 3. super Leuiticu, & Origenes super Psalmu 37. & saepe citatus Chrysostomus, quos quidem sanctos patres, quae sequenti ar. 3. iterum allegabimus, confessionem sacramentalem, quam exomologesin appellant, tanquam euangelicam didicerunt, & docuerunt. Vnde Leo primus ad Theodorum, & refertur can. Multiplex de poenitentia dist. 1. Multiplex, inquit, misericordia Dei: ita lapsis subuenit humanis, vt non solum per baptismi gratiam, sed etiam, per poenitentiae medicinam spes vitae reparatur aeternae. In summa Lactantius lib. 4. diuinarum institutu. cap. 17. Confessionis nostrae circuncisionem figuram fuisse monstrat: nam sicut illi pudendu membru, quod figuram praefert & imaginem cordis, sublata pellicula nudabatur, ita nos pudenda cordis debemus sacerdoti patefacere. Vnde concludit ca. vlti. q. cum singuli quique coetus hereticorum se potissimum Christianos, & suam esse ecclesiam catholicam putent, illa tamen est catholica ecclesia, in qua est confessio & poenitentia. Quapropter Lateranense concilium solum explicuit praecipuum quoad tempus quod nouerat, semper fuisse receptu, seu diuinum.

Ratio. 3.

Leo. 1.

Lactant.

Ad primum igitur argumentum supra factum respondetur, quod quauis gratia ad remissionem peccatorum sufficiat, illa tamen quae per solam contritionem haberi potest: nunquam tamen contritio est valida, nisi vortum sacramentalis confessionis includat. Quo fit vt etiam gratia recepta praecipuum maneat confessio-

Solutio. 1. argumenti.

confessionis, per quam eadem augetur gratia. Praesertim cum confessio attritis primam gratiam conferat. Ad secundum iam responsum est: praecipuum sacramenti huius ibi esse positu, vbi est institutum. scilicet vbi apostolis est collata potestas remittendi peccata. Quod autem ait Christus, Si vis ad vitam ingredi serua mandata, connumerando praecise decalogu, sic intelligitur q. illa mandata sunt necessaria existenti in gratia ne ab illa cadat, & ideo proposita illi iuueniunt, qui iustus videtur accessisse ad Christu, quippe qui se dixerit, seruare mandata. At vero quia gratia res est supernaturalis, ad illam assequendam non sufficit seruatio mandatoru, quae sunt de iure naturae, imò neque ipsa mandata seruari possunt ad intentionem praecipientis nisi supposito dono gratiae Dei, quae supernaturali virtute sacramentoru confertur: de quibus ideo suscipiendis sunt alia diuina praecpta per modu necessitatis proposita, Nisi quis renatus fuerit &c. Quare antequam diceret, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, praedixerat, Poenitentia agite &c. Ad tertium respondetur, q. Hugo non contendebat praecipuum confessionis esse à Christo edictum, sed hoc solum q. expressis verbis illud non posuerat per modu praecpti, sed apostoli explicuerunt illud tanquam in potestate clauium sibi concessa inclusum. Circa canonem vero Theodori nosse opus est casum, qui tempore Nectarii praecessoris Chrysostomi Constantinopoli accidit. Cum enim nobilissima femina frequens esset in ecclesia, vt preces sibi à confessorio in poenitentia iniunctas solueret, inuenta est cu diacono concubuisse: qua propter populu sequere coepit in sacerdotes. Quod scandalu vt Nectarius episcopus sedaret, cessare fecit confessionis religionem. Et ex illo solo casu, quem Theodorus in illo canone insinuat, versuti heretici contendunt non fuisse confessionis nostrae ritum antiquu, cum tamen in eodem capite referat historia quaedamodus vsus fuerit antiquissimus presbyteru bonae conuersationis, seruantes secretum, ac sapientem virum (verba sunt historiae) statuere, qui confessiones audiret, & secundum cuiusq. culpa indiceret mulctam. Et in hoc, quod dicit, secretum ostendit secretam fuisse confessionem, occultorum etiam peccatorum, vt infra patebit. Sed tamen antiquiores Graeci, vt Origenes, Basilium, & alij nunquam negarunt confessionem. Illam vero Constantinopolitanam cef-

Solutio. 2.

Ad illud Matth. 19.

Solutio. 3.

Ad canonem Theodori.

fessionem certu est perexiguo tempore durasse: nam licet fortasse Chrysostomus tunc iunior propter illud scandalum conuenerit, certum est tamen factum episcopum modis omnibus persuasisse confessionem, vt patet in lib. 2. supra citato de sacerdotio, vbi eximiam illam potestatem remittendi peccata sacerdotibus indulta tanti aestimat. Et in imperfecto, si suum est, homilia. 3. id clare monstrat. Et in libr. de compunctione cordis. Ex hoc enim, inquit, quod in memoria non habemus peccatum, fit vt ad confessionem non accedamus. Quomodo enim confitebimur, quorum nec memoria quidem habemus? Et latissime in sermone de poenitentia & confessione. Et de poenitentia. d. 1. referuntur duo ei canonis. scilicet Perfecta, & Non potest, vbi ait, q. in corde contritio, in ore confessio, & in opere debet esse humilitas. Et quod non potest quis gratiam Dei caelestis accipere nisi prius purgatus fuerit ab omni sordis peccati per poenitentiae confessionem. Quod si obijcias illud, quod ait homilia. 2. super psalm. 50. Si confunderis alicui dicere quod peccasti, dicito quotidie in anima tua. Non dico vt confitearis confessorio tuo vt exprobrat: dicito ea Deo, qui curet ea. Potest fortasse intelligi de eo tempore, quo cum Nectario consentiebat ad vitandū scandalu: sed tamen forsitan non intelligit nisi quod nemo cogitur pandere confessorio suo cor suum, vt fiat publicum, vt ait, quoque in can. Quis aliquando, eadem dist. Non dico vt te prodas in publicum. Sed cum ait, Dic Deo, intelligit, vel eius vicario sub secreto Dei, quando tempus necessitatis occurrat, alias sufficit dicere in mente soli Deo. Et ita intelligendus est canon ille, eiusdem Chrysostomi ead. dist. Lachrymae lauant delictum, quod pudor est confiteri: non vt glossa intelligit: scilicet, quod vbi propter pudorem quis peccatum sacerdoti non confitetur, sufficiat lachrymae: esset enim intolerabilis error. Sed quod extra tempus necessariae confessionis, lachrymae, vt Magdalene, sufficiunt. Et similibus modo ad testimonia illa sanctorum respondetur, quod Magister Sententiaru dist. 17. & Gratianus in princip. de poenitent. dist. 1. coggerunt, ad probandum non esse necessariam confessionem. Ait enim Propheta Psalm. 31. Dixi, confitebor aduersus me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: quo loco Casiod. ait, q. cum primu homo deliberat confiteri, remittuntur ei peccata.

Chrysostomus.

Canon lachrymae.

Sanctorum testimonia.

Et

Et August. Magna misericordia Dei, qui ad solam promissionē peccata dimittit. Et lib. de libero arbitrio, quod refertur ead. dist. can. Si cui, luce clariūs constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti. Respōdetur, inquā, primō P salmistam loqui eo tempore, quo sacramentalis confessio nō erat instituta, quo ideo tempore fati erat dicere, Tibi soli peccaui. Secundo, hæc & alia id genus testimonia tantū probant, q̄ & ubi non instat confessionis tempus, & ubi tēpore instanti confessarij copia non adest, sufficit contritio. Nam tunc, vt ibidem ait Aug. can. Magua pietas, votum confessionis pro d̄pere reputatur. Quod si de Petro, & Magdalena obijcias, quibus peccatorū indulgentia sine confessione concessa est, Vnde Ambros. super Lucam, Lachrymas Petri lego, satisfactionem non lego. ead. dist. can. Petrus. Primū eodem modo respondetur, q̄ tunc confessio nōn erat in præcepto. Secundo q̄ Christus per potestatis excellentiam potuit Magdalene peccatum sine sacramento remittere. ¶ Ad quintum demū de glossa Ioannis Teutonici respondetur: non esse opinionem, sed manifestariū errorem, eundemque intolerandum, ac de glossis decretorum abradendum. Glossatores enim illi quoties in ius diuinum se se immergunt: quia illud non calerit, non possunt non multis erroribus intincti inde emergere. ¶ Ad Durādum respōdetur, quod fatius ei multo fuisset rem sacram tam certam, quantū est præceptum confessionis ecclesiasticum in dubium non reuocare: est enim vir quidem catholicus, sed tamē quandoque liber plus forsan iusto. Et in præfentiarū licet anceps vacillet, presius tamē fulcire hanc partem conatur, quod can. Ois vtriusq; sexus, non adferat præceptum confessionis, sed consiliū, licet illic subdatur præceptum sumendæ paschalis eucharistiæ. Et ratio eius est, quod ecclesia præceptum coertiuum ponere non potest, nisi de re, quam, vt puniat, cognoscere valet: non autem potest cognoscere, an quisque occulta peccata, & potissimum cogitata cordis confiteatur: ergo nec de hoc potest præceptum edere. Quapropter licet quis excommunicaretur, inquit, si non confiteatur, excommunicatio non ligaret eum in foro exteriori, neque vllus teneretur eum euitare: quia nemo sciret, an esset excommunicatus. ¶ Est tamen hoc valde erroneum, ne dicam hæreticum. In primis e-

Obiectio.

Dilutio. 1. Dilutio. 2.

Solutio. 5.

Respondetur Durando.

Ratio Durā.

Impugnatio Durandi.

nim ecclesia, vt identidem diximus, præceptum confessionis quantum ad substantiam nō posuit: quia est diuinum, sed tempus determinauit, quod absq; dubio facere potuit: hoc enim nōn est mutare substantiam sacramenti. Quemadmodū statuere potest, ne baptisimus fiat in epiphania, sed in paschate, vt ait in eius expugnatione Paluda. ead. dist. q. 7. vbi ad eius obiectionem probè respōdet, quod eadem ratione probaret non posse ecclesiam præceptū eucharistiæ ponere: nam neque ei constare potest, an homo hostiam consecratam sumat, an verò in ore feruet, quam postea expuat. ¶ Respōdemus ergo, q̄ potest ecclesiæ per schedulam curati noīle parochianos esse confessos, nā satis est humano more id cognoscat. Et quod præceptū confessionis edixerit, patet, nam eodē tenore canon loquitur de confessione semel in anno faciendā, & de eucharistia in paschate, Imò expressius præcepti verbum in priori ponitur: scilicet, confiteatur, & sub eodem tenore subdit, suscipiens ad minus in pascha &c. & pœna vt aliter faciens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & ecclesiastica sepultura, cuius atrocitas peccatū mortale designat, super vtrunq; præceptum fertur. Et dum ecclesia non confessos excommunicatione percellit, in foro conscientie ligat: nam & suffragijs priuantur ecclesiæ, & tenentur se sacris subtrahere. ¶ Ad Erasimum respondetur multo fuisse peius locutum: ait enim in scholio citato, quod tempore Hieronymi nondū instituta fuerat secreta confessio, quā postea ecclesia salubriter instituit, si modo rectè vtatur ea & sacerdotes, & laici. Verū in hoc, inquit, labuntur theologo quidam parū attentī, quod quæ veteres illi de huiusmodi publica & generali confessione, quæ nihil aliud erat quā signis quibusdam & piaminibus ab episcopo indictis se peccatorem & bonorum communionē dignum agnoscere, trahunt ad hanc occultam & longè diuersi generis. Perpēde, quā planè Erasmus singulorum peccatorum confessionem, ac per inde sacramentum poenitentiae negauerit, dicens, esse theologorum inuentum, nec fundari in antiquo ecclesiæ more, q̄ manifestaria heresis est & in ecclesiā blasphemata. Cuius generis fuit conuictum illud in colloquio de naufrago, quem irridēdo ait, insufurasse in aurem sacerdotis. Vtinam ergo istorū opera, qui Ciceronianam potius quā ecclesiasticam

Ad Erasmi responsio.

Nota.

sticam phrasim redolent, ab eiusmodi essent veneficis flosculis expurgata.

ARTICVLVS. II.

Vtrum necessitas confessionis fuerit de iure naturali aut scripto ante euangelium.



Partis negatiua argu. 1.

Partis affirmatiua.

Deciso articuli.

Prima conclusio. Conclusio ratio.

Argum.

Solutio. 1.

Articulus secundus est de iure naturali, & scripto, & arguitur quod illis etiam fuerit necessaria. Adā enim & Cain nō nisi ad præcepta naturalis iuris tenebatur, qui tamē Gen. 1. & 4. de hoc reprehensi leguntur à Deo, quod peccata sua non fuerint confessi. Idemq; arguitur de Iob qui sub eadem lege cap. 31. ait. Si abscondi, vt homo peccatum meum. Et in lege scripta Moy si legimus apud Esaiā cap. 43. Narra siquid habes, vt iustificeris. ¶ In contrarium autem est quod, vt Ilido. ait, & refertur can. Ius naturale dist. 1. Ius, inquit, naturale est commune omnium nationum: confessio autem non est vniuersis gentibus communis. ¶ Quæstio facilis est, quæ non nisi ad explicanda nonnulla sanctorum dicta mouetur. Ad quam igitur tribus conclusionibus respōdetur. ¶ Prima. Confessio sacramentalis ne utiquam esse potest de iure naturæ, hoc est, sola natura eam docente, & fieri dictate. ¶ Probat, quia ius naturæ, vt nomen sonat, minime ad supernaturalia extenditur, sacramenta verò euangelica sunt super naturalia, tum quia, vt initio primæ distinctionis diximus, sunt protestationes supernaturalis fidei; tum quod effectum habet supernaturalis gratiæ. dictamen ergo naturalis iuris docere non sufficit confitendum esse sacerdoti spe veniæ obtinendæ. Et confirmatur. Naturale ius, ait Cice. est illud, qd̄ nō opinio ingenuit, sed naturalis quædam vis inseruit: nepe, ex principijs naturæ: sacramentorum verò cognitionem, & infusionem non innata, sed diuina virtus nobis inseruit: igitur vt miraculorum operatio, & mysteriorum cælestium reuelatio, sic & sacramentorū institutio res supernaturalis est. ¶ Quod si arguas contra. De iure naturali est quod nullum malum maneat impunitū: occultum autem puniri non potest nisi confessione delinquentis probetur: ergo confessio est de iure naturæ. Negatur consequentia. Satis enim est occultum, quod non punitur in hoc seculo, vt puniatur à Deo, vt habetur ca.

Si omnia. 6. q. 1. Si verò rursus argumenteris. Obiectio. 1. Poenitentia, vt dist. 14. q. 2. diximus: fundatur in iure naturæ ergo confessio, quæ est eius pars. Negatur consequentia. In iure enim naturæ supposita scintillula illa fidei infusæ, quæ tūc infundebatur, qua Deus cognoscebatur retributor boni & mali, natura dictabat ab illo esse veniam efflagitandam, per internam verò mentis loquellā: sciebant enim mentis cogitatus perspicere. ¶ Videtur autem per aliud extremum confessionem esse contra ius naturæ: nam si natura docet, vt secretū, quod fidei nostræ amicus cōmisit celemus, vt Proverb. 11. admonemur, fortiori ratione admonet, vt celemus propria peccata, quæ suapte natura pudorem & verecundiam offundūt. Quare Chrysostomus can. Quis aliquādo de poenitentia. dist. 1. Non tibi, inquit, dico, vt te prodas, insinuans grauisimum onus hominibus imponi, vt scelera sua alteri proferant. ¶ His tamen non obstantibus subiungitur secunda conclusio. Confessio sacramentalis nō est contra ius naturæ, imò verò licet ratio naturalis ad eius notitiam nō pertingat, supposita tamen per fidem cognitione virtutis huius sacramentalis instinctus naturalis ad illud suscipiendum instigat. ¶ Naturale enim est, vt homo desideret à peccato liberari, & morbis suis spiritualib⁹ mederi. Quare si naturale nobis est, vt fido amico nostra secreta pandamus, iuxta illud Ecclesiasti. 6. Consiliarius fit tibi vnus ex mille: multo est certe ratioi cōsonantius, vt vbi cum tāto secreto, & fructu id possumus, faciamus. ¶ Ad primum ergo argumentum respondetur, quod non sumus tā Domini alieni secreti nobis commisi, quā nostri, & ideo possumus nostrum, non autem alienum detegere. ¶ Ad secundū respondetur, quod pudenda detegere iactatiæ causa de quibus ait Propheta. Letantur cum malè fecerint, est impudentiæ vitium, & sine conducenti causa illa propalare, est honorem prodigere. ¶ Et hæc sunt contra ius naturæ. Quare Chrysosto. solum admonet, vt nemo se criminofum in publicum prodat. Confiteri autem peccata iudici ea iuridice interroganti est opus iustitiæ atq; adeo causa medicinæ adhibendæ illa fidei amici committere est prudentia, & præsertim confessario ea exponere ad obtinendā salutē, humilitas & obedientia. ¶ Tertia conclusio. In lege veteri non erat confessio sacramentalis, vt in noua. Hanc conclusionem satis fu

Dilutio.

Secunda conclusio.

Solutio primæ argum.

Solutio secundæ argum.

Ecc pra

pra confirmauimus dist. 2. q. 2. art. 2. Thomas enim VValdenſis tom. 2. de ſacrament. cap. 136. fundare ſtudet confeſſionem noſtram in ritu illius legis confitendi peccata. Nam confitebantur, inquit, peccata operis grauiſſa, vt adulterium, homicidiũ & blaſphemiam, non autem peccata cordis. At verò in primis certifiſſimũ eſt nullã illic fuiſſe penes ſacerdotes clauium poteſtatem ſpiritualem ad remittenda actualia, ſed ſolum in circuncifione remittebatur originale. Sanguis enim hircorum & taurorum &c. vt ait Pau. ad Heb. 9. inquinatos ſanctificabat ad emundationem carnis, nõ autem ſpiritus. Hinc autẽ colligitur neq; vllam fuiſſe tunc obligationem vllum confitendi peccatum occultũ ſacerdoti: eſſet enim intolerabile eos abſque remiſſione culpæ ad rem tam difficilem obligare. Sed forſan per modum capiendi conſilij & remedij liberẽ quiſque aliqua peccata periculofa exponeret in aures vel ſacerdotis vel Phariſei, cuius ſanctitatẽ magni æſtimabant. Vnde Matth. 3. legitur, qd Ioannes publicanis & militibus & alijs diuerſæ fortis confitentibus peccata ſua, ſalutaria monita & documenta dabat.

Solutio. 1.

¶ Igitur ad primum argumentum reſpondetur primò, quòd in illa reprehẽſione Adæ & Cain celantium ſua crimina fundatur ius gẽtium, & ciuile, & canonicum, tum vt ante q̄ reus condemnetur exigatur eius confeſſio, tum etiam, vt ſi iuridicẽ interrogatur, teneatur ipſe parere & veritatem fateri. Eadem enim iuſtitia, quæ reos punire iubet, interrogationem hanc & confeſſionem expoſcit. Atque huc pertinet dictum Iob. Ait enim crimẽ eſſe, peccatum abſcõdere tempore & loco, quo eſt detegendũ. Quòd ſi dicas hoc habere locum quando fama & iudicia proclamãt, & tamen Adæ peccati nulli erant teſtes, reſpondetur, quòd cum Deo omnia ſint comperta, ius ipſe habet, abſq; alia infamia, iudicijs vel teſtibus quodcunq; peccatum quantumuis ſecretum ad puniendum interrogare. Atq; hoc optimo iure (qd̄ hĩc notandum eſt) potuit confeſſionem ſacramentalẽ inſtituere & à nobis exigere. Vnde Ambroſ. lib. de paradifo. c. 14. in eadem Adæ hiſtoria eandem fundat confeſſionem. Et inde canonem illum Non poteſt. r. de pœnitentia diſt. 1. elicit, vbi ait, Non poteſt quiſque à peccato iuſtificari, niſi peccatum ante fuerit confeſſus. Et can. Ecce nunc. Illa, inquit, confeſſio nos liberat à morte, quæ fit cum pœni-

tentia. ¶ Ad tertiu denique reſpondetur cõfeſſionis ritum in lege vetere medium fuiſſe inter confeſſionem iuris naturæ & noſtram. in iure enim naturæ confeſſio tantũ erat neceſſaria mentalis apud Deum: in lege verò ſcripta, quæ vmbra erat & figura noſtræ, cœpit exterior quodammodo eſſe. Dũ in Leuit. c. 6. & 7. pro diuerſis peccatis iubeantur diuerſa offerri ſacrificia. Et præcipuẽ in feſto expiatiõis iuebatur Leui. 16. ſacerdos manibus impoſitis ſuper hircõ emiſſario cõfiteri peccata p̄puli, nõ q̄ illi eſſent prius à ſingulis confitenda, ſed in genere fatebatur hæc & illa peccata quotidie cõmitti à populo, pro quorũ igitur expiatiõẽ preces fundebat. In noua verò lege, vbi Deũ nõ ænigmatibus, vt olim, & in prophetijs, ſed palam vt ait Paul. Locutus eſt nobis in filio, per quem noſtrã eſt redemptionem operatus, explicatẽ faciẽda eſt ſingulorum confeſſio, vt eadem nobis redemptio virtute clauium applicetur.

ARTICVLVS. III.

Vtrum omnibus hominibus & de omnibus peccatis neceſſaria ſit confeſſio.



Articulo iſto tertio, duas vniuerſalitates & p̄ſonarũ & p̄tõrũ eò ſimul cõplexi ſumus, qd̄ mutua ſe opera abæ dilucidẽt. Arguitur enim, quòd omnes in vniuerſum teneantur ad confeſſionem. Ius diuinum, eo quòd Deus vniuerſalis eſt omnium Dominus, vniuerſos obligat mortales: quare lege baptiſmi ſuſcipiendi vniuerſus mundus obligatur: confeſſio autem, vt ſupra diximus, eſt de iure diuino: ergo ad illam vniuerſi mortales tenentur. Secundò, ſacramentum pœnitentiæ eſt in remiſſionem peccatorum inſtitutum: ſed vt habetur Eccleſiaſtes. 7. non eſt qui faciat bonum, & non peccet, ſaltem venialiter, ergo vniuerſi præcepto confeſſionis ſubduntur. ¶ In contrarium eſt, quòd vt ait Hieronymus, ſacramentum pœnitentiæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium: ſed eſſe poſſunt aliqui qui poſt baptiſmum naufragium non fecerunt: ergo illis non eſt neceſſaria confeſſio.

¶ De hac quæſtione variæ ſunt doctõrum opiniones. Ricardus enim diſtinct. 17. articu. 2. q. 4. ait, omnes tam fideles, quàm infideles teneri præcepto confeſſionis, non quatenus eſt

Partis affirmatiua arg.

Secundum argumentum.

Partis negatiua.

Deciſio articuli.

Ricardus.

eſt

eſt pontificium, ſed quatenus diuinum. Quòd & Scotus eadem diſt. alludit. Et ſecũdò ait, quòd dum quis mortale non habet, tenetur venialia confiteri propter præceptum eccleſiæ. In quam ſententiam conſentit S. Bonauentura ead. diſtinct. in. 2. part. articu. 2. q. 1. Alexan. vgrò. 4. part. q. 77. memb. 1. ait, quòd homo quantuncunq; perfectus nullam habens peccati, aut mortalis, aut venialis conſcientiam tenetur confiteri, non quidem propter præceptum diuinum, quòd tantũ obligat de peccatis mortalibus, ſed propter præceptum eccleſiaſticum. Et vt ſuam opinionẽ clarius perſpicias tenet, venialium confeſſionem ſub nullo cadere præcepto, & nihilominus ait teneri hominẽ, dũ nõ eſt conſcius peccati, confiteri ſacerdoti in genere, dicendo, Ego ſum peccator: idq; ad dandam gloriam Deo, & præſtandam obediẽtiam eccleſiæ. ¶ His tamen non obſtãtib; ad quæſtionem quinque reſpondetur concluſionibus, Prima. Præceptum confeſſionis ſolum obligat fideles: ſic enim habet canon concilij. Omnis vtriuſque ſexus fidelis: quòd quidem eſt expreſſio & determinatio diuini iuris. Quòd ſi dicas, propterea eccleſiã adieciſſe illud moderamẽ, quòd de infidelibus non iudicat, iuxta illud Pauli, De ijs, qui foris ſunt, nihil ad nos, ſubduntur tamen diuino iuri. Contra hoc arguitur. Ius diuinum ſupernaturale ſolum obligat vniuerſum orbem ad ſuſcipiendam euangelicam fidem; obligatio autem ad alia præcepta ſingularia ſacramentorum non exurgit niſi ex ipſa profeſſione fidei, quæ fit in baptiſmo: quemadmodum ſi quis fecit votum ſimplex religionis, licet teneatur ad religionem, non tamen ad eius ceremonias & officia, donec illam profiteatur: infideles ergo non tenentur. immediata obligatione ad confeſſionem, ſed dum baptiſmũ ſuſceperint. ¶ Atque id apertẽ confirmatur. Infideles tenentur baptiſmatis vinda prius ablui, quàm alia eis ſacramẽta permittãtur: per baptiſmum autem omnia peccata pleniffimẽ remittũtur: ergo non tenentur ad confeſſionem, donec poſt baptiſmum fuerint lapſi. Ex quo fit, quòd illud cõcilij Carthaginenſis. 4. quòd refertur can. Baptizandi. de pœnitentia diſtinct. 4. vbi habetur, quòd baptizandi per aliquot dies abſtineant à vino, & carnibus, & ſacerdotali manuum impoſitione examinati baptizentur, non intelligitur, quòd debeant ſacramenta-

S. Bonauent.

Alexan.

Prima cõcluſio.

Obiectio.

Argum.

Confirmatio.

liter abſolui, ſed manuum impoſitio erat genus exorcismi. ¶ Secunda concluſio. Nemo qui nullius eſt peccati conſcius, confiteri tenetur. Probat, quia non iure diuino, vt Alexander ipſe fatetur: ſed multò minùs humano: Nam canon non dicit ſimpliciter, Omnis Chriſti fidelis teneatur cõfiteri, ſed reſtrictẽ. Teneatur ſua confiteri peccata: ergo eũ qui peccata nõ habet, non obligat. Quare neſcio quid in mentem venerit, Alexandro, vt iſto iure voluerit ligare illos, qui nullius ſunt conſcij peccati. ¶ Cõtra id autem, quòd ait, debere ſaltem confiteri in genere, eſt efficaciſſimum argumentum, quòd illa non eſt confeſſio: q̄ eſt pars ſacramenti: nõ cõfeſſio eſt actus iudicialis: iudicium verò debet fieri in particulari: de illo autem, qui dicit ſe eſſe peccatorem, nullum poteſt ſumi iudicium: nam & ſanctiſſimi viri hoc vbiq; dicunt. De qua re latiùs, q. ſequenti. ¶ Sed arguit cõtra S. Bonauentura, quòd nemo eſſe poteſt tam ſanctus, qui non ſit peccati conſcius, ſaltem per integrum annum: nam vt ait Ioan. in ſua canonica, ſi dixerimus quòd peccatum non habemus nos ipſos ſeducim⁹. Ad hoc tñ reſpondetur, quòd nos non loquimur per annum vel per dimidium, ſed quãdiu homo nullius habet peccati conſcientiam. Ioan. enim ſolũ nos admonitos facit, ne affirmemus nos nõ habere peccatum: nam facilẽ homo memoria labitur, ſed tamen nil obſtat quominùs homo nullius ſit memor culpæ. ¶ Tertia concluſio. Cũ tria ſint peccatorum genera: ſcilicet, originalis, venialis & mortalis, nec de originali, nec de aliquo peccato ante baptiſmum commiſſo neceſſaria eſt confeſſio, imò neque illam, vel ante, vel poſt baptiſmum fieri licet. Hanc concluſionem ſupra diſt. 5. q. vnica articu. 6. demonſtrauimus: nõ cũ peccatum originale non fuerit noſtra propria voluntate commiſſum, non ſolum confeſſio, verũ nec contritio de illo requiritur, imò nec conteri de illo proprie poſſumus. Atqui dum in baptiſmo remittitur, omnia illuc vſque commiſſa ſimul cum illo condonantur: quare iniuria fieret baptiſmo ſi qui illo ablutus eſt, illa poſtmodum confiteretur. ¶ Quarta concluſio. Venialia peccata quanuis legitima ſint confeſſionis materia, taliter vt cõſilium ſit ſalutare, illa confiteri, non tamen de illis eſt neceſſaria confeſſio. Prima pars eſt nota: quia cum hoc ſacramentum in remiſſionem peccatorum fit

Secunda concluſio.

Ratio concluſionis.

Arg. Bona.

Solutio.

Tertia concluſio.

Concluſionis ratio.

Quarta concluſio.

Ecc 2 inſtitu-

institutum: & venialia verè sint peccata, materia sunt confessionis. Quare viri boni & religiosi hæc sunt, quæ quotidie confiteri solent. Enimvero eiusmodi confessio, quia legitima est, gratiam auget: quinverò aliquando conferre primam gratiam potest attrito, si aliquod habeat mortale cuius citra culpam fuerat prorsus oblitus: præterquam quod ad puritatem conscientiæ & cautelam non peccandi plurimùm confert. ¶ De secunda verò parte, fateor, aliquando maior dubitandi ratio existit propter D. Bonaventuram, & Ricardum, & huius classis alios contrarium sentientes. Nihilominus citra dubium vllum est vera. Primum S. Thom. dist. 17. q. 3. licet anceps prius videatur, demum tamen hoc affirmat, & 3. part. q. 65. arti. 1. expresse ait, ad deletionem venialis peccati nullum esse directè institutum sacramentum. Cuius rationem inde adfert, quod sacramenta omnia ad infusionem gratiæ sunt instituta: veniale verò absque gratiæ infusione remitti potest per actum charitatis, vt dist. 15. q. 2. late monstrauimus. Quare inferius q. 84. arti. 2. ait, quod sacramentum poenitentiae non est contra venialia principaliter institutum. Eandem opinionem tenet Scotus dist. 17. & ibidem Durand. q. 9. & Caieta. q. 1. earum, quas de confessione adiecit ad tertiam partem, vbi ait, q. alia opinio est tutior, sed hæc est verior. At melius forsitan dixisset: quod confiteri liberè venialia est tutius, non autem quod opinio ad id obligans sit tutior: quia multos ingerit scrupulos. Probat ergo conclusio. Venialia iure diuino confiteri non tenemur, vt autores contrariæ opinionis concedunt, tū quia sacramentum est secunda tabula post naufragium: & veniale peccatum, quia non separat à Deo, non frangit innocentiae nauim, atque adeo non est naufragium: tum etiam quia non requirit infusionem gratiæ, quæ fit per sacramentum. Neque vero tenemur illo iure potestati, Omnis vtriusque sexus, vt ipsi putant. Primum, quia illud, vt supra diximus, non est nisi determinatio diuini iuris: determinat autem consilium solum tempus, & ministrum, cui facienda est confessio: reliqua verò obseruanda relinquit, vt iure diuino statutum est. ¶ Secundo (quod est vrgentissimum argumentum) Ecclesia sicut sacramenta instituire non potest, ita neque formam neque materiam mutare: peccata autem confessio sunt necessaria materia: ergo quæ

Venialia non sunt necessaria confessio.

Ratio. x. conclusio.

Secundum argumentum.

uis daremus illud esse aliud præceptum distinctum à diuino, si de iure diuino venialia non sunt necessaria materia, non potuit ecclesia eadem facere necessaria: potissimùm cum esset præceptum diuinum aggravare: & sunt multa peccata venialia mentalia, quorum ecclesia per se non est immediatus iudex. ¶ Tertium arguitur. Quauis ecclesia singulare præceptum fecisset de confessione, non debuit alium finem habere, quam qui est diuini iuris: ille autem est, eos, qui extra gratiam Dei sunt, in eius amicitiam reuocare: necessitas enim huius finis, vt supra diximus, est causa necessitatis præcepti: ergo cum veniale non pellat hominem à gratia, non est necessaria confessionis materia. ¶ Quarto, illud, quod præfati autores aiunt, teneri, scilicet, hominè confiteri venialia, vt ecclesiæ obediat: quando non est mortali obnoxius: secus si habeat mortale, gratis dicitur: nam materia necessaria sacramenti per se debet esse necessaria: quare si venialia per se sunt materia, etiã adiuncto mortali debet in confessione pati, vel si tunc non sunt confessio necessaria, certè nec sine illo. Et arguit bene Scotus. Sequeretur, inquit, q. homo hætenus esse posset in multis venialibus absque mortali, qui si nunc delinqueret mortaliter, hoc superueniens mortale liberaret eum ab obligatione, qua tenebatur confiteri venialia: quia confitendo solum mortale satisfacit præcepto ecclesiæ. ¶ Quinto demum ex verbis ipsius canonis veritas hæc colligitur, ex illo: scilicet, omnia sua peccata, & ex poena subiuncta, quæ est ingressu ecclesiæ, & morientè ecclesiastica sepultura arce. Esset. n. implicatissimum vinculum explorandi omnia venialia ad confitendum, idque sub tam acri censure. ¶ Accedit postremo magnum argumentum, quod cum præter remediū iuris diuini ad delendum venialia, quod est charitatis feruidus actus, vt supra expositum est, ecclesia instituerit multa alia ad id remedia, vt aquam lustralem, benedictionem episcopi &c. indicium est quod neminem voluerit ad venialium confessionem coercere. In summa determinatio est Augustini in cano. De quotidianis. de poenitentia distinct. 3. quod scilicet, pro venialibus sufficit quotidiana oratio fidelium: videlicet, Pater noster. ¶ Per hoc ergo soluitur argumentum, S. Bonauent. quod est hoc. Ecclesia præcipit oēs confiteri semel in anno: q. habet peccata venialia, habet materiã confessionis: ergo tenentur confi

Tertium arguitur.

Quartum arguitur.

Scot. arguit.

Quintum arguitur.

6. Argumentum.

Argu. 3. Bonauent.

solutio. confiteri. Respondetur, quod non iubet confiteri nisi ea, quæ homo tenetur iure diuino. Quod si contra rursus arguas. Iure diuino, data est sacerdotibus potestas remittendi omnia peccata tam mortalia, quam venialia, Quorum remiseritis &c. Sed tanta esse debet subditorum obligatio ad confitendum, quanta est prælatorum potestas ad absoluedum: ergo sub præcepto est confiteri venialia. Negatur minor: quoniam facultas remittendi debet esse amplissima pro illis etiam, qui sua sponte peccata, quæ non tenentur, confiteri voluerint, vt si quis alijs temporibus, quam ab ecclesia constitutis voluerit confiteri: & peccata iam confessa in confessionem reducere, & pariter si venialia quis voluerit confiteri. Obligatio verò iudicari debet ex natura peccatorum: & quia confessio instituta est ad recuperandam Dei amicitiam, quæ per venialia non amittitur, nulla extat confessionis eorum obligatio. ¶ De monachis autem eadem quæst. citata Caietanus opinatur teneri semel in mense venialia etiam confiteri propter Clemetinam, Ne in agro dominico, de statu monachorum, vbi iubentur, vt singulis mensibus ad confessionem accedant: quoniam cum illic non habeatur, quod confiteantur omnia peccata, sed simpliciter, quod confiteantur, insinuat quod de venialibus facillè occurrentibus teneantur confiteri: nam religiosi præter commune ius, possunt singularibus statutis ad singulares ceremonias sub mortali etiam obligari. ¶ Neutiquam tamen crediderim teneri, saltem sub peccato mortali de venialibus: esset enim nimium rigida lex, quæ venialium confessionem sub mortali cuiquam iniungeret. Imò verò crediderim decretum illud nullatenus communem canonem mutare, sed solum tempus abbreviare, vt quomodo omnes tenentur singulis annis, si habeant peccata mortalia: ita monachi teneantur singulis mensibus. Imò nescio, an possit Papa venialium confessionem præcipere, saltem, vt argutum est, faciendo illa necessariam materiã confessionis: si de iure diuino non est necessaria. Potest se tamen quisque voto obligare ad illa confitenda, sed eiusmodi vota neutiquam consulerem. ¶ Rem ergo conclusione quinta claudamus. Omnia, & sola peccata mortalia post baptismum commissæ, quæ in memoria vel habentur, vel per le-

solutio.

Argumentum.

solutio.

De monachis.

Sententia autem.

Quinta conclusio.

gitimam diligentiam haberi possunt, cum suis omnibus circūstantijs mortaliter aggravantibus sunt de necessitate confessionis. Probat, quia hæc oia naufragium faciunt spiritualis vitæ. Hinc fit, quod qui solis venialibus est obnoxius potest sine confessione sacramentum eucharistiæ suscipere, & à suo prælato tempore paschatis absque vlla præmissa confessione petere. Cui, nisi alia legitima via confiteretur, prauum esse hominem & impostorem, danda est fides ac subinde sacrosanctum eucharistiæ sacramentum. Hæc postrema conclusio distinct. sequenti, vbi de integritate confessionis differendū est, memoratim nobis restat, & ad amussim explicanda: & ideo in præsentiarum satis. ¶ De verbo autem illo decretalis, postquam ad annos discretionis peruenierit, nil opus est disputare. Haud enim designat certum tempus, vt duodecim, aut quatuordecim annorum, sicut ad contrahendum matrimonium, sed cumprimùm puer fuerit doli capax, sic scilicet si inter bonum & malum discernere cœperit, vt prudentium iudicio mortaliter peccet. Et ratio est clara: nam cum necessitas præcepti confessionis tam diuini quam ecclesiastici ex eius necessitate ad salutem oritur, cum primùm homo necessitatem salutis incurrit tenetur etiam ad confessionem tum semel in anno, tum & in articulo mortis. Verum est tamen quod vsque ad annum ætatis duodecimum ecclesia per censure neminem ad confessionem cogere: quia licet nouerit antea etiam posse peccare, vt capit. Pueris, de delictis puerorum, decernitur, nam à septem annis vbi desinit infantia & incipit pueritia peccare possunt, suis tamen præceptis & censuris non vult ante duodecimum, vel quartum decimum cogere, sed relinquit eos sub diuino iure. ¶ Igitur ad primum argumentum respondetur q. quauis confessio sit de iure diuino, ad quam ideo si Deus voluisset, omnes potuissent obligare, non tamen id posuit nisi Christianis, qui per baptismum, qui ianua est sacramentorum, capaces eius fiunt. ¶ Ad secundum respondetur, quod licet non sit homo, qui non peccet, potest tamen esse qui citra culpam suam nullius sit peccati conscius. ¶

Ratio conclusio.

Annus discretionis.

Ratio.

Solutio. x. argumentum.

Solutio secundum argumentum.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum statim homo ut peccat confiteri teneatur, an vero solum semel in anno, aut etiam in articulo mortis.



Articulus quartus est de tempore, quo necessitas confessionis occurrit. Arguitur autem quod homo statim confiteri teneatur. Qui enim amat periculum perhibet in illo; qui autem non ilico confitetur periculum sibi creat motiendi in peccato: quia dies mortis repentina est.

Partis negatiua. I. argu.

Secundum argumentum.

Secundo. Cum sit presentaneum remedium restituendae diuinae gratiae, qui illo statim non utitur, contemnere Dei misericordiam videtur, ut libr. 2. de sacramentis. part. 14. ait Hugo: contemptus autem diuinae benignitatis, ut Paulus ad Roma. 2. docere videtur, peccatum est: ergo tenetur homo statim confiteri. Cui contrarium est, quod ecclesia non nisi semel in anno confessionem iussit, sicut eucharistiam sumere in die paschatis: ergo sicut non est peccatum non pluries eucharistiam sumere, ita neque confessionem non pluries facere. Et ex hoc sumitur argumentum, quod neque in articulo mortis sit necessaria confessio sub reatu noui peccati: nam ecclesia, quae fida est diuinorum interpretum, diuinum ius explicando solum nos coeigit semel in anno confiteri: si autem articulus mortis confessionis necessitatem secum afferret, ecclesia id non subtriceret.

Partis affirmatiua.

Argum.

Quaestio haec in duplici sensu disputanda venit: scilicet, vel de iure ecclesiastico, vel de iure diuino. Ad quam ideo septem conclusio nibus respondetur. Prima. Iure ecclesiastico non tenemur confiteri, nisi semel in anno. Conclusio probatione non indiget, quia est expressus canon ecclesiae, sed duntaxat explicatione. Non enim ecclesia confessionem praecipit necessario in paschate faciendam, sed eucharistiam tunc suscipere: confiteri autem non nisi semel in anno. Quocirca quocumq; die totius anni, homo confiteatur, praecipit implere. Itaque praecipitum est, ut inter vnam confessionem, & aliam non plus temporis intercurrat, quam annus. Qui enim confitetur mense Iunii, vsque ad alterum annum eodem die non tenetur amplius confiteri. Tenetur nihilominus in paschate eucharis-

Decisio articuli.

Prima conclusio.

tiam suscipere, & tunc quidem si peccatum habet, quod nunquam fuit confessus, tenetur ratione eucharistiae pro eius dignitate sumenda confiteri. Si autem legitimo impedi mento teneretur ne susciperet eucharistiam, non teneretur confiteri, vsque ad annum a die, quo confessus est, nisi mortis articulus interueniret.

De iure autem diuino maior est dubitatio, quod n. nimio charitatis ardore accessi dicunt statim postquam homo peccat ad confessionem teneri. Inter quos est Guilielmus Parisiensis in suo tractatu, de poenitentia. Hoc tamen non fundat in natura praecipiti confessionis, sed in periculo, ne scilicet quis moriatur in peccato, & ne vnum peccatum in aliud hominem praecipitet: & ne tradatur obliuioni, & praeteritum quia mora in peccato ipsum aggrauat. Contra hoc autem statuitur secunda conclusio. Non cum primum homo peccat, confiteri tenetur. Conclusio est sancti Thomae, distin. 17. quaest. 3. quaest. 4. & quidem verissima. Probatur, Maior est necessitas contritionis, quam confessionis, maiusque periculum ex eius negligentia imminet: nam sine confessione, dum non est copia, potest quis per solam contritionem saluari: & tamen confessio sine contritione, vel vera, vel existimata nihil prodest: ad contritionem autem nemo statim tenetur, nisi singularis necessitas urgeat, ut distinct. praecedenti, quaest. 2. artic. 6. proxime constituimus: ergo a fortiori neque ad confessionem tenemur statim. Argumenta praeterea, quae illic fecimus, ad praesens propositum faciunt, satis autem illic sunt exposita. Sed potissimum est illud, quod praecipitum de confessione etiam de iure diuino est affirmatiuum: vniuersa autem affirmatiua praecipita sua habent stata tempora, quibus sunt necessario implenda: ergo & hoc pariter. Et confirmatur hoc de baptismo, qui tantae necessitatis, imo maioris est, quam hoc sacramentum, & tamen non statim tenetur homo baptizari, ut supra distin. 5. quaest. vnica, artic. 3. monstrauimus. Neque vero oportunitas confessionis nouum praecipitum inducit: nam etsi sit quandoque praecipitum eleemosynae, non oportunitas dandi, sed necessitas illud adfert.

Vnde ad argumentum factum respondetur, quod non quodcumque periculum inducit

Guilli. Pari.

Secunda conclusio.

Argumentum optimum.

Solutio.

ducit mortale peccatum, sed illud, quod est presentaneum, dum autem homo est sanus, neque morti se offert, non est proprie periculum mortis: nam repentinae mortes non solent ita crebro accidere. Et ad aliud Hugo nis respondetur, quod nullus est contemptus non confiteri quando non est vrgens necessitas mandati, aut periculi: sed loquitur ille de ipsis, qui nec in articulo mortis confiteri volunt. Neque vero manere in peccato est tanta causa alienius peccati, si hoc actu illud continetur, ut propter illam causam teneatur homo confiteri: nam etiam existens in gratia potest esse in simili periculo. Neque tenetur esse tantum attendi ne peccatum memoria labatur: satis enim est postea diligentiam rememorandi adhibere.

Quarta conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Necessitas confessionis in articulo mortis de iure diuino.

fine est perpendenda. Arguitur enim sic. Sacramentum poenitentiae est ad hoc institutum, ut per illud remittantur peccata post baptismum commissa: necessitas autem huiusmodi remissionis quam maxime occurrit in exitu vitae, quo vsque momento status perpetuae vitae agitur, ut scilicet homo a perpetuo supplicio in aeternam felicitatem transmigret: ergo tunc maxime articulus necessitatis confessionis occurrit, si copia ad confitendum non esset aliud: hoc sufficeret argumentum. Nihilominus id ex illo testimonio Iacobi supra exposito maxime confirmatur capit. 5. ut loc. citato ait, S. Thom. Mediate namque & confitendo sacramentum poenitentiae cum extrema vntione coniungat, dicens, ut infirmus confiteatur, & unguatur oleo sancto, quasi tunc maxime diuino iure sit necessaria confessio ad absterge das peccatorum maculas, & vntio ad eradendas earum reliquias. Vnde Cyprianus in epistola ad presbyteros, & diaconos, Qui premi, inquit, infirmitate aliqua de peccato se reperint, ex omni lege ad est, confessione facta, & a nobis poenitentia imposita in pacem a domino remittantur. Quocirca quod de infirmitatis periculo dictum est, de presentaneis, & instantibus quibusdamque periculis mortis intelligendum venit. Dixerunt presentaneis, quia non quodcumque periculum obligat ad confessionem, ut tranare quodcumque flumen, & agitare tauros, & torquentia: quoniam licet aliqui illic morti succumbant, rursus tamen ad longam navigationem inueniam certam necessaria est confessio. Argumento autem, quod in contrarium obiectum, respondetur, quod licet ecclesia in canone non meminerit de articulo mortis, reliquit tamen tamen notum ex ipsa natura praecipiti, quem rursus vsu & more declarat. Sexta conclusio. Per accidens non nunquam occurrit confessio nis necessitas: hoc est, ratione alius rei faciendae, ut ad sumendam eucharistiam: non autem quando cumq; isto modo est necessaria confessio, est necessaria confessio. Nam ad suscipiendam aliam sacramenta eo quod gratiam conferunt, necessaria est contritio, saltem quae obiectum tollat, & tamen non est necessaria confessio: nisi in susceptione ordinis sacri, non propter dignitatem illius sacramenti, sed

Confirmatio ex Iacobi. 5.

Quod periculum mortis inducat necessitate confessionis.

Sexta conclusio.

propter eucharistiam, quam illic ordinati suscipiunt. Hoc enim singulare privilegium est eucharistiae, de quo singulariter ait Paulus. Unde autem seipsum homo. &c. & idem est de abstinendo solenni sacramentorum, quae contritionem exigunt, ut digne fiat, non autem confessionem. Sunt qui dicant, quod tunc, quibus abque confessione eucharistiam suscipit, duo committit peccata, scilicet, orationis confessionis & indigne sumptionis eucharistiae. Venit tamen causa huius, non videtur. Et conueniunt dum ambo per se concurrunt praecipua esse peccata, ut si qui illo anno non est confessus in die paschalis, non confitetur, nec eucharistiam suscipit, duo facit peccata. At vero qui tunc ambo praecipua implevit, & postea in festo Pentecostes, ut supra, eucharistiam sumere, huiusmodi confessionem suscipit, et tunc peccata committit, quia tunc non sumit per se praecipua confessionis, sed unum praecipuum Pauli. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat. Et ideo licet forsan sit questio de nomine, nam de re tanta esset grauitas in re, quanta esset in duobus, arbitror, tam non esse nisi unum sacrilegium indigne sumptionis. At non dum satis questionem factum est, super illud, dubium, utrum stando in iure diuino praeter articulum mortis, sit alius articulus necessitatis confessionis. Sunt enim qui nullum alium arbitrantur occurrere, dicentes, quod cum sit praecipuum affirmatiuum, satis impletur semel in vita, quare non est vinculum praesens in nodandum. Hoc autem praecipuum est creditum, difficultatum, nam cum hoc sacramentum institutum sit ad amicitiam cum Deo referendam, & Deus, ut dicitur, 14. q. 2. dicebamus, non in hoc noscitur creauerit, ut de hac luce exentes perditae vitae poeniterem, sed potius, ut in eius amicitia & seruitio vitamur, eiusque mandata, ad eius intentionem exequamur, iuxta illud. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, iudicium est quod sacramentum poenitentiae sine quo peccator nullum, eius mandatum ad eius intentionem feriat, sed totam illam prodigit vitam, usque ad articulum mortis non obliget. Accedit quod charitatis praecipuum plures non quam in articulo mortis obligat, nam & inter homines amicitiae iura non in morte, sed in vita obligant, ut scilicet, vitae necessitudines per vices sibi amici im-

Reprobatur quaedam opinio.

videtur quod...

Tempus necessitatis confessionis.

Argumentum...

pendant. Unde Aristoteles 9. Ethic. Amicitia; inquit, non vno aut altero officio confirmatur, sed quousque amici modum salis comedante cum ergo charitatem sine poenitentia requireret homo, non posset, sit, ut poenitentia pluries obliget. Adde quod, ut in materia eucharistiae diximus, praecipuum illius sacramenti diuini, quod ad nutriendam spiritualem vitam institutum est, pluries quam semel in vita obligat, pauca ergo hoc, quod est ad reparandam salutem necessarium. Quod si scilicet, quis nam ergo est ille alius necessitatis articulus diuini iuris, respondet conclusio septima. Sed etiam positio iure tenebatur, quae iure diuino, eo tempore confiteri, quo secundum commune iudicium humanum periculum imminerebat oblivionis. Probamus, ut solemus, ex fine ipsius praecipui, cum enim hoc sacramentum sit ad remissionem omnium peccatorum per confessionem & absolutionem institutum, & confessio sine conuicta memoria ferinequeat, sit, ut imminente oblivionis periculo obligaret. At qui haec fuit ecclesiae, non maxime hic adnotanda instituti annuali confessionem. Sunt enim aliqua praecipua diuina, quae seculi adferunt, stata tempora, ut praecipuum fidei, & charitatis, & baptismi, quod obligat data decenti oportunitate. Alia vero sunt, quorum tempora eodem iure non sunt decreta, ut sabbata sanctifices, & praecipuum eucharistiae, ac subinde hoc. Unde cum usque ad concilium Lateranense diuersa essent de hac re iudicia, diuersaque antea diuersa tempora confessionis statuerent, ut Fabianus tertia anno, de consecratione can. Et non frequentius arbitrata est synodus semel in anno, quo solus impletur, posse homines etiminalium delictorum, facta diligentia meminisse. Ex quo sequitur, quod a tempore illius statuti canonis ius diuinum praeter articulum mortis non obligat, nisi secundum ecclesiae dispositionem semel in anno. Quod si arguas, quod si tenacior memoria vigere quod alios, & alios plura habere peccata, quae citius essent confitenda. Respondetur, hoc nihil referre, sed standum esse ecclesiae iudicio, quae secundum eam prudentiam medium consistant praecipua enim debent esse coeque, quae oes aequaliter obligent. Quae circa quaedam dicunt, ut Marsi, q. 12. non peccatum, quo timetur oblivionis periculum esse articulum necessitatis solum est. Satis enim est, ut huiusmodi tempore ecclesiae diligentia faciat ad recordan-

Septima conclusio.

Bona consideratio.

Argumentum.

cordadu. Pari ratione quod ait Bonauentura. distinct. 17. artic. 2. quaest. 2. religiosos, scilicet teneri confiteri pluries, quam seculares merito loco citato reprobatur Sanctus Thomas stando in iure diuino & communi ecclesiastico, secus si suis particularibus statutis autoritate summi pontificis confirmatis ad plures teneantur confessiones. Arbitror namque autoritate papae posse religiosos ad frequentiores mortaliu confessiones obligari etiam sub mortali, secus de venialibus, ut articulo precedenti diximus. Quamuis in ordine nostro nullum sit praecipuum confitendi pluries, quam semel in anno, nec scio in qua religione hoc sit sed consuetudo & constitutio laudabilis. Sed arguitur rursus. Ecclesia, ut definiuit annum, potuisset definire, ut bis in anno vel semel in biennio fieret confessio, ius autem diuinum semper est permanens. Respondetur, quod licet sit permanens in substantia confessionis, tamen tempus. Deus ecclesiae arbitrio definiendum commisit, & ideo quod ipsa decreuerit, id Deus approbat. Verumtamen cum spiritus sancti ducatu regatur, demerere ab eo, quod expediens erat, non potuit, si tamen ultra biennium confessionem differret, imo forsan ultra annum, non esset satis Christianae familiae consultum. Ex his assertis conclusionibus colligitur solutio illius dubij. Vtrum qui semel in anno confessus obligatus fuerit alicuius peccati sine culpa sua in confessione, teneatur cum primu in memoriam venerit illud confiteri, an vero licite possit usque adsequentem annum illud differre. Respondetur enim, non teneri statim usque ad alium annum, nisi casu mortis, vel sumende eucharistiae, nam postquam iste semel in anno legitime confessus est, non amplius tenetur illo anno, secus si ex culpa sua fuerit obligatus. Grauior tamen ex postrema conclusione emergit questio. Vtrum qui in quadragesima quadragesima confiteri. Respondet namque Diuus Antonius, parte titulo 14. cap. 19. §. 3. quod praecipuum ecclesiae semel tenetur homo in anno confiteri, quare qui in toto anno non confitetur, solo vno peccato peccat, quo anno transacto, iure praecipuum ecclesiastici non amplius tenetur confiteri, quippe esset nimium aggravare praecipuum. Atque idem est de praecipuo eucharistiae. Sicuti qui non ieiunauit in quadragesima non tenetur iterum

Argumentum.

Solutio.

Dubium.

ieiunare. Et Antonium sequuntur nonnulli non solum ex summissis, verum ex theologicis scholasticis. Et quidem opinio esse potest alijs probabilis, ego tamen pro mea ingenij tenuitate nunquam ausus sum eam quatum ad confessionem affirmare. Primum enim si adiuncta est censura excommunicationis, ut adiungi solet, & optime potest virtute illius, extra dubium homo ille negligens elapsa anno, confiteri tenetur, quia non potest ab excommunicatione absolui donec confiteatur. Sed exclusa excommunicationis censura, quae de iure communi non adhibetur, occurrunt argumenta minime infirma. Sequeretur enim si illud esset verum, quod posset quis per totam vitam sine confessione in re gratiam recuperare, si modo non esset adiuncta excommunicationis poena, sicuti de iure communi non adiungitur. Probatur. Ille qui hoc anno non confitetur, satis habet conteri de peccato proponendo confiteri in anno sequenti, et si in subsequenti non confiteatur, satis est conteri eandem confessionem proponendo in posterum, & sic semper. Quod si respondeas teneri saltem ratione eucharistiae sumendae in Pascha, contra hoc etiam currit argumentum, nam pariter qui in Pascha non suscipit communionem, si excommunicationem excludas, vno solo peccato peccat, neque tenetur amplius illo anno, usque ad alium, sicut qui non seruasset festum Paschatis. Quare etiam tunc sufficeret conteri cum proposito suscipiendi eucharistiam in proximo anno. Et sic deinceps semper. Consequens profecto absurdum est concessu. Ad hoc ergo responderi posset, ut debet, quod qui sic quotannis confessionem procrastinando ommitteret, primum non deberet apud se tutus esse firmum habere propositum eadem praecipua seruandi, atque adeo legitimam contritionem. Secundo deberet ecclesia in eiusmodi negligentem acius animadvertere, venire enim in suspicionem quod non satis beneficeret de fide. Sed nihilominus argumentum procedit quantum ad id, quod est de per se, quod si bona fide semper legitime proponeret confiteri, conclusio sequitur. Sed secundo, ut rei poenitentiam aperitur, arguitur. Natura praecipui, quod nostrum est axioma, ex intentione praecipientis percipiendum est: intentio vero ex fine praecipui, finis autem praecipui

Sententia auctoris.

Ratio conclusio.

Sententia auctoris.

Secundum argumentum.

peccati huius est reconciliatio hominis in amicitia Dei: ergo si iure diuino iubetur reconciliari, & ecclesia explicuit id fieri semel in anno, in reuolucione eius fuit, vt anni transitus non excusaret negligentem, quin semper reatu culpæ commissa teneretur, quousque præceptum impleret. Non dicitur quod quotidie nouum peccatum committat; sed quod maneat in primo, idque semper aggrauetur. Accedit in confirmationem huius: quod alioquin amittentes non adhiberent excommunicationis censuram quousque negligens confiteretur, nisi ille esset præceptum diuini, tum ecclesiastici sensus.

Tertium argumentum.

Tertio denique arguitur: Præceptum eucliaristicæ est merè affirmatiuum, nihil negationis includens, sed ad nutritionem spiritus sancti institutum, & ideo habet præfixum terminum Paschatis: quare illo lapsus, si excommunicationem subiuueas, non videtur homo amplius teneri, sed semel peccasse. Attamen præceptum confessionis sic est affirmatiuum vt tamen negationem includat: est enim eius finis, vt ultra annum remissio in inimicitia Dei permaneat: quare qui per annum remissionem confessionis non adhibet semper manet omissionis reus quousque legem compleat, veluti qui debitor est pecunie præfixo termino Paschatis illo transacto nihilominus manet debitor quousque persoluat. Concluditur ergo, quod qui nec in quadagesima neque in illo anno confessus fuit, semper manet omissionis reus quousque confiteatur & ita vniuersalis habet ecclesiæ usus.

ARTICVLVS. V.

Vtrum in præcepto confessionis cadat dispensatio.



IRCA EANDEM præcepti necessitatem arguitur quod non sit tanta, quin super hoc præcepto ecclesia, nempe, Papa vel concilium dispensare possit: nam si id fieri non posset, maxime quia confessio est de iure diuino: attamen super ius diuinum videtur quoque Papa dispensare posse: nam redditio voti est naturalis iuris iuxta illud Psalmi, 75. Vouete, & redte Domino Deo vestro, id est, si uoueritis, redite: & tamen super votum Papa dispensat.

Pars negatiua.

In contrarium est, quod confessio est pars sacramenti poenitentiae, quod est necessitatis vt baptismus: & ecclesia nequit facere, quod baptismus non sit omnibus necessarius: ergo neque, quod confessio non sit omnibus post baptismum mortaliter peccantibus ad remissionem peccatorum necessaria. Atque inde rursus arguitur, quod neque in tempore possit dispensare ne fiat semel in anno: nam cum constitutio illa ecclesiæ sit determinatio diuini iuris, sit vt sicut non potest dispensare super ius diuinum, ita neque super tempus confessionis.

Pars affirmatiua.

Secundum argumentum.

Decisio arti.

Prima conclusio.

Argumentum.

Questio facilis est, ad quam ideo tribus conclusionibus respondetur. Prima, Ecclesiæ scilicet, Papa aut concilium super substantiam præcepti confessionis: videlicet, vt quisque nunquam confiteri teneatur, dispensare ne tiquam potest. Probatum primo ratione communi, quia præceptum confessionis est diuinum: inferior autem super legibus superioris dispensare nequit. Secundo peculiariis etiam probatur: quia confessio non est vtinque de iure diuino, sed pertinet ad sacramentum: & sacramenta veluti sacra scriptura, sunt ecclesiæ fundamentum. Vnde dist. 17. quæst. 3. artic. 1. quæstiuicula. 5. Sancti Thomæ optime sic arguit. Ministri ecclesiæ non sunt instituti ad fundandam ecclesiam, vniuersi enim sunt eius fundator Christus per potestatem excellentiæ, sed supposita eius fundatione, & institutione, constituti sunt eius ministri, qui fundatam ritè, & rectè gubernarent: veluti ad operationes rerum naturalium supponitur earum supernaturalis creatio: quare ministri ecclesiæ non possunt eius fundamenta mutare, sed dispensare. Vnde Paulus sic nos exstimet homo vt Dei ministros, & dispensatores mysteriorum Dei. Vbi dispensare non sumitur pro eo quod est quædam, a lege diuina excipere, sed pro eo quod est administrare. Ait quippe in Corin. 3. fundamentum aliud nemo potest ponere, quam positum est, quod est Christus Iesus. Ecclesia autem fundata est in scriptura sacra & sacramentis, ergo sicut eius ministri non possunt non os edere articulos, qui in sacra scriptura non lateant, ita neque noua sacramenta instituire, aut mutare: ac prout sicut facere nequit vt quis in originali existens, saluus sine baptismo fiat, ita neque, vt ille qui in mortale relabitur, sine confessione in re vel in voto iustificetur.

Secundum

Secunda.

Papa an se in dispensatione reposit.

Tertia.

Solutio arg.

Argumentum.

Solutio arg.

Secunda conclusio. Papa vel concilium generale iusta de causa dispensare valet in tempore cum aliqua singulari persona, vt si Eremita esset ab humano consortio longe semotus, sanctitate clarus, posset dispensare, vt non nisi in biennio vel tribus annis semel confiteretur, præsertim cum nisi mortale haberet, ipse nunquam teneretur. Et secum etiam ipse Papa dispensare posset: si rationabilis subesset causa: si tamen conscius esset lethalis criminis, cum tanta debeat sanctitate pollere & exemplo, vix posset adesse causa, vt secum super hoc præcepto dispensaret. Dixerim concilium vel Papa: quia nemo alius potest super hoc dispensare. Probatum conclusio, quia illa temporis determinatio, vt dictum est, est de iure positio ecclesiastica. Tertia conclusio. Dum papa in eiusmodi dispensationibus clauibus abuteretur, grauiter peccaret, & tantus esse posset abusus, vt dispensatio non teneret, maxime in re tanti momenti quanti est poenitentiae sacramentum. Igitur ad primum argumentum respondetur primo, quod etiam si admitteretur, Papam posse aliquo modo dispensare in iure diuino, non tamen posset in necessitate sacramentorum, quæ sunt ecclesiæ fundamenta. Sed secundum respondetur, quod neque in iure diuino dispensare potest. Enimvero, vt ait Sancti Thomæ 2. 2. quæst. 68. artic. 10. & nos libr. 7. de Iustitia & iure quæst. 4. artic. 1. explicuimus, cum Papa dispensat in voto, non dispensat in iure diuino, quod est manente voto reddendum esse, sed determinat; id quod cadebat sub obligatione determinationis humanæ, illius scilicet, qui votum emisit in tali casu propter meliorem causam non tenere. Et eadem ratione potest dispensare in iuramento, tollendo vinculum, quatenus ab homine processit. Quod si arguas eadem ratione posse dispensare super matrimonio rato: quando quidem ex humanis voluntatibus contrahentium pendet, negatur consequentia: quoniam per votum simplex homo nec se nec sua tradidit Deo, sed promisit quare Dei vicarius potest promissionem illam iusta de causa remittere: in matrimonio vero alterutrum, ambo se sibi tradiderunt, feceruntque ad eum insolubile vinculum, veluti qui religionem solemniter vouit. Sed tamen disputatio hæc non est presentis loci. Ad id autem, quod contra secundam conclusio-

nem obijciebatur, respondetur, quod quantum præceptum canonis sit determinatio diuini iuris, nihilominus determinatio illa est de iure positio. Restabat circa hanc confessionis necessitatem nosse, vtrum sit necessarium confiteri proprio sacerdoti, sed tamen perspectiorem ordinem esse duximus, si cuncta, quæ ministros tangunt, in quartam quæstionem, quæ de ministris erit, reijceremus.

Dubium.

DISTINCTIO NIS decimæ octauæ, Quæstio secunda de quiditate & qualitatibus confessionis.

ARTICVLVS. I.

Vtrum sacramentalis confessio sit sacramentalis peccatorum accusatio ad indulgentiam, virtute clauium ecclesiæ, obtinendam.



Ista quæstioni secundam lex sunt de confessione disputanda. Primum de eius quiditate, Secundum de eius conditionibus in genere. Tertium, an sint omnia peccata confitenda. Quartum de confessione circumstantiarum. Quintum de eius integritate, & sextum an debeat esse secreta? Arguitur ergo, quod confessio non sit sacramentalis peccatorum accusatio ad indulgentiam, virtute clauium ecclesiæ, obtinendam. Extant enim definitiones aliarum sanctorum, quæ non profus huic consonare videntur: ait quippe Augustinus, quod confessio est per quam mortuus latens spe veniæ aperitur: vbi accusatio nullam facit mentionem: & Gregorius ait quod confessio est peccatorum detestatio & ruptio vulneris, vbi nulla de spe veniæ fit mentio. In contrarium est, quod definitio debet causas definiti succinctè explicare: in hac autem definitione omnes sub compendio colliguntur. Confessio, vt in libro de verbis euangelij homilia. 8. ait Augustinus, altera laudis est, atque altera fraudis. Confessio laudis est, quæ diuinam

Pars negatiua argu. 1.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

diuinam excellentiam, eiusque in nos beneficentiam decantamus. Confessio vero fraudis est, qua nostra peccata propalamus. Et vtraque in gloriam Dei cedit. Nam & Iosue 7. legitur, quod Acham occulto peccatori dixerit Iosue. Fili mi da gloriam Deo domino Israel atque confitere; & quid feceris dicito mihi, ne abscondas. Hæc autem criminis confessio apud illos quibus nomina hæc similiter cadentia placent, quadruplex distinguitur. Est enim confessio mentalis, ceremonia scilicet, legis veteris, criminalis coram seculari iudice, & sacramentalis, quæ est ad nostrum propositum. De qua statuuntur quatuor conclusiones. Prima, quæ definitio eius sit. Sacramentalis confessio est sacramentalis peccatorum accusatio ad indulgentiam virtute clauium ecclesiæ obtinendam. Probat: nam definitio debet causas rei explicare, quæ secundum Aristote. 2. Phisico. sunt quatuor: in hoc autem quod dicitur, accusatio, exprimitur forma & substantia confessionis non enim debet esse peccatorum propalatio ad iactantiam, vt illorum qui lætantur cum male fecerint, nec solum per viam simplicis denuntiationis, sed per viam accusationis ad correctionem & vindictam. In hoc vero quod dicitur, sacramentalis, distinctio fit à contritione, quæ est mentalis tantum accusatio. Sed in hoc quod ponitur, peccatorum, explicatur materia & causa agens: nam peccata non nisi peccator confiteri potest. Et in hoc differt à confessione laudis excellentiæ Dei. Ad demum cum adhibetur, ad indulgentiam obtinendam, explicatur finis, quo differt, à criminali confessione, quæ sæpe ordinatur ad supplicium: nam & si nonnunquam sacramentalis confessio ex timore nascatur, debet tamen spe veniæ ex charitate procedere. Sed dum tandem additur, virtute clauium ecclesiæ obtinendam, designatur iudex: nempe, proprius sacerdos, qui virtute clauium reum absoluit. Vnde ad argumentum in contrarium respondetur, quod omnes aliæ definitiones sunt potius sanctorum grauitatem referentes quam causas ad amulsim explicantes. Per accusationem enim morbus latens, vt ait August. aperitur sacerdoti. Et eadem apertionem appellat Gregorius vulneris ruptionem. Sicut autem, qui longiores adhibent definitiones, vt quod sit accusatio ex erubescencia procedens, & satisfactoria, & secreta, & proprio sa-

Prima conclusio.

Ratio. I. conclusio.

Solutio. I.

cerdoti facta &c. Sed tamen, vt sæpe diximus definitio debet esse breuis, & compendiosa: quare vt ait Sanct. Thom. vbi de hoc tractat distin. 17. quæst. 3. non debent omnes eius conditiones in definitione exprimi, sed in virtute insinuari, vt postmodum membratim explicentur. Secunda conclusio, quæ est Sanct. Thomæ ibi artic. 2. Confessio sacramentalis est actus virtutis. Hoc enim, vt supra diximus, sacramentum eo à reliquis differt, quod materia eius sunt actus poenitentis, in reliquis vero aliquid extrinsecè appositum: quare in reliquis materia sacramenti non est virtus, sed eorum susceptio est virtus. Hic verò ipsamet accusatio, quæ est pars sacramenti, est actus virtutis: nam ad rem virtutis sufficit, vt sit rationi consentaneum, & fiat vbi & quando oportet. Confessio autem hanc imprimis rationem habet virtutis, quod est vera explicatio cordis, vt sicut homo habet in mente, ita ore proferat. Item hoc, quod fit in remedium peccati, vt homo ab ipso liberetur. Et tertio: quia est actus obediendi Deo, & ecclesiæ. Quod si arguas omnem virtutem esse de iure naturæ: confessio autem est supernaturalis, respondetur, quod confiteri crimen vbi & quando oportet in genere, est de iure naturali, quod in sacramentali confessione reperitur: sed tamen istæ circumstantiæ: scilicet, vbi: quando, & quo fine fieri debeat, statuta sunt de iure diuino. Quod si interrogas, ad quam virtutem pertineat, an ad solam veritatis dicendæ. Additur tertia conclusio. Confessio sacramentalis est actus specialis virtutis, scilicet, poenitentia. Probat: nam quoties ad generalem rationem virtutis additur alia particularis, resultat specialis virtus, vt quia liberalitas consistit in faciendis mediocribus sumptibus, & peculiaris difficultas est facere magnos, nascitur particularis virtus magnificentia. Pari modo ait Aristote. 4. Ethicor. quod confessio, quæ fit in iudicijs, non solum est generalis virtus veritas, sed specialis iustitia. Et similiter confessio laudis beneficiorum Dei non est solum generalis virtus veritatis sed patriæ & religionis. Et simili ratione sacramentalis confessio, non est solum generalis veritatis virtus, sed poenitentia, ex qua per contritionem imperatur. Quarta conclusio. Multæ aliæ sunt virtutes huius comites: cõcurrit enim ad huiusmodi sanctam confessionem virtus spei vitæ æternæ, quæ virtuti poeniten-

Secunda conclusio.

Argum.

Tertia conclusio.

Quarta.

poenitentia, accusationem vt faciat, imperat: & suo modo quandoque timor iudicij. Præterea verecundia, non vt mouens: imò potius obflare videtur, sed tanquam vindicatrix simul concurrere ad luendam poenam. Quare sancti non ita merito has tres partes poenitentia tribus personarum attributis adaptare consueuerunt vt contritio, quia est detestatio mali, respondeat misericordiae, & bonitati, quæ attribuitur spiritui sancto: confessio verò, quæ est veritatis manifestatio respondeat sapientiæ filij, & satisfactio propter laborem, omnipotentia patris. Hæc loco citato S. Tho. quæ sunt recentu digna.

Tritas partium poeni.

ARTICVLVS. II.

Vtrum sedecim conditiones, quæ confessioni assignari à partibus solent, sint congruentes.



EC VN DVS articulus est de confessionis qualitatibus, quæ eius quidditatem circumstant & ideo arguitur, quod non sint sedecim necessaria: nam inter illas ponuntur quatuor: scilicet, simplex, humilis, fidelis, & fortis, quæ omnes dicunt distinctas virtutes à poenitentia: ergo non oportet eas illas inter qualitates poenitentia referre. In contrarium est autoritas doctorum omnium, qui ex medulla ipsius confessionis illas eliquerunt.

Partis negatiua argum. I.

Partis affirmatiua.

Decisio articuli.

Conclusio.

Disticha.

In capite conditionum confessionis, quæ in particulari sunt elucidanda, præmittere de eis in genere oportet vnicam conclusionem. Conditiones confessionis sunt sedecim, quæ hisce distichis referri solent: videlicet. Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis. Atque frequens, nuda discreta, libens, verecunda. Integra, secreta, la chrymabilis, accelerata. Fortis & accusans, & sit parere parata. Verum tamen conditiones istæ in quatuor secantur membra. Quædam sunt de intrinseca ratione confessionis simpliciter necessaria, vt pote sine quibus confessio esset nulla, vt quod sit accusans, hæc est enim essentialis forma confessionis. Et quod sit integra, aliis facta esset, quæ ideo conditio includit pariter esse fidelis. Et similiter quod sit nuda cum circumstantijs necessarijs. Et rursus parere parata. Nam cum factus iudicialis debet poenitens, sicut reus, parere iudici clare non errante. Alia verò est in secundo gra-

du: quippe quæ licet non sit vsque adeo necessaria quin absque illa confessio esset valida, tamen est humano more necessaria vt sine qua sacramentum poenitentia sustineri in ecclesia non posset. Et hæc est, vt sit secreta. Sed & aliæ sunt in tertio gradu, quæ aliquo modo intellectus necessitatem quandam afferunt, non tamen si in rigore vocis vsurpentur. Quin verò quædam sunt simpliciter sub consilio. Ad hunc enim numerum colligendum notandum est cum D. Thoma distin. 17. quæst. 3. art. 4. quæ stinacula. 4. quod quædam competunt confessioni quatenus est actus virtutis in genere & quædam quatenus est specialis virtutis poenitentia: & quædam quatenus est pars sacramenti. In quantum est virtus, requirit quatuor conditiones cuiuscumque virtutis, quas Arist. ponit. 2. Ethico. Debet enim studiosus prius operari sciens, & quantum ad hoc ponitur, discretus. Quapropter si discreta dicat, vt qui confitetur sciat quid faciat, vt sit actus humanus est simpliciter de necessitate: nam si fatuus vel alius nesciens quid faceret, sua peccata sacerdoti propalaret, non esset confessio. Sed tamen si discretam sumas, vt qui confitetur discernere nouerit inter peccata maiora & minora, vt omnia ponderet non est de essentia. Rustici enim hoc non faciunt. Est tamen magnam ornamentum. Secundo requiritur, vt studiosus sit eligens, & propter hoc ponitur libens. Vnde si id sonet, quod eligens, est de necessitate, nisi enim fieret ex electione, non esset opus virtutis. Sed si intelligatur libens: id est, quadam animi promptitudine est quidem ornamentum, attamen non simpliciter de necessitate, nam multi magna cum grauedine ad confessionem accedunt. Tertio requiritur ad virtutem, vt fiat ex electione propter finem eius. Et quantum ad hoc dicitur propterea, quæ eatenus est de necessitate, vt debeat fieri confessio intentione legitima: scilicet, quod homo intendat se accusare coram Deo spe veniæ, vt in definitione eius dictum est. Vnde verò alia, quæuis sinistra intentio etiam venialis inuoluet sacramentum, videbitur: quæ 3. de confessione facta: intentionem enim rei temporalis, licet illi adiungatur, clarum est non inuoludare: si de se sit licita, vt si quis confiteatur causa salutis obtinendæ, vel vincedu in lite vel prelio, quod putat esse licitum. Quarta conditio est, vt homo immobiliter operetur, & quantum ad hoc dicitur fortis. Quod si sonet, vt homo propter nullum impedimentum vincatur

Prima conditio. Discretus.

Secunda. Libens.

Tertia. Pura.

Quarta. Fortis.

tur

tur quiominus confiteatur vbi, & quando oportet secundum necessitatem confessionis, est necessaria conditio, si autem quod virili animo & strenuo fiat, est ornamentum, sed non necessarium. ¶ Secundò confessio est actus virtutis poenitentiae, quae habet tres gradus. Incipit namque ab horrore turpitudinis peccati: & respectu huius debet esse verecunda: nam si homo non narraret peccata nisi per modum instantiae, nulla esset confessio. At dum modo, sit accusatio, reliquus pudor est quidem ad ornatum conferens, sed non simpliciter necessarius. Secundò progreditur ad dolorem, & quantum ad hoc dicitur lachrymabilis. Quòd si referatur ad lachrymas mentis, vt sit vera detestatio, est de necessitate: sed tamen lachrymae sensus ornamentum sunt confessionis, non tamè semper est in nostra potestate illas exprimere. ¶ Tertiò consummatur in abiectione hominis, & quantum ad hoc ponitur humilis, quae respectu huius, vt peccatum narretur quatenus peccatum, est necessaria, ceterum est confessionis decor. ¶ Tertiò confessio ex sua natura est occultorum manifestatio: & quantum ad hoc habet quatuor alias conditiones. Requiritur. n. vt sit fidelis: id est, vt verè proferatur quod est in corde. Et haec conditio est simpliciter necessaria, vt sit manifestatio vera totius materiae necessariae confessionis: quae ideo in integritate includitur. Vtrum verò quodcunque per se veniale fiat in sacramento mortale, videbimus statim articulo quarto. ¶ Secundò, non debet verborum inuolucro obscuritatem offundere: & quantum ad hoc ponitur nuda, quae quidem nuditas eatenus est necessaria, vt non sit in causa, vt confessarius non percipiat peccati naturam, quae illud mortaliter aggrauat. Quare ad hanc conditionem reducitur circumstantiarum confessio. Quòd autem non alia adhibeatur verborum rhetorica pertinet ad ornamentum. Tertiò requiritur, vt non multiplicentur verba ad rem non pertinentia, & propterea dicitur simplex: pura enim excludit intentionem sinistram, quae vitiat sacramentum, sed simplex refertur ad verba, vt non exprimantur nisi quae ad peccati explicationem attinent sine aliorum iniuria. ¶ Et quarto requiritur, vt nihil subtrahatur eorum, quae sunt necessaria ad confessionem: & contra hoc dicitur integra. Quae quidem conditio est simpliciter necessaria, de qua latè dis-

Verecunda.

Lachrymabilis.

Humilis.

Fidelis.

Nuda.

Simplex.

Pura.

Integra.

putabimus. ¶ Quarto confessio est pars sacramenti, atque hac ratione quinque alias exigit conditiones: nempe, vt sit accusans, & non excusans in primis necessaria. Mox vt sit parè parata: & istae ambae, vt dictum est sunt simpliciter necessariae. Deinde, vt sit secreta: & haec licet non sit de essentia sacramenti, tamè ob causam supra dictam est suo modo necessaria. Praeterea demum requiritur, vt sit frequens & accelerata: sed istae conditiones non ad praceptum, sed ad consilium referuntur: quantum ad necessitatem enim non requiritur frequentior, nec acceleratior, quàm quando ecclesià precipit, vel casus necessitatis occurrit. ¶ Igitur ad argumentum in contrarium respondetur, non inconuenire, imò conuenire maximè alias virtutes sacramentalem confessionem circumstare, quarum aliquae sunt poenitentiae imperatrices, aliae ancillatrices & auxiliaries: est enim proles diuinae sapientiae ad cuius arcem, vt Prouerb. 9. legitur, ancillae suae homines vocant.

Parere parata.

Secreta.

Frequens.

Solutio arg.

ARTICVLVS. III.

Vtrum confessio debeat esse integra sic, vt omnia peccata poenitens confiteatur.



His sedecim recensitis conditionibus tres sunt, quae amplius, & pressius requirunt examen: nempe, integra nuda, secreta, & de quibus quatuor reliquos articulos subiugamus oportet. Nam integra duplicè habet sensum. Primum, quod omnia cum suis circumstantiis quisque confiteatur, & secundum, quòd omnia confiteatur eidem sacerdoti. Confessio enim, quae priori modo non est integra dicitur ficta, quae autè partim fit vni sacerdoti, & partim alteri sine legitima causa dicitur dimidiata. ¶ Arguitur ergo, quòd non sit necessè confessionem esse integram. Confessio fit vt peccata sacerdoti innotescant: contingit autem aliqua esse publica & sacerdoti notissima ergo illa non sunt necessario confitenda. Secundò occulta reuelare videtur iuri naturae esse contrarium nam quae homo corde secum contra Deum peccat satis esse videtur: vt secum etiam Deo confiteatur. ¶ In contrarium tamè est, quod impiu est à Deo dimidià sperare veniam, cā. Sūt plures de poenitentia distinc. 3. omnium autem veniam virtute clauium nemo obtinere potest nisi

nisi omnia confiteatur: ergo omnia sunt de necessitate confessionis.

¶ Viteless, vt est videre apud VValdensem 2. tomo de sacrament. cap. 135. & subsequentibus obligationem huius auricularis confessionis negabat, dicens neminem teneri peccata occulta sacerdoti detegere. Vbi maximè contra istos haereticos adnotandum est, quod negantes auricularem nostram, & clanculariam confessionem, inde mouentur, quod concedere renuunt esse necessarium peccata occulta confiteri. Qui enim hoc concederet, manifestè conuinceretur confessionem debere esse secretam: nam importabile esset iugum, vt cogerentur homines peccata sua occultissima eademque sceleratissima publicitus pro-palare. Quocirca, vt negent necessarium esse confiteri occulta, negant hunc ritum confitendi secretè, vt ar. 6. iterum dicemus. Lutherus verò, vt est videre, in eius ar. 8. per Leonè condemnato, in omnibus singularis alia ratione confessionem detruncat. Haud enim inter secretam & publicam distinguit, sed ait neque venialia neque omnia mortalia esse confitenda, vt aliquid relinquamus misericordiae Dei. Fuit enim hominis delirium cogitare, dum confitemur nostrae iustitiae innitimur, & quae non confitemur relinquimus misericordiae Dei. Sed ista ratio nihil deberemus confiteri: at propterea confitemur, quia nostra peccata vicario Dei proponimus, à quo diuina eius potestate & clementia remittantur.

Insuperior

Conclusio.

Ratio. x. confessionis.

¶ Ad quaestionem ergo vnica conclusione, respondetur. Omnis Christi fidelis tenetur omnia sua peccata mortalia, post baptismum vel corde vel ore vel opere commissa confiteri. Et hic est sensus canonis. Omnis vtriusque sexus. Et in concilio Florentino habetur ad confessionem nem pertinere, vt peccator omnia peccata, quorum memoriati habet suo sacerdoti confiteatur integraliter. Dixerim mortalia, quoniam, vt venialia non sunt de necessitate confessionis: ita potest quisque aliqua eorum, quae commiserit, confiteri, aliaque tacitus praeterire. Neque. n. ideo confessio ficta redditur, neque dimidiata. Probatum conclusio ex loco illo superius exposito Io. 20. Quorum remisistis peccata, remissa erunt, &c. Illic enim absque vlla restrictione potestas est apostolis concessa remittendi peccata: ergo remittendi omnia. Et cum illa remittere nequeant, nisi tanquam iudices, neque de illis iudicare, nisi si peccata & eorum causas per clauem scien-

tiae cognoscant, fit vt totam suam familiam Christus obligauerit illis confiteri mortalia vsque ad occultissima cordis. Nam cum de operibus ex causis sit iudicandum: & opera, vt ait Christus, ex corde exeant, radices etiam peccatorum illic latentes sunt confessario aperienda. ¶ Secundò manifestè probatur conclusio. Quemadmodum Deus, vt supra dictum est, nequit vllum mortale absque omnibus remittere: quoniam remissio fit per gratiam, & amicitiam eius: ita neque sacerdotes eius vice & munere fungentes possunt nisi omnia simul remittere. Quare non dixit. Quae remisistis erunt remissa, & quae retinueritis retenta: quasi eiusdem personae aliqua remittant, & aliqua non: sed quorum remisistis, id est, quem iudicaueritis, venia dignum in totum absoluite, alioqui in totum ligate: & hoc significat forma: absoluerem autem vel ligare neminem valent nisi de illo iudicando: ergo poenitens, qui omnium veniam petit, omnia tenetur sacerdotis iudicio exponere. Tertio id patet ex fine virtutis poenitentiae, confessio siquidem sacramentalis in hoc differt à criminali, & iudiciali, quòd iudex in foro exteriori non intendit nisi malefactorum vindictam & punitionem, & ideo confessionem non requirit nisi illius criminis, de quo vult supplicium sumere: confessionis verò sacramentalis finis est reconciliare amicitiam Dei, & hominem corrigere: hoc autem fieri non potest nisi poenitens suum statum, qualis sit, sacerdoti pandat. Id quod, nisi omnia peccata etiam intima cordis aperiat perficere nequit. ¶ Quarta Idque propterea ex confessionis fidelitate confirmatur. Vt enim contritio non debet esse trunca, sed prorsus omnium peccatorum: ita & confessio si sit fidelis. Vnde bene adnotauit Caietanus. 2. quaest. de confessione super tertiam partem discrimen inter verba, quibus Christus tradidit potestatem iurisdictionis in foro exteriori, & in foro interiori: nam de illa dixit. Si peccauerit in te frater tuus: quasi ad tribunal exterius non nisi si peccata, quae probari possunt, deferenda sint. De hac verò ait. Quorum remisistis peccata: quasi cuncta sint ad hoc iudicium deferenda. At quia haeretici huiusmodi confitendi ritum nouum esse in ecclesia praedicant à tempore Innocentij, dicentes quòd olim non fiebat in particulari distincta confessio, vt singula explicarentur peccata, sed generalis in publico, qua se homo fatebatur peccatorem:

Secunda.

Tertia.

torem:

torem, sicuti de lege veteri diximus ubi homines per sacrificia in genere se profitebantur esse peccatores. Et arguitur quarto. Hoc est manifestè sacramentum poenitentiae negare, ubi vlla conferatur remissionis gratia: nam & illam generalem confessionem sanctissimi perinde faciunt, ac nequissimi homines, atque adeo per illam nullum potest de hominis statu sumi iudicium. ¶ Igitur & quod semper in ecclesia in usu fuerit etiam occultorum confessio, patet ex loco citato Augustini sermo. 55. tertiae partis sermonum, & refertur can. Agite de poenitentia dist. 1. Agite enim, inquit, poenitentiam, qualis agitur in ecclesia. Nemo sic dicat: Occultè ago, nouit Deus, qui mihi ignoscet: quia in corde meo ago. Ergo sine causa dictum est, Quod solueris super terram, solutum erit & in caelis? Vide, quomodo de occultis, quae corde geruntur, erat tempore Augustini poenitentia, imò & tunc antiquissima. Et libro 2. de uisitacione infirmorum supra quoque citato expressissimè reprehendit eos, qui existimant soli Deo, cui nihil occultum est, confiteri, cum confitendum, inquit, sit Domini vicario. Et subdit, Ergo ad te venire roga sacerdotes, & fac eum tuarum conscientiarum penitus participem. Nota conscientiarum, ubi loquitur de occultis, de quibus prius dixerat, nihil esse Deo occultum. Vnde in libr. de paradiso Ambrosii quod & in de vera & falsa poenitentia refertur, & can. Non potest. 1. de poenitentia dist. 1. Non potest quis, inquit, iustificari à peccato, nisi confessus ante fuerit peccatum, ubi nulla fit exceptio publici aut secreti, sed generalis est sententia. Nullus potest à quocumque peccato &c. Et Origenes super Psalm. 37. Vide, inquit, quid nos docet scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Peccatum, inquit, in genere nullo excepto. Vbi palam loquitur de secreta confessione: nam paulo post mentionem subdit de publica. Quare exemplum subdit: sicut iij, qui habent intus indigestam escam, nisi vomuerint, non releuantur: ita qui occultum habent peccatum, nisi confiteantur. Et subnequit, quod circumspiciendus est diligenter sacerdos, cui confiteri debes. Clare ergo de occultorum confessione loquitur. Et Hierony. super Eccle. c. 10. Si quem, inquit, serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio eum peccati veneno infecerit, si tacuerit qui percussus est & non egerit poenitentiam, nec vulnus suum

Aug.

Ambros.

Origenes.

Hieronym.

fratri & magistro voluerit confiteri, magister, qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non poterit. Perspice, quam clarè tempore Hieronymi erat confessio occultorum. Quem utique locum credibile est, Erasimum legisse, qui nihilominus super epitaphium citatum ad Oceanum, adnotauit, tempore Hieronymi non fuisse in usu occultorum confessionem. Et supra citatus Laetan. ait, quod sicut per circumcisionem nudabatur membrum illud, ita per confessionem debemus exprimere pudenda cordis, atque adeo occultissima peccata. Et Cypria. sermo. 5. de lapsis, Ij, inquit, quanuis nullo sacrificij, aut libelli facinore constricti sint: quoniam tamen de hoc cogitauerunt id ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confiteantur. Et vetustissimus Tertullianus in lib. de poenitentia facit comparationem, quod sicut qui vlcus habet pudendum, ne pra pudore illud ostendat, perire maualt: ita & ei usu venit quod sua peccata non detegit. Atqui ut vsque ad apostolorum tempora rem reducamus, Dionysii Pauli discipulus in epistola ad Demophylum, ipsum reprehendit, quod contra ordinem ecclesiasticae disciplinae adstaret cuidam, qui sua peccata sacerdoti confitebatur. Et Clemens primus successor Petri epistola. 1. ait, Petrum docuisse, ut cogitationes internae panderentur sacerdotibus. Decuit hac tempestate haec de multis testimonia huc accersere, quibus impudètia eorum proditur, qui vniuersalem omnium etiam occultorum confessionem ab ipso vsque apostolorum tempore celebratam fuisse negant. Cum tamen inde satis eadem constat veritas, quod nullibi extat cano ubi confessio primò fuerit iussa: nam Innocentius solù praecipit confiteri omnia peccata eo more, quo semper fuerat ecclesiae in usu. ¶ Dubitabit hic autem quisquam de peccatis oblitis, utrum etiam illa teneatur homo confiteri: nam in canone Lateranensi simpliciter dicitur, omnia: in Florentino, verò non nisi restrictè, quorum memoriam peccator habet. Respondetur, quod obligatio simpliciter fertur in omnia mortalia post baptismum commissa. Sed est inter obliuiscit discrimen, quod illa quorum homo ex culpa sua oblitus est, sic confiteri tenetur, quod per obliuionem non excusatur, atque adeo per absolutionem non recipiet gratiam: Illa verò, quorum post diligentem indaginem meminisse nequit, simpliciter quidem confiteri tenetur, sed tamen pro tunc excusatur ignorantia

Cypria.

Tertullia.

Dionys.

Clemens.

tia inuincibili: & propterea dictum est in concilio Florentino, quorum memoriam habeat. Quod autem obligatio semper ea confitendi maneat, inde constat, quod postquam in memoriam reuerterint, sunt necessariò confitenda: idque non propter obligationem tunc exurgentem, sed propter antiquam, quae semper manet.

Solutio. 1. argumentum.

¶ Igitur ad primum argumentum respondetur, quod licet aliqua sint peccata publica & sacerdoti nota tanquam priuatae personae, non tamen tanquam iudici, & ideo sunt illi per confessionem exponenda praesertim quod cum iudicium de rebus sumendum sit è suis causis, necessarium est, ut poenitens cor suum pandat, ut innorescat quo fine & causis illud fecit. ¶ Ad secundum iam supra responsum est, quod confiteri occultissima peccata sub vinculo diuini sigilli ad obtinendam veniam à Deo non est contra ius naturae, quin natura ad id maximè inclinatur.

Solutio secundum argumentum.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum singula peccata quoad numerum cum omnibus suis circumstantijs sint fideliter confitenda.



Partis negatiuae argumentum.

AD maiorem explicationem praecedentis articuli quaeritur circa aliam conditionem, ut sit nuda, quo modo sint omnia confitenda: & arguitur quod non debeat quis numerum omnium peccatorum confiteri. Confessio oris contritioni cordis respondet: contritio autem, ut supra dictum est, sufficit generalis omnium: nam potest in momento haberi: ergo pariter confessio omnium potest intelligi si in genere, quis dicat, Ego feci multa peccata, aut saltem si dicat, feci decem aut viginti: tamen omnia confitentur: potissimum cum de hoc nullum extet praecipuum, quo expressior requiratur confessio. ¶ Secundò arguitur. Circumstantias omnes confiteri est impossibile, quod si dicas confitendas esse illas, quae aggrauant mortaliter, neque illas possunt plebi homines cognoscere. Dicere autem, quod teneatur viri elegantes & sapientes ad aliquid confitendum, ad quod non teneantur rustici, est facere legem inaequalem, quae tamen omnes debet pariter ligare: praesertim quod in canone non iniungitur nisi tantum confessio omnium peccatorum, ubi nihil de circumstan-

Secundum argumentum.

tia habetur. ¶ Tertiò arguitur. Si numerus peccatorum: & circumstantiae essent plenè confitendae longo temporis spacio solertissimaque diligentia saepe opus esset ad eorum memoriam reficiendam: nullibi tamen tam exactae indaginis faciendae praecipuum extat: ergo non sunt illa omnia de necessitate confessionis. ¶ In contrarium tamen est, quod confessio est actus iudicialis, per quem iudex confessionem audiens debet iudicium personae sumere, ad quod data est illi clauis scientiae, ut hominis statum cognoscens, iudicet an digna sit venia, quantaque sit adhibenda ei poenitentia, quaeque apponendum remedium in futurum: quod quidem fieri nequit commode, nisi peccatorum numerus cum suis circumstantijs exprimatur: alioqui confessio non esset nuda.

Partis affirmatiuae.

Decisio articuli.

Prima conclusio.

Ratio.

Secunda.

Caietanus.

¶ Duo sunt articuli huius membra: scilicet, de numero peccatorum, & de eorundem circumstantijs, ad quae ambo octo conclusionibus respondetur. Prima. Numerus peccatorum est de necessitate confessionis, ut scilicet singula quisque fideliter confiteatur De hac conclusione, ut ait Syluester verbo, confessio. 1. §. 10. Sanctus Thomas neque in summa neque in quarto aliquid dixit. At neque opus erat, ut quippiam diceret: quoniam de numero neque est singulare praecipuum nec singularis consideratio, sed eo ipso praecipuum tenemur confiteri omnia, tenemur confiteri singula. Probatur ergo conclusio. Confessio sicuti contritio instituta est ad conuersionem in Deum: ergo sicut per quodcumque peccatum auertimur, cuiuscumque per se est tam necessaria confessio quam contritio Sed est discrimen, quod cum contritio sit actus mentis apud Deum, qui voluntatem pro facto reputat, eo ipso, quod quis in genere contritur confiteri proponens veniam obtinet confessio verò cum sit accusatio atque delictorum declaratio per se exigit, ut supra diximus, singularem contritionem atque adeo singulorum expressionem, ut homo se nudè clauibus ecclesiae subdat. ¶ Secunda conclusio Non est de necessitate confessionis, sic singula confiteri, ut sigillatim numerentur, sed satis est sic explicare, ut sacerdos iudicium de persona satis possit capere. Ad huius intellectum bene distinxit Caietanus quaest. 3. de confessione, quam adiecit ad tertiam partem, inter iudicium, quod ad exactam vel punitionem, vel praemiationem ordinatur, Fff &

& aliud, quod non ordinatur nisi ad bonum priuatæ personæ, quæ indicatur. Illud enim quod in postrema die mûdi factur⁹ est Christus, quando reddet vniciquæ iuxta opera sua, exactissimam expostulat singulorû cognitionem, vt iustis imè quisq; recipiat pro vt gessit in corpore. Hoc autem iudiciû poenitentie est salutare ad salutem scilicet hominis ordinatum, iuxta illud Ioan. 6. Nô mi sit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum & ideo ad hunc finem nô est necessaria tam exacta & numerosa peccatorû recitatio: quoniam neque poena tam ad vnguem taxanda est secundum peccatorum mensuram, ne que adhibenda medicina, nisi ad arbitriû sacerdotis clauæ non errante. Igitur in primis necessarium est species & genera peccatorû explicare: si enim quis furtum & homicidiû fecit nô satis est dicat, feci duo peccata mortalia, cum homicidium grauius sit furto, atque alia multo alijs scelestiora, vt hæresis, & blasphemia & alia. Vnde ex criminû speciebus potissimum sumitur personæ iudiciû quæ ideo explicandæ sunt. Indiuidua verò eiusdem speciei non opus est numerare, vt dicatur, feci hanc fornicationem, & postea hanc secundam, & postea hanc tertiam, &c. sed satis est dicere decies aut vices fornicatus sum, aut falsò iuravi, &c. nisi aliquod horum peccatum circumstantiam habuerit mortaliter aggrauantem, de qua ilico dicemus. Neque vllum subest periculum si cum dicitur, vices, aut ceteras paulò sint plures aut pauciores vices. Cauendum tamen vtrunq; extremum: nam qui affirmado dixerit pluries se peccasse, quam peccauerit, peccatum committit contra discretionem confessionis infamando seipsum, sicuti qui pauciora confitentur quam fecit, peccat contra integritatem. Ob idq; ad cauendum vtrunque extremum discretio faciat, vt poenitens qd̄ dubiû est sic sub dubio confiteatur. Toties hoc feci paulò pluries aut paucioribus vicibus. Quòd si roges, vtrum si postea occurrat memoria q̄ alia vice illud peccatum commisit, cuius non fuerat recordatus, sit confitendum. Respondetur, quòd si error fuit notabilis in numero vt si dixit, Decies paulò pluries & postea memor sit, quòd commiserit vices, certè tenetur excessum confiteri. Si autem non sit notabilis, vt si comperit se, peccasse duodecies non est necessarium: quia iam sub dubio di-

Species & genera peccatorum exprimi debet.

Quod dubiû est sub dubio confiteri debemus.

cens, paulò pluries, vices illas confessus est. Imò verò vt ibidè ait Caietanus quando per tempus & consuetudinem potest coniectura fieri numeri, satis est tempus confiteri, vt prostituta mulier, quæ parata est quencunq; admittere, satis est dicat. Tanto tempore sui huic turpitudini exposita. Nisi aliquæ sint circumstantiæ aggrauantes mortaliter quæ illo generali verbo non satis explicantur. Quamquam & hoc documentû grano salis est concludendum: nam tanta esse potest frequentia, vt sit confitenda. Quauis enim duæ sint mulieres eodem tempore mente in turpitudinem paratissimæ, vna tamen potest eodem tempore decies in re peccare, & alia millies, & semper augetur peccatum in opere: & ideo dicèdû est. Toties aut quasi aut paulò pluries mihi accidebat in die, aut in hebdomade, aut mense, &c. Adde, q̄ inter publicos latrones, qui in omne facinus parati sunt, potest esse latû discrimen: videlicet. vt vnus amplissima latrocinia fecerit, alius verò nô nisi rara & forsitan exigua: quare nô satis est dicere. In latrocinij vitio versatus fui tanto tempore: nã multitudo magnitudoq; latrociniorum circumstantia est notabiliter aggrauans. Quapropter suffugium illud nominandi duntaxat tempus consuetudinis, intelligendum est: dū peccatorû numerus modum excedit, vt per censeri cuncta nequeant. Alioqui consultius est numerum explicare. Dum modû in quâ, excedit: vt dum quis assidua cõsuetudine iurandi distractus nequit omnia iuramenta nominare. Aut concubinaris, qui perinde ac maritus cūcubinam in domo & lecto habet. Atqui dum quispiam sic tempus explicado confessus est, licet postmodum in particula ri cuiuspiam recordetur peccati, nô tenetur amplius illud confiteri: quia satis illud confessus est, cum dixit quotidie similia perpetrasse. At quoniã diximus, fideliter omnia confitenda, dubitatur circa illam circumstantiam, vt confessio sit fidelis. Vtrum quodcūque mendacium in cõfessione sit peccatum mortale. Caic. nãq; 2.2. q. 69. ar. 1. ad. 3. sustinet quodcunq; mendacium in iudicio etiã exteriori esse peccatum mortale. Itaque sicuti quodcunq; mendacium quantumcunq; leue, si iuramentum adhibeatur, fit mortale: ita licet citra iuramentum fiat in iudicio, eo quod est cõtra iustitiã, vt decipiatur iudex. Præterea in foro, inquit, pñiè iniuria fit Deo. Ac postmodum in summa verb. confessio condi-

Quando satis sit tempus confiteri.

Moderam.

De muliere prostituta.

De publico latrone.

Assentiri in confessione.

Caieta.

conditione. 4. id ipsum explicans ait, quod dū quis venialia facit materiam confessionis tunc de illismetiendo mortaliter peccat, siue neget se fecisse veniale quod fecit, siue affirmet se fecisse quod non fecit. Secus si nô proposuit illa confiteri. De hoc autè lib. 5. de Iustitia & iure. q. 6. ar. 1. plura in eius refutationem satis diximus.

Tertia conclusio. Quare nunc statuitur hic tertia conclusio. Mentiri in cõfessione circa materiã mortale, mortale est: sed circa veniale, non est nisi veniale. Probatur prima pars. Si enim quis neget mortale se fecisse quod fecit, res est clara: quia si illud tacendo cõfessionem mutilat vt sit dimidiata, à fortiori si illud negauerit. Si autè affirmat se mortale fecisse quod non fecit itidem est mortale. Nã est vt in re est. tegendi & detegendi secretû & lib. 5. de Iust. & iure. q. 10. ar. 2. monstrauimus, non sit genere suo mortale hominè infamare se ipsum: quia est dñs suæ famæ, nisi sit persona publica, tñ in confessione sacramentali peccatû mortale est, quia est iudicè in foro Dei decipere, atq; adeò occasionem illi offerre abutendi clauæ scientiæ inimicû Dei ipsum iudicando, & à reatu què non habet mortali incassû absoluendo. Est ergo nô solum contra fidelitatem verû & contra nuditatem & discretionem confessionis. Imò verò in iudicio etiã civili mentiri in re graui pertinente ad iudiciû est peccatû mortale: ergo à fortiori in cõfessione. Quod. n. ait Gregorius. Bonarij mentiû est ibi culpã agnoscere vbi culpa nô est, non intelligitur quantum ad substantiã actus, vt quis se fecisse dicat, quod nô fecit. Sed quantum ad eius qualitatem, vt iuxta verbû Iob. c. 9. omnia sua opera vereatur si forte aliquo defectu cõmaculentur. Sed arguet quis forsitan. Dū quis putat id fecisse, quod nô fecit: vel id esse mortale, quod nô est mortale, tenetur illud cõfiteri. Respondetur teneri quidè, at non de per se, sed ratione scrupuli, atque adeò quando homo est dubius, tenetur confiteri sub dubio. Secunda verò pars conclusionis probatur. Contra omnes alias virtutes ex leuitate materiæ contingit peccare solû venialiter, etiam contra fidem ergo & cõtra iustitiã, quæ fit in iudicio, si mendaciû sit de re leui, erit peccatû veniale. Secundò peculiariter arguitur ad nostrû propositû. Peccata venialia nô sunt de essentia confessionis: ergo mendacium circa illa nô vitiat mortaliter sacramentû. Neq; valet ratio Caiet. f. quòd postq; homo proponit peccata ve-

Tertia conclusio.

Dubium.

Secunda pars conclusionis.

nialia cõfiteri facit materiã confessionis. Tñ, quia nô facit illa materiã necessariã & graue sed leuè & spontaneã. Tñ præsertim quia cū homo negat veniale, quod fecit iã subtrahit illud ne sit materia cõfessionis. Et demum arguitur dicès, qñ dū hõ mētitur se fecisse veniale quod nô fecit, nô grauitè decipit sacerdotè, vt iudiciû valde diuersum de poenitente cõcipiat. Profectò cū venialia vix possint ab hõie clarè deprehèdi, multû esset illaqueare cõscientias, dicere quòd de venialibus in confessione mētiri, esset mortale. De circumstantijs verò duplex est cõsideratio, vna scilicet, de quidditate carû & numero, atq; altera de earû cõfessione. Et quãuis S. Th. d. 16. q. 3. vtrunq; tractauerit, tñ postea. 12. q. 7. satis de priore disseruit, quæ ideo ad præsentè disputationem nô attinet. Hoc ergo satis est hic supponere, q̄ circumstantia, vt nomen sonat, quã latini appendicè vocant, est accidès actiõni adiacens, quod eius qualitatem in genere moris variat, augèdo. f. aut minuèdo. Et sunt numero septè, vt quis, id est, quæ persona. f. vtrû eclesiastica an secularis sit, quæ peccauit. Quid id est, quantum cõmisit crimè, nẽpe, an magnû vel paruû fecerit furtû, magnã aut paruã personã læserit. Vbi, id est, quo loco. f. sacro an profano. Quibus auxilijs, videlicet, an Turcarû auxilijs Christianus bellû gerat. Cur, id est, qua intèntione fecerit, nẽpe, vtrû quis inopia pressus furtum fecerit, an verò vt alteri iniuriã faceret. Quomodo, id est, vtrû fraude per insidias, an aperto Marte occiderit. Quando, pnta vtrû noctu dormiète dño edes fuerit aggressus, à media luce in ei⁹ pntia. Prior enim est fraus, & posterior cõtumelia. Et igitur quod ad nostrû propositum attinet scièdû est, de circumstantiarû cõfessione esse preceptû. Quòd si quis obijciat, nullibi id esse expressum. f. nec diuino nec humano iure: respondetur, esse iuris vtriusq; , illius. f. quo tenemur cõfiteri. Nã quo iure tenemur cõfiteri, tenemur confiteri integrè, atq; adeò crimina oia cū suis circumstantijs. Accedit autè can. Cõsideret. de pñia. d. 5. ex lib. de vera & falsa pñia. c. 4. vbi habetur. Cõsideret. f. poenitens qualitatem criminis in loco, in tempore, &c. At verò quia nô oēs circumstantiæ sunt in cõfessione necessariæ, inuestigandû est, quæ istarum sint necessario cõfiteandæ. Vbi adnotandum tres esse earû differèntias: quæ dã. n. sunt imperitinètes. f. nec augètes nec minuentes: aliæ verò pertinètes quæ augent, aliæ pertinentes, quæ

De circumstantijs.

Circumstantia quid. Circumstantia septem.

Circumstantia vtrû præceptum.

Quarta.

quæ minuunt. ¶ Sit ergo quarta conclusio. Impertinentes adeo non sunt confessu necessarii, ut earum confessio sit contra confessionis virtutem, quæ est ut sit simplex. Prima pars manifestissima est: quia nihil faciunt ad exprimendam qualitatem peccati. Et inde sequitur secunda, quia omnis verborum multiplicitas impertinens est in sacramento vitiosa. Ut si quis dicat hominem ante prædium vel à prædio occidisse, aut si vir dicat pulchritudine mulieris victum, aut mulier precibus, vel precio ductam peccasse: hæc enim omnia debet confessarius rescindere: potissimum cum ad excusationem vergant, ut si miles homicidium confiteatur, quod in duello fecit, narrando quod strenue fecit ut nobiliter decebat. Aut aulicus amores confiteatur, dicens hoies illius fortis vix posse absque illis in aula vivere. Et pariter mercator sua furta excuset. Hæc enim iam non solum contra simplicitatem, sed & contra accusationem confessionis vergunt. Non dixerim verborum impertinentiam peccatum esse mortale, aut confessionem cassare, aut sua gratia priuare, sed tamen frequenter est peccatum veniale, & posset esse mortale, ut si nobilis diceret. Occidi hominem in duello, quia nec potui nec debui honorem meum aliter protegere: est enim illa blasphemia contra legem Dei, atque adeo contra rationem accusationis, & contra humilitatem confessionis excusatio & superbia mortalis. ¶ Aliæ sunt circumstantiæ pertinentes ad duplices. Quædam sunt adeo minuentes, ut de mortali veniale faciant, aut omnino tollant rationem culpæ: de quibus sit quarta conclusio. Circumstantiæ quæ tollunt rationem culpæ, vel quæ de mortali faciunt veniale, sunt necessarii confessio. Ut si quis hominem ex ignorantia inuincibili in incertum iaculando occidit, vel cum tutamine inculpatæ tutelæ sese tuendo, & in confessione simpliciter diceret, Feci homicidium, confiteretur tanquam peccatum id, quod non est peccatum, atque adeo peccaret mortaliter, ut proxime dictum est. Et pariter si quis extrema necessitate pressus panem alienum arripuit, non debet dicere simpliciter. Feci furtum sed coactus inopia, quæ rationem culpæ tollit. Sicuti si etiam citra necessitatem non nisi obolum surripuit, quod non est nisi veniale, non debet dicere, simpliciter, furtum feci: nam hoc genere suo sonat mortale. ¶ Si verò sint circumstantiæ parum minuentes, ita ut peccatum mortale in sua specie relinquatur, de istis ait Paulus. d. 16. q. 3. ar. 3. Melius est illas non confiteri.

Circumstantia pertinentes ad duplices.

Quarta conclusio.

Confiteri tanquam peccatum quod non peccatum mortale est.

Circumstantiæ parum minuentes.

Nihilominus cum moderamine respondetur, per quintam conclusionem. Licet non sit necessarium illas confiteri, tamen si multum minuunt, necessarium est illas exprimere. Exempli gratia. Si puella graui inopia oppressa, aut mortis metu, ut periculo vitæ succurreret, inuenem admittit, licet peccatum mortale sit, potest tamen suam famam, & honorem consulere, dicendo causam que turpitudinem suam aliquo modo alleuiet. Pariter si quis putat se benefacere, furtum fecit, quod pauperibus largiretur, aut si peccauerit, ut vitam seruaret regis. Ut enim ecclesia. 41. admonemur, cura habenda est de bono nomine salua confessionis veritate. Imò verò si esset persona, quæ multum prodesse posset reipublicæ & confiteretur episcopo, quod occiderit hominem teneretur honorem suum protegere dicenti verum esset, quod ille occiderat parentes suos. Si autem tamen non minuunt, satis est eas non confiteri. ¶ In tertio gradu sunt circumstantiæ aggravantes, & inter istas etiam non nihil est discriminis. Quædam enim sunt, quæ sic sunt circumstantiæ, ut per se sint ipsa peccata contra distincta precepta, atque adeo mutant speciem in genere moris, ut sanguinem fundere vel occidere vel fornicari in ecclesia: illud enim quod est esse in ecclesia, est particulare peccatum sacrilegij contra preceptum religionis de honore, qui loco sacro defendendus est. Et de istis adijcitur sexta conclusio. de cuius veritate nemo ambigit. Eiusmodi circumstantiæ mutant mortaliter speciem in genere moris sunt de necessitate confessionis. Patet, quia sunt per se peccata: & adeo qui illas subiceret, non omnia confiteretur peccata. Similiter si quis fecit adulterium intentione faciendi furtum, aut si rapuit virginem aut monialem: etenim quantumvis actus iste sit vnicum peccatum, habet tamen duas deformitates. ¶ Aliæ autem sunt, quæ aggravant peccatum, sed tamen speciem non mutant, ut si quis furatur vel decem vel centum vel mille. Et de istis sunt opinioniones diuersæ. Quidam enim opinantur solas circumstantiæ mutant speciem esse de necessitate confessionis, quas autem aggravare in infinitum, hoc est, mortaliter, quia cum vna specie non possit alius naturam attingere, dicitur infinitè distare. Atque huius opinionis fuit S. Th. in. 4. d. 16. q. 3. ar. 2. quæstio. 5. & Bona. d. 17. q. ult. & Duran. d. 16. q. 4. & est ferè cõs opinio Sco. quidè. d. 17. ar. 2. non distinguit inter circumstantiæ mutant vel non mutant speciem: sed tamen in idem incidit. Ait siquidem illas circumstantiæ esse confitendas, quæ sunt prohibite non

Quinta conclusio.

Essem plura.

Aliud exemplum.

Circumstantia aggravantes.

Sexta conclusio.

Circumstantia non mutant speciem.

Opinio quantumdam.

Scoti opinio.

Argumentum.

ua

Caiet.

ua prohibitionem, ut ista modo relata. Et argumentum istorum est, quia si illa, quæ non mutant speciem essent confitenda, cum nulla ratio plus de aliquibus urgeat, quam de cunctis, omnes essent confitende, quod esset vanos scripturales hominibus ingenerare. Caiet. in illa. 3. q. citata de confessione consentit cum cõi opinione in hoc, quod non mutant speciem non sunt necessarii confitenda: sed putans se in hoc differre, ait, quod neque omnes mutant speciem sunt de necessitate confessionis. Nam diuinare, inquit, per terram, vel per astra, vel per aquam differunt specie, & tamen non est necesse illas species confiteri. Attamen neque in hoc arbitrator à cõi opinione differre: nam quando S. Th. & alij suæ opinionis patroni dicunt circumstantiæ mutant speciem esse confitendas, intelligunt eas prorsus, quæ differunt in genere moris, ut exempla posita monstrant. Diuinare, autem per astra vel per aquam est differentia in genere naturæ, quare nunquam illi dicerent, quod essent confitenda, sicut nec furari sericum, aurum, vel panem, dummodo fur explicet rei precium. ¶ Colligamus ergo, quod omnes mutant speciem in genere moris sunt confitenda, si sint mortales. Sed non mutant autores citati negant necessarii confitendas. At profectò pro mea ingenij tenuitate hanc statuerem septimam conclusionem. Omnis circumstantia notabili modo ad iudicium sapietis aggravans peccatum, siue mutet, siue non mutet speciem est necessarii confitenda. Conclusio est antiquorum: nempe, Altissiodor. in. 4. in materia de confessio. c. 3. & Alexan. 4. pa. q. 77. memb. 3. art. 2. & inter recentiores est Marfi. in. 4. q. 12. ar. 1. & aliorum recentiorum. d. 17. Probatur. Si circumstantiæ mutant speciem sunt necessarii confitende, est quia mortaliter aggravant, & in actu principali non explicantur: sed quedam non mutant speciem sunt huiusmodi: ergo sunt confitenda. Probatur minor. Demus verbi gratia furari decem aureos esse gratuita, ut vnus: & furari eos ex ecclesia esse gratuita duplex: arguitur sic. Furari mille aureos à mercatore multo est grauius, quam furari decem ab ecclesia: nam plus grauitatis addit furtum non gentorum non aginta aureorum supra decem, quam illa circumstantia, ut sit ab ecclesia: ergo necesse est dicere quantitatem precij. Secundo. Qui furatus est mille aureos, & tantum confitetur fecisse furtum mortale, ipsummet actum furti non explicat, ut de ipso possit sumi legitimè iudicium: si enim postquam quis dixit fecisse

Sententia autoris.

Conclusio septima.

Ratio conclusionis.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

6. Argumentum.

7. Argumentum.

quod cum forore & matre non differant specie, nihilominus circumstantia cum matre est necessario explicanda. Accedit hisdem, quod differentias specificas rerum cognoscere non est theologi munus, & multo minus plebanorum sacerdotum, tamen debent habere iudicium quantitatis peccati. Vnde S. Th. licet sic fuerit locutus in 4. cum communi opinione, fortasse in summa, quae suum erat postremum testamentum sententiam mutasset.

8. Argumē.

Circūstantia nō mutat es speciem.

Quod si quæras ex circumstantiis non mutabitur speciem, quæ sint confitenda. Dico. illæ, quæ sic aggrauant, ut existimatio alia notabiliter sumeretur confitentis, si illas explicaret. Leuius tamē aggrauantes minimè sunt confessioni necessariae. Vbi præterea notandum est, quod quando sunt plures partiales actiones ad unam integram concurrentes, satis est finale illam confiteri. Quæsiuit quis arma ut hominem occideret, armauit se, & explorauit ubi esset inimicus: omnia quidem sunt peccata, sed tamen si tandem occidit, satis est dicat, Occidi hominem. Eodem modo qui patratam fornicationem confitetur, non opus habet suauia & alios tactus confiteri. Rursus si qui confitetur notus est confessario, non opus est dicat, se esse sacerdotem, aut coniugatum, aut monachum, qui rem veneream confitetur. Neque obstat quod supra diximus, etiã peccata manifesta confitenda esse: nam illud est necessarium ut talia peccata deferantur ad poenitentiale iudicium: qui verò confitetur, iam eidem iudicio subditur. Dixerim leuiore circumstantias non esse de necessitate confessionis, est tamen sapientissimè consilium, ut ait Augustinus in dicto canone, Consideret, ut quasdam ad rem pertinentes explicet, ut si in die præcipuo festi scandalosum quis peccatum fecit, imò quantum non sit festum, ut si forsan in die veneris sancto turpe flagitium commisit, aut si occidit virum sanctitate, literis aut nobilitate insignem, aut ex leuissima causa, &c. aut si furatus est ab illo, qui egestate laborabat, atque alia id genus. De die autem festo dissidium est inter Scotum, & qui eum sequuntur, atque alios. Scotus namque putat per quodcumque peccatum mortale, transgredi præceptum. De quo dubio Caieta. instituit questionem quartam in quod libet. 19. quæstionum, quo parte sustinet negatiuam: nam festum pertinet ad religionem, & ideo tantum consistit in cessatione ab opere seruili, ut opus seruile in sensu literali accipiat: peccatum ergo, licet sit opus seruile in

Circūstantia de die festo.

Caieta.

sensu spirituali, non frangit festum ad literam, sed qui in festo peccat, facit contra intentionem festi, quæ est cultus Dei. Vnde S. Th. 2. q. 122. art. 4. ad tertium. Magis, inquit, facit contra præceptum seruandi festum: id est, contra eius finem, qui peccat in die festo, qui aliud corporale opus licitum facit: finis autem præcepti, ut supra diximus, non cadit sub præcepto. Et ideo non est necessario confitenda circumstantia peccati, si fiat in die festo, sicut si fiat in loco sacro, quando illic effunditur vel sanguis, vel semen, vel surripitur res ecclesiæ: nam alia peccata licet fiat in loco sacro non aggrauantur ex illa circumstantia. Propterea enim, quod quispiam peieret in loco sacro: vel falsum testimonium dicat, non est circumstantia loci necessario confitenda. Imò licet quis illic mente consentiat facere adulterium vel homicidium extra ecclesiam, non est circumstantia loci necessario confitenda: est autem confitenda, si e contrario quis extra ecclesiam mente consentiat alterum illorum criminum perpetrare in ecclesia. Enimvero quod de peccato in re dictum est, idem de consensu mentis est intelligendum. Nepe, si occidere in ecclesia, duplicem habet deformitatem, licet domi habeas illum consensum faciendi in ecclesia, non satis est confiteri consensum in homicidium, nisi adicias, in ecclesia. Quare licet quis opere non fuerit adulter, si tamen in id mente consensit, non satis est confiteri se consensisse in fornicationem, nisi expresserit in adulterium. De simplici verò stupro saepe rogatus fui utrum consensus in ipsum sit specie distinctum à fornicatione, ut illa circumstantia sit necessario confitenda. Puellæ namque ingenuæ, atque moniales dum eis accidit confiteri mentalem consensum in rem veneream maximo suffunditur pudore exprimere circumstantiam sunt ne virgines nec ne, imò & confessarios ipsos suppudet id interrogare. Vtrum ergo necessaria sit illa interrogatio dubitatur nam si stuprum omnem speciem mutat, necessaria est: si autem non mutat, non est necessaria. Et quidem de raptu non est dubium, quin faciat distinctam speciem, ut si quis per vim virginem violet, aut per vim subtrahat, licet postea ipsa consentiat in actum: nam vis illa manifestaria est iniuria contra iustitiam, ut D. Th. 2. q. 154. ar. 7. bene docet. Si tamen sit simplex stuprum sine vi: quia puella vltro consentit, imò rogat iuuenem, non ita certum est mutare speciem. In primis. n. idem S. doctor ibidem arti. 6. non id simpliciter

D. Thom.

Quæ pñā aggrauatur ex circumstantia loci.

Stuprum an sit circumstantia istans à simplici fornicatione.

Raptus virginis et pñā.

ter asserit de omni virgine, sed de illa, quæ est sub cura parietum. Et adducit rationem mutationis speciei ex parte puellæ: quia inhabile se reddit matrimonio. At re vera, ut meam tenuem opinionem proferam non clare video saltem si puella, quæ non est sub cura parentum, vel masculus etiam virgo sua sponte vult virginitatem perdere, quod sit distincta species luxuriæ à simplici fornicatione: nam puella est domina sui corporis in illo vsu sicuti puer. Caieta. ait quod non est domina magis quam alterius membri ad sciendum: ita quod sicut non potest abscindere sibi digitum, non potest aperire illam partem nisi per viam matrimonij. Sed illa est metaphysica, quæ S. Th. non somniauit. Peccat enim peccato luxuriæ, non tamen iniustitiæ, sicut si abscinderet digitum. Imò sicut homo est dominus oculorum ad videndum, & pedum ad ambulandum ita & illius partis ad illum actum, ut citra iniustitiam id possit facere. Et licet se reddat inhabile ad matrimonium, hoc est accidentarium in puella, nam masculus non se reddit inhabile, & pariter serupit et si vult se facere inhabile, ne mini facit iniuriam. Imò fortasse licet esset sub cura parietum, postquam ipsa est domina sui corporis, licet illis faceret aliquam iniuriam, non mutaret speciem. Secus de vxore, quæ suam fidem alligauit viro. Si quis ergo habet contra opinionem, abundet in suo sensu: sed tamen arbitror hanc esse probabilem. Et ideo non debet confessarius tantum pudescere puellas interrogando, an sint virgines, vel corruptæ. Præsertim: quia saepe cum ait se consensisse in illam obscenitatem, coniectura fit esse corruptam, alioqui ipsa non interrogata diceret esse virginem. Quando verò confitetur perpetratum opus, tunc bonum est querere an fuerat virgo, & etiam à masculo: nam siue mutet speciem siue non, est graue detrimentum: quia irrecuperabiliter illic perditur aureola virginitatis, & puella grandem fecit iacturam honoris, & periculum sibi creauit si postea à marito non reperiatur integra. Quando verò cogitatio & delectatio mentis non est mortalis, sed citra consensum venialis, tunc quia venialia non sunt de essentia confessionis, potest quis confiteri genus peccati sine specie, ut si quis passus est cogitationes adulterij, vel alius absurdioris flagitij, potest confiteri dicendo duntaxat: quod passus est cogitationes venereas. Est autem multo salubrius postquam venialia illa confitetur, species e-

Autoris sententia.

Caieta. ans.

Coniectura.

tiam quātuncunq; impuditas explicare: quia erubescencia esse potest tum meritum apud Deum, ut poenitenti opituletur, tum etiã naturalē causam, ut ipse se compefcat. Et sic vtroque modo tales cogitationes abigantur. At postquam de confessarij interrogationibus dicere coepimus, hoc etiam explorandum, utrum teneantur interrogare poenitentes. Ad quod respondetur (& est notandum) quod officium per se confessarij, non est interrogare, sed audire poenitentem. In foro namque criminali, quod procedit ad punitionem, debet index interrogationibus reum examinare, sed in foro poenitentiaro, quod non procedit per vim coactiuam ad extorquendam confessionem, sed per spontaneam voluntatem confitentis, quantum est de se satis est simplicem confessionem audire, & secundum illam iudicare. Vnde in canone supra citato, Consideret, non admonetur confessarius inquirere, sed poenitentis sua peccata & qualitates considerare. Sola ergo poenitentis ignorantia est in causa, ut canon Omnis vtriusque sexus discretum sacerdotem adimoneat, ut diligenter peccatoris circumstantias & peccati inquirat, poenitentisque ad eam conscientiam aliquibus interrogationibus perscrutetur. Hoc aduersus ista confessionem naturalia, quæ vulgò circumferuntur commouentur, in quibus tantus est interrogatorum aceruus, ut poenitentibus salubrius esset illarum multas ignorare, præsertim cum nonnulli sacerdotes, ut earum se peritos ostendant, nullam prætermittant: cum tamen confessarij munus sit huc potius totis neruis incubere ut poenitentem firmissimo proposito confirmet, ut in futurum caueat. Finis enim confessionis est poenitentis salus, quæ præuia diuina ope in illo proposito & cautela consistit, ut summam det operam nunquam amplius recidendi. Et tamē videas quā plurimos tam confitentes quam confessarios, qui putant totum negotium consistere in hoc, quod nihil inconfessum præteratur. Ceterum de terrore & persuasionem in futurum nec verbum vllū. Qui quidem mihi videntur, ut est in euangelio, domum scopis mundare, ut spiritus immundus cum suis septem satellitibus reuersus illam mundatam inueniat. Igitur prudentia sacerdotis sit ubi poenitentis cordatus apparet, neque tanta sarcina peccatorum onustus, dicitque se diligentiam fecisse pro sua virili, & iudicio suo nullius esse oblitum delicti: nil amplius interrogare. Vbi autem poenitens non apparet tanta prudentia

An confessarij teneantur interrogare poenitentes.

Confessarij munus.

Matth. 12.

Nota consilium

præditus, nec tantam suę conscientię curam gerere, ea proflus interroget, quæ secundum suum statum & officium verisimile est incurrisse citra molestam minutarum persecutionem: & potissimum, ut D. Tho. loco citato d. 16. q. 3. admonet, de re venerea non sunt interrogationes multiplicandę, tum ut pudori consulatur, tum ut occurratur periculo ne illecebra se se infinet.

*Nota.**Solutio. I. argumen.**Solutio secundæ argum.**Secundæ.**Dubium.**Argum.*

Ad primum itaq; argumentum iam responsum est, quod ad contritionem satis est habere propositum confessionis, & ideo satis est si sit in principio generalis, quando tamen articulus confessionis instat, esse debet singularis, ut expositum est, & talis esse decet singulorum confessionem. Ad secundum Alexandri, 4. part. q. 77. memb. 3. respondet, non omnes teneri ad confitendas omnes circumstantias etiam aggravantes mortaliter, sed doctiores: nam simplices non tenentur eas scire, sed tenentur ad interrogata sacerdotis respondere. Attamen verius & proprius respondetur, omnes equaliter teneri: quapropter canon generaliter dicit, quod omnes confiteantur omnia: sed tamen simplices per ignorantiam inuincibilem nonnunquam excusantur non solum nescientes circumstantias, sed & peccata ipsa, quia non omnia peccata mortalia intelligunt quousque instruantur. Ex hac vero resolutione exurgit dubitatio scitu digna, utrum dum poenitens aliqua ignorantia laborat, quæ illi est inuincibilis, & tamen certissimum est esse errorem, teneatur confessarius poenitentem docere veritatem. Exempli gratia. Est mulier, quæ claudere nupsit uni, cum quo copulam non consummauit, & postea in publico alteri matrimonio coniungitur, ex quo filios suscepit, putat illud secundum matrimonium esse validum, cum tamen omni procul dubio non sit nisi primum. Utrum teneatur confessarius illam admonere: nam quod non teneatur est hoc maximum argumentum. Id, quod non prodesse, sed obesse potest, sub præcepto charitatis non cadit: sed admonitio illa est eiusmodi: nam quamvis mulier illa in iudicio iuret illud non esse suum, sed alium, nulla ei adhibebitur fides, sed cogetur manere cum secundo, cui in facie ecclesię coniuncta est. Imò si separarentur, maneret filij patrimonio destituti, quia haberetur illegitimi, nullus ergo erit talis admonitionis fructus. In primis hæc distinguendum est: nam vel illam ignorantiam, contra diversitatem opinionum certum est esse errorem,

ut in exemplo proposito, aut consistit in opinionum diversitate: scilicet, quia controuersatur inter doctores, an talis contractus sit vsu rarius, vel utrum poenitionis genus super beneficio sit licitum. Et de isto secundo membro ut singula proprijs locis examinentur, disputabitur arti. proximo utrum. scilicet poenitens teneatur in omnibus confessario parere. Prius autem membrum est præsentis loci. Et quidem Adria. q. 5. de confessio. dubio. 6. distinguit de ignorantia poenitentis, sit ne iuris diuini, an humani, an facti. Si sit ignorantia iuris diuini, ponit generalē conclusionē absque exceptione, quod siue sacerdos se profuturum existimet siue secus: imò quamuis nocere credat, tenetur poenitenti veritatem detegere. Et ratio eius est quia ignorantia diuini iuris nunquam est inuincibilis, nisi quando non est qui veritatem docere valeat: cum ergo tunc sacerdos poenitentem possit illuminare, tenetur. Quod si contra arguas. Melius illi poenitenti esset sua ignorantia inuincibili laborare, quia a peccato excusatur, quam miserum tantis incommodis intricare. Respondetur, quod non est tam consulendum modo particulari illius, quam veritati diuinæ, quæ vergit in vtilitatem communem, elucidandam: ut ait Grego. vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas victa relinquatur, de regulis. iur. in decretalibus. Et Ambro. serm. 83. Ego interdum parcens vobis tacere velle, sed malo vos contumacię causas reddere, quam me negligentiam sustinere iudicium. Et Apostolus. Actuum. 20. Mihi ego sum a sanguine omnium vestrum: non enim præterfugi quominus annunciare verbum Dei vobis. Quem textum Grego. d. 42. can. Ephesijs, ad hoc propositum citat. Si autem sit ignorantia iuris humani, quod omnes scire tenentur, quia semper publicatur in ecclesijs, ut si quis est matrimonio copulatus cum consanguinea in quarto gradu ignorans gradum illum esse prohibitum, eadem est ratio siue sacerdos prodesse putet, siue secus. Si verò est ignorantia humani iuris vel facti quod non omnes scire tenentur, est tamen in præiudicium tertij, tunc si confessarius putat se posse prodesse tenetur, sin minus, non tenetur. Et multò minus si non vergat in præiudicium tertij. Multa alia de hac re inculcat illic Adrianus.

At verò non opus est tam multis distinctionibus, sed per has propositiones luculentius respondetur. In primis, nemini vlla de causa licitum est metiri, & multò minus sacerdoti in

*Adria.**obiectis.**Dilatit.**Ambro.**Paul.*

in sacramento. Quapropter neque ad tollendum scandalum, neque ad liberandum hominem a morte æterna fas illi est dicere poenitenti, ut in illo facto maneat, quod ex errore nascitur, qui contra dubium error est. Quare si suam taciturnitatem & dissimulationem poenitens prudenter posset interpretari in fauore sui erroris, non licet aliquo modo tacere. Ut si in casu præsentis mulier sub dubio confiteretur scrupulum suum, an ille esset suus maritus, non liceret sacerdoti tacere, sed deberet veritatem explicare: quia suum silentium illa acciperet ceu responsum, quod suum matrimonium erat iuridicum. Et hoc est verum de quacumque ignorantia, siue iuris diuini, aut humani, siue facti. Secundum asseritur sit. Quando ignorantia est iuris, quod omnes tenentur scire siue diuini siue humani, vel facti, quod ille poenitens scire tenetur, sacerdos obligatur poenitentem instruere quicquid sequatur, siue profit, siue obfit. Res est clara: nam omnis talis ignorantia est culpabilis, & peccatum. Quare si poenitens ignorat articulum aliquem fidei, nulla de causa debet silere sacerdos, sed illum docere. Si autem ignorantia sit eorum, quæ non omnes tenentur scire, siue sit iuris diuini, siue humani, tunc distinguendum est. Si sacerdos viderit, quod possit prodesse, idque sine graui scandalo, tunc tenetur re detegere. Si verò videt, quod nullatenus prodesse potest, aut sine graui scandalo, tunc tenetur tacere, & dissimulare, si non interrogatur, aut si alter non cõfiteretur de illo, tanquam de re scrupulosa. Verbi gratia. In exemplo præsentis ignorantia est diuini iuris nescire, quod matrimonium primum sit validum, & secundum irritum: sed tamen non omnes id tenentur scire: imò inter sacerdotes plurimi id ignorant. Videt tamen sacerdos, quod maritus non credit uxori dicenti, quod primo fuerat alij nupta: imò a iudice compellitur manere cum illo. Quare tunc nihil aliud sacerdos si diceret ageret, quam cogere miseram mulierem, ut nunquam posset debitum petere, imò neque reddere: nam cum sciat illud non esse suum, scit subinde quod ad illud quocumque accedere est fornicari, quod priusquam faciat mori debet. In hoc ergo casu tacendum est: in quo quicquid dicat Adria. locum habet sententia Augustini de poeni. dist. 7. can. Si quis, in secundo. Si scirem tibi non prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Præterea etiam est attendendum si magni scandali sequeretur ex separatione: quia sunt personæ nobiles, aut alias aliquod nomen habentes in re publica, & habentes liberos. Et idem est de

*secunda propositio.**Adrianus.*

ignorantia humani iuris, ut si ignorans putet matrimonium in quarto gradu esse licitum: aut ignorantia facti, ut si ignoret maritum suum esse sibi consanguineum, cum tamen sit. Un de ad argumentum Adriani respondetur, quod ille, qui inuincibiliter ignorat diuinum ius non tenetur doctorem inquirere, quem de re illa consulat. Quare si de illo non facit scrupulum in confessione, sacerdos non tenetur poenitentem illum errorem dedocere. Quocirca ignorantia semper manet inuincibilis. Quod si roges utrum si mulier illa alia de causa debitum renuerit coniugi reddere, deberet sacerdos eam admonere, ut redderet. Apparet enim quod deberet postquam inuincibiliter ignorat, suum esse maritum. Respondetur nequaquam debere: quia illud esset affirmare illum esse suum, sed posset in genere dicere, quod uxores tenentur suis viris debitum reddere. Est hæc tamen valde adnotandum, aliquam posse esse ignorantiam vni inuincibilem, quæ alteri posset esse vincibilis, & culpabilis. Ignorantia enim humani iuris de matrimonio non contrahendo in quarto gradu, certe longè paucioribus est inuincibilis, quam alia iuris diuini, quod primum matrimonium est, quod valet. Et ideo sacerdos prudenti acumine uti debet, ut ex qualitate personarum, quæ confitetur, & ex alijs coniecturis perpendat, utrum illa ignorantia in illa sit crassa, & supina, quam tenetur vincere, tunc enim etiam si sit ignorantia facti tenetur illum admonere.

Ad auctoritates autem Pauli, Ambrosii, & Gregorii respondetur, quod loquuntur cum concionatoribus, qui publice veritatem prædicant: illi enim debent nudas veritates propalare, & iura exponere, quencumque tangant. Tamen etiam dum scandalum pusillorum in tota republica timeretur, in aliud tempus esset dissimulandum. Sed tamen consideratio hæc non est præsentis loci. Ad tertium denique argumentum, quod de diligentia ad recolendum peccata fiebat, respondetur, præceptum de facienda diligentia esse non solum humanum, sed diuinum, non quod vllum extet de hoc singulare, sed quod eodem præcepto, quo tenemur confiteri peccata omnia cum suis circumstantijs, tenemur diligentem nauare opera: discernendo per tempora, & loca, & personas, & per negocia, in quibus sumus versati, ut ea in memoria reuocemus, quæ confiteri tenemur. Quo enim quis iure ad opus aliquod tenetur compellitur & ad media, quæ illi sunt necessaria: Obidq;

*Solutio argum. me. Adria.**Ad auctoritatem Pauli. Ambro. & Grego.**Solutio. 3.*

Scotus.

Ob idq; ait Scot. dist. 17. q. debet homo tantam inquisitionem facere, quanta in negotio faceret arduo, quod sibi multum esset cordi. At tam diligentia haec exilimari debet secundum qualitatem personae, & negotiorum pericula, in quibus versatur. Qui enim curam habet conscientiae suae coram Deo, & quotannis confitetur, neque verò mercaturam exercet, aut alia negotia, in quibus mendacia, vel periuria, vel usurae, vel mulierum consortia accidere solent, non est diuturna diligentia necessaria. Vbi autem ista crebra esse solent, solentior adhibenda est inquisitio ad arbitrium prudentis, quam cum quisque fecerit, quamvis probabiliter habeat coniecturam, quod si prolixior fecerit indagare, aliqua occurrerent peccata, quae tunc non occurrunt, non ideo perstringitur pro temporis inquirendo consumere: quia nemo tenetur totum profus facere quantum potest, sed quantum pro qualitate decet, cum proposito postea confitendi si quorum tunc oblitus est, postmodum memoriae succurrerint: finis enim, ut diximus confessio nis non tam est diligentissima inquisitio ad memorandum omnia, ut nullum obliuioni tradatur, quam firmissimum propositum, ut quae relinquantur. Quapropter solentem illorum curam, qui peccata scribunt ne obliuioni tradantur, sic non vitupero, ut tamen neque consulas. Haud enim ad discretam secretamque confessionis rationem id certe pertinere videtur, maxime si peccata sunt infamia, & quae possent hominem in periculum conijcere: multa enim inde mala succrescere solent. Igitur quantumcumque quis lubricitate, & debilitate memoriae laboret, non ad aliud tenetur quam mente disquirere. Et quae illo modo memoriae non succurrerint, nullam culpam adferunt, licet propter obliuionem praetermittatur eorum confessio.

ARTICVLVS. V.

Vtrum necessarium sit omnia peccata eidem confiteri.



Quonia diximus non confiteri omnia, factam reddere confessionem: & non omnia confiteri eidem eadem facere dimidiata, arguitur, non esse necessarium eidem omnia confiteri. Primum de impedimento naturali. Si quis in articulo mortis confiteri incepit, & instante morte non potest confessionem perficere, nihilominus est absoluen-

Partis negatiuae. I. argu.

duus: quandoquidem quod dicere coepit, confessio est, & quod omisit non fuit in sua potestate perficere. Quod si concedatur, absolute tunc esse exhibendam sacramentaliter: sequeretur pari ratione, quod etiam dum nullum peccatum posset verbo, aut nutu in particulari exprimeret, deberet infirmus sacramentaliter absolui, quod ex concilio Carthaginiensi. Is qui in infirmitate, & ex canone Leonis. His qui tempore. 26. q. 6. colligendum apparet: consequens autem est falsum, quia illic nulla est confessio.

Concilium Carthagini.

Secundo, de impedimento legali arguitur. Vbi venire solet, quod poenitens aliqua commiserit scelera superiori referuata, atque alia non referuata: potest ergo non referuata inferiori confiteri, & alia tacere nouisq; superior adire possit: ergo dimidiare confessionem non semper est crimine. Tertio arguitur. Accidere potest, ut sit quispiam de aliquo peccato confessor: quod sibi, aut suo, proprio sacerdoti graue periculum offerat, tunc ergo licitum erit illo praetermisso reliqua confiteri, atque adeo non semper dimidiare confessionem est peccatum: nam, ut Bernardus in libro de praecipio. autor est: quod pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet. Exemplum est, si puella impudice amat sacerdotem, qui solus est in oppido, si confiteatur mentale sacrilegium carnis, sacerdos facile deprehendet se esse illum, de quo confitetur, quod praesentaneum erit periculum, ut ipse etiam consentiat. Item si secretum occisus est pater, aut frater, aut filius sacerdotis, & homicida confiteatur ei hominem occidisse, facile sacerdos conijciet ab illo suum sanguinem fuisse occisum, & sic periculum erit ne se, aut proprio Marte, aut iudice vindicet: tunc ergo licitum erit confessionem detruncare. Quarto. Vbi saepe venire potest, non posse quempiam circumstantiam peccati bene exprimere nisi alium infamando, quod est contra charitatem: ut verbi gratia, si quis nefandam consuetudinem habuit cum matre, nec habere potest copiam sacerdotis, nisi qui illam nouerit: ergo tunc illa circumstantia tacita non mutilatur confessio.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Exemplum.

Exemplum.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

Quinto, Accidit saepe, ut poenitens aliam habeat opinionem circa aliquos dubios casus quam sacerdos, ut putet non esse peccata, quae sacerdos pro peccatis ducit. Tunc ergo poenitens non tenebitur ei auscultare, & obediens esse: ergo in tali casu poenitens poterit confessionem detruncare, & ad alium sacerdotem recurrere. In contrarium autem est sententia illa libri. de vera & falsa poeni

poenitentia. can. Consideret, de poenit. dist. 5. Cautus sit poenitens, ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem, ut diuersa velit diuersis sacerdotibus manifestare, quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere.

Deciso arti.

Ad quaestionem ista conclusione affirmatiua respondetur. Quantum confessionis natura deposcit omnia peccata cum suis circumstantiis sunt eidem sacerdoti confitenda: quod si secus fiat confessio est dimidiata. Probat hoc S. Tho. dist. 17. q. 3. art. 4. per analogiam ad corporis medicinam. Etenim quia morbi contrarij esse solent, ut quod vni prodest, alteri noceat, & vnus ex alterius coniunctione aggrauari solet, necessarium est, ut medicus totam infirmi habitudinem cognoscat, tum ut cuiuslibet morbi grauitatem perperdat, tum ut sic vni medeat, ut nulli noceat: pari ergo ratione spiritualis medicus debet totam peccatoris habitudinem intelligere, quod fieri non potest, nisi poenitens omnia eidem sacerdoti confiteatur.

Durandus

Dura. quidem dist. 17. q. 15. licet conclusionem approbet, rationem tamen inualidam contendit ostendere: quonia circumstantie, inquit, aggrauantes non sunt de necessitate confessionis, nisi quando speciem mutant: illa autem grauitas, quam vnus peccatum ex coniunctione alterius contrahit, non vertitur in aliam speciem, atque adeo non est de necessitate confessionis. Neque verò propter medicinam adhibendam est necessarium, ut confessio vni fiat: nam medicina curatiua, est gratia, quae omnibus peccatis est communis: medicina autem praeseruatua non est necessaria, quia non est de essentia poenitentiae, quod homo deinceps nunquam in eadem peccata recidat. Palu. cad. dist. & Capreolus multa litera contra Duran. consumunt, ut D. Thom. tueantur. At verò non est res tanti momenti: in re enim morali D. Tho. non contendit demonstrationem facere. Sumitur tamen optimè ratio haec ex fine confessionis, qui est ut poenitens clauibus ecclesiae subditus vitam emendet. Vnde licet non sit de essentia poenitentiae, ut nullum sequatur reciduum, nihilominus natura confessionis secum adfert, ut debeat se sincerè poenitens vni medico qualis est, talem ostendere: ut mederi illi sacerdos possit.

Palu. & Capreolus.

Durand. rō.

Et certè ratio, quam adducit Duran. non tantum vigoris habet quam haec: arguit. n. quod sicut contritio apud Deum non potest esse de aliquibus peccatis, quin sit de omnibus, ita nec confessio. Hac autem ratione nos supra vsi sumus ad probandum omnia peccata esse necessariò confitenda: non tamen tantam vim habet ad probandum, quod sint eidem poeni-

palanda. Accedit etiam ex parte poenitentis, quod licet erubescencia multiplicior sit, ut verbo S. Tho. vtamur, quanto inter plures diuiditur, non tamen tam grandis est quam si vni totam sententiam pectoris tui padas. At verò quando dicimus confessionem, quae vni non fit integrè, esse dimidiatam ac perinde vitiosam, intelligitur quando per se est dimidiata: secus si dimidietur per accidens. Per se autem dimidiata dicitur illa quae ex intentione diuiditur: videlicet, non urgente legitima causa. Si autem id legitima causa fiat, mutilatur per accidens. Verbi gratia. Si quis vult generaliter confiteri, & hodie confitetur quaedam, cras alia, & deinde alia, & sic per hebdomadam, nunquam confessionem dimidiat: quia fertur intentio ad vnā absolutionem faciendam. Eode iure si quis confiteatur aliqua venialia, & non alia, quia ad ea confitenda non tenetur, non per se detruncat. Item si quis vult confessionem iterare quorundam mortalium, de quibus legitime confessus est, licet non omnia confiteatur, non dimidiat. Imò licet in tali casu intendat generalem omnium confessionem facere, potest hodie partem confiteri, & ab illis absolui, & cras aliam partem: & tunc absolui, & sic per hebdomadam. Quinetiam si diuersis sacerdotibus confiteretur, non esset dimidiatio, quia esse forsitan posset genus hypocrisis non se tantum peccatorem vni ostendere, quam fuerit. Praeterea si quis fecit diligentiam solentem ad arbitrium prudentis, & illa, quorum non recordatur, non confitetur, postea dum in memoriam venerint, licet teneatur eadem suo tempore confiteri, non tamen eidem sacerdoti. Dubium autem esset si ex culpabili negligentia non omnia recolit. Tunc. n. Caieta. verb. Confessio. i. conditio. 10. dicere videtur perinde esse ac si ex intentione dimidiaret. Hoc autem examinabitur quod sequitur vbi de iteranda confessione acturi sumus.

Generalis confessio.

Circa primum argumentum.

Oportet quorundam.

Difficultates autem circa hanc conclusionem argumenta facta offerunt non continentendas, & primum argumentum est de impedimento naturae, cum quis in articulo mortis confiteri integrè non potest. Vbi duas arbitror extremas opiniones esse cauendas. Vergere enim quidam possent in hoc extremum, quod licet aliqua confiteretur, & mente conturbatus non posset omnia, non esset absoluentus, quia non est integra confessio. Hoc autem citra dubium arbitror esse falsum, imò quodcumque peccatum infirmus in illo articulo, vel voce, vel nutu explicet in particulari, quantumcumque veniale, si ultra progredi non valet, est sacramentaliter absoluentus

dus. Et ratio est, quia illa est confessio, postquam est expressio peccati in particulari, de quo sacerdos iudicare potest. Neque vitiū habet diuidationis: nā si, vt q̄ proxime dictū sum⁹, aliqua est causa legitima diuidendae confessio nis, nulla esse potest magis q̄ impossibilitas, quae à natura procedit. Nec satis est respondere, q̄ tunc contritio illi sufficiet apud Deum: nam euenire posset, vt ille esset solum attritus qui per sacramentū fieret contritus, nec tamē in prōptu subueniri illi posset p̄ eucharistiā: & cum ius ille habeat ad absolutionē, iniuriō sum sacrilegiū esset eā illi denegare, eo praefertim articulo, quo in re dubia in eā partē in clinandū est, vt ecclesiasticis subsidiis exequuti ab hac vita succurratur. ¶ In aliud extremū proculdubio peccarent, qui affirmarēt, q̄ in illo articulo quamuis infirmus nō valeat nec voce nec nutu in particulari aliquod peccatū exprimere, dūmodo contritionis signa in genere ostendat, debeat illi sacramentalis absolutio impēdi. Enim verò nisi aliq̄ delictū in particulari, nutu saltē designet, nō est sacramentaliter absoluedus. Id quod Abulensis super Matth. c. 16. q. 79. tanquā rem manifestā breuissimē asseruit. Est tñ res certior, q̄ vt Abulensis, vel cuiuspiam autoritate indigeat. Ob id nanq; nec S. Tho. nec vllus alius de hac re disputauit, q̄ nullus de eo vnq̄ ambegit. Sed quia quosdā cōtrariū opinātes audiui, operēptiū duxi canones, quos ad id falso afferūt exponere, & rationē veritatis subijcere. Citant. n. canonē. Is qui in infirmitate. 26. q. 7. Estq; cōcilij Carthagi. 4. c. 77. cuius verba sunt. Is qui in infirmitate poenitentiā petit, si casu dū ad eū sacerdos inuitat⁹ venit oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimoniū q̄ eū audierūt: & accipiat p̄niam, & si cōtinuō creditur moriturus recōcilietur per manus impositionē, & infundatur ori eius eucharistia. Si autē superuixerit, subdatur poenitentiae legibus: quādiu sacerdos, qui poenitentiā dedit, pbauerit. ¶ Hic autē primū oim nulla fit mentio signorū cōtritionis, quae infirmus in praesentia sacerdotis debet ostēdere, ac perinde nullus modus confessionis infirmi insinuat⁹. Sed quamuis dum sacerdos venerit, iam ille per phrenesim iudicio careat ad ostendendū illa signa, per solū testimoniū testiū iubetur sacerdos infirmo p̄niam dare, & ipsum recōciliare. Igitur cū illic nulla fiat cōfessionis mētio, nulla suspicio esse pōt, vt noīe p̄nīe itelligatur sacramē

Abulensis.

Canon. is qui in infirmitate. 26. q. 7.

talis absolutio: nā ille infirmus, neq; in genere, neq; in specie, neq; nutibus insinuat⁹ cōfessus sacerdoti: quippe cum quicq̄d in eius absentia infirmus dixerit, vel fecerit, nullā cōfessionis imaginē habere potuit. Alioqui cōcedendū esset, q̄ qui in carcere oclusus nullatenus potest praesentia sacerdotis potiri, si peccata sua diceret seruo, q̄ illa deferret in aurē sacerdotis, esset cōfessio, quod nemo sanae fidei dicere audebit, cū cōfessio sit personalis actio, quae ideo debet sacerdoti immediatē fieri. Loquitur ergo planē canō de. ijs, q̄ erāt in p̄nā publica, vt praecedentia capitula eiusdē synodi ostēdūt. Est enim capitulū. 75. vt sacerdos p̄niam imploranti absq; personae acceptione p̄niam leges iniungat, & c. 76. vt negligentiores poenitētes tardius recōciliantur. Et tūc subditur caput sequēs. Is qui & c. Accipiat ergo p̄niam, idē est, q̄ accipiat recōciliationis absolutionē, vt bene ait glos. quae quidē forma habetur. c. A nobis. 2. de sent. ex com. fiebat enim cū psalmo poenitentiali, & oratione dñica & c. Et ideo subnectit canon, q̄ si superuixerit statutis p̄nīe legibus subdatur. Nā, vt habetur in dicto. c. A nobis, quāuis poenitēs esset apud Deū virtute p̄nīe recōciliatus, debebat tñ reconciliari ecclesiae. Quare, vt ibidē subditur, etiā infirmo morte praueuto impēdebat⁹, vt posset populus cum mortuo in exequijs cōicare. Et de eadē recōciliatione loquitur canon eiusdē concilij aegrotates, de conse. dist. 4. vbi habetur, q̄ si aegrotans per se nō possit respondere, sufficiat testimoniū q̄ petierit baptismū, vt baptizetur, & idē sit de poenitētib⁹. s. publicis. De quibus etiā planē loquitur & Arausicanū cōciliū. c. 12. vbi ait. Subitō obmutescens & baptizari & p̄niam accipere pōt, si voluntatis praeteritae testimoniū aliorū verbis habet, aut praesentis in suo nutu. De eadē quoq; reconciliatione sancitur in cōcilio Carth. 2. vt ibidē refertur. c. Aurelius, q̄ si ep̄us adfuerit, per ipsum fiat in articulo mortis reconciliatio, sin minus de eius licentia. Atqui de eadē ad literam reconciliatione loquitur Leo in subsequenti canone. His qui in tempore. Et est in epistola eius ad Theodorū. 69. vbi admonet vniuersos poenitētes ante mortis periculū reconciliari: nā vt legitur Ezechiel. 18. Cūm cōuersus ingemueris, tunc saluus eris. Quod si aliqua aegritudine grauati, q̄ paulō ante, inquit, poscebat, sub praesenti significatio nō valeat, testimoniū eis fidelīū & circumstantium

Confessio debet immediatē fieri sacerdoti.

Canon. His qui in tempore.

stantiū, p̄desse debet. Quis autē dicere audeat testimoniū testiū valere pro cōfessione infirmi nihil potētis significare, vt sacramēta liter absoluantur? Meridie igitur fulgētius est canones istos neq; superficie tenus de cōfessione, aut absolutionē sacramentali loqui. Quare neq; vllō ficto colore adduci possunt ad pbandū generalia signa cōtritionis pro cōfessione valere, vt possit infirmo sacramentalis absolutio exhiberi. ¶ Opinione ergo, quae ex canonibus negligenter inspectis gigni possit, exclusa, probatur conclusio. Confessio, vt dictū est, pars est distincta à contritione, eadēq; ad absolutionē necessaria: nā sacerdos clauē potestatis ad absoluendū vti nō pōt, nisi praecedente iudicio per clauē scientiae: qui autē solū ostendit in genere cōtritionis signa nullo explicato particulari peccato, nō confitetur sacramentali cōfessione, per quā possit sacerdos vti clauē scientiae: ergo nō potest sacramentaliter absolui. Priorē praemissam nemo negare valet: minorē autē ipsi opinionis cōtrariae fautores vidētur cōcedere. Aiūt enim, q̄ ille nō potest cōfiteri: si ergo nō potest, nō confitetur. Quod autē confiteri nō possit satis est ad liberandū hominē, p̄ tunc à praep̄to cōfessionis, quod & nos quoque excusare fatemur: nō tñ sufficit, vt dicatur, cōfessio. Quapropter absq; sacramēto absolutionis porrigenda est ei eucharistia, quae pōt eum facere ex attrito cōtritu, attñ sacramētū poenitētia nullū est. ¶ Alij verò cordati⁹ negāt illa signa, nō esse confessionē: imò aiūt esse confessionē generālē, quae sufficit ad sacramentū p̄nīe. Cōtra hoc autē arguitur. Cōfessio sacramentalis debet esse actus iudicialis, vt sacerdos iudicare possit de conscientia poenitentis: iudiciū autē est actus prudentiae, quod ideo fieri nō potest, nisi re in particulari cognita, vt 2. 2. q. 47. artic. 3. autor est D. Thom. ergo generalis illa confessio non sufficit ad absolutionem, quae est forma sacramēti. Et declaratur ampli⁹, confirmaturq; argumentū. Verbū illud generale, Ego sum peccator, cōmune est, & sanctis hoībus, & peccatoribus: quod enim quis magis iustus est, eō se maiorem peccatorē confitetur: quare ex illo verbo non sumitur iudicium, vt ille habeat aliqua peccata: alioqui si postq̄ infirm⁹ legitimē confessus est, & postea loquela priuatus, ostenderet signa cōtritionis, iterū esset absoluendus sacramentaliter: & si deinde iterū atq; iterū eadē ostenderet signa, iterū atq;

probatur cōclusio.

Impugnatio egregia.

iterū esset absoluedus. Quis enim in illo articulo nō illa signa ostēdat, quāuis certissimus sit legitimē fuisse cōfessum? Quod si quis dicat non opus esse, sacerdotes iudiciū tunc sumere de statu hominis, eō q̄ nō sit ei tūc poenitentia iniūcturus: cauillū est frigidū. Quod enim non sit iniungenda poenitētia accidit ex debilitate infirmi, qui non potest adimplere. Nos autē arguimus ex natura confessionis, quae debet esse actus iudiciarius, atque adeo singulariū cognitio. In summa signa illa nihil aliud sunt q̄ cōtritionis indicia: cum ergo confessio alia sit pars à contritione distincta, nequaquā illa sufficiūt, vt pro confessione habeantur. Fingunt aliqui, q̄ si infirmus sic illa ostendat signa, vt sacerdoti annuat, q̄ ipsum absoluat, valet pro confessione. At verò insinuatio illa nō est nisi velut effigies petitionis absolutionis: petitio autē absolutionis nullatenus est cōfessio: quia non est peccati explicatio. Neq; si in genere dicat se habere peccata. Neq; est cur nobis verbū obijciatur S. Tho. in. 4. dist. 22. q. 2. art. 1. ad primū vbi ait q̄ confessio generalis nonnunq̄ est sacramentalis: ipse enim se planē exponit exēplū subijciens, cum poenitens illa, quorū meminuit, in secreto sacerdoti confitetur: tunc. n. adiecta generalis confessio venialiū, & obliuionum, est sacramentalis, quod nos fatemur ingenuē. Secus autē vbi nullū exprimeretur in particulari. Imò illic protinus D. Tho. in solutione secūdi cōfirmat nostrā sententiā dicens, q̄ ad cōfessionē sacramentalē, quae iudiciū sacerdotis expectat, requiritur aliqualis peccatorum manifestatio: scilicet, in specie, per quā sacerdos iudicare de homine possit. ¶ Igitur attētus sit sacerdos in simili euentu, vt semotis arbitris solus manēs cum infirmo fatagat, vt de illis interrogatus, quae verisimile est commississe, vel gestu, vel nutu aliq̄d exprimat peccatū, vt ei sacramentalē absolutio nē exhibeat: alioq̄ id certe neutiq̄ licet. Nā si arguas in re dubia minus periculū esse absoluere, q̄ nō absoluere, respondetur. Imò est maius, quia est periculū sacrilegij, quod committitur dū sacramentū sine necessarijs requisitis alicui impēditur. ¶ Obijcere q̄s forsā pōt formā absolutionis: quae in nonnullis manualibus scribitur ad vngendum infirmos, vbi post absolutionem à censuris subditur. Item te absoluo ab omnibus peccatis tuis, & excessibus & c. At verò forma illa secundum nullam opinionem intelligi potest, vt sit for

Consuetudo quorundam.

Documentū.

De manualibus.

ma sacramenti. Etenim quanuis quis fingat opinionem modò impugnatam esse veram, illa intelligitur quando infirmus non potest aliquid peccatù in particulari cõfiteri: nam si potest, nemo vnquam dubitauit quin sine præuia confessione nõ possit fieri absolutio sacramentalis: & tamẽ sacerdos vncturus infirmũ nõ exigit ab illo sacramentalẽ cõfessio nẽ, atq; adeò absolutio esse non potest sacramentalis. Quare in illa forma nullatenõ debet poni. Itẽ te absoluo ab oib⁹ peccatis tuis, quẽ sacramentalis videtur, neq; in manuali antiquo Romano, neq; in ordinario ordinis nostri, vbi maxima cura est seruandũ antiquitatẽ, ponitur, nisi deprecatia Dñs Iesus Christus, &c. te absoluat per ministrũ nostrũ ab oibus peccatis tuis &c. Et idẽ est aduertẽdũ in forma absolutionis, quã in diplomatũ cruciatã in fine appenditur. Vbi sit plenaria absolutio à cõfessis, & culpis, & pœnis, quod intelligitur quotiescunq; præcedit legitima confessio. Alioqui si infirmus confiteri nõ potest, & õndit cõtritionis signa, intelligitur absolutio fieri à cõfessis. Insuper & ab oĩ pœnarũ reatu, si culpã fuerint vel antea per cõfessionẽ, vel tũc per contritionẽ remissa.

Secundũ argumentũ latissimũ campũ aperit de casu reservatione, & de modo quo sunt, tam cõfidentia, q̃ absoluenda. Fuit enim VVitleff, vt est videre apud VValdens. tom. 2. de sacramẽt. c. 149. qui contra hanc casu reservationẽ oblatrauit: dicens, esse contra regulas charitatis. Cõtra hæreticos autẽ satis est rationẽ regiminis asserere, quãquidẽ exposcit, vt grauiora peccata grauiori iudicio subdatur, tũ vt melius corrigi possint, tũ vt si sint in rempublicã pestifera, cõmodius adhibeatur remediũ, tum præsertim, vt acriori metu corrupti homines, & nefarij ab huiusmodi sceleribus arceantur. Quapropter vt Innocent. in sermone, de natali apostolorum Petri & Pauli annotauit, non absq; mysterio singulariter Petrus quãsiuit, quoties peccanti remissionẽ indulgeret, eiq; peculiariter rñsum est, vt septuagies septies: nẽpe qa plenissima omnium remittendi iurisdicctio penes ipsum manebat, q̃ in inferiores ab illo deriuaretur. Absolutio enim, quã vi clauium fit, non solũ characterem requirit, verũ & iurisdictionem, ratioẽ cuius grauiora crimina potest superior ob præfatã rationem reseruare. Vnde Origenes homilia. 10. super numeros, ait, laicũ peccantẽ indigere quandoq; nõ so-

Aduertere.

Circa secũdũ argumentũ de casibus reservationis. VVitleff.

Innocent.

Origenes.

lũ sacerdote, sed etiã episcopo. Hac tamen non obstante veritate Durand. dist. 17. q. 15. ait ecclesiã Romanã non habere in consuetudine reseruare nisi censuras: videlicet, excoicationis, suspensionis, & irregularitatis, non autem culpas quantuncũque graues. Quare abusus est, inquit, aliorũ prælatorũ reseruãtiũ sibi absolutionẽ à peccatis. Vnde secũdũ Romanũ morẽ nulla est, inq; necessitas confitendi duobus, sed satis esset à superiore extra cõfessionẽ à cõfessis absolui, & integrẽ cõfiteri inferiori ordinario. Nihilominõ mos vniuersalis ecclesiã est cõtra Durand. Quinverò & sacri canones. Etenim canone latorẽ. 33. q. 2. memoriã proditũ est Ratholdũ Argentoratensem episcopũ parricidã quendã Nicolao põtifici remisisse à quo absolueretur, licet illic nulla interueniret excoicatio. Et. c. Si episcop⁹. de pœ. & remis. lib. 6. sancitur vt dum episcop⁹ facultatẽ alicui eligendi confessorẽ cõcesserit, electus ab illo possit eũ à peccatis absoluerẽ, exceptis casibus ab episcopo reseruatis, de quibus inquit, nullã potestatem habet electus. Et decreto Sixti quarti in extrauagãti & si Dominici, excoicatur illi, qui à casibus reseruatis Romano pontifici absoluit. Quod si obiter inquiras, vtrum superior pro libito possit quoscunq; reseruare casus. Distinctione opus est: nã delegatis à superiore, qui per se non habet ordinariã iurisdictionẽ absoluedi, possunt illi, vt libuerit peccata reseruare, vt episcop⁹ sacerdotibus, qui nõ sunt parochi: & prælati in religione suis sacerdotibus: nã cũ illi nullã habeant iurisdictionẽ, nisi quã à superiori suscipiunt, potest eã illis superior taxare & moderari, vt libuerit. Si autẽ illi inferiores potestatẽ habeant ordinariã, vt sunt parochiarũ curati, profecto nõ potest p libito saltẽ episcop⁹: nam cũ ipsi sint ordinari q nisi impediatur, ab oibus possunt absoluerẽ, quã ordinariã potestatẽ nõ habent ab episcopis, sed à iure diuino, non potest superior nisi id bono cõi viderit expedire, illos sua potestate fraudare. Imò tantõ esse posset abusus reservationis, vt parochi nõ tenerẽtur superiori parere, sed cõincõsulto possent à reseruatis illis absoluerẽ: potissimũ cũ nimix reservationes sint in grauiamẽ populi. Est tñ adhibẽda prudẽtia & cõsiliũ super huiusmodi minutionib⁹ casibus reseruatis, ne sine causa inferiores inobediẽtes iudicẽtur. Et p hoc soluitur aliud argu. qd fieri solet: scilicet, q si posset superior casus reser

Quos casus possit superior sibi reseruare.

reseruare, posset confessionẽ dillectare in tres vel quatuor partes. Vt si hæresim reseruaret sibi & blasphemias Decano, & adulteria Archidiacono. Respondetur, inquam, quod illa reseruatio esset imprudens, & clauium abusus: quare non esset digna, quẽ obseruaretur.

¶ Vtrum verò possint reseruari peccata interiora mētis, vt mētalis consensus in hæresim, aut in cõspirationẽ ecclesiã dubitari potest: est n. à parte negatiua argumentũ, quod ecclesiã, vt dictum est, non habet iurisdictionem directã in actus interiores. Respondẽtur duo: primũ loquendo de absoluta potestate reseruari quidẽ posse: quia illud non est iurisdictionẽ exercere in actus mentis, sed illam nõ alteri conferre. Cũ enim omnis iurisdicctio deriuetur à Christi vicario, si ipse diceret, Nolo vt quispiam facultatem habeat absoluedi eum, qui mente consenserit in grauiissimũ hoc aut illud peccatũ, reseruatio teneret. Nihilominus secundo dicimus qd esset error illa reseruare, quia peccata cordis sunt tum frequentissima, tum etiam occultissima, vt vix homo secũ discernere possit, cõsenserit necne: & ideo intolerabile est cũ eiusmodi scriptulis ad Papam semper recurrere. Quapropter opinio quorundã canonistarũ dicentiu hæresim mentalem esse reseruatum Papã, & excommunicationi subiectam, falsissima est & inopinabilis.

¶ Descendendo ergo ad reseruatum confessionem Durandus loco citato refert quatuor opinandi modos. Primus est quod pœnitẽs debet omnia confiteri inferiori, qui eũ ab omnibus debet absoluerẽ, sed mittere nihilominus ad superiorem, qui debet iterum audire de omnibus: & vel iterum absoluerẽ, veqd inferiorẽ remittere, qui iterum absoluat. Et ratio eius est, quia neque inferior potest à nõ reseruatis absoluerẽ nisi oĩa audiat, neq; superior à reseruatis, nisi oĩa etiam audiẽdo, eo quod integritas cõfessionis est de iure diuino. Mod⁹ autem iste nulli est rationi contentaneus: nõ cogere hominem bis confiteri est molestũ sine causa confessionẽ redere. Item quia ille ab inferiori est ab oibus absolutus, nõ esse necessaria integra alia cõfessio, quã fit superiori. Et ideo abhibetur secundus modus, q potest absolutio inferioris teneri se pœnitens superiori representare, non vt absoluat, sed vt adimpleat præceptũ manifestandi illa peccata reseruata superiori. Hic verò modus longũ & pœius à ve-

Peccata cordis an possint reseruari.

Opinio quorundã.

Primus modus absolutio nem peccatorũ à casibus reseruatis.

Reprobatur hic modus.

Secũdus modus.

ritate distat: nã si inferior ab illis peccatis absolueret, non propriẽ dicerentur reseruata. Neq; verò posset superior cogere, vt illa sibi iteratò dicerentur: quia nemo potest cõpelli in foro pœnitẽtiali peccata sua detegere, nisi ppter absolutionis beneficiũ. Item satis esset illi dicere & nõ expectata absolutione recedere, quod est ridiculũ. Tertius ergo modus est, licet à Durandò sit ordine quartus, q homo dum peccata reseruata cõmittit, peccat in Deũ, & in ecclesiã, & inferior absoluit in foro Dei, & superior in foro ecclesiã. At verò hæc distinctio non habet locũ in culpis: nemo. n. verẽ peccat nisi contra Deũ: & ideo si per clauẽ ecclesiã absoluitur pœnitens ab inferiori quo ad Deũ, nõ indiget alia absolutione à peccatis. At non opus est pluribus has tres opiniones concutere, quia expresse sunt contra can. supra citatum si episcop⁹, & contra decretum Syxti quarti, quibus decernitur nullum inferiorem posse à casibus reseruatis quempiam absoluerẽ, aliã inepetẽ dicerentur reseruati. Quartus igitur modus est, quem ecclesiã iuxta istos canones, obseruat: videlicet, vt pœnitẽs integrẽ confiteatur inferiori: qui tantũ absoluit à non reseruatis, & ideo ille superiorem tenetur audire, per quem à reseruatis absoluat. Sed contra hoc videtur argumentum Durandũ militare: quia frustranea esse videtur peccatorum confessio, quam quis facit sacerdoti, à quo non potest absolui: cum ergo inferior non possit absoluerẽ à reseruatis, frustra illi dicuntur: & cũ homo cogi non possit ad cõfessionem, nisi ratione absolutionis, non videtur eiusmodi pœnitens compelli posse integram facere confessionẽ inferiori. Item quia nemo videtur cogi posse ad confitendum peccatum, nisi semel: si ergo reseruatum confitendum est superiori, iniusta videtur coactio, vt propaletur etiam inferiori. Ob id ergo est alius modus, quem Durandus ponit, quartus: q pœnitens sola peccata nõ reseruata cõfiteatur inferiori, per quẽ ab ipsis absoluat, & deinde sola reseruata cõfiteatur superiori, à quibus perinde est absoluedus: quo casu ambæ partiales absolutiones faciunt vnicam, atque adeò est vnum sacramentum. Sed contra hoc est maximũ argumentũ, quod integritas confessionis est de iure diuino, quo perinde iure omnia peccata sunt vni pandenda, qui totum statum hominis & habitum cognoscat.

Tertius modus.

Quartus modus.

Arg. Durand.

Alius modus Durand.

Argumentũ.

¶ Igitur

Integritas **¶**igitur quod questioni luculentius satisfiat
cofessionis de supponendum, vt modò dicebamus, integri
iure diuino. tatem confessionis esse de iure diuino: qua-
re nisi urgente necessitate: quæ ab eodem ori-
atur iure, non licet eam in plures confessa-
rios diuidere. Plana ergo via est, vt qui casibus
referuatis est irretitus, primùm adeat su-
periolem, si eum conuenire potest, qui facultatem
ei faciat confitendi inferiori. Et vt suo
pudori salubrius consulat, melius est, vt confessa-
rium inferiore adeat, cui dicat aliquo
premi referuato peccato, vt ille facultatem
à superiore postulet: hæc enim est obserua-
tissima in religionibus consuetudo. Neque
in facultate cõcedenda difficiles esse debent
prælati, sed sic debent bono communi pro-
spicere, ne tamẽ grauisimam reddant cõfessionis
& doctis casus suos committant. Et tenetur
prælati tãquam peccatum confessum sub-
sigillo seruare, ne per eius verba, aut nutus
possit persona infamari. Et eodem iure sigilli
tenetur qui facultatem petijt, licet non obtineat:
quã hæc omnia ad sacramentum pertinent.

Modus facti-
lis peredi ab
solutione ca-
suum referuato
rum.

Nota.

Pro casibus
referuatis ni-
hil debet ac-
cipere Eps.

Dubium.

Primum ar-
gumentum.

Secundum ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

Adriani re-
gula.

re, quin simul absoluat ab omnibus. Quæquidẽ
sententia sanè intellecta verissima est: quia
non fit à Deo dimidiata venia. Inde ergo in-
fert quòd superior nequam potest à referuatis
absoluere, nisi etiam omnia non referuata
audiens ab omnibus absoluat: neque vero
inferior pari iure potest à non referuatis
absoluere, nisi priùs facultatem habeat à su-
periore absoluendi à referuatis, vt ab omni-
bus simul absoluat. Caietanus verò in sum-
ma verbo. Confessio, cõditione. 10. ait more
Romanum esse, vt pœnitentiarj Romani pœ-
nitentis referuata duntaxat audiant, à quibus
pœnitentes absoluentes, de reliquis mittunt
eos ad suos ordinarios. At verò Durandus lo-
co citato id negat, dicens, quòd non absoluunt,
nisi à censuris: à culpis verò omnibus
relinquunt eos à suis ordinarijs absoluedos.
¶In hac ergo opinione varietate fit prima
propositio. Superior quando ratione du-
citur cognoscere peccata referuata, debet ip-
sis cognitis remedium adhibere, & pœnitentiam,
si visum fuerit, taxare, & à censuris, si
quæ sunt, absoluere, ceterùm à culpis nequa-
quam sacramentaliter, sed facultatẽ facere
inferiori, vt tota audita cõfessione ab omnibus
plenariè absoluat. Hic enim est celebratissimus
ecclesiæ vsus. Neque ob id pœnitens gra-
uatur, quòd referuatum bis perstringitur di-
cere: nam cum superior eodem sigillo tenea-
tur, quo inferior non est grauamen, vt pro-
pter peccati grauitatem, & nocendi periculum
præter integram confessionem, illud teneatur
ad superiorem deferre. Nam cum Episcopus,
& præcipuè Papa alijs sit maioribus
causis ecclesiæ mancipatus & impeditus nõ
cogitur longas confessiones subditorum au-
dire, sed satis est, vt referuatis medeatur.
¶Secunda propositio contra Adrianum. Si
superior voluerit sola referuata in confessione
sacramentali audire, & ab illis directè ab-
soluere, absolutio tenet, & est verum sacra-
mentum conferens gratiam. Quare licet pœ-
nitens non sit de omnibus, si attritus, fiet
tunc contritus. Probatur, quia illic est vera
confessio: nam sicut ex parte pœnitentis, vt
modò dicturi sumus, potest esse impedimen-
tum truncandi confessionem sic, quòd nõ
omnia teneatur eidẽ dicere: ita ex parte præ-
lati potest esse legitima causa ne omnia pos-
sit audire, vt reperiuntur morbi, vel alius nego-
cij ad bonũ cõferentis, & nihilominus te-
neret absoluti. Vnde ac primũ argumẽtũ
factum

Illatio.

Caieta.

Durandus

Prima pro-
positio.

Secunda pro-
positio.

Solutio. 1. ar-
gument.

Parochialis.

Solutio. 1.

Casus cane-
domini.

Argum.

factum respondetur, concludere tantum cõ-
gruitatem rei, vt superior vel debeat totam
confessionem audire, vel totam committere.
Atq; ad illud de curato respondetur, nõ
esse tam liberam ei facultatem confessionem
diuidendi, quia non potest casus, vt superior
referuare. Et ideo sicut si pœnitens sine cau-
sa diuideret confessionem, nulla esset confes-
sio, ita si id accideret ex parte curati, imò
fortasse ex parte episcopi. Si tamẽ plebanus
dum audit longam confessionem subito mor-
bo corripetur, & alius cui rẽ delegaret, nõ
adesset, posset absoluere pœnitentem: & ef-
fet verum sacramentum. Et ad argumentum
Adriani conceditur, quòd neminem potest
sacerdos ab aliquibus peccatis absoluere quin
saltem consecutiue ab omnibus absoluat: po-
test tamẽ ab aliquibus directè absoluere, nõ
absoluẽdo directè ab omnibus. Exemplo id
constat, dum quis aliquorum peccatorum ci-
tra culpam oblitus, ea quorũ est memor con-
fiteatur: tunc enim ab illis tantum, quæ confi-
tetur, directè absoluitur: quapropter dum
alia memoriæ succurrerint, confiteri tenetur.
At verò cum gratiam sacramentalem acci-
piat, consecutiue & extensiue absoluitur ab
omnibus. Id ergo ipsum in præsentiarũ usu
venit. Et hæc dum incipitur à superiori. Si ve-
rò aliqua ratio poposcerit ab inferiori incipe-
re, putã dum superior longè abest, & accidit
eucharistiam esse suscipiendam ad vitandum
scandalum, vel quid simile, tunc si peccatum
aliquod annexam habet excommunicatione-
nẽ, quam habent omnia, quæ papæ in cœna
Domini referuantur, tunc inferior neq; à nõ
referuatis absoluere potest: quia excommuni-
catus etiam minori excommunicatione non
potest suscipere sacramentum. Quare tunc
vana esset confessio, quæ inferiori fieret, nisi
eo fine, vt facultatem absoluendi à superio-
re procuraret. Si autem nulla est excommuni-
catio tunc quidem, vt diximus, vsus eccle-
siæ est idemq; adeò obseruandus, vt integrè
ille confiteatur inferiori etiam referuata. Et
tunc inferior absoluit quidem directè à non
referuatis, consecutiue tamen, vt declaratũ
est, à referuatis, dum modò pœnitens firmũ
habet propositum recurrendi ad superiorẽ
nam dum in mora est recurrendi, putã habi-
ta oportunitate absolutionem nõ procurat,
semper manet in culpa. Vnde ad argumẽ-
tum supra factũ. Nemo cogitur sua peccata
detegere illi sacerdoti, à quo non potest ab-

solui, inferior non potest à referuatis absol-
uere: ergo pœnitens non cogitur illa ei confi-
teri. Negatur maior: imò cogitur ea confite-
ri, vt per integram confessionem pastor vul-
tum pecoris agnoscat, vt de non referuatis
salubrius possit iudicare: nam ex connexio-
ne peccatorũ referuatorum iudicium sumit-
ur de non referuatis, vt cõsultius ei adhibea-
tur medicina. Et hæc est sententia San. Tho-
mæ. d. 17. q. 3. ar. 4. quæstiuncula. 2. ad quartũ
argumentum. Tunc autem superior citra du-
bium potest sola referuata audiendo ab ipsis
precisè absoluere: quia reliqua iam fuerunt
remissa. Et eadem ratione in superiore casu
absolutus à superiore à referuatis, tenetur po-
stea de omnibus integrè confiteri inferiori.
Qua utiq; ratione non est grauamen si de re-
feruato cogatur bis confiteri: eo præsertim,
quòd per secundum sacramentũ semper au-
getur gratia, & iterata erubescencia meritũ,
vt eadem dist. & q. ar. 3. quæstiuncula. 5. ad. 4.
ait S. Tho. Digladiantur hic autores, vtrũ
dum sic diuiditur confessio, sit vnicum sacra-
mentum, quod ex duabus partibus constat
& vnica conferatur gratia. Responderur, con-
certationem forsan potiùs ad nomen, quàm
ad rem pertinere. In primis hoc est certum.
quòd per absolutionem primi absoluentissi-
ue sit inferior siue superior, confertur sacra-
mentalis gratia. Vnde secunda confessio &
absolutio est prioris pfectio. Et ideo potest
dici vnicum sacramentum, & sustineri, quòd
per secundum sacramentum non augetur sa-
cramentalis gratia: quia prior fuit data in vir-
tute ambarũ absolutionũ. Attẽ siue sit vnũ
siue duo sacramenta verisimilius est, quòd per
secundam absolutionem augeatur gratia.
Quapropter si forsan pœnitens in priori cõ-
fessione non erat satis attritus, quia nõ habe-
bat sufficiens propositum, vt gratiam reci-
peret, & in posteriori est legitime attritus,
recipiet tunc gratiam. Alia verò dubitatio
cula posset hic obrepere, vtrũ ei, qui à casu
referuatis semel absolutus est, liberũ sit
postea quoties voluerit confessionem itera-
re, & ab eisdẽ absolui. Respondetur, quòd vir-
tute formæ commissionis non semper illud
licet: solent enim prælati in religionibus in præ-
cipuis festis sic indulgere facultatẽ. Possint
cras sacerdotes absoluere auctoritate mea, &
non vterius. Tunc enim transacto illo tem-
pore nullus manet confessor, qui auctoritatẽ
illam habeat audiendi: nam etiam ad absolue-
dum

Dubium.

Dubium.

dum à mortalibus semel remissis requiritur iurisdicatio, vt. q. 4. videbimus. Quapropter consultius est, non illis verbis facultatem illam concedere, sed vt, à peccatis hucusque commissis quicumq; possit absolui ab expositis confessoribus. Præsertim, q; secundum illam confessionis formam qui quacunque de causa non confitetur illa die, non potest postea absolui. ¶ At verò iam vsus interpretatur: vt qui semel à reuerentis absolutus est, possit ab eisdem absolui, nam intentioni reuerentis per priorem absolutionem fit satis. ¶ Hoc autè dubium est multò maioris ponderis, de quo dist. 12. q. 1. ar. 4. admonuimus, vtrum scilicet quando quis habet casum reseruatum, & habere tunc nō potest superioris copiam, possit per solam contritionem eucharistiam suscipere absq; absolutione. Haud enim defunt qui regulam de hac re statuunt ampliorē iustitiam: scilicet, quòd tunc licet eucharistiam sumere, ac si non esset sacerdotis copia. Est tamen prudentibus moderaminibus perstringenda. Primum omnium requiritur legitima contritio, vt homo sit certus apud Deum nō esse in peccato. Secundò si prælatus est præfens, vel facile conueniri potest, propter verecundiam vel alia de causa non licet ad eucharistiam sine eius absolutione accedere si verò, absens sit, vt putà episcopus, vel papa, & reseruatus casus annexam habeat excommunicationem, tunc neq; ad euitandum quodcuq; scandalum auerem id cuiquam consulere. Si enim sciretur esse excommunicatū, res est clarissima: puniretur nāq; qui id facere attentaret. Sed etsi secretò esset excommunicatus, grauisimum deberet esse scandalum cuius euitatio causa esse posset legitima suscipiendi sacramenti. Præsertim dū quis propter hæresim excommunicatus est, aut propter alium casum reseruatum in cœna domini. Si autem non habeat annexam excommunicationem, tunc nisi ad euitandum magnū scandalum, id non licet. Idque dum ratio fieri compulerit: fieri debet præmissa integra confessione apud inferiorem sacerdotem, cuius consilio vtatur, pollicitus illico bona fide superioris absolutionē procurare. Hoc verò nō nisi semel permittendū: nā si cui semel eucharistia sine absolutione superioris concessa est, id iterum permitteretur, offerretur ei ansa nunquam absolutionem procurandi.

Tertium argumentum. ¶ Circa tertium argumentum notandum, q; quamuis confessio sit de iure diuino, nemine

tamen prudētissimus & clemētissimus Deus cū graui periculo ad id obligauit. Quare vbi ex cōfessione mea periculum vitæ mihi immineret, aut periculum famæ, vt pote si timeatur, sigillum confessionis à confessario fractum iri, cōfiteri non teneor. Et multò minus teneretur homo in casu, quo metueret confessionem in præiudicium animæ cessuram. Vt si puella timeret nequam sacerdotem irritare, à quo postea de turpitudine sollicitaretur. Quocirca tūc si sacerdos ille curat⁹ pnis sit petēda est ab illo instāter facultas alteri cōfiteri, quam ipse iuxta tenorem canonis. Omnis vtriusq; sexus, tenetur cōcedere. Neque in hoc debent ordinarij esse difficiles, nisi dum eis bona fide confiteri parochianos nequiter talem facultatem petere, vt occasio nem accipiant persistendi in delictis. Quòd si eandem facultatem concedere renuerit, recurrendum est ad superiorem, vt ait D. Th. dist. 17. q. 3. art. 3. quæstiuncula. 4. ad quintum argumentum. Sed in hoc solum cōfiteri dubium, vtrum dum pœnitens habet plura peccata, & solum aliqua sunt, quæ periculum esset confiteri prælato, qui facultatē concedere renuit confiteri alteri nec accusus ad superiorem patet, vtrum tunc peccator abstinerere in totum debeat à confessione an verò salubrius sit illa duntaxat confiteri: quæ sine periculo potest. Plerique enim omnium tam arctum vinculum censent integritatis confessionis vt dicant tūc potius abstinerendum esse à confessione, quam illam dimidiandam. Imò Sanct. Thom. loco citato in eandem sententiam inclinare videtur dicens, quòd tunc quidem est iudiciū ac si non haberetur copia confessoris, & magis deberet eligere confiteri laico. Sed hoc quæst. 4. arti. 2. examinabimus. Et Caietanus in verb. confessio conditione. 10. & Syluester confessio. 1. §. 18. dicunt, q; debet differri confessio quousq; commodè possit fieri integra. Et re vera si id potest fieri commodè: ita faciendū est. At verò quando nulla expectatur commoditas, nulla vult ratio vt ob nequitiam sacerdotis subditus suo fraudetur cōmodo atq; adeò pōt illa cōfiteri, quæ sine periculo potest: quando quidem per ipsum non stat, quominus omnia confiteretur. Præsertim cum accedere posset illum esse duntaxat attritum, qui per absolutionem fiet contritus. Vnde glossandus est hic S. Th. q; illis peccatis quæ cōfiteri non tenetur, iudicandū est ac si tunc nō esset

esset copia confessoris. Quòd si scisciteris, vtrum illa, quæ non confitetur, teneatur dum commodè potest, confiteri alteri, an possit, vsq; in alterum annum differre. Dictū enim est supra, q; dum quis absq; mala fide aliquorum obliuiscitur, dum confitetur, non tenetur illa vsq; ad sequentem annum confiteri: ergo cum etiam iste legitime confiteatur: nō tenetur amplius illo anno confiteri. Respondetur autē, non esse simile, quoniā ille legitime cōfessus est omnia, quorum memoriam habet, iuxta tenorem Florentini concilij: hic verò non est omnia confessus: quare sublato impedimento tenetur, habita oportunitate, illa confiteri.

Quartum argumentum. ¶ Ad quartum argumentum in primis respōdetur, vt ad præcedens. Quando. n. aliqua circumstantia mortaliter aggrauans, vergit in infamiam alterius personæ, adhibenda est diligentia ne fiat confessio illi sacerdoti, qui illam nouit, petendo facultatem confiteri alteri. Si verò necessario sit facienda confessio ei, qui personam agnoscit, sunt qui putant disidiū esse inter Caietanum in summa verb. Confessio, condit. 3. & cōm opinionē qd tñ nullū est. Et ideo respondetur duo. Primum est, q; si ex hoc quòd pœnitens confiteatur circumstantiā alterius personæ, aliquod illi periculū imminet, vel mortis, vel notabilis infamie tunc tacēda est circumstantia. Et hoc est quòd ait Caietanus. Vt si quis verbi gratia accessit ad vnicam sororem, vel ad matrem, & confitetur proprio fratri, qui improprio id dabit matri vel sorori reuelando secretū, vel flagitium vlciscetur in illis, tunc certè credo non est qui non fateatur præterundam esse circumstantiam, iuxta verbum Bernardi: quia cōfessio illa esset contra charitatē. Nā & ius naturæ, quòd à Deo etiā deriuatur, iubet honorari alterius & famæ & vitæ sicut honori proprio & vitæ consulere. ¶ Sūt quidem qui articulum mortis excipiunt, dicentes, quòd tūc non obstat tali periculo infamie alienæ debet moriturus circumstantiam illam complacere confiteri: nam tenetur ille criminis socius illud periculum famæ pati propter salutem morituri. Sed tamen rationem huius exceptionis non video: nam si ad salutem pœnitentis est necessaria illa explicatio circumstantiæ fit vt etiam citra articulum mortis sit necessariò explicanda. Si verò nō est vsq; adeò necessaria, in articulo etiam mortis est tacenda imò tunc plus tenetur infirmus consulere fa

ma alterius. ¶ At si nullum timeatur periculū huiusmodi, sed hoc tantum, quòd confessarius sciet personam, quam nouit, deliquisse, seruabit tamen secretū, tamen deinceps nō tanti æstimabit personam illam, tunc hoc nō obstante explicanda est circumstantia. Et hæc est sententia Sanct. Thomæ dist. 16. q. 3. art. 2. quæstiuncula. 5. ad quintum. Et Bonauentura dist. 21. in. 2. par. quæstionis. arti. 1. Et Durandus dist. 16. quæst. 4. & recentiorum omnium. Neq; Caietanus bene intellectus eidem sententiæ refragatur. Et ratio est plana, quòd cū confiteri omnia mortalia sit de integritate confessionis, nullatenus pœnitenti licet ob id solum circumstantiam mortalem tacere, ne confessarius sciat: eodem enim confessionis sigillo tenetur celare culpas aliarum personarū quo ipsius pœnitentis, ob idq; illud non est alios infamare. Præsertim, cum cōplices sua culpa in illud se periculum immerferint. ¶ Quādo verò alia persona est explicanda, nō quia fuit socius delicti, sed alia de causa, tunc multò maior est adhibenda cautela. Vt si quis confiteatur infamasse patrem aut prælatum de tali crimine, tamen dicendo verum, vbi a perit crimen patris vel matris. Tunc inquam maxima circumspectio vtēdum, vt primū bene examinetur an sit circumstantia necessaria confessionis, qualis, fateor, esse potest infamatio parentum de re grauisima, & ideo confitenda, non solum quando fuit mendacium: nam hoc notissimum est, verum etiam quando crimen parentum fuit verum, si fuit infamatio præter ordinē iuris. ¶ Imò addit eodem loco Bonauentura, quòd non solum ad exprimendam circumstantiā peccati proprii, verum etiam ad providēdum sibi remedium potest pœnitens reuelare aliam personā. Vt si puella ab aliquo molestè in turpitudinem sollicitetur, detegere illam personā potest in confessione. Quæquidem sententia verissima est, si tamen prudentia adsit. Et enim non solum in cōfessione, imò extra cōfessionem potest quisq; ad protegendam suam virtutem illud facere. Quin verò nō solum ei qui prodesse potest & non obesse reuelare id potest in tali casu, verum & illi, qui obesse potest: nam qui iniuriam alteri intonat, saltem quandiu in illa perdurat, ius perdit suæ famæ, ac perinde alter ius habet defendēdi se postquā reliqua remedia adhibuerit cum detrimento famæ alterius. At verò in confessione propter eius dignitatem & necessitatem

cessitatem ne fiat exosa, non tantum licet quam extra. Non enim inquam, sacerdoti facienda est reuelatio, ut ipse obfit alteri, sed solum ad capiendum eius consilium. Quapropter confessarius cauere debet omnino ne, etiam de licentia poenitentis extra confessionem eius negocium tractet, aut reuelat: faceret enim confessionis religionem odiosam, sed tantum consulat poenitenti quid debeat facere, ut ipse sibi prouideat. Quapropter vix contingere potest: ut deceat hac de causa in confessione reuelare personam.

Ad. 5. arg. Ad solutionem quinti argumenti meminisse oportet, quod poenitens in omnibus, que clauis non errante sacerdos ei iusserit, tenetur ei parere. Secus si errauerit clauis. Et ratio est, quia sacerdotes, ut supra diximus sunt constituti a Christo ordinarij iudices cognoscendi definiendiq; peccatorum causas in poenitenti foro per clauis scientia & potestatis. Quapropter ecclesia vim habet coercitiua, ut sacerdos possit poenitentem cogere, ut ei obtemperet, ut. d. sequenti. de iniungenda penitentia iterum dicturi sumus. Dum tamen clauis sacerdotis errauerit vim cogendi amittit. Ob idq; can. Quem poenitet, de poenitentia d. l. ille, qui confiteri vult admonetur, sacerdotem querere scientem ligare & soluere. Igitur quando confessor & poenitens sunt diuersae opinionis ait Conrad. de contractibus. q. 100. quem Adria. sequitur de confessione. q. 5. dubio. 7. Et fuit Gofredi & Canonistarum opinio, ut ait Syluester verbo. confessor. 3. §. 7. in quorum ipse est grege. Aiunt inquam isti distinguendum esse de sacerdote, sit ne ordinarius, cui officium incumbit absoluendi: vel delegatus. Si est, inquiunt, ordinarius, tenetur poenitentem absolvere, etiam si non secum consentiat, volens manere in contractu quem contra ipsius opinionem putat non esse usurarium. Et ratio huius est, quod postquam opinio poenitentis est probabilis excusat eum a culpa, & ideo ius habet absolutionem petendi, quam ideo plebanus tenetur impendere accommodando se ecclesiae, quae hanc opinionem, ut probabilem suffert. Si vero sacerdos non est ordinarius, sed qui confessionem sua sponte audiuit, ille, aiunt, non debet illum absolvere, quia postquam non tenetur, vltro facit contra propriam conscientiam, quare nullam ei iniuriam irrogat absolutionem negando. At vero distinctio haec sacerdotum nihil ad rem pertinet: sed hoc solum distinguere

sententia auctoritatis.

dum est, an opinio poenitentis sit probabilis inter auctores probatae auctoritatis, nec ne. Si enim hoc careat probabilitatis gradu licet sacerdos sit ordinarius curatus, nec tenetur eum, nec debet absolvere, veluti si qui prius clam contraxit cum aliqua sine consummatione copula, existimat quod potest manere cum secunda ex qua prolem suscepit. Si vero opinio illa est probabilis, tunc sacerdos siue ordinarius siue delegatus, cui liberum est confessionem audire & non audire, tenetur eum absolvere. Ut, verbi gratia, si Praetor habens in carcere vinculum quem euidenter scit esse innocentem, sed est tamen legitime probatus nocens & adhaerens opinioni Scoti, quod non debet eum occidere, confitetur sacerdoti sequenti opinionem Sancti. Tho. quod debet eum occidere tenetur nihilominus sacerdos eundem Praetorem in sua persistentem opinionem absolvere. Probatur, quia in tali casu poenitens est in gratia, & ideo sacerdos absolutionem denegans iure suo illum expoliat. Est namque fallacissima consequentia haec. Sacerdos hic non tenetur confessionem audire: ergo nec postquam audiuit, tenetur absolvere. Nam eo ipso quod conditionem acceptauit audiendi confessionem, praestrinxit se ad absoluendum casu quo poenitens esset dispositus. Accedit, quod postquam poenitens confessus est sua crimina, grauissimo onere premeretur, si quia sacerdos absolutionem ei suspendit, iterum confiteri cogatur. Vnde ad argumentum Conradi respondetur, quod sacerdos non ordinarius non magis facit contra suam conscientiam, quam ordinarius. Nam facere contra conscientiam non est facere contra speculatiua conscientiam, sed contra id, quod opere raret putat licitum esse facere: & quauis sacerdos existimet opinionem poenitentis esse falsam non tamen inde existimare debet, sibi non licere ipsum absolvere, siquidem propter probabilitatem excusatur ille a culpa. At vero scitabitur quispiam consequenter, vtrum liceat sacerdoti contra suam propriam opinionem poenitenti consulere. Ut si exemplo proximo inuerso praetor habeat opinionem S. Tho. quod debet vinculum occidere, quam etiam opinionem tenet sacerdos, qui frater est illius innocentis, vtrum contra propriam conscientiam possit consulere Praetori, ut illum non occidat. Profecto credo, non liceret, quia esset doctor dogmatis, quod credit esse falsum. Quod quidem in sacramento confessionis est sacrilegium

Ad Corra. argumentum.

Aliud dubium.

legium. In his autem multa opus est prudentia, ut qualitas tam sacerdotis quam poenitentis perpendatur. Nam si sacerdos est ignarus, non tanta ei fides debetur, et si, vice versa poenitens est doctus & creditur non sana fide tali opinioni adherere, non est absolue dus. Ut si plura habet sacerdotia curata quod scit viros omnes doctos reprobare, ob id, quod audiat curiales opinari esse licitum, non est in bona fide: atque adeo nec est absolue dus. Adde, quod saepe euenit ut prudens sacerdos si praesciat poenitentem his aut illis implexis contractibus esse inuolutum, eius confessionem audire recuset, & tamen si forte audiat, nihilominus absoluat. Sunt enim qui praescientes quae pluralitate parochiarum implicatum eius confessionem non audiunt: qui tamen si forte id audita iam parte confessionis intelligant, non audent absolutionem negare, nisi pluralitas sit excessiua, vel possessor indignus.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum confessio debeat esse secreta.



Primum argumentum.

Articulus sextus propositus est de confessionis secreto, & ideo arguitur quod non debeat esse secreta. Substantia enim confessionis, ut in eius definitione designatum est, non est nisi quod sit accusatio peccatorum ad obtinendam veniam virtute clauium: quod autem clam, aut palam fiat, accidentarium est, & arguitur quod sit expeditius, ut fiat palam. Finis enim confessionis, vnde id quod expedit iudicare debemus, est salus & emendatio poenitentis: si autem confessio fieret publice, erubescencia esset multo maior, atque adeo metus vehementior, ut homo a peccatis caueret, & praeterea iudicium publicum ecclesiae salubriora remedia aegroti animo adhibere posset: congruentius ergo fuisset confessionem non secretam sed publicam instituire. Secundum arguitur. Si confessionem expediret occulte fieri, sequeretur subinde necessarium, ut propria voce quisque confiteretur, atque adeo nec in verbis nec scripto, nec per nuntium, nec per interpretem licita esset confessio: quod est falsum, cum linguae defectus per alia instrumenta suppleri possit. In contrarium est & patrum sententia adstruentium debere esse secreta,

Secundum argumentum.

Part affirmatiua.

& vniuersalis ecclesiae mos id obseruantis. De hac re iam arti. 3. diximus quemadmodum haeretici catenam suorum errorum intexunt. Negant enim auricularem confessionem non ob aliam causam quam ut inde gradum faciant ad negandam vniuersalem confessionem occultorum criminum: nam si se mel obtinuerint non esse confessionem necessariam nisi publicam, statim eis ius naturae patrociniatur, ne occulta peccata in publicum proferantur. Quapropter Petrus ille Osomensis Hispanus condemnatus sub Sixto quarto his propositionibus suam telam texebat. Prima. Peccata mortalia sola cordis contritione delentur sine ordine ad clauis ecclesiae. Secunda. Confessio de peccatis in specie fuit ex aliquo statuto vniuersalis ecclesiae, non in re diuino. Tertia. Pravae cogitationes confiteri non debent poenitentes, sed sola displicentia delentur sine ordine ad clauis. Ex quibus demum colligebat quartam, quod confessio non debet esse secreta. Catholici ergo vice versa debent suam veritatem ordiri. Primum scilicet, quod omnium occultorum mortalium sit necessaria confessio. Ex quo fundamento facile colligitur solutio praesentis articuli. Ad re igitur duabus conclusionibus respondetur. Prima. Quae confessio sit secreta non est de eius essentia. Haec ex eius definitione satis constat, et enim dum modo quisque se clauibus ecclesiae confitendo subdat in remissionem peccatorum sacramento poenitentiae satisfacit. Secunda conclusio. Confessionem esse secretam est ad eius sustentationem necessariu, atque adeo fit ut eius secretum & poenitenti congruat, & sacerdoti confessionem audienti sit necessarium non solum ex iure pontificio, sed ex diuino colligitur. Probatur eonclusio. Legem naturae lex gratiae non destruit sed perficit: lex autem naturae docet & admonet ne occulta verendaque crimina in publicum nisi via iuris ad eorum vindictam proferantur, lex autem gratiae diuina iubet omnia peccata etiam occulta confiteri: ergo inde colligitur, confessionem debere esse secretam, alioqui renuente natura aut homines non possent, aut non nisi violentissime possent ad confessionem adduci: cum tamen diuina prouidentia iuxta cuiusque naturam & ingenium suauiter omnia disponat. Igitur cum haeretici nos interrogando perurgent, vbi secreta confessio in euangelio reperitur instituta, satis nobis est respondere, in euangelio collatas esse

Decisio articuli.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Ratio conclusionis.

ecclesiæ clauēs, & potestatem remittendi omnia peccata, quæ Deus remittit: ergo oīa etiam occultissima cordis, & hoc nō nisi per iudicium, quod causæ cognitionem requirit, & eius naturæ est ne occulta in publicū proferantur: ergo in euangelio est secreta confessio instituta. Et q̄ id non sit solūm de iure positio confirmatur: nam si hoc esset verum, posset nunc ecclesia præcipere, vt occultorū cōfessio in publico fieret, quod profectō falsum est: nam licet hoc non esset materiam omnino confessionis mutare, esset tamen sic eius modum variare, vt fieret intolerabilis.

Testimonia patrum.

Ad presentē ergo conclusionem confirmandam non alia sunt patrum testimonia exquirenda, quàm quæ articu. 3. ad probandum omnium peccatorum quantumcūq; occultorū cōfessionē esse necessariā, retulimus, vt Aug. Ambr. Hieron. Lactan. Cypria. Dion. demum atque Clementis, qui omnes palām affirmant confessionem occultorum, atque adeo cogitationum mētis esse necessariā. Et apud Euseb. lib. 9. histo. tripar. c. 35. narratur quæadmodum in primitiua ecclesia destinabatur presbyter bonæ conuersationis, qui se cretum seruaret, ad quem qui deliquerant accedentes delicta propria confitebantur. At verò quoniam illic præmittitur, illud visum fuisse Pontificibus, vt velut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta panderentur, cauillantur hæretici dicentes, illud de publica confessione intelligi. Est tamen iniqua glossa: quoniā vbi dicitur quod presbyter ille deberet secretū seruare palām docetur, confessionem fieri secretē. Sed dicitur in Theatro, & sub testimonio ecclesiastici populi: quia presbyter erat in ecclesia veluti in publico expositus, vt quicūq; posset ad illum accedere & peccata sua in aurem proferre: atque adeo idem presbyter, vt nunc moris est, de ciuium confessionibus testimoniū perhibebat.

Hæreticorum glossa.

Obijciūt autē oppugnatores huius auricularis confessionis canones complures, in quibus publicæ poenitentię fit mētio. Veritas autem est, quod in primitiua ecclesia quandiu feruente sanguine Christi familia eius in sinceritate & candore obedientiæ durauit de nonnullis manifestis peccatis iubeatur christiani publicam agere poenitentiam: imò nonnunq̄ sacerdotes in confessionibus illas poenitentias iniungebant, cauēdo ne confessionis sigillum rumpent. De quibus vtique publicis poenitentij articulo

præcedenti diximus, & dist. sequen. latius dicturi sumus. Colligere autem inde, non fuisse clanculariam confessionem omnium criminum, etiam occultorum, vafrices hæretica est. *Origeues.* **P**erspice apud Orig. ambas confessionum formas distinctas loco supra citato supra Psal. 37. Ait quippe, vide quid nos docet scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Quod enim tunc de occultorum confessione verba faciat, declarat subdēs. Fortassis sicut ij, qui habent intus inclusam escam indigestā, stomacho grauius imminet, si vomuerint, releuantur: ita etiam illi, qui peccauerunt. Si quidem occultant, & retinent intra se peccatum, intrinsecus vrgentur, & propemodū suffocantur ab humore peccati. Si autem ipsi sui accusatores fiāt, dū accusant se ipsos, & confitentur, simul euomunt delictū atq; omnes morborū digerūt causas. Tātummodò circūspice diligentiū cui debeas confiteri peccatum tuū. Cui debeas causam languoris exponere: vt ita demum, si quid ille dixerit, siue quid cōsiliij dederit, facias, & sequaris. Quis ambigat verba hæc ad priuatā, & secretā cōfessionē pertinere? Subdit autem paulō inferius, si intellexerit (scilicet sacerdos) & præuiderit, talem esse languorem tuum, qui in comētū totius ecclesię exponi debeat, & curari, ex quo fortassis: & cæteri edificari poterunt, & tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione, & fastidioso medici illius consilio procurandū est. Ecce quomodo quandoq; cōsilio confessoris fiebat confessio publica. Inualuit autē vsq; adeo ille vsus, vt quandoq; cogerentur homines poenitentia illā publicā agere. Quē quidem abusum retundit Leo Papa primus mille hinc retrō annis in epist. 57. ad episcopos Capaniæ. Et refertur, de poenit. dist. 1. c. quāuis: cuius verba sunt, Illam cōtra apostolicam regulā præsumptionem, quam nuper audiui à quibusdā illicita usurpatione cōmitti, modis omnibus constituo submoueri. De poenitentia: videlicet, quæ à fidelibus postulatur, ne de singulorū genere libellis scripta professio (vel confessio) publicè recitetur, cū reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicare confessione secreta. Quāuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis: qui propter Dei timorē apud omnes homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea, poenitentiam poscunt, non timeant publicare,

Origeues.

Abusus poenitentia publicæ subleuatus à Leone. Can. Quāuis, de poenit. dist. 1.

care, remoueatur improbabilis consuetudo, ne multi à poenitentia remedijs arceantur, dū aut erubescunt, aut timent inimicis suis sua facta referre. Sufficit enim illa cōfessio, quæ Deo offertur: tū etiam sacerdoti. Tunc enim plures ad poenitentiam poterūt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia contentis. Perpende in hoc canone rationem vetustissimæ eiusdemque occultissimæ confessionis. Cui alludunt, & verba canonis, quem poenitet. Si peccatum occultū est, sufficit referre in notitia sacerdotis, vt grata sit oblatio muneris.

Solutio. I. argum.

Ugitur ad primum argumētum, iam responsum est, confessionis secretū non esse de eius essentia, sed eius vsui necessarium. Quapropter et si dum in publico fieret, maior esset erubescencia, & metus: est tamen hominum languori consulendum, qui, vt Papa nos modo admonuit, si cogerentur publicè confiteri, à confessionis religione exterrerentur.

Quatuor disputand.

Secundum autem argumentum quatuor nobis disputanda membra offert, scilicet, de nutibus, de scripto, de internuntio, de interprete, de quibus nos S. Tho. dist. 17. q. 3. artic. 4. quæstiunc. 3. docuit, dicens, quod cum confessio, & actus sit virtutis, & pars sacramenti, potest quidem in quantum est duntaxat virtus, fieri, vel scripto, vel per interpretem. Potest enim peccator conscientiam suam tum per literas, tum etiam per internuntium amico fideli referre, à quo consiliū, vel auxiliū capiat. Hæc autem non est sacramentalis confessio. At quatenus est pars sacramenti actum habet determinatum, sicuti alijs sacramentis sunt determinatæ materiæ. Vnde sicut materia baptismi est aqua, cuius ad abluendum est frequentissimus vsus: ita & sacramentalis confessio debet fieri voce, quæ hominibus data est ad explicandam mentem. Ratio hæc non vtique demonstratoria est, sed vt cunque sua foria secundum præsentem materiam. Cū enim confessio, veluti absolutio, actus sit personalis: fit vt quæadmodum absolutio fieri non potest, nisi præsentem poenitentem, vt forma ipsa significat, absoluo te, ad modum, quo in consecratione demonstratur materia præfens, hoc est corpus meum, ita & confessio esse debeat actus quo presentis sacerdoti peccatorum nostrorum accusationem proponimus: presentibus verò voce propria loquimur, sicuti absentibus scripto, vel per nuntium. **P**rimum ergo mem-

Confessio per nutus.

brum quod in argumento tetigimus, est de nutibus, ad quod respondetur, quod tam lingua ignarus, quàm mutus, qui de religioe cōfessiois eruditus est, tenetur meliori quo possit modo nutibus confiteri: id enim affirmat d. Thom. loco citato, & eadem distin. Scot. et omnes. Et ratio est, quia nutus pro vocibus seruiunt quapropter pari iure, & mutus, & loquens ligantur. Dixerim autem meliori modo quo possit, non quidem quod teneatur summam diligentiam adhibere exquirendi effingendiq; nutus, quos sacerdos intelligat, fat. n. est illa præstare, quæ iudicio prudentū in re graui adhiberi debet. *Caietan.* in sum. verb. confessio. §. xi. excogitauit solertiam quandam necio an necessariā: nempe, quod si mutus aliquādo audiuit, & legere nouit, habere debet omnia peccata, quæ homines committere possunt, scripta, & postea in præsentia sacerdotis digito ostendere annuendo illa, quæ fecit. Nam illa scriptura, licet ab alio legatur, est secreta, vt pote per quam non cōstat, quis illa, aut quæ illorum fecit. At verò tanta diligentia non requiritur, sed satis est illa explicare, quæ bono modo potest, & de reliquis idem erit iudicium, quod de oblitis citra culpam.

Caietan.

Arguet hinc fortasse argutus quispiam sic contra hanc sententiam. Sequetur inde, quod si qui loqui scit, nō voce, sed nutibus confiteretur, confessio esset valida: erit enim integra, & habebit omnia quæ sunt de essentia: quandoquidem confiteri voce aut nutu essentia non mutat. *D. Tho.* quodlib. 1. art. 10. ait, quod licet mutus, nutibus, & scripto confiteri possit, nihilominus qui loqui potest, præcepto ecclesiæ tenetur confiteri voce: quod nisi facit, mortaliter peccat, atque gratiam non recipit. Attamen canon non habet hoc expressè, & ideo fortasse, quod oīa integrè & perfectè explicaret, non video cur non validam faceret confessionem. Imò, si modò contemptus non interueniret, peccataque essent explicatu faciliora, non video cur esset peccatum mortale, esset tamē interuenialia nō paruum, eo quod legitimus vsus est confiteri verbo, & erubescencia tunc esset minor. At verò si peccata essent, vel multa, vel implicata, vt vsurarum, aut simoniarum aut quæ ardua negocia tangerent, nequirent omnia nutibus explicari: atque adeo neque esset confessio valida. Et in hoc casu vera est opinio S. Tho. **S**ecundum membrum ar-

Dubium.

S. Thom.

gumenti est de scripto. Et S. Thom. dicit lo-

Confessio per literas.

co citato, quod sufficit muto confiteri scripto, vel per interpretem: non tamen dicit, talem confessionem esse necessariam. Et quidam Paludanus. lud. dist. 17. q. 2. tenet, quod per literas potest homo sacerdoti confiteri absenti, licet non teneatur, ut si peccator esset in carcere, vel ubi non posset confessarium accersere. At vero confessio hanc non solum non cadit sub obligatione, verum certe nec est valida: tamen ratio Scoti non sit convincens, videlicet, quod cum confessio debeat esse secreta, per epistolam ex natura sua est patula, quam tabellio, vel quicumque alius legere potest, & ideo modo ille est contra rationem confessionis. Enimvero cum, ut monstratum est, secretum confessio non sit de eius essentia, hoc solum, quod publice fiat non est sufficiens causa, ut sit invalida. Nam etsi quis confiteretur alta voce, ut circumstantes audirent, non proinde annullaretur confessio. Ratio ergo huius veritatis est, quam supra tetigimus, videlicet, quod confessio est actus personalis, quo homo presenti sacerdoti loquitur. Quapropter licet ab excommunicatione, & ab alijs censuris possit homo per literas absolutionem a Romano Pontifice petere, & obtinere, tamen absolutionem sacramentalem peccatorum non nisi praesens per confessionem. Accedit, & alia ratio, quod confessio debet esse talis, per quam sacerdos certus fiat, talia peccata poenitentem fecisse, quin etiam per quam possit eum convincere: confessio autem per epistolam non est huiusmodi. Nam sacerdos non est certus, an literae illae sint verae an verba ficta: Imo posset postea poenitentem negare suas esse. Adde, quod quando eum per rescriptum absolueret, fortasse iam tunc poenitens mutatus esset animo, ut indignus esset absolutione, & fortasse esset vita defunctus. Sententia est canonis. Quem poenitet, dist. 1. de poen. ubi exemplo eorum, qui a lepra curati iussi a Christo sunt ostendere se sacerdotibus, docetur corporali praesentia confitenda esse sacerdoti peccata, non per nuntium, non per scriptum, aut epistolam manifestanda, sed facie ad faciem. Si vero quis in praesentia sacerdotis scripto confiteatur, fieri potest, dupliciter uno modo ut poenitens scriptum tradat sacerdoti, qui legat, nihil poenitente voce, aut signo affirmante. Et haec quidem confessio eadem praefata ratione non est valida: quoniam per illas literas nihil poenitens affirmat. Si vero quum singula peccata sacerdos legit,

Paludanus.

Ratio.

Absolutio a censuris per literas obtinetur.

Alia ratio.

poenitens dicat se illa fecisse, vel nutu capitis si mutus est, annuat, tunc est vera confessio: quia locutioni aequivalet. Et in hoc casu Scotus glossat canonem. Qualis. 30. quaest. 5. ubi habetur, quod adulterae poenitentia per scripturam recipienda est. Quamquam profecto inhi non est glossa verisimilis. Nam poenitentia illic non accipitur pro confessione, sed sensus est, quod adultera a viro suo separata debet in habitu poenitenti vivere. De cuius poenitentia, si per scriptum confiterit, poterit maritus iterum, in domum recipere. Scribebantur enim peccata eorum, qui publicam poenitentiam agebant, ut patet in supra citata epistola Leonis. de poenitentia distinct. 1. cano. Quamvis. Qui autem in memoria subsidium proprio ore legit peccata sua coram sacerdote, citra dubium legitime confitetur. Non tamen debet merum legentis officium prestare, minueret enim vercediam, confessioni germanam. Sed debet postquam inspexit papyrum ore confiteri. At de internuntio nemo ambigit, quin confessio per ipsum facta nihil valeat, non illa solum causa, quia non est secreta, nam per interpretem valet: sed ob id, quod qui peccata sua nuntio narrat, qui sacerdoti referat, ille quidem non sacerdoti, sed nuntio confitetur: nuntius vero nemini. Quare nec sacerdos illa via, ut supra diximus, certior fieri valet alium illa peccata egisse, quippe quae ille negare potest. Tandem, ut de interprete dicamus, certum est licere cuique lingua ignaro confiteri peccata in praesentia sacerdotis per interpretem, quae utique confessio valida erit: est enim diversa ratio, quam de internuntio. Nam qui praesens est, verum loquitur sacerdoti, quippe qui nutibus potest, & debet significare se illa asserere, quae interpretes refert. His autem postrema adhibetur propositio contra quosdam dicentes, quod si mutus scripto confiteri potest, eodem confiteri tenetur. Asseritur, inquam, contrarium, scilicet, quod nemo tenetur, aut per scriptum, aut per interpretem confiteri. Ita locis citatis Scot. & Caiet. tenent, & Palud. eadem distinct. 17. q. 2. Et ratio est clara, quia eiusmodi confessio ex genere suo non est secreta. Quod enim scripsisti, licet manu teneas potest sacerdos subripere, vel tu ex incuria perdere, & multo est minus secretum, quod coram interprete profers. Atqui licet, quod clanculo fiat, non sit de essentia confessionis & ideo licet fiat publice, sit licita, tamen non est necessaria, quia Christus, cuius iugum suave est, & onus leve, noluit ut peccata nostra periculo infamiae nostrae exponerem, & non nunquam mortis, si publicitus esset nota. Restat tamen dubium, utrum interpretes, tanto arcto vinculo, quam sacerdos ad sigillum confessionis teneatur. Ad quod Scot. affirmando respondet, & Caiet. verisimiliter negando. Nam interpretes, inquit, non fungitur munere audientis, ut sacerdos, sed loquentis. Quare non se tenet a parte sacerdotis, sed a parte poenitentis. Adiecerim praeterea aliam rationem, quod cum confessio per interpretem non sit necessaria, nihil mirum, si Deus tanto rigore non compulerit interpretem, quanto sacerdotem. Fatendum tamen, quod si interpretes confessionem patefaceret, acriter esset puniendus, licet non illo rigore iuris, quo sacerdos. Si vero quis firmiter consilium, & remedium suae vitae procurans, confiteretur duobus simul sacerdotibus (quod licet nunquam sit necessarium, est tamen licitum) ambo ex aequo ad sigillum tenerentur. Imo nec inter se postea, nisi de poenitentis licentia, poterunt de eius peccatis colloqui.

Confessio per internuntium.

Confessio per interpretem.

Nota postrema sententia.

Dubium.

Alia ratio.

clanculo fiat, non sit de essentia confessionis & ideo licet fiat publice, sit licita, tamen non est necessaria, quia Christus, cuius iugum suave est, & onus leve, noluit ut peccata nostra periculo infamiae nostrae exponerem, & non nunquam mortis, si publicitus esset nota. Restat tamen dubium, utrum interpretes, tanto arcto vinculo, quam sacerdos ad sigillum confessionis teneatur. Ad quod Scot. affirmando respondet, & Caiet. verisimiliter negando. Nam interpretes, inquit, non fungitur munere audientis, ut sacerdos, sed loquentis. Quare non se tenet a parte sacerdotis, sed a parte poenitentis. Adiecerim praeterea aliam rationem, quod cum confessio per interpretem non sit necessaria, nihil mirum, si Deus tanto rigore non compulerit interpretem, quanto sacerdotem. Fatendum tamen, quod si interpretes confessionem patefaceret, acriter esset puniendus, licet non illo rigore iuris, quo sacerdos. Si vero quis firmiter consilium, & remedium suae vitae procurans, confiteretur duobus simul sacerdotibus (quod licet nunquam sit necessarium, est tamen licitum) ambo ex aequo ad sigillum tenerentur. Imo nec inter se postea, nisi de poenitentis licentia, poterunt de eius peccatis colloqui.

DISTINCTIO decimae octavae, Quaest. 3. De effectibus, & defectibus confessionis.

ARTICULUS. I.

Vtrum confessio liberet a morte peccati.



Partis negativa arguitur.

Variatio tertia est de effectibus, & defectibus peccati, circa quam tria sunt disputanda. Primum, de effectibus confessionis. Secundum, de confessione informi, & tertium de eius

ius iteratione. Arguitur ergo, quod eius effectus non sit liberare a morte peccati. Confessio contritionem praerequit: contritio autem, ut supra diximus, sufficiens est ad peccatorum remissionem: ergo per confessionem non liberatur homo a morte peccati. Secundo, quia si ex opere operato gratia sacramentalis per sacramentum poenitentiae conferatur, id potissimum absolutioni convenit, quae est usus clauium sacerdotum. In contrarium est, quod confessio, ut supra diximus, est pars sacramenti: sed sacramentum poenitentiae liberat a culpa: quia institutum est in remissionem peccatorum: ergo & confessio. Articulus hic ad explicandum movetur, quemadmodum, tam confessio, quam contritio, & absolutio gratiam conferat. Ad cuius intellectum recolendum ex superioribus est, quod tam contritio, quam confessio duplici modo considerari potest: scilicet, & qua ratione est actus virtutis: & qua ratione est pars sacramenti. Et quidem contritio quatenus est actus virtutis, iam supra dictum est, quemadmodum causa esse possit per auxilium Dei remissionis peccati per gratiam. Et eadem ratione confessio per modum meriti potest eandem gratiam augere. At haec consideratio non pertinet ad praesentem locum, sed solum quatenus confessio est pars sacramenti. Respondetur ergo sex conclusionibus. Prima. Confessio, quatenus est pars sacramenti, est partialis causa instrumentalis gratiae, per quam actuale peccatum remittitur post baptismum commissum. Probat, quia ad illum effectum sacramentum poenitentiae est institutum, cuius pars materialis est confessio: unde sicut in baptismo non solum per verborum formam verum & per ablutionem, quae est materia, confertur gratia: ita & in proposito per confessionem ratione adiunctae formae absolutionis. Id ipsum asseruit Divus Thomas. 3. part. quaestione. 86. articulo tertio, & in quarto distinct. decima septima quaest. tertia, articulo quinto. Sequitur secunda conclusio. Per confessionem in voto, quae in contritione includitur, fit saepe peccatorum remissio: nam quia legitima contritio propositum sacramenti poenitentiae includit: & voluntas apud Deum pro facto reputatur, eadem contritio habet, ut sit con-

Pars affirmativa.

Decisio articuli. Contritionis, & confessionis duplex consideratio.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

conuersio in Deum, licet tunc nulla sacramē talis gratia conferatur, sed per modum dun taxat conuersionis. Hoc patet per similitudi nem ad baptismum, qui in voto ad gratiam remissionis peccatorum sufficit. **¶ Tertia conclusio.** Per confessionem in re accedente absolutione contrito augetur gratia, attrito verò confertur prima. Vtraque pars per ean dem baptismi similitudinem constat: nam pariter hoc in remissionem peccatorum est institutum. Quare gratiam, si inuenit, auget, et si non inuenit, neque obex obstat, cōfert. Hanc verò secundam partem in subsequen tibus luculentiùs explicabimus. **¶ Quarta cō clusio.** Sacerdos siue gratiam augeat, siue pri mam conferat, verè absoluit, atque id nega re sententiæ euangelicæ dissonat. Hanc con clusionem. dist. 14. q. 1. arti. 3. contra Magist. Sententiarum satis stabiluimus, qui distin. 18. ait, sacerdotem non absoluerè, sed absolu tum ostendere. Est enim contra illud. Quod cunque soluēritis, & quorum retinueritis: nō enim, inquit. Quorum ostenderitis remissa, sed. Quorū remiseritis. Alioqui forma, Ego te absoluo, falsa esset.

¶ VViteless. quidem, vt est videre apud VValdensem tomo secundo de sacramen tali. capite. 144. ordinem horum verborum sic peruertebat, vt cum Christus dixit, Quod cunq; soluēris super terrā, erit solutū & in cę lis sensus esset. Nihil tu solues in terra, nisi qđ iā solutū fuerit in cęlo, & nihil tu remittes: ni si quod iam fuerit remissum. Est autem impudentissima peruersio: nam tunc nullam apostolis concederet facultatem: imò esset quasi irrisio, Nihil tu poteris absoluerè, sed to rum sine te ministro erit absolutum in cęlo. Quare nullas Petro tradidisset clauē aperiē di & claudendi regni. Verius ergo Aug. con tra in lib. de adul. coniu. Per clauē, inquit, ec clesiæ regni cęlorum nō dubitatur remissio fieri peccatorū. Et lib. de vera & falsa pœni. Ipsi, inquit, sacerdotes nostri plus iā possunt proficere quā veteres, qui lepra non munda bant, sed mundatos ostendebant, plus pos sunt contentibus parcere, quibus crimē re mittit dominus, scilicet per eos. Lazarū Chri stus, quem de monumēto iam suscitauit, ob tulit discipulis soluendum: per hōc ostendēs potestatem soluēdi concessam sacerdoti. Et li. 3. de sacer. Chry. Sacerdotes, inquit, antiqui lepram non mundabāt, sed mundatam ostē debant. At verò nostris nō corporis lepram,

verū animæ sordes non dico purgatas pro bare, verū purgare, prorsus cōcessum est. Quo circa in cōcilio Constā. in bulla Mart. 5. defi nitum est, sacerdotes per sacramēta remitte re peccata. Est ergo indigna glossa decreti il la super can. r. d. i. de pœni. quæ ait, neq; cor dis contritione neq; oris confessione pecca ta remitti, sed tantū gratia Dei. Nam etsi ne mo tollat peccata nisi solus Deus de consec. d. 4. can. nemo. idq; formaliter faciat per gra tiā tū illam instrumentaliter per sacramenta producit.

¶ Vnde ad argumentum supra factum non- nulli respondent, quòd dum homo con tritus ad sacramentum accedit absoluitur à pœna, vel, quemadmodum alij dicunt à pœ cepto cōfessionis. At verò solutiones istę nō consonant formæ, Ego te absoluo. Quare re spōdetur, qđ verè tunc etiā sacerdos absoluit à culpis: sensus. n. est, vt illic cum S. Th. dixi mus, Ego sacramentum absolutionis tibi im pēdo, cuius voto remissionem obtinuisti, & cuius virtus sufficeret tibi si modò eadē pec cata, si sine obice illa haberes, remitteret. Idē enim est sensus informa, Ego te baptizo quā do catechumenus in gratia existēs baptiza tur. Ad secundum respondetur, qđ confessio non liberat à mortē nisi dum accedente gra tia informatur. **¶ Quinta conclusio.** Confes sio cū absolutione nō solū à culpa, verū & à pœna liberat, tam æterna quā tēporali. Pro batur: nam dum liberat à culpa siue in re siue in voto applicetur, si nulli liberat à pœna æter na: quū aut applicatur in re tūc virtute clauū quod aiūt ex opere operato, remittitur pars pœnæ quæ erat in purgatorio luēda siue cul pa fuerit per cōtritionē remissa, siue tūc per sacramētū remittatur. Imò tā parua esse po test, vt totam remittat. Probat, quia vis cla uium ad culpam se extendit & pœnā, vnde licet tam per contritionem quā per confes sionem per modū meriti aliquid pœnæ tēpo ralis remittatur: tū superueniēte absolutione plus virtute clauū condonatur. **¶ Sexta con clusio.** Per sacramētū pœnitentiæ ianua pa radisi referatur, vt per baptismū & spes sub inde tribuitur salutis: quando quidem ob staculū introitus regni non est nisi peccatū, quod sacramētalis confessio & absolutio tol lit. At qui spes salutis nostræ in Christo sita est, cuius clauibus se homo per confessio nem subijcit.

ARTICVLVS. II.

Vtrum confessio possit esse informis.

Partis negatiue argumētum primū.



Irca defectus confessionis arguitur, quòd nō possit esse in formis. Confessio est vna triū partium sacramenti, sed con tritio, & satisfactio nequeunt esse informes: nam detestatio peccati, vt supra diximus, non est contritio, nisi gratia in formetur, & impletio pœnitentiæ, vt dist. seq. videbimus, non est satisfactio nisi ex gratia procedat: ergo & accusatio peccatorum, quanuis habeat alias condiciones, nisi fiat in gratia, non erit confessio. **¶ Secundò arg.** Ac cusatio, quæ fit ore debet cordi fideliter cor respondere, vt sit sacramentalis confessio: dū quis autē in peccato confitetur, os cordi non consonat: quia quod ore cōdemnat, corde ap probat. Adde, qđ qui sic confitetur mortuus est per peccatū Eccl. vero. 17. legitur. A mor tuo, velut qui nō est, perit cōfessio. **¶ Et potissimū omnium arguitur tertio.** Dictū est. d. præced. q. 2. arti. 6. præceptum esse de contritione, idemq; præter articulum mortis obli gare dum occurrit confessionis præceptum: ergo confessio quæ fit sine contritione vera aut existimata quæ sufficit ad gratiā non est valida. **¶ In cōtrarium est,** qđ cetera sacramē ta, vt de baptismo, & eucharistia diximus, possunt esse verè sacramenta, licet à ficto re cipiantur, qui gratiam propter obicē nōn suscipit: quo fit vt idē accidat sacramēto pñe. **¶ Titulus articuli huius,** qui est S. Thom. d. 17. quæst. 3. articu. 4. anceps est. Potest enim esse sensus generalis. Vtrum talis defectus ac cidere possit cōfessionī, vt fiat non modò in formis, verū & inualida. Et hūc neq; in du biū cadit, neq; ad nostrū attinet propositū. Potest enim ex parte pœnitentis, vel de defectu intētionis, vel quia non fit integrè, vel alijs de causis irrita fieri confessio. Præterea ex parte sacerdotis, absolutio esse pōt nulla, quia legitimari non habet, vel intentionem, vel iurisdictionem absoluēdi. Secundus sen sus est ad rem pertinens præsentē: videlicet, vtrum possit esse legitima confessio quoad substantiam sacramenti, licet effectu gratiæ careat: quæadmodum de baptismo & eucha ristia dictū est. **¶ Circa hūc verò sēsū adno tādū est,** quòd nullum aliud sacramentorū dicitur informe, & si effectu careat, sed ineffi

Secundū ar gumentum.

Solutio argu

Quinta con clusio.

Conclusio.

cax. Nam etsi omnia sint causa gratiæ, nul lum tamen eandem in se recipit, quia eorum materia est res extrinsecus suscipienti appo sita. In hoc verò est peculiare, quod cum cōfessio, quæ est actus pœnitentis, sit materia sa cramenti, dicitur informari gratia, & charita te, quæ sunt effectus sacramenti: atque adeò dum sacramētū est inefficax dicitur infor mis. **¶ De hac ergo quæstione duæ sunt ex-** tremæ opinionēs, in quarum medio consi stit veritas. Est enim vna opinio in vno ex tremo, cuius fautor est Ioannes Maior. in. 4. dist. 17. q. 3. & expressiùs quæst. 9. Sed expli catus Adrian. quæst. 5. de confessione. du bio. 5. Hi enim auctores regulam generalem constituunt, quòd omnis confessio quomo docunque informis ob aliquod impedimen tum gratiæ est prorsus inualida, ac perinde iteranda. Quæ quidem opinio negatiuè sub inde ad quæstionem respondet, scilicet, non posse confessionem seruata substantia sacra menti esse informem. Imò verò ad hoc vt cōfessio sit valida, requiritur, inquit, vera cō tritio pœnitentis, per quam iam accedat cū gratia: atq; adeò, secundum hanc opinionem nemo potest ex attrito per sacramentum fie ri contritus. Alia est opinio cuiusdam Benar di de Ganaco, quā Capreolus refert. d. 17. q. 2. tenentis per alterum extremū: quòd nul la confessio: dummodò sit integra ex defe ctu contritionis sit irrita. Quare licet nulla, inquit, prorsus adsit contritio neque attritio, est valida neq; vlla est obligatio eiusdem ite rande. Hæc igitur opinio affirmatiuè respō det ad quæstionem. **¶ Veruntamen inter has** opinionēs media via est legitima: atq; adeò ad quæstionem duabus conclusionibus re spondēdum. **¶ Ad quarum intellectum supponendū est,** quòd confessio, quæ non est valida quantum ad substantiam sacramenti nec informis dicitur neq; formata: quia non est cōfessio. Igitur quādo cōfessio dicitur ef se informis vel formata, supponitur esse con fessio, nisi qđ informis est imperfecta, & for mata per gratiam est perfecta. Hōc supposito, de confessione loqui possumus, aut qua ratione est actus virtutis, aut qua est pars sa cramenti. **¶ Est ergo prima conclusio.** S. Thom. loco ci tato. Confessio qua ratione est actus virtutis pœnitentiæ nō potest esse informis: quia cōfessio veluti contritio, qua parte est actio vir tutis, est actus meritorius. Quia nullū opus dicitur

Dua extre mæ opinioes.

Ioan. Maior.

Regula.

Decisio quæstionis.

Prima con clusio.

Tertia cōclu sio.

Quarta con clusio.

VViteless.

Aug.

Chrysost.

dicitur simpliciter aut est officium virtutis nisi sit Deo acceptum, atque adeo ex charitate procedat, quæ est principium merendi. **Secunda conclusio eiusdem S. Thom.** Confessio quatenus est pars sacramenti, potest quantum ad substantiam esse vera confessio, & nihilominus informis. Probat. quia confessio prout est pars sacramenti nihil aliud est quam quædam accusatio, qua homo suam conscientiam sacerdoti clauibus ecclesie fungenti fideliter manifestat. Potest autem peccator in peccato persistens cuncta sua peccata fideliter sacerdoti patefacere, subdendo se illi, vt remedium ei prouideat: ergo potest confessio esse informis. Nempe vt sit impletio præcepti absque effectu gratiæ. **Sed** quod ex falsitate contrariæ opinionis veritas elucecat, fundamentum Maioris est, quod iecit in. 4. di. 9. q. 1. de eucharistia, scilicet, quod quilibet existens in gratia sacramentum dignè, & meritorie sumit: quicunque autem in mortali suscipit, mortaliter peccat: si autem suscipiendo peccat, confessionis præceptum non implet, vt etiam Adrianus infert: atq; ideo iterum confiteri tenetur. Addit præterea Maior loco citato, distinct. 17. quod qui putat diligentiam sufficientem fecisse, eo ipso est in gratia. Et idem consequenter affirmare censetur, si putat vere se esse contritum. Quare eius confessio non potest esse informis. Illud autem suum primum fundamentum, vt supra distinct. 12. q. 1. artic. 4. monstrauimus, falsissimum est. Imò sicut quispiam in gratia existens, indignè potest accedere ad eucharistiam, si putet se esse in peccato: ita econuerso potest, qui est in peccato, si bona fide putet se fecisse sufficientem probationem, dignè accedere ad sacramentum. Non enim sequitur, si quis probabiliter putat se sufficientem fecisse diligentiam, & esse contritum, verè ita esse. Quando ergo isti arguunt, vel peccator dum accedit ad sacramentum fecit sufficientem diligentiam, vel non. Respondeo, non fecisse: sed negatur illatio, dum infertur; ergo peccat accedendo: quia potest inuincibiliter credere se talè fecisse diligentiam. Sed cū ex hoc rursus infertur, ergo iam est in gratia ante absolutionem: & hæc quoque consequentia negatur, quia peior est quam prima: est enim error dicere, quod ignorantia quæ excusat à noua culpa, sufficiat delere peccatum, in quo homo existeret. Actus enim intellectus non

Secunda conclusio.

Impugnatio alterius opinionis.

Adrianus Maior.

Autoris responsio.

sufficit hominè in gratia constituere, & multo minus ignorantia. Alioqui sequeretur, posse contingere, vt qui modo nõ est in gratia: absq; noua detestatione, & susceptione sacramenti per solam mutationem opinionis consequeretur illam: vt si quis modo non fecit sufficientem diligentiam & ita crederet, persuaderet verò alter ei, illam fuisse diligentiam sufficientem: tunc enim secūdu istos fit consequens, qd esset statim in gratia, quod est delirium. Item dicere, quod ad dignam susceptionem sacramenti prærequiritur digna contritio, & gratia, & quod sacramentum nunquam faciat ex attrito contritum, est vniuersali omnium doctorum sententiæ contrarietate. Quinetiã & catholicæ veritati quæ sacramenta gratiam conferunt iustificatricè vt. d. 1. q. 3. monstratum est, & in concilio Florentino. Qui enim negat ex attrito fieri contritum subinde negat vllū sacramentū gratiã conferre. Præterea, dicere, qd quicumq; cogitat se sufficientem fecisse diligentiam, sit subinde securus eã fecisse, est hoies nimium securus facere, sunt. n. aliqui tam desides & ignari, vt facile credat se sufficientem fecisse. Quinetiã, vt postremū verbū addamus, ex illa opinione fieret cõsequens, vt hoies esse certi possent, se esse in gratia. Nã si hæc est bona illatio, homo probabiliter putat etiã ad iudiciū prudentū se esse in gratia, ergo est in gratia: cū antecedeas cuiq; possit esse certū, sit vt conclusio sit certa. Colligitur ergo, qd confessio possit esse legitima, etiã si nõ fiat in gratia. **At** verò conclusio nostra plus affirmat, nẽpe, qd etiã si, nec per sacramentū conferatur gratia, quia culpa bili ignorantia homo putat se esse legitime dispositū, cū verè nõ sit, potest esse confessio esse valida. Cuius vtq; egregiã rationem meditat⁹ est loco citato S. Tho. Sequeretur. n. dato opposito, qd semper homo esset ambigu⁹, vtrū præceptū confessionis impleuerit. Si. n. verum esset, qd illius qui sine gratia accedit ad sacramentū neq; illa per ipsum suscipit, confessio nõ est valida: cū nullus sit certus in gratia suscepisse sacramentum, nõquã esset certus, confessionem fecisse legitimam, & præceptum impleuisse. Atque adeo sacramentum, quod nobis ad placãdas conscientias institutum est, illas potiùs turbulentia & tremore inquietaret. Accedit, quod vitæ norma ex prudentiũ more & vsu sumenda est: viri tñ prudentes licet certi esse neqant sint ne in gratia Dei, nõ subinde axiãtur dubij, an pceptū su-

Cõcilium Florentinum.

Ratio S. Tho.

maen-

medi sacramentum impleuerint. Adde tandem, quod omnia alia præcepta, vt charos honorare parètes, ieiunare. &c. possunt qd ad substantiã operis extra gratiã impleri, cur ergo non impleantur & præcepta suscipiendi sacramenta, quanuis obex adsit gratiæ. **Secundo** arguitur. Baptismus, vt supra diximus, si cõceptus est verè sacramentum, si recipiatur cum intetione suscipiendi quod Christus instituit, quanq obicẽ forte gratiæ in suscipiente reperiat: ergo id contingit in sacramento poenitentia. Scio Adrian. negare consequentiam: quia per baptismum imprimitur character non autem per penitentiam, atque ille non est iterabilis, vt poenitentia sacramentū. Attamen discrimen hoc nihil ad rem. Ratio enim cur hoc conuenit baptismi, non est nisi quia sacramentum & eius effectus sunt duæ res distinctæ. Et ideo nil vetat, quominus possit homo suscipere substantiam sacramenti cum obice gratiæ, quæ est eius effectus. Quare licet baptismus nulli imprimeret characterem, id ipsum nihilominus accideret. Veluti si sacramentum extreme vnctionis non imprimens characterem cū obice gratiæ susciperetur, nihilominus esset verè sacramentū. De altero verò extremo citatæ opinionis, quod scilicet, absque vilo profuso dolore qui sit, vel contritio, vel attritio, cõfessio sit valida dicem⁹ ar. pximo. **Ad** primum igitur argumentum respondeatur, quod cõtritio, & satisfactio fiunt coram Deo, in cuius conspectu nihil est solidum, & gratum, nisi quod ex eius charitate procedit: confessio autem, prout est pars sacramenti, sit homini, cui licet sit vicarius Christi, potest fieri legitima peccatorum accusatio, & ideo quanquam non fiat secūdu finem Dei præcipientis, atque adeo nec sit ei accepta, est tamen valida quantum ad substantiam confessionis, & sacramenti. **Quod** si in contrarium arguas: contritio est vna trium partium sacramenti, vt in concilio Florentino definitum est: vbi autem est cõfessio informis nõ est contritio: ergo illic nullum est sacramentum. Respondetur per eandem distinct. quod contritio, vt est virtus significat actum gratia informatum. Sed vt est pars sacramenti, quantum ad eius substantiam non dicit nisi ordinem ad sacerdotem, puta, detestationem, vt cõfessio sit peccatorum explicatiua, per modum accusationis. Vnde in concilio solū determinatur in

Secundum argumentum.

Adrian.

Primum argumentum.

Obiectio.

genere, quod contritio est pars sacramenti, quod autem contritio formata sit necessaria, vt sacramentum sit perfectum, & efficax, vel attritio sufficiat ad substantiam sacramenti, Theologorum scholis relictum est explicandum. **In** secundo argumento tangitur difficultas præcipua, vtrū ad sacramentum poenitentia, vt gratiam conferat, requiratur cõtritio in se, vel saltem in opinione peccatoris, vt putet se esse contritum, an verò sufficiat attritio etiam cognita. Et ratio dubitandi est, quia vt supra dist. 6. quæst. 1. arti. 7. constitutum ad dignè suscipiendum baptismum sufficit attritio, per quam tollitur obex vt gratia recipiatur, & d. Thom. 3. p. q. 79. artic. 3. expressè ait, quod potest quis dignè accedere ad baptismum habens conscientiam peccati mortalis. Et illico. q. 80. artic. 4. ad 2. æquiparare omnino videtur sacramentum poenitentia, & baptismi, dicens, vtrunque esse institutum ad tollendum febrẽ peccati. Atque adeo licet quis sciat, se non esse cõtritum, nempe dolere solū propter penas inferni, sicut ad baptismum dignè potest, ita & ad confessionem accedere. **Nihilominus** vt. d. 12. quæst. 1. artic. 4. ita & nunc fateor, id mihi persuaderi non posse. Nam etsi tam hoc sacramentum quam baptismus sit ad delendum peccatum institutum, diuersimodè tamen: Ille siquidem est institutus ad delendum originale, quod non propria voluntate contraximus, & consecutiue alia quæ cum illo simul inuenit: atque adeo est regeneratio in nouam vitã. Sacramentum verò poenitentia est ad tollenda peccata, quæ nos propria voluntate commisimus: & ideo baptismus non requirit aliam detestationem, quam quæ obicem gratiæ tollat: sed tamen hoc sacramentum requirit accusationem poenitentis, tanquam eiusdem sacramenti materiam, ac perinde detestationem, quæ eidem confessioni fideliter respondeat. Qui autem non se accusat offendisse Deum, non se legitime coram Deo accusat: ergo vt peccus ori fideliter consonet, requiritur detestatio peccati quatenus est offensa Dei. Saltem secundum iudiciũ poenitentis. **Secundo**, sacramentum poenitentia est eorum, qui cū per proprium actum & voluntatem auersi sunt à Deo, eadem voluntate in ipsum conuertuntur: at verò quem peccati quatenus offensa Dei est, non poenitet, certè non conuertitur.

Secundum argumentum.

Sententia aduersarij.

titur. Nam ad amicitiam refarciendā requiritur pœnitentia offensæ amico illatæ. Accedit demum, quod doctrina hæc de attritione, quæ in sacramentō fit contritio, licet sit vera, non est tamen ita multum vetus. Patres enim antiqui solum contritionem agnoscebant necessariam ad confessionem. Reuera enim qui mihi diceret non se pœnitere propter Deum, absolueri non auderet. ¶ Ugitur ad S. Tho. respondetur, quod in priori loco nihil de sacramento pœnitentiæ meminit, sed præcisè de baptismo dixit, quod potest quis que cum conscientia peccati mortalis ad ipsum accedere, quod nunquam de pœnitentia dixisse inuenitur. Quoniã nec causa, quã in baptismo assignauit, scilicet, quod est spiritualis regeneratio & ablutio, sacramento pœnitentiæ competit. Vnde ad secundam eius auctoritatem respõdetur, quod illic, quia solum faciebat comparationem ad sacramentum eucharistiæ, quod est viuentium nutrimentum, eatenus sacramentum hoc cum baptismo coniunxit, vt ostenderet hoc etiam esse institutum in remissionem peccatorũ: quod forma ipsa, Ego te absoluo, declarat. Sed tamen non inde colligitur, administrandum esse, nisi accusanti se offendisse Deum, in quo verum se dicere putat. Imò verò in 4. dist. 21. q. 2. ait, quod confessio de se operatur, præsupposita cõtritione, quæ culpã delet. Et in præsentiarum ad argumētũ, quod hoc loco tractamus, scilicet, quod in confessione oportet, vt os cordi concordet, respondet, quod is, qui absque contritione peccata verè narrat, cor habet verbis cõcors, quãtũ ad substantiam confessionis: quanuis discordest à confessionis fine. Et eodem modo respõdet ad illud Eccle. 17. f. quod ab eo, qui est in peccato confessio perit, quantũ ad fructum. Vnde colligitur, neminem accedere dignè ad confessionem, nisi iudicio suo sit cõtritus. ¶ Ad tertium respondetur, quod qui sciens se non esse contritum confitetur, non implet cõtritionis præceptum. Si verum est, quod dist. præcedenti diximus, esse tale singulare præceptum, idq; obligare dum ecclesia præcipit, confiteri. Secus si putet se esse contritum, ita vt sacerdotis iudicio, vt statim dicemus, veniat absolendus.

ARTICVLVS. III.

Vtrum informis confessio eatenus sit valida, vt non sit necessario iteranda.

Sententia auctoris.

Ad auctoritatem S. Tho.

Ad tertium.



D maiorē explicationē præcedentis articuli arg. quod nulla informis cõfessio sit valida, sed omnis sit iteranda. Primò. Actio ministri debet ad normã principalis agentis exerceri iudicium autem pœnitentiæ est ministri Dei: ergo debet iudicio Dei congruere, vt fiat, secundum eius motionem, qui est agens principaliter absoluens: confessio autem informis non fit secundum Dei motionem: ergo cum fiat eius ministro non est valida. ¶ Secundò. Si confessio informis esset valida, sequeretur, qd per ipsam impleteretur præceptum non solum ecclesiasticum verum & diuinum: cõsequens tñ inde apparet falsum, qd intentio diuini præcepti est hominis iustificatio, quæ per informem cõfessionem non fit. ¶ Tertio, si confessio informis esset valida sequeretur, quod etiã si quis sinistro fine confiteretur, confessio esset valida, vt si quis propter vanam gloriã confiteretur, imò propter peiorem finem, putã, vt Deus suos vsurarios cõtractus prosperaret: consequens tamè est falsum, & contra illam conditionem, vt sit pura quantum ad intentionem. ¶ Quarto. Si cõfessio informis esset valida, sequeretur, qd postea recedente fitione sacramentum præcedens suum fortiretur effectum: hoc autè priuilegiũ soli baptismo tribuitur, vt supra dist. 6. q. 1. ar. 8. ostensum est. ¶ In contrarium est, quod finis præcepti nõ cadit sub præcepto, & ideo potest absque gratia, quantum ad substantiam impleri: & pariter præceptum confessionis, quare tunc non est necessarium, vt repetatur. ¶ Quæstio hæc ad pusillorum conscientias sedandas est scitu necessaria. Scrupuli enim qui homines in hac re magis molestant, sunt de iteranda cõfessione. Vbi hoc primũ est iaciendum fundamentum, quod tria hæc mutuo se consequuntur, scilicet, confessionem esse validam, & per illam impleri præceptũ, saltem quoad substantiam, & non esse iterandam. Ob id enim, quod est valida, fit vt per ipsam præcepto satisfiat, ac perinde, vt non sit iteranda: & econuersò, eò quod non est valida, fit vt nec sit impletua præcepti, ac perinde, vt sit iteranda. ¶ Rursus est supponendũ, vt ait Caie. q. de cõfessione informi, quã ad tertiam ptẽ adhibuit, duo esse hic extrema vitanda. f. vt nec credatur oẽm informem cõfessionem esse validam, neque verò nullam. Quocirca iudicium, vtrum sit inualida non satis sumitur

Fundamentum notandum.

Notabile.

sumitur ex eo quod sit informis, sed penetrãdũ est ad causas, cur sit informis. In illis enim percipiendũ est quæ sit ficta, & nihilominus valida. Quinquã quæ inualida est, vt supra diximus, non est confessio: sed nũc non procedimus in tanto rigore. ¶ His suppositis ad quæstionem respondeatur sex cõclusionibus, discurrendo per oēs causas. Enimuerò, qd confessio sit informis, euenire potest, aut ex parte sacerdotis, aut ex parte pœnitentis. ¶ Sit ergo prima conclusio. Confessio, quæ fit sacerdoti non habenti, vel iurisdictionem, vel intentionem absoluendi, est inualida, per quam adeo non impletur præceptum, sed est iteranda. Probatur, quoniam absolueri non est actus solius characteris sacerdotalis, per quem sacerdos potestatem habet in corpus Christi verum, sed exigit præterea iurisdictionem, quia absolueri, vt q. sequ. repetemus, est munus pastoris collatum Petro, quum Christus ei dixit, Pasce oues meas. Pasce autè actus iuridicus est, ac perinde absolueri ad iudiciũ atinet. Ex quo fit, vt etiam si quis bona fide cõfiteatur sacerdoti, quæ arbitretur habere iurisdictionem, cũ primũ rescierit eã nõ hẽre tenetur iterum confiteri eodem anno, quia cõfessio nõ fuit maioris valoris, quã facta laico. Et secundo subsequitur, quod potest confessio esse formata, & nihilominus inualida. Formata, inquam non per gratiam sacramentalem, sed per illam quæ datur virtute perfectæ contritionis. In casu enim præsentis qui bona fide illegitimo sacerdoti cõfiteatur, per ignorantiam tunc excusatur, quousque sciat non esse legitimum. Et ideo suo merito non fraudatur. Idemq; dixerim, de eo, qui est ab eadem iurisdictione suspensus, vel excommunicatus nominatim, aut propter manifestam clerici percussorem, iuxta decretũ Constantien. concilij. Nã vt dist. 1. q. 5. art. 6. diximus, alios excommunicatos euitare nõ tenemur, etiam si sciamus esse excommunicatos. Et ideo absolutio ab eis impensa tenet. Secus si minister non habuit intentionem absoluendi, absolutio est nulla. Sed hac sollicitudine nemo debet perturbari: nam nisi manifestissimè constaret, sacerdotem non habuisse intentionem absoluendi, certus pœnitens esse debet illam habuisse. ¶ Ex parte verò pœnitentis confessio fit informis, aut ex defectu intentionis, aut ex defectu integritatis confessionis, aut ex defectu contritionis. ¶ Sit ex

prima conclusio. Quæ est inualida confessio, ex parte sacerdotis.

Quæ ex parte pœnit.

secunda conclusio. Si deest pœnitenti intentio suscipiendi sacramentum ecclesiæ, cõfessio est nulla, & ideo est iteranda. Et semper intelligitur eodem anno, quia per illam non impletur præceptum ecclesiæ. Conclusio est clara, quia, vt in baptismo diximus, intentio suscipiendi est de essentia sacramenti. ¶ Tertia conclusio. Cõfessio per se, & ex intentione dimidiata est nulla, neque impletua præcepti, sed iteranda. Quod autem dicimus ex intentione p se. q. præcedẽ. art. 5. explanatũ est, dimidiatio enim & mutilatio per accidens, in casibus iure permisis, quos illic enarrauimus, confessionem non vitiat, quia truncatio illa non fit ex intentione, & voluntate celandi aliqua peccata, sed ex necessitate. Neque verò si illa præmittantur, quæ non sunt de necessitate confessionis, vt venialia peccata &c. ¶ Animaduertendũ hic tamen cum Caie. in summa ver. confessio, conditio ne. ro. bifariam contingere, vt confessio mutiletur, & dimidietur. f. directè, & indirectè. Directè enim mutilatur, dum quis ob verecundiam, aut ex pusillanimitate, vel alia de causa mortale aliquod peccatum, & circumstantiã inter confitendum silet, & hæc est mutilatio sacrilega, atque adeo peccatum per se non nõ confessionem faciens irritam. Et eadem ratione si consultò diceret, nolo facere diligentiam more illorũ, qui nolunt intelligere, vt benè agãt. Hæc enim directæ est etiam dimidiatio, sicut cum consultò tacetur peccatũ. Secundò potest contingere indirectè, nempe dum homo ex culpabili negligentia omisit legitimam indaginem facere peccatorũ. Negligentiã enim, quando est crassa, reducitur in naturam actus. Cũ enim quis incautè occidit hominem, licet minuatur quodammodo culpa, nihilominus est homicidium, ob defectũ diligentia, quæ faciẽda erat. ¶ Sed est hæc tamen valde annotandum, quod non omnis negligentia, quæ homini culpam impingit ne fructum sacramenti suscipiat, proinde reddit confessionem inualidam, sed distinguere oportet. Enimuerò dum negligentia adeo est crassa, & supina, vt nulla prorsus reputetur, illa confessionem annullat, perinde ac si homo nollet facere diligentiam. Sunt enim homines adeo vecordes, & desides, vt videntes se plurimis criminibus implicatos ferè nullam faciant diligentiam, quod perinde est ac si nollet facere. Quando verò homo facit diligentiam, quæ apparet sufficiens,

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Confessio dimidiatur directè, & indirectè.

Neglectus indaginis

Notandum.

ficiens, sed reuera nō est sufficiens, vt art. præcedenti dicebamus, tunc licet culpa lateat, vt confessio maneat informis, nihilominus confessio est valida, quia non est ex intentione dimidiata. Itaque licet negligentia sit culpabilis in explorando iure, aut facto, nisi sit nimium crassa, quamuis poenitēs peccatum omitterat mortale in confessione, siue ex ignorantia facti, quia nō recordatur illius, siue ex ignorantia iuris, quia non putabat esse peccatum, non tenetur confessionem repetere, & iterare, sed satis est, dum intellexerit diligentiam non fuisse sufficientem, negligentiam confiteri, idque anno sequenti. Nam postquam illo anno validam fecit confessionem, absolutus est à præcepto. ¶ Restat ergo dubiū, an ex parte contritionis confessio vsq; adeo sit inualida, vt sit repetenda? Ad hoc respondetur quarta cōclusionē. Vbi nulla profus est, detestatio peccati, quæ aliquo saltem modo sit attritio, nulla est confessio, siue fictionem illam homo confiteatur, siue ignoret putans satis se esse dispositum. Talis enim est impoenitentium confessio. Conclusio est Capreoli loco citato, dist. 17. q. 2. contra illum suū Bernar. & Duran. q. 13. & Caiet. q. citata, de confessione. Et ratio est, quia vbi nulla est contritionis scintilla, confessio ipsa nō habet accusationis imaginem, sed est simplex quædam peccatorum narratio, & simulata accusatio. ¶ Quinta demum conclusio sit. Vbicunque est aliqua detestatio cum aliquo, proposito mutandi vitam, quamuis illa non semper nec per se, nec per sacramentum ad gratiam sufficiat, erit validum sacramentum, si reliqua quidem concurrant, quæ sunt de essentia sacramenti, vt intētio, integritas &c. Dixerim, cum aliquo proposito: quia cum contritio, & dolorem includat præteriti peccati, & propositum in futurum, qua ratione vbi nulla esset detestatio, annullaretur confessio, eadem itidem ratione, si nullum esset propositum mutandi vitam. ¶ Dubium tamen omnium præcipuum hīc à Caiet. & alijs interpretibus S. Tho. silentio præteritum video: quomodo scilicet intelligatur conclusio S. Tho. præcedentis articuli, & hæc modo asserta, de confessione informi, quæ nihilominus est valida: vtrum hoc intelligatur etiam vbi non accedit absolutio. Videtur enim Caiet. sentire atq; alij, quod si quis integrè confiteatur cū aliquo dolore insufficienti, quæ dicitur fictio, dummodo eandem confiteatur fictionem,

Informis ex parte contritionis.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Præcipuum dubium.

vt confessio fiat integra, tūc confessio est valida. Id quod confirmari posset ex canone. Omnis vtriusq; sexus. de poeni. & remis. vbi iubetur, vt sancta eucharistia in paschate accipiat, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus poenitēs duxerit abstinendū. His enim verbis denotari videtur, quod ille tunc non est absoluendus, & nihilominus satisfecit præcepto. Præterea accedit expressior canon, quod quidam. eodem tit. vbi Alexā. tertius iubet, confessionem illius admitti, qui dicit se à peccato abstinere non posse. Quo casu manifestum est, illum non esse absoluendum, & nihilominus videtur præcepto satisfacere. ¶ His tamen non obstantibus subiungitur sexta conclusio. Confessio, quam non subsequitur absolutio, licet possit vtiliter fieri, nequitiam tamen est valida ad complendū præceptum: imò est iteranda. ¶ Est enim animaduertendum, quod quodocumq; sacerdos intellexerit, poenitentem non esse legitime dispositum, vt gratiam sacramenti suscipiat, nullatenus potest eum absoluere. Esset enim sacrilegus error, eum absoluere, qui noscitur à Deo non absolui. Contra verbum Christi, quorū remiseritis, remissa erunt. Et quod solueris super terram, erit solutum & in celo. Et ideo qui fictè accederet ad confessionem, nisi fictionem confiteretur dicens, se nō esse dispositum sacrilegus esset, & dimidiator confessionis, & sacerdotis seductor, qui posset eum tãquam idoneum incassum absoluere. Si verò fictionem confiteretur, posset aliqui opinari, quod licet nō absolueretur nihilominus per talem confessionem impletur præceptū ecclesiæ. postquam homo iam facit, qđ sua pro fragilitate pot. ¶ Cōtra hoc autem asserta est sexta hæc conclusio. Et probatur ex intelligentia eiusdem canonis, Omnis vtriusque sexus. Dum enim omnis illic christianus iubetur, vt confiteatur semel in anno, idem est, confiteatur, quod sacramentum poenitentiae suscipiat: nam cum illico subiungatur, & sacramentum eucharistiæ suscipiat, illic docemur in simili sensu dixisse, confiteatur, id est, sacramentum suscipiat. Et confirmatur hoc, quia si dixisset, baptizetur, aut confirmetur, planè intelligeretur, idē esse quod sacramentum baptismi, & confirmationis suscipiat, Eodem ergo modo, quia homo ex se ad suscipiendum sacramentum poenitentiae nō aliud debet facere, quàm confiteri

Canon, quod quidam.

Sexta conclusio.

Observa.

feri, dictum est confiteatur, pro eo quod est, sacramentum suscipiat: at vbi non accedit absolutio nullum est sacramentum: ergo huiusmodi confessio non est valida ad complendum præceptum. ¶ Quod si arguas finis præcepti non cadit sub præcepto: sed absolutio est finis confessionis: ergo potest impleri præceptum confessionis sine absoluteione. Respondeatur ad minorem, quod & si absolutio in hoc sensu dicatur confessionis finis, quod confessio sit, vt subinde absolutio fiat, nihilominus totum sacramentum ex ambabus partibus cōstans, est medium ad obtinendā gratiam qui est eius vltimus finis: & ideo confessio quæ cadit sub præceptum est illa, cui iudicio sacerdotis debet adiungi absolutio: adeo autem gratiæ non cadit sub præcepto: Quamobrem confessio informis, quam quis putat esse legitimam, potest esse valida. ¶ Secundò, probatur conclusio per similitudinē ad baptismum, & alia sacramenta: nam baptismus ob id est validus etiam dum à ficto recipitur: quod suscipitur totum sacramentum cū materia, & forma. Atqui si eum, qui baptismum petit, constaret esse in peccato, cuius obicem opponeret gratiæ, nullatenus esset baptizandus, licet si re vera baptizetur cum legitima intentione, vel quia poenitens obicem suum celat, vel quia sacerdos errando baptizat, sit nihilominus validus. Pari ergo iure confessio informis non est valida nisi, vel ex ignorantia sacerdotis, aut poenitentis absolutio accedat. Sed est discrimē, quod quia in baptismo nulla requiritur confessio licet q baptizatur malignè occultaret suā fictionē, nihilomin⁹ sacramētū teneret: hūc verò minimè, quia confessio truncā tunc esset & dimidiata. ¶ Tertio, Præceptum contritionis, vt dictum est, simul currit cum confessione, præsertim tempore, quo ab ecclesia iussa est confessio. Quare tūc requiritur, vt qui confitetur eū dolore hēat, vel sacerdotis iudicio habere putetur, qui cū sacramento sufficit: per illum nanq; dolorem arbitror tūc impleri contritionis præceptum. Igitur q nō censetur absoluteione indignus, præceptum contritionis non implet, atq; adeo, nec confessio. ¶ Quarto, Quod eadem sit in præsentiarū sententia S. Tho. probatur. Primò ex eius loquendi mō. s. q. confessio informis excedit fictione suū habet effectum: vbi insinuat confessionē informē esse materiā sacramēti per absoluteionē: alioqui nunq; fortiretur effectū.

Argumentū.

Secundum arguementum.

Tertium arguementum.

Quartum arguementum.

Itē id colligitur ex eius rōne. Ait quippe confessionē informē posse esse validā: quia alias, cū null⁹ sciat charitatē habere, nunq; hō sciret se esse cōfessum: totū ergo defectū ponit in defectu gratiæ, nō in defectu absoluteionis: nam q scit se nō esse absolutum, nil mirū si sciat se non legitime esse confessum. Nullū ergo dubium, quin S. Tho. nunq; censuerit confessio ne informē esse validam, nisi cui adsit absolutio. & ita tenendū. ¶ Vnde ad primū arguementū negatur, confitentē facere quantum debet, quousq; sic confiteatur, vt iudicio sacerdotis absolueretur. Nā quāuis oēs, dum confitentur accusent se nō fecisse diligentiam, neq; esse pro dignitate paratos, illud tñ non est consuetū intelligi, nisi ad exaggerandā humilitatē, & reuerentiā, quæ sacramento debetur: quo igitur verbo non obstante censetur poenitēs dignè accedere. ¶ Ad canonē, Ois vtriusq; sexus respondetur, q licet quandoq; poenitenti sacerdos consulat abstinere ab eucharistia in tēpus, non inde colligitur, q nō eum tunc absoluat. Nā aliæ causæ intercedere possunt abstinendi. Secundò, licet aliqua causa interueniat differendi absoluteionē, nō subinde fit consequens, vt confessio sine absoluteione sit præcepti impletiva, imò contrariū in fauorē præsentis cōclusionis elicitur. Enimvero quoties absolutio differtur nullus arbitratur se satisfecisse præcepto quousque ex consilio sacerdotis occasiones peccadi auferat, vt tandē absolueretur. Hic enim est mos vniuersalis ecclesiæ, quod prædicta cōclusio solidè confirmatur. ¶ Decretū verò canonis, quod quidam, nonnulli existimāt, confessionē illā impoenitentis recipi tanq; præcepti impletivā: planè mihi videtur, saluo aliorū iudicio, contrariū docere. Verba enim decreti sunt. Eorum confessionē (s. non valētū abstinere) recipere debet: & eis de criminibus consilium exhibere quia licet nō sit vera eiusmodi poenitentia, admittenda tamē est eorū confessio, & crebris: & salubribus monitis poenitentia indicenda. Intelligit ergo textus, illam non esse poenitentiam, quæ fieri debet secundū præscriptū ecclesiæ, sed esse vtilē, tum propter humilitatē, & verecundiā, & obedientiā, tum etiā, vt homo inducatur ad legitimā faciendā confessionē, quā secundū ritum ecclesiæ tenetur facere. Quare ille non propriè est fictus, quia suū expandit pectus. Neq; petit absolui. ¶ Ex his ergo colligere quisq; potest casus, quibus vsu venire potest, vt confessio iuxta

Argumento rñ respōsa.

Canon, quod quidam.

Casus confessiois informis

sententiam D. Tho. in precedenti articulo. Plures enim in praefata quaestione Caietan. atq; alij congerunt. Primus quem ille ponit est, quando quis dolet, & odio habet peccatum, sed non supra omne odibile, vt proponat pro nulla re mundi iterum peccare. Et cogitat plerisque sic confiteri, non tamen obtinere gratiam, licet adimpleant praecipuum. At vero non sic auferem conturbare conscientias, quia illae comparationes non sunt factu necessariae, vt dist. praecedent. q. 2. dicebamus, sed sat est absolute dolere de offensa Dei, vt confessio sit fructuosa. ¶ *Primus casus.* Primus igitur casus est ille superius positus, dum quis putat se fecisse sufficientem diligentiam, quae tamen non fuit sufficiens, sed tamen cum sua credulitate absoluit eum sacerdos. Iam enim diximus contra Ioannem Maior. quod credulitas haec potest quandoque excusare hominem a noua culpa, licet peccata non deleat, & nunc etiam adijcimus, quod nec sacramentum cum tali credulitate sufficit; praeterquam quod potest esse culpabilis ignorantia, & tunc ipsa confessio erit peccatum, & nihilominus si tamen poenitens, quam sacerdos putant sufficientem fuisse diligentiam: potest absolutio subsequi, infueta tamen. ¶ *Secundus casus.* Secundus casus est, dum quis accedit cum dolose putans se habere legitimum propositum abstinendi, & tamen illud vere non habet, sed tantum conditionale, vellem, si bono modo possem abstinere a peccato, quale est impoenitentium propositum. Quando enim attritio hac infirmitate propositi claudicat, licet absolutio accedat nunquam tamen sufficit ad gratiam. Nam quicquid sit de dolore, propositum tamen semper debet esse absolutum. Et hoc forsitan Caieta. appellauit odium peccati, sed non supra omne odibile. Atque hoc genus informis confessionis vereor, ne sit multum frequens in vulgo. Quare in legitimo proposito persuadendo deberent sacerdotes solutio insulare. ¶ *Atqui meminisse oportet ex superioribus* contritionem ab attritione nulla intensione differre, sed solum obiecto: detestatio enim peccati sub ratione offensa Dei sub quacumque intensione est contritio, quae si fiat per speciale auxilium Dei, per se sufficit ad gratiam: si vero per vires naturales, arbitror cum sacramento satis esse, sicuti attritionem. Dolor vero peccati propter poenas inferni, quantumcumque intensius, non est nisi attritio. Est autem poenitentia per quam difficile dignoscere, quando vnum


habeat, quandoque alium dolorem. Et ideo confessarij non debent ita multum incumbere, vt cum plebeijs poenitentibus discutiant, ex quo fonte eorum dolor nascatur, sed satis est eos admonere, quod debet nasci ex amore. ¶ Scio quosdam nec sine probabilitate de huiusmodi attritione distinguere, quae si sit propter poenas inferni, sufficit cum sacramento: quia illic Deo timetur, vt ultor, & inflictor illarum poenarum: quum tamen dolor ex timore detrimentorum temporalium nascitur, vt timore honoris, aut infamiae, aut mortis, aut iacturae bonorum, aiunt, neque cum sacramento sufficere ad gratiam, tamen si confessio sit valida. At vero probabilius fortasse dicitur, quod cum ille timor sit bonus, quia illa sunt vere mala, & a Deo, licet per causas naturales inflicta: illa attritio dummodo existimetur contritio adiuncto sacramento sufficit.

¶ *Ad primum argumentum.* Ad primum igitur argumentum respondetur, quod in confessione informi consideratur & ipsa confessio, quae est actus poenitentis, & absolutio, quae est actus sacerdotis. Concludit igitur argumentum, quod sacerdos non debet poenitentem absoluere, quem scit non esse idoneum, vt gratiam recipiat, vt iam retro monstrauimus. At vero confessio informis fit ex motione Dei, non quidem mouentis ad gratiam, sed confessionem iubentis: sicuti qui honorat parentes in peccato mortali, illud ex motione Dei, hoc est, iussu eius facit. Et ideo si putat se esse dispositum, & absoluitur praecipuum implet quo ad substantiam, sicut quod fictus baptizatur, licet neutrum impleatur ad intentionem praecipuentis. ¶ *Ad secundum argumentum.* Ad secundum argumentum conceditur per confessionem informem impleri praecipuum confessionis, non solum ecclesiasticum, verum etiam, diuinum quantum ad substantiam actus. Nam ecclesiasticum est diuini determinatio. ¶ *Quod si arguas,* intentione Dei iubentis confessionem fuit, vt per ipsam homo in eius gratiam reconcilietur: ergo absque illo non impletur praecipuum. Respondetur, argumentum concludere, quod non impletur ad intentionem, & finem praecipuentis, sed tamen quia finis non cadit sub praecipuo impletur quantum ad substantiam. ¶ *Ex his autem contra illa,* quae dicta sunt, exurgit argumentum. Per opus, quod est peccatum, non impletur praecipuum, vel Dei, vel ecclesiae, quae in suis praecipuis auctoritate Dei vitur: qui autem vel sciens, vel ex crassa ignorantia facit confessionem informem peccat, ergo per illam, quae est peccatum

Adrian.

catum, non implet praecipuum. Hoc argumentum loco citato Adrianus quaest. 4. de confessione negare conuincitur, vllam confessionem informem esse inuvalidam. Et pariter dicit, quod qui indigne suscipit eucharistiam in paschate non satisfacit praecipuo ecclesiae. Quinuoero eo prorumpit vt dicat, vt qui soluit res alienum eo animo, vt creditor eo male vtatur, non soluit praecipuum iustitiae. At vero negatur in primis illa eius maxima, imo per peccatum mortale potest quantum ad substantiam impleri praecipuum. Vt, dum quis vadit ad audiendum sacrum die festo intentione furandi: si verum audit, praecipuum implet: quanquam intentio eius grauius peccatum sit, quam fuisset omisio praecipui. Et negare, quod qui malo fine soluit debitum creditori, non satisfaciat praecipuo iustitiae, est rem inopinabilem dicere. Idem ergo contingere potest in confessione, dum quis vel non fecit diligentiam sufficientem, vel non habet sufficientes propositum, putat nihilominus dignè accedere, tanta enim potest esse ignorantia, vt peccet accedendo, & nihilominus satisfaciat praecipuo. Quando vero sciens accedit indispositus, si fictionem occultet, non implet praecipuum: quia dimidiat confessionem. Si vero adit praetatum suum non intentione, vt absoluitur, sed vt audita confessione consilium ei, & remedium adhibeat, iuxta tenorem capituli, Quod quidam, non peccat nouo peccato, imo facit actum obedientiae, & prudentiae, remedium procurando. Et idem est de praecipuo eucharistiae. Si enim quis accedit, putans se bona fide accedere, quaquam fallatur, neque gratiam recipiat, satisfacit praecipuo. Si vero manifestè sciret in peccato accedere, non solum sacrilegium committeret indignè sumens, verum nec satisfaceret praecipuo: non solum quia obiectum opponit gratiae: sed quia excellentia dignitatis illius sacramenti singulari ratione exigit accedentis dignitatem: & ideo qui aliter accederet, contemneret potius, quam impleret praecipuum. ¶ *Ad tertium syluest.* Tertio argumento mouetur Syluest. ver. confessio. § 7. vt dicat, confessio nē, quae principaliter fit propter inanem gloriam, non esse validam, nec per illam impleri ecclesiae praecipuum. Nā de essentia confessionis est, vt fiat spe veniae. Nihilominus respondetur primo, quod licet talis confessio non sit actus virtutis: quia est peccatum veniale, tamen quia peccatum veniale non est obex gra-

tiae: fieri potest, vt non solum illa confessio sit valida, si alium non habeat defectum, verum & absolutio sit fructuosa. Quoniam nil obstat, quominus quis possit spe veniae obtinenda, & gratiae habendae confiteri, & nihilominus id simul faciat ob vanam gloriam. Quando vero adiungitur finis mortalis, longe alia ratio est: quia tunc neque attritionis ratio interuenit, cum nec sit verus dolor, nec absolutum propositum: quare confessio iuxta ea quae dicta sunt non est valida. ¶ *Ad quartum.* Quartum mihi argumentum maiorem difficultatem affert, propter verbum S. Tho. quo quibusdam videri potest huius fuisse sententiae, vt confessio informis recedente fictione suum sortiatur effectum, sicut de baptismo asserit Augusti. Veruntamen haec opinio neque clarè est. S. Tho. neque solida ratione fulcitur. Primum enim, vbi confessioni non adiungitur absolutio, quia non est sacramentum, nullum vnquam potest habere fructum. ¶ *Secundò etiam si confessio sit informis per ignorantiam adiuncta absoluteione,* vt explicatum est, non est cur recedente fictione gratiam conferat, quia vt dist. 6. q. 1. artic. 8. ostendere nitentur, priuilegium hoc Augusti vni duntaxat baptismo tribuit, in eo canon. tunc valere, de consecr. dist. 4. Et ratio est, vt illic diximus, non quia imprimat characterem: alioqui, & confirmationi & ordini etiam congrueret: sed quia patres sic verbum Christi intellexerunt, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto &c. vt originale non nisi solius baptismi virtute remittatur: inde namque collegerunt, vt baptismus fictè receptus recedente fictione gratiam conferat, quae originale remittitur, & quae cum eo praecesserant mortalia, haec autem ratio in nullo alio sacramento reperitur. Vnde S. Tho. licet in quarto fuerit de hac re varie locutus, nam dist. 4. q. 3. art. 2. idem priuilegium videtur tribuere omnibus sacramentis imprimantibus characterem: & hic etiam sacramento poenitentiae: tamen 3. part. q. 69. art. 10. soli baptismi illud videtur ascribere: eo quod est quaedam regeneratio, per quam originale tollitur. Dum autem sacramentum poenitentiae absque gratia fictè suscipitur, contritio postea, & etiam iterata confessio sufficit ad delendum non solum peccatum illud fictionis: verum omnia quae confessione informi fuerat homo confessus, ergo non opus est, vt sacramentum praecedens tunc gratiam conferat. Nam baptismus, vt diximus, quia illa sola causa, quod nec origi-



nale neque peccata baptismum præcedētia possunt per aliud sacramentum remitti, & ipse non est iterabilis, incipit, ut ait August. recedente fictione tunc valere. De peccatis vero, quæ in confessione informi non delentur non est eadem ratio: quia possunt per aliam confessionem in re, vel in voto deleri. ¶ Unde ad S. Tho. respondetur primum, quod for tasse loquebatur in. 4. cum communi vulgo, quod quidem in summa correxit, & correxisset clarius, si huc usque peruenisset. Secundo respondetur, quod non videtur idem tribuisse huic sacramento quod baptismus: ait enim, quod quamvis tunc confessus non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione recipere incipiet, sicut est in alijs sacramentis. De alijs autem sacramentis non imprimis characterē nullibi hoc ipse opinatus est, sed Capreo. & Palu. qui fiditium illi ornatu per sacramentū hoc imprimi autem, illū gratiæ fructū recedente fictione, & hic quoque fingunt. Attamen S. Tho. ut arbitror, non aliud sibi vult, q̄ q̄ recedente fictione per contritionem incipiat homo habere gratiam, & remissionem peccatorum, quam non habuit per prius sacramentum: & si iterum confiteatur, habebit etiam gradum sacramentalis gratiæ, similem illi quem habuisset per primum sacramentum. Nunquam tamen eundem numero.

Capreo. & Palu.
S. Thom.

DISTINCTIONIS
decimæ octauæ, Quæstio
quarta, De ministris sacramenti poenitentiae.

ARTICVLVS. I.

Utrum necessarius minister sacramenti poenitentiae sit sacerdos, cui soli confiteri licet.



Irca hanc quæstionē quartā sex sunt nobis disputanda. Primum de proprio ministro, an sacerdos sit necessarius minister sacramenti poenitentiae. Secundum, utrum non omnis, sed proprius. Tertium, qui sunt ij, qui ex pri-

uilegio possunt confessiones audire. Et quartū, utrum in articulo mortis possit quisq; p̄ quēcūq; sacerdotē a quocūq; peccato absolui. Et duo postrema de sigillo confessionis. Arguitur ergo, q̄ sacerdos non sit necessarius minister huius sacramenti. Apostolus, Iacob. c. 5. fuit confessionis promulgator: non tamen aliud ait, quam confitemini alterutrum peccata vestra: ergo unicuique licet cuilibet christiano promiscuē confiteri. Præsertim cū in baptismo oēs christiani sint instituti sacerdotes, iuxta verbum Ioan. Apoca. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. ¶ Secundò arguitur. Sacramentum poenitentiae tam necessarium est relapsis, quam baptismus originali labe intinētis: Sed in necessitate laicus potest baptizare: ergo & in simili necessitate confessionē audire. ¶ Tertio arguitur autoritate Cypri. 3. lib. epist. epist. 17. quæ incipit, Minor vos, ubi post alia, hæc verba subdit. Si aliqui incommode aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectent præsentiam nostram, quin apud presbyterum quencūq; præsentem, vel si presbyter repertus non fuerit, ut virgere exitus coeperit, apud diaconū quoq; exomologesin, id est, confessionē suam facere possunt, ut manu eis in poenitentia posita vadant ad dominū cum pace. Vbi confessionē insinuat fieri posse diacono. ¶ Quarto argu. ex libr. de vera, & falsa, poenitent. qui refertur. de poenit. d. 1. can. quem poenitet. Vbi sic legitur. Tanta itaq; vis confessionis est, ut si deest sacerdos confiteatur proximo. Et Beda super verbis Iaco. citatis ait. Coequalibus quotidiana, & leuia grauiora pandamus: non ergo sacerdos est necessarius minister. ¶ In contrarium est, q̄ solis apostolis eisq; perinde succedētibus episcopis, & sacerdotibus eorū auxiliarijs data est potestas clauium: ergo illi sunt ordinarij iudices, quibus est necessariò confitendū. ¶ Res hæc inter catholicos nulla opus habet disputatione quos utique ecclesia decretis quam plurimis vsuque inuolabili, docet, solos sacerdotes esse poenitentium ministros. Sed hæretici, & potissimum Lutherani sunt, qui sacerdotalem dignitatē de medio ecclesiæ tollunt. Lutherus enim in illo Satánico libro de abroganda missa priuata, in sacramento, inquit, poenitentiae, & remissione culpæ non plus facit Papa, vel episcopus, quam infimus sacerdos: imò ubi non est sacerdos, æque tantū quilibet christianus, etiā si mulier, aut puer

Partis negatiue argu.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Partis affirmatiue.

Deciso arti.

Lutherus.

Vuitcleff.

Prima conclusio.

Ratio S. Tho.

Paulus.

Argumentum.

puer esset, qui quidē fuit articulus tertius dicimus à Leone rāquā pestilētissima hæresis cōdemnatus, & fuit etiam, ut Marfi. in. 4. q. 12. articul. 1. refert, Vualden. error, & famosissimi hæretici illi Vuitcleff. ut apud Tho. Vualdenf. tomo. 2. de sacramentis. capit. 135. infra est videre. Attamen quia hæc disputatio ad distinctionem inferius subiungendā de clauibus congruentius attinet, non est hic latius extendenda. ¶ Respondetur ergo ad quæstionem tribus conclusionibus. Prima. Solus sacerdos est sacramenti poenitentiae minister, cui ideo necessario faciendā est confessio. Probatur. Sacramentum poenitentiae est iudicium, quo homines virtute clauium ad regnū cælorum admittuntur, aut inde excluduntur: eiusmodi autem clauis eius apostolis ac subinde eorum successoribus sacerdotibus collatae sunt: ergo illi soli sunt ministri. Probatur: minor: Quia Matth. 16. Petro singulariter dictum est, Tibi dabo clauis regni cælorum. Quodcūq; solueris &c. & Matth. 18. apostolis idem verbum repetitum est, Quæcūq; solueritis super terrā, erūt soluta & in cælo &c. & Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata remissa erunt &c. ¶ Et accedit congruentissima ratio S. Tho. dist. 17. q. 3. art. 3. Gratia, quæ per sacramenta confertur, à Christi capite deriuatur, q̄ in sua passiōe auctor ei, & meritor fuit ergo concedens fuit ut soli illi, qui potestatem habet in corpus Christi verum, ministri essent sacramentorum, per quæ eadem gratia deriuatur in corpus mysticum: illi autem sunt soli sacerdotes, quales fuerunt apostoli in coena ordinati ad idem corpus consecrandum: ergo illi soli sunt sacramentorum ministri, iuxta verbum Pau. 1. ad Corin. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi &c. Et potissimū sacramenti poenitentiae, per quod homines idonei fiunt ad suscipiendum idem corpus Christi verū in eucharistia. ¶ Et quod hæreticorum fallacias detegamus, arguitur secundò. Christus instituit singulariter sacramenta q̄ instrumenta essent suæ in nos deriuandæ gratiæ: ergo & singulares ministros. Consequētia profectò inde tenet, quod dū in re publica ciuili iudicia sunt constituta publica subsequenter & ministri sunt constituti, quibus solis illa administratio incumbat. Ut est videre in regib; cōsulibus, prætoribus, & in cūctis iudicib;. Multò ergo est rō efficacior, ut diuina sapiētia sacramentorū administrationē, quibus suam gratiā hoībus imparti-

tur, non quibuscūque permetteret, sed selectis ministris, & ad id muneris à se creatis committeret, quales sunt sacerdotes. Iuxta verbum Pauli ad Ephes. quarto. Dedit quidem quosdam Apostolos, alios prophetas, alios autem pastores, quo nomine intelliguntur prælati. ¶ Atqui hæc fuit Lutheri, & præscorum hæreticorum præcipitatio, ut alio retro loco, à nobis dictum est: quod cum sacramenta negassent aliquem habere effectū gratiæ, inde præcipites dixerūt, nullos esse necessarios sacerdotes. Et profectò si eius fundamentum, bonum esset, consequentia bona erat: quia si in eucharistia non cōsecraretur verum Christi corpus, neque sacramenta virtutē haberent spiritualem, consequens esset quod non esset altior virtus in nostris sacerdotibus quam in Mosaycis. Vnde Lutherus, quia dixit ad remissionem nihil agere absolutionem sacerdotis, sed sufficere poenitentis fidē, subsequenter adstruxit, nihil egregiū habere sacerdotes præ reliquo populo. Veritas verò catholica habet, per sacramenta cōferri gratiam, quare & spirituale munus & functionem in sacerdotibus agnoscit ad eandem conferendam, ut in cōcilio Constan. per bullam Martini quinti decretū est. Ac subinde in interrogationibus, ad quas Ioannes Hus compulsus est assermanter respondere vna fuit, utrum crederet quod christianus vltra contritionem cordis habita copia sacerdotis, soli sacerdoti de necessitate salutis cōfiteri teneatur, & nō laico, seu laicis quantumcūq; bonis & deuotis. Nam Vuitcleff magister eius, duobus item modis peruertebat verba euangelij. Quodcūque solueris, erit solutum, & quorum remiseritis, remissa erunt, ut tomo. 2. de sacram. c. 44. & 5. refert Vualdenf. Primo, ut supra diximus, id est, nihil quidem poteris soluere, nisi illud prius remissum sit in cælo. Ex quo colligere cōtēdebat quod nō plus facit sacerdos quam laicus. Secundò, quod illa potestas fuit data Petro & Apostolis ob suam sanctitatem, & ideo qui non succedunt ei in sanctitate, non succedūt in potestate: obidq; satius esse confiteri laicis probatē vitæ quam sacerdotibus discolis. Qui quidem error, ut refert Guido Carmelita, fuit hæretici Sagarelli de Parma, qui dicebat, quod Papa neminē potest absoluere, nisi foret ita sanctus, sicut beatus Petrus, & in tanta paupertate quanta beatus Petrus fuit, & in tanta humilitate. Sed cōtra primum iā

Lutherus.

Lutherus.

Concilium Constantiens.

Vuitcleff.

diximus. quæst. præcedenti. artic. 2. quod illa potius videretur irritio potestatem negantis, quam ullam concedentis. Et contra secundum errorem satis disputauimus dist. 1. q. 5. artic. 5. compluribus testimonijs, & rationibus ostendentes, quod ministris, qui in bonum publicum, & ad consulendum singulorum conscientijs instituti sunt, non adimitur per eorum quodcumque peccatum illa potestas publica. Alioquin omnia versarentur in dubio. Veritas hæc demum, quod sit solis sacerdotibus confitendum, habetur in multis canonibus de poenitentia, dist. 1. vt can. Quæ poenitet, & can. Agite poenitentiam, & can. Quidam, & multis alijs. At quauis sacerdotes sint ordinarij ministri sacramenti poenitentiae, restat tamen dubium, vtrum quispiam in absentia sacerdotis teneatur confiteri laico. Quod si non sit præceptum de mortalibus, vtrum saltim de venialibus: aut si nullum sit prorsus, vtrum eiusmodi confessio sit licita: & esto sit licita, vtrum aliquando sit consilium confiteri laico, an potius nunquam talem confessionem facere. Sit ergo secunda conclusio. In nullo prorsus euentu necessarium est confiteri laico. Probatur: quia cum laicus non habeat potestatem clauium, certissimum est, quod neminem sacramentaliter absolueret potest, sed tantum deprecatorie, vt misereatur tui &c. atque adeo confessio illa nullius esset pars sacramenti: neque gratiam ullam conferre posset: vnde cum præceptum, tam diuinum quam humanum non sit latum, nisi de confessione, quæ est pars sacramenti ad obtinendam absolutionis gratiam, nullum extat de confessione facienda laico. Alioquin in cano. Omnis vtriusque sexus, fieret mentio huius confessionis, cum tamen non dicatur, nisi vt vnusquisque proprio sacerdoti confiteatur. Tertia conclusio. Quodam in ecclesia vsus viguit confitendi laicis in absentia sacerdotis: ingruente saltem necessitate, hoc constat ex illo verbo citato, lib. de vera & falsa poenitentia, qui si non fuit Aug. non tanta pollet autoritate, quantam Magister sentent. & Gratia. illi tribuerunt. At vero persuadere mihi non possum quod fuerit in vsu confiteri peccata occultissima, & gravissima, quæ alicuius essent infamiae: nam cum illic nullum esset sacramentum, aut absolutio à peccatis, aut collatio gratiae, atque adeo, vt dictum est, nunquam confessio illa fuerit in præcepto, incredibile est quod sua sponte homines sine aliquo fructu pudenda conscientia

Dubium.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

tiæ alijs propalarent. Enim vero, & ratio S. Tho. & omnium doctorum, quæ ex similitudine baptismi ducitur, nihil concludit: nam baptismus est sacramentum simpliciter necessitatis, potissimum infantulis, quibus ante vsu rationis nulla reliqua pater salutis via, quam per ipsum: & ideo conceditur, vt in extrema necessitate à laico sacramentum illud impendatur. Cum ergo hoc sacramentum non competat, nisi adultis, quibus contritio sufficit, & quaquam non sint, nisi attriti, nequeat per confessionem factam laico fieri contriti, non est efficax similitudinis ratio, vt laicus in necessitate fiat perinde minister poenitentiae, sicut baptismi. Cæterum obijciat forte nobis quispiam verba hæc citati canonis, quem poenitet, Licet laicus, cui fit confessio potestatem absolueret non habeat: poenitens vero fit dignus venia qui ex desiderio sacerdotis, socio confitetur. Quibus decipi quis posset, cogitans desiderium illud perinde valere, ac si confiteretur sacerdoti. Et d. Tho. ibidem sol. ad primum ait, quod quauis laicus ille sacramentum non potest perficere, vt sacerdos: quia non potest absolueret, tamen defectum sacerdotis summus sacerdos supplet. Caueat tamen lector hoc sic intelligere, quod Deus tunc conferat eandem gratiam, quam conferret per sacramentum, aut quod si poenitens est tantum attritus, eius attritio fiat contritio: quia vbi non est sacramentum, non est speranda alia gratia quam quæ actui detestationis respondet: sed sensus est, quod si ille accedit contritus, Deus acceptat suam voluntatem postquam non potest habere copiam sacerdotis. Præterea erubescetia confitendi, & humilitas augebunt illi meritum, & poterit ab illo amico consilium accipere & medelam suis curandis morbis. Haud tamen laicus ille poterit iniungere poenitentiam sacramentalem, nisi per modum consilij. Quare quod ibidem subdit S. Thom. eius confessionem esse quodammodo sacramentalem, non intelligitur quasi sit pars sacramenti, sed quod ex delictio poenitentis non valentis sacerdotem conuenire, habet quandam imitationem sacramentalis confessionis. Sed si quis dubitet, an iam nunc temporis consilium sit huiusmodi laicas facere confessiones, Scot. dist. 17. artic. 2. vtilius censet, vt non fiant. Et dist. 14. artic. 2. durius ait, dubium esse, an talis confessio esset in detrimentum salutis. Moderatius tamen dicere possumus, iam non esse in vsu

Interpretatio canonis.

S. Thom.

An sit consilium confiteri laico. Scotus.

vsu neque esse consulendas: quia certe fructus aut nullus est, aut perexiguus ob verecundiam, & forsitan quia ore proferendo peccata cordis contritio vehementius accenditur. Quare ratione nonnullis nautis ingruente procella, & mortem ob oculos adferente in more est alterutrum confiteri. Attamen apud infimum hominem, & remigerum conscientiam exonerare, plus posset detrimenti, & periculi famæ, & vitæ asferre, quam spiritualis emolumentum. Occasione autem huius quæritur vtrum laicus ille, cui fit confessio, eodem ipso vinculo, quo sacerdos, ad sigillum secreti teneatur. Ad quod respondetur, quod obligaretur maiori vinculo, quam si illud sub secreto alio quocumque audiret citra sacramentalis confessionem, & ideo graue committeret peccatum mortale, si illud reuelaret, & esset supplicio dignus: non tam eodem prorsus, quo sacerdos: quia cum illud non sit sacramentum, fit, vt nec reuelatio sit sacrilega. De venialibus autem nonnulla apparet dubitandi ratio: nam cum non sint de necessitate sacramenti, videtur eorum confessio sic posse fieri laico, vt ipse valeat poenitentem ab eis absolueret. Respondetur nihilominus per quartam conclusionem, quod neque à venialibus potest laicus absolueret sacramentaliter: quoniam licet non sint de essentia confessionis, eorum tamen absolutio est munus clauium, quæ laicis non sunt indultæ. Per modum vero sacramentalis ceremoniæ posset quis dubitare, an deprecatoria absolutio laici venialia remitteret: sicut aqua benedicta, & absolutio generalis, quam facit sacerdos in introitu missæ. At vero nullum video fundamentum, vt tantum laicæ absolutioni tribuamus, cum nullibi reperiat ab ecclesia ad id instituta. In dubium præterea vocari potest, quam poenam incurreret laicus, qui absolueret sacramentaliter niteretur. Ad quod primum respondetur, quod grauissimè peccaret, & esset maximo supplicio dignus, tanquam sacrilegus. Sed & vtrum incurrat irregularitatis poenam disputari consuetum est: nam ex vna parte cap. Si quis, & cap. Ex literis, de clerico non ordinato, iniungitur irregularitatis poena cuiusque non ordinato, qui sacramenta solemniter administrat: scilicet, consecrando, aut solemniter baptizando, aut aliud diuinum officium exercendo. Ex altera vero parte extat cap. His qui, de sentent. excommunic. lib. 6. vbi habetur, quod nullus poenam irregularitatis

De sigillo secreti.

De venialibus.

Quarta conclusio.

Quæ poenam incurratur laico sacramentaliter absoluerenti.

Paludanus.

Solutio. 1. ar. 1. gumen.

Ad Cypri. auto.

Solutio. 3. ar.

incurrat, nisi sit in iure expressa. Propter hoc ergo. c. Sylu. in verb. Confessor. i. & alij tenent hic, quod non incurrat irregularitatis poenam huiusmodi laicus absolueret. Paluda. vero dist. 17. q. 3. propensius inclinat in hoc, quod esset irregularis. Cui quidem opinioni plus multo fauet capit. Si quis, tum quia ponit exemplum de baptizante solemniter, quod minus est quam absolueret, tum quia subdit, Aut aliquod diuinum officium exercuerit non ordinatus: quo verbo omnia sacramenta comprehenduntur: & certè par est de omnibus ratio. Ad primum igitur argumentum respondet S. Thom. quod Iacobus loquebatur christiana, quibus præsupponebat notam esse legem euangelicæ confessionis solis presbyteris faciendam. Adde, quod vt supra diximus, in eo quod præmisit, vt infirmus induceret presbyteros ecclesie significauit confessionem illis faciendam, vt alterutrum idem sit quod homo homini, non cui libet sed sacerdoti. Ad aliud Apoca. respondetur, quod licet omnes christiani sint sacerdotes, eo quod se & sua Deo sacrificant, nomine tamen peculiari illi soli intelliguntur, qui corpus Christi verum, & consecrant, & offerunt. Ad autoritatem Cypri. respondetur, quod loquitur de illis infirmis, qui erant in poenitentia publica, quorum reconciliatio pertinebat ad episcopum, si haberi posset. Alioquin fieri poterat, non solum per presbyterum, sed etiam per diaconum. Atqui de eadem arbitror reconciliatio illud Aug. ad Fortu. intelligi de consec. d. 4. can. Sanctum vbi narrat historiam cuiusdam naufragi qui per quendam laicum, qui non erat sacerdos reconciliatus est. Quamquam nec historiam ipse narret tanquam authenticam. Ad tertium argumentum respondetur, quod verba illa cap. Quem poenitet, nullum sonant præceptum, sed commendationem virtutis confessionis, quæ tanta est, vt possit fieri laico. Et idem ait S. Thom. loco citato. Et quænis in solutione ad primum dicat, quod quando necessitas imminet debet poenitens in absentia sacerdotis confiteri laico: verbum, debet, non sonat præceptum vt nonnulli ex Summistis arbitrantur, sed decentiam, quæ tempore S. Thom. erat frequentius in vsu. Et eodem sensu sententia Bedæ est audienda, non quidem tanquam præceptum sed tanquam consilium, quod tunc temporis currebat. Ad ducit Scot. illic. & Marf. quæst. 10. pessimam quæ antiquitus erat, consuetudinem nescio vbinam illam legerunt, quod damnati

ad mortem non permittebantur, nisi laicis confiteri. Fuit autem nefanda consuetudo, si aliquando vigit.

ARTICVLVS. II.

Vtrum sit necessarium proprio confiteri sacerdoti?



Partis negatiua argu. I.

Sto, oporteat confiteri sacerdoti, arguitur tamen, quod non sit necessarium confiteri proprio. In electione cuiusque possumus est sacerdotem idoneum eligere, vt de poenitentia dist. 1. cano. Quem poenitet, permitti videtur, vbi dicitur, quod qui vult confiteri sacerdotem eligat, qui sciat ligare, & soluere: sed nonnunquam proprii sacerdotes non sunt idonei: ergo tunc licet vnicuique alium deligere. Nam ea quae sunt ad salutem necessaria, non sunt arctanda, ne hominibus via salutis ocludatur: videtur tamen arctatio stricta, quod vni parochiali sacerdoti teneantur omnes confiteri.

Secundum argumentum.

Secundo arguitur. Si omnes tenerentur parochiali confiteri, sequeretur quod ipse omnes teneretur audire quoties confiteri vellent: accidit autem esse plures, qui pie volunt crebras facere confessiones, quas proprius sacerdos non videtur pro libito poenitentium obligatus audire: ergo non omnes tenentur proprio confiteri sacerdoti.

Tertium argumentum.

Tertio. Sunt aliqui prelati, & magnates, praecipue summus Pontifex, qui non videntur habere proprium sacerdotem: ergo illi possunt quibus maluerint confiteri. Quarto. Si necessarium esset confiteri proprio sacerdoti, hoc esset propter iurisdictionem, quae ad absolendum est necessaria, cum ergo absolutio a venialibus sit vera absolutio, fieret consequens, vt etiam venialia nemo posset confiteri, nisi proprio sacerdoti, quod est contra ecclesiae usum.

5. Argum.

Quinto. Quod pro charitate institutum est, vt supra citatus Bernardus ait, contra charitatem militare non debet: vsu autem venire solet, vt periculosum sit, & pestiferum propriis sacerdotibus confiteri: ergo tunc fas erit cuicumque illis inconsultis ad alium sacerdotem diuertere. In contrarium est decretalis Innocentij tertij iubentis, vt omnis Christi fidelis proprio sacerdoti confiteatur.

Partis affirmatiua.

Ad hanc quaestionem ob id varie doctores respondent, quod non omnes in nomine conueniunt, quifnam dicatur proprius sacerdos. Ricardus nanque distinet. 17. articu. 3. quaest.

Deciso arti.

1. ait, quod quadrupliciter potest accipi proprius sacerdos. Nēpe pro parochiali, p episcopo, & pro delegato a iure, & pro delegato ab homine. Et Bonauentura ead. distinet. artic. 1. quaest. 2. dicit quod accipitur tripliciter: vno modo comunissimē pro quocūque potēte absoluere, siue propria autoritate, siue ex commissione. Et alio modo communiter pro quocūque ordinario siue sit episcopus, siue parochiali. Alio verō modo, pprie pro parochiali. Et Paludanus ibidē, eadem distinet. q. 3. dicit quod accipitur dupliciter proprius. Vno modo pro quocūque potente absoluere, licet sit ex commissione: & illo modo dicitur accipi in primo verbo canonis, vbi praecipitur, vt quisque confiteatur proprio sacerdoti. Et alio modo accipitur proprius pro ordinario: & sic vsurpatur in posteriori verbo cum dicitur, nisi forte de proprii sacerdotis consilio. Quare equiuocē, inquit, accipitur illic proprius sacerdos. At verō hu iusmodi distinctiones nulla ratio facere cogit, imō abusus est delegatū appellare propriū sacerdotem. Proprius enim sacerdos non nisi vnicō accipitur modo. Idem enim est proprius, qd ordinarius, cui scilicet, ex proprio officio, & iurisdictione cura incumbit animarum, & iudex est in foro poenitentiae. Quod dixerim ad excludendum electum episcopū, antequam sit sacerdos, qui licet iurisdictionē habeat, nequit tamen sacramentum poenitentiae administrare. Quod autem non aliter accipiat proprius sacerdos, probatur. Nam proprius cōdistinguitur contra delegatum: qui ergo ex cōmissione absoluit non est proprius sacerdos. Aliud est enim esse legitimum, & aliud propriū, vt proprius sit ordinarius, legitimus tamē est quicūque id potest, siue propria, siue cōmissa autoritate. Tres ergo sunt cuiuscūque secularis christiani proprii sacerdotes: Nēpe Romanus pōtifex, qui est vniuersalis totius ecclesiae: & episcopus in suo episcopatu, & parochialis in sua parocchia: nā archiepiscopus nō est proprius sacerdos in episcopatu suffraganei, licet habeat iurisdictionem super episcopū in foro exteriori. Syluester tamen in verb. Confessor. 1. §. 1. ait, tempore, quo visitat episcopatum, habere potestatem tanq proprium sacerdotem. Hoc tamē non probat, nisi per cap. Nostro, de poenitentis & remis. vbi tamē nulla fit de hac re mētio, sed solum habetur, quod possit indulgentias concedere. Quare citius crederem, quod neque

Proprius sacerdos quis. Ricardus.

Bonauen.

Palud.

Proprius sacerdos.

Proprii sacerdotes tres.

neque tunc possit a peccatis absoluere, aut talem committere facultate. Isti ergo oēs notati sūt de iure diuino ordinarij, vt in materia de clauib⁹ videbimus. Quāuis. n. episcopus huic vel illi beneficium conferat parochiale, tamē quicūque est parochialis, iure diuino est proprius sacerdos. Veluti licet ad cardinales spectet electio Papae, & ad canonicos electio episcopi, potestatem tamen a iure diuino habet. Ipse enim Christus, qui elegit apostolos, quibus episcopi successerunt, can. Quorum vices. 68. dist. elegit quoque alios septuaginta duos eorum auxiliares, quibus successerūt sacerdotes, can. In nouo. 21. distinet. Religiosi verō sub pontifice maximo habent etiā suos ordinarios prelatos, vt generalē, prouincialem, & nos priorem: nam superior, nisi sede Prioris vacante, nō est ordinarius. Hoc supposito ad quaestionem vnica respondetur conclusione. Necessarium est confessioni atque ad eius essentiam requisitum, vt fiat, aut proprio sacerdoti, aut cui ipse commiserit. In hoc enim sensu accipiendum est verbum canonis. Confiteatur proprio sacerdoti: nempe, vt subintelligatur, aut de eius licentia, vt paulo inferius in eodem canone explicatur. Quod si autores citati animaduertissent, nunquam nomē proprii sacerdotis extendissent ad delegatum, neque Paludanus dixisset equiuocē illic accipi proprium sacerdotem. Probatur conclusio ratione S. Thom. loco citato ex discrimine saepe notato inter hoc sacramentum, & reliqua: nam caetera non consistunt in hoc, quod suscipiens aliquid agat, nisi tantū suscipere materiam exterius appositam, sed vt recipiat fructum, requiritur, vt obicem tollat: in hoc verō sacramento requiruntur, vt dictum est, tanquam de essentia actus poenitentis, qui sunt sacramēti materia, quos quidem actus debemus submittere potestati clauium: actus verō nostri: quia a nobis eliciuntur, non possunt per alium dispensari, & gubernari, nisi imperiū in nos habeat: veluti in naturalibus nequit agēs formam in materia inducere, nisi sibi sit subiecta, vt est terra caelestibus orbibus: ergo de necessitate sacramēti est non solum, vt minister habeat ordinē sacerdotalem, vt in caeteris sacramentis, verum & iurisdictionem, qua nos possit, vt absoluere, ita & ligare: nam ambo eiusdem sunt potestatis membra. Hac ergo ratione clarescit, cur ad reliqua sacramenta conficienda non sit necessaria iurisdictione: potest enim

Religiosorum proprii prelati.

Conclusio.

Ratio conclusionis.

Iurisdictione sacerdotis de essentia absolutionis.

sacerdos quicumque sacramentum conficere & quauis sit excommunicatus, & degradatus, peccabit quidem, nihilominus sacramentum erit verum: & quauis solēniter baptisum, aut extremam vnctionem in aliena parocchia contra iustitiam alienam iurisdictionē vsurpando administret, nihilominus sacramenta erunt solida. At si quempiam sine iurisdictione absoluat, nō solum peccabit mortaliter: imō & sacramentum nullum erit perinde ac si a laico fieret absolutio. Est enim iurisdictione, vel ordinaria, vel delegata, de essentia ad absolendum, sicut character sacerdotalis. Vnde in concilio Florē. minister huius sacramenti declaratur esse sacerdos potestate habēs, vel ordinariā, vel delegatā. Dubium autem est vtrum hoc sit de iure diuino, an verō solum de iure positio canonis. Ois vtriusque sexus. Armachanus enim lib. 11. de quaestioni. Armen. cap. 2. & infra contendit ex mero iure diuino a quolibet promiscuē sacerdote quemlibet posse absolui, & id ante constitutionē canonis cuiuscūque licuisse, sed coarctatio, quod confessio, fiat proprio sacerdoti est, inquit, a iure humano. In quam sententiam subscribere videntur Paludanus dist. 17. quaest. 3. artic. 2. & Syluest. verb. Confessor. 1. §. 2. At licet hoc in materia de clauibus sit praesius discutiedum, est tamen falsum, imō iure diuino est ad absolendum iurisdictione necessaria. Canon enim, vt identidem repetimus, nihil aliud fecit, quam iuri diuino annuale tempus praescribere. Quare nunquam confessionem ad proprium sacerdotem pertrinxisset, nisi id intellexisset esse diuini iuris, semperque adeo in ecclesia obseruatum. Item Christus ipse Petrum pastorem instituit Ioan. vlti. Pasce oues meas, ac perinde reliquos apostolos, & eorum successores: iudicare autem de causis spiritualibus tā in foro poenitentiae q̄ in foro exteriori est officium pastoris medētis gregi suo, pascere autē vim secū adfert coercitiā, atq; adeo iurisdictionē in subditos: iurisdictione ergo iure diuino est in foro poenitentiae ad absolendum necessaria. Vnde Bonifacius cap. Si episcopus, de poeni. & remis. lib. 6. Nulla, inquit, potest consuetudine induci, q̄ aliquis praeter sui superioris licentiā confessorē sibi eligere valeat, qui eū possit soluere vel ligare. Quod autem nulla consuetudine abrogatur, ius est diuinū aut naturale. Quinimō in ipso can. Ois vtriusque, idē adnotatur, vbi dicitur: q̄ nullus sacerdos

Dubium.

Armachanus.

Sententia diuina.

dos nisi de licentia proprii, potest alium ab-
soluere vel ligare.

*Solutio. i. ar-
gumen.*

Ad primū argu. respōdetur, q̄ admonitio
illa canonis. Quē poenitet: eligēdi sacerdotē
sciētē ligare & absoluere, intelligitur scđm
præscriptionem præfati cap. Omnis vtriuf-
que sexus, vt scilicet fiat de licentia proprii
sacerdotis, alioqui totum esset irritum & ina-
ne. Neq; verò coarctatio hæc, vt proprio sa-
cerdoti confessio fiat, est nimia, imò est euan-
gelica, & saluti populi cōferens, vt proprius
sacerdos cognoscat oues suas, vt ait Christus
& cognoscat ab illis. Ait verò S. Th. q̄ pec-
caret sacerdos si non esset facilis ad præben-
dam facultatem confitendi alij: quia multi,
inquit, sunt infirmi, qui potius sine cōfessio-
ne morerentur, quàm tali sacerdoti confite-
rentur.

S. Thom.

*Secundum ar-
gumentum.*

Ad secundum verò argumentū re-
spondet Ricard. d. 18. tria. Primū, quod paro-
chialis sacerdos tenetur parochianorum cō-
fessiones audire quando ipsi tenentur confi-
teri: putà, semel in anno, & in articulo mor-
tis. Et hoc certissimum est: quoniam iniquū
esset ius gregem obligans cōfiteri, nisi pasto-
rem obligaret audire. Secundò ait, quod ex-
tra illos casus non tenetur de necessitate, sed
de congruitate: quia nullum extat præceptū
eum obligans. Tertiò addit, quod quādo nō
vult confessionem audire, interpretatiuè tri-
buit licentiam, vt possit subditus alium quē
cunq; adire cōfessarium. Sequitur eum non
nulli ex iunioribus: inter quos est Syluester
ver. Confessor. i. §. 18. Contrarium sentit A-
dria. illa. q. 5. de cōfessione dubio. 8.

*Tertium ar-
gumentum.*

*Sententia au-
toris*

Suppo-
sito ergo tanquàm certissimo primo mem-
bro de tēporibus necessitatis, de alijs respon-
detur, quod tenetur curatus parochialis con-
fessionem subditorum audire non solūm tē-
pore necessitatis: sed quoties illi rationabili
causa voluerint confiteri. Præceptum enim
hoc non est aliud querendum, quàm quod
officium pastoris hoc secum onus affert: nā
cum inter actus pascendi egregius ille sit,
qui in sacramēto poenitentię exercetur, quo-
ties ouis rationabili causa pabulū illud po-
scit, tenetur ei pastor porrigere. Alioqui si tā
multa confessionalia, q̄ iam sunt indulta, se-
moueas, stando in mero iure communi, ma-
ximum esset populi damnum & detrimen-
tum si non haberent poenitētes curatorum
suffugium, vt possent farcinam suorum pec-
catorū, quoties expediret, exonerare. Dixi-
rim quoties ex rationabili causa expediret:

nam solent esse in hoc subditi nimij, & non-
nunquàm morosi identidem ad confessionē
recurrētes. Item ex parte sacerdotis possunt
esse impedimenta, vt si alijs negotijs vacat,
quare tunc non possit poenitentem audire.
In hoc enim adhibendum est sal prudentiæ.
Adde quod dum sacerdoti non vacat con-
fessiones audire facilis esse debet in conce-
denda facultate: nam si illā expressē non con-
cessit, vt cum debita reuerentia Ricardi dixi-
rim, profectò non est tutum dicere, ob id, q̄
curatus cōfessionem audire renuit, interpre-
tatiuè licentiam dare confitendi alij. Nam cū
iurisdicō sit de essentia absolutionis, & ne-
mo eam habeat nisi ordinarius sacerdos, ne-
cessaria est eius expressa vel cōsuetudinaria
licētia, vt alius eam credatur habere.

*Ad tertiu.
gumentum.*

Tertiò argumento inquiritur, quinam sint
quarundā insignium personarum proprii sa-
cerdotes. Et primū de Papa posset fortasse
fingi conciliū esse iudicem illius in foro con-
scientiæ. Hoc tamen est secundū omnium
opinionem falsum: nam quanuis quis vtcun-
que admitteret concilium esse supra papam
nullus tamen negare potest quin ipse sit sum-
mus sacerdos ordinarius totius ecclesiæ.

Quare licet concilium ius habeat quandoq;
ad ipsum cogendum, vt cum de hæresi con-
uenitur, vel in alijs fortasse casibus, de quib⁹
modo non disputamus, nihilominus ordina-
rio iudicio, & potissimū conscientiæ ipse
est summus iudex. Illi autem qui putarent,
præceptum confessionis non esse nisi de iu-
re positiuo: forsan dicerent non teneri ad cō-
fessionem: quia princeps non tenetur suis le-
gibus. Sed de hoc iam diximus quæst. i. ar. r.
quod quanuis princeps non teneatur suis le-
gibus vi coerciua: quia nemo à se ipso cogi
potest, tenetur tamē vi directiua rationis: quę
iubet, vt quod quisq; alijs præcipit, si sibi po-
test esse commune, faciat, & sic tenetur ieiui-
norum festorumq; præcepto. Insuper quia
vt supra monstratum est, præceptum cōfes-
sionis est diuinum, sed ad semel in anno tene-
tur Ecclesiastico iure. Dubium ergo restat
vtrum habeat ordinarius confessorum iure
diuino. Et sunt qui respondeant, vniuersos
sacerdotes esse eius ordinarios iudices in fo-
ro conscientiæ tanquam proprios sacerdo-
tes. Quorum ratio est quia cum præcep-
tum hoc sit diuinum, neminem Christus reli-
quit sine ordinario iudice in foro conscien-
tiæ, cui confiteri teneretur. Fundamentum
autem

autē ordinarij iudicis est iurisdicō: ergo dan-
dus est sacerdos, qui hac fungatur iurisdicō
ne in eundem pontificem maximum: & cū
nulla sit singularis ratio vnus potius sacer-
dotis q̄ alterius, fit vt omnes dum sacerdotio
initiantur, simul suscipiāt iurisdicōnem ad
absoluendum Pontificē, licet in eius optio-
ne relinquatur quem maluerit eligere. Qua-
propter sicuti dum Papa in heresim labitur,
subditus fit concilio in foro exteriori, sic per
quodlibet peccatum mortale compellitur,
vt coram sacerdote compareat, qui eum ab-
soluat. Hæc autē opinio peregrinior appa-
ret quàm, vt facile cuiilibet persuaderi possit.
Primū quod cum in ordinatione sacerdotis, vt
omniū est vnus cōsensus, nulla iurisdicō ab-
soluendi à mortalibus aliam quancunq; per-
sonam conferatur, signum apparet vnicū
Papam excipere, vt vniuersi in eū iurisdicō-
nem accipiant. Est enim mirabile, q̄ cum Pa-
pa omniū sit supremus, & in reliquis iuribus
ab oibus exēptissimus, singuli christiani nō
habeāt nisi duos, aut tres ordinarios sacerdo-
tes, ipse verò sol⁹ habeat vniuersos. Quod
si dicas hoc ipsum in eius fauorē & excellen-
tiam cedere, arguitur contra. Proprius sacer-
dos est qui subditum potest sua iurisdicō-
ne ad sacramentum cogere: potest enim Pa-
pa, vel episcopus, vel parochialis ad cōfessio-
nem parochianū cōpellere: igitur si omnes
sacerdotes sunt ordinarij Papæ, possunt eum
constringere, vel si id nō possunt, nisi ex eius
electione, per id ostenditur neminē in ipsum
iurisdicōnem habere, nisi quam ipse ei tri-
buerit. Respondetur ergo, neminem habere
iurisdicōnem in Papam, nisi quem ipse ele-
gerit, per quam electionem, eandē illi iurisdicō-
nem tribuit. Et hic est sensus S. Tho. dum
in responsione huius argumēti ait, à iure cō-
cessum esse prælati, vt possint eligere sibi
proprijs sacerdotes. Et hæc est sententia Pa-
ludani atque omnium.

*Opinioris re-
solutio.*

Obiectio.

Dilutio.

*Sententia au-
toris.*

*Solutio ar-
gumentum.*

Vnde ad argumentum in contrarium re-
spōdetur, quod & si dum in peccatum mor-
tale labitur, eo ipso ad confessionem iure di-
uino compellatur, non tamen inde subsequi-
tur quempiam habere iurisdicōnem super
eum, sed ipsum eodem iure teneri iudicem si-
bi constituere. Quare Christus non destituit
eum deserēdo sine iudice, postquàm ipse eū
potest teneturque eligere: nam alius cum cō-
pellere non valet. Imò verò idē est profus de
episcopo, q̄ licet à Papa cogi possit, nihilo-

minus dū cōfessariū sibi eligit, tūc dat illi iurif-
dictionem in se, quam nō habebat. Postquā
autem tam Papa q̄ episcopus cōfessariū sibi
constituit, tenetur ei parere sicut fidelij cæ-
teri. Familiæ autē cōmensalis pontificis om-
nes aiunt, quod præter ipsum, eius etiā poe-
nitentiari⁹ est eius ordinarius, q̄ potest etiā aliū
delegare, vt familiam absoluat. Commensa-
lis, inq̄ familiæ: nam qui per orbem disperfi-
dicuntur Papæ familiares, nisi nouo aliquo
priuilegio potiantur: non comprehenduntur
in hac parte familiæ nomine. Episcopi autē,
vt aiunt illic Paluda. & Sylue. & communi-
ter Canonistę, habent suos proprios sacerdo-
tes: nēpe, archiepiscopos, & archiepiscopus
habet primatem, & ille patriarcham, nisi sint
exēpti. At profectò de hoc nec ius vllum ex-
tat, nec cōuincens ratio: quia archiepiscopus
solūm est episcopo superior in foro exteriori
quantum ad causas iudiciarias: in foro au-
tem conscientiæ nō est eadem ratio, imò for-
san iure cōmuni omnes sunt immediati Pa-
pæ. Habent autē ex concessione Greg. noni
ipsi atq; omnes inferiores prælati, vt possint
absq; vllius superioris licentia cōfessariū eli-
gere. c. Ne pro dilatione, de poenit. & remis.
Commensales verò ep̄i eundē ipsum habent
pro proprio sacerdote, qui & delegare suam
facultatē alteri potest, vt eiusdē familiæ con-
fessiones audiat. Sed non video cur non sint
etiā parochiali subditi cathedralis ecclesiæ,
aut illi, in cui⁹ parochia cōmoratur. Cardina-
les verò nō ep̄i præter legatū nō eo fruiun-
tur priuilegio quo episcopi: quia ipsi non sunt
prælati. Sed iam de consuetudine non subdū-
tur episcopis in foro poenitentiari, sed imme-
diatē Papæ: & sunt tanq̄ ordinarij prælati suorū
cōmensalium, vt in summa verb. Absolutio
ait Caic. Similiter & omnes prælati religio-
nū, vt abbates, generales, prouinciales, prio-
res, & guardiani eandem habent facultatem
eligendi sibi confessores eadem concessione
Grego. can. Ne pro dilatione: quia omnes cō-
prehenduntur nomine prælati. Præterq̄ q̄ mo-
re, & vsu ita obseruātū est in religionibus. Cu-
rati verò non sunt prælati, & ideo in propriū
sacerdotē habent solum episcopum. Quāq;
consuetudine habeant, vt possint sibi eligere
confessores præterquam à casibus reseruatīs.
Quin verò, & vniuersi simplices sacerdotes
eadem gaudent facultate, vt sibi promiscuē
& cuiuscunq; de religionis cōfiteri possunt, quā-
quam

*Familia Pon-
tificis.*

Episcopi.

Prælati.

*Commensales
episcopi.*

*Cardinales
non ep̄i.*

*Prælati religio-
num.*

Sacerdotes.

quã huiusmodi religiosus nec sit expositus ab episcopo, nec à suo prelato. Potest quidẽ eum eius prelatus punire, si confessionem sacerdotis secularis audierit: sed tamen sacramentum tenebit: quia ille facultatem habebat eum eligendi. Quod si quis nobis contra id, quod de cõsuetudine diximus, cap. Si episcopus, de poeni. & remissio lib. 6. obijciat, vbi habetur, nulla consuetudine induci posse vt quisq; absque licentia sui superioris confessorium sibi eligat. Respondetur nudã consuetudinem cõtra illud ius præualere posse. At verò cum præfedi superiores videant subditos promiscuè sibi eligere confessarios, & sileant, conuiuere censentur, eandemq; permittere facultatem. Inter seculares verò Imperator: vt ait Hostiensis, & Augustus, de antiquissima consuetudine confitentur suis capellanis. De hac verò re nihil certi legitur, & ideo eadem est fortè de illo ratio, quæ de regibus. Rex enim, vt fertur, episcopum habet in proprium sacerdotẽ, vbi regiam habet sitã, aut vbi inungitur & coronatur. Sed profecto vbiq; ædes haberet regias, & moram traheret habitãdi posset & episcopo & parochiali cõfiteri. Atq; idẽ est habendũ iudiciũ, de minoribus principibus, ac de alijs magnatibus, vt sunt duces, & cæteri. Hæc aut minutius persequi labor est Sumistarum, præsertim cũ iam non solũ reges, verũ magnates omnes diplomatib⁹ abudẽt p̄fificijs ad cõfessarios quos voluerint, eligẽdos. Peregrini verò & vagabũdi, ceu parochiani oppidorũ vbi se inuenerint, cõfiteri debent, nõ nisi plebanis: quia non debent esse liberioris conditionis, q̄ incolæ. Tametsi moris erat antiquitus: vt peregrini à suo dioecetano facultatem impetrarent vbi libet cõfiteri. Et Caieta. in summa verb. Absolutio, hæc facultatẽ in primis restringit ad tempus solũ quando est necessaria cõfessio, sed restrictionis causam nõ video. Subdit ibidem se meminisse, q̄ legerit Eugeniũ. 4. concessisse seu declarasse viuẽ oraculo, viatores vbi se inuenerint in paschate, cõfessos tanq̄ adeptos incolatũ quoad sacramenta poenitẽtiæ, & eucharistiæ. Est hic tamẽ adnotandum, vt ait ibidem q̄ peregrini etiã quoad casus reseruos subditur legibus eius dioecesis, cui applicuerũt. A casib⁹ enim, qui illic reseruatũ sunt episcopo, nõ possunt absq; eius licẽtia absolui. Sed ex hac veritate alterum oritur dubiũ, vtrũ si ille peregrinus in sua dioecesi crimen commisit

Obie. 7. 10. 1.

Dilutio.

Imperator.

Rex.

Peregrini. Vagabundi.

Caieta.

reseruatũ illic episcopo, vt sit ve: bi gratia periniũ quod in dioecesi, in qua vult cõfiteri nõ est reseruatũ, vtrũ possit absolui absq; licentia episcopi eiusdẽ loci. Et arguitur posse quoniã postquam illic non reseruatũ, quicũ que parochialis sacerdos habet ordinariã facultatem absoluedi ab illo. Sed & ex altera parte existit argumentum, quod peregrini quãdiu non mutarunt domicilium, non videntur absolui in alia dioecesi, nisi de licentia interpretatiua sui episcopi: si autem episcopus facultatem ei concessisset peregrinandi, vt in primitiua ecclesia moris erat, licet eo ipso concederet ei licentiam confitendi vbiq; non tamen, vt absolueretur à sibi reseruatũ: non ergo videtur posse absolui in alia dioecesi, sine licentia saltem episcopi illius loci, in quo confitetur. Atq; hoc mihi est probabilius. Secus de vagabundis, qui cum nulli bi habeant domicilium, non tenentur nisi legibus episcopi loci vbi sunt. De excommunicatione quoq; dicemus suo loco, q̄ etiã qui excommunicatus est in alia dioecesi, potest si iam satisfecit p̄cepto, absolui autoritate episcopi loci vbi est, & per diploma cruciatẽ. Sed de hoc illic latius. De scholaribus autẽ idẽ est profus iudiciũ, quod de incolis. Tenentur in quã, cõfiteri curato eius parocciæ, in qua habet domiciliũ: nã scholasticus Salmatin⁹ nõ gerit animarum eorũ curam: quare nec potest confessiones eorum audire nec talem facultatem alteri committere. Quocirca neq; vllum peccatum, quoad culpam potest sibi reseruare, sed solam excommunicationis censuram, est enim constitutionum executor, in quarum ideo custodiam potest excommunicationis sententias pronũciare. Si autem in aliqua vniuersitate constitutus est aliquis scholariũ pastor, stãdum est proprijs legibus, aut consuetudini. Ad tertiu sunt qui respondeant vniuersos sacerdotes, dũ ordinantur, iurisdictionem accipere ad absoluendum à venialibus, ac perinde ab illis mortalibus quorum legitima absolutio præcessit, eo q̄ nõ sunt necessaria materia confessionis. At verò quãuis disputatio forsità sit de nomine tantũ libentius dicerem nullam profus iurisdictionem sacerdotibus cum caractere accipere, sed tantũ potestatem ordinis. Possunt nihilominus omnes à venialibus absolueri: quia ad id nulla opus habent iurisdictione: iurisdictione n. nulla est, vbi nulla inuenitur cogendi vis. Et

Argum.

Scholares.

Solutio. 3.

Sententia autoris.

Et neque ad confessionẽ venialium vllus cogi potest, neq; dum illa tantũ confitetur, cogitur omnia dicere, neq; vllam acceptare poenitentiam: absolutio ergo illa licet sacramentalis sit, non tamen iurisdictione indiget, atque is mihi apparet sensus verborum S. Tho. in. 4. dist. 18. q. 2. art. 3. ad tertium, vbi ait, q̄ remissio venialium sequitur potestatẽ ordinis: hoc est, ad remissionẽ illorum etiam per sacramentalem absolutionẽ, nihil aliud requiritur quã sola potestas ordinis. Ad absoluendũ verò à mortalibus, etiã si eorũ alias absolutio præcesserit, arbitrator ex suo gñe iurisdictionem requiri: quare eam non censeo posse à simplici sacerdote fieri. Quartũ demum argumentum huius ambiguitatis solutionẽ expostulat, vtrũ possit quis vlla ex causa alieno sacerdote absq; proprij licentia confiteri. Enim verò S. Tho. dist. 21. in fine expositionis literę quinque refert casus ex intentione Magistri, in quibus absque licentia proprij sacerdotis licet alieno confiteri, vt si quis sit vagabundus, si mutauit domicilium, & si offendit in aliena parochia, & propter malitiam sacerdotis, & in articulo mortis. At qui Hostien. quem distinct. 17. quæst. 3. artic. 2. refert Paludan. octo connumerat, quibus id ipsum fieri potest. Cæteri verò casus: nempe de vagabundis, peregrinis, & morti, proximis nihil ad rẽ pertinet: nã illi iam censentur mutare proprios sacerdotes, & de articulo mortis videbimus arti. 4. Sed dubium est, vtrũ sola culpa proprij sacerdotis, cui scilicet periculosum est confiteri, quia vel est confessionum detector, vel sollicitator poenitentium ad malum, ius faciat subdito, vt absque eius obtenta licentia alium adire valeat cõfessarium. Ad hoc enim dubium Hostiens. affirmatiuè respondet, quam opinionem sequitur ibi Paludanus, ibidemque Ricardus art. 3. q. 3. & Syluester verb. confessor. i. §. 6. & Adrian. quæst. 5. de confessione dubio. 3. vbi ponit exemplum de concubina plebani, quæ non debet illi confiteri, sed ad alium ire, petita licet non obtenta licẽtia. Imò est opinio Magistri sentent. in vltimis verbis distinctionis. 21. quam probat ex decreto Vrba. 2. can. Placuit, de poenitẽtia dist. 6. vbi prohibetur, ne sacerdotum quispiam poenitentem suscipiat alteri sacerdoti commissum sine eius cõsensu, & subditur. Nisi sit ignarus. Et ratio huius opinionis esse potest, quòd Deus neminem absque eius culpa be-

Quãdo liceat sine licentia proprij alieno confiteri.

Dubium.

Hostiens. Palud. Ricardus.

Ratio.

neficio poenitẽtiæ destituit: iniquitas autem proprij sacerdotis eum iure priuat confessionem audiendi: subdito ergo ius relinquatur alium exquirendi, qui sibi expediat. Neque sufficere videtur responsio, quòd tunc satis est illi contritionẽ habere: quoniam forsitan non est nisi attritus, & per confessionis subditum fieret contritus. Verũtamen his non obstantibus opinio hæc falsa est, & nisi patronorum autoritas obstaret, fortasse peiori nomine digna propter periculum, quòd offert puerfionis ecclesiastici ordinis. Est in primis S. Tho. in præsentiarum contrariã sententiã in solutione ad quintum, vbi ait, in similibus casibus quando timetur sacerdotis periculum, petendã esse ab illo facultatẽ ad eundem alium, quam si negauerit, recurrendum ad superiorem, & quando nullum fuerit remediũ confitendum potius esse laico. Idemque ait Marsilius. q. 12. artic. 1. & Caietan⁹ verb. Absolutio, vbi ait, ad eõ esse iurisdictionem ad absoluendum necessariam, vt si sacerdos absoluat eum, qui non est sibi subditus, absque licentia proprij sacerdotis, nihil fiat. Dicẽdum ergo quòd sola proprij sacerdotis nequitia nõ tribuit ius subdito ad eundem alium confessorium. Et ratio est, quia nullus alius propter illam solam nequitiam iurisdictionẽ acquirat absoluendi, nec subditus illam potest ei tribuere, & absque iurisdictione nulla est absolutio. Certè ratio ad eõ est euidentis, vt sola sufficiat, & expressa in canone ipso, Ois vtriusq; sexus, qui nullo excepto casu iubet, vt quoties subditus voluerit iusta de causa (inter iustas verò hæc est vna) alieno confiteri sacerdoti, licentiam prius postulet, & obtineat à proprio sacerdote, cũ aliter illum nõ possit absolueri, vel ligare. Adijcitur autem & ratio secũda nihilo infirmior, quoniã opinio cõtraria præoptimã offert cuiq; animam fingẽdi malitiã, & periculũ in proprio sacerdote, vt illo colore possit aliũ sibi, quem libuerit, eligere. Multo ergo min⁹ incõuenit, vt simili casu homo sine cõfessione maneat, quã hanc occasionẽ offerre à firmo ecclesiastico ordine deuiandi. Tertio, quia eadem tunc rationẽ idẽ fieret in casibus reseruatũ: videlicet, si in episcopo reseruate idẽ apparet periculũ, neq; vellet facultatẽ alteri concedere absoluendi, posset subditus eisdem casus alteri confiteri, & ab ipsis absolui, & sic vana esset reseruatio. Dicendum ergo quòd in simili euentu subditus ille nemini debet confiteri,

Autoris sententia.

S. Th. m.

Iurisdictione sacerdotis necessaria.

Ratio euidentis.

Ratio alia.

Ratio tertia.

confiteri, sed perinde censere ac si nullam haberet copiam sacerdotis: nā profectō necessitas illa non est maior, quā si proprius sacerdos abiret aut moreretur. Cum ergo tūc sine licentia superioris nemini possit confiteri, idem est censendum quando est periculū illi confitendi. Ad rationem ergo in contrarium respondetur, quod dum subditus non est nisi attritus, procuret esse contritus: nam pluri refert ordinem hierarchicum seruare, vt nemo sine iurisdictione absoluat, quā vni fortuito euentui providere. Præsertim quia in tali casu potest subditus absque confessione putans se esse cōtritum eucharistiā suscipere: quandoquidem non habet sacerdotem, cui possit confiteri. Ad textum illū Urbani, sunt qui respondeant, quod dum illic permittitur subditus ob ignorantiam proprii sacerdotis eum deserere, & transire ad alium, intelligitur, obtenta superioris licetia. Veruntamen si attentius verba textus inspiciantur: planior multo fiet responsio. Illic nā que nulla fit mentio proprii sacerdotis, sed expressus casus textus est, dum quis habens facultatem aut priuilegium eligendi confessionem committit se sua sponte alicui sacerdoti. Et quātum ex verbis textus conijcitur sermo illic habetur de poenitentia publica, à qua cum imposita esset ab vno sacerdote, curabat poenitens per alium releuari. Vt modo etiam de poenitentis occultis facere confiteantur ignaui poenitentes. Quare glossa, quæ ait, se commisit, id est, quia ei parochianus est, sensum verbi peruertit. Succurritur enim illic ambitioni sacerdotum ne postquā quis tradidit se vni, licet priuilegium habeat eligendi alium, nemo tamen alius eum suscipiat, nisi pro ignorantia prioris: tunc enim potest liberè ad alium transire. Est hic tamē animaduertendum, quod in casu, quo propter dictum impedimentum subditus non cōfiteatur proprio sacerdoti, non ideo liberatur à præcepto confessionis illo anno, vt quæst. 2. ar. 1. diximus, sed cum primū commodè poterit, tenetur confiteri. At verò hic obiter ad illum, quem tetigimus casum, respondeamus oportet, videlicet, an si peccator suo cōplici confiteatur, cōfessio valeat. Vt si cōcubina sui proprii sacerdotis ei confiteatur. Respondetur autem sine disputatione primū, quod ex genere suo confessio est valida postquā omnia, quæ sunt de essentia cōcurrunt, vt materia, forma, intentio, & iurisdic-

Solutio cōtra rā rationis.

Ad textum Urbani.

Solutio. s. cunda.

Reprobatio glossæ.

Nota.

Dubium.

tio. At si sic fiat, vt in notitiam aliorum veniat: non potest fieri sine scandalo, quod vix peccatū esse posset minus q̄ mortale. Si autem sine scandalo fieret, & sine periculo incitandi se ad malū, confessio esset valida, & esse posset fructuosa. Quāquā erubescētia nō esset tāta, quāta si cōfessio fieret alteri. Quin etiam vix potest impudentia & impudicitia excusari, quia apparet colloquium illi simile, quod fit extra cōfessionem. Attamen vbi est periculum excitandi & irritandi illecebrā sacrilegium est impudentissimum: & confessionem, quæ est peccatum mortale, iam diximus non esse validam, quāuis peccatum illud exprimeretur, propter defectum non solum cōtritionis verū, & attritionis. Refert Adrianus in sua dioecesi huiusmodi confessionem sub sentētia excommunicationis esse prohibitam.

Adrianus.

ARTICVLVS: III.

Vtrum licitum sit alteri, quā proprio sacerdoti ex priuilegio vel mandato superioris confiteri.



Voniam duæ viæ in superioribus apertæ sunt, quibus iurisdicctio alicui cōpetere potest: scilicet, ordinaria & delegata: & de priori dictum satis est, subsequitur, vt de posteriori dicamus. Arguitur ergo quod non liceat ex indulto superioris alteri, quā proprio sacerdoti confiteri. Nemo potest vllum in præiudicium alterius priuilegium indulgere, sed cōcedere alterius subdito priuilegium, vt absq; eius facultate confiteatur alieno est in præiudicium proprii sacerdotis, qui ius habet cogendi suos subditos, vt sibi confiteatur: ergo id fieri non potest. Vnde d. 25. q. 1. can. Ideo, ostēditur sic esse cōcedenda priuilegia, vt nō sint in aliorū detrimentum, iuxta verbū Pau. 2. corin. 8. Nō volumus, vt alijs sit remissio, vobis autē tribulatio. Quinimō, vt secūdo arguam⁹ per hæc priuilegia impeditur diuinum mandatum, quo proprius pastor tenetur vultum pecoris sui cognoscere, iuxta illud Prouerb. 27. Deligenter agnosce vultū pecoris tui, tuosq; greges considera, exemplo Christi qui ait, Ego cognosco oues meas, & cognoscūt me. Accedit tertio, q̄ priuilegium nequit subditū ab obediētia sui pastoris eximere: ergo qui per indultum confiteatur alteri, tene-

Primum argumentum.

Secūdam argumentum.

Tertium argumentum.

tur etiam & suo proprio cōfiteri, si id exegerit: esset autē iniusta molestia quæpiam cogere eadē peccata bis confiteri: ergo ex priuilegio superioris nemo sit potest alteri confiteri, vt præcepto satisfaciat. In cōtrarium est, q̄ ea, quæ sunt ordinis, potest proprius iudex cuiusq; eiusdem ordinis committere: cum ergo sacramentum poenitentiæ administrare sit sacerdotalis ordinis, & episcopus sit proprius sacerdos & iudex eiusdem sacramenti, potest idem munus cuiuslibet sacerdoti cōmittere: nam pari iure & casus libi aliquos reseruare potest.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Origo priuilegii.

Ioan. de Polaco.

Prima conclusio.

In introitu articuli huius adnotandum est tribus modis concedi posse facultatem alteri, quā proprio sacerdoti confitendi: scilicet, vel à iure, vel p̄ cōsuetudinē, modo supra expōsito: quia scilicet superiores vident, & tacentes dissimulant: vel concessione proprii sacerdotis expressa vel interpretatiua. Et iō membratim ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Et primū quantum ad indultum iuris quæstio orta est propter religiosos. Circa initium enim ordinum mendicantium, quia huiusmodi priuilegia tunc illis concedi inceptum est, non desuerunt seculares doctores, qui in cōtrarium reclamarent. Enimuerò Henricus Guandensis quod lib. 1. contendit, Pontificē maximum neutiquā posse priuilegia huiusmodi indulgere, quominus parochiani tenerentur suo proprio parochiali confiteri. Quāquidē opinionem fundabat in verbis illis cap. Omnis vtriusque sexus, omnis proprio sacerdoti confiteatur, neq; possit alieno nisi de eius licentia petita & obtenta. Quare aiebat confessos religiosos teneri rursus confiteri proprio curato. Hanc postmodū falsam opinionem absurdiorē fecit Ioannes quidam de Polaco dicens, q̄ nec Papa, imò nec Deus poterat facere, quin subditus alteri confessus teneretur suo proprio sacerdoti confiteri. Repugnabat enim, inquit, vt quis esset proprius sine virtute cogendi subditum: imò dicebat illam cōfessionem, quæ fieret religiosi, non esse sacramentalem. His tamen nō obstantibus prima conclusio huius articuli est. Concessio facta religiosi mendicantibus audiendi confessiones populi fuit prouida & sancta, & in fauorem populi facta, eorumq; adeo cōmuni bono præcipuè cōducens. Est enim confessariorū conditio vt vitæ inprimis, deinde scientiæ, & prudentiæ dignitate.

polleant: hoc autē non est, vt citra cuiuspiā iniuriam loquamur, cur nequeat perinde in religiosis inueniri, qui claustris inclusi literis vacant, vt in secularibus. Adde q̄ cum non sint alijs negotijs implicati expeditius possunt confessionibus audiendis operam dare. Præterquā q̄ cum temporalia metant, quibus aluntur, debent, vt ait Paul. Spiritualia in populum refundere. Experientia profectō docet tantum emolumētū religiosorum curam in confessionibus audiendis, & cōcionibus habendis christianis populis Indies afferre, vt eis sublatis, non posset ecclesia non multū detrimētū accipere. Sed in re propria loqui sic pudet. Subsequitur autē dubium vtrum qui confessi sunt religiosi per priuilegia teneantur iterum cōfiteri proprijs parochialibus sacerdotibus. Fuit enim citatus Henricus Guandensis, & quos Adrianus citat. q. 5. de confessione, scilicet, Hostiens. Archidiaco. & Ioannes Monachus, qui sustinebant partem affirmatiuam, eo q̄ ca. Omnis vtriusq; sexus simpliciter obligat confiteri proprio sacerdoti, cui priuilegium fratibus indultum non videtur derogare. Et ideo cōfessus religiosi nō deobligatur cōfiteri proprio sacerdoti eadem peccata, si alia non habuerit. Nihilominus statuitur secūda conclusio. Qui confitentur religiosi ex priuilegio illis indulto, nullatenus tenentur amplius confiteri eadem peccata proprio. Conclusio hæc planè colligitur ex cap. eodem. Omnis vtriusq; sexus, quo aduersarij nitantur contrariam suam opinionem fulcire. Nam vice versa ex verbis subinnotis in eodē canone sequitur & nostra conclusio, & eorū argumenti solutio. Subditur enim illic, q̄ qui voluerit cōfiteri alieno sacerdoti, tūc cōfitebitur dum licetia à proprio sacerdote petierit & obtinuerit. Et loquitur manifestè canō de ea confessione, quā præcepit fieri semel in anno: quare manifestè illie docemur, q̄ qui de licentia proprii sacerdotis confiteatur alteri perinde implet præceptū, ac si cōfiteretur proprio: inter proprios autē sacerdotes cōnumeratur episcopus, & multo iustius Papa: ergo cū religiosi priuilegiū habeant papæ, fit vt qui illis cōfiteatur, perinde satisfaciāt ecclesiæ præcepto, ac si proprijs sacerdotibus cōfiterentur: nā licentia papæ & episcopi eandē vim habet, ne maiore dicamus, ac si essent proprii parochialis curati: Et hæc est rō, quā S. Tho. præfenti loco dist. 17. q. 3. ar. 3. q. 5. adfert. Ait quippe q̄

Dubium.

Secūda conclusio.

pe q̄ impedimētū ne q̄sp̄iā possit absoluerē p̄t esse aut defect⁹ iurisdictionis, aut cēsurā excōicationis, vel alijs, quibus est suspēsus. Et prior quidē defectus suppleri potest per commissiōnem illius, qui talem habet iurisdictionem: vnde cūm papa plenissimā habeat iurisdictionem in toto orbe Christiano & episcopus, perinde possunt absoluerē atque parochiales sacerdotes. Et accedit optima ratio: nam qui papæ ipsi aut episcopo cōfiteretur, proculdubio satisfaceret præcepto ridiculū enim esset tunc dicere, quod requireretur licentia sacerdotis parochialis; ergo qui ex eorum priuilegio confitetur, similiter omnino satisfacit. Ac demum arguitur. Quibus papa diploma cōcedit vt eligere sibi possint confessarios, quis ambigat, quin absque licentia proprii curati satisfaciant præcepto multo ergo minus ambigendum quin illi satisfaciant, qui confitentur religiosi ex priuilegio papæ per episcopum expositis. **Confirmatio conclusiōnū.** **Priuilegium Alexan. 4.** **Indultū Urbani & Cle.** **Concessio Bonifacii 8.** **Benedicti 11.** **Clemens 5.** **Antibæ conclusiones canonica autoritate roborantur.** Primū enim huiusmodi priuilegia concessa leguntur per Alexandrum. 4. circa annum domini millesimum ducentissimum sexagesimum. Deinde decem post annis cōfirmata fuerunt per Urbanum. 4. & Clementem. 4. continuò succedentes. Post hæc verò annis. 50. Ioānes ille de Poliacō post in cōtrarium succlamauit, qui anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secūdo vocatus Romam cōpulsus fuit errorem reuocare, vt patet in extrauagan. Ioānnis. 22. Vas electiōnis, vbi iuxta decreta prædecessorū Alexan. & Clementis conclusum est confessos fratribus religiosi non teneri, ampliū confiteri proprio sacerdoti eadem peccata. Quare de eadem veritate ambigere iam nefas est. Deinde Bonifacius octauus in extrauag. Super cathedram, de sepulturis, concessiōnem moderatus iussit, vt prælati mendicantium religiosos episcopo præsentarent idoneos, quibus ipse facultatem faceret tum prædicandi tum & confessiōnes audiendi, quo reuente papa ipse tunc eandem facultatem concedebat. Post verò subsecutus Benedict⁹ vndecimus, in extrauag. Inter cunctas, de priuilegijs, reuocata illa moderatione Bonifacij amplissimam eis contulit facultatem prædicandi & cōfessiōnes audiendi nulla facta præsentatione episcopo, nullaque eius petita licentia. Tandem succēssit Clemens quintus, qui in Clem. Dudum, de sepulturis, reuocās

decretum Benedicti renouauit aliud Bonifacij, vt præsentatione facta episcopo facultas ab eo petatur, quam si negauerit, papa concessit. Cuiquidem decreto statum modo. **Can. ex auctoritate.** non verò Gregorij, ex auctoritate. 16. q. 1. quo sacerdotibus monachis potestatem facit, vt possint baptizare, prædicare, communionē dare pœnitentiam imponere, atque peccata soluere: ad rem non attinet præsentem: quia vt ait D. Tho. dist. 18. q. 3. ar. 3. illic non loquebatur Gregorius nisi de monachis illis, qui iurisdictionem super aliquibus parochis sibi commissam habebant, quos alij aiebant eo ipso quod erant monachi, non posse actiones illas hierarchicas exercere, vbi Gregor. decernit contrarium. **Reprobatio glossæ Berna.** **Secundū argumentum.** **Ex his fit glossa Bernardi can.** Omnis vtriusque sexus super ver. Alieno, nullā prorsus apparentiam habere, quatenus ait priuilegia concessa fratribus, solum illis dare executionem audiendi confessiōnes, sed nihilominus requiri licentiam proprii sacerdotis: nam in prædicto canone manifestum est nomine proprii sacerdotis intelligi cum parochiali tam episcopum quam papam: si ergo illi licentiam conferunt, satis est. Ceterū quāuis, proprius, idē esset, quod parochialis, sub intelligitur semper superioris licentiam sufficere. Præterea arguitur. Nemo potest, imò crediderim, neq; auctoritate papæ, quicquid citati autores dixerint, ad confitendum iterum cōpelli ea, a quibus semel absolutus est: nam ecclesia non habet in hoc auctoritatem nisi secundū ius diuinum: iure autem illo sacramentum hoc non est institutum, nisi in remissionem peccatorum: post quā ergo hunc fructum quis per sacramentum fortitus est, cogi non potest, nisi vltro ipse velit, iterum eadem confiteri: quia ille iā nulla habet peccata, & vt ait S. Thom. in præsentiarum solutione. 4. & nullus cōpellitur confiteri, qui nō habet peccata. Merito ergo vt ait Antonin⁹ 3. par. titul. 17. cap. 9. illa glossa condemnata fuit per Clemētem. 4. in quodam priuilegio fratribus concessō, incipienti. Quidam temerè. **Extrauag. Vices illius.** **Unde ad argumentum Ioānnis, Monachi & Archidiaconi respondetur,** non esse cōpatibilia priuilegium religiosorum, & præceptum confitendi proprio curato in hoc sensu, quod cōfessus religioso teneatur iterum confiteri proprio curato: nam vna absolutio liberat eū ab obligatione alterius, vt ait Benedictus. 11. in extrauag. citata inter cunctas de

de priuilegio in quo verbo nō est illa extrauagans reuocata per Clementinam. Dudum. **Extrauag. Martini.** **Obligatio p̄cepti decōse.** **de priuilegio in quo verbo nō est illa extrauagans reuocata per Clementinam. Dudum.** **Quod si quæras vtrum dictum priuilegiū, sit derogatio præcepti Omnis vtriusque sexus, respondetur nullum habere reprobationis colorē, sed esse indultū iuxta eius tenorē vbi habetur, quod de licentia proprii sacerdotis potest quisq; confiteri alteri.** **In contrarium autem obijcitur extrauagans quædam Martini quinti, quam Adrianus citat.** Ad vberes fructus, sed non est inter communes relata, vbi ait. Volumus autem quod ij, qui fratribus confitebuntur, suis proprijs parochialibus sacerdotibus, semel saltem in anno confiteri, prout generale concilium statuit, nihilominus teneatur, quodq; ijdem fratres eos ad hoc exhortentur. Veruntamē extrauagans hæc in primis, non præcipit hominem eadem iterum confiteri, a quibus semel absolutus est: quare solum potuit præcipere, vt homo se repræsentet proprio sacerdoti dicens se iam esse absolutum. Nam dicere quod saltem in paschate teneatur homo confiteri proprio sacerdoti, si aliquid habet mortale, non video quomodo intelligatur: quoniā annualis cōfessio, vt supra diximus nō obligat in paschate, sed in quolibet tempore anni: quare qui confitetur fratribus sub natali domini, non tenetur iterum vsque ad integrum annum ampliū confiteri nisi ratione sumenda eucharistiæ in paschate, tūc autem si quis peccatum habuerit mortale, etiam potest fratribus religiosi confiteri, post quā ille casus non est exceptus in extrauaganti. Vas electiōnis, neq; in Clem. Dudū. Neq; verò glossam Adriani eiusdem extrauaganti Martini, quæ illam intelligit quantum fratres ad episcopos neglexerint habere recursum, satis intelligo: quoniam quousque se præsentet nullam habent facultatem audiendi confessiōnes: & tamen Martinus videtur intelligere postquam habent auctoritatem. Quare citius dixerim illam extrauagantem in hac parte nō esse receptam: quia derogat extrauagantibus. Vas electiōnis & Dudum. Idemq; responderem verbis Sixti. 4. in extrauag. Vices illius, de tregua & pace, vbi ad monet religiosos, vt prædicare desistant, q̄ parochiani non sint obligati saltem in paschate confiteri proprio sacerdoti: quia de iure, inquit, tenentur. Respondeo, inquam, me illa verba nō intelligere: quia nullum est tale præceptum confitendi in paschate, sed se

mel in anno. Item cūm continuò subiungat per hoc non intelligere excludere mendicantes quominus secundum iuris communis & priuilegiorum illis concessorum dispositionem confessiōnes audire, & pœnitentias iniungere valeant, ratas habet confessiōnes illis factas ad implendū præceptum de semel in anno. Secus de administratione sacramenti eucharistic, qd' religiosi administrare prohibetur in paschate, vt Clem. Religiosi, de priuilegio. cauetur. **Glossa. Clem. Dudū.** **Quo ergo ad expositionem Clem. Dudum, redeamus, primū notandum, quod cū illic magistri & ministri generales & prouinciales iubeatur facere vel per se vel per alios illam præsentationem, etiam Priores & guardiani poterunt illam facere, & verè faciūt ex commissiōne eorundem Prouincialium, & poterunt alium mittere, qui illos præsentet.** **Vtrum autem ius competat episcopis eos examinandi, non habetur in extrauaganti, sed hoc solū, vt prælati religiosorum sufficere personas & idoneas & peritas eligāt.** **Vbi insinuatur examen non incumbere nisi prælati ipsis religiosorum.** Vnde in extrauaganti Benedicti. 11. non iubebantur confessarij, personaliter comparere coram episcopo. At quoniam illa reuocata est per Clem. Dudū, in qua fit episcopo facultas, vt possit referutare præsentatos, apparet subsequenter illis incumbere eos examinare. Quare, si ipse velit, cōparere coram ipso debent. **Vtrum autē eius licentia ipso mortuo vel amoto semper duret, an verò debeāt singulis episcopis præsentari.** Respondetur, sat esse si semel habeat vnus episcopi facultatem, vt non teneantur ampliū eidem episcopo vel alteri præsentari. Sic enim habetur in extrauag. Benedicti, quæ in hac parte nō est reuocata. **Vtrum vero eiusmodi fratres expositi possint absolueri ab omnibus casibus reseruatīs episcopo, Syluester in verb. Confessor. 2. §. 5. & Gabri. dist. 17. q. 2. arti. 3. atq; alij affirmanter respondēt: quia priuilegium papæ non potest inferior: nempe, episcopus, coartare.** **Quare cū Clem. Dudum fuerit in concilio Viennen si decreta non potest inquit, Sylu. episcopus religiosi reseruare casus, sicut sacerdotibus parochialib⁹.** Veruntamen hæc opinio neq; est tuta, neq; more seruatur: quoniā expresse habetur in eadem Clem. Per huiusmodi confessiōnem nequaquam interdum ampliore potestatem fratribus impendere, q̄

est curatis & parochialibus sacerdotibus à iure cōcessa: nisi forsan eis ecclesiarum praelati vberiore in hac parte eis gratiam specialiter ducerent faciendam. Et confirmatur ratio: quia licet priuilegium sit papæ, & concilij, nihilominus vult religiosos facultatem recipere ab episcopo, vt sint tanquam eius coadiutores. Quare in hoc non cōferunt eis ius amplius, quam habet curati. Idq; confirmatur ex Clemē. Religiosi, de priuileg. vbi excommunicantur religiosi, si tentauerint absoluerē à casibus reseruatīs apostolicæ sedis, vel locorum ordinarijs. Quapropter nulla est solutio respondentium, q̄ solum inhi-bentur absoluerē à casibus reseruatīs, quib; est excommunicatio annexa: nam due sunt clausula: prior, ne absoluant excommunicatos: & posterior, ne absoluant à reseruatīs etiam citra excommunicationem. Veruntamen si episcopus vult plures casus reseruare religiosi, quam plebanis, tunc censeretur, id facere in fraudem & in odium ipsorū, & ideo tam aperta esse posset fraus, vt non esset illi parendum, quia pari sorte sunt tractandi, vt plebani.

Alia cōfir.

Dubium.

Aliud verò dubium est, vtrū eandem potestatem, quam habent ab episcopo vnius diocesis exercere iure possint in alia Syluester enim verb. Cōfessor. 1. §. 14. & ver. Cōfessor. 2. §. 4. ait nō posse: propterea q̄ in præfata extrauag. expressè habetur, q̄ extra ciuitates & dioceses, in quibus sunt deputati, non possint illam facultatem exercere. Fate-tur tamen, curatum parochialem posse suos parochianos absoluerē vbicunq; etiā extra diocesim. Hæc tamen duo malè cōherent, Clemētina enim pares facit religiosos & plebanos. Quare sicut plebanus suum parochia-num: ita & religiosus verbi gratia Salmanti-nus potest hominem suæ diocesis Segobizæ & vbicunq; absoluerē. Veluti religiosus, qui facultatem habet sui praelati audiendi religio-forū confessiones, quencunq; subditum sui conuentus potest vbicunq; terrarum absoluerē perinde ac prior ipse præterquā à casibus reseruatīs. Clementina ergo solū cauet, ne habentes facultatem episcopi putēt eam habere, nisi in subditos eiusdē episcopatus. Hoc enim est notum, q̄ expositus Salmanti-cæ ab episcopo non potest extra diocesim eandem facultatem exercere erga subditos alienæ diocesis. Atq; hæc tenus de priuilegijs concessis à iure.

Circa cōcessiones autem, quæ fiunt ab homine, hoc iacitō primum fundamentum, q̄ omnis & solus ordinarius, qui propriam habet animarum curam, si non sit iure prohibi-tus, potest cuiusq; alij sacerdoti nō iure im-pedito facultatem suam cōcedere absoluē-di suos subditos: vt Papa episcopus, paro-chiarum plebani, & religiosorū praelati. De-legatus autem id non potest nisi in facultate sibi commissa hoc fuerit expressum, vt pos-sit subdelegare. Quare vicarij episcoporum nisi habeāt expressam facultatē subdelegan-di, id non possunt, neq; vicecurati. Attamen quando substituuntur curatorum loco, per episcopos fit eis potestas subdelegandi. Et eandem facultatem pœnitentiarij pontificis habet officio suo annexam. Atqui & episco-pus confirmatus non impeditur anteq̄ ordi-netur, licet neminem possit absoluerē, potest tamen eandem facultatem concedere. Dixe-rim autem, non impeditur: nam episcopus vel sacerdos parochialis excommunicatus no-minatim, vel hæreticus vel manifestarius per-cussor clericorum neminem potest sibi sub-delegare neq; in foro exteriori neq; in pœni-tentiali, eo q̄ licet habeant iurisdictionē, non tamen habent eius vsum, & committere est vsus iurisdictionis. Sententia est Palud. 17. d. q. 3. circa finem: & notatur cap. Romana, de officio vicarij lib. 6. Si autem postq̄ suam fa-cultatem alteri delegauit, excommunicetur, non ob id cessat vsus in delegato. Quod au-tem non possit sacerdotibus eo modo excō-municatis vel suspensis eiusmodi facultas cō-mitti, clarum est, postq̄ eam nō possunt exer-cere. Querere etiā quispiam hic posset, vtrū sufficiat ratihabitio, vt absolutio sit valida. De hoc autem nulla est cōtrouersia. Si enim ratihabitio sit de futuro, vt si sacerdos absq; iurisdictione absoluat alienum parochianū credens q̄ cum episcopus eius vel plebanus sciuerit, ratum habebit manifestum est, nul-lum esse sacramentum: quoniam cū sacramē-tum tunc conferat gratiam quando applica-tur absolutio, nequit villo pacto ex futuro pē-dere, sed tunc debent cōcurrere omnia quæ sunt de essentia sacramenti, atq; adeo iuridi-ctio sacerdotis: quare si tunc illam non habet nil ratihabitio futura refert. Si autē ratihabi-tio sit de p̄senti vel de præterito, quia p̄pri⁹ sacerdos videt subditum cōfiteri alteri, & ta-cens dissimulat, illa videtur sufficere: quia nō censetur solū ratihabitio, sed consensus inter pretatius,

De priuile. cō-cessis ab homi-

Delegatus.

Vicarij episco-porum.

Vicecurati.

An priuile-giatu possit eligere sim-plicem sacer-dotem.

Primum ar-gumentum.

Secundū ar-gumentum.

Tertium ar-gumentum.

De religiosi

Priuilegiati sacerdotem quē voluerit possunt elige-re.

Ratio.

Ratihabitio de pœnit.

pretatius, cuius virtute diximus sacerdotes sibi inuicem promiscuè cōfiteri. Tametsi, vt supra dicebamus, nō sit satis tutum in re tam necessaria eiusmodi interpretatio consensu vt, sed est expressus requirendus.

Postremū dubiū est de illis, qui facultatem habēt eligendi confessariū siue per pontifi-cium diploma, siue ab episcopo, siue à paro-chiali sacerdote, plenā habeāt libertatē elige-di quē maluerint sacerdotem, an sint adstri-cti eligere ordinarios curatos, atq; eos tantū religiosos, qui expositi sunt per episcopum. Ad hoc dubiū non desunt, qui censeant hu-iusmodi priuilegijs fungētēs nō habere tam liberam facultatē: sed argeri, vt eligant illos, qui aliās sunt cōfessarij. Et ratio eorū est, quia sic in diplomate habetur, vt possint eligere confessores: debēt ergo esse confessores an-teq̄ eligantur. Itē quia adijcitur, confessores idoneos: idonei autē nō dicuntur, nisi qui iu-dicio publicæ autoritatis sint approbati, qua-les sunt habētēs sacerdotia curata, & per episcopū expositi: iudiciū enim idoneitatis non est relinquendū priuatis personis, sed ijs, qui publica funguntur autoritate. Et tertio ar-guitur, quia non est cēsendus summus Ponti-fex omnes sacerdotes sic tumultuariè in con-fessarios approbare: nam vt habetur de pœ-nit. & remis. c. si episcopus, lib. 6. in generali concessione illa non veniunt, quæ non esset quis in specie concessurus: si autem Papa p-miscuam hanc autoritatē omnibus concede-ret, perinde esset ac si hominib; idiotis, & in-dignis in specie eandē facultatem committe-ret, quod esset christianorum salutē periculo exponere: quare non est credēdus Pontifex id cōcedere. Idem tenet glo. super. c. Omnis vtriusq; sexus, super verb. Alieno: nempe q̄ non possunt eligi, nisi habentes ordinis exe-cutionē, iuxta tenorem canonis. Adijcimus §. ecce. 16. q. 1. & de priuilegijs. c. religiosi, vbi habetur, quod religiosi nō habent executio-nem potestatis ordinis, nisi fuerint à populo electi, & de consensu abbatis ab episcopo ap-probati. His tamē non obstantibus nō est timēdū, quin quos voluerint, eligere valeāt. Et hæc est opinio communis: nempe, Anto-nini. 3. part. titu. 17. c. 7. & Gabriel. dist. 17. q. 2. dubio. 5. & Adria. de cōfessione. q. 5. dubio 1. & Paluda. ead. dist. q. 3. art. 2. quem sequitur Sylu. verb. Cōfessor. 1. §. 5. Et ratio est quia ad absolutionē solum requiritur potestas or-dinis, & iurisdictionis: & quidem potestatē

ordinis quicunq; sacerdos habet, & iurisdictionē nē ille qui priuilegium cōtulit per electionē pœnitentis qui ei confert. Sed quia ex hoc se-cundo quæstio pendet, probatur primò, ex verbis diplomatis, vt possint eligere confes-sorē, nā hoc non est eligere eum, qui est con-fessor, sed per electionē facere confessorē: pu-ta, eligere in confessorē: sicut cū eligitur epi-scopus, non eligitur ille, qui erat episcopus, sed qui non erat, eligitur in episcopū. Et quā-tis addatur, idoneum, adiectio illa duo sonat primū q̄ non sit suspensus per censuram, aut noiatim excommunicatus &c. Secundo ad-monetur pœnitēs iuxta tenorē can. Quem pœnitet, vt eligat cōfessorē scientē ligare, & soluere: nihilominus optio ipsi relinquitur: quia priuilegia nō sunt coactanda magis q̄ sonant, & proculdubio si intētio Pōtificis es-set, vt non eligerentur, nisi ordinarij, nunq̄ il-lud silentio præteriuisset: cum ergo id nō ex-presserit, gratis fingitur illa restrictio. Nā de potestate Papæ, q̄ id potuerit facere, nemini dubitare licet. Et in c. citato ne pro dilatione vbi Grego. concessit praelatis facultatē elige-di confessariū, nullā facit restrictionē, sed ait, q̄ præter sui superioris licentiam possit si-bi eligere prouidū confessorem: eodem ergo modo intelligitur concessio diplomatis cru-ciatæ. Ad illud verò q̄ Papa nō præsumitur indoctos hominēs, & non idoneos eligere, re-spondetur, q̄ contra intentionē Papæ, & præ-latorū obmurmurare nefas est. Tamē si ocu-los ad eos, q̄ curā habēt parochiarū, & sacer-dotia curata possidēt circūferamus, fortasē (quod non absq; mœrore sandum est) tam multos indoctos sacerdotes, & min⁹ idoneos inueniamus curā aīarū habētēs, q̄ eadem cu-ra vacuos, adeo vt multo consultus sepe fue-rit existis eligere q̄ ex illis. In summa hoc pla-nè confirmatur, si proprius plebanus facul-tatē cōcederet suo parochiano consistendi al-teri, licet nihil aliud adijceret, q̄ dubitet quin posset eligere quē maluerit sacerdotē, siue pa-rochialē, siue aliū: cur ergo non id liberè pos-sit, qui priuilegiū habet Pontificis? Tandem hanc litē videntur iam diremisisse indulgētiarū cōmissarij, vt hæc scholastica disceptatio autoritate Pontificis absolueretur. In nu-perrimo nanque Iubileo Diui Iacobi sub hac forma venit concessio, vt possit quisq; confessariū eligere sacerdotem secularem, aut religiosum, qui non sit suspensus, nec spe-cialiter reprobatus per suū praelatū. Suspen-

Solut. 1. arg.

Idoneū? bul-la cruciatæ quo modo in-telligatur.

Solut. 2. arg.

Solutio. 3.

fus. vel reprobatus per aliquā censurā: quā si dicat, quicumq; alius absq; vlla exceptione possit eligi. ¶ Ad glossas autem in cap. Omnis vtriusq; sexus, & clem. religiosi. de priuile. respōdetur, quod solum illic habetur sermo de religiosi: quare nō potest trahi in consequētiā, quod non possint quilibet sacerdotes seculares eligi. Præterea, & de religiosi bene respondent Palud. & Sylu. quod licet de iure communi non habeant executionē potestatis, nihilominus ex facultate proprii sacerdotis, & a fortiori episcopi, vel Papæ illam possunt habere, neque est cur de hoc vlla sit dubitatio. Verum est, prædictos autores addere, quod religiosi cum non habeant velle, vel nolle, sine consensu prælati non debent absq; eius licentiā eiusmodi priuilegiatorum confessiones audire, quod ego fateor. Nā si quis contra arguat. Papa potest inconsulto, & inuito prælato iubere subdito eius, vt cōfessionem audiat: ergo potest subditus absq; licentiā prælati id facere. Respondetur, quod si papa id sic iuberet, vera esset argumenti conclusio: at verò per illa diplomata nihil religiosi iubet, sed facultatem duntaxat concedit pœnitenti eligendi, quæ quidem electio non cogit religiosum. Et ideo qui inconsulto prælato talem confessionem audiret, posset ab eo tanquam inobediens puniri. Nihilominus sacramētū, & absolutio teneret: quia per electionē pœnitētis religiosus à Papa iurisdictionē acquirit. ¶ At quoniam de confessariorū electione mentio hic habetur, adnotare est oportet, quod repretium qualitates, quas confessarios habere decet. Nam præter duas, quæ sunt de essentia sacramenti: scilicet, potestas ordinis, & iurisdictionis, & tertiam de necessitate, quæ est sigilli custodia, requiritur, vt & scientia polleat & prudentia: est enim tum iudex, tum etiam medicus. Et tanquam iudex debet præditus esse scientia ad inquirendum, & discernendum peccata, sint ne mortalia, an venialia, & eorum circūstantias pro qualitate subditorum. Qui enim operam dat eorum confessionibus audiendis, qui sunt vel mercatores, vel alijs negotijs arduis implicati, maiori scientia pollere debent, quam qui curam habent populariū, aut rusticorum. Quamuis satis sit, vt confessarius dubitare sciat, vt peritiores possit consulere. At verò tanquam medicus prudentia indiget, vt cauedis in posterum peccatis remedium adhibere sciat iuxta personarum, locorum, & temporum qualita-

Ad aliud de religiosi.

Obiectio. i.

Dilutio.

Confessariorū conditiones.

Nota.

tes. Tæti supra hæc oīa pbatatē sacerdotis desiderem, & zelū Dei, vt exaggeratē pœnitentem admonitum curet, quanti referat vitam secundū diuinā voluntatem emendare. ¶ Ad primum igitur argumentorum, quæ in capite articuli sunt proposita, doctē D. Tho. respondet loco præsentī, quod nemini fit præiudicium, nisi id ei subtrahatur, quod in fauorem ipsius indultum est, vt verbi gratia, si beneficium: quod quis possidet absq; vlla eius causa, & crimine subtraheretur: iurisdictionem autem nemini conceditur in suam priuatā utilitatem, sed in commune bonū populi & honorē Dei. Et ideo quā superioribus expedire ad salutē plebis videtur, & ad honorē Dei alijs suam facultatem committere, nemini fit præiudicium, vel iniuria, licet illi, qui querūt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, & gregi præsumt nō vt oues pascant, sed vt ab illis pascantur, arbitretur in detrimentum sibi & iniuriam cedere. ¶ Si autem aliquod detrimentum ex frequentia horum priuilegiarum aliquibus videatur offerri, apparet religiosi accidere: nam libera eorū facultas in scio prælato confitendi non potest non multum incomodi eorū regimini asferre. Sed postq; Papæ placet, parēdū est, vel aliter per eius auctoritatē huic, si iactura religionis est, prouidendū. ¶ Ad secundū respondetur eodē modo, per hoc nō impediri diuinū mandatū cognoscēdi vultū pecoris, hoc enim solertissim⁹ quisq; prælatus extra viā cōfessionis facere potest vgilado super gregē. Caterū per viā confessionis credere subdito debet asserenti se esse legitime confessum: nam in foro conscientie pœnitenti credēdū est, & pro se, & cōtra se loquēti, secus in foro exteriori. ¶ Ad tertiu deniq; iā respōsum est, qd qui semel per superioris facultatē cōfessus est, nō tenetur amplius cōfiteri, vt Bñdi. ii. in extrauag. Inter cūctas decreuit, neque in hoc est reuocata. Quare neq; ad id potest ipsum proprius sacerdos cogere, Nec proinde censetur ab eius obediētia eximi: nā quod auctoritate superioris fit, minimē censendū est contra obediētiā minoris procedere. ¶ Addit tamen D. Tho. in hac solutiōe, qd fructuosē quis posset illa peccata, à quibus semel est absolutus, iterum cōfiteri: quia quātō pluries quis eadē peccata cōfiteretur, plus ei de pœna remittitur. ¶ Hoc autem Scot. dist. 18. solutiōe primi argu. nō vsq; adeo pbabile reputat, imo probabilius, qd per secundā absolutionem nihil pœnæ remittatur

Solut. i. arg.

Solutio. 2.

3. Argumē. solutio.

S. Thom.

Scoti opinio.

mittatur: quia cum semel Deus iudiciū absolutionis ratificauit, licet non sit absurdū illud iterare, nihilominus non iteratur cū illo fructu: nam idē, inquit, contingit in foro litigioso, vbi postq; re⁹ semel absolutus est, non ap̄lius à pœna eorundē delictorū absolui potest. Opinio hæc tamē tenuissimo nititur fundamento: nam in litigioso foro post vnā absolutionē nihil amplius pœnæ fit reliquum: in sacramentali verò non semper absolutio prima tollit totam pœnā. Et ideo postq; secūda est legitima absolutio, & cadit sup debitā materiam: quia materia, vt habetur in concilio Florēt. sunt peccata confessā, nulla est causa, cur per ipsam non fiat etiam remissio pœnæ. Secūdo, quia etiam dum quis accedit cōtritus ad primam confessionem habet remissam culpam, & nihilominus per absolutionē fortitur remissionē pœnæ: cur non ergo idē adipiscatur per secundam, & tertiam? ¶ Caietanus in. 4. q. de confessione, super. 3. partem ait, quod absolutio non solum remittit pœnam, sed etiam reliquias culpæ, quæ sunt corruptæ habitudines, & inclinationes ad peccandum. Crediderim tamen hoc proprium esse sacramenti extremæ vnctionis, vt suo loco videbimus. Hic autem circa istas confessionum repetitiones: peccatorum. s. alias sacramentaliter remissorum, adnotandum est qd non sunt huiusmodi confessiones pro libito repetendæ, esset. n. abusus sacramēti iterum atq; iterū eadē peccata absq; causa confiteri. Et tantus esse posset abusus, vt sacramētum nullum esset, & nullā conferret gratiam, imò esset religionis ludibrium. Sed tunc tantum eiusmodi repetitiones sunt licitæ, quādo causa grauis interuenit: videlicet, si fortē se offerat grauis confessarius, & doctus, cui homo vult detegere vitam suam, vel in mortis articulo, vel in aliquo magno festo, & iubileo, idque non quotannis, sed rarissimē.

Opinio Scoti refutatur.

Caieta.

Autoris sententia.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum in articulo mortis possit quisq; per quencumq; sacerdotem à quibuscumq; peccatis, & censuris absolui.



Varitur hoc quarto articulo vtrum ab istis hætenus cōstitutis veritatibus aliqua fiat exceptio, saltem in articulo mortis, vt quisque tunc possit per

quencumq; sacerdotē à quibuscumq; peccatis & censuris absolui. Et arguitur à parte negativa. Ad absolutionē, vt dictū est, requiritur iurisdictione, nemo tamen ea carens propter articulum morietis eandē acquirit: ergo nemo tunc potest, nisi à proprio sacerdote absolui. ¶ Secūdo: Sequeretur si tunc posset moriturus à quocūq; absolui, qd etiā si mortē ille euaderet, satisfecisset pro illo anno præcepto cōfessionis, atq; adeo non teneretur eodē anno confiteri proprio sacerdoti: consequēs tamē apparet falsum, quia nō videtur illē articulus subditum ab obediētia sui pastoris, eximere. ¶ In contrarium tamē est, qd necessitas spiritalis multò maior est qd tēporalis, sed in extrema necessitate potest quis vti pane, & re aliena inuito dño: ergo in illa necessitate spiritalis salutis potest quisq; ab alieno sacerdote absolui. ¶ De substantia huius quæstionis nulla est cōtrouersia, & ideo vnica conclusione respondetur. In articulo mortis, si haberi non possit copia, pprii sacerdotis, potest quisq; per quencumq; catholicū sacerdotē absolui, nō solum à quibuscūq; peccatis, quantūcumq; vel à iure, vel ab homine reseruatis, verū à quacūq; excōicationis cēsurā. ¶ Ratio cōclusionis est illa iam insinuata, qd cū sacramētū hoc sit in remissionē peccatorū institutum, & articulus mortis fit vbi res agitur, aut perpetuæ foelicitatis, aut perpetuæ damnationis, non ageret ecclesia, quæ spiritu sancto gubernatur, secūdū amplissimā Dei misericordiā, si nō omnī remedio exeūti ab hac luce prōptissimē succurreret, atque adeo si aliquod tunc peccatū reseruātū vellet, aut aliquē sacerdotē suspensum, ne munus absolutionis impederet. Quod si quis dicat sacramētū hoc non esse tā necessariū, qd est baptismus: quia occurrentibus impedimētis iuris sufficeret cōtritio. Respondetur, qd esto, ita sit, nihilominus nō debet ecclesia deficere in eo, quod potest, cū sacramēta omnia gratiam cōferant, & saepe, vt diximus: ex attritis contritos reddant. ¶ At verò quamuis cōclusio certissima sit, nihilominus restat dubiū, vtrū sit de iure diuino, an verò de iure positio. Et vt clari⁹ proponatur dubium, non ambigitur quominus iurisdictione de iure diuino sit ad absolutionē necessaria, vt art. 2. dicebamus: quoniam Christus ipse iurisdictiones instituit. Sed dubitatio est, an oēs sacerdotes habeant iurisdictionē iure diuino absoluēdi in articulo mortis, an verò hoc sit

Partis negativæ argu. i.

Secūdam ar. gumentum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Conclusio.

Conclusiois ratio.

Obiectio.

Dilutio.

Dubium.

An iure diuino oīs sacerdos possit ab soluere in articulo mortis

Paludanus.

de iure pontificio, quod cunctis in hoc casu iurisdictionem tribuit. Paluda. nanq; dist. 20. q. 1. conclusionem. 1. dicit hoc esse de iure diuino, id enim elicitur ex altera eius opinione, quam tenet dist. 17. q. 3. art. 2. f. quod stando iuri diuino ante canonem ecclesie, quilibet sacerdos poterat quencūq; absoluere, quod tamen nos illic p̄ tenuitate nostra refutauimus. Sed quantum ad articulum mortis idem tenet Capreo. dist. 19. Idēq; tenere videtur D.

Ratio S. Tho.

Tho. dist. 20. art. 1. quæstionem. 2. Probat enim præsentem conclusionem hoc pacto. Quilibet sacerdos, quantum est de virtute clauū habet potestatem indifferenter ad oēs, & quantum ad oīa peccata: sed quod nō possit omnis ab omnibus peccatis absoluere, hoc est quia per ordinationem ecclesie habet iurisdictionem limitatam, vel omnino nullam. Sed quoniam necessitas legem non habet: ideo quando articulus necessitatis imminet per ecclesie ordinationem nemo impeditur quin absoluere possit. Durand. verò dist. 19. q. 2. priori opinione recitata, probabiliorē existimat alteram: nempe, q̄ hoc sit de iure positiuo: quia Christ⁹, inquit, Petro tanq̄ pastori commisit curam, & regimen totius ecclesie: ad regimen autem spectat iurisdictionem tam in foro conscientie, q̄ in foro exteriori: ergo nemo habet iurisdictionem, aut vsum eius nisi per autoritatem ecclesie, qua igitur vtuntur sacerdotes absoluētes in articulo mortis.

Durand.

Atq; hæc p̄fecto opinio est mihi non solū probabilis, verū certa propter hanc eandē rationem. Nam etsi Christus in ecclesia reliquerit iurisdictiones, vt art. 2. dicebamus, nihilominus earū distributiones ecclesie commisit: quæ hunc, vel illum creat episcopū, vel patriarchalē sacerdotē. Et confirmatur, quia cum illa, quæ est in foro interiori, perinde sit iurisdictionis atq; illa, quæ est in foro exteriori: & hanc secundā manifestū sit Christū tradidisse ecclesie ad eam distribuendā, fit, vt & illā illo modo reliquerit, quare q̄ sacerdotes absoluant in articulo mortis, ex concessione ecclesie fit. Atq; hoc confirmatur ex modo ecclesiastico loquendi, vbicunq; enim referuat excommunicationis absolutionem, dicens, vt à nullo fiat talis absolutio, excipit, dicens. Præterquā in articulo mortis, quasi sua sit illa facultas, vt patet cap. Pastoralis. §. præterea. de offic. ordina. & cap. Fures. de furtis, & cap. Eos qui. de sentent. excōm. lib. 6. & multis alijs. Neque S. Thom. si perspicenter

Durandi opinio approbatur.

Ratio.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Op. S. Tho.

legatur, aliud sentit: nūquam enim ait, quod quilibet simplex sacerdos virtute iurisdictionis, quam habet, possit absoluere, sed virtute clauū, quæ sunt ecclesie concessæ, nisi impediatur per ecclesiam, quæ nullam dat illi iurisdictionem, vel limitatam. Et in solutione ad primum expressè ait, quod quia ecclesia acceptat, vt quilibet sacerdos absoluere possit in articulo mortis, ideo ex hoc ipso quis iurisdictionis habet vsum, quāuis iurisdictione careat. Vide quā doctē non cōcedat, sacerdotē vllam iurisdictionem suscipere dum sacerdotio initiatur: neque concedit sacerdotem absoluētem in articulo mortis vllam habere iurisdictionem, sed merum vsum iurisdictionis ecclesie ex eius voluntate.

Dubium.

Sed dubiū hinc emergit, q̄ si huiusmodi absolutio in articulo mortis ex concessione ecclesie fit, sequeretur quod Papa, vel conciliū posset eandem concessione reuocare: nempe, vt non quisque posset à quocunq; peccato absoluere. Distinguitur consequens: si enim posse, potestatem dicat absolutam, cōceditur: si autem dicat id, quod legitime fieri potest, negatur consequentia: esset enim intolerabilis error si ecclesia amplitudinem absolutionis in articulo mortis haberet, & ideo ab spiritu sancto, cuius numine potestatem in ædificationem, non in destructionem accepit, non permitteretur id facere. Quæris autem quisnam dicatur articulus mortis. Syl. uest. nanque verb. Confessor. 1. §. 6. membr. 7. vocat articulum mortis non solū cum quis est morti proximus, sed etiā dum quis se obijcit periculo mortis: nempe, vel præliū, vel mare est ingressurus. At p̄fecto confusio est nominum periculum mortis censere articulum mortis: articulus enim mortis est cum mors iam est in fieri per causam naturalem, aut violentam: nempe, aut per infirmitatem, aut dum ministerio iustitiæ quis est interficiendus. Et in his tantum casibus licet cuiunq; sacerdoti quemlibet absoluere, secus de periculo mortis: nam priuilegiū non est ampliandum, maxime in re tam periculosa: quia absolutio sine iurisdictione, aut iurisdictionis vsum nulla est, & canones nunq̄ loquuntur, nisi in articulo mortis, neq; illam facultatem ecclesia concedit, nisi quando sacerdos proprius haberi non potest. At verò non nihil ambiguitatis secum adfert amplissima ista concessio, vt à quolibet tunc sacerdote possit fieri absolutio. Enimverò D.

Dilutio.

Quis dicatur articulus mortis.

Ratio optima.

Thom. hic, & Caieta. verb. Absolutio, & omnes nullum excipiunt sacerdotem. Syluester verò verb. Confessor. 1. §. 20. ait, quod licet huiusmodi absolutio fieri possit à quolibet sacerdote excommunicato, suspensio, & degradato, & irregulari, nihilominus non potest fieri à præciso. Et vocat præcisum hæreticum, & apostatam, qui amissa fide nō sunt membra ecclesie. Et quāuis id non probet nisi autoritate Rainerij, ratio tamen p̄fecto apparet magis vrgens, quā simplex cuiusque autoritas. Nam cum hoc sacramentum non sit tantæ necessitatis, quantæ baptism⁹, videtur, pbabile q̄ hæreticis & apostatis qui non solū vsum iurisdictionis suspēsi sunt verū iurisdictione eradicata fide funditus amiserunt, ecclesia nō permittat vsum absoluendi, neque in articulo mortis, sed quod si alius inueniri nequeat sacerdos, perinde sit tunc iudicandum ac si nullus esset. Accedit, quod maxime timendum esset præsertim ab apostata, quod intentionem non haberet legitimam absoluendi. Nihil asseuerare ausim, tamen videtur mihi opinio hæc valde probabilis, & ideo in conclusione dixi, per quemcunq; catholicum sacerdotem. Quod autem sacerdos tunc quicunq; valeat ab excommunicatione periclitatē absoluere, nullum est dubiū, quoniam absolutio à peccatis, nisi vinculo excommunicationis soluto, nulla est. Quare & hæreticus tunc & apostata, si legitime resipiscat, absolui potest. Nam & à quibuscunq; alijs censuris, vt interdicto, & alijs absoluitur. Et si agat publicam pœnitentiā, venit etiam reconciliandus, vt. 26. quæst. 6. & alibi crebrò sacri canones consulte prouiderunt. Vtrum verò ab huiusmodi censuris laicus possit morietem absoluere, dubitatur. Nam quod nullatenus queat à culpīs sacramentaliter absoluere, constitutissimum est. Sed quia à censuris iudex etiam laicus absoluere potest, quæritur in articulo mortis de laico quocunq; etiam si nulla polleat iurisdictione. Et Palud. loco citato distinct. 20. negat laicū ab excōicatione tunc posse absoluere: quia absolutio ab excommunicatione nō cōceditur in articulo mortis, nisi rōne absolutionis à peccatis, cum ergo laicus à peccatis non possit absoluere, non creditur ei cōcessa facultas absoluendi ab excommunicatione. Item, quia vel absolutio illa intelligitur quātum ad corpus, vt possit ecclesiastica sepultura gaudere, vel quantum ad animā, vt

An laicus possit absolute a censuris in articulo mortis.

Palud.

possit frui indulgentijs ecclesie. Quātum ad primum non est necessum, quia post mortē potest iudex defunctum ad illum effectum sepulture absoluere. Sed quātum ad animā, nisi sit in gratia, nō possunt ei huiusmodi indulgentiæ p̄desse, & si decedat in gratia, etiā post mortem potest ad eundē effectum absolui per easdem indulgentias. Glossa quidē cap. Pastoralis. §. Præterea, de offic. ordina. in partem affirmatiuam inclinat, quod scilicet, laicus possit tunc absoluere. Attamen, quia glossæ istæ nullis rationibus vti solent, nec planis textibus, rationes modò facte maioris sunt ponderis, præsertim cum vsum ecclesie habeat, vt nec in illo articulo vllus ab excommunicatione absoluitur, nisi à sacerdote: idq; si infirmus restituerit, vt à peccatis absoluitur. At, p̄prius iudex potest pro libito ab excōicatione tunc absoluere, etiā si infirmus restituere nolit, aut facere quod iubetur: quia potest eum absoluere ab obediētia quāuis maneat in pctō, à quo, nisi resipiscat, absolui nequit. Neque canon, Sanctūm est, de cōsecra. dist. 4. vbi quidam naufragus refertur per laicum reconciliatus, contra nos facit, tunc quia, vt ibidem ait Aug. ad Fortunatū, historia illa non est authentica, tum etiā quia illic solū fit sermo de reconciliatione à poenitentia publica, quam non erat necesse habere excommunicationem annexam.

Gloss. c. Pastoralis.

Can. Sanctūm est.

Solut. 1. arg.

Ad primum argumentum iam S. Tho. respondit, q̄ licet per mortalem infirmitatem sacerdos acquirat iurisdictionem absoluēdi, tamen quia ecclesia illam absolutionem acceptat, fit, vt de eius licentia acquirat vsum iurisdictionis eiusdem ecclesie. Ad secundū quoque respondetur cum S. Thom. illatione concessa: nempe, quod absolutus in articulo mortis à simplice sacerdote, absoluitur subinde ab ecclesie præcepto pro illo anno: quare non tenetur iterum confiteri proprio, sed certiorē illum facere se fuisse confessum. Imò licet alia peccata postmodum committat, non tenetur vsque in subsequente annum confiteri nisi ratione eucharistiæ in paschate suscipiendæ. Addit autem S. Tho. idem esse de excommunicatione: nempe, quod qui tunc à quacunq; excommunicatione absoluitur: non tenetur ad iudicē excōmunicantē recurrere, vt iterū absoluitur, sed satis est satisfacere pro debito pro quo lata erat excōicatio. Quod si dubites, an si satisfacere noluerit, recadat in excōicationem. Apparet

Dubium.

paret enim non recidere postquam absolutio simpliciter fuit facta: neq; S. Tho. de illo rela plū meminit. At verò de hoc expressum extat decretum Bonifacij octauj cap. Eos qui, de sentent. excom. quò iubet, vt huiusmodi per simplicem sacerdotem absoluti, si periculum euaserint, cum primū potuerint se iudici representēt satisfacturi, put iustitia sua debet, ne censurę illudant ecclesiasticę, quod si non fecerint, eo ipso iure in eandē recidant excommunicationis sententiam.

ARTICVLVS. V.

Verum sacerdos in quolibet casu sigillum teneatur seruare confessionis.



Rostrema consideratio, confessionis est de eius sigillo, Arguitur ergo, q non in quocunq; casu teneatur sacerdos illud seruare. Si sacerdos ad sigillū confessionis ex aliquo præcepto obligatur, illud esset ecclesię: ad præceptū autem nemo obligatur cōtra voluntatē auctoris eiusdē præcepti: ergo quotiescunq; ecclesia præcepit occultum aliquod crimē reuelari, teneatur sacerdos, etiam si illud in confessione sciuerit, detegere. **Secūdo**, Quod p charitate institutū est, vt in lib. de præcepto & Disp. auctor est Bernar. nō debet contra charitatē militare: sed celatio confessionis nonnūq; vergeat in publicū detrimētū, vt dū sacerdos ex poenitente intellexerit esse hæreticū, & Christianę religionis peruersorē, quē non potest ab illa corruptione cōhibere: tūc ergo debet eū prodere: quia bonum cōe præstantius est particulari. **Tertio**, Dum sacerdos per confessionē poenitentis intelligit esse indignum prælatione, tenetur eius promotioni, si sua interest, obuiare, & illud esset genus quoddā reuelādi secretū confessionis, ergo illud in illo casu licet. **Quarto**, Magis debet homo cōscientiæ suę pprię prospicere q̄ alienę famę: quia charitas bene ordinata à se ipsa incipit: sed quādoq; sacerdos nō potest ppriū sigillū seruare, nisi propriā conscientiam lædat, vt dum in testimoniū deductus iurare cogitur an tale crimē sciuerit: tunc enim si negat per iurij reus fit: ergo in tali casu potius debet crimē prodere. **In contrariū est decretalis** Ois vtriusq; sexus, cuius verba sunt. Caueat sacerdos ne verbo, vel signo, vel alio quouismodo

Partis negatiua argu. I.

Secūdum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Partis affirmatiua.

prodat aliquatenus peccatorem.

Ad præsentē quæstionē quinque conclusionibus rñdetur. Prima. Quicunq; sacerdos tenetur cōfessionē oīno celare, & qui eius sigillū referaret, esset sacrilegus: hoc est rei sacrę violator. **Cōclusionē** D. Th. dist. 21. q. 3. arti. 1. sic pbat. Ea quę in sacramētis exterius geruntur, signa rerū sunt, q̄ interius fiūt: illud ergo, q̄ interius poenitēs se sacerdoti subdit, signū subiectionis est, qua interius se subijcit Deo, ac subinde absolutio sacerdotis est signū absolutionis Dei; qua peccata veluti obliuioni tradita sic cōtegūt, iuxta illud Psalm. 31. Beati quorū remissę sunt iniquitates, & quorū tēta sunt peccata: cogitur ergo sacerdos eadē sigilli cōsignationē habere cōtēta, & quasi obliuata. Durand. autē. d. 21. q. 4. qui vbiq; demōstrationes exoptat, hanc rationē labefactare molitur, dicēs, q̄ exterius signū sacramētī nō significat nisi interiorē effectū remissionis peccatorū, vt patet in forma, Ego te absoluo: celatio verò nō est effectus eiusdē sacramētī, sed obligatio inde resultās: ergo rō nihil probat. At verò nō est opus in defensionē huius rationis tot verba cōsumere, quot Caprē. d. 21. q. 2. cōgerit. D. n. Th. in hac materia nō instituit demōstrationes facere mathematicas. Est tamē rō in materia theologica q̄ optima. Nō n. vult dicere, q̄ sigillū sit effect⁹ significatus per formā absolutionis: sed arguit egregiē, q̄ si absolutio sacerdotis significat absolutionē internā Dei, & per illā Deus habet peccata tanq̄ obliuata & cōtēta: consequēs fit, vt sacerdos, qui est eius minister, resultet inde obligatus eodē modo, illa habere occulta, vt Deus. **Atqui** hæc ratio nō solū veritatē conclusionis pbat, verū & sigillū esse de iure diuino. Vñ Scot. d. 21. q. 2. ait triplici iure cōstabiliri: nēpe, naturali, diuino, & humano. Probat autem esse de iure naturali ratione Ricardi ead. distinct. artic. 4. quæst. 1. quæ est huiusmodi. Mentiri est contra ius naturę: sed si sacerdos id quod in confessione nouit, diceret se scire, mentiretur: ergo illa reuelatio est contra ius naturę. Probat minorem, quia sacerdos ea, quę nouit in confessione, non scit tanq̄ homo, sed tanq̄ Deus. Declarat hoc exēplo angeli Exod. 20. qui in persona Dei loquens Moy si de rubo dicebat, Ego sum dominus Deus tuus &c. quod si in propria persona affirmaret, mētiretur, pari ergo modo cum cōfessarius affirmat, Ego hoc scio, mentitur, quia non scit, nisi in persona Dei. Scotus

Decisio arti. c. 1.

Prima cōclusio. Rō S. Thom.

Durandus

Exod. 20.

Scotus.

verò

verò hæc rationē reprobat dicēs, q̄ sacerdos ea quę nouit in cōfessione in propria persona audit, & noscit. Hoc autē est nimium in aliud extremū vergere, nisi distinctione vtamur. Vñ enim loqui in persona alterius potest dupliciter cōtingere, vno modo quia induit personā & vocē alterius, vt in cōmœdijs fit, vbi vnus personā Chremetis, alius vero Paphili agit. Et isto modo loquēbatur angelus in persona Dei. Altero modo id cōtingit, quia iste loquitur per potestatē, quā suscepit ab alio, sicut loquitur prætor in persona regis dū profert sententiā. Et quāuis isto modo quis loquatur in persona alterius per alterius facultatē, nihilominus ipse propriē loquitur. Ricardus ergo censet sacerdotē auidere, & nosse ea quę audiuit in cōfessione tanq̄ Dei priorī mō. Et certē non facit nisi posteriori: nā tanq̄ eius minister cognoscit peccata, & absoluit iuxta vocē Christi quorū remiseritis. Et ideo si extra cōfessionē diceret illud nosse, quod in confessione nouit verū diceret: quare referare sigillū confessionis nō est mētiri. Vñ q̄ auctores & canōes aūt sacerdotē illa nosse vt Deū, nō est intelligēdū nisi q̄ illa nouit, vt minister Dei, atq; adeo tenetur seruare secreta, vt Deus seruat, ac proinde est sacrilegus dū reuelat, licet veritatē dicat. **Aliter** ergo pbat sigillū hoc esse de iure naturę: nēpe, ex illo generali principio deriuatū, Quod tibi nō vis, alteri ne facias, & ex alio, quod vnusquisq; tenetur seruare depositū, & potissimū secretum, quod apud se deponit, vt celet: nam pollicetur depositarius id summa fide custodire, hoc enim modo sacerdos, vt per suū officiū admonetur, spondet non solū homini, sed Deo summa fide confessionē habere in pectore conditā. Imò consultissimū est quæcūq; in confessione audit, curare obliuioni tradere. **Ius** autē diuinū eiusdē sigilli si quæras, vbi nā scriptū extet, respondetur ibidē prorsus, vbi occultorū cōfessio iubetur: nā vt. q. 2. art. 6. explicuimus, quanq̄ confessionis secretū non sit de eius essentia, est nihilominus necessariū, vt cōfessio sustineatur. Atq; in hoc sensu audiendū est verbū hoc S. Tho. in sua conclusionē. De necessitate sacramenti est, q̄ quis confessionē celet. Quod nos ideo nō posuimus in nostra conclusionē, ne intelligeretur tanq̄ de cōfessionis essentia. Quod autē sit de necessitate pbat ex Aristotele. 2. Physic. vbi ait, ex necessitate finis deriuari necessita

Ricardus.

Nota. Sigillū cōfessionis de iure diuino.

De necessitate confessionis est vt sigillū omnino seruetur. Ratio ex Aristotele.

tē ad media. Si enim viuere necessariū est, & id sine cibo seruare nō possumus, fit vt & cibus ipse sit necessarius: pari ergo modo quia cōfiteri occulta scelera, idq; ceu cōmune bonū ecclesię necessariū est, idq; sine cōsignatione sigilli secreti referari nō potest, fit vt sigillū ipsum sit penit⁹ necessariū. **Ex** quo fit, q̄ neq; ad seruandū vitā hominis quantū esset vel regis vel papæ, vel proprii ipsius sacerdotis, neq; ad seruandā salutē reipublicę siue tēporalē siue spiritualē in summa ob nullū, qui fingi posset, euentū, licet sigillū confessionis aperire: nā quocūq; casu aut causā ruperetur, confessio in suspicionē veniret, q̄ posset reuelari, & inde homines ab illius religione arcerentur, atq; adeo sacramentū periret, quod ecclesię est necessariū. Quapropter Altifiodorēsis, aliās nobis autor, nō est auscultandus, qui. 4. cap. de cōfessione ait, q̄ quādo ex secreto cōfessionis magnū periculū immineret ecclesię, licitum esset de licētia episcopi illud denunciare, dicēs aliud esse sigillū ir. fringere, qd̄ nūq; licet, aliud aperire, quod nonnūq; licet. Merito enim vniuersi doctores eū in hac sententiā solitariū deserūt. Nā ad æstimandū quāti sigillū referat, non est conferēda fama vnus singularis poenitētis, vel duorū aut decem, per quorū infamiā posset succurri maximo cōmuni cōmodo, quoniā posset aliquod bonū cōtingere excellentius q̄ fama illorū, sed est faciēda cōparatio aliorū bonorū ad bonū sacramētī cōfessionis, quod est in ecclesia q̄ maxie necessariū. **Hinc** fit, q̄ licet sacerdos videat personā innocētissimā eadēq; & dignitate & auctoritate maximā in supplicij capitis rapi, sitq; certissimus per cōfessionē, quā malefactoris audiuit, illū esse innocentē, posteq; eū facillimē detecta cōfessione liberare, nequit illi fas est, quis ipse, qui in supplicij rapitur, esset idē sacerdos, q̄ illa se posset vti ptegere. Et quanq̄ per cōfessionē qs intelligat nefandissimā hæresim vel cōiurationē aliquā in rēpublicā inserpere, neq; illi malo fas ē per reuelationē cōfessionis occurrere, taliter scilicet, vt psona per cōfessionē innotescat, siue fuerit poenitēs siue alius ille, qui prodatur. Neq; vilius est valoris cōsequētia, poenitēs tenetur in illo casu latentes illas pestes detegere, vt eis occurratur: ergo si suasio sacerdotis ad id nō potest adduci, debet ipse perdere: nō enim licet semper aliqd̄ facere, p alio, qd̄ ipse facere tenetur. Sed alia est tunc

Sigillū cōfessionis ob nullū casum licet referare.

Altifiodor.

Nota.

pru-

prudētia vtendū, vt scilicet sacerdos admo-
 neat vrgētissimē pœnitentē, vt reuelat. Quā
 si obtinere nō poterit, nō absoluat. Et gene-
 ralibus verbis eos admoneat, quibus pericu-
 lum creatur, vt sibi prospiciat, & pericula ca-
 ueant, quæ acciderē possunt. Et quāuis episcopus
 per confessionē subditi intelligat esse irregularem,
 & ordines petat, neque aliam habeat causam,
 qua se se excuset, tenetur eum ordinare.
 Et quāuis curatus intelligat per confessionē duos esse affines,
 qui nō possunt contrahere, tenetur, si publicē petunt,
 eos coniungere, si alia via subterfugere nequit.
 ¶ Eadem conclusio præter rationes, monitis etiam sanctorum patrum confirmatur.
 Ait enim Gregor. can. Sacerdos de pœnitentia dist. 6.
 Sacerdos ante omnia caueat ne de ijs, qui ei confitentur peccata alicui recitet,
 quod ea confessus est, neque pro aliquo scandalo.
 Quod si aliter fecerit depōnatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus
 peregrinando pergat. At quia eiusmodi peregrinatio non adeo salutifera
 postea iudicata est, mutatum est in concilio Lateranensi supplicium,
 vt sacerdos huiusmodi officio sacerdotali depositus ad agendam
 perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudatur.
 Est tamen adnotandum quod quāuis istæ pœnæ ipso iure incurrantur,
 nihilominus nemo eas subire tenetur quousque iuridicē fuerit condemnatus
 sigillum fregisse, vt lib. 1. de Iustitia & iure. q. 6. art. 6.
 late monstrauimus. ¶ Quod si contra conclusionem arguas.
 Alia sunt multa præcepta diuina etiam de sacramentis,
 à quibus implendis homo propter aliquas graues causas excusatur:
 nemo enim tenetur, vt diximus, cum periculo vitæ suæ
 cōfiteri, vel eucharistiam sumere, imò nec baptismum: ergo
 ad cauendum periculum vitæ licet sigillum confessionis frangere.
 Respondetur, quod præcepta affirmatiua licet nonnunquam
 ad cauendum huiusmodi pericula præterire: quia non obligat
 pro semper, negatiua verò quia pro semper obligant,
 nullo casu transgredi licet: est inq̄ præceptum, Non occides:
 nullam ergo ob causam autoritate priuata licet hominem sponte
 occidere, nisi dum se quispiam coactus defendit.
 Est etiam præceptum ne vlla sacramento irrogetur iniuria:
 nulla ergo de causa fas est, sacrosanctam eucharistiam aut
 confpuere, aut pedibus proculcare. Pari modo in sigillo
 confessionis est præceptum

Cōfirmatio
exclusionis

Argum.

Solutio.

negatiuum, ne reueletur tanquam res sacra,
 quocirca nulla de causa illud fas est reuelare.
 ¶ Non desunt quidam, rem hanc non pro dignitate
 æstimantes qui aiunt, non teneri sacerdotem,
 mortem oppetere antequam sigillum confessionis reuelat.
 Vt si tyrannus gladio ad iugulum appposito extorquere
 conaretur à sacerdote secretum confessionis, aiunt
 licere illi id detegere ad seruandam vitam:
 quia nemo cogitur cum tanto periculo alienam
 seruare famam. Est tamen error non ferendus
 talis opinio: quia non solum ad famam vnus
 personæ conijciendus est oculus, sed ad sacramenti
 custodiam, pro quo seruando in ecclesia
 sacerdotale officium sacerdotem obligat
 millies oppetere mortem: quandoquidem
 antequam quis blasphemam irreuerentiā
 in sacramento eucharistiæ irroget, miles
 debet mori. ¶ Hoc adeo verum est, vt Ricardus
 & alij de sacerdote exemplum ponant,
 qui iter cum latronibus agens in ingressu
 su memoris per confessionē vnus intelligit
 se ab altero esse in nemore occidendum.
 Quæ quidem sacerdotem potius, aiunt, debere
 expectare mortem, quam per fugam confessionem
 reuelare. Idque profecto verum est vbi
 necessitas daretur aut reuelandi confessionem,
 aut moriendi. Sed tamen in eiusmodi
 euentibus vix acciderē potest, quin prudenter
 valeat sacerdos vtrunq; per aliquam
 factam causam euitare. ¶ Atqui non solum
 mortalia, verum & venialia cadunt sub sigillo
 secreti sub reatu mortali: nã etsi infamare
 hominem de veniali extra confessionem
 cognito vel nulla sit culpa, vel raro venialis,
 tamen si sciatur in confessione mortalis est
 reuelatio: nam & per hoc detererentur
 homines à confessione. Imò nō solum peccata,
 sed & alia, quæ ingenerare possent infamiam,
 sub eodem arcto sigillo cadunt, vt si sacerdos
 per confessionē intelligeret pœnitentē esse
 sordidissimis parētibus natū, aut aliam eius
 labē infamem. ¶ Secūda conclusio. Nō solum
 persona pœnitētis cadit sub sigillo confessionis,
 verum & alia quæcūq; illic explicita, quæ
 posset, si pederetur, infamia lædi. Probat
 ur, nã respectu etiā illius est necessarium
 sigillum, vt homines à confessione nō
 arceantur: nã aliquando, vt dictū est,
 cōuenit cōplicitē delicti explicare propter
 necessariam circumstantiā, vel aliam etiā
 personā, cuius fama & honor ex reuelatione
 periclitatur: si ergo per clausurā sigilli eorū
 famæ & honori nō cōsuleretur, confessio fieret
 execrabilis.

Opinio
quæ
rundam.

Reprobatur
opinio.

Ricardus
exemplum.

Venialia.

Secunda
conclusio.

bilis. Imò quāuis pœnitēs aliquā personam
 in confessione imprudēter detegeret, quam
 non erat necessarium nominare, eius etiam
 fama sub eodem sigillo custodiēda est: quia
 non omnes ita possunt prudenter confiteri,
 quin aliqua referant secreta, quæ non erant
 relatu necessaria. ¶ Tertia conclusio. Quāuis
 directē sola peccata sint sigillo secreti
 obseranda, nihilominus indirectē res aliæ,
 quæ non sunt peccata, ex quarum manifesta
 tione posset veniri in notitiā peccati aut
 peccatoris, cadunt etiā sub eodem sigillo.
 Vt si quis dū homicidium confitetur, narrat
 quemadmodum faber gladium rei inficius ei
 viderit, vel si narrat quemadmodum amicus
 crimen ei dissuadebat. Illa enim licet in illis
 personis non sint peccata, possent tamē, si
 detegerentur, vestigiū aperire explorandi
 peccatū vel personam. Eodem modo si
 cōfessor dicit, Petrus fuit tali hora in tali
 loco posset enim tūc Petrus in suspitionē
 venire homicidij, quod illic fuerat perpetratū.
 Reliqua verò quæ ad peccata nihil pertinent,
 nō cōprehenduntur sub sigillo. Quāuis neq;
 de re vlla per confessionē audita debeat
 sacerdos vnquā vel mutire. Præsertim dū
 circumstātes intelligere possint in confessione
 fuisse audita quoniā statim pertimescūt,
 non est tā sanctē recondita quæ illic
 dicuntur. Debet ergo iudiciū illud esse
 velut sacrariū quoddā ab humana
 conuersatione longē semotum. At ne plus
 nimio re exaggeremus, quādo peccatū
 sic in genere detegitur, vt nullatenus ad
 notitiā personæ referri possit, nō esse, vt
 bene ait Scotus d. 2. r. q. 2. confessionis
 reuelatio. Neq; obstat Panormitanus
 super. c. Omnis vtriusque sexus, dicens,
 quod etiam reuelare peccatū est sigillum
 infringere: nam licet in dicto casu
 peccatum reuelari vetetur, tamen per
 præcetera verba illud exponitur: scilicet,
 Caueat ne quouis modo prodat peccatorem.
 Vbi in sinuatur eatenus esse celādum
 peccatum, vt nullatenus peccator prodatur.
 Quare in confessionibus aut scholaribus
 prælectionibus licet peccata taxare &
 reprehendere, quæ in confessionibus
 audiuntur. Tamen si imprudētia esset
 & scandalum dicere talia in confessionibus
 esse audita. Et præterea cauendum ne
 in præsentia eorum prædicentur, qui illa
 cōfessi sunt: contremiscerent enim
 metuentes suas confessiones in publicū
 prodire. ¶ Et ideo ijs, qui regibus à
 confessionibus sunt, consilium esset
 nunquam in eorum præsentia de

Tertia
conclusio.

Consilium.

peccatis reipublice prædicare. Pari rōne dicere.
 Iste confessus est mihi sua peccata, nō est
 reuelare confessionem: nam cum materia
 confessionis nō sint nisi peccata, nō est hoc
 plus dicere, quā. Iste confessus est mihi.
 Atq; adeo nec esset reuelatio dicere.
 Confessus est mihi sua venialia, quia ad
 minimum potuit cōfiteri venialia, nisi
 exprimeretur veniale in specie. Dicere
 autem, Iste confessus est mihi sua
 peccata mortalia, esset reuelatio
 confessionis: quia potest homo sine
 mortalibus cōfiteri. ¶ Quid autem si
 peccata sint publica, vt si sit publicus
 cōcubinarius, aut meretrix, aut vsurarius
 vtrū licitū sit dicere, Iste confessus
 est mihi legitime de suo meretricio,
 & absoluta est à me? Videtur enim id
 esse licitum eo quod in honore cedit
 pœnitentis. Caiet. verb. Confessor.
 negat id licere: quia illud peccatū
 licet sit publicum, tamen postq̄ ad
 confessionem relatum est, non licet illud
 extra proferre. Et profecto opinio est
 mihi probabilior, quā contraria. Licet
 tamē dicere, Iste confessus est, &
 beneficiū absolutionis obtinuit. Si
 verò forte peccator nō absoluitur,
 vtrū licet in aliquo casu interrogato
 sacerdote respondere. Iste non est
 absolutus: est enim casus supenunero
 contingens, dū scilicet qui spem
 viuit in statu peccati vsuræ vel
 concubinatus: & quotannis
 confitetur eidem sacerdoti, qui eum
 non absoluit, vtrū reprehensus ille
 sacerdos quomodo confessiones illius
 audiat, possit dicere. Non absoluo:
 responderi Caietano, licet hēsitas,
 id licere quia cum suspēso
 absolutionis ex alijs causis prouenire
 possit, quā ex pertinacia in peccato
 illa nō est reuelatio confessionis.
 At verò profecto nullatenus licet,
 vt ipse tandē insinuat: nam per se
 ipsa responsio supposito statu
 illius hominis vehementem generat
 opinionē illum nō absolui, quia est
 impœnitens. Nam si causam
 subiūgeret, Non absoluo quia non
 respicit, manifestaria esset
 confessionis apertio. In his ergo
 oibus nō aliud licet dicere q̄,
 Ipse est confessus mihi, & ego
 feci officium meum, Nisi forsitan
 ipse pœnitens se proderet. Si enim
 hæreticum mihi in carcere confessum,
 quia impœnitens est non absolui,
 & postea in incendium raptus
 dicat se manere in sua hæresi,
 non est periculum licet ego
 fatear ipsum non absoluisse. ¶ Quarta
 conclusio. Quāquam proprius
 sacerdos propriè vinculo seruadi
 sigillum obligetur, nihilominus
 tamen, dū alia persona confessioni
 miscetur

Caiet.

Dubium.

Autoris
sententia.

Quarta
conclusio.

tur aliquid eiusdem obligationis participat, quamvis proprie loquendo sigillum confessionis non habeat. Et probatur quoad partes singulas. Sigillum enim confessionis insequitur clauem scientiæ: ob id enim quod sacerdos clauis scientiæ pollet ad cognoscendum peccatum in sacramento, sigillum, quo tenetur eandem confessionem celare, fit ei sacrum, & sacra fide inuiolabile, & dum illud rumpit fit sacrilegus: putat, sacri violator. Seculares verò non habent eandem clauem scientiæ, & ideo neque sigillū eis est sacrum, atque adeo nec subduntur pœnis iuris tanquam sacrilegi, si illud referent: nihilominus aliquid eiusdem sigilli participant, atque adeo arctiori vinculo tenentur confessionem illam celare, quam si sub alia quacunque secreti fide extra confessionē illa nouissint. ¶ Per hoc respōdetur ad sigillū, quod tenetur interpret confessionis seruare: iam enim diximus, illud nō esse sacrum sicut in sacerdote: quia illa confessio non est necessaria, licet magnā adferat secreti vinculū. Et idem dicendum si quis cōfiteretur laico. Si autem quis cōfiteretur per internuncium, peccaret quidem mortaliter internuncius reuelans, non tamen tam grauiter, quam interpret, quia illa cōfessio, vt diximus, non est valida, sed per imprudentiam confitentis facta. Si autem quis casu audiuit confessionem, non se ingerēdo, sed quia alter locutus est altē, tenetur quidem etiam sub peccato mortali celare, sed non sub sacro sigillo sacramēti. Si autem per iniuriam, aut fraudem se se ad audiendum ingereret, de quo facer Diony. supra citatus reprehēdebat Demophilum ille profectō arctissimē omnium teneretur ad sigillum, licet non sub censuris sacerdoti decretis: esset tamen grauiter puniendus. Præsertim si personam sacerdotis fingeret. Vt si quispiam ob zelotypiam, qua viritur vxoris, credēs esse adulteram, loco sacerdotis sederet, vt vxor per trāsennam ei confiteretur: in hunc quidem grauissimo supplicio esset animaduertendum, tametsi ad gradum criminis nūquam pertingeret fractiōis sigilli, qđ sacerdos cōmitteret. ¶ Quinta ex ijs colligitur conclusio. Nunquam occurrit vinculum se cri sigilli confessionis, nisi vbi cōfessio est sacramentalis, quæ, scilicet, fit intentione faciendi accusationem corā Deo. Hoc dixerim ad abstergendā ignorantia imperiti vulgi: solent. n. alig ad commēdādū secretum dicere amico, Hoc vobis dico sub sigil-

De interprete.

De internuncio.

De eo qui casu audiuit confessionem.

Quinta conclusio.

Vulgaris commendatio secreti.

lo confessionis: non tamen propterea est sigillum confessionis: sed secreti humani, etiā si alter affirmet, se illud recipere sub sigillo confessionis: quoniā quicquid ambo dicāt, nunquā est confessio. Imò Paluda. dist. 21. q. 3. arbitrat in iuriam irrogari sacramento si quis, vel tradit, vel recipit aliquid extra sacramentum sub tam arcto sigillo ac si esset sacramentum. At forsan nulla est irreuerētia: quia bene homines intelligunt non tantam inde exurgere obligationem, quantam ex confessione. Quinimò licet hoc dicat sacerdoti genibus flexis, & præmittendo confessionē generalē, si id duntaxat faciat causa detegendi illud secretum, non exurgit inde vinculum sacri sigilli confessionis, tum quia illud secretum sepe non est peccatum, tum quod licet sit peccatum, cum alia taceat, non fit intentione confessionis faciendæ, sed commēdandi illud secretum. Et ideo sacerdotes debent illas ceremonias euitare. ¶ Et est tam latū discrimen, vt quicquid sub huiusmodi ceremonijs commēdetur sub secreti sigillo, si ille qui recepit, legitime de illo in iudicio interrogetur, tenetur illud propalare, quod tamē nefas esset, si in cōfessione sacramētali id audiuisset. ¶ Dixerim, nisi sit confessio sacramētalis, hoc est, figuram habeat sacramenti: nam si quis intentione confitendi incipiat cōfiteri, licet aliqua de causa confessionē non finiat, exurgit obligatio sacri sigilli: nā illa est pars sacramentalis confessionis, quoniā si reliqua confitetur illa pars cum alia sufficeret, vt subsequeretur absolutio. Et eadem ratione, si defectu cōtritionis, vel alia de causa absolutio suspēdatur. Imò verò licet qui facit confessionem nō habeat firmum propositum abstinendi, sed confiteatur secundum tenorē cap. Quod quidam, de pœnitē, & remis, eadem nascitur sigilli obligatio. In summa etiā prælati, vt supra diximus, dum ab eis petitur facultas absoluendi à reseruatis, tenentur ad sigillum, vt personam pœnitentis prodāt, neque verò peccatum eo modo, per quem persona inuestigari posset. De hac autem materia multo plura adducere huc possemus: à quibus enarrandis ob id abstinemus; quod libro quinto, de iustitia & iure, quæsti. 6. articul. 2. & multo copiosius in relectione detegendo, & detegendo secreto membro tertio, quæsti. tertia, & quarta, locuti sumus, vbi studiosissimus quisque vniuersa potest inspicere, quæ ad hoc pertinent negotium. ¶ Ad

Palud.

Sententia auctororis.

Observa.

Prælati, quæ cedunt casu refer.

Solutio.

¶ Ad primum igitur argumentum responsum satis est, ius contegendi secretum confessionis non esse tantū pontificium, quinimò est diuinum, sicut præceptum ipsum confessionis. Quapropter, vt super præcepto confessionis nulla potest cadere dispensatio ecclesiæ, vt. q. 1. ar. 5. dictum est: ita neq; super hoc de seruando secreto confessionis. Quare sub quacunque censura & rigore cogendi ecclesiæ iuberet secretū aliquod propalari, non est credenda id intelligere de secreto confessionis. Si autem id de eodem secreto in particulari reuelando præceptū poneret sub quacunque anathematis cōminatione (quod non est timendum facturam) nullatenus ei esset auscultandum, neq; eius censura, diuino iure reclamante vllō pacto ligaret. ¶ Ad secundū varij variè respondent. Alexander enim Alēxis. 4. pa. q. 78. memb. 2. ar. 2. distinguit, quod si peccatum aliquod in confessione recitetur non tanquam factum, sed tanquam faciendum cum proposito scilicet illud perpetrandi, est quidem sub secreto seruandum non tamen sub sacro sigillo confessionis, quæ quidem opinio est etiam Panormitani super. d. cap. Omnis vtriusq; sexus, quæ sequitur Syluestri. verb. Confessor. 1. §. 5. Imò & Innocentius in eandem citatur sententiam. Et ratio est, quia materia confessionis nō est nisi peccatum commissum. ¶ Quare ait Alexander quod si quis confiteatur peccatum præteritum quamvis nō habeat firmum propositum abstinendi deinceps, occludendum est sub sigillo, secus autem si nō est factum, sed de nouo faciendum. Hæc autem non bene cōhærent nam si peccatum iterādum cadit sub sigillo, cur non etiam illud, quod est de nouo perpetrandum, cum vtrunq; sit futurum? Bene ergo ait S. Tho. illam opinionem esse erroneā: quia est contra veritatem sacramenti. Nam vt baptismus quamvis fide susceptus, est sacramentū: ita & confessio informis est sacramentalis, etiam si ob defectum firmi propositi absolutionē nō cōsequatur. Est, inquā, sacramentalis, licet non sit integrum sacramentum, & hoc sufficit, vt sit seruanda sub occulto sigillo. Nam in cap. Quod quidam, saepe citato præcipitur eius confessionem admitti qui non potest abstinere. Quare tunc sacerdos non facit contra charitatem illud occultando: quia charitas non exposcit, vt peccato, quod homo nescit, remedium adhibeat: & quod scitur per confessionem, vt ilico di-

Solutio secundum di argumentum.

Alexan.

S. Thom.

cturi sumus, est quasi nescitum. Sed aliter, si potest, citra periculū reuelandi confessionē malo illi occurrere, vt diximus, occurrat vel curando suasionibus dimouere pœnitentē ab illo proposito, vel generaliter eos admonendo, quibus periculum creatur. ¶ Contra hanc autem solutionem posset quis ambigēdo arguere. Si quis sacerdoti confiteatur intentione mouendi eum ad malum, tunc sacerdos, præcipue si illud sit in malum reipublicæ, tenetur id detegere: nam illud nō est peccatū sub sigillo confessionis obseruandū. Antecedens elucidatur exemplo, quod Romæ contigit Cardinalis enim quidam, qui conspirationem in pontificem moliebatur, confessus est alteri eiusdem ordinis domino, & quidem sacramentaliter, sed tamen ea intentione, vt eum in suam coniurationē traheret. Postea verò per aliā viā re cōperta Cardinalis, qui confessionem audierat de hoc accusatus fuit, quod rem non protinus detegisset, imò ob id fuit pecunia mulctat⁹, & nisi ignorantiam sibi obtendisset, acrius fuisset punitus. Ad hoc igitur respondetur, quod si cōstaret eum, qui confitetur sacramentaliter cōfiteri per modum accusationis corā Deo, quamvis aliud sinistrum haberet propositū annexum etiam mortale, quod, vt supra diximus, faceret confessionem non esse validā, esset nihilominus sub sigillo confessionis confessio seruanda. Est enim possibile, quod quis ad confessionē accedat cum proposito patrandi aliquod malū, quod putat non esse peccatum: putat, congregiendi cum aliquo induello, vel occidendi manifestarium tyrannum quem putat sibi licere priuata autoritate interficere. Tunc enim quāuis admonitione confessarij intelligeos id esse peccatum, nolit à proposito desistere, & ideo absq; absolutione recedat, nihilominus in tali casu sigillum confessionis seruandū est: quia talis cōfessio est sacramentalis, quandoquidem per solam mutationem propositi absq; alia cōfessione esset ille absoluendus. Veruntamen quando quis ad cōfessionem propositum adfert peruertendi confessarium, in hæresim, scilicet, vel in conspirationem, vel aliud malum cum attrahendi, non est ille censendus intentionē habere confitēdi, & ideo ilico puniendus est ne alios sua contagione contamine. Et ita debuisset Cardinalis ille facere. Quando verò sacerdos per confessionem intelligit obmūdum esse alicui damno reipublicæ, eminus pœnitēs

Argumentum

Exemplum

pœnitens nō est in causa, debet sacerdos ad-
monere, vt ipse remedium, si potest, adhi-
beat, quod si reuerit facere, non est absolu-
tus, nihilominus celādum est secretū, & mo-
do supra dicto adhibendum remedium.

Solutio. 3.

Ad tertium respondet sapienter D. Tho.
quod potest sacerdos suffragium ei denega-
re, quem per confessionem nouit esse præla-
tura indignum, vel aliter etiam eum impedi-
re, si aliæ appareant causæ indignitatis eius.
Vnde colligitur, quod si ex negatione suffra-
gij colligeretur reuelatio confessionis, nulla-
tenus liceret. Plura de hac re diximus. q. 4. ci-
tata in relectione.

Circa solutio-
nem quarti.

Atqui eodē loco: scilicet, quæst. 4. plurima
circa solutionem quarti hic propositi argu-
menti enarrauimus, in quo præcipua versa-
tur rei huius difficultas. Respondet ergo pri-
mum S. Thom. quod cum quæ homo scit in
confessione nō sciat tanq̄ homo, sed tanquā
Deus, puta, vt minister Dei, qui illa peccata
habet perinde ac si nunquam fuissent facta,
optimè affirmare potest se illa non scire, quæ
in confessione scit, imò si in testem adduca-
tur id ipsum potest iurare. Circa hanc au-
tem solutionem hoc primum notandum, q̄
intelligitur dum sacerdos interrogatur non
in particulari, vtrum in confessione sciuerit
talem hominem hoc fecisse peccatum, quæ
quidem interrogatio sacrilega esset, sed dū
interrogatur in genere bona fide, vtrum sciat
illud fecisse. Tunc enim non est cur iurare re-
cuset, quia verum iurat, dicēs se nescire. Imò
quanuis extra confessionem illo modo sci-
ret: scilicet, solo auditu: quia qui delictum fe-
cit: dixit se fecisse, potest iurare se nescire. E-
nimuerò quæ homo audiuit, quanuis vulga-
ri sermone dicatur quodammodo scire, ta-
men propriè id duntaxat iure scire dicimur,

Aug.

(vt ait. 1. lib. retractatio. cap. 14. Aug.) quod
firma ratione deprehendimus: nempe, quod
vel per scientias nobis demonstratur, vel ipsi
proprijs oculis vidimus. Quin & Bald. l. scire
leges. ff. de legib. scientia, inquit, est infallibi-
lis notitia veritatis. Et cap. Testis. 3. q. 9. Id tes-
tis scire dicitur, qd̄ visu, aut alio sensu expe-
rimentaliter nouit. Quare sub disiunctione
testis in iudicio interrogatur, an sciuerit, vel
audiuerit, quasi audire non sit scire. At verò
si scire vulgari modo capiatur, vt id etiam
comprehendatur, quod aliorum testimo-
nio didicimus, vt alibi ait Augusti. tunc ad
hoc suffugiendum est, quod quæ sacerdos

in confessione audiuit, non scit, vt homo,
sed vt Deus. Quo autē hoc clarius fiat, ar-
guitur sic. Ex duabus cōtradictorijs necessa-
rium est alteram esse veram, alteram verò fal-
sam ex his autem contradictorijs à sacerdo-
te prolatis de eo, quod in cōfessione nouit,
Scio hoc, Nescio hoc, affirmatiua est vera, quæ
simpliciter scit: ergo negatiua est falsa, atque
adeo dū illā profert, mentitur. Duo sunt ex-
tremi respōdendi modi, q̄ ambo cauēdi sunt.
Ricard. nanq; vt diximus, ait affirmatiuā fal-
sam: quæ simpliciter nō scit, sed tanq̄ Deo, hoc
est, solus Deus scit. Hoc autē iam impugnatū
est: quia nō scit, vt Deus, in illo sensu, quo an-
gelus Moyfi loq̄batur, dicēs, Ego sum Deus
tuus, sed scit tanq̄ Dei minister, si qd̄ dicit,
Ego te absoluo, & ideo simpliciter scit. At
ppter arg. Gabriel. d. 21. ar. 3. in alterū extre-
mū impingit dicēs, affirmatiuā esse verā, & ne-
gatiuā falsam, ob idq; per neutram debet sacer-
dos rñdere: nā si affirmatiuè respōdeat, fran-
git sigillū, & si negatiuè, mētitur: quare quā-
tūcunque, inquit, interrogatur, debet tacere.
Et in cōtrarium arguenti, q̄ tunc sacerdotis
silentiū suspiciōne iudici ingenerabit, verum
esse quod interrogat: respondet, nihil ad sa-
cerdotem: quia qui filet non plus affirmat
quàm si neget, sed ex malitia hominis nasci-
tur illa suspicio. Cōtra hoc autē responsū
militat argumētū, q̄ cum legitime posset sus-
piciōni illi occurrere, debet illam euitare di-
cens se nescire. Nam si accipiatur propriè, vt
expositum est, verū ait simpliciter. Si verò ac-
cipiatur vulgariter, vt includat etiam nescire
per auditum, nihilominus eadē negatiua est
vera. Vnde ad argumētū respondetur tam
affirmatiuā q̄ negatiuam esse veram, sed non
esse tunc contradictorias propter sensus di-
uersos: affirmatiua enim accipitur simplici-
ter, scio, & negatiua accipitur cum restri-
ctione, scilicet, Nescio, vt homo, sed vt Deus.
Quid autem hoc sit, iam supra expositum re-
liquimus: est enim sensus, scio quemadmo-
dum scit Deus: Deus autem scit, non, vt in
opprobrium dicat, sed, vt obliuioni tradat,
quod in die iudicij ad gloriam referat pœni-
tentiū: idem ergo est, Nescio, vt homo, quod
Nescio, vt dicam. Nam cum scientia ordina-
tur ad dicendum, verbum illud scire, & ne-
scire aptè recipit illud moderamen. Nescio
vt dicere possim. Et in hoc sensu, ait Ber-
nardus. Nihil minus scio, quàm quod in
confessione scio. Accedit, quod vocū signifi-
cationes

Argum.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Argu. Ga-
bri. obliu.

Solut. euilte.

Argu. cōtra
ei solutiōne.

Solutio. 3.

Bernardus.

cationes ex humano vsu sunt æstimandæ, &
in communi sermone cum sacerdos ait. Ne-
scio; nemo de ijs, quæ confessione nouit, ver-
bum intelligit. Atqui simile illud est Marci
13: De illo die nemo scit, neq; filius hominis:
nam licet quicquid pater nouerit, etiā filius
nouerit, vt ipse ait alibi, tamen quia ad finem
redemptionis nō expediebat nobis scire diē
iudicij Christus in quantum redemptor ne-
sciebat illud, vt in hac vita propalaret. Neq;
verò opus est exprimere, Nescio; vt homo:
nam ipsamet propositio ex accommodatio-
ne vsus inter Christianos secum adfert illum
sensum, nō intelligi per illud verbū id, quod
per confessionem notum est. Vtrum verò in
alijs secularibus secretis extra confessionem
liceat itidem respondere, Nescio; vt scilicet,
eundem faciat sensum, qui est; Nescio, vt di-
cam, loco citato in eadem nostra relectione
late discussimus. Quid autē si sacerdos in-
terrogatur. Vtrum audisti Petrū hoc crimen
patrasse? tūc enim nō admitteretur, respon-
sio per Nescio, quæ inepta esset: nam licet quis
nesciat illud esse factum, quod audiuit fa-
ctum esse, scit tamen audiuisse. Responde-
tur, optimè posse respondere, non memini:
Nā idē est, dicere, Nescio vt dicā, quod non
memini, vt dicam: meminisse enim scire est.
Sed præterea si inde generaretur suspitio, op-
time etiā respondere potest, non audiui: quo-
niam cum audire ad scientiam quoq; perti-
neat, eūdem recipit sensum: scilicet, Non au-
diui, tanq̄ hō, vt dicā, sed vt Deus, vt nō dicā.
Dubium autem, quod vrgentiùs præmit-
tunt, est, quid si, vel infidelis tyrannus, vel impro-
bissimus christianus peculiariter à sacerdote
exquireret, vtrum audieris in confessione Pe-
trum hoc fecisse. Profectò non licebit respō-
dere, Non audiui in confessione: nam respō-
sio hæc non recipit moderationē illam, Non
audiui, vt dicam: quia totum exprimitur in
interrogatione, scilicet, vtrum audiuisti, vt
non dicas, aut vt Deus, & ideo responsio, Nō
audiui, vt Deus, est mendacium, quod quidē
dicere nulla de causa licet. Igitur in tali casu
si tyrannus est infidelis, respondendum est il-
li tanquam sacramētum vituperanti, religio-
nem christianam præcipere de sacramentali
confessione in neutram partem quicq̄ esse lo-
quendum. Et multò efficacius respondendū
esset reprobatisimo christiano tanquam sa-
crilegō, Non est fas, vt tibi ad istam tuam sa-
crilegam interrogationem quicquam respō-

Marci. 13.

Dubium.

Solutio.

Dubium aliud.

Quo modo re-
spondendum
tyranno.

deatur. Et in vtroque casu si mortem illi tyra-
ni sacerdoti comminarentur, illa esset potius
oppetenda, quàm verbum vllum proferen-
dum, quod in reuelationem sacramenti con-
fessionis vergeret. Atqui cōsideratē hic ani-
maduertendum est, quod qua ratione sacer-
dos quæ per confessionem audit, & scit, neq;
scit, neque audit sicut homo, sed sicut Deus:
ita, nec pœnitens ei quicquam dicit, vt homi-
ni, sed, vt Deo: & ideo dum pœnitēs ipse in-
terrogatur, vtrum hoc, vel illud cuiquam di-
xerit, optimè iurare potest se nemini dixisse,
si nō nisi in confessione dixerit: quia intel-
ligitur nemini hominum dixisse tanquam ho-
mini. Quo circa & si sacerdos dicat, mihi di-
xisti, respondere audacter, & iurare potest,
Nihil tibi dixi. Si autem interrogetur, an di-
xerit in confessione, nequaquam licet nega-
re: nam sensus esset, Non dixi, vt Deo, qui
sensus esset falsus, sed tunc respondendum
est cum acrimonia, vt nuperrimè de sacerdo-
te dictum est: quia interrogatio illa impia, &
sacrilega est.

Occurrit hic autem dubiū nullatenus dissi-
mulandū, vtrum vnā confessionem liceat
reuelare in alia. Exempli gratia, sacerdos ac-
cessit ad sororem ignorātia vincibili & pro-
babili ignorans esse sororē, & postea ipsa cō-
fiteatur fratri se esse illam, ad quam ac cesserat.
Et sacerdos non potest confiteri, nisi alij, qui
scit vnā illi esse sororem, vtrū debeat cō-
fiteri illi circumstantiā incestus. Ex ijs enim,
quæ supra diximus, constat debere illam cō-
fiteri. Tamen ex alia parte militat, quod illā
circumstantiam non sciuit, nisi per confessio-
nem. Profectò res est dubia, & videtur veri-
tas in hanc partem inclinare, q̄ non debeat
illā circumstantiā cōfiteri: quia strictius est vin-
culū secreti confessionis, q̄ integræ faciendæ
cōfessionis. Sic aiunt Scot. Paluda, Adria. &
alij. Attamē ratio certè non vsque adeo con-
uincit: quia nescio cur sit arctius vinculum
seruadi sigillū, q̄ integrè confiteri: quando-
quidē obligatio sigilli ex obligatione cōfessio-
nis emergat. Præsertim cū dicere in cōfessio-
ne nō sit tā grauis infamatio, postq̄ sacer-
dos audiēs tenetur ad sigillū illius. Idē est de
sacerdote, qui inter audiendā cōfessionē errare
clauē peccauit absolūdo. v. g. alterum sacer-
dotē à peccatō, cui erat annexa ex communi
catio, & irregularitas, ob cuius errorem alter
excōicatus celebrat. Vtrū si nō sit, nisi alius
tertius sacerdos, cui iste cōfiteatur, debeat suū
confi-

An liceat
vnā confessio-
ne reuelare
in alia.

confiteri errorem cum manifesto periculo q̄ audiens intelligat quisnam sit ille sacerdos malè absolutus. Reuera vtraque opinio est probabilis, & fortasse hæc probabilior, quod debeat confiteri: His autem similibusque casibus exceptis manifestum est, quæ in vna confessione audiuntur nullatenus lice- re in alia explicare, taliter, vt venire queat sacerdos in notitiam personæ: nam licet non sit tam grauis reuelatio, quam si fieret extra confessionem, est tamen reuelatio mortalis.

¶ Addit in eadem solutione D. Thom. quod eadem ratione prælatus audiens confessionem subditi non potest eum extra confessionem punire, vt si Abbas audiens confessionem Prioris intelligat esse illa functione indignum, potest quidem illi suadere in confessione, vt dignitatem resignet, aut si est alia causa, vel occasio potest eum amonere, non tamē propter peccatum illic auditū.

Solutiois rō.

¶ Est autem solutio hæc prudenter consideranda, vt eius intelligatur ratio. Haud enim ob hoc tātū non licet pœnitentem punire publicè: quia fieret tunc confessionis reuelatio, sed neque secretò potest illū priuare propter illud crimen: quia illud quod scitur in foro pœnitentiæ perinde habet, ac si nullo modo sciretur, & peccatum quod non est à iudice cognitū, nō potest ab eo puniri. Quare iudex audiens delictum in cōfessione nullum habet ius puniendi, nisi iniungendo pœnitentiam in confessione: nam extra confessionem potest negare delinquens se illud fecisse, & saltem non erit mendacium perniciosum.

Distinctio.

¶ De ijs autē subditorum officijs distinctione opus est. Si enim est tale, quod quandam habeat iurisdictionem etiam subalternatam, tunc nullatenus superior potest illum priuare ratione cōfessionis sacramentalis, etiam si caueretur reuelatio: quia ille habet ius possidēdi, & ideo non potest sine causa & iudicio spoliari, quæ quidē causa per aliam viam quam sacramēti innotescat. Si autem est officium, quod nō habet iurisdictionem aliquam, sed est ad nutum prælati folius amouibile, vt sacrista, & procurator &c. tunc si prælatus per eorum sacramentalem confessionem intelligit esse, vel fures, vel inhonestos, vel aliter indignos, potest illos amouere, dū modo caueatur ne confessio reueletur: quoniam eiusmodi amotio nullum a cōm iuridicū requirit, cum non habeant ad eadem officia ius. ¶ Sed rogas

Dubium.

vt r̄um saltem prælatus per notitiam, quam habuit in confessione sacramentali adduci possit, & moueri ad faciendam inquisitionē de ijs criminibus. Apparet enim posse, quia inquisitio est ius prælatorum, vt si testes inuenerint, scelera vlciscātur. Respondetur, neq; hoc certè posse per particularem inquisitionem: nam ius inquirendi nascitur ex delicti vel infamia, vel semiprobatone: & quod in confessione noscitur, nullius horum ratione habet. Potest autem dum visitat tempore solito attentior esse ad hoc, maximè si est crimen vergens in damnum publicum. Potest etiam attentius vigilare super gregem suum: quia nihil vetat quominus homo per audientiam confessionum prudentior fiat.

Solutio.

¶ Quid autem si rem sciat non per confessionem, sed per viā confessionis, vt si quis scripsit sua peccata, & perdidit scriptū, qđ prælatus inuenit. Scio hoc vsu venisse, vt quidam prælatus per hanc viam ad inquisitionem processerit, sed fuit iure optimo à superiore de hac re punitus. Est enim confessio tam sacra, vt id etiam, quod ad eā ordinatur, sit perpetuo silentio sepeliendum. ¶ Et quod dictū est de prælatis ecclesiasticis, intelligendum de prætoribus, & iudicibus secularibus. Quauis enim nequissimi sacerdotes duo, vel tres crimen, quod per confessionem audierunt, in aures iudicis deferāt, nullatenus ipse sciēs non alia via illis innotuisse, quam per sacramentalem confessionem, potest ad vllam inquisitionis viam procedere: quia illud nō est habendum, aut pro infamia, aut pro indicio, tantū abest, vt possint eiusmodi testimonia in scriptis suscipere, aut reum capere, aut interrogare: isti enim omnes essent sacrilegi processus. Imò verò quāuis bonā fide iudex incipiat in aliqua causa procedere, cum primū certò sciverit rei cognitionem ex sola confessione sacramentali fuisse ortam, cessare debet, & facta omnia pro infectis habere.

Res, qua scitur per viam confessionis, reuelari non potest.

Nota.

¶ Quod si quis arguat, sequeretur etiā, quod si per viam confessionis iudici cōstaret insignē furtum, aut incendium perpetratum tali nocte in vrbe, non posset infidias tendere, & reos capere, vt ex lege contra ipsos ageret. Ad hoc respondetur, quod si sacerdos reos manifestauit, neutiq; contra ipsos procedi potest, q̄a fuit iniquissima reuelatio. Imò neque crimē licitum est exprimere, si per id in reorum notitiam veniri potest. Si tamen dūtaxat in genere dixit, Vigilate super vrbe, fortasse

obicitio.

Dilutio.

fortasse aliqua determinata, & nocumenta accidere possunt tunc iudex vigilare potest & illi obuiare malo, & si nefarios tunc comprehenderit, sua ipsorum tunc erit culpa.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum peccatum, quod sacerdos in confessione nouit possit vel de licentia pœnitentis, vel si alia via illud nouit, prodere.



Andem, vt præsentī negotio postrema imponatur man⁹ arguitur, q̄ nec de licentia pœnitentis sacerdoti liceat cōfessionē reuelare. Id enim quod sum-

Primum argumentum.

perior facere nequit, neque inferior potest, per facultatem autem papæ sacerdos nō potest referare sigillum: ergo neq; id per licentiam pœnitentis fieri potest. ¶ Secūdo. Quod in bonum commune institutum est non potest arbitrio priuatæ personæ immutari, secretum autem confessionis est necessariū ne homines à confessione terreantur: ergo pœnitentis facultas non sufficit illud immutare.

Secūdo argumentum.

Tertium argumentum.

¶ Tertio arguitur, quod etiā si ille sacerdos alia via nouerit, nequeat tamen illud prodere. Nam quicumq; sacerdos in virtute obligatur pœnitenti eius peccata nemini propagare, neq; verò dicere: qui autem extra confessionem hoc alteri promitteret, quomodo cumq; id sciret, teneretur tacere: ergo à fortiori cum id fuerit in cōfessione pollicitus. Præsertim q̄ illo admissō aperiretur via scandali: putarent enim homines sacerdotem nota in confessione publicare. ¶ In cōtrarium autem quantum ad prius membrum est, quod cum pœnitens ipse possit sua peccata reuelare, eodem iure potest eandem facultatem alteri facere. Et quantum ad secundum. Ea, quæ quisque publica via nouit nullo iure cōhibetur dicere: ergo propterea quod quispiā sacerdoti eadem confiteatur, non priuatur illo iure.

Pars affirmatiua.

Deciso arti.

¶ De hac re variæ sunt opiniones. Alexander enim Aletis. 4. par. quæst. 78. memb. 2. & Scotus & Durandus in. 4. dist. 21. negant posse sacerdotem confessionem reuelare. Et ratio quidem Alexandri est illa priori loco facta: quia quod sacerdos scit tantū, vt Deus per nullius hominis facultatem reuelare potest. Et eadem ferè mouetur Durandus, quia notitia, inquit, sacerdotis per confessionem

acquisita non sufficit, vt citra mendaciū possit dicere se illud scire: quare licet id dicat de licentia pœnitentis, mentitur. Veruntamen ijs non obstantibus, ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Licitum est sacerdoti de licentia pœnitentis confessionem reuelare. Conclusio est S. Tho. præ-

Prima cōclusio.

fenti loco, & Bonauenturæ, & ferè omnium. ¶ Et ratio est optima, quia vt ait S. Tho. duo sunt, quæ sacerdoti obstant ne confessionem reuelet, primum quia id nescit, vt homo, sed vt Deus: secundum est scandalum ne homines confessionem abhorreant: vtrunq; autē obstaculum tollitur de licentia pœnitentis: nam per illam fit, vt sacerdos peccatum sciat etiā vt homo. Et præterea per hoc, quod homines sciunt, non posse suam confessionem reuelari nisi de eorum licentia, satis obuiatur scandalo. ¶ Atqui in re nulla est controuersia, cōtrarij enim autores non negant per facultatem pœnitentis licitam esse posse reuelationem: quia nec negare possunt, cum in cap. Officij, de pœnit. & remissio. constet sacerdotem papam consuluisse de quodā peccato, quod mulier sibi fuerat confessa. Præ-

Ratio.

terea & ratio est manifesta: nam cum sigillū confessionis in bonum pœnitentis, sit institutum, & quandoq; ei reuelatio sit expediens non est cur non liceat sacerdoti committere vt consilium ei salutare ab alijs petat. Sed discrimen est, quod illi dicunt necesse esse, vt pœnitēs iterum extra confessionem narret peccatum ipsum, cuius reuelādi facultatem vult facere sacerdoti. At verò hæc est vna ceremonia metaphysica nihil ad rem morale pertinens: nam si licet pœnitenti qui solum homicidium confessus est, extra confessionem narrare iterum homicidium dicendo. Hoc poteris reuelare, cur sine iterata narratione non liceat dicere, Reuela illud, quod tibi confessus fui, sanè cum idem vtrunq; significet. Præsertim quod inter confitendum potest eandē dare licentiam. At verò in vsu huiusmodi facultatum pœnitentis multa est adhibenda prudentia. Primum scilicet cauedum ne dum sacerdos viderit pœnitentem ad id cogi, facultate eius vtatur. Vt si verbi gratia, tyrannus iudex cogeret reum, vt licet cōcederet sacerdoti dicēdi peccatū, tunc enim quantūcumque illam cōcedat nefas est sacerdoti sigillum aperire: quia verget in caput pœnitentis. Rursus & à quodam abusu cauendum maximè: quem video inter iudi-

In dicitur abusus.

ces ecclesiasticos canonistas inferpere, quem certè ex canonibus sacris nunquam collegerunt. Cum enim agitur, exempli gratia, causa, de re matrimoniali, dum quis petit, eam, quæ alteri nupsit, dicens, prius sibi clam fuisse nuptam, quod ipsa negat, mittunt eam ad confessarium, cui confiteatur, vt postea syncerius respõdeat in iudicio. Est enim hoc ansam præbere puellis mentiendi in confessione: nam quod semel in iudicio negarunt, facile & in confessione negabunt. Et multò minus licet in talibus casibus, vt sacerdos habita licentia pœnitentis illud tractet in publico. Longe enim minus inconueniens est, vt homines in falso matrimonio perdurent, q̄ per viam confessionis ista tractentur. Et solet aliud absurdus etiam inter ignaros homines accidere: videlicet, quod cum quis zelotypia vxoris vritur, conditionem, vel offert, vel accipit, vt vxor confiteatur alicui sacerdoti, cui facultatē faciat reuelandi, sit ne adultera, an pudica. Primū. n. hic ignorātia interuenit: qđ sacerdos poterit citra mortale renūciare marito vxorem esse pudicam, licet sit adultera: quia mendacium non est perniciosum: quare exigua est in hac parte sacerdotis autoritas. Secundò manifesta offertur occasio adulterę mentiendi in confessione proponenti iterum confiteri. Ac demum sacramentum cum hac ratione inuulgatur, in vilipendium venit. Non est ergo pœnitentis licentia vtendū, nisi priuatim in eius commodum ad capiendum consiliū in re, quam sacerdos definire non valet: idque si fieri potest sine reuelatione personæ. Quanquam si aliter fieri nequeat, nominari, & ipse de eius licentia potest. Imò sacerdos ipse absque licentia potest de eadem re peritiores consulere, dummodo persona in notitiam venire nō possit. Si tamen pœnitens renuerit etiam in genere sacerdotem tale consiliū capere, nō potest vltra procedere, sed eum absque absolutione dimittat. Quam ob rem dum pœnitens intelligit se aliquibus negotijs impeditum, quæ sine scientia, & prudentia extricari non possunt, sapientem debet sacerdotem inquirere, qui per se absque huiusmodi consiliorum turbis de illis valeat iudicare. Quod si scisciteris, quid si confessarius errorem aliquem intolerabilem inter absoluentem cōmiserit, vt si absoluit non subditum, aut excommunicatum à casu reservato, vel in præiudicium tertij dixit non esse restituen-

Abusus reuelandi confessionem.

Dubium.

dum id, quod re vera erat alienū? Fertur tempore concilij Basiliensis inter magistros, quibus Ioannes Nider intererat, disputatū esse, vt r̄m in tali casu liceret sacerdoti, habita legitima facultate, absentem absolueret, antequam eum conueniret. Illa tamen disputatio nullibi extat. Absentem autem nullatenus absolueret licet, vt. q. 4. citata in nostra relectione latius disputauimus. Et ideo hic respondendum quod si error non est ita grauis, sed creditur pœnitēs fuisse absolutus, nō est ampli⁹ curandū. Si autē est ex istis grauibus recitatis conuenire sacerdos debet pœnitentem, & dicere errorem grauem in audientia suæ confessionis commisisse, & ideo sibi videat, vt r̄m velit iterum confiteri, vel saltē sub eodē sigillo facultatē facere docēdi eum veritatē. Et tunc pœnitens tenetur consiliū capere sacerdotis, quod si respuerit, tunc sacerdotis culpam in se ipsum transfundit. At verò extra hos necessitatis casus nullatenus sacerdoti licet de culpis extra confessionem cum pœnitēte ipso sermonē vllū inire, quod imprudentissimi quidam sacerdotes non satis animaduertūt. Est enim hoc gen⁹ quoddā reuelationis sigilli, & exprobrationis peccatorū, qua peccator pudefactus negare iure potest quicquam ei dixisse. Circa alterum vero quæstionis membrum fuit opinio Altifiodorē. 4. part. q. de sigillo, aliorumq; antiquitus, qui negarunt posse sacerdotem, quæ cognouit in confessione, quanuis alia via ei sint nota, in publico alteri referre, nisi si prius illa nouerit protestetur pœnitēti illa non recipere sub sigillo. At verò hæc opinio, vt ait loco citato S. Tho. dū nimium sigillo tribuit, præiudicium veritati & iustitiæ seruandæ facit. Et ideo statuitur secunda conclusio. Quod sacerdos extra confessionem nouit siue ante, siue post, iure potest, dummodo id secundū leges faciat, publicè dicere. Probat, q̄, vt dicebamus, ius qđ hō de hac re extra confessionē habet, p̄ confessionē nō amittit. Secundò, q̄, alias lata aperiretur fraudibus via, vt si prædo coram sacerdote furtum faceret in ecclesia, posset statim illud in aures sacerdotis susurrare, vt os illi obstrueret, ne posset dicere. Item contraria opinioe admissa licet sacerdos in testem rei, quā videt, produceretur, nequiret testimonium necessariū perhibere, neq; si quis corā ei delinqueret, quē admonitum incorrigibile expertus esset, si ei idē peccatum confiteretur, posset

Ioan. Nider.

Solut. dubij.

Explicatur alterum quæstionis membrum.

Secunda conclusio.

posset denunciare. Quæ omnia absurda sunt, & legibus iustitiæ aduersa. Quinuerò, quanuis extra confessionem nō nouerit peccatum, quod sibi confessum est, si habeat indicia, potest criminofum in iudicium deferre, vt si latro inter confitendum crumenam abscondit sacerdoti, licet confiteatur illi furtū postmodum sacerdos comperiens suam crumenam sustulisse, potest illum denunciare, dicens, tali hora, & loco sibi fuisse sublatam, & eodē tempore illum illic ad fuisse. Cæterū in his omnibus prudens est semper cautela adhibenda, ne sacerdos in suspitionē veniat, quod sit sigilli violator. Ad primum igitur argumentum respondetur, q̄ quanuis quod superior prælatus nō pot, inferior nequeat, tamē pœnitēs nō tanq̄ prælatus, sed tanquā dominus suæ famæ potest pro bono suo crimē suum reuelare, & reuelari facere, quod tamen Papa nequit facere, cum nō sit alienæ famæ dominus. Et eodem modo respondetur ad secundū, q̄ quamquam sigillum confessionis in bonum commune institutum sit, nihilominus non seruit, nisi ad protegendum singulorum honorem. Et ideo si nō aliter quam per facultatem pœnitentis referatur, nunquam cōfessio odiosa fiet. Ad tertium denique respõdetur, quod sacerdos non obligatur pœnitenti ad celandum crimē, nisi qua ratione illud in confessione scit. Quare quod alia via sciuerit per illam obligationē celare non cogitur, dummodo, vt dictum est, scandalum caueat, & suspitionem detecti sigilli.

Solut. 1. arg.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

DISTINCTIO 19. De satisfactione, & de purgatorio.

Cap. j.



ertia demum pars pœnitentię est satisfactio, quæ p̄inde virtus est iustitiæ. Est em̄ satisfactio iniuriæ Deo illatæ cum proposito cauendi in futurum ad quandam æqualitatem iustitiæ compensatio.

Satisfactio quid.

Nam etsi, vt. 8 ethic. autor est Philosophus, dijs & parentibus æquale reddere nequeamus, possumus id tamē secundū æqualitatis proportionem præstare, vt sicut Deus nobis, quæ suam immensam bonitatem decent, beneficia confert: ita & nos, quas pro ratione nostræ tenuitatis possumus, tum gratiarum actiones, tum etiam satisfactiones rependamus. Vnde Anselmus in lib. Cur Deus homo, satisfaccere, inquit, est Deo honorem debitum impendere. Et in de Ecclesiasti. dogmat. legitur. Satisfactio est peccatorum causas excidere, & earum suggestionibus aditum non indulgere.

Aristo.

Anselmus.

Aug. can. satisfactio, de pœnit. dist. 3.

Cap. ij.

1. Ioan. 2.

Matth. 3.

¶ Pestilens ergo est hæreticorum nequitia eo fucō satisfactionem Christi extellere, vt nostram necessariā esse abnegent. Nam etsi eius saluifica passio sufficientiam nobis attulerit expiandis peccatis non solum nostris, vt ait Ioan. sed etiam totius mundi, tamen efficaciam in nobis habere noluit, nisi secundum illum gradum, & modum, quo per eius sacramenta, & opera nostra auxilio suo subnixa nobis applicatur. Quare sæpe remissa culpa pœnarum nō nihil reliquum fit, per eius opem, & nostram diligentiam exoluendum. Vnde Ioannes non solum, vt homines pœnitentiam agerent, prædicabat, verum, Facite, aiebat, fructus dignos pœnitentiæ. Qua utiq; ratione

Kkk 2 ratione

ratione virtus in nos Christi excel-
lentius commendatur, qui nobis
non solum culpas per suam ope-
rantem gratiam remittit, verum
& cooperatorem gratiam tribuit qua
possimus eius praeuenientes iudi-
cium poenas eorum delictorum
nostrorum pedere, iuxta ver-
bum Pauli, Si nosmet ipsos dijudi-
caremus, non utique iudicemur.

Paul. Ro. II.

Cap. iij. ¶ Atqui quavis omne opus per
gratiam Dei exhibitum, qua gene-
rali ratione ad meritum ei gratum
est, eadem sit & ad satisfactionem
acceptum, peculiari tamen ratio-
ne & per antonomasiam solum il-
lud, quod poenam habet annexam
est in poenitentiam iniungendum.

Quapropter sancti patres satisfac-
tionis opera in tria partem duxe-
runt, quae sunt ieiunia, orationes, &
elemosinae. Nam sicut tria sunt in
nobis bona, nempe corpus, anima
& externa bona, ita & omne quod
est in mundo, ait Ioannes: scilicet
peccatum aut concupiscentia car-
nis est, aut concupiscentia oculo-
rum, aut superbia vitae. A operin-
de contra primum institutum est
ieiunium, iuxta verbum Ioel. Con-
uertimini ad me in toto corde ve-
stro, in ieiunio fletu & planctu. Et
contra secundum elemosina, iux-
ta illud Danielis, Peccata tua ele-
mosynis redime. Et contra tertium
oratio, qua nos Christus petere pa-
trē docuit, ut nobis peccata dimit-
tat, quorum initium & radix, vt

Ioan. 2.

Ioel. 2.

Daniel. 4.

est apud Sapientem, Superbia est.
Vnde Hierony. oratione, inquit,
sanantur pestes mentis, sicut & ie-
iunio pestes corporis. Quinimò et
flagella, quibus Deus peculiari p-
uidencia homines castigat, vt or-
bis inundatio, & Sodomorum con-
flagratio, si illas homines acceptas
emendentur, & corrigantur, ad
satisfactionis rationem apponun-
tur, quoniam non confurget du-
plex tribulatio, nec vindicabit
Deus bis in id ipsum in tribulatio-
ne. At si obstinati pereant, cruciat
in hoc seculo pati incipiunt, quos
aeternum sunt in inferno perpeffuri,
vt Augu. super illud Deuterono.

Hieronym.

Naum. 1.

32. Ignis succensus est in furore meo
& ardebit vsque ad inferni nouis-
sima, adnotauit, dicens, Vindicta
hic incipiet, & ardebit vsque ad
extremam damnationem.

Augu. can. 19. de pe-
nit. dist. 3.

¶ Ceterum sacerdos in poeniten-
tiae iniungendis prudentia opus ha-
bet, vt multa circumspectat: nimi-
rum, non solum grauitatem scele-
rum, verum, & personarum quali-
tates. De qua quidem re dist. pro-
xima redibit sermo. Atqui cum
autore Paulo. 1. Corint. 12. Omnes
simus eiusdem corporis mem-
bra, debeamusque subinde, vt ait,
ad Galat. Alter alterius onera por-
tare, fit, vt vnusquisque possit par-
ticipium suorum operum alteri
impendere, vt alter pro altero sa-
tisfaciat.

Cap. iij.

¶ Poenitentiae vero publicae, & so-
lennes in primordijs ecclesiae, ac
deinceps frequentes erant, vt can.
In capite. 50 dist. & alij poeniten-
tiales testimonio nobis sunt: iam
vero per quam raro sunt in vsu. Ijs
vero qui in fine poenitent, satisfactio
non iniungitur, quorum quidem
poenitentiam Aug. vt male fidam
metuit, dices, Fateor vobis, quod
illi, qui in vltima necessitate aegri-
tudinis suae positus poenitentiam
petit, non negamus quod petit, sed
non praesumimus quod bene hinc
exit. Et subdit, si securus hinc exit,
ego non sum securus.

Cap. vj. ¶ Ex his demum facile est collige-
re eis, qui in hoc seculo pro ratio-
ne suorum criminum plenam non
fecerint satisfactionem, loco pur-
gatorij esse perpurgandos. Nam
vt ait, Paul. Christus ecclesiam
suam non praesentabit patri quo-
usque sit sine macula, & sine ruga.

Paul. ad E-
phe. 5.

2. Machabae. 12.

Vnde. 2. Machabae. 12. legitur, san-
cta & salubris est cogitatio pro defu-
ctis exorare, vt a peccatis soluantur.

DISTINCTIONIS decimae nonae, Quaest. pri- ma, De quiditate, & necessitate satis- factionis.



Distinctio praesens in tres
ex ordine quaestiones
distribuitur. Prima est,
de quiditate, & neces-
sitate satisfactionis. Secun-
da de ijs operibus, per
quae fieri debet satisfac-

Autoris or-
do.

tio. deque poenitentiae sacramentalibus, &
ecclesiasticis, ac demum de ijs, qui in fine poe-
nitent. Et tertia, de purgatorio. Prima quin-
que continet articulos. Primum, de quidi-
tate satisfactionis. Secundum, de eius possi-
bilitate. Tertium, de necessitate. Et quartum,
de eius qualitate, & integritate. Quibus ad-
iungitur quintus de operibus, quae in pecca-
to fiunt, an alicuius sint momenti.

ARTICVLVS. I.

Utrum satisfactio sit virtus
iustitiae.



Meritam satisfactionis, quae
tertia est pars poenitentiae, ag-
grediens nosse prius opus
est, quid hoc nomine signifie-
tur, vt de eius possibilitate, &

necessitate lucidior fiat disputatio. Argui-
tur ergo, quod satisfactio non sit virtus, neque
verò virtutis officium. Opus enim virtutis me-
ritum est apud Deum, satisfactio autem, quo-
niam debitum importat, non videtur merito-
ria, cum meritum opus sit spontaneum, &
gratis exhibitum: ergo satisfactio non est
virtus. ¶ Secundo arguitur, Principale in vir-
tute moris, vt. 8. Ethic. autor est Philosophus
est electio, quae est intus in voluntate, satisfac-
tio vero non fit, nisi per opera extrinseca:
ergo non est virtus. ¶ Tertio arguitur, quod
non sit actus iustitiae: quia, satisfactio ad hoc
fit, vt quisque alteri concilietur: reconciliatio
autem, quia officium est amicitiae, ex charita-
te procedit: non ergo satisfactio actus est iu-
stitiae. ¶ Quarto, ex eadem radice arguitur. Si
satisfactio actus esset iustitiae, consequens fie-
ret, vt satisfactio, & restitutio eadem res essent,
vel saltem restitutio esset satisfactionis pars:
nam per satisfactionem homo, & Deo recon-
ciliatur, & proximo: per restitutionem vero
rei ablatae reconciliatio fit cum proximo: con-
sequens autem est falsum, quoniam satisfac-
tio est pars sacramenti, restitutio vero mini-
me. ¶ In contrarium est, quod satisfactio est
pars poenitentiae: poenitentia vero est virtus.

Partis nega-
tiae argu. 1.

Secundum ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

Quartum a
gumentum.

Pars affirma-
tiae.

Item quia per satisfactionem, vt ait Ambro-
honorem Deo debitum impendimus: ratio
vero debiti ad virtutem pertinet iustitiae.

¶ Satisfactio nomen latinum est, id quando-
que significans, quod debitum ad aequalitatem
soluunt: nam, satis, aequalitatem dicit. Et nonnun-
quam

quam idem est, quod opinioni alterius vel interrogationi respondeo, vel præceptum impleo, sicut dicitur quis existimationi, quæ de ipso habetur, vel seruis domini mandato satisfacere. Et. i. Petri. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos ratione &c. In præsentiarum vero in ea significatione usurpatur, qua (vt Alcomius autor est) satisfactio idem est quod tantum facio, quantum satisfacit irato ad vindictam, hoc est, iniuriam illatam repensio. Tametsi ex accommodatione usus theologorum non tam amplè, sed restrictius nomen usurpemus, pro ea compensatione, quam homo Deo facit pro peccatis. In qua utique significatione, vt art. 3. videbimus, inter sanctos ecclesiæ patres creberrimè ab ecclesiæ primordijs in usu est. **Accipitur autem satisfactio tripliciter:** vno modo pro quocunque remedio, quod ad remissionem peccati adhiberi potest. Quo pacto passio Christi fuit satisfactio pro peccatis humani generis. Et in puris hominibus secundum hanc acceptionem includit omnes tres partes poenitentiae. Secundò verò modo accipitur, vt distinguitur contra contritionem, & confessionem. Et sic accipitur in presentiarum. Sed hic etià modus bipertitus est: nam potest satisfactio accipi, vt est tantum opus poenitentiae virtutis, siue imponatur à confessario in sacramento, siue sua sponte homo illam faciat. Postremo ergo modo usurpatur pro ea satisfactione, quæ à sacerdote iniungitur. Qua utique ratione est tertia pars poenitentiae.

Satisfactio tripliciter.

Prima conclusio.

Ad quæstionem ergo tribus conclusionibus respondetur. Prima, satisfactio secundum hanc nostram euangelicam significationem est actus per se virtutis. Bifariam enim opus aliquod esse potest virtutis. Vno modo materialiter: quia cum nullam naturam suam malitiam implicet, debitis sit circumstantijs, vt comedere, ambulare, & loqui quando, & vbi oportet. Altero modo formaliter, quia suo nomine formam, & rem virtutis sonat, vt strenuè subire pericula belli, charos honorare parentes &c. Et hoc secundo modo omne opus, quod de se dicit medium secundum rationis lineam, est virtus: nam virtus in medio critate consistit: cum ergo satisfacere, vt nomen sonat, idem sit, quod æqualitatem inter duos constitutere, per se est virtutis officium, nisi extrinsecus maculetur. **Secunda conclusio.** Satisfactio est species virtutis iustitiæ, qua parte poenitentia iustitia dicitur. Quod enim

Secunda conclusio.

fit pars iustitiæ, manifestum est: quia proprium est iustitiæ æqualitatem inter duos ponere, & hoc, vt dictum est, nomen satisfactionis importat. **Æqualitas verò hæc, aut in rebus constituitur datis & acceptis, aut in actionibus, & passionibus quibus se inuicem homines, aut iniurijs afficiunt, aut beneficijs. Et quia res sunt quæ dantur, & accipiuntur, illa æqualitas dicitur in rebus redditio, & restitutio, vt dum qui frumentum ab alio, vel rem aliquam accepit, reddit pecuniam. Æqualitas verò in actionibus constituitur, dum vel quis pro beneficio recepto gratias refert, vel pro iniuria, & offensa alteri illata poenam, & supplicium rependit. Sed hoc dupliciter contingit. Vno modo dum iniurijs à iudice punitur, & illa dicitur vindictio, & ultio, quæ pertinet ad iustitiam vindictiuam, cuius munus est poenam pro culpa infligere, siue reconciliatio amicitiae fiat, siue minimè. Sed altero modo contingit, dum quis spontè pro iniuria quam alteri intulit tanquam persona priuata castigat sese, procurans in amicitiam alterius reconciliari. Et hæc proprie dicitur satisfactio, quæ est pars poenitentiae. Sententia est D. Tho. in 4. dist. 15. q. 1. art. 1. quam postmodum explicuit. 3. part. q. 85. & nos ibidem latius dist. 14. q. 2. art. 3. Vbi & hac ratione contra Scotum elucidauimus, quemadmodum poenitentia non fit iustitia vindictiua, sed specialis virtus. Differt ergo satisfactio à iustitia vindictiua: quod vindictio passioe potius est satisfactio, quam quis ab alio patitur. At verò satisfactio est actio, quam poenitens sua sponte exercet: & ideo dicitur satisfacere, & poenitere: id est, poenam sua sponte tenere. Et inde rursus sequitur, quod satisfactio de se non dicit virtutem, quia non fit ex electione patientis, sed iudicis, in quo est virtus vindictiua: quauis si patienter sufferat, illa patientia sit virtus. Satisfactio verò, quia fit ex electione poenitentis, per se dicitur virtus. **Tertia conclusio.** Restitutio tantum à satisfactione differt, vt nec pars illius sit, sed præambulū quoddam. Conclusio hæc ex superiore colligitur: nam restitutio, vt diximus, fit in rebus datis, & acceptis, satisfactio verò in actionibus. Quare utraq; potest absque alia reperiri, licet nonnunquam ambæ coeant. Potest enim quis rem ab alio accipere, vel citra iniuriam, vt dum accipit mutuum, vel cum iniuria, vt dum accipit furto. Et rursus potest quis alium iniuria aliquem afficere, etiam si ab illo non accipiat rem, vt dum contumelijs afficit. Vnde cum nec satisfactio, de qua hic loquimur, locum habeat, nisi vbi iniuria præcessit, neque restitutio, nisi vbi res fuit sublata, colligitur, vt dum quis reddit, quod citra iniuriam acceperat: nempe, mutuum, aut pretium rei emptæ, fiat restitutio absque satisfactione. Dum autem pro iniuria illata, vbi scilicet sola contumeliosa verba præcesserunt, humiliando se homo veniam petit, fit satisfactio absque restitutione. At verò dum res redditur per iniuriam sublata, vt furtum, & restitutio primum requiritur, & deinde satisfactio pro iniuria. Hinc ergo colligitur restitutionem non esse, aliud quam cessare à peccato, qui enim quod debet vbi & quando oportet non restituit, in peccato est, à quo ideo homo non cessat quousque restituat. Et hoc est quod ait Augustinus. Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et cum satisfactio nihil apud Deum valeat nisi peccatum cesset, fit vt restitutio sit satisfactioni præambula. **Et est insuper notandum, quod satisfactio, quæ fit proximo, fit Deo: quia omnis iniuria proximo illata, est offensa Dei, sed non conuertitur: potest enim satisfactio fieri Deo, vbi non fit proximo. Et de hac proprie præsens instituitur tractatus. **Hanc verò tertiam conclusionem non solum ad explicandam satisfactionis naturam adieciimus, verum, & ad ostendendum quam sit restitutionis consideratio & disputatio à presenti negotio aliena. Quapropter etsi sententiarum Magister dist. 15. non tam ad rerum ordinem attentus restitutionem cum satisfactione miscuerit, anam suis interpretibus præbens, vt ibidem de restitutione longum tractatum fecerint, nos tamen hinc nullam eius mentionem facturum sumus. Est enim res ad materiam iustitiæ spectans, de qua nos ideo lib. 4. de iustitia & iure, satis superque diximus. **Ex his ergo definitione satisfactionis colligito. Est enim satisfactio iniuriæ Deo illatæ cum proposito cauendi in futurum ad quoddam æqualitatem iustitiæ compensatio. Atque ad hanc rationem exigendæ sunt sanctorum definitiones, quæ eorum grauitatè præ se ferunt. Etenim iustitia non solum refarcire habet præteritam culpam, verum in futurum cautelam adhibere: siquidem, vt. 2. Ethic. autor est Philo. poenæ medicinæ sunt, non modò morborum præsentium curatiue, verum, & à futuris præseruatiue. Dicitur autem, Deo illatæ, ad denotandam satisfactionem sacramentalem, de qua in********

Ratio

D. Thom.

Scotus.

Tertia conclusio.

Distinct. 19. Quæst. 1. Artic. 1.

Restitutio cessatio est à peccatis.

Aug. 1. reg. nris.

Nota.

Satisfactio definitio.

Aristo.

presentiarum loquimur. Nam & homini quoque homo satisfacit, sed ad omnimodam æqualitatem iustitiæ, Deo verò non nisi ad quandam nempe, ad æqualitatem proportionalem. Vnde Anselmus, in lib. Cur Deus homo, ad præteritam culpam respiciens, ait, satisfacere est Deo debitum honorem impedere. Debitum scilicet, non utcumque, nam vniuersi homines quantumcumque innocentes debent illi honorem, sed debitum ratione culpæ. Nam etsi Deo nihil re vera adimatur honoris, tamen peccans quantum in se est, honorem ei detrahit, quem per satisfactionem ei repensare debet. In lib. verò de ecclesiasticis dogmatibus dogmate. 23. qui Augustino tribuitur, habita futurorum consideratione legitur, quod satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere: de poenit. dist. 3. can. Satisfactio. nempe, consortia praua succidere, & peccandi loca, & tempora euitare. Nam eorum radicem: nempe, fomitem conuellere nemo potest. Tametsi Anselmus, & in honore Deo debito cautelam futurorum insinuauerit, & Augustinus in excisione causarum peccandi punitionem pro præteritis designauerit. Qua propter vtrunq; in definitione complexi sumus.

Anselmus.

Aug.

Solut. 1. arg.

Dubium.

Ad primum igitur argumentum negatur, quod satisfactio ob id quod debitum importat, rationem meriti perdat: nam ratio meriti in hoc consistit, quod id, quod honestum est, sponte fiat. Quare cum reddere debitum virtus sit iustitiæ, consequitur vt si non fiat per coactionem, sed spontanea electione, meritum sit apud Deum. Est enim hoc, vt in Proverbio est, facere de necessitate virtutem. Imò nihil erga ipsum mereri possumus, nisi spontaneè faciendo quod ei modo aliquo debemus. Et iam dictum est, in hoc differre satisfactionem à satisfactioe, quod satisfactio dicitur propter electionem. Quod si scisciteris, vtrum saltem satisfactio propterea que sit redditio debiti minuat rationem meriti. Enimvero apud homines, quod alias debetur non tantam beneuolentiam conciliat, quam beneficium gratis impensum. Respondetur, apud Deum non ita esse, imò cæteris paribus, quod fit ex debito plus meriti habet, quam si fiat sponte. Et ratio est, quia ex pluribus virtutibus procedit. Ieiunium enim supererogationis nascitur ex sola virtute abstinentiæ, quod autem ab ecclesia iustum est, ex eadem virtute oritur, & præterea ex obedientia. Et ideo satisfactio

Solutio. 2.

Etio iniuncta in confessione magis est meritoria quam si vltro fieret. Propter secundum argumentum quidam ex neotericis quitotum negotium virtutis in actu interno collocant, aiunt, quod satisfactio est volitio efficacis reddendi æquivalens &c. quasi externa opera ad virtutem satisfactionis non pertineant, cum tñ ipsa sint in quibus ratio satisfactionis consistit. Sunt enim aliquæ virtutes, & vitia, quæ ex sua natura in actibus interioribus consistunt, vt fides, & hæresis, amor, & odiu. Alia verò natura sua consistunt in verbo, vt laus & cõtumelia. Sed alia natura sua consistunt in opere, vt elemosynæ erogatio, & homicidium &c. In his ergo virtutibus, & vitij tertij generis si consideretur quod est generale omni virtuti & vitio, id quod precipuum est consistit in electione voluntatis: nam de ratione virtutis, & vitij est, vt sit in electioe voluntatis. Si autem consideretur illud quod pertinet ad specialem rationem talis virtutis, illud est externum opus: consistit enim satisfactio in opere laborioso, & pœnali, & ideo volitio talis operis non est satisfactio, nisi ea ratione qua voluntas pro facto reputatur.

Solutio. 3.

Ad tertium respondetur, quod in satisfactione proximus finis est recompenfatio illata iniuriæ, vltimus autem per illam recompenfationem amicitiam refarcire. Actus vero ab illa virtute elicitur, cuius proximum finem habet pro obiecto: & ideo satisfactio est actus elicitus iustitiæ: imperatur tamẽ ab alia virtute, cuius actus est vltimus finis. Et ideo satisfactio imperatur à charitate, quæ mouet virtutem poenitentia ad eliciendum illum actum. Ad quartum denique per tertiam conclusionem responsum est: negatur enim consequentia. Satisfactio est actus iustitiæ: ergo est idem q̄ restitutio. Quoniam per vnum ponitur medium in actione ad recuperandam amicitiam, per alterum verò in rebus ad cessandum à peccato.

Solutio. 4.

ARTICVLVS. II.

Vtrum satisfacere Deo sit homini possibile.



ostquam de satisfactione in genere dictum est, ad satisfactionem, quæ Deo fit peculiariter descendentes argumentamur, quod non sit homini possibile. Satisfactio, vt nomine ipso admo-

Partis negatiua argu. I.

nemur, debet offensæ adæquari: sed offensa Dei est infinita, quia cum sit elogatio ab infinito bono, est infinita distãtia: homo autem, cum finitus sit, nequit ex se infinitum præstare opus, atque adeo, nec Deo satisfacere.

Secundo, satisfactio fieri debet per id, quod alias non est debitum: qui enim alteri, cui iniuriam intulit, pecuniam aliquam deberet, per eiusdem solutionem non compensaret iniuriam: nos autem serui Dei sumus, quorum ideo quicquid est, domini est. Præsertim cum quicquid boni habeamus, ab ipso receperimus, iuxta illud. x. Paral. 29. Tua sunt omnia & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi: ergo non habemus, per quod possimus satisfacere.

Tertio. Quia etiam si aliquid haberemus, quod Deus nostrum fecerit proprium, quauis totum illud ei reddamus, nõ sufficit ad reddendas gratias pro beneficio creatiois ab illo susceptu: satisfactio verò est solutio p̄ offensa illi illata: ergo nihil nobis superest, per qd̄ ei satisfaciamus. Quarto, denique. Peccatum mortale actuale grauioris est p̄deris, quam originale, cum reatum pœnæ sensus annexum habeat, qui non est in originali: sed pro originali non potest purus homo satisfacere: ergo nec pro mortali.

In contrarium tamen est, quod Luc. 3. præceptum nobis dedit Christus satisfaciendi, vbi ait, Facite fructus dignos poenitentia: auctore autẽ Hiero. qui dixerit Christu aliquid homini impossibile præcepisse anathema sit.

Disputationem hanc pro captu nostro late aduersus Lutheru lib. 3. de natura & gratia, cap. 6. diduximus, de cuius heresi art. proximo dicturi sumus. Nunc ergo, vt cū catholicis duntaxat rem agamus, meminisse oportet hominem Deo bifariam debitorẽ constitui. Vno modo ratioe beneficiorum, quibus nos in dies accumulatur, & horum repensatio est actus latriæ, hoc est cultus Dei, de quo nihil ad præsens. Altero modo ratione iniuriæ in ipsum illata. & hoc vt diximus, dicitur satisfactio.

Duplex ergo est quæstionis sensus: vnus, vtrum pura creatura: nẽpe, homo vel angelus possit pro culpa satisfacere: hoc est, vtru possit sufficiens adhibere remediũ in remissionẽ peccatoru. Nã isto quoq; modo proximẽ diximus satisfactionis nomẽ vsurpari. At sensus hic non est præsentis loci, sed disputatur à D. Thom. in initio tertie partis. De quo nos eodem loco fusẽ locuti sumus ostẽdentes, Christum ea ratione, qua suppo-

Secundũ argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Duplex quæstionis sensus.

Ioan. I.

Aristot. de anima.

S. Thom.

August.

Duplex iri- de sensu quæstionis.

fitum erat diuinum perfectẽ satisfecisse pro cunctis peccatis humani generis. Quauis Durandus dist. 15. q. 1. id inficiari contendit, eo quod quicquid Christus in quantum homo habebat, Deo erat obligatu. Id quod alij iuniores ipso pluribus rationibus suadere conantur, sed nunquam persuasum facient: quoniam rei medullam, vt bona venia dixerim, non inspiciunt. Quicquid enim Christus recepit, debitum ei est ratione vnionis humanitatis ad suppositum diuinu: id est, quia hic erat homo Deus, quasi ex se suapte natura illud habens. Rursus ex propria natura, licet nullam gratiam creatam recepisset, erat per se infinite gratus Deo, & in finite amicus tanquam naturalis filius, iuxta illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratia & veritatis, quasi verbum vnigenitu à patre. Ob idque quicquid Deo in pretium redemptionis nostræ, siue viuens, siue moriens, obtulit, erat Deo infinite gratum. Itaque erat implicatio contradictionis, id qd̄ ipse patri offerret non esse acceptum, non propter gratia creatam sicut in nobis, sed quia actiones eius non erant naturæ humanæ, sed diuini suppositi per naturam humanam exercitæ. Actiones enim, vt ait. 2. de anima Philosophus, non sunt naturæ, sed suppositi. Et quicquid offerebat, offerebat tanquam de suo: id est, sibi debito, quia Deus erat. Et in hoc consistit perfecta ratio satisfactionis, quod soluens soluat tanquam de suo. Quocirca S. Thom. 3. part. quæst. 1. artic. 2. ad secundum ait, quod solus Christus potuit perfectẽ satisfacere. Nam si puro homini Deus daret tantam gratiam, vt pro reliquis omnibus satisfaceret, esset quidem satisfactio, sed tamen nõ perfectã, eo quod satisfactio illa fundaretur in gratia Dei, cui facienda erat satisfactio: quasi ipse prius ministraret satisfactiois pretium. Vnde illud Augustini. 3. de trinitate. c. 10. scilicet, non defuisse Deo alium modum sanandæ nostræ miseræ, id nequaquam de perfecta satisfactioe intelligitur, sed sic prorsus, quod cum peccatum contra Deum solu committatur, poterat quidem humano generi absque vlla, vel absque perfecta satisfactione eius cõdonare peccata: attamen perfectẽ satisfacere, sic Christus solus valuit, vt nemo alius. De hac verò re satis. Nã in præsentiarum de satisfactione puri hominis loquimur. Et quidẽ quæstio, vt proposuimus, intelligi potest, vel de sufficienti remedio ad

remissionem culpæ, vel de solutione pœnæ, quæ remissæ culpæ debetur. Et neque prior sensus ad locum attinet præsentem. Cõstat enim hominem ex viribus nature require remissionem peccatorum obtinere: ille enim erat Pelagianus error. Potest nihilominus diuina ope suffultus in ipsum conuerti, vtrũ; enim ait Christus, Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eũ. Qui autẽ audit & discit: id est, motioni patris cõsentit, venit ad me. Sensus ergo quæstionis est, vtru remissa culpa, possit homo pœnã persoluerenam hoc etiam proprie est satisfacere pro peccato: quandoquidem quousq; omnino soluatur pœna, nõdũ perfectẽ peccatum est remissum, eo quod vtrũ; reatum includit. scilicet, & culpæ. scilicet, & pœnæ. Quare hæc satisfactio est quæ à contritione, & confessione distinguitur. Respondetur ergo ad quæstionẽ tribus conclusionibus. Prima. Possibile est homini Deo satisfacere, pro peccato quoad pœnam remissa culpa. Probat. Satisfactio, vt modo dicebamus, est opus iustitiæ, sed potest homo pœnã, quã p̄ culpa Deo debet, ad iustitiam ei: ergo, soluere & satisfacere. Probat. minor. Iustitiam, vt. 8. Ethic. auctor est Philosophus aliter inter pares cõstituitur, & aliter inter impares. scilicet, inter filios, & parẽtes, & nos, & Deu. Inter alios nãq; ciues requiritur iustitiam ad equalitatem, vt qui decẽ debet, decẽ reddat: attamen dijs & parẽtibus, à quibus esse ipsum recepimus, par reddere nõ possumus: iuxta illud Dauid, Quid retribuã dño pro oibus quæ retribuit mihi? Et Esai. 40. Ligna libani nõ sufficerẽt ad holocaustum Deo dignũ, & ideo sat est equale ei reddere secundũ proportionẽ: videlicet, vt sicut ipse facit, qd̄ suã bonitatem & oipotentiã decebat: ita & nos illi quod possibile est, pportio bñficij Dei ad ipsum cõferentẽ, talis est solutiois nostræ ad nostrã possibilitatẽ. Quapropter sicut p̄ bñficijs ab ipso receptis satis est eas ei referre gratias, quas p̄ nostra virili possumus, ita sat est & p̄ iniurijs secundũ vires nostras, & auxiliũ suũ ei satisfacere. Secunda cõclusio. Nihil, qd̄ in satisfactionẽ Deo offertur, nisi eius ope & fauore perq; eius gratia fiat, vilius est p̄tj apud ipsum. Probat. quia inter nos & ipsum nulla est rõ iustitiæ, nisi ex ei gratia & acceptatione pcedat: hoc, nõ neq; Aristoteles neq; Philosophoru vllõ naturali lumine cognouit: nã etsi cognouerit dijs, & parẽtib; nõ posse nos

Sensus quæstionis.

Prima cõclusio.

Secunda cõclusio.

Ratio

reddere equale, ignorarunt tamen quantum Diuina maiestas parentum dignitati antecellat. Possimus enim parentibus quantum ad vitam attinet temporalem, iustos nos modo exposito exhibere. At quia Deus infinitū vires nostras excellit ut, neq; hæc ratio iustitiæ ex nobis, nisi ex ei⁹ gratia oriri possit. Nā vt Esaiæ. 64. legitur, Omnes iustitiæ nostræ sunt sicut pānus menstruæ. Vnde quæ admodum, vt dist. 14. q. 2. ar. 6. mōstrauimus, nemo nisi diuina gratia suffultus potest in Deum conuerti, vt culparum remissionem obtineat: ita neq; pro pœnis, quæ eisdem culpis decretæ sunt, nisi per eandem gratiam satisfacere valeamus. Itaq; nisi persona prius sit grata, nequit eius satisfactio esse Deo accepta. Ex quo fit consequens, vt antequam moralis culpa remittatur, nulla esse possit satisfactio pœnæ, quia eiusmodi culpa nullam secum gratiam admittit. **Tertia conclusio.** Modus hic recipiendi gratiam Dei per hoc, quod efficiuntur membra Christi peculiarem quendam iustitiæ gradum adiungit satisfactioibus nostris. Nam etsi quacunq; alia via Deus nos absq; Christo mediatore redderet gratos, sat esset vt possemus ei satisfacere, nihilominus, quia, vt dictum est, Christus de iustitia cōdigna satisfecit pro nobis, eo ipso qd eius efficiuntur membra ratio illa iustitiæ ex nostro in nos capite deriuatur. Hæc autem presius arti. 4. sunt iterum confirmanda. Et ideo satis fit modò ad argumenta proposita respondere.

Primum argumentum. Ad primum igitur argumentum quidam respondent, vt ait S. Tho, quòd peccatū non habet, vt sit infinitū nisi ratione auersionis, & quantum ad hoc gratis dimittitur sine nostro opere. Sed ratione conuersionis non est nisi finitum: quia nullum obiectum creatum est infinitum. Et hac parte possumus pro illo satisfacere. Veruntamen solutio hæc nulla est quia pro peccato satisfacimus non solum quatenus est conuersio ad creaturā, sed propriè quatenus est offensa Dei, quod habet ratione auersionis. Et ideo aliter responderetur, quòd sicut peccatum ratione auersionis induit rationē quandam infinitatis, quia est elongatio ab infinito bono: ita & conuersio eandem habet infinitatis figuram, quatenus homo ad idem accedit infinitum bonum. Postquam autem homo est filius Dei, & membrum Christi, cui virtus passionis eius infunditur, opera sua, quæ gratia informan-

tur habent eandem infinitatis virtutem per diuinam misericordiam, vt sint apud ipsum satisfactoria. **Ad secundum** respondetur, quod quauis homo quicquid habet à Deo receperit, non tamen eo prorsus modo se habet respectu ipsius, quo ciuilibus emptiuisq; seru⁹ respectu heri: nam huiusmodi seruus non est sui iuris, nec liberum habet rerum suarū Dominium, sed omnia sunt Domini. Clemētia verò & immēsa benignitas Dei, dum hominem ad suam imaginem creauit, rationem ei & liberum arbitrium indidit, quo esset Dñs suarum actionum, ac subinde suarum rerū. Sic enim legitur Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscib⁹ maris, &c. Et infra. Replete terram & dominamini piscibus maris, &c. Et ideo licet quicquid Deo damus, ab ipso receperimus dam⁹ tamē vt nostrū, cuius nos ipse dominos fecit. Postquā enim rex oppidum aut prædium dono dedit ciui, potest postmodū ciuis si aliquid debeat regi, inde soluere. **Tertium autem argumentum** id solū probat, quòd non possumus Deo reddere æqui ualens aut pro beneficio, aut pro offensa, nō tamen quòd non possumus reddere sufficiens secundū nostram possibilitatem, vt expositum est. Nam etsi quicquid Deo p̄dere possumus, totū ei debeamus, ipse tamen non exigit à nobis tanquā necessarium, quātum nos facere possumus, quia secundū statū præsentis vitæ, & nostram fragilitatem, non esset nobis possibile totum nostrum posse Dei cultui ad referendum ei gratias imp̄dere. Quia necessarium nobis est aliorum curam gerere, quæ ad vitam præsentem attinent. Et ideo satis Deus duxit, obligare nos ad mandatorum custodiam: super quam ideo potest homo aliquid erogare, per quod satisfaciatur, vt libera ieiunia & oratiōes, & eleemosynas, &c. **Ad verò fortasse hic quispiam** sciscitetur, vtrum per ipsa eadem opera aliās Deo debita possumus satisfacere: nempe per executionem mandatorum eius. Nam vt hic insinuat S. Tho. & expressè ait Scotus dist. 15. q. 1. & illic alij doctores, satisfactio debet esse redditio voluntaria rei aliās indebitæ. Ad hoc autem. q. sequenti respondebitur.

ARTICVLVS. III.

Vtrum satisfactio sit ante ingressum gloriae necessaria.

Si



Sat esset, rem inter catholicos tractare præcedens articulus de possibilitate satisfactionis sufficeret. Sed tamē Lutherus negotium nobis facessit disputandi, vtrum sit necessaria. Et arguitur non esse necessariam. In re enim tam graui temeritas est, tanq̄ necessariū asserere id, quod in sacra scriptura non reperitur: nullibi tamen in sacra pagina nomen hoc satisfactionis inuenitur: ergo satisfactio non est necessaria.

Partis negatiua. 1. argu.

Secundum argumentum.

Secundò arguitur. Assertio hæc necessariæ satisfactionis præterq̄ q̄ superbam arrogantiam præ se fert: nempe, qd homines satisfacere Deo valeant, iniuriam Christo, eiusq; passioni irrogare videtur: ait enim Paul. ad Ro. 3. iustificatos nos gratis per gratiam Christi, perq; eius redemptionem, quem proposuit Deus propitiatorē per fidem in sanguine ipsius: vnde planè colligitur, cum meritū eius, & passionis virtus fuerit infinita, qd exuberantissima eius fuerit propitiatio pro peccatis non solum nostris, vt ait Ioan. verum, & pro totius mundi: ergo post eius satisfactionē cōtumeliosus in ipsum est, qui aliam asserere audeat necessariam satisfactionem. **Tertiò arguitur** ex illo Pau. ad Ro. 8. Nihil damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu: hoc est, qd eius effecti sunt membra: cum ergo per gratiam, qua peccata quo ad culpam remittuntur, eius efficiamur membra, fit vt nihil nobis damnationis sit reliquum: reatus autem pœnæ etiam tēporalis aliquid est damnationis: ergo remissa culpa nihil restat luendū pœnæ, atq; adeò huiusmodi satisfactio nō ē necessaria. In cuius consequentiam subdit, Si Deus pro nobis omnibus tradidit filiū suum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Ex qb⁹ colligitur, quòd per eandē gratiā iustificatē qua applicatur nobis passio Christi, omnia nobis condonantur, atq; adeò nullus pœnæ reatus remanet. Vnde subdit, Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui cōdemnet? Est ergo satisfactio nostra adeò non necessaria apud Christum, vt sit etiā ipsi iniuriōsa.

1. Ioan. 2.

Tertium argumentum. Paul. ad Rom. 8.

Partis affirmatiua.

In contrarium autem est verbum illud supra citatum Ioānis apud Matth. & apud Lucam cap. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, vbi Baptista non solum homines ad pœnitentiā instigabat, verum, & ad eius fructus, qui nomine satisfactionis intelliguntur.

Deciso arti. Inter alias Lutheri blasphemias hæc fuit in-

signis, quòd satisfactionem, quam Christiani in ecclesia prædicant pro peccatis, execratus est. Imò & vocabulū, inquit, ipsum, satisfactio, vehementer odi, & sublatum vellem, quòd non modò in scripturis nō inuenitur, sed & periculosum habet sensum, quasi Deo quisque possit pro vilo peccato satisfacere, cum gratis ille ignoscat omnia. Sed fuit, inquit, Pæpæ & episcoporum inuentum ad indulgentiarum quæstum. Quiquidem fuit articulus quintus eorum, qui à Leone iure optimo condemnati sunt. Cuius causa cap. illud nos sextum citatum libr. 3. de natura & gratia, de satisfactione inscripsimus. Addit, quòd si aliqua restat satisfactio remissæ culpæ faciendæ, ecclesia non habet facultatē p indulgentias huiusmodi satisfactioes relaxandi. Sed error hic ad tractatum indulgentiarum retundendus spectat. **Quo ergo** virus hominis aperiamus, errorē hunc collegit Lutherus ex falso sensu, quò cēsebat iustitiā Christi nobis imputari, cuius in synodo Tridentina celebris fuit disputatio. Quā utiq; disputationē libr. 2. de natura & gratia, cap. 20. fuisse diduximus. Suadere enim contendebat Lutherus iustitiam Christi, quam in cruce patri obtulit, sic nobis prorsus imputari, ac si quilibet nostrum. eam per eius infinitam virtutem tunc obtulisset. Itaque sicut fuit in ipso infinita quoad sufficientiam: ita & nobis quotiescunq; applicatur, est quoad efficaciam sufficientissima ad delēdum omnē pœnam, quod per baptismum supra diximus baptizatis contingere. Quā utiq; ratione negauit commoditatem satisfactionis nostræ, ac subinde purgatorium ad expurgationem venialium, vel pœnarum, quæ remissis mortalibus debētur. Quanquam alio nescio quali modo, vt quæstione tertia, videbimus, illud adstruxerit.

Lutheri error cōdemnatus.

Contra hanc autem erroris perniciem statuitur ad respondendum quæstioni conclusio. Per remissionem culpæ licet pœna damni semper tollatur (quia cum per ipsam fiat homo amicus Dei, fit, & eius conspectu dignus) non tamen semper totus reatus tēporalis pœnæ condonatur. Probat, quia in peccato, vt D. Thom. supra quæst. 86. artic. 4. ait, consideratur, & auersio à Deo, & cōuersio ad obiectū creatū: atqui auersioni respondet pœna dāni: hoc est, priuatio diuinæ p̄sentia: cōuersioni verò pœna sensus: quare in inferno secundū grauitatē peccati, q̄

Conclusio.

Ratio cōclusionis.

atten-

attenditur ex obiecto, supplicium infligitur: misericordia autē & amicitia Dei non auertatur eius iustitia: ergo licet per gratiam remissionis homo fiat amicus Deo, nihilominus per iustitiam luere debet peccati poenas vel in hoc seculo per expiationē satisfactionis, vel postmodum in altero per ignem in purgatorio. Ut illud impleatur Apocalypsis 18. Quantum glorificauit se, & in delictis fuit tantum date illi tormentum & luctū. Et Deuterono. 25. Pro mensura delicti erit & plagarum modus. Et confirmatur hæc veritas ex illo. 2. Reg. 12. Vbi Nathan Dauidi dicenti, Peccavi Domino, respondit, Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris: verum tamē filius, qui natus est tibi, morte morietur. Vbi remissa culpa Deus exegit ab eo poenam in morte filij. Quod Gregor. can. Si peccatum, de poenitentia distin. 1. ad nostrum propositū interpretatur. Dixerim non semper: quia per baptismum, qui est regeneratio quædam, ut supra diximus, funditus peccatum aboletur quoad culpā & poenam. Et in sacramento poenitentiae contingere potest, ut per contritionem & per confessionem quoque remittatur. Quod utique discrimen baptismi & poenitentiae designauit, ut supra diximus, Paulus ad Hebr. 6. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad poenitentiam, rursum crucifigentes sibi meptis filium Dei. Vbi secundum sacros doctores insinuat, per poenitentiam non fieri tam amplā peccatorum indulgentiam, quam per baptismum quem illuminationem appellat. **C**Secundò arguitur. Qui satisfactionem negat, profectò & confessionis necessitatem tollit: nam forum poenitentiale, ut supra diximus iudiciale est: iudicis autem functio est cognita existimataque peccatorum grauitate arbitrari secundum eorum merita sententiam: arbitriū verò hoc fieri nequit nisi dum sacerdos tanquam Dei vicarius peccatorum ratione satisfactionis imponit. Quod quidem arbitramētum si non esset necessarium, nunquam Christus iudices ordinarios constituisset, quibus sunt confitenda peccata. Atque hac ratione cum ad baptismum non sit necessaria confessio, quia se homo subdat ecclesiae clauibus quia illucque homo non est in ecclesia, nulla ab eo, qui baptizatur exposcitur satisfactio. **C**At quia non solum hæreticis, verum & ex catholicis nonnullis sensus ille imputatæ iu-

Grego.

Septimū argumentū.

stitiæ Christi non displicet, quare nec satisfactorum ritus omnino placet, Arguitur tertio vrgentissimo arg. Si verum esset illo modo nobis imputari iustitiam Christi sequeretur, ut quomodocunque quisque fieret membrum Christi, siue vno actu remisso, siue multis & feruentissimis, vniuersi tñ essent æquē sc̄ti & æquē iusti apud Deū, quæ eadē illis imputatur iustitia. Adeo fuit Luthero collectio hæc recepta, ut in sermōe de natiuitate virginis insigniter blasphemus dixerit, Oēs Christiani æquē magni sumus sicut mater Dei & æquē sancti sicut ipsa. Vnde rursus confiteretur neminem, quantuncunque merita accumulēt posse fieri alio sanctiorē. Si ergo tam impia blasphemia aliter euitari non potest, necesse est dicere, quod et si Christus in cruce quoad sufficientiam pro vniuersis peccatis satisfecerit, tamē quia efficaciam in nullo hoīe habere potest nisi applicetur vel per sacramentum, vel per eius bonū motū in Deū fit ut efficaciam habeat in quocunque secundum motum conuersionis. Et ideo sicut non omnes dum fiunt membra Christi, ad eundem gradū gratiæ recipiuntur apud Deum, ita neque cunctis idem gradus remittitur poenæ. Quare in hoc sensu iustitia Christi imputatur nobis, quod oīs, nostra iustitia innititur iustitiæ ei⁹, quasi ipsa fuerit causa efficiēs nostræ Participatur tamen nobis secundum quantitatem nostrarū dispositionum, quas eius auxilio afferimus, & secundum gradum gratiæ cuiuscunque sacramēto designato. Ex quo fit ut sæpe remissa culpa relinquatur aliqua poena atque adeo necessaria nobis sit satisfactio aut plena purgatio antequam in caeleste regnū recipiamur. **C**Responsa verò argumentorum, quæ in contrarium proposita sunt, rationes existunt, quibus eadem conclusio confirmatur. Vnde ad primum respondetur, quod et si nomen formaliter satisfactionis in hoc significato in sacris biblijs non reperiatur, reperitur tamē res ipsa. In primis loco citato Matth. & Lucæ. 3. Facite fructus dignos poenitentiae, vbi ait Sanctus Thomas: insinuari præceptum satisfactionis. Insinuabatur nanque præceptum poenitentiae, quod de iure naturali ortum habuit, & postmodum per Christum perfectionē suscipit, & complementum. Item Matthæ. 16. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælo: quodcunque ligaueris erit ligatum. Et Ioannis. 20. Quorum remi-

Tertium argumentum

Primum argumentum

remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta. Est enim peruersus intellectus Lutheri, qui illic non detur potestas nisi remittendi, & retinēdi tantum culpas, non autē poenas: alias dixisset, Quorum satisfactiones remiseritis, aut retinueritis. Quod autem hoc sit intellectum verbi peruertere, patet: nam verba, si eorum amplitudinem inspiciamus, perinde sonant, ac si Christus dixisset, Quodcunque, & quomodocunque solueris, aut ligaueris sententia tua probabitur in cælo, & quæcunque, & quomodocunque remiseritis aut retinueritis: hoc est, si totum remiseritis clauē non errante, erit remissum, & quæcunque, seu quancunque partem retinueritis quo ad satisfactionem temporalem, erit retentum. Quemadmodum, ut supra dictum est, si rex prætorē ad urbem cum plenissima potestate mitteret ad vlciscenda aliqua crimina in ipsum regem commissa, dicens ei, Quicquid tu, & quomodocunque condonaueris, aut vindicaueris, ratum ego habebō: profectò posset delinquentes in regis gratiam reuocare, obligando eos nihilominus ad aliquam mitiorem, aut acerbiorē poenā. **C**Accedit præterea, & illud Pauli ad Roman. 11. Si nosmetipsos diiudicemus, non utique iudicemur, quod porro intelligi tantum nequit de interna contritione, qua deletur culpa, sed de iudicio, quo se homo castigat præueniendo iudicium Dei: fit enim allusio ad generale iudicium: hoc est, si nos de nobis ipsis supplicia sumeremus, non utique haberet Deus, quod in seculo futuro, aut per ignem purgaret, aut certè condēnaret. Atque huic, & alius eiusdem apostoli locus concinit Rom. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Vbi apertā satisfactionis exhortationem facit, ut scilicet postquam in amicitiam fuerimus Dei recepti, satagemus per egregia opera poenas peccatorum pendere. Alioqui, ut ait. 1. Corint. 3. multi detrimentum salutis patientur, sed salui, inquit, erunt: sic tamē quasi per ignem, vbi purgatorium designat, quod si pro his poenis, quæ remissis mortalibus fiunt reliquæ, non esset tam tremendum, quam vera est. Sed de hoc quæst. vltima latius. Idē confirmatur exemplo Niniuitarum, & alio-

Luth. err. v.

Paul. 2. II.

rum, qui lugubrem pro peccato poenitentiam egerunt. Quam quidem religionem Christus Matth. 11. comprobatur, dicens, Væ tibi Bethsaida, Væ tibi Chorozaim, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in te, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egressi. **C**Præter hæc: & sacri doctores satisfactionis veritatem vno ore profitentur. Gregorius enim homilia. 20. super illum locum, Facite fructus dignos poenitentiae, aliud est, inquit, facere fructum, & aliud poenitentiae fructum dignum facere. Quisquis enim illicita nulla commisit, huic iure conceditur, ut licitis utatur. At si quis in fornicationis culpam lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quanto se meminit illicita perpetrasse. Et in lib. de vera & falsa poenitentia. Sunt digni fructus virtutum, qui non sufficiunt poenitentibus. Et Chrysostom. homilia. 10. super Matth. luculenter eundem persequitur sensum. Et vetustissimus Tertul. in lib. suo de poenitentia identidem satisfactionis sermonem repetit, Offendisti enim, inquit, & reconciliari vis, habes cui satisfacias. Et infra dicit confessionem ad satisfactionem ordinari, quæ faciendā est moeroribus, & lamentis in cilicio, & cinere. Et Ambros. ad quandam corruptam, Poenitentia, inquit, agenda est secundum conscientiae molem, non verbis, sed factō. Grande scelus grande habet necessariam satisfactionem. Et Cypria. sermone. 5. de lapsis. Dominus orandus est, & dominus nostra satisfactione placandus. Et Hieronym. ut refertur de poenitentia distin. 1. can. Mensuram, egregie decernit quemadmodum sint poenitentiae in satisfactionem iniungendæ. Et can. Vide. idem luculenter refert. Et Leo primus ibidem cano. Multiplex. Mediator, inquit, Dei & hominum dominus Iesus Christus hanc prepositis ecclesiae tradidit facultatem, ut confitentibus poenitentiam in satisfactionem darent, & eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem admitterent. Sed esset inmensum opus sanctos doctores in hanc rem citare. Nemo ergo ex catholicis dicere audeat, Vbi nam nomen satisfactionis reperitur? **C**Ad secundū responderetur primum, quod si nos affirmaremus per nostras vires naturales satisfacere Deo posse, non solum arrogantes essemus, verum & in Pelagianos inclinantes. At verò dicentes, quod postquam effecti sumus

Matth. 11.

Chrysost.

Tertullia.

Ambros.

Cypria.

Hieronym.

Solutio. 2.

mus

mus Christi membra per eius gratiam, qua nobis peccata remittuntur, posse pro eorum poenis satisfacere, nil nobis proprie arrogamus, sed totum Christo redeptori tribuimus qui nobis dat, & incipere, & perficere. Quare neque quippiam merito & passioni eius detrahimus, imò fatemur quantum ad sufficientiam pro omnibus peccatis, satisfecisse. Sed tamē dicimus eandem nobis satisfactionem vel per sua sacramenta, vel per nostra opera ex suo auxilio promanantia ad eorum modū applicari. Et ideo p eadē nos opera virtute eius passionis posse satisfacere. Ad tertium autem respondetur, primum, quod Paulus loquitur de illis, qui post baptismum innocenter viuunt, vbi omnes poenae condonantur. Secundò respondetur, quod damnatio proprie non comprehendit reatum temporalis poenae, & ideo ait. Si Deus pro nobis, quis contra nos, quia tunc non habemus inimicum dæmonē, qui vel accusator sit vel tortor nostri, sed restat nihilominus reatus infligē poenae: quam à nobis Deus ipse per suos ministros exigit.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum possit homo pro vno peccato sine alio satisfacere.



Constitutum possibilitate & necessitate satisfactionis, ad explicandum magis quomodo fiat arguitur, quod quis possit de vno peccato mortali sine alio satisfacere. Nam eorum quae adinuicē connexionem non habent, vnū potest sine alio auferri: peccata verò non sunt inuicem connexa: ergo sicut inter hoīes potest quis creditori suo de vno debito satisfacere, absq; alterius satisfactione, id potest apud Deum, qui clementior est contingere. Secundò. Si homo non posset de vno peccato sine alijs satisfacere id maxime esset, quia satisfactio, praesupponit gratiam, per quam non potest vnum peccatum absq; alio remitti: quod autem huiusmodi gratia non requiratur arguitur sic. Si postquā homo est à peccatis omnibus quoad culpam, absolutus in aliud relinquitur, potest pro peccatis prius remissis quoad poenā satisfacere, ait enim Daniel cap. 4. Peccata tua eleemosynis redime, quod regi Nabuchodonosor dicebat, qui, vt

subseques poena demonstrat, peccato tūc errat irretitus. Tertiò arg. Si satisfactio, quae fit extra gratiā non esset satisfactoria, sequeretur, quod cū nemo sciat an odio vel amore dignus sit nemo esset certus an peccatis satisfecerit, atque adeò identidem deberet satisfactionem repetere. Item sequeretur, qd neq; illa satisfactio esset impletiuā praeccepti sacerdotis iniungentis poenitentiam atq; adeò iterum esset eadem imponenda, quod ecclesiae vsus non seruat. In contrarium tamen est quod, vt Esaię. 58. legitur, ieiuniū eorum, qui ad contētionē, & lites ieiunabant, Deo non erat acceptum, quāuis ieiunium genere suo sit satisfactorium opus: satisfactio verò fieri nequit apud Deum nisi per opus ei acceptū ergo cū existens in aliquo peccato opus prestare nequeat Deo acceptū, fit vt nemo pro vno peccato absq; satisfactioe omnium satisfacere queat.

Quaestio hæc ex ijs quae diximus art. 2. decisiva videtur. Sed tamen quia nonnulli contrarium sentiunt, quos Magist. Sent. d. 15. citat necessarius fuit, singularis articulus. Scotus namq; in. 4. dist. 15. q. 1. art. 4. in eodem persistens, quod dist. 14. q. 2. praedixerat: nempe, quod potest hō ex viribus naturalibus mereri primam gratiam de congruo, idē de satisfactione affirmat: scilicet, quod opus nostrum non sit satisfactorium nisi de congruo apud Deum. Et ideo subdit, cum moderamine tamen sine prauidicio, quod qui semel vere poenitet, & recipit satisfactionem vel poenitentia condignā sibi impositam ab ecclesia clauē non errante, quantuncūq; postea reciduerit, si adimpleat eam voluntarie extra charitatem, soluit quidem poenam, sed non meretur gratiam. Et quāuis exemplum nō ponat nisi de satisfactione iniuncta ex vi iuramenti in sacramento, profectō rationes eius pariter militat de ea, quae non esset iniuncta, sed liberē fieret. Hoc tamen non obstante ad quaestionem & eius annexa tribus conclusionibus respondetur. Prima est. Pro nullo peccato mortali pot fieri satisfactio quoad poenā, nisi prius fuerit quoad culpā remissū. Hæc conclusio vniuersi concedunt quā neq; Sco. negare valet. Est. n. implicatio contradicōis, vt remittatur poena ante culpā: nā cū reatus poenae intrinsecā ratioe cōnectatur culpae, qui cūq; manet in culpa, manet in reatu poenae. Des. n. aliquem, cui remissa est poena, & rogo vtrum maneat dignus poena debita

Tertium argumentum.

Partis affirmatiua.

Decisio articuli.

Scotus.

Prima conclusio.

culpe vel nō. Si sic: ergo nō est remissa poena si verò nō: ergo nō manet in culpa. Itē quia manifestū est, qd si ille tunc moreretur in culpa descenderet in infernū: nā ad cœlū vel purgatorium ire nō potest: in inferno aut nemo est, qui non poena sensus crucietur. Secundā conclusio est illa quā arti. 2. praemisimus. Nulla satisfactio poenae pro remissa culpa fieri potest apud Deum, nisi ab illo, qui tunc in eius est gratia constitutus. Itaq; si quis pro peccato remisso debeat poenas purgatorij per mensē perpeti, quibuscūq; orationibus, eleemosynis & ieiunijs in peccato incubat, nihil prorsus illius poenae purgatorij remittetur. Conclusio est S. Thomae dist. 15. q. 1. art. 3. & Bonauen. & Ricar. ead. dist. & Alexandri. 4. part. q. 85. memb. 1. & omnium antiquorū. Et inter retēiores est Syluest. verb. satisfactio. §. 7. Adriani in materia de confessione, & Caietani. q. 2. de satisfactione, quam ad tertiā partē adiecit. Nam Scotū solus Gabriel sequitur, & rarissimi eo recentiores. At qui Duran. dist. 15. q. 2. ait opinionē. S. Thomae, licet sit durior, esse tamē tutiorem & citius cōsulendā, tāetsi opinio, inq; Scoti non sit oīno condēnāda. Probatur conclusio. Satisfactio pertinet ad remissionē offensae Dei: oportet ergo, vt tali modo fiat, qui eidē tollendē offensae competat ad amicitia restitutionem: hoc aut fieri non potest nisi per gratiam. Sed ais. Ratio hæc, quae est. S. Tho. & Alexandri, solū procedit, si satisfactio sumatur pro cōtritione aut cōfessione, vel pro quo cūq; remedio, quo remittitur culpa: eoq; culpa remitti nō potest nisi per gratiam. At verò remissa iam culpa apparet, non exigi gratiam ad soluendā poenā: quia poena illa non est, nisi qd tēporale. Imò dicem⁹ qd verò vis rōnis in hoc consistit, qd cū reatus poenae sit annexus culpae, solutio ipsa poenae attinet ad perfectam remissionem culpae, & ad perfectē reconciliandam amicitiam: & cū quēcūq; remissio peccati fiat ex gratia Dei, subsequitur vt satisfactio poenae pro remissa culpa extra gratiam fieri nequeat. Secundò arguitur. Nulla sit remissio nec culpae nec poenae nisi in virtute passionis Christi: nam ipse fuit vniuersalis redemptor, qui nos & à culpa & à poena quantum ad sufficientiam liberauit: sed passio Christi ei, qui est in peccato non applicatur: ergo nec pro poena satisfacere potest. Certē argumētum est apud Christianos solidum. Cui accedit & tertium

secunda conclusio.

Ratio cōclusionis.

Obiectio.

Secundū argumentum.

quia vt. 2. 2. quaest. 31. autor est D. Thom. beneficentia est effectus benevolentiae: ei autē, qui est in peccato, Deus non bene vult, respectu gratiae & gloriae, sed solum quoad bona naturalia: imò, vt est in Psalmo, peccatores odio habet: remittere autem Deum homini poenas est ei benefacere respectu gratiae & gloriae: ergo nulli peccatori vllam remittit poenam. Quarto arguitur. Inter nos & Deum, vt diximus, nulla est ratio iustitiae nisi ex eius acceptatione procedat, neque quippiam apud ipsum alicuius est precij, nisi ex gratia eius dimanet, qua persona sit accepta, iuxta illud Gene. 2. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: & ideo licet remissa culpa sola poena temporalis restet soluenda, tamen qui non est Deo acceptus, nihil ei acceptum & gratum exhibere potest, atque adeò quicquid faciat, nihil ei soluit, sed omne nihil apud ipsum penditur, tanquā falsa moneta. Quinto arguitur. Mutatio poenae aeternae in temporalem solum euenit ex gratia & amicitia Dei: ergo solutio eiusdem temporalis poenae in eadē debet amicitia fundari. Durandus ait quod dum remittitur culpa, mutatur poena aeterna in temporalem sub illa conditione, vt in gratia soluatur, alioqui superueniente peccato iterum mutatur in aeternam, ita vt solui non possit. Hoc autem est falsum: nam cū, vt ait Paul. sine poenitentia sint dona Dei, mutatio poenae aeternae in temporalem simpliciter fit, & non dependenter ex conditione aliqua futura. Sexto probatur conclusio autoritate Pau. 1. Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Neque verò satis responderit qui dixerit, opera extra charitatē nihil prodesse ad gratiam & gloriam, prodesse tamē ad solutionem temporalis poenae: nam si ad hoc saltē prodesset, aliquid, imò multū prodesset. Et Esaię. 58. Conquerentibus. Quare ieiunauim⁹, & nō aspexisti: humiliauim⁹ animas nostras, & nescisti: (quae quidē opera genere suo sunt satisfactoria) respondet dominus, Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & oēs debitores vestros repetitis. Nūquid tale est ieiuniū, qd elegi? Neq; valet responsio dicentium, propterea ieiunia illa nō fuisse satisfactoria, qd erant peccata: quia hoc illic non habetur, sed quod tūc voluntatem habebant

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

Esaię. 58.

Solutio. 3.

Partis negatiua. I. argu.

Secundum argumentum.

habebant alijs peccatis inhærentem. Et Pro uerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas: sed per satisfactionem operiuntur delicta: ergo est effectus charitatis. Vnde cap. 15. subditur Victimę impiorũ abominabiles domino: uota iustorũ placabilia. & Ecclesi 34. Dona iniquorũ non probat altissimus. Et infra. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? Sic homo, qui ieiunat à peccatis suis, & iterum eadẽ faciens, quid proficit humiliando se? Orationẽ illius quis exaudit? Septimo arguitur. Quãuis daretur, satisfactionẽ pœnæ fieri posse extra gratiam, non tamen esset tanti valoris, quanti si fieret in gratia: detur ergo quanto sit minoris precij. Si dicas quòd illa, quæ fit in gratia est duplo maioris, profectò, & eadẽ ratione est quadrupli, & in quacũq; proportionẽ maioris preij: & eadem ratione licet illa satisfactio quocunq; augmento extra gratiam crescat nequaquam adæquabit minimam satisfactionẽ factam in gratia: & cum illa, quæ fit in gratia, non æstimetur nisi pretio finito, fit, vt nulla alia vilius sit æstimationis. Ex hac cõclusionẽ sequitur, nullam esse satisfactionem pœnæ meritoria de congruo, vt Scotus contendit, sed solum de condigno: nam opus, quod extra gratia fit, vt dist. 14. q. 2. art. 6. latè mōstrauimus, nullus est meriti, neque verò de congruo, alioqui, vt ait Paulus, gratia non esset gratia, saltem nõ haberet perfectam rationẽ gratiæ, si congruitas esset in opere, quod ad ipsam disponit. Illa autem satisfactio, quæ fit in gratia, de condigno est satisfactoria, sicut meritoria. Adrianus autem & nuperrimi quidam auctores, de hac satisfactione in peccato distinguunt dicentes, quòd licet non sit satisfactoria de iustitia, valet tamẽ apud Deum per viam liberalitatis & gratiæ, cui liberum est acceptare, vel non acceptare. Hoc tamen, vt bona uenia dixerim, est merum figmentum: liberalitatem enim suam Deus semper suis legibus admittitur: quare opera, quæ absq; eius speciali auxilio sũt, nullatenus digna sunt sua liberalitate quã ad gratia. Et oppositũ dicere est absq; vlla ratioẽ temerè diuinare. Tertia conclusio, qua ad titulum quæstionis respõdetur, est. Nemo potest pro vno peccato satisfacere, quin satisfaciãt pro omnibus. Conclusio est, quæ palàm ex superiori deducitur nã si satisfactio nõ fit sine gratia, & gratia nõ põt esse cũ peccato, sequitur vt pro nullo fie

Septimũ argumentũ.

Corollarium.

Tertia conclusio.

ri possit absque alio. Sed contra, Si pœnitenti præcipiatur ieiunium pro adulterio, & oratio pro blasphemia, & eleemosyna pro furto, tunc cum homo ieiuniat, satisfacit pro adulterio, & non pro alijs, & cũ dat eleemosynam, satisfacit pro furto, & non pro alijs. Respondetur, quòd si sit in gratia, hoc non negamus. Quare sensus cõclusionis nõ est, nisi quòd satisfactio nil potest pro vno valere, nisi ex radice gratiæ pullulet, qua omnia sunt remissa, vt satisfactio ad perfectam omnium remissionem procedat. Ugitur ad argumenta proposita respondetur. Ad primum quidem, quòd etsi peccata non sint connexa ratione conuersionis, quia potest esse auaritia sine prodigalitate, sunt tamen connexa ex parte auersionis, qua ratione quocunq; est obex gratiæ, quæ ad remissionem requiritur tam pœnæ quàm culpæ. Ad secundum respondetur, illam esse causam tertiæ cõclusionis, quæ asseritur in secũda, quòd. sine gratia nulla est solida satisfactio. Vnde ad verbum Danic. alij respondēt, q̃ intelligitur sic consilium, vt Nabuchodonosor per eleemosynas se disponeret ad remissionem peccati. At quauis hæc vna esse possit solutio, commodior tamen est, quam dat S. Tho. vt iuberetur rex, quòd à peccatis respiciens, eleemosynis deinde satisfaceret pro pœnis: hoc enim est redimere peccatũ: nempe, pœnam soluere. Ad tertium verò cõceditur, quòd nemo potest esse magis certus, q̃ satisfecerit pro peccatis quàm q̃ sit in gratia. Quapropter Eccle. 5. scriptum est, De propitiatu peccatorum noli esse sine metu. At verò neminem debet hæc cura iterum satisfaciendi angere, nisi quem conscientia docuerit satisfecisse in peccato. Ad aliud respondetur, quòd si pœnitentia sit iniuncta in confessione, licet per eius impletionem nihil prorsus pœnæ purgatorij remittatur, satisfit tñ præcepto sacerdotis, quẽadmodũ dictũ est, alia præcepta etiã diuina posse impleri in pœtõ, quã ad eorũ substantia. Quare q̃ sic implet, nõ peccat, saltẽ mortaliter. Quocirca nec tenetur confiteri, quòd in peccato pœnitentiam impleuerit. Haud tamen excusabitur omnino à veniali culpa propter iacturam, quam fecit tanti boni: nempe, quòd si in gratia illã impleuisset, obtineret ueniam pœnæ in purgatorio luendæ. Aliter tamẽ arguit Scotus, & vt diximus, Duran. in fauorem Scoti: scilicet, q̃ opinio S. Tho.

Obiectio.

Dilutio.

Solut. 1. arg.

Solutio. 2.

Solutio quorundã ad verbum Daniel.

Solut. S. Th.

Solutio. 3.

Argu. Scoti Duran.

S. Thom. est dura, & ideo, vt ait Scotus, occasione offert peccatoribus obstinatiõis, vt ab operibus bonis cessent, cum videant nullius esse momẽti apud Deum. Ad hoc autem primo respõdetur, q̃ si vera est, vt rationes probant, nõ est dura: quia iugum domini suaue est. Secũdò verò negatur esse duram, imò est valde utilis ad excitandos ignauos homines, vt respiscant, ne dispendium tantorum operum faciant. Et tertio per illa opera, quanq̃ remotè, peccator disponitur ad emollendũ cor. Præterea argumẽtatur, q̃ Deus nõ est acerbior in exigẽdis satisfactioibus, q̃ sunt homines: inter homines verò potest debitor creditori pro aliquo debito satisfacere nõ satisfaciẽdo pro oibus: ergo & id fit apud Deũ. Ad hoc primò negatur cõsequẽtia, quia inter homines potest interuenire propria ratio iustitiæ dati & accepti seclusa amicitia, sed inter nos & Deum minimè. Secũdò respondetur, q̃ illa satisfactio, quæ fit ad reconciliationem amicitia, neq; inter homines fieri potest pro vna offensa, nisi fiat pro omnibus. Ridiculũ enim esset si homo dũ satisfacit pro eo q̃ alapa inimicum percussit, altera eundẽ caderet. Postremò deniq; arguitur. Si opinio S. Thomæ esset vera, sequeretur q̃ homo pro pœtõ remisso in inferno æternũ puniretur, vt si homicida post obtentam ueniam relaberetur in furtum. Respondetur tamen concessa consequẽtia: nam etsi per se pœna temporalis nunq̃ redeat in æternam, per accidens tamen ratione status, quia existens in inferno manet inimicus Dei pœnam illam, quam pro homicidio debebat, nunq̃ perfoluit. Imò eadem accidentaria ratione pro venialibus perpetuò puniretur. Nam si in inferno vlla posset fieri remissio pœnæ, sequeretur q̃ aliqua illic esse posset redẽptio, quod profectò absurdè quippiam, vt in sua opinione persistant, cõcedunt, dicentes, q̃ etsi non possit fieri omnimoda liberatio, potest nihilominus aliqua esse redẽptio. Cum tamẽ ecclesia simpliciter & vniuersaliter canat, nullã posse esse in inferno redemptionem: quia ne quãq̃ illic locum habet virtus redemptionis Christi. Item sequeretur, q̃ posset esse illic nõ paruum spei solatium & refrigeriũ. Si enim homo, qui diu sceleratissimè vixit, post modum per minimam contritionem conuertetur, grauisimi pœnarum reatus illi manerent soluendi: ille ergo si in minimo peccato mortali decederet, licet in initio grauissimis

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

Argu. aliud Scoti.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Postremum argumentũ.

Solutio.

infernorũ tormentis adiceretur, speraret tamen maxima ex parte esse illi releuanda. Nihilominus contra hanc veritatem hoc videtur militare argumentum, q̃ videri posset tunc Deus crudelis nimium: nam q̃ peccator in hoc seculo satisfacere nequeat per opera, quæ ipse exhibet, satis apparet rationibus comprobatur: in inferno autẽ Deus est qui supplicia illa per suos tortores infligit: rigor ergo immodicus est perpetuò illa, quæ temporalia erant, exigere. Respondetur, q̃ modus ille supplicij homicidio, verbi gratia, debitus, ex natura sua perpetuò erat, sed gratia Dei fuit, vt per remissionem culpæ fieret temporalis. Atq; adeò si in charitate soluere tur, virtute charitatis efficaciam habebat ad soluendum. Quapropter, quãdo culpa sua homo fit hostis Dei, nulla fit ei iniuria si tanquàm hostis perpetuò puniatur nunq̃ soluẽdo quod debet: nã illic nulla interuenit charitas, quæ iustitiam temperet. Præsertim q̃ infernorum tormenta non sunt sub illa figura contemplanda, ac si singulis peccatis singula respondeant, sed secundum totũ simul statum, quo homo ab hac luce recedit, constituitur ei plagarum modus.

Argumentum.

Solutio.

ARTICVLVS. V.

Utrum satisfactio in peccato facta adueniente charitate effectũ suũ sortiatur remissionis pœnæ.



Anctus Th. hæc adhibet loco citato quæstionem de satisfactionis fructu adueniente gratia. Arguitur ergo sic primo, q̃ adueniente gratia satisfactio in peccato facta fructificet. Efficacia satisfactionis impeditur per peccatum, veluti effectus baptismi per fictionem, qua suscipitur: sed recedente fictione baptismus sortitur suum effectum: ergo & satisfactio recedente peccato recipiet suum fructũ. Secũdò, si fructus satisfactiois factæ in peccato postea per charitatem non viuificaretur, necessariũ esset vt postea eadem pœnitentia imponeretur, quod quidem vsus ecclesiæ nõ seruat: ergo tunc virtutem sortitur. In contrarium est, q̃ opera, quæ extra charitatem fiunt, tunc nullam habent vitam: quod autẽ nunq̃ vixit, nunq̃ per charitatem postmodũ reuiuiscit. Ad hanc quæstionem, atq; ad alias illius appendices tribus cõclusionibus respõdetur.

Partis negatiua. 1. argu.

Secũdum argumentum.

Partis affirmatiua.

Decisio arti.

*Prima cōclu-
sio.* tur. Prima. Illa satisfactio, quæ in peccato
exhibetur, nūquam per aduentum charitatis
obtinebit satisfactiois valorem. Conclusio
est S. Thomæ loco citato, vbi ait, q̄ cum in
quouis opere consideretur & meritum & sa-
tisfactio, quidam dixerunt, q̄ opera facta ex-
tra charitatem postea ipsa accedente viuifi-
cantur quantum ad hoc, q̄ sint satisfactoria
respectu pœnæ dimittendæ, non autem quā-
tum ad hoc, quod sint meritoria vitæ æter-
næ. Sed hoc, inquit, nō pōt esse, quia vtrūque
habent ex hoc, quod fiunt ex charitate tanq̄
Deo accepta per gratiam. Et ideo eadem rati-
one, qua nō viuificantur quoad meritum,
nec viuificantur quoad satisfactioem.

*Satisfactiois
distinctionio.*

¶ At verò hac non obstante veritate Paluda,
distin. 15. q. 1. conclusio. 4. & Syluest. verb.
Satisfactio. §. 7. & ferè Thomistæ Capreolū
in ead. dist. secuti non absolute sed sub distin-
ctione respondēt. Aiunt quippe inter satisfa-
ctioes esse nonnullas q̄ effectū aliquē relin-
quūt, vt eleemosyna relinquit attenuatā sub-
stantiam, & ieiuniū maceratum corpus. Atq̄
has dicunt, licet in peccato fiant, tamen per
charitatē postea suū valorem suscipere, quia
in effectu manent Et hanc censent esse opi-
nionem hīc S. Tho. in solutione argumenti,
quod hīc secundum fecimus. At verò Adria-
nus, & Caietanus locis citatis meritō hanc ir-
rident sententiam, nisi quod Adrianus putat
esse hīc S. Tho. eandemq̄; 3. part. q. 89. arti. vl-
tim. retractasse, vbi absolute p̄nunciauit, ope-

*Operatur fal-
sa opi. hac.*

ra quæ dum fiunt mortua sunt, nunquam vi-
uificari. Veruntamē, vt opinio hæc falsa est,
ita neque in præsentiarum eam D. Tho. do-
cuit. Nam quid facit, quod relinquatur effe-
ctus, vel nō relinquatur, postquam effectus
ille non est operatio aliqua satisfactoria, quæ
in charitate fiat? Item quia licet aliquē sum-
ptum quis fecit per eleemosynam, potest dū
iterum confitetur ditior esse, & valētior quā-
uis ieiunauerit. Ac demum cum illa opera
non refurgant quoad meritum: non est cur
refurgant quo ad satisfactioem. Et quod
S. Thomas non fuerit huius opinionis, pa-
tet cum absolute responderit opera mortua
nunquam viuificari. Atque idem confirmat
in solutione 2d argumentum, quod nos feci-
mus primum, vbi ait, quod baptismus, quia
imprimit characterem, incipit valere rece-
dente fictione, & rursus, quia est instrumen-
tum Dei per ipsum operantis. Satisfactio ve-
rò nec characterem imprimit, nec est Dei

instrumentum. Falluntur tamen ex solutio-
ne tertij, quod nos fecimus secundum, vbi ea-
dem distinctione preposita de satisfactioe,
quæ relinquit effectum, & alia, quæ non re-
linquit, respondet quod prior facta in pecca-
to non opus est, vt iteretur: quia quantum ad
id, quod de ea manet, per superuenientē pœ-
nitentiam Deo est accepta. Hīc autem non
ait, illas pœnitentias viuificari, sed id, quod
manet, esse acceptum Deo per pœnitentiam
in charitate illi oblatā.

Caieta.

¶ Caietanus verò ead. quæst. 2. de satisfactioe aliter distinguit. Si
enim, inquit, eiusmodi pœnitentia in pecca-
to exhibita fuit in sacramento virtute cla-
uium imposita, tunc adueniente charitate, vi-
uificatur, quia est opus sacramentale, & sa-
cramentum recedente fictione sortitur effe-
ctum. Secus autem si non est imposita in sa-
cramento, quia non est eadem ratio. Et po-
test Caietani opinio à simili cōfirmari: nam
sacerdos quantuncunq; sit in peccato: per o-
blationem sacrificij satisfacit pro populo, eo
quod non offert nomine proprio, sed tanq̄
minister ecclesiæ. Cū ergo cui per clauēs ec-
clesiæ iniuncta est pœnitentia, tanquam mi-
nister ecclesiæ satisfaciat, sit vt etiam sua sa-
tisfactio etiam in peccato sit valida. Item si
quis in testamento pauperibus eleemosynas
legauerit, licet executor testamēti in pecca-
to illas distribuatur, nihil satisfactiois perdūt.
Et idem est si nequam famulus iussas eleemo-
synas iusti domini faciat.

Obserua.

¶ Nihilom̄ in pro-
fecto quanquam sint pœnitentiæ iniunctæ,
si in peccato fiant, nunquam per gratiam vi-
uificabūtur. Nā S. Tho. nulla facta exceptio-
ne absolute ait, huiusmodi satisfactioes nū-
quam viuificari. Cui sententiæ Adrianus lo-
co citato adhæret. At præter autoritatem S.
Tho. ratio, quæ permultum mouet est, quā
supra posuimus: nempe, quod præterquam
baptismo nulli sacramento conuenit, vt si
in peccato recipiatur, suum postmodum per
gratiam sortiatur effectum. Sed præterea se-
cūda ratio peculiaris hīc adhibetur, quod sa-
tisfactio non est sacramentum, quippe quod
in absolute consummatur: vnde licet si il-
lic imponatur pœnitentia, virtute clauū sit
magis satisfactoria, tamen illa satisfactio nō
est de essentia sacramenti: sed pars integralis,
sine qua esse posset sacramentum, vt homo
absque digito. Et ideo non operatur ad mo-
dū sacramēti ex opere operato, sed ex ope-
re operatis: alioqui etsi fieret per opus malū,
quod

*Sententia an-
toris.*

quod esset peccatū veniale, satisfactio illa, &
gratiam auget, & ad satisfaciendum vale-
ret, sicut si baptismus per peccatum veniale
ob vanam gloriam susciperetur. Dicere au-
tem, q̄ peccatum sit opus satisfactorium, ne-
mo, arbitror, auderet: igitur satisfactio nisi sit
imposita per clauēs ecclesiæ, non tamen ex-
ercetur per personam publicam tanq̄ mini-
strum ecclesiæ, sed per ipsam personam pri-
uatam: & ideo si fiat in peccato, nunq̄ viuifi-
cabitur. ¶ Neq; verò exempla in cōtrarium
adducta vllius sunt ponderis: nam sacerdos
per oblationē nequaq̄ satisfacit pro eo, qui
tunc est in peccato mortali: quare multō mi-
nus si quis pro se peccatore satisfacere tētet.
Præsertim quia non satisfacit tanq̄ minister
ecclesiæ, sed iussus ab ecclesiā, nomine tamē
proprio per proprium opus. Quare neq; est
simile de executore testamenti, qui exequi-
tur, non propriam, sed alterius satisfactioem.

*An opera,
quæ in pecca-
to fiunt, sint
meritoria.*

¶ Dubium autē hinc emergit, vtrum satisfa-
ctioes & opera, quæ in peccato fiunt, sint
quoquo pacto meritoria alicuius præmij, si
sint bona genere suo. Sunt enim qui nescio
quid in illis meriti congrui & emolumenti
perferretur. Nam præter Scotum Adria. q.
illa de sacramento pœnitentiæ dicit illa ope-
ra extra charitatem valere ad sex. Primò sci-
licet, quia de congruo valent impetrare re-
missionem culpæ per gratiam. ¶ Cōtra hoc
aut adstruitur hīc secūda conclusio. Nullius
sunt profus meriti aut de cōgruo aut de cō-
digno. Quam conclusionem non ideo toties
repetimus, q̄ illam hīc contendamus proba-
re, satis enim supra dist. 14. q. 2. art. 6. illam ad-
struximus. Sed & lib. 2. de natura & gratia. c.
4. copiose demonstrare conati sumus. At re-
petimus hīc eam propter S. Thomam, qui
loco præsentis q̄st. 4. cōtrariū insinuare vi-
detur. Ait enim q̄ licet opera in peccato fa-
cta non sint meritoria de condigno, sunt ta-
men meritoria de congruo, non tamen q̄ cō-
gruitas & decencia sit in illis, vt Scotus & ei⁹
sequaces opinantur, sed in Deo, iuxta verbū

*secunda con-
clusio.*

¶ Anselmi, Deus iustus est, cum peccatoribus
parit, quia eū decet. Et ista ratione, inquit,
valent ad tria: scilicet, ad temporalium conse-
cutionem, & ad asscutionē gratiæ, & ad as-
suetudinem honorum operum. Subdit tamē
tandem, q̄ cum non sint propriè merita, ma-
gis, inquit, concedendum est, quod huiusmo-
di opera non sint alicuius rei meritoria. Qua-
re postmodum. 1. 2. q. vlt. & pen. nullū meriti

Anselmus.

nomē admittit nisi fundetur in gratia & ami-
citia Dei. Nam certè Anselmus in illo verbo
adeò non insinuat vllum meritum antecede-
re gratiæ, vt illud planè neget, dicens q̄ dum
homo iustificatur nulla alia est causa, q̄ quia
sic decet Deum facere. Et eodem modo intel-
ligitur illud August. super Ioan. cap. 9. quod
Adria. pro se citat, peccatores humiliter petē-
tes deus audit: humilē enim petitionem ap-
pellat proximam dispositionem ad gratiam,
quæ fit per auxilium speciale. Igitur quod S.
Tho. ait opera pœtoris esse dispositionem ad
gratiam, non intelligit proximè, sed remotè.
Nō. f. q̄ ex liberalitate sua De⁹ acceptet nō-
nunq̄ illa opera, vt Adrianus & aliqui volūt
tanquam proximam dispositionem ad gra-
tiam, sed q̄ per illa homo assuefcit virtutib⁹,
& sic affectus inclinatur in earū officia. Quo
circa Deus quādoq; mouetur, vt opem pec-
catori afferat singularem, qua se conuertat.

*Opera in pec-
catofacta ad
quid cōferat*

¶ Conducunt præterea, vt sæpe diximus ad
euitandam transgressionem præcepti: nam
per illa implentur mandata quantum ad co-
rum substantiam. Conferunt item ad euitan-
da alia peccata: nam qui operib⁹ genere suo
bonis operam dat, à prauis abstinet. Item va-
lent ad mouēdos homines iustos, qui eiusmodi
peccatoribus per suas orationes mereantur
de cōgruo bonum motum in Deum. Ad
quod potissimum eleemosynæ seruiunt, iux-
ta verbum Christi, Facite vobis amicos de
mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, re-
cipiant vos in æterna tabernacula.

*An profint
ad consequē-
da tempora-
lia bona.*

¶ Dubium autem est perplexius, vtrum e-
tiam valeant ad obtinenda temporalia bo-
na. Quod hīc D. Tho. affirmat. Et videtur
colligi ex illo Ezechiel. 29. vbi legitur, Deū
dedisse Nabuchodonosor terrā Aegypti, p̄
eo quod laborauerit in obsequium Dei: qui
quidem labor cum esset hominis gentilis vi-
detur assumptus fuisse in peccato. Et Aug.
lib. 5. de ciuitate Dei cap. 12. & 15. ait, Deum
Romanis propter eorū iustitiam & strenua
opera dedisse imperium. Et Hierony. quod
refertur de pœnitentia dist. 1. can. Si quando,
ait, q̄ Deus iustus operum bonorum pecca-
toris non obliuiscitur in remuneratione.
Idemque ait Gregor. In homilia de diuine, et
Lazaro, quod refertur ibidem can. Cauēdū.

¶ His tamen non obstantibus certè huius-
modi opera nequaq̄ sunt, nec dici possunt
merita de condigno nec de congruo bono-
rum temporalium: quia omne meritum fun-

*Opera in pec-
catofacta ne-
queunt dici
meritoria.*

Distinctio bonorum temporalium datur in amicitia. Ob idq; de bonis temporalibus distinguendum est. Si enim Deus illa conferat, tanq; media ad gratiam, possunt cadere sub merito de congruo, tamē per merita, quæ homo facit in gratia. Conferunt enim nonnunq; viro iusto ob sua merita bona temporalia, vt eum in bonum promoueat, quæ, quia non sunt necessaria media, non cadunt sub merito de condigno, sed quia possunt esse media, cadunt sub merito de congruo. Et ita ob meritum parentum Ioannis Baptistæ dedit eis filium, & pariter matri Samuelis. Si autem sint bona, quæ non habeant illum ordinem ad gratiam, non conferuntur à Deo per auxilium speciale, sed per causas naturales. Imò quandoque dicuntur dari, quia permittuntur propter opera, quæ sunt peccata venialia. Et ille est verissimus sensus Augustini loco citato. Probat enim illic peccata Romanorū ex vanagloria processisse. Quis autem dicat Deum præmio bonorum temporalium remunerare peccata? Sed ait, iuxta verbū Christi, q; quia illa faciebant propter vanam gloriam, receperunt à mundo mercedem suam, Deo permittente victorias illas, quas Romani per naturales virtutes & causas obtinuerūt. Et eodē pacto intelligitur historia illa Nabuchodonosor, si labores, quos sumpsit, fiebant in peccato: nam potuerunt fieri in gratia. Præterq; q; victorias illas seculi in mysterio Deo faciebat ad terrendū malos, & præmiandum bonos, qui saltem in conspectu hominum seruiebāt illi. Verbum autem Hieronymi q. 89. glossat D. Tho. & nos dist. 16 q. 2. art. 6. glossauimus, quod non intelligitur Deus recordari bonorum operum peccatoris ad præmiandū ratione meriti, sed q; sit quædam Dei largitio per causas naturales, qui solē suum oriri facit super bonos & malos. Et eodem pacto intelligitur verbum Gregorij de diuite epulone, qui recepit bona in vita sua.

Sensus autem ut ait Aug.

Historia Nabuchodonosor.

Gregor.

Obiectio contra conclusionem. Distinctio.

Quod si contra conclusionem principalē quis sic arguat. Nullum malum Deus absq; ultione relinquit: ergo neque vllum bonum absque præmio. Respondetur, quod opus ex nostris viribus potest esse peccatum, & ideo punitione dignum. Bonum autem ex eiusdem viribus facere non sufficimus sine Dei auxilio speciali, & ideo bonum in peccato factum non est simpliciter bonū, cui Deo aliquid debeat, sed bonum secundū quid: id est, morale.

Utrum autem eadem opera in peccato facta conferant ad mitiganda inferni supplicia, etiam dubitatur. Ad quod respondetur tertia conclusione, quæ est ibidem S. Thoma, sub distinctione. Potest enim intelligi eiusmodi poena mitigari sic, vt illa, quæ peccator iam demeruit, p illa opera minuatur. Est isto modo nequaquam per huiusmodi opera genere suo bona in peccato mortali præstita, quicq; poenæ minuitur. Et ratio est illa, quam retrō posuimus arti. præcedenti: nempe, q; poena nequaquam ante culpæ remissionem aut tolli, aut minui potest, quoniā vtrunq; est effectus gratiæ, per quam ante remittitur culpa. Secundo modo potest per illa opera minui & mitigari poena inferni: quia per illa impeditur meritum poenæ, hoc est, peccatum. Et isto modo per illa opera fiūt remissiora infernorum supplicia. Primo, quia cū per illa, vt diximus, impleatur præcepta quo ad substantiam, per illa evitatur omissionis reatus. Secundo, quia per illā assuetudinem bonorum operum ex minori contemptu homo peccat. Item quia nō minus quam propter illa differtur plaga Dei, sicuti & quandoq; bonum temporale confertur. Ponit exemplum S. Tho. de Achab. 3. Reg. 21. cui cū Deus comminatus esset magnū supplicium propter mortem Naboth, post modum quia humiliatus est propter Deum ieiunans, & dormiens in sacco, distulit Dominus ne in diebus eius malum induceret, vsque ad dies filij sui. Tameñ, vt conijcitur, humiliatio illa Achab non fuit facta in peccato, sed fortē fuit vera conuersio, sicuti & de Ezechia legitur. 4. Reg. 20. cui propter suā humilitatē ter quinos annos ei Deus adiecit. Quod autem Gregor. homilia. 10. super Ezechiel. & refertur de poenitentia dist. 1. can. Sicut Achab, dicit, q; illa poenitentia in reprobo placuit: reprobis nominatur propter scelus, & poenitentia placuit, quia tunc fortē fuit legitima. Quare huiusmodi bona temporalia, quæ ob virtutem conferuntur, bene cadunt sub merito congrui, quia ordinantur ad gratiam. De priori membro conclusionis iam supra diximus dist. 18. quæst. 2. articul. sexto, vbi exposuimus sententiam Augustini in libro de patientia. capit. 26. vbi ait, q; hæreticus & schismaticus tolerando supplicia, ne Christum omnino neget, tolerabilius in inferno habebit. Id enim intelligit iuxta tenorem secundæ partis huius conclusionis.

Opera in peccato facta conferant ad mitiganda inferni supplicia, etiam dubitatur. Ad quod respondetur tertia conclusione.

Achab historia.

De Ezechia.

August.

clulsionis: quia scilicet peccatum eius erit minus, & ideo minor poena. Et idem ait, in enchiridij. c. 108. in vltimis verbis: Nam quantum ad priorem sensum, quod nihil eis remittatur de poena, facit quod eodem cap. prædixerat, & refertur. 13. q. 2. can. Tempus: scilicet, quod dānatis in inferno nullatenus profunt ecclesiæ suffragia: inde ergo colligitur multo eis minus prodesse opera, quæ in peccato fecerunt. Reprehendit merito ibidē D. Tho. duas opiniones, priorem scilicet dicentium, quod propter opera bona facta in peccato mortali, licet nō minuatur poena in inferno quantum ad subtractionem alicuius partis eius, fortificatur tamen damnatus per subtractionem passibilitatis; posteriorem tamen dicentium, quod saltem remittitur eis vermis conscientiæ. Neutra enim opinio tolerabilis est: nam cū poenā inferni sit adæquanda quantitati culpæ: quia secundū mensuram delicti erit & plagarum modus, fit; vt quā ratione per illa opera non minuatur culpa, nec minuatur passibilitas: nec conscientia vermīs: nā ambæ sunt poenæ sensus.

Resolutio duarū opinionū.

DISTINCTIONIS decimæ nonæ, Quæstio secūda, de ijs, per quæ fieri debeat satisfactio.

ARTICVLVS. I.

Utrum satisfactio per opera poenalia fieri oporteat.



Partis negativæ argumentum primū.

Secunda quæstio inquit de operibus, per quæ fieri debeat satisfactio, & cōtinet sex articulos. Primo vtrū satisfactio per opera poenalia fieri debeat. Secundus, vtrū flagella Dei ad satisfaciendum profint: Tertius, vtrū sint tria satisfactorum genera. Quartus, vtrū possit vnus p alio satisfacere: Quintus, vtrū sit aliqua poenitentia publica. Et sextus, vtrū in fine vitæ sit valida. Arguitur ergo, quod satisfactio per opera poenalia fieri non debeat. Satisfactio enim fit Deo,

qui nostris afflictionibus, & tribulationibus non delectatur. Secundo, quia opus, quāto ex maiori charitate procedit, tāto minus habet annexæ poenæ, quia charitas vt habetur. 1. Ioan. 4. poenam nō habet: si ergo oportet satisfactionē esse poenale fieret, vt q; ex minori charitate procederet, melior esset, quod est absurdum. In contrariū est verbum Gregorij. Iustum est, vt peccator tantō sibi maiora inferat lamenta per poenitentiam, quanto maiora intulit damna per culpam. Ad quæstionē hanc secundam duabus conclusionib; respōdetur. Prima. Opera per quæ satisfactionem fieri oportet, genere suo debent esse tum Deo honorifica, tum etiā poenalia. Satisfactio enim duplicem habet respectum: scilicet, & ad Deum, cui fit, & ad peccata, de quibus fit. Et quidem respectu Dei debent esse honorifica, iuxta verbum Anselmi supra citati, quo ait, satisfactio est honorē debitum Deo impedere. Nam quantum est ex parte peccatoris, vt dixim; per offensam quippiam honoris Deo detrahitur. In peccato verō consideratur & quod factum est, & quod est in posterum cauēdum. Et respectu prioris satisfactio esse debet castigatio iusta: & respectu futuri præseruatiua medicina. Et vtraq; rōne satisfactio cōgruit, vt fit poenalis: nā poenale est illud, per qd aliquid bonū alicui subtrahitur. Vnde sicut homo peccando honorē, vt dictum est, Deo subtrahit, vt bonum sibi vel delectabile vel vtile accumularet, necesse est ad satisfaciendum pro præterita offensa vt sibi aliquid detrahat, quod in honorē Dei cedat: & cū poena nihil aliud sit quā priuatio boni vel delectabilis vel vtilis, fit vt satisfactio pro præterita offensa sit genere suo poenalis: scilicet, quia sibi homo subtrahit aliquid delectabile, vt per ieiuniū & orationem, quæ aliquem adfert languorē & lassitudinem: aut vtile, vt per eleemosynā. Dixerim genere suo poenale: hoc est, ex obiecto: etenim si satisfactio cōtemperis, vt ex virtute charitatis & poenitentia pullulat, delectabilis est: nam secundū Aristotelem. 2. Ethic. hæc est, vna virtutis cōditio. Rursus si consideretur satisfactio, vt medicina cauēdis futuris peccatis accommoda, hoc etiā modo cōgruit illi, vt fit poenalis: nam poenæ, vt ait Philosophus, medicina sunt. Etenim vbi homo prius expertus est poenā, nō facile redit ad culpam. Ad pleniorē tñ cōclusionis intellectum non

Secundum argumentum.

Partis affirmatiua.

Prima conclusio.

Ratio.

Anselmus.

Poenale quid.

Aristot.

Nomen poenæ quod sonet.

tandum, quod nomen poenae malum per se sonat conuictum contra malum culpe. Malum autem, vt. ii. de ciuit. Dei ait Aug. nō est natura aliqua sed defectus boni hoc nomen accepit. Bonum enim, vt 8. Ethic. autor est Philosophus, triplex est: nempe, honestum, vtile, & delectabile. Priuatio ergo boni honesti, quod est virtus, est culpa, priuationes vero boni vtilis aut delectabilis sunt poenae, in quas per peccatū originale collapsi sumus. Et ideo elemosyna & ieiunium dicuntur poenae ex obiecto, tamē si fiant quando & vbi oporteat, sint verae virtutis bona. Oratio vero quāquam ex obiecto sit bona, tamē quia lassitudinem & languorem corpori adfert, poenalis dicitur. Hoc ergo supposito. conclusio nō apparet ita multum liquida & certissima ex vna parte videntur ei. fauere tum testimonia sacra & sanctorum, tum etiam ecclesiae vsus. Legitur enim Iohelis. 2. Conuertimini ad me &c. in ieiunio & fletu & planctu. Et Niinuite & Achab, vt legitur. 3. Reg. 31. in cilicio, ieiunio & lamento fecerunt poenitentiam. Quem morem approbans Christus Matth. 23. Vae tibi, inquit, Bethsaida &c. quia si in Tyro & Sidone factae essent istae virtutes olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Id quod Ioannes poenitentiae praedicator & exēplar viciū & veltitū in eremo praeferebat. Imō & poenitere, vt diximus, est poenam tenere. Et poenitentia, vt ait Ambrosius, est praeterita mala plāgere &c. & vt ait Aug. est quaedā dolētis vindicta punitis in se quod dolet commississe. Et ecclesiae vsus nō habet imponere poenitentias nisi poenales. At vero neq; ex altera parte rationes desunt, quibus suadet, per opera etiam non poenalia satisfieri posse. Vnde Scotus dist. 15. q. 1. arti. 3. in eadem est opinione, & Gabriel dist. 16. q. 2. & nonnulli alij. Quapropter secunda hic statuitur conclusio. Omne opus meritorium nempe: quod ex gratia procedit, generali ratione est satisfactorium. Probatur, quia plus est gratiam angere, quā poenam minuerē: sed per omne opus meritorium aliqua sit accessio gratiae: ergo pariter per illud aliqua sit poenae remissio. Quare per actum quemcumq; dilectionis Dei, per contemplationem & mentalem orationem & alia huiusmodi generaliter fit satisfactio. Id quod de cogitatione supra ostensum est: eo quod ex charitate procedit, nunq̄ enim remittitur culpa, quin a

Bonū triplex

Testimonia, quae faciunt p̄ conclusionē.

Contra conclusionē.

Secunda conclusio.

Ratio prima

liqua fiat remissio poenae. Secundo, quia nō potest esse aliquod tale opus, quantumcumque spirituale, quin secum aliquam poenam & fatigationem adferat. Nam contemplatio ipsa, quia, vtitur sensus phantasiae, quodāmodo vires relaxat. Item Deo illud est gratius, quod pretiosius: pretiosiora autem sunt ei alia officia quā ista poenalia, vt nonnunquam litem operam nauare, & publicis concionibus, quae in bonum publicum referuntur. Vnde D. Tho. vt inferius videbim⁹, elemosyna, inquit, est magis satisfactoria, quae videtur ex maiore charitate proficisci, q̄ ieiunium, licet sit minus poenalis. Quid ergo est, quod prima conclusio asserit, & aiū dēta exēpla confirmāt. scilicet, quod satisfactio fieri debet per opus poenale? Respondetur quod quantumuis eiusmodi opera generali ratione bonitatis & meriti sunt satisfactoria, nihilomin⁹ peculiariter & per antonomasiam sola opera, quae ex obiecto sunt poenalia: id est, quae priuant bono vtili aut delectabili, censentur satisfactoria. Quapropter illa sola sunt in confessione sacramentali iniungenda, anquam particularis poenitentia. Quamuis generaliter addatur, Quicquid boni feceris, & mali sustinueris, &c. vt infra videbimus. Eadem via patet dissoluendi dubium aliud, vt r̄m necessarium sit ad satisfactiōē vt sit opus exterius. Scotus enim loco citato dist. 15. & Gabriel dist. 16. q. 2. & alij eius sequaces adeo constitutum habent requiri opus exterius, vt id in definitione satisfactiōnis collocent. Ex quo inferunt, quod duo eadem largientes elemosynā, vnus tamen maiori conatu, & equaliter satisfaciunt, licet ille q̄ feruentius conatur, maius meritum habeat. Itaque actum interiorem nihil ad satisfactiōnē referre putāt, quia non est poenalis. Videtur autē Scotus p̄gnātia dicere, qui nēpe dicens dilectionem Dei esse satisfactoriam, actum interiorem à ratione satisfactiōnis excludit: nam dilectio actus interior est. Quare dicendum quod generali ratione actus interior est satisfactorius, vt si quis non habens vnde elemosynam erogaret, cuperet illā largiri misericordia in pauperes affect⁹. Specialiter tamen & per antonomasiam solū opus exterius est satisfactorium, & illud est peculiariter in poenitentiam imponendum. Vnde de fit consequens, vt opus internum, si ad externum procedat, maioris sit satisfactiōnis, quā si

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Per antonomasiam poenalia opera dicuntur satisfactoria.

An satisfactio, debet fieri ex opus exterioris.

Per antonomasiam opus exterius dicitur satisfactiuū.

quā si sit solum: tum quod magis poenale, tum q̄ est interni cōsummatio. Praesertim q̄ actus internus dum prodit foras in opus, nō uo semper conatu augetur. Quare licet affectus eorū, qui non possunt in opus exire, nō careant suo merito, nō tamē ceteris paribus tantum sunt pretij apud Deum, quāti illi, quos opus exterius sequitur. Et per hoc respondetur ad argumētū, qd̄ quis forsā obijciat. Actus exterior, vt D. Tho. & pleriq; doctorum docent, non addit, vel malitiam, vel bonitatem interiori: ergo non sunt ambo magis satisfactorij, q̄ solus internus. Respondetur, inquam, priuūm q̄ in exitu ad exteriorē rem interior crescit. Et secundo respondetur, q̄ licet non addat essentialē bonitatē, addit nihilominus accidentalem. scilicet, vel laborem vel sumptum, vbi maiori patientia & tolerantia opus est. Eadē rationis serie alia deciditur quae stuncula, vt r̄m satisfactio: debeat fieri per opus alias indebitum. Scotus. n. dist. 15. q. 1. ita expressē ait. Cui nō solum sui asseclae subscribunt, verūm & discipuli S. Tho. vt Palud. dist. 15. q. 1. art. 2. & Capre & Sylu. verb. Satisfactio. §. 8. Et exponit se amplius Palud. dicens, q̄ si cui imposita esset elemosyna in poenitentiam, & illam daret existenti in extrema necessitate, minimē poenitentiam implet. Neq; si dies ieiunij ei fuerit iniunctus, implet ieiunādo in quadragesima: quoniam opera, inquit, illa sunt alio iure debita. Vnde infert, quod cum sacerdos imposita peculiariter poenitentia addit, Quicquid boni egeris, aut mali sustinueris sit tibi in remissionem poenae, &c. intelligitur de bonis supererogatiōis quae nō sunt aliās debita. At verō nec S. Tho. illam adiecit particulam, nec vllus alius. Tamen si, vt supra q. praecedenti art. 2. vidimus, illud insinuat dicens, q̄ quia Deus nō obligauit nos ad omnia, quae valemus, restat nobis aliquid supererogationis, per qd̄ possim⁹ satisfacere. Ad hanc, verō in illa quā satisfactiōne hanc conditionem excludit dicens, per opera alias indebita posse fieri satisfactiōnem. Medio ergo nos modo, vt in ijs proximē decisus, respondeamus, vt sit assertio prima. Per quodcumq; opus meritorium, etiam si aliās sit debitum, vt per impletionem mandatorum, possumus generali ratione satisfacere. Nam si virtutem habet augendi gratiam, non est cur eandem non habeat remittendi poenam. Imō, vt supra diximus, si est aliās debitum est magis meritorium q̄ si sponte fiat.

Satisfactio an fieri debeat per opus alias indebitum.

Palud. ans.

Sententia auctoritatis.

Assertio prima.

Ratio prima

Dicere ergo, quod sit meritorium & non satisfactorium, fundamento caret. Secundo, quia ecclesia ieiunia quadragesimalia, & alia quatuor temporum in satisfactiōnem peccatorum instituit, id quod in praefatione canit dicens, Qui corporali ieiunio vitia comprimis. &c. ergo p̄ illa ieiunia satisfecimus: alioq̄ cōsiliū esset nō imponere illa ieiunia, vt liberē assūpta magis satisfacerem⁹. Tertiō, quia per opus martyrij, etiā occurrēte praeepto, quis dubitet, quin possit satisfacere. Vn argumētū istorum, q̄ scilicet nemo potest eodem opere duō praeepta implere, profecto falsum assumit. Equis enim dubitet, quin possit homo teneri ad idem ieiunium eodē die & praeepto ecclesiae, & suae religionis, & ex voto, si omnia tria cōcurrant? Item si quis tenetur psalmos in p̄nia impositos recitare, potest inter audiendā ex praeepto missam poenitentiam illam implere, quicquid quidam ex Summistis dixerint. Sit verō assertio secunda. Ista opera aliās indebita nō sunt in poenitentia ordinario more imponenda. Quare cum imponitur elemosynā vel ieiunium, si nihil amplius addatur, non intelligitur de illo, quod est aliās indebitum. Quocirca dū cōfitemini quadragesima imponitur dies ieiunij, si ille non habet excusationem legitimā non ieiunandi totam quadragesimam, intelligitur dies illi post pascha. Et ratio est, quia nomine poenitentiae semper intelligitur op⁹ supererogationis. Dico non esse imponendū opus, ad quod ille tunc aliās tenetur quādo imponitur poenitentia. Nam si imponitur absolute elemosyna, & postea occurrit pauper in extrema necessitate, tūc quicquid Palud. dicat, optimē impletur poenitentia si elemosyna erogetur illi, quia fortē accidit, vt eum teneretur elemosynam dare, occurreret illa necessitas. Sed tertio adijcimus, q̄ quandoq; erit salutare consiliū imponere poenitentiam de rebus aliās debitis: nempe, quando presbyter videt poenitentem nō ad implere iura cōmunia, vt per accessionē nouae obligationis arctius cogatur illā implere. Est fortē quispiam non seruās ieiunium quadragesimale cum possit optimē tunc imponetur ei, vt illud seruet vel in totū vel in partem. Item si est homo diues, qui tenetur facere elemosynas in graui necessitate, & praerogauit non facit salubriter per sacramentalem poenitentia cogatur id facere. Vnde ad argumētum, quod facit in contrarium Ma-

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ineptū argumētum.

Assertio secunda.

Assertio tertia.

ioris. Sequeretur enim, inquit, q̄ posset iniū-
gi in poenitētiā sacerdoti, vt stas horas ca-
nonicas persolueret, aut æs alienum credi-
tori. Conceditur, profectō, cōsiliū esse quā
doq; illas iniungere poenitētiā, dū poenitēs
creditor illa ratione facturus, quod aliās non
faceret. Si autem iniungerētur alicui decem
aurei in elemosinam, & postea aliqua iniū-
ria pauperem læderet, cuius gratia deberet
illi decem aureos, non implet poenitentiā
per eorum solutionem.

*Solutio pri-
mæ arg.*

Ad primum igitur argumentum respōde-
tur, quod licet Deus non delectetur ærūnis
& flagellis nostris, quatenus poena afficiunt,
oblectatur eis tamen quatenus iusta sunt pec-
catorum castigatio, quæ in ipsum committi-
mus. Ad secundum verò respōdetur quod
quāuis charitas efficiat, vt opus sit min⁹ pœ-
nale, non ideo quo maior est charitas minor
est satisfactio: in satisfactio enim confide-
ratur poenalitas, sicut in merito difficultas.
Quando autem minuitur difficultas ex par-
te ipsius actus, quia res est facilis, diminuitur
cæteris paribus & meritum. Sed si difficulta-
tis alienatio ex prōptitudine voluntatis eue-
niat, tunc ratio meriti non attenuatur, imò
augetur. Similiter ergo quando diminiutio
poenalitatis non prouenit ex ipsa, quia est
exigua, sed ex promptitudine voluntatis,
quam parit charitas, tūc efficacia satisfactio-
nis non est minor, sed maior.

ARTICVLVS. II.

*Verū flagella, quibus à Deo in hac vita puni-
mur, sint satisfactoria.*



Secundo loco quæritur de fla-
gellis, quibus mortales Deus
sæpe cædit, an sint satisfacto-
ria, & arguitur à parte negati-
ua. Nihil enim satisfactorium
est, vt ex dictis colligitur, nisi sit & merito-
rium: sed nō meremur nisi per ea, quæ in no-
stra electione sunt posita: cum ergo flagella
non fiant nostra sponte, sed à Deo nobis in-
fligantur, non sunt satisfactoria. Secundo.
Satisfactio non est nisi iustorum hominum:
flagella verò iniūis sæpe mittuntur, vt in or-
bis inundatione, & Sodomorum conflagra-
tione expertum est. Tertio. Satisfactio ad
vindicanā peccata est instituta, flagellis au-

*Præter nega-
tiua argumē-
tum primū.*

*Secundum ar-
gumentum.*

*Tertium ar-
gumentum.*

tem etiam iusti percutiuntur, vt historia Iob
nobis refert: ergo illa non sunt satisfactoria.
¶ In contrarium est, quod vt ad Roma. 5. le-
gitur, tribulatio patientiam operatur: paciē-
tia autē probationem, & vt ait glossa, à pec-
cato purgationem: purgatio autem satisfac-
tio est.

*Pars affirma-
tiua.*

¶ Adnotandum ad intellectum quæstionis,
quod etsi calamitates omnes & ærumnæ hu-
ius vitæ generali modo flagella sint Dei, pro-
pter peccatū originale humano generi in-
flicta, iuxta illud Amos. 3. Si erit malum in ci-
uitate quod dominus non fecerit? nihilomi-
nus sunt in duplici differentia. Aliqua enim
sunt inflicta non speciali sed generali cōcur-
su Dei vel per causas naturales, vt morbi &
naturales mortes, vel per causas liberas iu-
stas, vt supplicia ordine iuris malefactori-
bus decreta, vel per permissionem, vt dum
per iniuriā alij alios lædunt. Sed alia sunt,
quæ Deus speciali prouidentia mittit in or-
bem, vt diluuiā, incendia, submersio Aegy-
ptiorum, mors filij Davidis, & id genus
alia.

*Decisio arti-
culi.*

¶ De istis ergo secundi generis mouetur spe-
cialiter quæstio, & respondetur vnica bimē-
bri conclusione, quæ est S. Thomæ. distinc-
15. quæst. 1. artic. 4. Si eiusmodi flagella æ-
quo animo, & patienter acceptentur, sunt
patienter satisfactoria. Si verò iniquo animo
& per impatientiam homo resiliat, non sunt
satisfactoria, sed habent meram rationem
vindictæ. Probatur vtraque pars. Recom-
pensatio præteritæ offensæ potest fieri & ab
eo, qui offendit, & ab alio: quando fit ab alio
potius habet vindicationis rationem quàm
satisfactionis, vt cum quis à iudice plectitur:
quando verò fit ab eo, qui offendit, tunc ha-
bet satisfactionis rationem, sicut & meriti.

*Conclusio bi-
membri.*

Quādo ergo flagella fiunt ipsius, qui flagel-
latur, tunc induunt satisfactionis formam:
fiunt autem ipsius per patientiam & æqua-
nimitatem, quæ ipsa acceptat, quando verò
illa respuit, tunc non sunt ipsius, & ideo per
manet in ratione meræ vindictæ. ¶ Hic autē
dubiū est inquisitione dignū, vtrum eiusmo-
di per se flagella nō sint satisfactoria, sed so-
la patientiæ virtus. Nam si sola patientia est
satisfactoria, quantacūq; essent flagella, sa-
tisfactio non nisi gradū patientiæ adæqua-
retur, quem nunq; excederet. Si verò flagella
ipsa semper essent satisfactoria, licet duo eo-
dem gradu patientiæ illa ferrent, qui maiora
pate-

*Conclusio
ratio.*

Dubiū.

pateretur, plus satisfaceret. Etenim qui cum
æquali patientia ieiunat in pane, & aqua, ma-
gis satisfacit, quàm qui ieiunat in piscibus, &
vino. Quod autem flagella per se non sint sa-
tisfactoria, inde arguitur, q̄ in alijs aduersita-
tibus naturalibus non apparet maiorem esse
satisfactionem, q̄ sit virtus patientiæ, qua to-
lerantur: nam accidunt nobis per naturales
causas. Item quia opus non est satisfactoriū,
nisi sit liberè sumptum: flagellum verò non
fit liberum homini, nisi per liberam accepta-
tionem. ¶ Respondetur nō solūm secundum
quantitatem patientiæ esse satisfactoria, sed
per se ratione obiecti si libere acceptentur.

*Primum dis-
crimen inter
flagella Dei
& natura-
lia.*

*Flagella dei
quæ proprie.*

In quo vtiq; differunt ab alijs ærumnis, & ca-
lamitatibus naturalibus. Et ratio est, quia et
si omnia vulgari voce dicantur flagella Dei,
proprie tamen hoc nomine ea duntaxat cen-
sentur, quæ ab ipso per particularem prou-
identiam infliguntur. Dicuntur enim propria
Dei, eo q̄ nō per naturæ ordinē, sed supra or-
dinem naturaliū causarum ea per se ipse in-
fligit. Et ideo licet non sint sacramentalia, ta-
men quia Deus illa mittit ad vindicandum, &
vltiscendum peccata, sunt per se satisfactoria
per quandam similitudinem ad illa, quæ cō-
fessarius in sacramento imponit, quemadmo-
dum poenæ purgatorij. Quocirca qui æqua-
li patientia grande flagellum suffert, magis
satisfacit, quàm qui eadē patientia, & æqua-
nimitate ferret minus. Calamitates autē na-
turales non tam mittuntur à Deo in vindi-
ctam peccatorum actualium, quàm natura-
li ordine accidūt ex peccato originali. Sunt
enim nobis naturales, nisi quod per origina-
lem iustitiam supranaturaliter præseruaba-
mur ab illis. Quapropter satisfactio in eis nō
est, nisi ad iustam quantitatem virtutis pa-
tientiæ pensanda. Quo fit, vt flagella Iob ma-
gis fuerint ei satisfactoria, & Davidi mors fi-
lij, q̄ si per causas naturales illa acciderent.

*Naturalium
flagellorum
origo.*

Flagella Iob

*Solutio alius
argumenti.*

*Secundum di-
crimen inter
flagella
Dei & na-
turalia.*

¶ Vnde ad aliud argumentum respondetur,
quod etsi flagellum nō fiat liberum, nisi per
acceptationem, nihilominus nō solūm accep-
tatio interna est libera, verū & opus ipsum
exterius fit liberum. ¶ Sequitur secundum di-
crimen inter ista flagella Dei, & naturalia, q̄
si priora infligantur illi, qui est in gratia, vt
Iob, licet nullum actum haberet positiuū vo-
luntatis, sed tātum nō obmurmuraret, opus
ipsum esset satisfactoriū. Nam in purgatorio
quanquam qui illic purgantur, nō haberent
actum positiuum acceptandi, sed solū quod

non renuerent, soluerēt poenas debitas. Imò
quāuis acceptatio eius esset peccatum venia-
le, forsā quis diceret esse illic satisfactio, licet
illa acceptatio nō sit meritoria: quoniam
venialis culpa, sicut non est obex gratiæ, ita
neque obstat satisfactioni, quæ à Deo infligi-
tur. Hoc ego tamen non asseuerarem, quia
illa flagella non satisfaciunt ex opere opera-
to ad modum sacramenti. Et ideo si per pec-
catum veniale acceptentur, forsā non satisfaciunt.
¶ In calamitatibus verò naturalibus, nisi
si sit actus positiu⁹ acceptandi, non est satisfac-
tio, neque si ille actus esset peccatum venia-
le: quia tota illa satisfactio in illo actu in-
terno consistit. Quare ægrōti, & aduersa pa-
tientes admonendi sunt, vt infortunium ac-
ceptent. Quapropter si iustus per flagellum
Dei subito moriatur, mors illi est satisfacto-
ria, licet nullum habere possit actum accep-
tandi. Quamobrem Nabuchodonosor, qui
vt legitur Daniel 3. repentina insania diuini-
tus castigatus fuit, per illam, si erat in gratia,
poterat satisfacere. Et tamen si illa accidit
naturaliter, non esset satisfactoria.

*Calamitati
naturalium ac-
ceptatio est
satisfactoria*

Daniel. 3.

¶ Sacer autem Hieronymus negotium non-
nullis facessit, super Naum capit. 1. & refer-
tur de poenitentia distinc. 3. can. Sunt plures,
super verbum enim illud, Non conlurget
duplex tribulatio, quod septuaginta trā-
stulerunt, Non vindicabit Deus bis in id ip-
sum in tribulatione, videtur in sinuare, quod
nulli eorum, qui in hoc seculo flagellantur à
Deo, iterum cruciabantur in altero. Et sub-
iungit eorum exempla, qui in diluuiō, & in
Sodomis, & in mari rubro perierunt.

*D. Hierony-
mi glossa in
Naum. cap. 1.*

¶ Absit verò, vt magno Hieronymo hæc in-
uratur nota, vt docere cogitauerit, neminem
eorum, qui hic puniuntur, puniri in inferno.
Enim verò eorum, qui non conuertuntur ad
cor, vt respiciant, Deus non miseretur: nam
in vniuersum peccatores odio habet. Dicere
autem, q̄ quoscūq; in hoc mundo flagellis
percutit, ita corde cōpungat, vt cōuertantur,
temerariū est, & omni fundamento destitu-
tum. Nā de Antiocho legitur. 2. Machab. 9.
quod orabat Deum scelestus, à quo non erat
veniam consequuturus: quare & in hoc, & in
altero seculo punitus fuit. Et Iudas Aposto-
lus ait, de Sodomitis, quod facti sunt exem-
plum ignis æterni poenam sustinentes. Et
infra subdit, Væ illis, qui in via Cam
aierūt, & errore Balaam mercede effusi sunt,

*Propugnāt
Hierony.*

& in contradictione Core perierunt. Quos-
quidem arboribus autumnalibus comparat
quæ bis mortuæ eradicantur. Vnde. Aug. su-
per illud verbum Deute. 32. Ignis succensus
est in furore meo, & ardebit vsque in inferni
nouissima. & refertur de pœn. d. 3. c. an ignis
allusionem ad Sodomam faciens, ait, idest,
vindicte hic incipiet, & ardebit vsq; ad extre-
mam damnationem. Quod quidem Magist.
Senten. contra illos, inquit, notandum est, qui
dicunt illud: scilicet, Non iudicabit Deus bis
in idipsum, ad omnia pertinere flagella: quia
quidam hic flagellis emendantur, alij & hic
& in æternum puniuntur. Sensus ergo Hie-
ronymi, vt bene Magist. exponit, non est ge-
neralis, sed per distinctionem intelligendus:
scilicet, quod qui flagellis hic emendantur, nõ
iterum puniuntur, qui autem obstinati mo-
riuntur, & hic & in inferno supplicia susline-
bunt. Imò ipse se melius exponit Hierony-
mus: neq; enim hoc in vniuersum intellegit qd
qui emendantur flagellis, non puniuntur ite-
rum in purgatorio. Quod adnotauerim con-
tra quosdam, qui sic exponere Hieronymum
contendunt, qd quicumq; hic à Deo flagellis
ceditur, si in gratia decedit, non transibit per
purgatorium. Nam in primis non potest in-
telligi de illis, qui ordine naturæ aut iuris
mortes patiuntur. Siquidem illa vt diximus
non sunt propria & perse flagella Dei, atque
adeo nec satisfactoria plusq; fuerit patientiæ
virtus. Quare ridiculũ est dicere, quotquot
ex lege ordine iuris capite plectuntur, igne
purgatorij liberari: quoniam eadem ratione
neq; illi, qui in cubili suo dolore rabido ani-
mam exhalant, per purgatorium transirent.
Sed neq; de illis, qui pprijs flagellis Dei ex-
tinguntur, id vniuersum intellegit Hiero. Ait qd
pe, Deum vt omnium rerum, ita & supplicio-
rum scire mensuras, & ideo grauiores culpas
grauius punit, leuiore vero leuius. Vbi sen-
tit, qd qdo in hac vita infligit flagella ad iustũ
secundum scelerum magnitudinem, tunc
illi si emendentur, absq; transitu per purga-
torium euolabunt in cælum: alioqui punire-
tur bis in id ipsum: idest pro eadẽ culpa. At-
tamen si hic flagella non infert pro quantita-
te & merito scelerũ, reuera reliquum in pur-
gatorio restabit soluendum: quia hæc nõ est
bina punitio in id ipsum, sed ambe sunt vna
iusta. Possent quis forsan dicere, qd quicumq;
in hoc seculo speciali animaduersione cedit,
ad iustũ castigat, vt nihil superfit soluendũ.

Sensus Hier.

Exp. positio Hiero.

Qui in pati-
bults obent.

Cõiectura hæc tñ omnimodã non habet cer-
titudinem.
Ad primum igitur argumentum iã respon-
sum est, qd eiusmodi flagella sunt voluntaria
per acceptationẽ. Ad alia verò duo respõ-
detur qd illa flagella quinq; rationibus con-
tingunt, vel vt iustis per patientiam augean-
tur merita, vt Iob. Vel ad custodiam virtutũ
ne superbia tentet: qua ratione Paulus ange-
lo Satanæ colaphizabatur. Vel ad corrigendã
peccata, vt Marię lepra Nume. 12. Vel ad
gloriam Dei, vt de eo, qui cœcus natus fue-
rat. quẽ Christus curauit. Ioan. 9. Vel ad ini-
tium infernalis pœnæ; quod Herodi, & Pha-
raoni, accidit. Vnde sicut ex eodem igne, vt
ait Gregor. aurum rutilat, & palea fumigat:
ita eisdẽ flagellis boni curantur, & mali per
impatientiam peius inficiuntur. Quocirca li-
cet flagella cõmunia sint tñ effectus satisfac-
tionis nõ obuenit nisi bonis. At qui vt ad ter-
tiũ peculiariter respondeamus, & illa flagel-
la, quæ ad augenda merita innocentiũ in-
fliguntur vt Iob, etiam ob præteritam culpã
infliguntur, non quidem personæ propriam
sed naturæ. Si enim originale labem genus
humanũ non contraxisset, nunq; ijs calami-
tatis fuisset subiectũ. Vnde iustus Iob cũ
ipse personalia crimina in se non esset exper-
tus, diei natiuitatis suæ maledicebat, quæ fla-
gellis suis causam ministrauerat.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Nume. 12.

Solutio. 3.

ARTICVLVS. III.

Vtrũ conuenienter tria enumerentur satisfactoria
ope. a.



ostremò queritur, an opera
satisfactoria esse debeant vel
elemosyna, vel ieiunium vel o-
ratio. Et arguitur à parte ne-
gatiua. Opus satisfactorium
debet esse pœnale: oratio autẽ pœnã non ha-
bet, imò est medela tristitiæ, iuxta illud Iaco-
bi. 5. Tristatur aliquis in vobis, oret & psal-
lat: ergo illa non est in numero eiusmodi ope-
rũ. Secundo arguitur. Peccatũ omne vel est
carnale, vel spirituale, ieiunio autẽ, vt ait Hie-
rony. glossa super illud Matt. 17. Hoc genus
dæmoniorũ nõ eijcitur nisi in ieiunio & ora-
tione, sanãtur pestes corporis, oratione verò
pestes animæ, ergo non opus est alio tertio.
Tertio, Satisfactio necessaria est ad emun-
dationẽ peccatorum: sed elemosyna ab om-
nibus peccatis mûdat, iuxta illud Luca. 11.
Date

Partis nega-
tiua. 1. argu.

Secundũ ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

Partis affirma-
tiua.

Decisio arti-
culi.

Conclusio.

Ratio.

Anselmus.

Radices pec-
catorũ tres.

Ordo exposi-
tionum Magi-
stri sentent.

Date elemosynã, & ecce omnia mûda sunt
vobis: ergo illa sola sufficit. In contrarium
tamen est, quod satisfactiones, cum sint me-
dicinæ, debent generibus peccatorum respõ-
dere: quod enim medendo vni peccato con-
ducit, alteri nocet: sed plura sunt peccatorũ
genera: ergo & plura esse debent satisfacto-
ria opera. Præcipue cum plura sint opera pœ-
nalia, vt peregrinationes, & alia.
Ad quæstionem respondetur, secundum
sententiam S. Tho. dist. 15. q. 1. art. 4. quæ qui-
dem omnium est doctorum cõcors, affirma-
tiua conclusione. Oia opera satisfactoria ad
hæc tria reducuntur, quæ sunt ieiunium, ora-
tio, & elemosyna. Duo enim, vt supra dictũ
est, in satisfactione sunt contemplanda: scili-
cet, & ratio iustitiæ, qua vindicantur offensæ
præteritæ, & medicina à futuris præseruans.
Et vtraque ratione hic ternarius numerus, vt
decens comprobatur. Nam satisfactionis iu-
stitia exigit, vt ait Ansel. vt aliqd nobis boni
in Dei honore subtraham? habem? autẽ tria
bona: scilicet, corpus, & animam, & exteriora
fortunæ, subtractio autem exteriorum bo-
norum fit per elemosynam, bonorũ autem
corporis, quæ sunt delectabilia tactus, per ie-
iunium: de bonis autẽ animæ, vt per quæ re-
spectu Dei perficimur, nihil subtrahere de-
cet quãtum ad eorũ essentiã, vt quippiam
diminuat: sed tamen per hoc quod ea
Deo submittimus satisfactoria apud eũ sũt
submissio autem illa fit per orationem. Sed
et si consideretur satisfactio ratione medici-
næ præseruatiuæ, quæ debet, vt ait Aug. pec-
catorum causas excidere, numerus etiam hic
ternarius congruit, vt super Matth. idem ait
Augu. Nam radices peccatorum, vt in. x. ca. q.
cap. 2. ait Ioan. tres sunt iuxta numerũ trium
bonorum, quæ modò nominauimus: nempe
concupiscẽtia carnis, & concupiscẽtia oculo-
rum, & superbia vitæ. Concupiscẽtia car-
nis per ieiunium exciditur, & concupiscẽtia
oculorum per elemosynam, & superbia vi-
tæ per orationem. Adde qd etiam si effectus
& obiecta peccatorum cõtlemur, idem
est numerus competens: nam omne pecca-
tum vel in Deum tantum committitur, vel
in pximũ, vel in nos ipsos. At qui suggestio-
ni primi obuiamus per orationem, & secun-
di per elemosynam, & tertij per ieiunium.
Expositores Magistri sententiarum ansam
arripiunt disputandi hæc ad lógum de his tri-
bus virtutibus, cum tamen hic non pateat lo-

Tractatus em-
lemosynæ.

Tractatus or-
rationis.
ieiunium.

Ordo huius
trium virtutu-
rum.

Matth. 17.

cus huic disputationi proprius: quia hic non
habetur earum mentio nisi quatenus sunt sa-
tisfactoria: Tractare autem de earum natura
& conditionibus, & numeris ad suas cuiusq;
proprijs sedes spectat. Quapropter & si D.
Tho. dum interpretẽ Magistri ageret, in præ-
sentiarum de illis disputauerit, postea tamen
ordine rerum legitime instituto in. 2. 2. de eis
tractauit. Atque adeo si hucusque peruenis-
set, nullam earũ mentionẽ hic fecisset. Neque
nos certẽ facturi simus: esset enim molestam
prolixitatem loco importuno intermiscere.
Cõsideratio ergo elemosynæ ad tractatũ cha-
ritatis atinet, de qua ergo D. Th. 2. 2. q. 32. dif-
feruit, & oratio ad materiã religionis, de qua
ideo disputauit eod. lib. q. 83. Sed ieiunium vir-
tus est temperatiæ, de quo idcirco tractauit,
q. 147. Vnde non opus est professores Quar-
ti senten. hic Scholasticos eiusmodi materijs
remorari. Ordo autẽ istarũ virtutũ licet in
speculatione iste sit, quẽ modò posuimus, ta-
mẽ in executione ieiunium est primum, quod
oratio secũdo loco subsequitur, & tertio elec-
mosyna. Nã per ieiunium corpus extenuatur,
spiritualeq; fit, vt orationi, quæ est eleuatio
mentis in Deum, non sit impedimẽto. Postq;
autem per orationem beneficia Dei impetra-
mus, benefici esse debem? in pauperes. Quin
verò nõ solum beneficentia, & misericordia
ex ieiunio, & oratione promanat: verum, &
omnium virtutũ chorus. Nam cum oia mala
ex carnis sensualitate, & suggestione originẽ
trahant: & animæ consensu consummentur,
attenuatum corpus, & impinguatus per ora-
tionem animus virtutum proles germinat.
Cuius in præfatione ieiunij verbis illis admõ-
nemur, Qui corporali ieiunio vitia cõprimis,
mentem eleuas, virtutẽ largiris &c. Atq; id
ipsum Christ? admonere nos voluit Matth. 17.
dicens, Hoc genus dæmoniorũ nõ eijcitur
nisi in ieiunio, & oratione: nam et si potes-
tẽ eijcendi dæmonia apostolis cõtulerit, sic
eã tamen, vt in eius executione ordo virtutũ
nõ peruerteretur. Ad expellẽdũ enim dæmo-
niũ à solo corpore obfesso sufficit miraculo-
rũ potestas, ad quã etiã ordinatur exorcismi.
Vt autẽ ab aia eijciatur, quã per culpã possi-
det, necessaria est obfessi cõuersio, atq; adeo
dispositio ex parte ipsius, quam Christus
nomine ieiunij, & orationis expressit. Quin-
verò, & ex parte illius, qui eijcere dæmonium
habet requiritur huiusmodi spũalia arma, vt
sua oratione impetret obfesso bonũ illũ mo-
tum

tum in Deum. Et quia omnis eiusmodi dispositio nulla est nisi fidei fundamento nitatur, iuxta verbū Iacobi ca. 1. Qui postulat, potest in fide nihil hæsītans, subiunxit Dñs, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dixeritis moti huic, Transi hinc illuc, transibit, & nihil impossibile erit vobis. Quare dū dixit Christus, Hoc genus dæmoniorū, & c. licet sint qui intelligant, genus spurcorū demonum ad luxuriam incitantium fortasse nō intellexit, nisi genus dæmoniorum obsidentium nō solum corpora, sed animas. At verò Christus, quia potestatem habebat neq; sacramētis, nec huiusmodi ceremonijs alligatā, absq; oratione & ieiunio eiecit dæmonium ab anima, & à corpore.

*Solutio prima
in arg.*

Ad primum igitur argumentum bifariam respondetur. Primò q̄ mentalis oratio contemplationi vacantium, quia plena est delectatione, absq; vilius pœnæ mixtura, non est satisfactoria, sed tantum vocalis. Melius tamen secundum ea, quæ prædicta sunt, respondetur, q̄ etiam mentalis est satisfactoria non solum quia meritoria, verum q̄ etsi suauitatem habeat spiritus, habet nihilominus afflictionem carnis: nam vt ait super Ezechielē Grego. Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur proculdubio fortitudo carnis. Vnde & neru⁹ fœmoris Iacob legitur Gen. 32. ex lucta angeli emarcuisse. Tamen si in pœnitētia sacramentali non est iniungenda oratio mētalis, sed vocalis. Neq; verò vsq; adeò strictè intelligendum est omnia opera satisfactoria esse pœnalia: nam oratio profecto peculiarem habet modum satisfaciendi non tam per modum pœnalitatis, quam per modū deuotionis: & impetrationis. Docuit nāq; nos Ch̄sus orare dicentes, Dimitte nobis debita nostra. Vñ D. Th. loco citato. 22. q. 83. ar. 14. ait q̄ oratio non debet sic fieri, vt molestia orantem afficiat: quare neq; qui orat debet sic corpus disponere, vt lassitudine animam aggrauet. Non enim sic ineunda est oratio, vt corpus deprimat, sed vt mentē subleuet. Ad secundum respondetur, quod peccatum carnale vno modo dicitur, quod in delectatione carnis consummatur, vt est gula & luxuria. Alio modo, quia ordinē habet ad carnis oblectationem & prosperitatē, vt est auaritia. Quæquidem peccata sunt media inter spiritualia & carnalia, atq; ad id ordinatur eleemosyna. Ad tertium respondetur, quod quauis singula istorum per quan-

Solutio secunda

Solutio tertia

dam congruentiam singulis peccatis approprietur, congruit enim vt per quod quis peccat, puniatur, tamen potest vnum loco alterius substitui, vt qui ad ieiunandū viribus caret: & cui orare non vacat, eleemosynas erogat. Et ideo potissimū eleemosyna est, quæ a liarū loco subrogatur: nā habet præ alijs hęc excellentiam, quod sic satisfactio seruit, vt miseros egenosq; pascat, quos præterea ad orandū pro suis benefactorib⁹ excitat: quare ieiunium quodammodo & orationē includit. Quapropter consilium est salutare plurimū in pœnitentiam eleemosynas imponere.

Ad quartum demum, quo arguebatur plura esse satisfactoria opera, respondetur, quod licet plura sint delictorum genera, omnia tamen ad illa tria, quæ Iohannes commemorat, reducuntur, atq; adeò omnia opera satisfactoria ad hęc tria. Quicquid enim corporis labore impenditur, nomine ieiunij comprehenditur, vt humicubationes, vigilię, peregrinatiões, flagellationes, & alia id genus. Et quicquid in proximi utilitatem expeditur, est eleemosynæ genus, vt visitare infirmos, sepelire mortuos, ignorantēs docere, solamen ferre afflictis. Et rursus quicquid latrari rationem habet, orationis nomine denotatur, vt interesse sacris, cereos vel alia in cultum sacrificiorum offerre.

Solutio quarta

ARTICVLVS. IIII.

Utrum vnus possit pro alio satisfacere.



Vartò hęc explorandum restat an possit vnus suorum operū alium participē facere, ita vt vnus pro alio satisfaciatur: arguitur enim à parte negatiua. Satisfactio, vt dictum est, opus est iustitiæ. nemo autem potest de iustitia: hec est de cōdigno alteri mereri, vt opus vni⁹ alteri apponatur ad meritum, pro quo suscipiat præmiū iuxta illud Psal. 61. Tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua, & Paul. 2. Corin. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bonū siue malum: ergo nemo potest pro alio satisfacere. Secundò vnusquisque dū pro alio vel orat, vel ieiunat, vel quippiā aliud præstat bonum sibi meretur, quia illud est charitatis officium: ergo eadem ratione pro se satisfaciatur, atque adeò eodem opere satisfaceret pro duobus, q̄ ratio nō fert iustitiæ.

Partis negatiua argumentū primum.

Secundum argumentum.

¶ In

Pars affirmatiua.

In cōtrarium autem militat illud ad Galat. 6. Alter alterius onera portate: inter onera vnum est pœna nanq; peccato debita: ergo vnus potest pro alio eam soluere.

Decisio arti.

Præmittendū hęc videri cuiquam potest sacerdotū documentum, quod in iniungendis pœnitentijs seruandum est, vtrum. scilicet ad iustū debeant delictis pœnitentias admetiri, an verò pro arbitrio eas possint taxare, & vtrum ius habeant sic pœnitentes ad aliquas satisfactiones ligandi, vt teneantur illi sub reatu mortalis culpæ eis parere. Sed hęc omnia dist. sequenti propriam sedem habent, vbi de potestate clauium ligandi, atque soluendi in foro pœnitentiæ est disputandum.

Quo ergo ad rem redeamus, hæretici incutientes nos quod credamus posse satisfacere Deo, multo nos amarulenti⁹ reprehendunt, quod etiam presumamus nostras quoq; satisfactiones alijs impertiri. Obiurgatio fuit VVitelss, vt est videre apud VValdensē tomo. 2. de sacramentalibus titu 10. c. 100. Et Lutherus de hac etiam arrogantia nos subfannat, quod sic existimemus redundare nos meritis apud Deū, vt postquam homo pro se satisfecit, superesse sibi putet, quod alij præstet. Nihilominus cōtra hanc hæresim statuuntur duæ conclusiones. Prima. Vnus potest pro alio satisfacere. Et id negare, est sanctorum communionē negare, quam in symbolo confitemur. In hoc enim q̄ eodem baptisinate abluimur, & eisdem participamus sacramentis, potissimum corpore, & sanguine Christi, profiteamur nos esse membra eiusdem corporis, vt. 1. Corint. 12. ait Apostolus, & loco citato ad Galat. Vnde sicut pes non sibi tantum ambulat, sed in oculorum utilitatem, vt eos portet, neque oculus sibi tantum videt, sed vt pedes dirigat: ita, & nobis nos inuicem res nostras, & officia communicare debemus. At verò intelligitur conclusio dūmodò ambo, & qui satisfaciatur, & pro quo satisfaciatur sint in gratia: nam iam supra constitutum est, non posse satisfactionem fieri, nisi per opus Deo gratum, neq; vllum opus est gratum Deo, nisi persona prius sit grata. Et eadem ratione, neque quippiam acceptat in solutionem illius, quod quis sibi debet, nisi ille etiā sit sibi gratus: nam acceptare pro illo est opus benevolentia in illum, & tamē peccatores odio habet. Sed aiunt hæretici rationem ad conclusionem adductam duntaxat cōcludere, quod bona temporalia de-

Prima conclusio.

Conclusionis limitatio.

Hæreticorum exceptio.

beamus mutuis officijs communia inter nos facere, bona verò spiritualia dona sunt Dei, quæ singulis pro seipsis confert, quomodo ergo potest ea quis alteri largiri? Attamē exceptionē hanc de suo ipsi capite fingunt: vt gentiori nanque ratione si bona temporalia comunicamus, & spiritualium quoque possumus facere alios participes. Primum, quia inter spiritualia, & temporalia cambium interuenire potest, iuxta verbū Paul. 1. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauim⁹, magnū est si carnalia vestra metamus? Secundò, quia si vnusquilibet potest temporalia sua alteri erogare, cur non & eleemosynas, quæ pro illo satisfaciunt, elargiri? Nā quātò hæc germanius ex charitate pcedūt, tantò magis possumus cū proximis ea cōicare. Plana sententiā est A. Paul. Ro. 15. postoli ad Roma. 15. vbi ait. Probauerūt Macedonia, & Achaia, collationē aliquam facere in pauperes sanctorū, qui in Hierusalē sunt: placuit. n. eis, & debitores sunt eorū. Et sequitur ad rē. Nam si spiritualiū eorū participes sunt gentes, debent & in carnalibus eorū ministrare. Participes, inquit, spiritualium, non quia eorum doctrina lætabantur, quia absentes erant, sed quia, & suis orationibus, & suffragijs mutua se opera adiuuabant. Nam etsi opera nostra dona sint & munera Dei auxiliantis nobis, tamē quia spōte nostra, & libertate illa exercemus, neq; vt supra dictum est ad cuncta nos obligat, quæ facere possumus, nihil obstat quominus eiusmodi opera in aliorū subsidiū possumus ipsi offerre, quæ certū est ipsi rata acceptaq; habere. Atqui huc videtur Pau. alludere ad Ephē. 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Ch̄sus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro vobis, vbi admonitos nos apostolus habere voluit, vt sicut Ch̄sus caput nostrū pro suo se corpore tradidit: ita vnūquodq; mēbrū se tradat pro alio. Accedit & illud ad Colos. 1. Gaudeo nunc in passionibus pro vobis, & impleo ea quæ desunt passionū Christi, id est, satisfacio pro vobis sicut Ch̄sus satisfecit. Neq; n. verbū, quæ desunt passionū Christi, quenq; debet conturbare: quoniā licet illa infinita fuerit, quoad sufficientiam, tamen quoad efficaciam applicatur finito modo, vt nuper explicatū est: & ideo dū sanctorū merita ex eadē passione, pro manantia nobis applicantur, cumulator nobis obuenit fructus. Item qui hanc veritatē inficiantur, pietatem viuentiū negāt, quam in defun-

Paul. Ro. 15.

Pau. Eph. 5.

Pau. Colos. 1.

in defunctos suis suffragijs exhibent, cum. 2. Machabeorum .12. scriptum sit, sanctam esse cogitationem pro defunctis orare, vt à peccatis soluantur. Sed hoc iam materiam indulgentiarum attingit. Item & catholicum ecclesie ritum propulsant offerendi sacrificiū pro viuis & defunctis. Sed hæc contra hæreticos fati sint.

Dubium. ¶ Dubium hic autem restat, vtrum hæc conclusio non solum de satisfactioe libera intelligatur, sed & de illa, quæ in confessione imponitur, vtrum illam possit alter pro altero implere. De hoc ergo adhibetur secunda conclusio, quæ est S. Tho. dist. 20. ar. 2. sub distinctione. Duo enim in satisfactioe considerantur: scilicet, & solutio debiti pro offensa commissa & medicina ad cauendum postea peccatum. Est ergo conclusio. Quatenus satisfactio est in remedium subsequētis peccati, nō potest alter illam pro altero implere. Quoniam ieiunium aut flagellum vnus nihil alteri proderit ad castigacionem corporis, quæ necessaria est, vt peccata fugiat, nisi quia p accidens oratio vnus & bona opera, quæ in gratia sūt, possunt de cōgruo mereri alteri augmentū gratiæ, quæ efficax est remedium vitadi peccata. Sed hoc non est tā satisfacere quam mereri pro altero. Ceterū quantum ad offensam commissam potest vnus pro altero poenam soluere. At qui in hoc sensu intelligitur prima conclusio. ¶ Hinc subsequitur ceu corollarium q̄ poenitentia, quæ ordinario vsu imponitur in cōfessione, nemo alius pro poenitente ipso potest implere: quia imponitur tanquam satisfactoria medicina ad correctionem, atque adeo est onus personale. Si verò sacerdos aliqua ratione ductus iudicaret imponendam esse poenitentia per illū vel per amicum soluendam, nulla obstat ratio quominus id facere possit, quandoquidem lex communis est, vt vn⁹ possit pro alio satis facere. Prefertim si est elemosyna vel peregrinatio, vel aliquid huiusmodi. Et hæc certè docet ibidē S. Tho. subdens. Nec oportet q̄ minor poenitentia imponatur ei, qui pro altero satisfacit, quam principali imponeretur, vt quidam dicūt hac ratione moti, quod poena propria magis satisfacit, quā aliena. Nam poena, inquit, vim satisfaciendi ratione charitatis habet, & ceteris parib⁹ maior est charitas satisfacere pro alio, quā pro se ipso. Vnde in vitis patrum de quodam legitur, qui cum ex feruore charitatis poenitē-

Secunda conclusio.

Corollariū.

S. Tho.

Nota.

tiam pro peccato, quod non commisit, fecisset, alteri, qui commiserat, remissum est. Et subdit D. Tho. quod quantum est ex ratione soluendi debitum poenitentia, non requiritur, vt vnus pro altero satisfaciat, quod alter sit satisfaciendi impotens, quia hoc est impertinens ad solutionem. Sed tamen quia hoc congruit in quantum est remedium, nō est permittendum, vt poenitentiam sacramentalem vnus pro alio expleat, nisi propter defectum qui est in alio.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, non esse idem iudicium de merito condigni & de satisfactioe: nam merito respōdet essentialē præmium quod consistit in visione Dei: visio autem illa datur secundum puritatem cordis, iuxta illud Matth. 5. Beati mūdō corde, quoniam ipsi Deum videbunt: purificatur verò cor per charitatis opera, & ideo quia opera vnus non apponuntur alteri ad propriam dilectionem & cordis puritatem, nemo potest alteri de condigno mereri præter solum Christum cuius meritum fuit infinitum: nam virtute sui meriti confertur paruulis sine proprio actu gratia. At verò p̄ na peccati remissi non taxatur secundum dispositionem illius qui illam debet: nam quandoq; qui melior est plura debet, p̄pter plura peccata ei dimissa. Et ideo nec solutio exitur secundum eius gratia quā ipse habet, sed solum secundum æqualitatem poenitentiæ. Qua vtiq; ratione alius poterit eam pro illo p̄dere. ¶ Aliud verò dubiū hic exurgit perplexius, videlicet, vtrum illa satisfactio vnus pro altero sit de condigno, & nō solum de congruo. Non dico meritū cōdigni, sed solutio condigni, hoc est, de iustitia. Itaq; sit tā certa lex, quod Deus illam acceptet, ac si alter satisfaceret, an verò non sic, sed q̄ Deus acceptabit, si ei placuerit, de quo non sumus certi, vt de merito de cōgruo s̄pe diximus. Apparet enim q̄ si quis non potest alteri mereri de condigno, q̄ nec possit de iustitia satisfacere. Nihilominus crediderim, q̄ inter viuos sit satisfactio d̄ iustitia & certa lege: nā cum hic modus satisfaciendi non sit nisi mera solutio debiti, & fiat in gratia & pro eo, q̄ est in gratia, nō est cur Deus nō acceptet de iustitia. Secus si quis satisfaciat p̄ defuncto: nā cū defuncti iā sint extra viā merēdi, & satisfaciēdi viuentiū more, sed sunt vbi à Deo p̄ modū purgatiōis plectūtur, viuentiū satisfactioes solum profunt illis per modum suffragij,

Primum argumentum

Matth. 5.

Dubium.

Defunctis quomodo pro se nosira satisfactio.

gij,

gij, vt Deus acceptet, si ei placuerit. Nisi satisfactioe defunctus ipse in legatis reliquerit. Quare, vt distinct. 21. videbimus, differenter conferuntur indulgentia pro viuis & defunctis: pro viuis, scilicet per modum absolutionis, pro defunctis verò per viam suffragij. ¶ Ad secundum respondetur, consequentia perempta, propter discrimen meriti, & satisfactiois. Dum enim quis meretur alteri de congruo, meretur & sibi de cōdigno, & dum satisfacit pro alio, eodem actu sibi meretur de condigno propter charitatis officium: nō tamē eodem pro se satisfacit: quia satisfactio est solutio debiti, & idē opus non potest sufficere duobus debitis ad iustum pro vtroq;. Et ideo quod quisq; p̄ altero soluit, ab se abdicat, sed hoc cedit ei in meritū vitæ æternæ.

Solutio secundæ.

ARTICVLVS. V.

Vtrum aliqua poenitentia debeat publicari, vel solemnizari.



nter ecclesiasticas poenitentias erant antiquitus quedam publicæ, atque aliæ solennes. Arguitur ergo quod illæ non fuerint licitæ. Nō est fas sacerdoti vllō metu, aut causa peccatum, quod in confessione audiuit, extra proderet quātunvis fuerit publicum: sed per publicam poenitentiam proditur, ergo illa non est licita.

Partis negativæ argumentū primum.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

sed agētibus solennem poenitentiam, non est iudicium ad pristinos honores redire, quia eiusmodi poenitentes nequeunt ad ordines sacros promoueri: ergo huiusmodi poenitentia non est congrua. ¶ In contrariū est, quod medicina debet morbo adaptari: peccatum autem quādoq; est publicum, aut tale, quod exemplarē exigit poenitentiam: nam vt legitur cap. Manifesta, de poenitent. & remis. manifesta peccata nō sunt occulta correctioe purganda: ergo tūc ratio expōcit, vt poenitentia fiat publica.

Pars affirmatiua.

¶ Quandiū in ecclesia sanguis Christi recens feruebat, neq; adeo populus Christian⁹ erat prolatatus, multa Christianis ecclesia indicebat, quæ deinde multitudine crebescēte, eodemq; sanguine tepesfacto cessauerunt. Inter quæ fuit publica, & solēnis poenitentia. Ad quæstionē ergo, doctores & S. Tho. dist. 14. q. 1. art. 5. affirmatiua conclusione respondent.

Decisio articuli.

Poenitentia publica est debita quatuor rationibus. Prima est ratio iustitiæ: nam qui suo facinore aliorum oculos offendit, illa est talione dignus, vt confusionem ipse & pudorē patiatur. Secūda quatenus satisfactio est medicina: nā qui manifestariē criminosis est, conuenit vt per manifestam infamiam cohibeatur ne iterum similia perpetret, & quos suo exemplo in malum induxit, suo etiā supplicio exterreat, ne illum sequantur. Et præterea nōnullum est solamen, vt Christiani intelligant, nullum esse tam atrox crimē, quod ecclesia per Dei benignitatem & auctoritatē non possit indulgere.

Decisio articuli. Poenitentia publica licita rationes. Secunda.

¶ Conclusio hæc frequētibus poenitentialibus canonib⁹ cōprobatur, inter quos p̄spectē discernendum est triplex poenitentiæ genus.

Confirmatio conclusionis.

Vna enim est publica & solēnis, alia verò publica sine solennitate, sed alia privata, & secreta Publica & solēnis est illa, quæ describitur can. In capite. d. 50. cui⁹ solēnitas ex multis ceremonijs cōstabat. In primis. n. nō poterat illā imponere, nisi ep̄s, vel de eius mandato, vt inibi denotatur, & c. Statuimus, de maledicis. Neq; verò poterat postea, nisi per ep̄iscopū, aut eius vicariū recōciliari, vt can. Aurelius. 26. q. 6. Et eiusmodi poenitentes in capite quadragesimæ sistendi erant ante fores ecclesie, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, ac tonsa coma, vt ibi refertur can. Poenitentes, Erantque in ecclesiam à clero septē poenitentiæ psalmos cantante introducēdi, cinereq; sup caput aspergendi, & cilicio coope-

Poenitentia diuisa. Publica & solennis.

Ceremonia poenitentiæ solennis.

coope-

cooperiēdi & cum illo cantico, In sudore vultus tui ei sciendi erant ab ecclesia, sicut Adā proiectus fuit à paradiso. Et iterum die cenæ presentabantur decano & presbyteris in liminibus ecclesiæ. Quæ quidem pœnitentia non poterat imponi nisi pro crimine graui & publico, & quod totam ciuitatem conturbasset, vt habetur. 26. q. 6. can. vlt. Neque poterat propter dignitatem clericatus clericis imponi, atq; adeo & laici fiebant irregulares vt ibidē habetur, & infames, vt can. Infames 6. q. 1. vteodem can. In capite: comprobatur & can. Confirmandum. Poterat tamē imponi fœminis, præterquam quod non erat eis coma rondenda. Hoc autem pœnitentiæ genus omnino aboleuit ab vsu. De quo hoc solum vestigium in ecclesia relictum est, quod in capite ieiunij cinere capita conspergimur vt ait Hugo lib. 2. de sacrament. par. 9. cap. 3. & in diebus sanctis cenæ & crucis recitantur psalmi in choro pœnitentiales. ¶ Secundus gradus pœnitentiæ publicæ remissior erat sine solennitate: nempe quando imponebantur peregrinationes: quæ etiam cum baculo cubitali fieri solebāt, & inclusiones in monasteria. Et istæ pœnitentiæ poterant à presbytero imponi, & pœnitentes per ipsum recõciliari. Sed non poterat imponi nisi pro delicto graui & publico, licet non esset scādalo sum, sicut illud, quod requirebatur ad pœnitentiam solennem, vt ait Syluest. verb. pœnitentia. Nisi forsā sua sponte vellet, qui graui se peccato onustum sentiebat, eandem publicam pœnitentiam acceptare. Sed tunc sic erat imponenda pœnitentia publica, vt peccatum non proderetur. Nam poterat homo peregrinari & flagellis publicè cædi, aut pōdera ferrea baiulare: licet non constaret vtrū pro suis peccatis, an alienis, an verò ex deuotione faceret: sicut modo etiam, fiunt. ¶ Vñ tamen est hic maximè adnotandum, quod ab interpretibus iuris adnotatum esse debuisset, quod vbi canones decernunt propter aliquod peccatū, hominem priuari aliqua sua re, quam iure possidet eiusmodi pœnitentia nequaquam poterat imponi in sacramento, sed in foro exteriori ordine iuris reo condemnato: quoniam illa non est pœnitentia legalis, sed legalis. Vt verbi gratia, can. Sacerdos, de pœnitentia, dist. 6. & cap. Omnis vtriusque sexus, iubetur sacerdos fractor sigilli deponi: illud ergo nec fieri potuit vnq̄ nec potest nisi in iudicio de crimine cõdem-

netur. Idem erat de sacerdote, qui cum filia spiritali se commiscuisset, qui deponi iuebatur, & duodecim annis peregrinari can. Si quis sacerdos, 30. q. 1. Idque adnotandum est in cap. Qui presbyterum, de pœnitentijs, & remissio. vbi occidenti presbyterum, duodecim anni pœnitentiæ imponuntur. Subditur autem, Conuictus verò vsque ad vltimū tēpus vitæ suæ militiæ cingulo careat, & absq; spe coniugij maneat. In priori enim mēbro designatur pœnitentia sacramentalis, & in secūdo criminalis, quando homicida erat clericus: nam laicus lege ciuili puniretur. ¶ Sed neque istæ pœnitentiæ publicæ modò sunt in vsu, nisi sub aliquo moderamine. Solēt enim nonnunquam imponi pœnitentiæ publicæ, dum modo persona non se prodat, vt in cœna Domini laminam ferream humeris baiulet, aut publicè vicatim vapulet. Sūt autem pœnitentiæ quæ rarissimò imponendæ sunt, & cum prudentia. Peregrinationes autē quia secretius fieri possunt, consultius imponuntur. ¶ At verò & de pœnitentia priuata & secreta erant crebri canones pœnitentiales, quibus sacerdotes erant alligati ad iniungendas pœnitentias. Enimverò pro quocunque criminali vitio, vt habetur can. Hoc ipsum, 33. q. 2. imponebātur septem anni pœnitentiæ, quæ erat vna annorum hebdomada, exēplo Dauidis. 1. Reg. 12. q. 4. pro homicidio & adulterio septem diebus ieiunauit: & iacuit super terram. Dixerim, pro quocunque criminali vitio vt habetur can. Predicandum 22. q. 2. quale est periurium, homicidiū, adulterium & similia, quia non erat vsus tot annos imponere pro quocunque peccato mortali: quandoquidē multi erāt canones, in quibus non imponebātur nisi quadraginta dies vt cap. 1. de sortilegis. Et quandoq; tres quadragesimæ, vt extra de accusatio. cap. Accusasti. Et quādoq; vnus annus, tres quinq; &c. & quandoq; plures, vt decē, duodecim, &c. in quibus enarrandis nulla est utilitas, postq̄ non sunt in vsu. ¶ Hoc est tamen animaduertendum, quod septem illi anni non intelligebantur, vt quotidie fieret pœnitentia, sed forsā semel in mēse indicebatur vnum ieiuniū. Et poterat sacerdos arbitrari vel secundum quantitatem criminis, vel qualitatem personæ, nempe, vel remittere, vel augere modū pœnitentiæ, vt si esset incestus, aut peccatū contra naturam, vt can. Hoc ipsum refertur. Tameñ quandoque canones ipsi modum pœni-

Pœnitentia publicæ vsus.

Prius priuata

1. Reg. 12.

pœnitentiæ expressissent, vt abstinere à vino & carnibus in quarta, & sexta feria, vt can. Celebrans. 11. q. 3. vel in pane & aqua quadraginta diebus, extra de sponsa duorum. c. Accipisti. Quod si roges, quid fuerit in causa, vt olim tanto rigore pœnitentiæ illæ iniungerentur, respondetur, sic tunc patres intellexissent obseruandum, vt pœnitentiæ ad æqualitatem criminum imponerentur, ita, vt nihil expurgandum restaret in purgatorio. ¶ Vna festiua hic dubitatio insinuat. Si p̄ vno quoq; criminoso vitio erant iniungendi septem anni, qui decies, vices, vel pluries illa peccata perpetrasset, vtrum esset toties multiplicato septenario annorum obligandus: nam profectò, si tantū ille esset oneratus, aliquando nō sufficeret, si aut ter centum anni pœnitentiæ. Respondetur, quod fortasse in eodem septenario augebatur pœnitentiæ modus, ne tot multiplicarentur, & quandoq; multiplicabatur. At verò postmodum aucta ecclesia coeperunt Christiani præ animi languore & aecidia eiusmodi pœnitentias ægre ferre. Et inde aperta est indulgentiarum via, quas relaxationes appellarunt, quibus eiusmodi pœnitentiæ iniunctæ relaxabantur, vt dist. 21. vi debim⁹. Atq; inde paulatim res præcipitium fecit, vt iam vix vlla imponatur pœnitentia quæ pro decima parte aut pro ceterisima criminum sit sufficiens. ¶ Adijcitur tandē secūda conclusio. Hac ætate eiusmodi canones non sunt in vsu, sed pœnitentiæ sunt arbitrariæ. Hoc patet cap. Quæsitum, & cap. Deus qui, de pœnit. & remissio. In quibus iniungēdis debet sacerdos circumstantias criminum & personarum, atq; alias considerare, vt prudenter eiusmodi pœnitentias moderetur, iuxta decretum Leonis papæ. 26. q. 7. can. Tempora. De hoc autem dist. sequenti, quæ est de clauibus amplius disputabimus.

Nota causa.

Dubium.

Solutio.

Secunda conclusio.

Solutio prima arg.

Corollarium.

Solutio secunda.

occultè esset iniungenda in foro pœnitentiæ, nihilominus non erat necessarium, vt executio esset occulta scādalu postq̄ peccatū, in ciuitate seminasset. Sed arguis, cur nō etiā imponeretur publicè: Rndetur, quod erat imponenda pœnitentia, nisi fieret sacramentalis absolutio à pœnitentijs, & idē reo cõfitebatur, vel episcopo, vel cui ipse id commiserat, & inter absoluedum imponebatur illa pœnitentia solennis. ¶ Ad tertium respondetur, quod pœnitentia solennis non iterabatur, vt legitur can. Reperiuntur, de pœnitentia dist. 3. cuius ratio triplex erat. Prima, ne vilesceret, & timeri desineret. Secūda, propter significationem, quia figura erat eiectiois Adæ de paradyso, quæ nō fuit nisi semel facta. Tertia, quæ erat præcipua, quia erat quasi solennis professio nunq̄ reciduiādi. Vnde Ambrosius in eodē can. grauitè reprehendit eos, qui post solennē pœnitentiam relabebantur, quasi iterabilis illis esset illa pœnitentia. Cum tamen sicut vnum, inquit, est baptisma in ecclesia, ita & vnica pœnitentia. ¶ Ad quartum iam responsum est, quod solis clericis non imponitur solennis pœnitentia, sed ritè imponitur mulieribus, præterq̄ quod contra eis nō rescindebatur, quam eis, iuxta verbum Pauli. 1. Corint. 11. habere cõgruit in signum subiectionis erga viros. ¶ Ad quintum respondetur, quod pœnitentia, iuxta verbū Ambrosij, quanuis omnes defectus spirituales reuocet ad perfectum reuocando hominem in gratiam pristinam, non tamen opus est, vt reuocet ad dignitates ecclesiasticas & legales. Quare solenniter pœnitentes manēt infames & irregulares, nisi ratio publica expoposcerit, vt delicetia episcopi, p̄ moueatur ad sacros ordines. Imò extra publicam pœnitentiam est etiam nunc in more, vt mulieres, quæ virginitatem amiserunt, non velentur, si modo crimen publicum fuerit.

Solutio tertij

Ambros.

Solutio quarta.

Solutio 5.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum in extremo vitæ articulo possit quis verè agere pœnitentiam.



ostremus articulus hui⁹ quæstionis merito de postremo articulo vitæ instituitur. Arguitur ergo, quod sub illum articulum non sit pœnitentia valida. Prius, exemplo illi⁹ miseri Antiochi, qui in extremis positus, vt. 2. Machabæ. 9. legitur, do-

Partis negatiua argumētū prius

Mmm lore vi-

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Pars affirmativa.

Decisio articuli.

Prima conclusio.

Ratio optima.

Secunda ratio.

Ratio. 3.

lore viscerum correptus orabat scelestus Dominum, a quo non erat misericordiam consecutus. **Secundo.** Pœnitentia est virtus, per quam poenitens peccata dimittit: qui autem in faucibus mortis poenitentiam agit, potius a peccatis dimittitur, quæ etiam plius per petrare non potest, quam ea dimittat. Presertim cum tunc firmum nequeat habere propositum satisfactionis quæ est tertia pars poenitentia, cum tempus iam tunc eam fieri non permittat. **Tertio.** Si poenitentia in mortis articulo esset valida, sequeretur, quod repente defunctus transnigraret in cœlum: nam Deus a nemine quod impossibile est exigat: & ideo cum morienti impossibile sit satisfacere, nihil ei restabit soluendum. **In contrarium** facit latronis exemplum, quæ in cruce sic vitæ actus poenituit, ut inde ad cœlum commigraverit. **Res est,** quæ plus timoris quam dubitationis offert. Respondetur ergo, facile duabus conclusionibus. **Prima.** Quocumque temporis articulo homo habeat iudicium sanum, & liberi arbitrii usum potest legitime per poenitentiam conuerti. Et ratio est plana, quia ad conuersionem non requiritur, nisi Dei auxilium, cui homo libere consentiat: Deus autem, quandiu vita huius seculi durat, semper est ad ostium pulsans: ergo quandiu liberè homo valuerit auxilio illo uti potest conuerti, iuxta illud Ezechiel. 33. In quacumque die, id est, in quacumque hora conuersus fuerit peccator ab impietate sua, impietas eius non nocet ei. Et confirmatur ratio, quia in hoc differt vitæ presentis status ab illo, qui est in inferno, quod homo quandiu in hoc seculo viuat, ingenium habet & usum rationis humanum, ut scilicet possit manum vel ad bonum vel ad malum porrigere, sed in inferno quasi ingenium dæmonis induit, ut sit in malum irrecuperabiliter obstinatus sicuti in cœlo statum acquirit angelicum, ut sit in bonum perpetuo confirmatus. Et est alia confirmatio, quod Deus propensior est ad indulgentiam, quam ad vindictam, cum ergo homo quandiu viuat, delinquere possit, iniqua esset conditio nisi & resurgere valeret. Et est sententia Auctoris libri de vera & falsa poenitentia cap. 5. ubi legitur paratissimum esse Deum semper poenitentes suscipere, ut neminem excludat, ubi & latronis exemplum affertur. Et Gratianus can. 1. de poenitentia. dist. 7. quod vsque ad extremum vite spiritum duret tempus poeniten-

tiæ, probat autoritate Leonis can. Nemo ubi ait, Nemo desperatus est dum in hoc corpore constitutus est: quia non nunquam quod confidetur ætatis differtur, consilio maturiori perficitur. **Secunda conclusio.** Poenitentia vsque ad illum articulum dilata, presertim in illis, qui illum vsque vitam perditè transegerint, non est tuta, nec multum confidentia generans, nisi dum homo egregie compunctus apparet. Et certe quauis Augustinus namque de illa dubitasset, rationes nos id admonet. Primum qui vsque ad illud punctum benignitatem Dei eum ad poenitentiam adducens despectit, indignus est, cui Dominus manus porrigat. Presertim quod sæpe & sapissimè illo momento fortasse non sufficit ordinariū speciale auxiliū Dei, ut homo tanto peccatorum onere pressus, tam subito respiscat, sed forte requiritur extra ordinariū, quod non est necesse, ut Deus semper apponat. **Secundo.** Plurimos mors repentina surripit, quibus non datur gemendi spaciū: & quis tempus suppetat, corpus tamen dum infirmitate corrumpitur, aggrauat animam, quam subinde vix permittit de Deo cogitare, & ad cor intus conuerti, quod delictorum maculis oppletū videre exhorrescit. Preterquam quod familiares & alij necessarii, seculare potius comodum quam morituri salutem strictes, maximo sunt agonizati impedimento. Ob has ergo causas non ita multum frequenter (si hoc dicere ausim) in eiusmodi hominibus vera est contritio, & dolor offensæ Dei: imò quæ contritio apparet, non est nisi attritio de inferni memoria & metu genita. Quapropter quod sic absque sacramento discedunt, damnationem incurrunt. Sunt enim veluti fatuæ illæ virgines euangelicæ, quæ veniente Domino internū virtutis oleum non habent, quo possint igne charitatis ardere, sed extrinsecus illegitimo dolore fumigant, quia tempore opportuno non impleuerunt vasa sua. **Et quod postremo de terret est,** non esse articulum fidei, ut attritio per sacramentum fiant contriti. Non est enim expressa euangelica assertio, aut ecclesiastica definitio. Imò neque apud Augustinum aliumue illius classis auctorem reperitur: sed est scholasticorum collectio, quæ quanquam sit vera, non tamen est digna, cui bilances perpetuæ nostræ aut salutis aut damnationis confidamus. **Sanctus ergo Augustinus** hæc malefidam poenitentiam depingit lib. 50. homiliarum, homil. 41. quæ Gratianus inter decreta retulit can. Si quis,

Secunda conclusio.

Pœnitentia serua periculum.

Secundum periculum.

Impedimentum a serua contritionis.

Perculū maximum.

Dubie dicitur se exponunt qui serua poenitent.

Aug. homi. 4.

sensus Aug.

Cyprianus.

sensus Cypria.

Liber de vera & falsa poenitentia an sit Aug.

Hugo. Poenitentia se re incommoda

Si quis, de poenitentia dist. 17. si quis enim, inquit, positus in vltima necessitate ægritudinis suæ voluerit accipere poenitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non præsumimus, quia bene hinc exit. Non præsumo, non vos fallo, non præsumo. Et infra. Agens poenitentiam & reconciliatus cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens poenitentiam ad vltimum reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Itaque mens Augustini est, quod poenitentia in mortis articulo facta, non est sufficiens signum, quod vita defunctus ingrediatur viam salutis. Sed tamen neque est asserendum, quod con demnetur. Quare paulò inferius subdit. Nō dico dānabitur, sed nec dico liberabitur. Sed & Cypria. aciora verba his accumulatur, quæ referuntur de poenitentia dist. 7. can. Idcirco: videlicet, si infirmitate aut periculo cœperit deprecari, qui ante poenitentiam non egerunt, prohibendos esse ab spe communionis & pacis: quia rogare illos, non poenitentiam, sed mortis urgentis admonitio, compellit: nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit moriturum. At verò, ut arbitrarij loque batur de ijs, qui erant in poenitentia solenni, quibus tunc forsitan, si non recedebatur vsque ad mortis articulum, non porrigebatur sacramentum eucharistiæ. Sed ille vsus mutatus est vt. 26. q. 6. multis canonibus comprobatur, vt can. Is qui, & sequentibus, & q. 7. can. Ab infirmis, ubi iubetur conciliationem suscipi publice & sollemniter poenitentium, dum sunt in articulo mortis. Verba autem, quæ ad dist. can. Nul lus, Gratianus refert tanquam Augustini lib. de vera & falsa poenitentia cap. 7. nescio an sint eius. Ait enim ibi auctor ille, quod quantum de salute seruo poenitentium Augustinus potuit dubitare respice tamē credit illi, qui dixit. Quicquid hora peccator ingemuerit & conuersus fuerit, vita viuat. Quamquam, ut supra diximus, sunt qui putent de se tanquam de alio ab Augustino relatum. Sed nescio an sit contentum legitimum. Atque & Hugo lib. 2. de sacramentis part. 1. cap. 5. Difficile, inquit, est, ut tunc (scilicet in articulo mortis) vera sit poenitentia quando tam serua venit. Quando enim cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimat, vix homo aliud cogitare potest. Valde suspecta debet esse poenitentia, quæ coacta videtur esse. Facile est, ut homo se nolle putet, quod posse non datur. Possibilitas optime vo

luntatē probat. Si non facis dum potes, manifestè ostendis, quod non vis. Hæc ille. Ad quæ sententiam & hoc tandè adijciendū, quod etsi certi essemus legitima tunc nos poenitentia conuersuros, meditandū tamē nobis esset, ut supra diximus, non in hoc tantū à Deo conditos, ut in fine misericordiam de erratis petamus: ille enim, noster potius amor videtur, quod Dei: sed in hoc præcipue, ut vitā in eius exequenda madatorū iustitia expendamus, ut eius impleatur voluntas, & exaltetur gloria. **Ad primum igitur argumentū** respondetur, quod Antiochus propterea non est veniā consecutus, quod poenitentiam non habuit. Sed tamē ob id nobis exēplo propositus est, ut admo neamur dolorem peccatorū, qui ex cruciatus mortis enascitur, fallacē esse sapissimè. **Et eodem modo** respondetur ad secundū: videlicet, hoc concludere, quod poenitentia in illo articulo, non est tam certum signum salutis, quam quæ sit dum homo peccare potest: nihilominus esse potest legitima: nam cum satisfactio non sit de essentia sacramenti, ut supra diximus, sit vt neque eius propositum sit tunc necessarium. **Ad tertium** respondetur, quod licet tunc moriens, satisfacere nequeat, culpa sua facit quod tempus ad id antea non elegit, & ideo poena, quæ per contritionem & confessionem non fuerit ei dimissa, in purgatorio est luenda, ut ratio, diuinæ iustitiæ seruetur.

Solutio prima argu.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

DISTINCTIONIS
decimæ nonæ, Quæ-
stio tertia de pur-

gatorio

ARTICULVS

Virum purgatorium sit post hanc vitam.



Onsequens est, ut in calce sermonis de satisfactione quæstionē de purgatorio disputem, nam d purgatorio duplex est consideratio. Vna, qua illic quod in hac vita satisfactio non remittitur, purgandum restat. Et hæc ad presentē attinet locum. Altera vero, quatenus vnū est ex receptaculis, quibus

animæ, cum corpora exuunt, recipiuntur, & ex quibus in postrema resurrectione prodibunt. Et hæc pertinet ad dist. 44. & 45. ubi de statibus defunctorum, & resurgendum tractatur. Atqui quæstio hæc tribus articulis clauditur. Primus est de existentia purgatorij, & secundus de quantitate poenæ, quæ illic infligitur. Ac tertius de eius qualitate. Arguitur ergo quod post hanc vitam nullum sit purgatorium, Legitur enim Apocalyp. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur, à modò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: sed qui in charitate decedunt, in Domino moriuntur: ergo nullus eis restat labor, atque adeò nec purgatorium. Secundò arguitur. Nullibi in sacra pagina legitur vbi nã sit locus purgatorij: nam illis verbis Matth. 25. Ibunt in ignem æternum, solum ignis damnatorum designatur. In contrarium est illud. 2. Machab. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, quod nec de damnatis, nec de beatis intelligi potest.

Partis negatiuæ argumentum primũ.

Secundum argumentum.

Pars affirmatiua.

Deciso articulo.

Hæreticorum error.

Lutherus.

Figmentum Lutheri.

Alius error Lutheri.

Quemadmodum de satisfactione, ita & de purgatorio, quia cõnexa sunt, hæretici reclamant, illud negantes. Et fuit Græcorum, & Armenorũ hæresis, ac subinde VValdensũ, & fortassis Ioannis Hufs, & VVitceff, quãuis in concilio Constan. inter alios eorum errores iste nõ referatur. Nam Bohemi eorum hæresum cultores, hanc mordicus tenent. Lutherus verò, qui sunt eius articuli, quartus, & 37. & 38. à Leone condemnati, purgatorium negat eo modo, quo ab ecclesia creditur: nã dicit nullibi in sacra scriptura eius testimonium extare. Fingit tamẽ nescio quam purgatorij effigiem commentitiam: nempe, animas ab hoc seculo soluentes, ante quã regnũ ingrediantur, timore solo cruciari: nimirum, hæsitantes quo sint statu, & loco, salutis ne an damnationis. Atque huius phrænesis fundamentum fuit alius eius error, quo docuit in hoc seculo nequam esse posse perfectam charitatem, sed semper habere admixtũ aliquid peccati, perfectam vero charitatem non esse, nisi in patria. Et quia ait Ioã. 1. cano. cap. 4. quod non nisi perfecta charitas foras mittit timorem, & quod timor poenam habet, inde colligebat, quotquot ab hac vita proficiscuntur, quantumuis sanctissimos, ante ingressum cœli alicubi remorari patientes, illã timoris poenã incertitudinis sui status. Quare dicebat, q̃ in solo inferno est ignis, in pur-

gatorio verò non nisi pauor, & metus, iuxta illud Psal. 11. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. His tamẽ erroribus nihil obstantibus ad quæstionẽ. 2. conclusionibus respõdetur. Prima. Post hæc vitam est locus, in quo animæ igne purgantur à poenis, quæ ex remisissis mortalibus relictae sunt, vel venialibus sunt annexæ, neque in hac vita fuerunt satisfactione deletæ. Quamquidem conclusionem licet videam nostros bonis rationibus fulcire, tamen vnicuius est fundamentum, quo confesso, planissima consequentia colligitur, sed illo negato, nulla esse potest ratio, quæ hæreticos conuincat. Fundamentum autem est illud, quod hac de causa. q. 1. arti. 1. tam multis corroborare studuimus: nempe, iustitiã Christi nõ sic nobis imputari, ac si nos illã exhibuissemus. Nam illud est hæreticorum fundamentũ ad negandas satisfactiones ac subinde purgatorium. Enimverò si cum primũ quilibet post baptismũ lapsus reunitur, Christo fitque eius membrum, imputatur ei eius passio veluti dum legitime baptizatur, profecto neque vlla opus est satisfactione amplius in hac vita, nec purgatione in altera. Veritas autem catholica est, quod solum in baptismo, vbi regeneramur in Christo, & cõmorimur, ac sepelimur in illo, vt ait Pau. fit illa nobis plenissima passiois cõcatio. Deinde verò non applicatur nobis nisi per poenitentiam, & alia sacramenta, quæ habent certum gradum gratiæ, ac perinde certum satisfactionis, aut secundum mēsuram nostrorũ operum, quæ diuina ope maiora esse possunt, & minora. Quod negare est facere oēs iustos æquales in sanctitate, quæ fuit Lutherana blasphemia. Hoc autem constituto palam consequitur non semper per cõtritionem, aut sacramentum poenitentia remitti totam poenam temporalem. Ex quo rursus subinfertur, quod neque illud quod relinquitur semper in hoc seculo per satisfactionem integrum deletur. Præterea cum peccatum veniale natium etiam habeat reatum poenæ, & eiusmodi pctã simul cũ gratia esse possint, fit cõsequens, vt nõ omnis, dum hac vita defungitur, prorsus ab his poenarum maculis expurgatus decedat. Hinc ergo argumentũ sic extrahitur. Paradisus cœlestis, vbi diuina præsentia conspicitur, ferre nequit, vt nomẽ ipsum, & constantissima ratio admonet, vt quippiã maculosum in eam ingrediat: sic enim

Prima cõclusio.

Fulcimen cõclusionis.

Cor. Martini.

Argumentum.

enim & Esaias 35. cap. de hac beata via vaticinatus est. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus: sic in Apocalyp. Ioan. cap. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum: sic & ad Ephes. 5. ait Paul. de ecclesia sponsa Christi, quæ illam sanctam ciuitatem ingressura est, quod Christus eam sanctificauit mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata. Vbi denotatur, quod nõ sit cœlum ingressura, donec sine macula sit & ruga, sicut de lauacro baptismi emerfit: quare & quancunque animam cœlum ingrediẽtem illis verbis spõsus excipiet (tamen de beata virgine per antonomasiam intelligantur.) Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, veni: de libano, veni coronaberis: ergo necessarius est locus, per quem foelices animæ transeunt a quocunq; inquinamẽto, quod diuinis oculis indignum est, per purgatur. Huic certe veritati non dissonẽ concinit Malachias cap. 3. vbi ait. Ipse (scilicet Christus) quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit cõflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & collabit eos quasi aurũ, & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitiã. Arridet enim Malachias Paulo proximẽ citato de sponsa sine macula & ruga. Secundum argumentum sumitur ex illo Matth. 12. quod dist. 15. q. 2. artic. 2. tetigimus. Qui dixerit verbũ contra spiritum sanctum non remittetur ei in hoc seculo neque in futuro, vbi Grego. 4. lib. dialogorum adnotauit aliqua leuia peccata remitti in futuro seculo per ignem purgationis, & refertur dist. 25. can. Qualis. Tertio arguitur ex illo Pau. 1. Cor. 3. vbi cũ dixisset, Christũ esse vnicũ fundamentũ spiritualis vitæ subdit. Si quis autem superædificat super fundamentũ hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestũ erit. Dies enim domini declarabit, q̃ in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autẽ saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem. Hoc enim postremum verbum intelligi nequit de opere, quod in inferno arsurũ est: nam inde nemo potest euadere saluus: intelligitur ergo de homine illo, cuius peccatum igne purga-

Pau. Ephe. 5.

Malach. 3.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

torio concremabitur, vt ipse purificatus recipiatur in regnũ. Hunc enim locum etfi cauillatores aliorum iniquẽ vertant, tamen vt bene ait S. Tho. 1. 2. q. 89. art. 2. nõ possunt alium recipere sensum, quã quod per aurum argentum, & lapides pretiosos intelligantur bona opera, quæ supra fundamentum fidei secundũ diuersos virtutis gradus extruuntur: per lignum autem, fœnum & stipulam, venialia peccata: quæ etiam suos habet gradus. Nam sicut hæc saluo ædificio comburi possunt, ita & veniales culpæ in purgatorio salua fide formata, ac perinde persona. Et sic exponit hunc locum Augu. in de fide & operibus, & lib. 21. de ciuit. Dei. & sermo. 4. de igne purgatorio, qui est. 41. inter sermones de sanctis, & refertur. 25. dist. can. Vnum orarium, vbi ait, quosdam per ligna fœnum, & stipulam intelligere capitalia crimina super fidem fundata. Sed tamen, inquit, intellectus iste seductorius est, quia qui illa peccata committit, saluus esse non potest, sed est eterno igne puniendus. Illo ergo transitorio igne, de quo Pau. loquitur sola minuta peccata purgantur. Ad idemque alludit in enchiridio cap. 69. atque idem refertur ead. dist. 25. can. Qui in aliud. vbi ait, quod qui in aliud seculum distulit fructum cõuersionis, prius purgabitur igne purgationis, qui nõ est æternus. Atqui Hieronym. in postremis verbis lib. 18. super Esaiam refert quosdam verba Pauli, sic intelligentes, vt colligeret, quod etiam ignis, quo in inferno puniuntur peccata mortalia, quod intelligebant, per ligna, fœnum & stipulas, non sit æternus, sed transitorius, vt tandem damnati salui fiant. Cõtra quod ait, quod sicut diaboli & omnium negatorum atque impiorum, qui dixerunt in corde suo, Non est Deus, credimus æterna tormenta: sic peccatorum, & impiorum, & Christianorum (scilicet per fidem formatam) quorum opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur & mistam clementiam sententiam iudicis. Ante hos sacros patres, fuit & p̃iscus Origenes homilia. 6. super Exod. qui eodem modo eundem locum Pauli exponit, dicens, quod Dominus purgabit filios Leui, sed & illuc, inquit, cũ venitur, si quis multa bona opera, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igne resoluitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et si quis plus illuc plũbi detulerit, plus exurit, vt amplius de

S. Thom.

Locus expositus ab Aug.

Idem Aug.

Hierony.

Origenes.

coquatur, vt si purum aliquid est auri, purgatum tandem resideat. Quod si aliquis illuc totus plumbeus venerit, fiet de illo, hoc quod scriptum est, Emergetur in profundum tanquam plumbum in aqua validissima. Et quantum ista sancti solum peccata venialia designari sentiant in verbis Pauli expurganda in alio seculo, eadem profecto ratione ex eisdem testimonijs colligitur & poenas remissorum mortalium illic esse expiandas. **¶**Præter hæc est apertissimus locus citatus. **2. Machab. 12.** vbi de fortissimo Iuda legitur qui postquam cadauera, quæ in prælio ceciderant, sepeliuit, collatione facta duodecim mille drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium bene de religione cogitans. Vbi concluditur quod sancta & salubris est cogitatio pro defunctis orare, vt à peccatis soluantur. Hoc enim testimoniū vsq; adeo est euident, vt hæretici aliter recutere illud nequeant, quam negando librum illum esse canonicum. Attamen licet vsq; ad tempus Hieronymi sub iudice lis fuerit, esset ne canonicus, ob id quod apud Iudeos non reperiebatur, tamen ecclesia semper eum habuit, vt canonicum, vnde Aug. lib. 18. de ciuit. Dei. cap. 36. ait qd libros Machabeorum non Iudæi, sed ecclesia pro canonicis habet. Et Hierony. in prologo super. 2. eorum lib ait, quod licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum adnotantur historias. Quocirca in concilio Carthaginensi. 3. & decreto Gelasij, & Innocentij primi. & Augustini. 2. de doctrina christia. cap. 8. inter canonicos adnumerantur. Et postea in concilio Florentino, cui Tridentinum de hac re subscripsit. Igitur à tempore, antiquo ante annos hinc mille ferè ducetos ecclesia receptissimos illos libros habet, in exequijs mortuorum illam canens lectionem. Atqui Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda catholicam religionem orandi pro mortuis eadem autoritate confirmat. Et Gregor. Nissenus. Si aliquis, inquit, Christo consentiens in hac vita purgare peccata minus potuerit, post transitum hinc per purgatorij ignis conflationem expeditur. Et subdit. Hoc prædicamus dogma veritatis seruantes, & ita credimus. Hoc etiã vniuersalis ecclesia tenet pro defunctis exorans, vt à peccatis soluantur. **¶**Ecce testimonia sacra, sanctorum interpretamentis confirmata, quibus purgatorium adstruitur, &

Hæreticorū subrefugium.

Machab. lib.

Concilia, & patres.

quibus proinde contradicere proculdubio hæreticum est, & a fide alienū vt ait S. Tho. dist. 21. q. 1. art. 1. Est enim decretum concilij Carthaginensis. 4. cap. 95. vbi sic legitur. Qui oblationes defunctorum aut negat ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. Et in concilio Florétino inter Armenorum instructio nes vna est hæc. Item si verè poenitentes in Dei charitate decesserint antequam dignis poenitentia fructibus de commissis satisfecerint & omisis, eorum animas poenis purgatorijs post mortem purgati: & vt à poenis huiusmodi releuentur prodesse eis fidelium viuorum suffragia. Præterea ex lib. Psalmo rum multa orthodoxa ecclesia desumit ad orandum pro mortuis, vt illud. De profundis clamaui ad te domine, &c. & Circumderunt me dolores mortis, & dolores inferni circumderunt me. Nam inferni nomine nõ solum damnatorum locus, verum & quod iusti etiam descendunt, designatur, iuxta illud Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernū. **¶**Satis Lutherū sua extimulabat conscientia, vt purgatorium confiteretur, nisi tã fuisset perniciosè amator popularis libertatis & fauoris. Ait enim art. 37. Ego tamen & credo purgatorij esse & consulo, suadeoque credendum, sed neminem volo cogi. Versutū dogma. **¶**Sed arguet quis forsitan contra hanc veritatē. Sicut charitas se habet ad æternū præmium, ita & peccatum se habet ad supplicium æternum: sed decedentes in peccato statim descendunt in infernum: ergo & decedentes in charitate statim euolant in cælum. Respondetur ad maiorem, non esse omnino simile: nam cum bonum sit ex integra causa, malum autem ex quocūq; defectu, potest bonum charitatis retardari per aliquod malum venialis culpæ, vel poenæ pro mortali remisso. Et tamen mortale peccatum per se sufficit ad descensum. Enim verò cum respectu Dei, vt diximus, nulla sit in nobis iustitia, nisi quæ suę gratiæ innititur, fit vt qui in peccato mortali decedit, quantacūq; bona in charitate egerit, nihil tamen iustitiæ habet, vt præmium aliquod illorum ante descensum in infernum suscipiat.

Ex Psalm.

Lutherus.

Argum.

Secunda conclusio.

¶Secunda conclusio. Iusti, qui à culpa & poena in hoc seculo absoluti sunt, absq; transitu per purgatorium in cælo recipiuntur. Conclusio catholicis in confesso est: statuitur autem contra Lutherum. Et primò ex ijs, quæ dicta sunt

sunt colligitur: nam purgatorium non est nisi ad abstergendos reatus aut poenæ aut venialis culpæ: est autem possibile, & sæpe numero cōtingens, vt multorū animæ cū innocentia cādore hinc proficiantur. Vt sacro fonte abluti ante vsum rationis defuncti, & apostoli, & martyres, atq; alij sanctorum canoni cōscripti. Nam de deipara virgine quis audeat dubitando blasphemare? Imò de diuo Stephano, cui in martyrio posito apertifunt cæli, vbi vidit Iesum stātem in gloria nõne vesanæ mētis esset dicere, quod foelici animæ à corpore proficienti recluderentur ijdē cæli, vt timore aliquo cruciaretur de suo statu dubitans? At de illo timore, quem in purgatorio fingit ob incertitudinem sui status, articulo proximo dicturi sumus. Ex hac conclusionē subsequitur, quod status purgatorij non est per se ex necessitate medius inter nostrum, & illum foelicem beatorū, sed per accidens, quando scilicet accidit hinc animas cū aliquo reatu poenæ proficiisci.

D. Stephano.

Aduersus Lutherum argumentum.

Solutio primæ arg.

Solutio 2. vbi sit purgatorium.

Prima opinio.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

Purgatorij ignis idē qui inferni.

¶Ad primum igitur argumentum nostrum respondetur, verbum illud Apocalyp. sic intel ligi, qd morientes in domino statim cessant à labore merendi, & demerendi, quem habebant in via, non tamen omnes à labore passionis, qua purgantur. **¶**Secundum argumētum petit, vbi nam sit purgatorij locus. Hæc autem quæstio ad dist. 44. & 45. attinet, vbi de receptaculis mortuorum agendum est latius, multaq; alia de purgatorio adhibenda; quæ hinc ideo præmittimus. Interim autē respondetur, quosdam opinatos esse, lege cōmuni vnum quēq; illic purgari, vbi deliquit. Sed hoc ideo non est probabile: quod potest homo simul pro multis peccatis puniri, quæ diuersis locis commisit. Alij verò dixerunt puniri omnes lege cōmuni supra nos vel in aere, vel in elemento ignis, eo qd eorū status medius est inter nostrum & beatorū. Sed neq; hoc est probabile, quia non puniuntur pro charitatē, qua nos excedunt, sed pro peccato, quod in eis est infimū. Dicendum ergo quod licet de hoc testimonium sacra scriptura sit nullum, neque conuincens ratio, ducuntur tamē ex natura rei cōiecturæ, qd lege cōmuni eodē igne crucientur, quo damnati in inferno, tum qd in scriptura non est alia mentio qd ignis inferni, tū etiã qd cum in purgatorio fiat peccatorū puniatio, sicut in inferno, videtur eidē igni cōpetere. Neq; op^o est plures multiplicare, postq non aliter differunt, qd qd

vnus est æternus, alter temporalis. Quæquidē differētia solum dicit duos respectus eiusdem ignis secundū substantiā. Vnde Grego. supra citat^o. 4. lib. dialo. Sicut sub eodē igne aurū rutilat, & palea fumat: ita sub eodem igne peccator crematur, & elect^o purgatur: videlicet, quod damnati ceu in perpetuo carcere sunt illic inclusi, alij verò non nisi ad tempus quousq; purgentur. Est autem ille ignis corporeus, quandoquidē & corpora post resurrectionē comburet. Quāuis ignis inferni, quia institutus est ad cruciandū, alijs atrocitatis noibus nuncupatur, iuxta illud Psal. Ignis sulphur, & spiritus procellarū, pars calicis eorum. At verò quia poena purgatorij solū est ad purgandū (quod igni est propriū) illa poena soli igni tribuitur. Est igitur in medijs terræ visceribus: nam & nomē inferni infimum locū sonat, & vbiq; in sacra pagina legitur in infernum descensus, vt de Dathan, & Abiron legitur Num. 16. qd descēderint viuētes in infernum. Et Psal. 54. vbi Psalmista iniqvis maledicēs ait. Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuētes. Et cōmuni nomine cum inferno damnatorum ait Iob, cap. 14. Vt in inferno protegas me. Et Dauid Deus redimet manum meam de manu inferni: hoc est, de purgatorio & limbo. Quapropter sinus purgatorij paulò est eleuatiō, qd locus damnatorum: nempe, vbi certa spes est paradisi. Cui loco supereminet limb^o puero *Limbus puero* Sinus Abrahæ: hoc est, patrū limb^o, iam ab orbe redempto vacuus est. **¶**Dixerim lege cōmuni illic animas purgari: nam ex dispensatione probabile est, vt ait Hugo, quod in his locis puniantur, vbi commiserunt culpam. Et Gregor. in dialogis narrat de quodā Germano episcopo Capuano, qui in balneis purgabatur. Quæquidē dispensatio nonnunq fit, vel ad viuorum instructionē, vel ad mortuorum subuentionem, vt viuētibus eorū poenæ innotescant, qui suis suffragijs eos adiuuent.

Limbus puero

Sinus Abrahæ

Animæ non nunquam alibi quam in purgatorio purgantur.

ARTICVLVS II.

Virum poenā purgatorij excedat omnem poenā temporalem huius vitæ.



Væritur secundo de quantitate purgatoriae poenæ, & arguitur qd nõ excedat omnem poenam huius vitæ. In purgatorio non tenentur nisi animæ, nam post resurrectionem cor

Partis negatiua. 1. argu.

Secundum ar porū non est ampliū duraturū: acerbior autē *gumentum.* pœna ignis est exurentis corpus, quā animam cruciatis, tum quōd magis passiuū est quā anima separata, cū sit materiale, tum quōd habet qualitates igni cōtrarias, & materiam, quā possit ignem suscipere, quod animæ non conuenit: ergo tormentum ignis in hac vita vehementius est, quā purgatorij. *Pars affirmatiua.* In contrarium est sententia Augustini in sermone citato, qui ait, quōd ille ignis purgatorij durior erit, quā quicquid pœnarū in hoc seculo, aut sentire, aut videre, aut cogitare quis potest. Et in lib. de pœnitētia, cap. 18. qui refertur can. Qui in aliud, dist. 25. idem ferē ait. Et in lib. de vera & falsa pœnitētia cōparatur ad truculentas martyrum cruce, & asseritur esse maior illis. De pœnitentia dist. 7. can. Nullus.

Deciso articuli. In hoc articulo multa de modo & qualitate pœnæ purgatorij sunt perscrutanda, quo modo scilicet cruciet, & an illic existētes sint certi suæ salutis. Et ideo ad questionem quatuor conclusionibus respondetur. Est enim illic duplex pœna: scilicet, damni & sensus. At verō de pœna damni triplex est dicendi modus. Fuerūt enim olim, vt D. Tho. loco citato, dist. 21. q. 1. art. 1. refert, qui opinati sunt existētes in purgatorio adeo esse pœnis absorptos, vt nō sentiant se purgari, sed potius putent se esse damnatos. Huic errori proximus est ille recitatus Lutheri tenentis dubios saltem esse de sua salute propter suam imperfectam charitatem, quæ annexum habet timorem, & pauorem quasi expectantiū iudicis sentētiā, vt est videre in suo præallegato art. 5. & latius in 38. Aduersus quem errorē Caietanus Augustæ responsiunculā composuit, sed breuissimē se expediuit. Sit ergo prima conclusio. Existentes in purgatorio neutiq̄ de sua salute ambigūt, imō sunt de illa certi. Probatur. Illi sunt in charitate: ergo habent formatā fidem & spem, quā habebant in via: in via autē per fidem credebāt non pati ignis tormenta nisi damnatos, & eos, qui purgantur: & vident se non esse dānatos: ergo certō sciunt se esse in purgatorio. Probatur minor: quia per eandem fidem norunt damnatos Deum non diligere: ipsi autē experiuntur se in eius dilectione persistere: ergo planē colligunt se esse in purgatorio. Et cum per eandem fidem credāt, illis qui illic existūt, non esse possibile in peccatū relabi, quia intelligunt esse extra viā, sit vt sint suæ salutis

In purgatorio duplex pœna.
Pœna dāni.
Prima conclusio.
Ratio. 1.

certissimi. *Ratio. 2.* Secundo retinent spem, quā habuerūt in via: ergo beatitudinē sperāt, quod quidē per fidē credunt dānatis non esse possibile. Neq; suspicabile est ignis vehementiā sic illos obruere, & absorbere, vt vsum habere nequeant illarū infusarum virtutū. Primo, quia anima separata valētior est, vt cruce ferat, q̄ in corpore. Vnde epulo ille diues dum ex infernalibus flammis cupiebat exire, & refrigerari, ostendebat nō habere absorptā rationē. Secundo, quia non est Deus credendus tanto cum rigore amicos suos cruciare, vt lucis rationē in eis extinguat. Quapropter virgētius est argumētū aduersus priorem opinionē dicentium, q̄ putāt se esse damnatos: esset enim illa afflictio maior, q̄ vt Deus illa amicos suos afficere debeat. *Argumentū contra Lutherum.* Quinverō cōtra Lutherum hoc est maximū argumētū. Profectō si existentes in purgatorio ancipites essent ambigentes, quā essent sententiam audituri, inmanissima esset anxietas & intolerabilis cruciatus. Quōd enim quis in hoc seculo dubius sit suæ salutis, eo nō est tam graue tormentum, q̄ est in statu, quo potest in viam redire. At si postq̄ homo est extra viam quando non potest aliorum declinare, dubius esset quidnā sit De⁹ de ipso decreturus, acerrima esset afflictio. Præsertim cū, vt paulo antea diximus, sæpe legantur amicis apparere, à quibus suffragia exposcunt, quod nō facerent, nisi certi essent suæ salutis, & flagrantissimē cuperent ab illo carcere dissolui, & esse cū Christo. *Aliud arg.* At verō aduersus Lutherum ex suis ipsius concessis sumitur argumētū nouū, sepius enim ille pugnātia dicebat. Fuit nāq; in illo errore, vt quicumque in hoc seculo per fidē fieret membrum Christi, esset omnino certus suæ salutis. Mirandū ergo est quomodo postea dixerit, quā anima corpore exuta illā perdat certitudinē, & pauore in purgatorio crucietur. *Dicitur ar* Deinde arguitur. *gumentū in* Quāuis daremus ei, q̄ nullius charitas in hoc seculo potest sic esse perfecta, vt non habeat admixtū timorem, quid subinde necesse est dicere, q̄ exiēs à corpore, si nulla indiget purgatione, debeat in illo timore manere? Præterq̄ q̄ multi, etiā præter sacratissimā virginē & apostolos, in hoc seculo eo charitatis ascēdunt, vt charitas in eis foras mittat timorē. *ibid.* Stat ergo sententia catholica, quōd pœna damni existentibus in purgatorio non est, nisi retardatio à consecutione suæ felicitatis. Vnde ad argumentum Lutheri respondetur, charita-

Dicitur ar
gumentū in
ibid.
 charita-

charitatem bifariam dici perfectā. Vno modo perfectione viæ, atq; altero perfectione patriæ. Perfectio viæ est, vt nomen sonat, nō de uiare à recta mandatorum linea, quod comprehenditur illo magno præcepto, Diliges deum tuū ex toto corde tuo: id est, nihil admittes in corde tuo dilectioni cōtrarium. Perfectio autem patriæ est, sic fixū habere cor in Deum, & immobile, vt non solū non declinemus, sed neq; declinare possim⁹ ab eius voluntate, neq; eius dilectionem remittere: illam enim appellat Pau. pacē, quæ exuperat omnem sensum. Atq; illa nō cadit sub præcepto, sed pertinet ad præmij & finem prioris. De priori autē ait Ioan. 1. cano. cap. 2. Qui seruat verbū eius, verē in hoc charitas Dei perfecta est. Et de eadem ait cap. 4. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeam⁹ in die iudicij: nam perfecta charitas foras mittit timorē. Potest ergo homo ab hac luce decedere absq; timore imō accidere cuiq̄ potest, vt quauis cum timore discedat, sit nihilominus à purgatorio liber. Haud equidem negamus, quin in purgatorio aliquis sit metus, non tamen est ille feruilis, quem charitas foras mittit, quia illic nullus est metus perpetuē gehennæ, sed erit metus de tempore durationis illarum pœnarum: quia fortasse nesciunt, quantum sit eis tempus purgatorium præscriptū: & quādo hoc sciant, ignorant quibus suffragijs sint in hoc seculo iuandū. *Secunda conclusio.* Pœna ista damni est omnium maxima, quæ in hoc seculo accidit. Conclusio est S. Tho. loco citato. Probatur primo, quia desiderium rei cōcupitæ per se angit, & cruciat: in illis autem, qui sunt in purgatorio, multis nominibus excreuit. Primo, quia quod desideratur est summum bonum, Secundo, quia fides illic robustior est q̄ in via, & spes certior, & charitas cōfirmata, ac perinde intēssissima, quæ extra paradysum esse potest, eo q̄ illic moles corporis nō est animæ separatæ obstaculū diligēdi toto conati. Sunt enim illic veluti graue saxū in sublimi trabe aliqua impeditū: ne suo pondere ad centrum terræ feratur. Augetur præterea illis inde pœna, quōd vident sua culpa ab illo diuino conspectu retardari. *Hiis tñ* non obstantibus, hanc conclusionē, quæ etiā est Ricardi dist. 20. art. 2. q. 1. concedere renuit Bonauēt. ead. dist. art. 1. q. 1. idem. 2. propterea q̄ desiderij illud videndi Deū ob certitudinem spei multum habet cōsolationis admi-

Dupliciter dicitur perfecta charitas.

1. Ioan. 2.

Secunda conclusio.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

D. Bonauent.

xtum. At profectō licet hoc verum sit, nihilominus amoris vis omnem exuperat consolationem. *De pœna sensus.* De pœna verō sensus, quia corpore⁹ ignis in spiritū agere nō valet, variatū inter doctores plurimū fuit. Quorum oēs opiniones D. Tho. dist. 44. ad quē locū disputatio hæc pertinet. q. 3. art. 3. percēset. Quidā. n. negarūt esse corporeū, Sed contra sensit Aug. 21. de ciuit. Dei. c. 10. quia dictū est Matthæ. 25. Ite in ignem æternū, quod verbū nō per metaphoram, sed in sensū proprio intelligēdū est. Alij dixerunt animas cruciari igne, quia apprehēdunt ipsum, vt nociuū: nā solus viuis non potest animā cōtristare, nisi rē videat, vt sibi nocuā. Sed certē neq; hoc sufficit ad afficiendā animā dolore, & mæstitiā: nā vel illa apprehēso esset vera, vel falsa, & ficta. Si esset falsa, certē non esset cruciatio ignis, sed ex sola imaginatione procedēs, quare nō opus esset adesse ignem, sed q̄ illud accideret sicut somniantibus. Quod re vera animalibus separatis congruere nō potest, quia nō habent species phantasticas, sed intellectuales, per quas falli non possunt sicut somniantes. Et si absq; talibus phantasticis speciebus deciperentur, peior esset deceptio: nam esset manifestus error, quō nec Deū decet dæmones, aut animas decipere, nec suæ naturæ congruit decipi iudicando rem præsentē, quæ non est. *Abseq; dubio* ergo dicendum est ignem illic realiter esse, & realiter agere in animas & dæmones. Vnde Grego. 4. lib. dialogo: Colligere, inquit, ex dictis euāgelicis possumus, quōd incediū animam non solūm videndo, sed etiam experiendo patiatur. *Sed dicūt alij* hoc sic intelligi quōd ignis potest considerari vno modo, vt res corporea, & hac ratione nullā potest actio nē in anima exercere. Alio modo quatenus est instrumētū Dei supranaturaliter operantis, & hoc modo potest agere in spiritū, quē admodū aqua baptisimi causa instrumētalis est gratiæ. At verō si ignis illic in quantū corporeus nō agit, nihil eo op⁹ esset: nā aqua vel purus aer posset animas tanquā instrumētū Dei, & multo facilius, torquere. Item quia re corporea Deus nō vtitur tanq̄ instrumētū ad spirituale effectū, nisi vt edo actioe naturali rei ipsi⁹, vt per ablutionē aque abluat animam, sicuti actione ascie statuarius facit statuā: si ergo ignis instrumētū est Dei, per suā propriam actionem est eius instrumentum. *Sit ergo tertia conclusio* præsentis articuli, *Mmm 5* Ani-

De pœna sensus.

Opinio. 1.

Opinio. 2.

Op. aueris.

Gregor.

Quorundam interpretatio.

Anima in purgatorio realiter patitur poenā sensus ab igne per propriam eius actionem, tamen supernaturaliter, qua Deus tanquam instrumento suae diuinæ iustitiæ ad purgandas animas vtitur. Neq; opus est aliam ei virtutem imprimere, quam illō vt tanquā suo instrumento, sicut de aqua baptismi supra diximus. Ad huius autem rei intellectū notandum, q̄ anima à corpore non potest pati, nisi ei quodāmodo vnatur: vnde quia anima vnitur corpori nostro patitur ab eo, vt. 2. de anima ait Aristot. afficitur enim letitia, & moerore ex corpore: & vt est Sapient. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sicut ergo anima vnitur corpori tanquā actus ipsum viuificans: ita supernaturaliter anima in inferno vel purgatorio vnitur igni: nō quod ipsum viuificet, sed q̄ ab ipso patitur, & hoc loco detineatur, quod naturaliter ab igne fieri non posset: nam licet spiritus definiatur loco, non tamen naturaliter ei subditur, vt videtur detineatur ab illo, sed hoc patitur ab illo igne, tanquam instrumento Dei, qui est animę velut carcer, cohibens eam quō voluerit exire, & potissimum ne in concupitam paradysum euolare possit. Qui enim per baptismi aquam gratiam confert, nil mirum si per ignem possit animas illic comprimere. Imō uero vnus angelus alio fortior potest eum inuitū loco aliquo detinere per vires naturæ, ne exire possit. Et quidem in damnatis augetur poena illa, eo quod per ignem illum instrumentum Dei, quem tanquam capitalem hostem immortalis odio prosequuntur, detinetur. Animæ uero, quæ purgantur, non illum habent moerorem, sed q̄ suæ culpæ illum sibi carcerem creauerint. Vnde August. loco citato. 21. de ciuit. Dei cap. 10. Cur, inquit, nō dicamus, quanuis miris, tamen ueris modis spiritus incorporeos posse spiritali ignis corporei poena affligi, si spiritus hominum includi potuerint corporalibus membris? Ad hærebunt enim, inquit, dæmones (atq; adeo animæ) corporeis ignibus cruciandi, non ut ignes ipsi eorum iuncturis inspicientur, & animalia fiant, sed ut ipsi spiritus ab ignibus poenam accipiant. Et loco citato. 4. dialogo. Gregor. probans animas incendium pati ait Dum ueritas peccatorem diuitem damnatum in igne perhibet, quisnam sapiens reproborum animas teneri ignibus neget? Cui sententiæ & Iulianus Toletanus archiepiscopus subscribens quem Magist. Sentent. dist. 44. citat

Sapient. 9.

Aug.

Grego.

Iulianus.

ait. Si uiuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem etiam corporeo igne tenetur? Quin uero ad diderim ad maiorē rei explicationē dānatorū purgādorūq; aīas nō modō sic pati quasi carcere inclusas, uerūm & per tristitiā acti in corporibus vrerentur: hæc enim proprie est poena sensus. Non quod sensus habeant corporeos, sed dicitur illa tristitia poena sensus ad differentiā poenæ damni. Probat. Quia si nō esset alia tristitia, nisi q̄a detinetur in carcere, à quo prohibentur exire, non magis includerentur igne, quam aqua vel aere: cum ergo includuntur igne, actio ipsa ignis peculiariter illic applicatur. Et confirmatur planē ex uerbis Gregorij dicentis, quod experitur incendiū & cremantur: igitur sicut si anima esset in corpore, quod exurit, reciperet in appetitu sensitiuo dolorem, ex quo generaretur ei tristitia in appetitu rationali: nēpe, in uoluntate: ita per illum ignem quatenus instrumentum Dei generatur in anima, licet corporeo sensu careat, tristitia similis illi, quæ generaretur ex sensatione ignis. Quæ quidem tristitia est tanto maior quā dolor, qui recipitur in sensu corporeo, quanto anima exuta illo sensu delicatius & tenerius afficitur. Nam etiam in corpore quo lēSIONES penitus ad animā penetrant: uidelicet, ad cordis viscera & centrum, tāto sunt acerbiores. Ex quo colligitur, ut ad titulū quæstionis reuertamur, q̄ poena illa est maior omnibus, quæ in hac uita recipiuntur. Quod præter testimonia Augustini citata, est etiam sententia Grego. in expositione terti; Psalmi poenitentialis: Ex his fit consequens, quod poenā, quam vnusquislibet in purgatorio patitur, homo mortalis in hac uita nō posset citra mortem tolerare, sed quia illic est supernaturalis incorruptibilis aīa eam ferre ualet. At postq̄ dictum est animas illic detineri ab igne tanquā instrumento Dei, forsā quis sciscitetur, utrum detineantur à solo Deo immediatē, an uero per angelos probos vel reprobos. Apparet enim, quod ministerio dæmonum in purgatorio cruciuntur: nam ut ait Mag. Sent. d. 44. dānati illos habebūt tortores in poenis, quos habuerunt incitatores in culpa cum ergo ad peccata quoq; uenialia incitent, fit ut poenas quæ pro illis exiguntur, etiam infligant. Neque quod illę animæ sint iustę, quicquā obstare uidetur cum Iob legatur dæmonis opera calamitatibus attritus.

Sententia mortoris.

Ratio cōclusionis.

Ratio. 2.

Grego.

Dubium.

¶ Nihilominus

Quarta conclusio.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Dionysius.

Argum.

Dæmones mortibus adstant.

Solutio primi argu.

Argu. optimum.

¶ Nihilominus per quartam conclusionem respondetur. Deus per nullum ministrum, sed solum per ignem animas in purgatorio castigat. Probat. quoniam cum iusti in hoc seculo cum eis depugnauerint, ac demum de eis triumphauerint, ratio iustitiæ non permittit, ut uictores uictis post hanc militiam subdantur, à quibus cruciuntur. Esset enim eis præ alijs tormentis acerbum ab illis puniri, quos in prælio sub Dei vexillo proque eius legibus tuendis dimicantes prostrauerunt. Quare neque diuinam bonitatem hoc permittit decebat. Quod autem neque felicitium angelorum ministerio torqueantur, inde probatur, quod non licet beatos illos spiritus tortores esse suorū ciuium, qui iam in gratia cōfirmati certi sunt inter eos se sum ire. In hoc quidem seculo quo durat spiritua lis militia, non est indecens, ut iustos ad probationem uirtutis, & mali angeli premant, & boni, ut de Iob legitur, & de Iacob, quorū alter à Satana in sterquilinio pstratus est, & alter ab angelo in lueta, ubi ei neruus scemoris emarcuit. Sententia est Dionysij. 4. cap. de diuinis nominibus. Sed tamen in altero longē alia est ratio. Quod si arguas. Anima, cū sit actus corporis, nequit extra ipsum per se naturaliter moueri: ergo necesse est ab angelis, vel bonis vel malis portetur. Conceditur quidem antecedens, ut ratio nos physica docet. Sed ad consequentiā respondet S. Tho. possibile esse: quod eos angeli boni ad loca poenarum deducāt. Dicit, possibile, quia potest Deus suo nutu animas illas traducere in purgatoriu. Sed multo certius est, quod transferantur per angelos bonos, per quos subleuantur in cælū. Atqui dæmones morientibus quidē iustis certū est adesse insidiates si quid in animæ expiratione lucrari possint, ut in historia Martini legitur. Cæterum post eius exitum nihil habet, quod ab eis sperent, licet eas fortasse concomitentur usq; ad poenarū locum, de quarum visu latantur.

¶ Ad primum igitur argumentum supra factum respondetur. quod etsi anima separata nō sit tam passionibus subdita, quam in corpore, est tamen magis passionis perceptiua, atq; adeo acriori dolore læditur. Quod autem argumētū contra hanc ueritatem quidpiam pōderis habere uidetur, est, quod cum peccata uenialia, ad quorum purgationē locus ille directē cōditus est, tam leuibus satisfactionibus in hac uita purgantur, quin uero

& remissa mortalia poenis non multum duris expiētur, ut ieiunijs elemosynis, orationibus, uel si quis humicubet, uel se flagellis cedat, magni penditur, quomodo sit credibile tantam poenarum acerbiteriam esse in purgatorio eisdē peccatis decreta? Respondetur in primis, q̄ poena hic spōte assumpta, qua ratione est meritoria maiorem uirtutem habet quā illa, quæ à Deo in purgatorio infligitur, quæ, ut modō dicemus, nō est meritoria, sed inflicta. Porro autem licet solutio sit legitima, non tamen totam vim argumēti eneruare uidetur, potissimum cum uenialia per tam multa eadēq; facillima remedia hic deleātur. Responso ergo fortē est, q̄ clementia Dei non fert multo tempore amicos suos à suo conspectu cohibere, & ideo sapientissima eius providenta fuit illas poenas ad eos expurgandos instituire, quæ breui tempore possent animas illic perpurgare: nam cum illa supplicia sint supra naturalia, quæ subiectum corrumpere non possunt, potuit quacunque temporis longitudinem accumulatis poenis supplere. Quapropter crediderim, nunq̄ aliquē in purgatorio uiginti annis extitisse, imō, ut mea fert opinio, nec decē. Nā cum nemo illic sit nisi Dei amicus, contritio eius, & post Christū passum sacramenta, & suffragia, & bona, quæ egit, opera ad cumulū ei satisfactionis accedunt. In sum ma nō est credibile, ut quos poenarum accumulatione expedire Deus breuius inde potuit, temporis prolixitate detineat.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Quanto tempore quis sit in purgatorio

ARTICVLVS. III.

Utrum poena existentium in purgatorio adeo sit illis uoluntaria, ut sit etiam memoria.



Ostq̄ de quantitate illius poenæ uisum est, subsequitur, ut de eius qualitate dicam, utrum sit uoluntaria. Arguitur ergo à primo argumentum. Illi sūt in charitate cōfirmati, & intelligunt uoluntatem Dei esse, ut illam perpetiantur poenam: ergo suam uoluntatē cum diuina concordant: in hoc enim reuolutio cordis cōsistit: atq; adeo illa poena est uoluntaria. Præsertim, q̄ sapiens dum finem optat, pariter medium subinde eligit necessarium: cum ergo illi intelligant sine perpeisione illius poenæ non posse frui

Primum argumentum.

con

Secundū ar-
gumentum. concupito sine, illam eligunt. *Secundō ar-*
guitur: quia si illa patientia ex vltione ele-
ctione non procederet, nulla illic esse posset
culparum remissio: cuius contrarium Gre-
gor. 4. lib. dialogorum ex euangelio colligit.

Pars affirma-
tiva. In contrariū est, qd si illam sua sponte elige-
rent, nec cuperent nec peterent ab illa libera-
ri, cuius contrarium Gregori. ibidem refert
& ecclesia dum suis suffragijs illos iuuat, at-
testatur. Item quia si assumptio illius poenae
voluntaria esset, nihil obfaret quominus ef-
fet meritoria, postquā ex charitate procedit:
& nondum sunt in termino viā, quando qui
dem semper peregrinantur à domino.

Deciso arti-
culo. Articulus iste adhibetur contra Lutherum
qui vt est videre ar. 38. per Leonem condem-
nato, ait existentes in purgatorio per suum
illum timorem & pauorem mereri apud do-
minum: quoniam dum illic perficitur chari-
tas, illum timorem excludit, quo excluso fit
inde in caelum transitus. Tum etiā quod qui
crucem ferunt Christi, fiunt eo digni: sed illi
ferunt crucem Christi. Ad quātionem ni-
hilominus tribus conclusionibus responde-
tur. Prima est S. Tho. loco citato. Poena il-
la purgatorij non est simpliciter voluntaria
sed hoc tantum nomine, qd est patienter to-
lerata. Poena enim: si nomen ipsum attentē
audias, nulla esse potest voluntaria volunta-
te absoluta: id est per se volita, quia per se so-
nat in malū, sed voluntate conditionata pro-
pter aliquem bonum finē: sicut vstio est bo-
na propter sanitatem. Sed hoc etiam modo
bisariam esse potest voluntaria. Vno mo-
do, quia eligitur, & procuratur tanquam me-
dium ad consequendum finem: atq; hoc pa-
cto satisf. actiones poenitentium in hac vita
sunt voluntariae, & martyru cruce. Vel quia
illas procurat, aut sic exoptant, vel acceptat,
vt nollent non accidere. Sed alio modo poe-
na dicitur voluntaria, eo qd licet per ipsam nul-
lum nobis bonum accrescat, atq; adeo non
eligatur, nihilominus est medium, sine quo
non possumus concupito bono potiri, & ideo
æquo animo toleratur. Atq; hoc pacto in
purgatorio poena est voluntaria, atq; adeo
æquanimis, qua toleratur, est laudabilis.

Prima cōclu-
sio. Poena purgatorij non est simpliciter voluntaria
sed hoc tantum nomine, qd est patienter to-
lerata. Poena enim: si nomen ipsum attentē
audias, nulla esse potest voluntaria volunta-
te absoluta: id est per se volita, quia per se so-
nat in malū, sed voluntate conditionata pro-
pter aliquem bonum finē: sicut vstio est bo-
na propter sanitatem. Sed hoc etiam modo
bisariam esse potest voluntaria. Vno mo-
do, quia eligitur, & procuratur tanquam me-
dium ad consequendum finem: atq; hoc pa-
cto satisf. actiones poenitentium in hac vita
sunt voluntariae, & martyru cruce. Vel quia
illas procurat, aut sic exoptant, vel acceptat,
vt nollent non accidere. Sed alio modo poe-
na dicitur voluntaria, eo qd licet per ipsam nul-
lum nobis bonum accrescat, atq; adeo non
eligatur, nihilominus est medium, sine quo
non possumus concupito bono potiri, & ideo
æquo animo toleratur. Atq; hoc pacto in
purgatorio poena est voluntaria, atq; adeo
æquanimis, qua toleratur, est laudabilis.

Secunda con-
clusio. Poena purgatorij non est simpliciter voluntaria
sed hoc tantum nomine, qd est patienter to-
lerata. Poena enim: si nomen ipsum attentē
audias, nulla esse potest voluntaria volunta-
te absoluta: id est per se volita, quia per se so-
nat in malū, sed voluntate conditionata pro-
pter aliquem bonum finē: sicut vstio est bo-
na propter sanitatem. Sed hoc etiam modo
bisariam esse potest voluntaria. Vno mo-
do, quia eligitur, & procuratur tanquam me-
dium ad consequendum finem: atq; hoc pa-
cto satisf. actiones poenitentium in hac vita
sunt voluntariae, & martyru cruce. Vel quia
illas procurat, aut sic exoptant, vel acceptat,
vt nollent non accidere. Sed alio modo poe-
na dicitur voluntaria, eo qd licet per ipsam nul-
lum nobis bonum accrescat, atq; adeo non
eligatur, nihilominus est medium, sine quo
non possumus concupito bono potiri, & ideo
æquo animo toleratur. Atq; hoc pacto in
purgatorio poena est voluntaria, atq; adeo
æquanimis, qua toleratur, est laudabilis.

Ratio opti-
ma.

demereri possibile aliās possent dānari, ergo
neq; sunt in statu merendi. Secundō, quia ita
tutus merendi & demerendi eo præciso tem-
pore durat, quo anima est in hoc corruptibi-
li corpore, cuius sensualitas nobis relicta est ad
pugnā. Vnde Iob. c. 7. Militia est vita homi-
nis super terram. Et Paul. Quis me liberabit
de corpore mortis huius? Cum primū ergo
anima à corpore liberatur, militia ces-
sat, & immobile manet meritum & deme-
ritum illucisue peractum. Vnde Eccle-
siasti. 11. homo comparatur arbori, quæ quā
diu viuit crescere potest, abscissa verō cresce-
re cessat. Sicciderit, inquit, lignum ad austrū
aut ad aquilonem, in quo loco ceciderit, ibi
erit. Quod exponens. Hiero. ait, nomine au-
stri intelligi iustorum casum, aquilonis verō
iniquorū. Et ideo neutri, inquit, possunt am-
plius proficere neq; in malum neq; in bonū,
sed in pristinis, ait, sedibus perseuerabunt.
Atqui hoc est, quod Christus nos illis verbis
Ioā. 9. admonuit. Me oportet operari opera
eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox,
quando nemo potest operari. Quem locum
Aug. tract. super Ioan. 44. exponēs ait. Ope-
retur ergo homo dum viuit, ne illa nocte (sci-
licet mortis) præueniatur, vbi nemo possit
operari. Idemq; ait illic Chryso. homi. 45. &
Hiero. super epist. ad Galat. interpretans, si-
mile illud verbum Paul. cap. 6. Dum tēpus
habemus operemur bonum. Et Origenes in
enarratione Psal. 3. ait Christū nomine no-
ctis intelligere tempus post hanc vitam futu-
rū: quo nemo potest operari, sed vnusquisq;
tunc, inquit, pascitur ex operibus suis, quæ
hic positus operatus est. Et apertē in Ecclesi.
cap. 14. Ante obitum operare iustitiam: quo-
niam nō est apud inferos inuenire cibū, hoc
est nouū aliquod meritum, quo ciberis. Cui
consonat & illud ecclesia. 9. Quodcunq; pōt
facere manus tua instanter operare: quia nec
opus, nec ratio, nec sapientia nec scientia e-
runt apud inferos, quo tu properas. Non, qd
sācti patres ad inferos descēdētes nō illis præ-
diti essent virtutibus, sed qd earū vsus non ef-
fet illic ad meritorū cumulum possibilis. In
summa, Apосто. 2. Corin. 5. Oportet nos, in-
quit, manifestari ante tribunal Christi, vt re-
portet vnusquisq; ppria corporis, prout gef-
sit siue bonū siue malū, vel secundū phrasim
græcam, vt ea quisq; reportet, quæ fiunt per
corpus. Extra corpus ergo nullum est, aut
meritum aut demeritum. Quod August. in
enchiridio

Secunda ratio

Iob. Paul.

Hiero.

Aug.

Chryso.

Origenes.

Paul.

Aug.

enchiridio cap. 110. nos admonens ait. Hic o-
mne meritū comparatur, quo post hanc vi-
tam releuari quisq; posset vel grauari. Nemo
autem speret, quod hic neglexit qui obierit,
apud Deum promereri.

Satisfit *Lu-*
thero. Lutherō ergo iam supra responsum est, qd
illic non est seruilis metus, ad quem expellen-
dum perficitur charitas, sed metus fortis du-
rationis poenarum, qui quidem metus nihil
auget meriti. Quod autem ait illos ferre cru-
cem Christi, præuaticatio est euangelij: tolle
re enim crucem, & sequi Christum non con-
tingit, nisi in hac vita, vbi homo facit fructus
dignos poenitentiae: illi autem non tollunt,
sed tolerant passiones illas à Christo ipso
tanquam à iudice inflictas. Tertia con-
clusio propter rerum consequentiam adhi-
betur illa, quam supra dist. 15. q. 2. art. 2. posui
mus cum S. Tho. q. 87. nempe, in purgatorio
fit remissio culparum venialium. Fuerunt e-
nim quidā opinati qd in puncto mortis, quo
postremo anima est in corpore, venialia o-
mnia quantū ad culpam tollūtur, eo qd tunc
extinguitur concupiscentia. Hoc tamen est
falsum, quia forsan anima non desinit esse in
toto corpore per vltimum sui esse: quando-
quidem successiue membra deserit. Secūdo,
quantū daretur minima pars in corde, in qua
potest seruari vita, atq; adeo daretur vltimū
esse illic animæ, tunc tamen non est vsus libe-
ri arbitrij, vt possit per charitatem fieri remis-
sio culpæ. Præsertim cum sint multi morien-
tes sine sacramentis, & cū complacentia ve-
nialium imō, alij etiam subito. Præterea est
etiam expresse contra Grego. 4. lib. dialog.
qui ex illo Matth. 12. Qui peccant in spiritu
sanctum nō remittetur eis in hoc seculo, neq;
in futuro, optime colligit, peccata leuiora re-
mitti in purgatorio. Fit ergo eiusmodi remis-
sio, vel in primo ingressu purgatorij per mo-
tū charitatis ratione status illius, quo firma
est charitas, & ab omni concupiscentia libe-
ra; atq; adeo ad malū inuertibilis. Quod fen-
tire videtur S. Thom. q. 7. de malo arti. 12. vel
(quod forsan pbabilius est) remittitur venia-
lis culpa per illam patientiam, qua qui pur-
gatur tolerat poenam illi respondentem to-
to, quo durat, tempore.

Tertia cōclu-
sio.

Oratio quo-
rund. 277.

Grego.

Solut. 1. arg.

Ad primum igitur argumentum responde-
tur, quod vt homo conformet suā volūtātē
diuine non est necesse, vt eligat id, quod Deū
velle intelligit, sed satis est illud patienter to-
lere: vt accidit homini dū parētes sui, aut na-

ti mortem obeunt. Et in hoc etiam consistit
sapientia, vt homo, quod intelligit necessariū
ad finem, æquanimiter perferat, licet mallet
ab illo liberari. Ad secundum respondetur
argumentum concludere illam patientiam
esse meritoriam remissionis venialis culpæ.
Quod autem conclusione secunda assertum
est, ad id attinet, vt rationes, & testimonia
probāt, quod illic nullum est meritum accu-
mulandæ gratiæ: aut gloriæ, sicut in viā con-
tingit. At verō quod ratione actus illius lauda-
bilis charitatis remittatur culpa sine vlla ad-
iectione gratiæ, illi statui non repugnat: eo vel
maximē quod illa non proprie dicitur tam
ratio meriti, quam ratio cōfirmatæ charitatis,
quæ resilire à diuina voluntate nō potest, &
ideo, vt non est ratio perfectæ libertatis, ita
nec proprie meriti. Hactenus de secūdo mē-
bro tractatus de poenitentia, quod de tribus
eius partibus propositum erat.

Solutio. 2.

DISTINCTIO vigesima, De clauibus ecclesiæ.



ost sermonem de
sacramento poeni-
tentiae qua ratione
ad poenitentes atti-
net, sublequit me-
ditatio clauium ecclesiæ, quibus
eius ministri in eodem sacramen-
to cæterisque dispensandis, atque
in ecclesiastica republica a dmini-
stranda funguntur. Sunt enim cla-
ues, vt habet glossa super Matth.
capit. 18. discernendi scientia, &
potentia iudicandi, qua ecclesiasti-
cus iudex dignos recipere, & indi-
gnos debet excludere à regno.
Hanc enim diuinam facultatem
prouidentissimus seruator noster
ecclesiæ suæ prospiciens tum Pe-
tro Matthæ. 16. tum etiā toti Apo-
stolo,

Cap. j.

Definitio cla-
uium.

Matth. 16.

stolo,

Matth. 18. stolorum sacro collegio Mat-
thæ. 18. pollicitus est. Quinuerò &
hoc loco fortasse iurisdictione in
extero foro cõtulit. Deinde in cœ-
na sacerdotibus institutis post re-
surrectionem demum insufflato
spiritu sancto potestatem remit-
tendi, retinendique peccata dona-
uit, quod absolueret, & ligare.
Enimuerò cum ante eius passio-
nem, qua regnum cœlorum ho-
minibus apertum est obseratum
semper fuerit, nemo, aut in statu
naturalis iuris aut sub lege scripta
hoc cœlesti munere potitus est,
sed est donum quod humanum
genus redemptori debet. Vnde
Paul. Hebræ. 9. hoc discrimen in-
ter summum sacerdotem veteris
legis & Christum Pontificem no-
strum constituit, quod ille solum
per sanguinem hircorum & tau-
rorum introibat in sancta sancto-
rum ad ceremoniales sordes emũ-
dandas: Christus autem Pontifex
futurorum bonorum in sanguine
proprio introiuit in sancta, ut æ-
terna redemptione inuenta cœle-
stem nobis aditum aperiret.
Cap. ij. Atqui diuina hæc potestas non
in omnibus promiscuè Christianis
existit, ut hæretici docent, arbi-
trati omnes Christianos esse sacer-
dotes, perperâq; illud Petri alle-
gâtes. Vos autem genuselectum,
regale sacerdotium. Quin verò,
ut Apostolus ad Ephes ait, sapien-
tissimus architectus noster quos-

dam quidem dedit Apostolos,
quosdam autem dedit prophe-
tas, alios verò euangelistas, alios
autem pastores & doctores ad cõ-
summationem sanctorum in o-
pus ministerij in ædificatione cor-
poris Christi. Quare & sacerdo-
tes esse voluit, quibus sacramento-
rum dispensationem cõcederet.
Vnde Ambro. Hoc, inquit, ius (sci-
licet ligandi & soluendi) solis per-
missum est sacerdotibus. Tamen si
eo uti nequeant, nisi in eos, qui p-
iurisdictionem sibi sunt subditi,
iuxta capit. Omnis vtriusque se-
xus vbi cauetur, ne vllus sacer-
dos alienum parœcianum sine li-
centia sui curati soluere vel ligare
presumat. In hoc .n. Christus dñs
Petrum vniuersalẽ ecclesiæ pasto-
rem cõstituit dicens ei, Pasce ag-
nos meos, ut inde tãq; à Christi vi-
cario ac subinde ecclesiæ capite
oïs iurisdictione deriuata i alios præ-
latos & ordinarios sacerdotes des-
cenderet. Quapropter qui ab eccle-
sia præcisi iurisdictione priuatur,
vltu etiam clauium suspenduntur.
Virtus autẽ in primis sacerdoti-
lis clauis est pœnitentẽ a peccato-
rũ culpâ solum absolutũ osten-
dere, ut alibi retro diximus, sed ve-
rè diuino nutu absolueret, ut ver-
bũ euagelicũ; Quodcũq; solueris
sonat, & per formam ipsam ab-
solutiois exprimitur. Vnde au-
tor libri de vera & falsa pœniten-
t. Nõ solum, inquit, dixit Christus,
quos

Ca. Ois vtriusque sexus.

Ioan. 17.

Cap. iij.

quos

ARTICVLVS. I.
Verum clauis sint in ecclesia.



Rimum ergo hinc exordium
sumendum est, ut exploremus
an sint clauis in ecclesia: nam
a parte negatiua est hoc pri-
mum argumentum. Clauis
potissimum necessarie sunt ad ingressum do-
mus, cuius ostium oclufum est: sed Apoc. 1.
ait Ioan. Vidi, & ecce in cœlo ostium aper-
tum: ergo ad eius ingressum nullis opus est
clauibus. ¶ Secundum, quia nullum est aliud
ostium cœli, quàm Christus: ait enim ipse Io-
an. 10. Ego sum ostium: quinimò & ipse est
qui suum ostium aperit dum gratiã confert,
& claudit dum negat, iuxta illud Apocaly. 3.
Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem
David, q. aperit, & nemo claudit, claudit, & ne-
mo aperit. ¶ Tertio arguitur clauis in ordinis
sacerdotalis collatione cõferuntur: scientia
autem iudicandi de peccatis, & eorum meri-
tis illic non infunditur, sed per literarum stu-
dium, & disciplinã acquiritur: sunt enim cõ-
plures sacerdotum ignari & rudes: ergo nul-
la est clauis scientiæ. ¶ In contrarium autem
est illud Matth. 16. Tibi dabo clauis regni
cœlorum.
¶ Materia hæc in ecclesia grauisima est: stu-
por enim est illis, qui ad notitiã veritatis non
peruenerunt, quod Christus ecclesię tantam
potestatem remittendi peccata, quæ in Deum
ipsam committuntur, reliquerit, ut clauium
sit nomine digna, nimirum quibus iudicio
suo valeat cœlum, quod redemptor ipse
nobis mercatus est, tum obserare, tum sub-
inde referare. Quod ideo non solum gen-
tibus, sed hæreticis, qui ex nobis exierunt, in-
credibile censetur. Est tamen materia hæc in
superioribus adeo membratimq; atacta, &
decerpta ut sit pro magna parte discussa. Sed
necesse est cuncta in ordinẽ redigere. Igitur,
ut à nomine exordiamur, adnotãdũ, nomen
hoc non secundũ proprietatẽ, sed secundũ
metaphoram ab ecclesia vsturpari. Enimuerò
quia clauis munus est obstaculũ auferre, quo
impeditur ingressus, & rursus idẽ obstaculũ
obicere, ne idẽ ingressus pateat: & impedi-
mentum ingrediendi cœlum sit peccatũ, fa-
cultas illa spiritalis & ecclesiastica ex Chri-
sti cõmissiõne tollẽdi peccata, & obligãdi fide-
les sub reatu pœnitentiæ, excludẽdiq; hoies p-
excoicationem ab ecclesia, designatur noie clauis.
¶ Omnis

Partis negatiua. 1. argu.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Partis affirmatiua.

Decisio arti.

Clauis meta- phorice vsur.

quos putatis ligare, & soluere, sed
in quos exercetis opus iustitiæ, &
misericordiæ. Deinde, ut eadem
diuina virtute sacerdos valet pœ-
nam peccati relaxare, quia plus
est culpam quàm pœnam remit-
tere. Sic tanquam legitimus iu-
dex, & pœnitentem ad aliquam
exoluendam temporalem pœnã
ligare. Est demum & alia clauis
potestas soluendi & ligandi in fo-
ro exteriori, quæ characterem sa-
cerdotalem non exigit, cuius vsus
est in prelatis, & per indulgentia-
rum largitionem peccatorũ pœ-
nas cõdonare, & excommunicati-
onis ligamine à Christiano con-
sortio reos excludere, ut in subse-
quentibus compertum fiet.

DISTINCTIONIS
vigesima, Quæstio pri-
ma, De clauis as-
sertione.



Tertium membrum dispu-
tationis de pœnitentia in
superiorib; propositum
fuit de clauibus, deque ea-
rum duab; functionibus,
quæ sunt indulgentiarum
largitio, & excommuni-
catio, quod ideo tribus distinctionibus ab-
soluetur. Quarum hæc prima duas continet
quæstiones. Prima est de clauium assertione
& subiecto. Et secunda, de earum virtute, &
effectu. Atqui prima hæc quinque articulis
cõcluditur. Primus est, vtrũ clauis sint in ec-
clesia. Secundus, quò loco euagelii sint insti-
tutæ. Tertius de earum subiecto. Et quartus,
de ecclesiastica iurisdictione. Ac demum
quintus, de earundem clauium legitimo
vsu.

Autoris ordo.

Spiritualis **O**mnis ergo spiritualis potestas ecclesie dicitur generalis nomine potestas clavis, ad dif-
potestas eccle- ferentiam potestatis civilis, quae non est spi-
sia dicitur ritualis. Enimvero quavis principes, vt. 5.
potestas cla- Ethic. ait Philosophus, per suas leges & guber-
uum. nationem cuius bonos faciat & virtutibus im-
 buant, quibus aditus regni caelorum aperitur,
 nihilominus quia non habet potestatem im-
 mediate tollendi peccata, aut pellendi homi-
 nes ab ecclesia, potestas sua non est spiritua-
 lis, sed naturalis, & temporalis: potestas vero
 ecclesiae est supernaturalis a Christo concessa
 ad perpetuitatem attinens regni caelorum.
Potestas spiri- **V**eruntamen potestas haec spiritualis du-
tualis du- plex est, quaedam scilicet ordinis ad chara-
plex. cterem sacerdotalem attinens, quae est pote-
 stas administrandi sacramenta, per quae gra-
 tia confertur in remissionem peccatorum. Sed
 alia est potestas iurisdictionis, quae ad hanc
 ordinatur, vt leges condere ecclesiasticas, dis-
 pensare in votis, indulgentias conferre, exco-
 municare, ab excommunicatione absolueret
 quinuerit & factam scripturam exponere, iux-
 ta illud Lucae. 11. Vae vobis legis peritis, qui
 tulistis clauem scientiae. Vnde de Christo ait
 Ioan. Apocal. cap. 5. dignum fuisse aperire
 librum, & solvere septem signacula eius.
Luca. 11. **Q**uocirca Hierony. lib. 6. super Esaiam cap.
Apocal. 5. 14. exponens illud, Quaecumque solueritis su-
 per terram erunt soluta & in caelo, ait soluunt
 eos Apostoli sermone Dei, & testimonijs scri-
 pturarum, & exhortatione virtutum. Ob id
Hierony. que & praedicare quodammodo ad claves at-
 tinet. Atqui hac ratione iuxta triplicem signi-
 ficatum regni caelorum, aiunt quidam tri-
 plex esse munus clauium. Appellatione namque
Triplex mu- regni caelorum nonnumquam intelligitur scri-
nus clauium. ptura sacra, quemadmodum Origenes & Hie-
Regni calo- rony. illud exponunt Matth. 21. Auferetur a
rum triplex vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti
significatio. iustitiam. Et quandoque intelligitur ecclesia
 militans, vt illic. Simile est regnum caelorum
 grano sinapis: nam hic seminatur & crescit vs-
 que ad fructum gloriae. Sed potissimum acci-
 pitur pro aeterna caelesti foelicitate, vt Matt.
 5. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum
 est regnum caelorum. Igitur per interpreta-
 tionem scripturae aperitur regnum caelorum
 primo modo. Et per excommunicationem ex-
 cluditur homo secundo modo a regno caelo-
 rum: hoc est ab ecclesia. Et per absolutionem
 a peccatis introducitur in regnum caelorum
 tertio modo. At vero licet haec distinctio non

nihil lucis adferat, attamen Christus dum cla-
 ues regni caelorum nominauit, non intellexit
 nisi regnum caeleste: nam ad illud haec omnes
 functiones referuntur. Verum est tamen, quod
 in istis aperire & claudere regnum caelorum
 potest accidere aut ex vi clauium, aut auto-
 ritate priuata. Dum enim concilium expli-
 cat articulum aliquem fidei, virtute clauium
 aperit sensum sacrae scripturae. Dum tamen
 doctor illam interpretatur, non utitur clauem,
 sed priuata scientia: quia non est iudex. Pari
 modo dum sacerdos sacramenta administrat,
 virtute clauium hoc facit, sed dum laicus bap-
 tizat, non utitur clauem quae in ipso fit, cum
 characterem non habeat, sed est ob necessita-
 tatem sacramenti substitutus. Functiones ergo
 illae condendi leges, excommunicandi, &c.
 non indigent characterem: nihilominus iurisdic-
 ctio illa generaliter nomine clauium intelli-
 gitur, quas Christus dedit Petro. Attamen
 per antonomasiam nomine clauium intelli-
 gimus potestatem ordinis ad remittendum pec-
 cata. Atque haec nominantur claves sacra-
 mentales. Igitur definitionem clauium, quae
 quodammodo omnia comprehendit, bene
 colligit glossa super illud Matth. 18. Quodcu-
 que solueritis, &c. quae ait. Claves sunt discer-
 nendi scientia, & potentia iudicandi: id est, di-
 gnos recipere, & indignos debet excludere
 a regno. Hanc ergo clauium caelestem pote-
 statem haeretici de medio ecclesiae sublatam
 contendunt. Fuit enim haeresis primum No-
 uatianorum seu Catharorum, ac deinde VVit-
 cleff, vt est videre apud Thomam VValden-
 sem. 2. tomo de sacram. cap. 144. & duobus
 sequentibus. Aiunt enim quod claves non sunt
 potestates spirituales datae specialiter sacer-
 dotibus ad tollendum peccata hominibus
 quia hoc est agno proprium, de quo ait Ioan.
 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mun-
 di. Sed claves Petro & ecclesiae concessae non
 sunt nisi potestates scientiae iudicandi de via
 toribus conformiter ad voluntatem diuinam secun-
 dum iudicium legis Dei, atque adeo praedican-
 di, & exempla virtutum tribuendi fidelium,
 vt obseruentur a vijs inferni, & aperiantur eis
 aditus paradisi. Quae quidem potestates non in so-
 lis sacerdotibus, sed etiam in laicis doctis & p-
 b-licis existunt. Verba sunt illius haeretici. Vnde illud,
 Quaecumque solueris super terram, &c. vt supra di-
 ximus, sic glossabat, Nihil soluere poteris nisi
 quod in caelo sit prius solutum. Hac Lutherus
 haeresim

Dupliciter
peritur reg-
num caelorum
primo modo

definitio cla-
uum.

Viridess.

Haereticus
versuta ver-
ba.

Lutherus

haeresim totis venis ebibit, hanc foueam Ger-
 manis efodit, vbi totam eorum religionem
 conspeliuit. Quare excommunicandi pote-
 statem negauit, vt infra videbimus, & totam
 ecclesiae hierarchiam deturbanit. Nihilominus
 ad quaestionem tribus conclusionibus respō-
 detur. Prima. Claves spirituales remittendi
 peccata in solo Deo sunt trino & vno tanquam
 per eius primaeuam natiuamque autoritatem: in
 Christo autem quatenus homo est, existunt
 tanquam per potestatem excellentiae: sed in
 omnibus sacerdotibus tanquam in eius mini-
 stris, qui eius sacramenta ministrant, quae de
 eius latere pendentis in cruce promanarunt.
 Enimvero vt nullum malum, peccatum est,
 nisi quia contra Deum, iuxta illud Psalmi, Ti-
 bi soli peccauit & solus ipse est, cui natu-
 raliter conueniunt peccata dimittendi, iuxta il-
 lud Esaię 43. Ego sum ipse qui deleo iniqui-
 tates tuas propter me. Vnde Lucae. 5. Quis
 potest dimittere peccata nisi solus Deus? Quam
 Christus sententiam confirmans, vt se Deum
 illa ratione ostenderet, subdit. Vt autem scia-
 tis quia filius hominis habet potestatem in
 terra dimittendi peccata, ait Paralytico, Ti-
 bi dico, surge, cui per potestatem excellentiae ab
 seque sacramento peccata remittit, in cuius te-
 stimonium surgere eum iussit. Atque hanc ex-
 cellentiae virtutem designauit Ioannes dicens,
 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.
 At vero non subinde negauit, quin ad tollen-
 da peccata sacramentorum instrumentum utatur,
 quae per suos ministros applicatur. Vnde
 ergo nulla est blasphemia hanc clauium pote-
 statem in ecclesiae ministris agnoscere, vt hoc
 ipsum in gloriam ipsius Christi, & amplissi-
 mam eius potestatem referatur. Nam dum
 haeretici sciscitantur, quid causae esse posset,
 vt Christus hanc potestatem relinqueret, obuia
 est nostra responsio, quod antequam Deus esset
 homo non decebat hanc potestatem in ho-
 minibus esse, sed vt cum ipso solo de sua sa-
 lute tractarent. Postquam vero homo factus nos
 sanguine suo lauit, decentissimum fuit, vt hu-
 mano generi deinceps per homines consule-
 ret, vt scilicet humanos haberemus iudices eius
 autoritate pollentes, ad quos nostras deferre-
 mus peccatorum causas, nosque tum docerent,
 tum iudicarent, atque adeo absoluerent vel li-
 garent, vt eorum iudicio & corrigeremur, & fi-
 duciam salutis per eius sacramenta habere-
 mus, ac Deum hac ratione coleremus. At
 vero, quia haeretici nullam rationem admit-

Prima coclu-
sio.

Esaię. 43.
Luca. 5.

Cur Christus
claves reliq-
uit in eccle-
sia.

tunt, sed omnia volunt in euangelio fun-
 dari, satis illis esse deberet locus ille solennis
 Matth. 16. ad Petrum, Tibi dabo claves regni
 caelorum, qui si praecedentia verba & subse-
 quentia perpenderent, de potestate remittendi
 peccata planissime intelligitur. Rem enim
 Christus sapientissime deduxit ex illa confes-
 sione Petri ad Christum, Tu es filius Dei vi-
 ui: hoc est, non adoptiuus, sed naturalis, quales
 homines per actum vitae progignunt. Quae
 dem confessio primum est fundamentum fi-
 dei, cui peccatorum remissio nititur. Et ideo
 ab illa fundametalis petra Petro nomen indidit,
 super quo, vel super cuius confessione fundada
 esset ecclesia, cuius perinde ipse futurus esset
 caput, vices Christi gerens. Et quia capiti &
 principi rei publicae in signum supremam iu-
 risdictionis claves regni traduntur, in figu-
 ram huius subiunxit, Tibi dabo claves reg-
 ni caelorum. Claves scilicet, quas ego in qua
 tum Deus vnica cum patre & spiritu sancto per
 naturalem virtutem habeo, & tanquam homo per
 excellentiam, easdem tibi tanquam meo vicario
 dabo. Vt quemadmodum quicquid ego super
 terram soluo, solutum est in caelo, & quicquid
 ligo, ligatum est: sic quicquid tu solueris aut
 ligaueris super terram, solutum erit aut liga-
 tum in caelo. Cum ergo nulla fera caelum clauda-
 tur nisi solo peccato, planissimum est pote-
 statem illic remittendi peccata esse promissam.
 Nam si tantum Petro munus iudicandi ec-
 clesiam secundum diuinas regulas pollicere-
 tur, nihil noui ei promitteret: nam ius ipsum
 naturae vniuersos iudices & doctores non so-
 lum ecclesiasticos, verum & civiles admonet,
 vt nihil prorsus doceant, nullamque sententiam
 proferant, aut legem ferant, nisi quatenus in-
 tellexerint id esse diuinae voluntati & regule
 conformem. Christus autem aliquid egregium &
 supra naturale, quod de caelo ipse detulerat, si-
 gnificauit Petro largiri. Adde quod licet per
 praedicationes & iudicia humana mediate & re-
 motè aperiantur regnum caelorum, quatenus il-
 la ratione virtutes instituuntur, quibus coele-
 stis via communitur, nihilominus immediatè
 non aperitur regnum nisi per absolutionem pec-
 catorum, nec clauditur nisi clauium iudi-
 cio quo retinentur. Hanc ergo potestatem
 illic designauit. Accidit & in hac veritate al-
 lufio ad illam Christi praedicationem, Poenitenti-
 a agite, appropinquauit regnum caelorum,
 vt enim per poenitentiam diuina virtute sufful-
 tam regnum caelorum aperitur: ita & Petro pro
 N n n missae

Locus Matt.
16.

Confirmatio
huius verita-
tis.

missæ sunt claves pœnitentes absoluendi. At qui quanq̄ verba i. d. habeant, nisi promissio- nis formam, tamē vel illic eadē collata est po- testas, vel omni proculdubio certissimū est postea eadē tradidisse. Deus enim fidelis est, & seipsum in promissis negare non potest. Tradidit verō eā Ioan. vlt. vbi Christus inter rogato Petro, an se plus alijs diligeret, respō- denti q; eum diligere, ait, Pasce oues meas.

Secundus lo- cus.

Secundus locus apertissimus est ille Ioan. 20. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: nampe, remittendi peccata. Sicut mi- hi me viuēs pater; & ego mitto vos: scilicet, ad eandem functionem fundandi meam fi- dem, dispartendi q; in orbem virtutē passio- nis meæ. Accipite spiritum sanctum (quo re- mittuntur peccata) vt quemadmodū quorū ego remitto peccata, remissa sunt, & quorū retineo, retenta: ita & quorū vōs noīe meo; remisistis, retenta sunt. Vbi Chrysostomus, omnē potestatem, quā Christus habebat remittendi peccata, tradidisse apostolis. At quoniam con- fessionis materia, & hæc adeo sunt germanæ, vt vix altera absq; altera tractari queat, dist. 18. q. 1. art. 1. hunc locum, & alios ad hoc perti- nentes, q̄ pro nostra facultate potuimus locu- plentē, tractauimus. Nō ergo opus est iterum nauicam mouere. Adieciimus & sanctorum patrū auctoritates plurimas, quā uero pleraque, dist. 1. de pnia. Gratia, cōgessit, vt can. Agite, qui est Augustini, & can. Multiplex, qui est Leonis, atq; alios id genus patrū. Sed ad pro- positum peculiariter illa peracuta est redar- gutio Ambrosii, aduersus hæreticos negantes, posse hoīum ministerio peccata dimitti. Cur enim, inquit, baptizatis, si per hominē pecca- ta dimitti nō licet? Lutherani enim sacramē- tū saltem baptismi non negant. Illic ergo ne- cesse habent dicere, q̄ hominis ministerio sit peccatorū remissio, cur ergo non per sacra- mentū pœnitentiæ? Hac enim de causa in cō- cilio Constan. definitum est sacerdotes habe- re potestatem remittendi peccata, quia sunt sa- cramentorū administratores. Accedit in con- firmationē clauū illud Apostoli. 1. Corint. 5. quēadmodū & incestuosum quendā excōi- cauerit, & postmodū ab excōicatione absol- uerit. Iuuare se forsā possent hæretici testi- monio illo citato Hierony. super Esai. quasi potestas clauū non sit aliud q̄ sermone dñi, & testimonijs scripturarū, & exhortatione virtutum hoīes à peccatis retrahere. At verō Hierony. illud genus soluendi affirmās, non

Sanctorum patrū testi- monia.

Ambros.

Concilij Con- stantie.

negat aliud remittēdi peccata. Secunda cō- clusio. Non vna tantū, sed duæ sunt eiusmo- di claves. s. potestatis, & scientiæ. Probatur primò auctoritate euangelica, vbi claves sub numero plurali explicantur. Neq; verò vna clavis referenda est ad soluendū, & altera ad ligandū, sed ad vtrunq; requiritur vtraque. Quapropter cum dicitur claves non desi- gnatur distinctio potestatis ordinis, & po- testatis iurisdictionis, sed auctoritas cognoscē- di causam, & auctoritas ferēdi sententiā. Proba- tur. Potestas clauū est iudiciaria, vt dist. 18. q. 1. art. 1. late ostendimus: claves enim Deus apostolis, & eorum successoribus tribuere re- gni cœlorū, non fuit aliud, q̄ iudices eos con- stituere in condonandis, & retinendis pecca- tis. Ad hoc autem duo sunt necessaria: nempe, potestas ad simpliciter agendum, & habitus ad bene agendū, sicut voluntas est potestas volendi, & habitus iustitiæ, qualitas ad rectē volendū. Simili enim modo in sacerdote ad remittēdū peccata requiritur potestas indul- gendi, sed quia vsum idoneū illius potestatis habere nequit, nisi per iudicium de dignitate pœnitentis, an scilicet sit idoneus qui absol- uatur, an verò dign⁹ qui repellatur, ad vtrūq; requiritur facultas. Illa ergo facultas, & pote- stas, quam habet cogēdi pœnitentem, vt sua ei peccata referat, vt eius statum, & cōditio- nem cognoscat, est clavis scientiæ: & illa, per quā pœnitētē, vel absoluit, vel ad aliquā pœ- nitentiā obligat, vel prorsus repellit dicitur clavis potestatis. Et p hoc soluitur argumē- tū, quod quispiā posset obijcere. Impedimē- tum regni cœlorū non est nisi vnus generis: putā, peccatū, ergo vna sufficit clavis. Nega- tur, n. consequentia, siquidē ad idē opus duæ possunt esse facultates, quarū vna ordinatur & disponit ad alteram: nā & habēs clauē ape- riēdi feram, nisi artem habeat, nihil facit. Quā propter vsum clavis scientiæ antecedere debet vsum clavis potestatis: quoniam nisi cognita causa nequit iuste sententia ferri. Sicuti in na- turalibus, nisi prius agens passum disponat, & præparet, formam non inducit. Et confir- matur hoc exēplo externi fori: iudex. n. prius exercet potestatem scientiæ cogendo testes, & accusatorē, & reū veritatē p̄palare, & deinde cogit parere sententiā. Arguitur emergit tū ex hac similitudine argumētū: arguitur. n. q̄ eiusmodi claves non potius regni cœlorum q̄ inferni dici debeant: nā quēadmodū iudex & reū in carcerē intrudit, & liberatū educit:

Secunda cō- clusio.

Ratio cōclu- sionis.

ita &

ita & sacerdos dum peccata retinet, reum in- cludit in infernum, & dum absoluit, inde edu- cit. Respondetur, quod licet cui cœlum per retentionem peccati clauditur, infernus ape- riatur, vt intret: & dum alicui per absolutio- nem cœlum aperitur, infernus clauditur ne intret, tamen a digniori fit denominatio: nā finis humanæ vitæ est ingressus cœli, descen- sus enim ad infernum est per accidens: quia est exclusio à regno. Vnde si similitudo refe- rat ad iudicem secularem, in hoc debet col- locari, q̄ finis potissimū iudicis sit aperire carcerem, vt homo in libertatem exeat. Ar- guitur ergo rursus, quod inter claves ecclesiæ nulla debet esse potestas ligandi ad culpam, aut illam retinendi, quia sacramenta in bo- num hominum, & ad conferendā eis gratiā sunt instituta, præsertim cū ecclesia pro pec- catoribus oret. Respondetur: quod sicut Deus non obdurat, vt ait Augu. impertiendo mali- ciam: sed non conferendo gratiam: ita & sa- cerdos non dicitur peccatum retinere indu- cendo pœnitentem in ipsum, sed non absol- uendo, quem indignum iudicat, in quo Deū imitatur. Quod si hic quispiam interroget, quænam res sit ista clauū potestas. Scotus dist. 19. art. 3. in hoc singulariter respondet, q̄ non est character sacerdotalis: nam character ille non est nisi potestas conficiendi corpus, & sanguinem Christi verum: clavis autē est potestas ligandi, & soluendi. Imò sic, inquit, character à clauum potestate differt, vt ille esse possit sine ista, Quinuerò, ita re vera fuit nam in cœna Domini apostoli characterem sacerdotalem receperunt, & postmodū Ioan. 20. virtutem clauum, Quorū remisistis &c. Atq; eundē ordinem episcopus dum sacer- dotes initiat seruare videtur: nam prius tradi- to calice, & hostia imprimunt characterem cō- secrandi, & postea superpositis eis manibus, ait, Accipite spiritum sanctum, Quorum re- misistis &c. Et subdit, q̄ sicut sunt duæ cla- ues, forsā sunt duo characteres: imò necesse habet dicere esse tres: nempe, character con- secrandi, & duæ claves. vel saltem, inquit, cha- racter sacerdotalis est dispositio ad illas cla- ues, quæ nō sunt characteres. Alij nomina- les negātes, characterem distingui ab anima aiunt, hanc potestatem non esse, nisi essentiā ipsam animæ, quæ facultatem habet ligandi, & soluendi. Quinuerò Marsilius. q. 12. sic ar- guit. Quod potestas clauū sit in ecclesia est fides catholica: de characterē autem non est

Argum.

Quæ res sit.

Nominales.

nisi opinio: ergo character non est illa pote- stas. Nihilominus subiungitur hic tertia cō- clusio. Potestas hæc clauū, de qua in presen- tiam loquimur, quæ est remittendi, & reti- nendi peccata, non est aliud quàm sacerdo- talis character. Probatur, quia, vt dist. 1. q. 4. la- tē monstrauimus, character nil aliud est q̄ fa- cultas ad suscipiendum, vel conferendum ali- quod sacramentum: vt character baptismi ad suscipienda alia sacramenta, & character ordinis potestas illa conficiendi, & conferen- di. Ad hoc enim solū munus ordinatur sa- cerdos, atque hanc ob causam sacramentum ordinis ab omnibus asseritur characterē im- primere, quæ sit potestas supra corpus Chri- sti verum & mysticum. Et cum sacerdos pec- cata remittere aut retinere nō possit, nisi per applicationem sacramenti, fit, vt idem chara- cter, qui est potestas administrandi sacramen- tū, sit hæc potestas clauū. Nā alia potestas iu- risdictionis, quæ non immediatē versatur in retinendis, aut remittendis peccatis sacramē- taliter, nō indiget characterē. Neq; verò de hoc pugnaciter dimicandum est, sit ne chara- cter res aliqua distincta ab anima, eodē enim citato loco probabilius existimauimus, non esse rem distinctam: nihilominus admonui- mus non esse negādas propositiones illas in sēsu formali, character imprimitur in anima, & est indelebilis, & est facultas faciendi aliqd aut patiendi: ita, vt dicat animæ potentiam supranaturālē. Nam etsi nomen characteris non sit adeo antiquum, res tamen ipsa est de fide: nempe, q̄ per sacramētū baptismi tradi- tur facultas alia sacramenta suscipiendi, & per sacramentum ordinis ea cōferendi. Ad argumētū ergo Scoti, quantū ad id. quod de Christo adfert, qui prius visus est characterē sacerdotale apostolis cōtulisse, & postmodū potestatem clauū, art. proximo respōdebim⁹: nā cum haberet potestatem excellētiā, potuit diuisim illas facultates donare. Sed quantū ad id, quod subiunxit de episcopo ordināte sacerdotes, respondetur, simul dum imprimi- tur character cōferri potestatem clauū, sed quæ non potest oīa simul dicere, postmodū pro- latioe verborū. Accipite spiritū sanctum, & manū impositione declarat facultatē chara- cteris pri⁹ impressi. Ex quo fit, vt vn⁹ idēq; character per diuersos respectus ad diuersa officia dicatur plures potestates: nempe, con- ficiēdi eucharistiā, cognoscēdiq; delicta, ac perinde soluendi, & ligandi: sicut idē ignis ca-

Tertia cōclu- sio.

De characte- re.

Ad argum. Scoti.

Idem chara- plures potest

lefacit, rarefacit, & exiccat. Scotus quidē & Martilius. q. 12. dicunt, q̄ cū nō sit nisi vna potestas ligandi, & soluēdi, non est nisi vna clavis, sed dicuntur plures: quia Christus sic eas noīauit. At verō postq̄ Christus sic noīauit, cur negentur esse plures? Igitur quāuis potestas ligandi, & soluēdi significantiūs dicatur clavis, quia potestas cognoscēdi peccatū nō est, nisi dispositio & preparatio ad illā: nihilo minus quia obiecta sunt diuersa & actus diuersi, duæ sunt clauēs. s. scientiæ ad cognoscēdū, & potentiæ ad soluēdū, & ligandū.

Argum.

¶ Vnum hīc tamē argumentū soluēdū superest. Arguitur enim sic. Ad hunc vsū ab soluēdi, aut ligandi sacramentaliter nō sufficit, vt supra dictū est, potestas ordinis, sed requiritur iurisdicō: quia nemo potest, nisi suū subditū absoluere, ergo solus character nō est potestas soluēdi, & ligandi. Et cōfirmatur hoc, q̄ in definitiōe clauū dictū est, q̄ sit potestas, quia ecclesiasticū iudex dignos recipit: iudex autē nemo est nisi per iurisdicōnē Respondetur, q̄ potestas clauū nō dicit, nisi merā potentiā, iurisdicō autē non est, p̄ priē potentiā, sed applicatio materię ad agēs vt sequatur actio. Ignis nanq; si in vacuo existeret, potentiā quidē haberet calefaciēdi, nō tamē calefaceret, quia nō esset ei admota materia: sic dū sacerdoti cōfertur sacerdotiū curatum, non datur ei potestas clauū, quā iam per characterē habebat, sed applicatur ei populus, in quem illam exerceat, & applicatione illa facta, ille est propriē iudex

Solut. 1. Arg.

¶ Ad primū igitur argu. respondetur, q̄ ostiū cœli de se apertum est: quare in statu naturæ integræ nulla opus habebat clauē. Fuit autē per peccatū Adā occlusum toti humano generi: quia redidit totū suū genus indignū ingressū. Illud autem impedimentū tolli nō potuit, nisi per Christi passionē, post quam ideo Ioānes vidit illud apertū, & patere oībus. Sed quia etiam post baptismū applicata passione hoīes relabuntur, necessaria fuit clavis ad tollendū singulorū peccata.

Solutio. 2.

¶ Ad secūdū respondetur, q̄ Christus est ostiū cœli quatenus nemo nisi per eius fidē illuc intrare pōt, sed nihilominus post susceptā eius fidē, cōtra hīc homo peccatū, quod impedit eundē ingressū, quod quidē clauē tollēdū est. Quod autē ipse sit q̄ aperit & nemo claudit, & claudit, & nemo aperit, ad literā, inquit, S. Thom. refertur ad limbū, quod illuc descendens aperuit, vt viā eos educeret, & clausit, vt nemo

illuc amplius descēderet. Sed potest, & ad sigillatū librum, qui est sacra scriptura referri: nam quē sensum fidei ecclesia virtute spiritus sancti aperuerit, nemo potest claudere, hoc est negare, & quē ceu hæreticū clausit, nemo potest aperire: nempe, affirmare. Imō, & ad remisiōes sacramētales referri potest, quippe quæ virtute eius fiunt: nam cui ipse cœlum aperuerit, nemo potest claudere, iuxta verbū Pauli ad Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? ¶ Propter tertiu arg. Magister sentē. dist. 19. lapsus est in quandā inopinabile opinionē dicens, q̄ alterā istarū clauū. s. scientiæ, nō oēs habēt sacerdotes, vnde dolendū, inquit, & gemendum est. In docti. n. inquit, neq; hāc clauē habent anteq̄ ordinētur, nec eam in ordinationē recipiunt, sed qui antea scientia pollebant, licet tunc illa scientia nō esset clavis, sit tū in ordinatione eis clavis. Et hanc opinionē amplexus est glossator Decreti can. De quibus, d. 20. In hoc tamen non tenetur Magister, quia nō cōsonat euangelio: cū enim clauēs numero plurali Christus promiserit, & clavis potestatis sine clauē scientiæ idoneē nequeat exerceri, nefas est dicere, non conferri ambas sacerdoti dum ordinatur. Clavis ergo scientiæ non est habitus ille cognoscitiuus infusus vel acquiritus, quē Philosophi appellāt scientiam, sed accipitur nomen iuridicē, vt sit potestas cogēdi pœnitentē ad confitēda sua peccata, & ad verē rēdēdū, cū de illis illū sacerdos interrogat, licet omni scientia theologiæ & iurii careat. Prætor enim licet oībus sit literis destitutus, qua facultate potest de causis iudicare, potest testes, & reū cogere, vt veritate mpropalent: Et hęc in sacerdote dicitur clavis scientiæ. Verū tamē hoc ingenuē cū D. Tho. confitendū, q̄ qui ordines absq; vlla scientiæ cognitione suscipiunt grauiter peccant, neq; solū ipsi, sed episcopi ad id muneris illos admittentes, & præter illud peccatū sic suscipiēdi ordines, multa etiā in eorum vsu accumulānt. Et hoc est dolendum, & lugendum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum clauū potestātē Christus apostolis conuenit Io. 20. Accipite spiritū sanctū. m. etc.



Vanuis constantissimū sit, hanc potestātē Christū ecclesiæ tradidisse, nō tamē tam certū est quo loco eam tradiderit. Arguitur ergo q̄

Partis negatiue argumētum primū.

go, q̄ non tradiderit eam Io. 20. post resurrectionē. Nam huiusmodi potestas apostolico muneri annexa est, sunt enim apostoli ecclesiæ principes, quibus ideo clauēs regni conpetunt: apostolos autem Christus, vt Marci 3. legitur, in mōte creauit: ergo illic clauēs tanquā principib⁹ ecclesiæ cōtulit. ¶ Secūdo. Potestas clauū character, vt diximus, est sacerdotalis: sed in cœna instituti sunt apostoli: ergo illic potestātē acceperūt. ¶ In contrarium tū est forma verborū Ioā. 20. virtus enim remittēdi peccata in diuinis spiritui sancto per attributionē adscribitur, cui attribuitur bonitas: verba ergo illa, Accipite spiritum sanctū, Quorū remiseritis &c. perinde sonāt ac si dixisset Christus, Accipite potestātē remittēdi per spiritū sanctū p̄tā. ¶ De hac re cōtroueratur inter doctores, Armachan⁹ enim lib. 11. de quæst. Arme. c. 14. & 15. opinatur, q̄ Christus omnē ecclesiasticā potestātē. s. cōsecrandi, & reliqua sacramenta administrandi, & ligandi: & soluēdi apostolis simul contulit in monte, dum, vt Marci. 3. legitur, eos instituit apostolos. Et ratio est, quā iam fecimus, quia oēs istæ sunt apostolicæ functiones, sine quibus idcirco fieri nequiuērant apostoli. Alia adhibet argumētā, quæ infra absoluemus. ¶ Cardinalis verō Turcremata lib. 2. sum. ecclesiæ. c. 77. constituit de hac re sex propositiones. Prima. Hęc potestas clauū non fuit data Petro Matth. 16. quia illa tantū fuit promissio. In quā sententiā adducit Chrysost. & Hieron. Secunda. Illic fuit facta promissio plenaria clauū. s. potestatis ordinis, & iurisdicōis: Tertia Matth. 18. Nulla fuit data apostolis potestas, sed solū designata iurisdicō in foro exteriori: Quarta. Potestas clauū ordinis s. absoluēdi, & ligandi in foro p̄nīæ, fuit collata Petro, & apostolis Io. 20. Accipite spiritū sanctum &c. Quinta. Potestas iurisdicōnis plena in vtroq; foro data fuit Petro Io. vlti. illic, Pāscē oues meas. Sexta. Per Petrū derivata est iurisdicō ad alios apostolos, & dein de ad episcopos &c. ¶ His autem præmissis ad quæstionē responderetur quatuor conclusionibus: Prima. Quauis nullus esset alius locus in toto euangelio q̄ vel ille Matth. 16. Tibi dabo &c. vel illa verba Christi Ioann. 20. Accipite spiritū sanctū &c. satis esset ad asserendā cōclusionē tanq̄ catholicā, q̄ Christus ecclesiæ tradiderit clauēs: nā cū Deus mentiri non potuerit, fides catholica est id, quod p̄misit contulisse. Promisit autem illic, vt bene

Secūdum argumentum.

Partis affirmatiua.

Deciso articuli.

Glo. decreti.

Cardinalis Turcremata.

Propositio. 1.

Proposit. 2.

Proposit. 3.

Proposit. 4.

Proposit. 5.

Proposit. 6.

Prima cōclusio.

ait Turcremata, plenissimā potestātē tum ordinis, tum subinde vtriusq; iurisdicōnis. s. tam in foro p̄nīæ, q̄ in foro exteriori: nā in his cōsistit ecclesię constructio & fabrica, quam supra petram suæ confessionis Christus pollicitus est. Quinverō fortasse nō fuit sola pollicitatio, sed aliqua illic collatio, saltē iurisdicōnis, data, licet hoc non constet. Quod autē ait in tertia propositione. s. Matth. 18. Non esse promissam apostolis, nisi iurisdicōnem exteriorem, propterea q̄ illic fiebat mentio de correptione fraterna: porro, salua eius auctoritate, nō apparet verū. Nam cū eadē verba, quæ Petro dixerat, Quodcūq; solueris, repetita dixerit cunctis, eandem plenariam auctoritatem eidem dādam insinuauit. Etenim q̄ de correptione fraterna fieret sermo, non est argumentū, q̄ de restricta iurisdicōne in foro exteriori, fieret mentio. Sed probauit potestatem corripiendi fratrem illis dandam, aut illic dari: quia amplissimā haberent, vel haberi essent, vt quæcūq; soluerent in vtroq; foro essent soluta, & quæ ligassent, ligata. ¶ Rursus cum Ioan. 20. dixerit, Quorū remiseritis &c. constantissimum est, vel tunc illam facultatem contulisse, vel si antea contulerat tunc insufflasse spiritum sanctū ad idoneū eius vsū. Hinc fit, explorationē loci vbi clauēs cōtulit, non esse necessariā, nec admodum vtilem: nam eius utilitas non esset nisi ad cōstabiliendū potestātē clauū: si ergo ex his locis constat eam esse, parum refert scire vbi eā Christi facultatē donauerit. Nihilomin⁹ cū triplex sit ista p̄tās: nempe, sacerdotalis character ad cōsecradū, & p̄tās in foro interiori, & iurisdicō plenaria q̄ illis est annexa, in tribus diuersis locis sunt iste apostolis tradite, qd̄ sit cōtra Armachanū assertū. Sit ergo secūda conclusio. Quod Apostoli ordinati fuerint sacerdotes vbi fuerunt ad apostolatū assumpti, vt vult Armachanus: quāuis ratio in neutra partē cogat, longē tamen minus p̄babilitatis habet, q̄ q̄ fuerint ordinati in cœna. Primum quia eo solo excepto, doctores oēs tenent ordinatos esse in cœna dum Christus sacramentum eucharistiæ instituit. Et ratio est, quia prius debuit sacramentū institui, q̄ eius minister. Præterea (quæ mea est coniectura) mysteriū sacrosancti eucharistiæ sacramenti nunq̄ apostolis fuit auditū, quousque Christus in cœna tradidit eis suū corpus, & sanguinē in cibum, & potum. Tamen si antea Ioan. 6. de eodem mysterio comedendū car-

Ioan. 20.

Secūda conclusio.

neth suam, & bibedi sanguinem disseruerat, non tamen modum maducandi patefecerat, quousque re ipsa eos docuit. Dicere autē sacerdotēs fuisse prius institutos, q̄ mysterium consecrādi intelligerent, ratio nō finit. **¶ Tertia conclusio.** Quod illic in cœna collata eis fuerit potestas clauium in foro poenitentiae, probabilitate non caret: attamen multo est probabilius, illam fuisse collatā Ioā. 20. Prior pars probatur: nam cūm illic fuerit apostolis impressus sacerdotalis character, quem diximus esse modo potestatem clauium, coniectura fuit, vt quemadmodum nunc dum sacerdotes ordinantur in impressione characteris illam potestatem suscipiunt, ita & tūc susceperint apostoli. Sed tamen tunc diceadū est, q̄ acceperūt illā potestatem alligatam, ne vt illa possent quousq; post resurrectionem spiritum sanctum ad id muneris suscipere. Et ideo Ioā 20. Datus est eis spiritus sanctus, atque adeo facultas eadem potestate vtendi. Et re vera parui refert, sic vel aliter dicatur. Nihilominus verba ipsa. Accipite, & Quorū remiseritis, vehementiorē ingenerant opinionem, q̄ illic fuerit eadē potestas collata. Præterq̄ q̄ omnium doctorum autoritas huic sententiae suffragatur, vt Turrecremata, & Caie. super eundem locū euangelij, & S. Tho. in. 4. dist. 24. q. 2. ar. 3. vbi ait, q̄ Christus dedit apostolis sacerdotalē potestatem quātū ad actum principalem in cœna, quando dixit, Accipite & manducate &c. subdens, Hoc facite in meam cōmemorationē. Quinuerō, & sacer Hierony. ad Hedibiam. q. 9. eandē asserit veritatem, vbi ait, quod licet ab initio quo apostoli ad apostolatū assumpti sunt, spiritum sanctum receperint, tamen post resurrectionē eundem receperūt ad hunc finem, vt peccata dimitterent. Idem ait super eundem locū Ioannis. Et similiter Chryso. atq; Ambro. hb. 1. de poenitentia. Dicendū ergo, q̄ in cœna tanq̄ in radice est, in characterē receperunt potestatem clauium, sed postea extensa fuit potestas eiusdem characteris ad hanc functionē, veluti dum episcopus ordinatur non suscipit characterem nouum, sed extensionē characteris sacerdotalis ad cōfirmandum, & ordinandum. Et sic opinio Armachani deseritur. **¶ Quarta conclusio.** Id quod ait Turrecremata Petri Ioan. vlti. plenissimam potestatem in vtroq; foro recepisse, verissimum est: quod verō subdit alios apostolos eadem per ipsum suscepisse, veritati non consonat.

Tertia conclusio.

Ratio.

Doctorum confirmatio.

Quarta conclusio.

Nam apostoli oēs cum omnibus apostolicis functionibus à Christo sunt immediate instituti. Hoc enim Paulus consulto probare contendit ad Galat. 1. & 2. Nam pseudapostoli hoc illi calumniabantur, quod cūm nō esset creatus immediatē à Christo, non esset verē apostolus. Et ideo concedens ipse neminem posse esse apostolum, nisi à Christo institutū probat se fuisse ab ipso immediatē in apostolatū assumptum. Quare ait, Paulus apostolus non ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christum. Ac subinde monstrare contendit, quod cæteri non eum euangelicā prædicationem docuerint, sed q̄ per reuelationem Iesu Christi spiritum propheticū suscepit. Atq; eadem ratione vacante loco Iudæ apostoli non substituerūt alium, sed fortē diuinitus exoptularūt, vt Christus eum eligeret, cui spiritū propheticū inspiraret, & apostolicam autoritatē perhiberet. Igitur cūm vtraque plenissima iurisdicctio de essentia sit apostolici muneris, vtrāq; à Christo omnes immediatē susceperūt, atq; adeo vnusquisq; erat per Christum episcopus vnuerſi orbis, quem ideo inter se partiti sunt, vt vnusq; ad suam plagam diuerteret. Vnde illos simul ordinauit dicens, Accipite, Hoc est corpus meum &c. Hoc in mei memoriam facietis. Et omnibus simul dedit potestatem remittēdi peccata, Accipite spiritum sanctum, Quorum remiseritis peccata &c. Atque omnibus plenissimā dedit iurisdicctiōē Matt. 18. Quocūq; solueritis super terrā &c. Quo fit, vt in munere apostolico omnes fuerint æquales Petro. Nisi quod Petrus tanq̄ ecclesiae caput erat eorū preses, vt cōcilium conuocaret, vt Actu. 15. legitur, & alia obiret prædientis officia, Quapropter tanquā qui perpetuo erat futurus caput, tandem Ioan. vltimū. suscepit eandem plenitudinem non solum tanquam apostolus, sed tanquam Christi vicarius, cuius autoritas permansura erat in eis, qui suam se dem occuparent. Hoc enim Petrus habuit singulare tanquā caput, q̄ cæteris data est potestas tantum personalis, non tamen successura in alios, nisi per autoritatem Petri. Nam etſi episcopi successores apostolorū dicatur, vt can. Quorum vices, dist. 68. illam tamē autoritatē non suscipiunt, nisi per Romanū pontificē Petri successorē. **¶ Sed vnus hīc tamen scrupulus superesse videtur, quod etſi cōstet hanc clauium potestatem Christum apostolis concessisse, non tamen subinde constat eam concessisse tanquā perpetuo in ecclesia duraturā.**

Paul. Galat. 1. & 2.

An clauium potestas fuerit cōcessa quā ppetuo in ecclesia duraturā.

concessisse tanquā perpetuo in ecclesia permansurā. De hoc autē statim arti. proximo. **¶ Solut. 1. arg.** Igitur, vt argumētis Armachani satisfaciamus, ad primū, quod nos fecimus, respondetur, q̄ Christus per potestatem excellentiē potuit apostolis apostolica munera successu teporum impertiri, & ideo non fuit necesse, vt eo tempore, quo eos ad apostolatū assumpsit, cuncta eis traderet. Vnde Marc. 3. non legitur, nisi quod fecerit, vt essent duodecim cū illo, vt mitteret eos prædicare, & dedit illis potestatem curādi infirmitates, & dæmonia eijciendi, quod erat ad confirmandam fidem necessariū, etiā ante passionē. At quia vsūm consecrandi, & absoluedi habituri nō erāt, nisi post passionē, illuc vsq; distulit eas facultates eis adijcere. Quapropter licet ante passionem iam essent destinati apostoli, & instituti, nihilominus eorum potestas, & facultas non fuit omnino completa, sed manca quousq; Christus resurrexit, imō vsq; ad pentecosten, quando susceperunt spiritum sanctū, & linguarum dona. **¶ Et per hoc respondetur ad secundum, nempe, q̄ diuersas potestates eiusdem characteris in diuersis teporibus eis contulit.** Et ideo licet impresserit eis characterem in cœna, postmodum tamen extēdit eiusdem potestatem ad remittenda peccata. Episcopus autē, q̄a habet suā potestatem sacramentis alligatā, non potest eam diuidere, sed vbi imprimi characterē, illic confert potestatem clauium. **¶ Aliter tamen Armachanus arguit, quod sic hīc tertiu argu.** Apostoli vt Matt. 4. legitur, baptizabant, idq; ex officio tanq̄ apostoli, atq; oleo curabāt infirmos eo more, quo Iacobus. c. 5. docet sacramentū extremæ vnctionis administrari, ergo sacramenta conferebant, atq; adeo ante cœnam erant sacerdotes. Ad hoc autē respondetur, q̄ licet apostoli ante dominicā cœnā baptizarent, non tamē subinde dicere cogimur, q̄ baptizauerint ex officio tanq̄ sacerdotes, sed iussu Christi. Præsertim cūm id modō laicis liceat. Quod autem oleo infirmos curarent, non pertinebat ad sacramentū extremæ vnctionis, sanē cūm illud nō cōferatur, nisi post sacramentū poenitentię & eucharistię, quæquidem sacramenta certū est apostolos ante passionē non administrasse. Illa ergo nō erat nisi simplex curatio per donum sanitatis. **¶ Quarto arguitur.** Si Christus in cœna apostolos ordinauit, subsequitur, quod duo eis contulit sacramenta ordinis ad conficiendū cor-

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

pus, & sanguinem, & sic plura sunt quā septē sacramenta: nā successiue dixit, Accipite & comedite, & postea, Accipite, & bibite. **¶ Sed respondetur,** quod Christus non illo verbo præciso ordinauit apostolos, Accipite, & comedite, vel illo, Accipite, & bibite, tunc enim solū eis porrexit eucharistię sacramentū, sed illo, Hoc facite in meā cōmemorationē. Quod licet dictū sit inter porrectionē corporis, & sanguinis, tamē ad vtrunq; referatur: quare non sunt duo sacramēta, sed vnū. Imō quāuis seorsum daret illas facultates ad diuersas materias, essent partiales facientes vnā potestatem, sicut sacramentū est vnū ex duabus speciebus constans. **¶ Quinto arguit** valentiū, quod potestas clauium soluēdi, & ligandi non fuerit collata illis Ioan. 20. sed ante resurrectionē, nam alias, inquit, sequeretur q̄ nec Iudas fuerit verē apostolus, sanē cū potestas clauium sit præcipuū de essentia apostoli, neq; D. Tho. eandē susceperit potestatem: nā Iudas iā laqueo se enecauerat, nec Thomas intererat dum Christus apostolis dixit, Accipite spiritū sanctū &c. Et tamen de Iuda ait Petrus Actu. 3. quod cōnumerat⁹ erat eis (.s. apostolis) & sortitus esset sortem ministerij apostoli. **¶ Respondetur autē,** quod vt Iudas sortitus diceretur fortē ministerij apostoli, factus erat fuisse iā cōnumeratum apostolis, functionēq; officio prædicandi, & sanandi infirmos characterēq; sacerdotalē suscepisse, qui radix erat potestatis clauium, tamē si sua culpa non fuerit eadem potestate donatus. De Thoma autē respondetur, quod apostolis tanq̄ cōmuni collegio data est illa potestas, quam ideo etiā absens Thomas tanq̄ membrū eiusdem collegij, suscepit. Quinverō illic oēs posteri sacerdotes eandē susceperūt potestatem, alioqui ne gandū esset presbyteros, qui modo sunt, illā habere. Si ergo nondum nati illā tunc in apostolis susceperunt, nil mirum si absens Thomas eā susceperit. Alij possent dicere, quod post dies octo, quando intulit digitum in Iatus Christi eandem suscepit potestatem. Sed congruentior est prior solutio.

Quintum argumentum.

Solutio.

De Thoma.

ARTICVLVS. III.

Vtrum clauis in solis sacerdotibus euangelicis existant.



ost hęc quæritur de clauium subiecto vtrum sint in solis sacerdotibus euangelicis. Et arguitur à parte negativa. Deus nunq̄ humana

Partis negativa arguitur.

num genus subsidio destituit, quo possent homines regnum cœlorum ingredi: hoc aut est munus clauium aperire regnum cœloru: ergo hæc potestas fuit in lege natura. Secundo. Sacerdotes veteris legis fuerunt verè sacerdotes diuinitus instituti, vt in Exodo, & Leuitico legitur: sed clauium potestas est sacerdoti annexa: ergo in veteri lege fuerunt clauis.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Partis affirmatiua.

Decisio articuli.

Anglia error.

Tertio. Quauis Christus clauium potestatem apostolis tradiderit, non tamen constat eam tradidisse tanq̄ perpetuò permansurã: non ergo residet in ecclesia. Quarto. Oes Christianos Christus, vt. i. Petr. 2. legitur, fecit regale sacerdotium: ergo omnes Christiani pari iure clauium habent autoritatem. In cõtrarium autem est verbum illud Ambrosii, quod in textu citauimus, Hoc ius (s. ligandi, & soluendi) solis cõcessum est sacerdotibus.

Quæstio hæc solennis est, nõ q̄ inter catholicos sit dubia, sed q̄ tum hæretici de illa peruersè sentiunt, tum & orthodoxis intellectu est necessaria. Lutherus enim, qui fuit eius. articulus à Leone cõdemnatus, in illo pestifero lib. de abroganda missa priuata contendit omnes Christianos esse sacerdotes, allegans illud citatũ Petri, quod sunt omnes genus electũ regale sacerdotiũ, & Apoc. 5. Fecisti nos federũ sacerdotes & Christi eius &c. Quare ait, q̄ sacerdotes rasi, & vncti hoc sibi per iniuriã assumunt, & arrogãt priuilegiũ. Et ideo ait in præfato art. Tantũ quilibet Christianus facit quãtũ Papa, & episcopus, etiã si mulier, aut puer sit. Eiusdẽ heresis autor prius fuerat VVitcleff, vt Thomas VValdẽ. refert tomio 2. de sacram. c. 7. & 28. & 141. Præter hanc hæresim alius error temporib⁹ nostris nunq̄ antea auditus. de hac ecclesiastica potestate exortus fuit Angliã sub Henrico octauo, q̄ animo repudiandi vxorem Catharinã litem cum Romano pontifice cõtestatus est, vnde occasionem nactus contendere cœpit ecclesiasticarum clauium potestatem penes regẽ esse, & ita se regem in temporalibus, & spiritualibus prædicauit episcopos, & sacerdotes creans. Quem errorem, vt ab Anglia propularent, multæ martyrum centuriã, sese gladijs, ignibus, atque alijs truculentis mortibus obiecerunt. Hanc verò procellam tandem diuina clementia per Philippum secundum catholicum Hispaniarũ regem, qui Mariam Christianissimam eiusdẽ Henrici filiam duxit, sedatam curauit. Igitur ad quæstionis

huius legitimã decisionem, meminisse prius oportet, multiplicis potestatis hæctenus explicatę. Est enim & potestas sacerdotalis characteris, & duplex iurisdicção tam in foro interiori ad ligandum, & soluendum per sacramentum pœnitentiã, q̄ in foro exteriori ad soluendũ, vel ligandũ per indulgentias, vel excommunicationem, ac demum ad gubernandam ecclesiam. Secundo supponendum huiusmodi potestates esse supranaturales, vt patet ex earum fine, qui est ingressus regni cœlorum. Nam potestas reipublicæ ciuilibus, naturalis est, vt pote ad finem naturalem: nempe, ad pacem, & tranquillitatem reipublicæ relata: licet finis hęc proximus ad illum supremum per Dei prouidentiam referatur.

Multiplex potestas.

Potestates ecclesiasticæ sunt supranaturales.

Prima cõclusio.

Ratio cõclusionis.

Ratio 2.

His suppositis ad quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Ante orbem redemptum nulla spiritualis fuit, aut in lege naturæ, aut sub lege scripta clauium potestas gratiæ effectrix. Probatur, quia clauis regni cœlorũ est, qua ipsum aperitur: sed ante Christum natum cunctis hominibus obseratum fuit, nam & iustissimi quique ad limbum descendebant sperantes beatam spem, & aduentum regni Christi: ergo tunc nulla erat potestas clauium. Secundo, quia vt distinct. 1. monstrauimus, in lege naturæ nulla erant propriè sacramenta, & in lege scripta licet essent sacramenta gratiam significantia per Christum conferendam, tamen nullam per se conferbant, sed omnes in sola fide venturi salui fiebant: potissima verò clauium virtus in applicatione sacramentorum consistit: ergo tunc nulla erat potestas clauium. Quare, & distinct. 2. & distinct. 18. collegimus, nullam fuisse sacramentalem cõfessionem in lege Mosayca. Atque hoc ipsum est, quod Baptista Christi prænunciũ, ac deinceps Dominus ipse nos docuerunt, dum euangelicam prædicationem inde auspiciati sunt, vt homines pœnitentiam agerent: quia appropinquaue rat regnum cœlorum, vbi Christus insinua uit in sacramento potissimum pœnitentiæ clauis eiusdem regni se collocaturum.

Secunda cõclusio.

Secunda conclusio. Christus fuit, qui primus habuit clauis regni cœlorum. Conclusio est sancti Thomæ distinct. 19. quæst. 1. arti. 1. vbi ait, quod virtus aliqua esse potest in aliquo, aut tanq̄ in per se agente, quod est perfectius, aut tanquam in instrumento, qui est minus perfectus modus: virtus autem aperiendi

aperiendi regnum cœlorum fuit in Christo tanquã in per se agente: nam quatenus Deus id per propriã autoritatem habebat: & quatenus homo, per meritum suæ passionis, vbi tollens peccata nostra, totiusque adeo mundi qui eius redemptionem expectauerat, cunctis regnum aperuit, iuxta verbũ eius ad la tronẽ in cruce. Hodie mecũ eris in paradiso: & ideo absq; charactere ordinis habuit clauẽ excellentiã, vt regnum etiã absq; sacramentis posset aperire: sacerdotes verò, qui sunt ceteri eius instrumentales ministri, nõ nisi per sacramenta: iuxta illud Apoc. 3. vbi asseritur habuisse clauẽ David, quod intelligitur quantum ad referenda mysteria scripturæ sacræ, cuius spiritu exponitur, & quantum ad ingressum regni cœlorũ, cuius virtute illuc ingreditur.

Tertia cõclusio.

Hereticorum cauillum.

2. Cauillum.

Matt. 28.

Tertia cõclusio. Christus hanc ecclesię tradidit potestatem nõ solũ vt in eis temporãliter duraret, quibus eã contulit, sed vt perpetuò esset in ecclesia permansurã. Quod. n. eã ecclesiã donauerit in superioribus probatũ est: sed q̄ eã perpetuò donauerit hæretici forsã inficiari possent dicẽtes, in euangelio nullam haberi mentionem perpetuæ successio nis: nam solis apostolorum personis dictũ est, Tibi dabo, &c. & Quorũ remisistis, &c. Itẽ: quia alijs facultatibus apostolos insigniuit: quæ in ecclesia non persistunt, vt dono linguarum & sanitarum, & spiritu prophetico ad cõmendã scripturam sacrã. Et ideo contra huiusmodi cauillationes probatur cõclusio. Christus fundauit ecclesiã vsq; ad cõsummationem seculi duraturã: nempe, super suam fidem & leges, sine quib⁹ nemini salus patere potest, atq; adeo fecit eã vnũ ouile, quod nisi qui intrauerint salui esse nequeũt. Vnde Matt. 24. Prædicabitur hoc euangeliũ regni in vniuerso orbe in testimoniũ omnibus gentibus & tunc veniet cõsummatio. Et Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationem seculi: sed potestates clauium sunt collatæ in bonũ commune totius ecclesiæ: ergo non solum apostolis, sed in illis suis etiã posteris sunt traditæ. Quare non opus fuit Christo successio num meminisse, sed ipsamet traditio clauium perpetuitatem designabat. Nam etsi solis apostolis dixerit, Ite, baptizate, &c. res ipsa ostendit baptismum perpetuò in ecclesia durare. Alias verò dignitates, quæ peculiariter ad apostolicam functionem pertinebant, non necessariò oportuit in ecclesia per

durare. Vnde Paul. ad Ephes. 4. distinguens, ecclesiæ membra ait, Ipse quidem dedit quosdam apostolos, quosdam autem prophetas & doctores ad cõsummationem sanctorũ in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi donec occurramus oēs in vnitatẽ fidei. s. in die iudicij. Quocirca & apostoli ipsi successores sibi crearũt, vt iã dicturi sum⁹.

Quarta conclusio.

Quarta conclusio, quia ad quæstionem respondetur. Potestas clauium sacramentalis in solis euangelicis sacerdotibus existit. Vbi adnotandum q̄ Christum clauis cõtulisse intelligi potest aut toti ecclesiasticæ reipublicæ in cõi sicuti præ gubernãdi se se, aut eligẽdi regẽ est i toto reipublicæ corpore aut psonis. At quicquid sit de iurisdicçãoe, de qua statim dicturi sumus potestas tñ clauium absoluendi & ligandi in foro pœnitentię manifestũ est nõ posse in corpore simul ecclesiæ consistere: quia est personalis potestas, quã sacerdos dũ sacro ordine initiatur, suscipit, quã diximus esse charactere: corpus. n. ecclesiæ nõ suscipit in communi ordines, sed personæ.

Probatur cõclusio aduersus hereticos vnico nititur fundamento quod ipsi subuertere cõtendunt. Superius enim. d. 13. q. 1. ar. 1. hereticorum catenam, & potissimũ Lutheri depinximus.

Lutherus.

Conclusio hæc apud catholicos probatione non indiget, sed aduersus hereticos vnico nititur fundamento quod ipsi subuertere cõtendunt. Superius enim. d. 13. q. 1. ar. 1. hereticorum catenam, & potissimũ Lutheri depinximus. Enimuerò, quia in sacramentis nullã vim gratiæ conferẽdi, aut mysteriũ vllũ supernaturale agnoscunt, sed docent vniciq; propriã fidẽ ad salutẽ sufficere, nihil mirum si neq; ad executionẽ horũ mysteriorũ selectũ aliquẽ ministrũ cõfiteãtur. Quapropter nõ eõ faciũt Christianos oēs sacerdotes quo Christianã dignitatẽ extollãt, sed quo sacramenta perfundẽt, in quib⁹ posita est Christiana religio. Illis ergo: qui sacramenta nostrã virtutẽ cõferunt habere iustificandi & in sacramento eucharistiæ corp⁹ Christi esse verũ, facillimũ est sub inde persuadere ministros esse diuinitus ad id delegatos, & per sanctã vnctionẽ institutos: vt in ordinis susceptioẽ gratia perfundatur, qua fiãt sacramentis gratiẽ administrãdis idonei. Vnde Pau. 1. Cor. 4. re vera nõ de cunctis promiscuẽ Christianis, sed singulariter d̄ ipsis apõstolis ac sacerdotib⁹ aiebat. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei: nam & pulcherrimus mundi ordo, in quo elementa alia alijs subsunt, & supra cœlestes hierarchiã, & ciuiles omnes reipublicæ nil aliud clamant, quã

quod ad singula officia publica sui sint desti-
nandi peculiari ministri: quanto ergo de-
centius ecclesiastica hierarchia id postulat,
quam regius Pfaltes reginā appellat ad dex-
tram sapientiae sedentem in vestitu deaura
to circumamictā varietate. Ad literam vide-
tur Apostolus. 1. Corin. 12. similem popularē
querimoniam reprimere. Conquerebantur
enim illi neochristiani, quod nō omnes in sa-
cerdotio, aut in alio eminentiori loco essent,
putantes ob id nō esse perfectē Christianos.
Quibus Paulus proposita membrorum simi-
litudine ait, in corpore ecclesiae alios esse ocu-
los, alios manus, alios pedes: nā diuersa sunt
gratiarū dona: scilicet, vt ait ad Ephes. 4. Alij
sunt apostoli, alij pastores, & doctores &c. si
ergo, inquit, dixerit pes, Quoniam non sum
manus, non sum de corpore, non ideo non
est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam
non sum oculus, non sum de corpore, non
ideo non est de corpore? Si totū corpus ocu-
lus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi adora-
tus? Lutherus autē nesciuit aliter litē dirime-
re, q̄ faciendo oēs oculos: vt faciendo populū
oculatissimū Argum, illa ratione oēs exocu-
lauit. Si enim omnes sunt episcopi, vbi subdi-
ti: & si oēs sacerdotes parochiales, vbi paro-
chiani? At verō quid opus est cum istis litiga-
re, cū manifestū sit apostolos ipos alios creaf-
se episcopos, & sacerdotes sibi successuros?
Nam Pau. vt legitur Actū. 20. vocauit ad se
presbyteros Asiae, quibus ait, Vos posuit spi-
ritus sanctus episcopos regere ecclesiam. Et. 1.
ad Timo. 3. docet, qualem oporteat esse epi-
scopū. Et. c. 4. admonet, ne cito cuiuspiā manus
imponat, vbi docet eū ordinasse in ep̄m, qui
subinde ordinabat presbyteros. & ad Titum
1. admonet ipsum, vt per ciuitates constituat
presbyteros, sicut ipse disposuit ei, quē ep̄m
etiam ordinauerat. At quoniā de re hac loco
citato dist. 13. q. 1. plura diximus, satis de hac
quarta conclusione: Respondetur ergo Lu-
thero, q̄ licet Petr. & Ioan. in Apoca. dicant,
q̄ Christus nos simul sacerdotes fecerit & re-
ges, non tamen affirmabit Lutherus: omnes
Christianos esse reges. Pari ergo modo licet
oēs christiani ea generali ratione dicantur sa-
cerdotes, quod se & sua Deo in sacrificiū of-
ferunt, nihilominus per antonomasiam illi di-
cuntur sacerdotes, qui ad sacramenta admini-
stranda consecrati sunt.

Pau. 1. cor. 12.

Pau. Eph. 4.

Lutherus.

Actū. 20.

*Luthero re-
spondetur.*

*Vbi data sit
potestas cum
eis sacerdo-
tibus.*

hac potestas data sit cunctis sacerdotibus.
Nam soli apostoli fuerunt à Christo ordina-
ti apostoli, soli; illi acceperunt spiritum san-
ctum in remissionem peccatorum. Et quan-
uis supra monstratum sit, illam potestatem su-
scipisse tanq̄ perpetuō in ecclesia duraturā,
posset nihilominus cauillator quispiam dice-
re, solū de iure diuino manere in episcopis,
qui dicuntur apostolorū successores, vt est in
can. Quorū vices. d. 68. atq; adeō inferre, q̄ po-
testas sacerdotalis non est, nisi de iure positi-
uo: quia. scilicet ecclesia sanxit, vt sacerdotes ordi-
narentur in auxiliū episcoporum. Responde-
tur tamen, q̄ sacerdotiū est de iure diuino, &
quantū ad potestatem consecrandi, & quan-
tum ad vim clauium absoluendi in foro pœ-
nitentiæ. De priori enim membro ambigere
nemo potest: nā cū character & ordo sacer-
dotalis sit de essentia conficiendi eucharistiæ:
& ecclesia non habeat auctoritatem mutandi
ea, quæ sunt de essentia sacramenti, non est du-
biū quin de iure diuino sit illa potestas in o-
mnibus sacerdotibus. Nā si solis apostolis eā
Christus tribuisset, nō auderet ecclesia, nisi so-
lis episcopis eorum successoribus tribuere.
Quare cū præter apostolos septuagintaduos
discipulos elegerit, vbi auxiliares presbyteri
episcoporum intelliguntur, sit vt dum aposto-
los sacris ordinibus initiavit, illic designa-
rit ordinādos presbyteros. De alia verō po-
testate ligandi, & soluendi res non est ita cer-
ta, vsus tamen ecclesiae, rerum diuinarum cer-
tissimus interpres, docet etiam eandē quoq;
iure diuino esse sacerdotio annexam porro
cū inter ordinandum post facultatem con-
secrandi ait. Accipite spiritum sanctum, Quo-
rum remiseritis &c. vbi profitetur, quod eo-
dem loco Ioan. 20. data sit illa potestas cun-
ctis sacerdotibus. Id quod Ambros. libr. 1. de
pœnitentia ait, solū permittit esse sacer-
dotibus. Et lib. 2. Concessit hoc, inquit, Chri-
stus apostolis, & de apostolis ad sacerdotium
officia transmissum est. Et ratio quoque suf-
fragatur: nam si connexio hæc potestatum
non esset de iure diuino, ecclesia posset fa-
cere, vt sacerdotali characteri non esset anne-
xa potestas clauium, quod certē efficere
nequit. Consentaneum enim est, vt dum
Christus potestatem presbyteris tradiderit
super corpus suum verum, simul & quæ il-
li annexa est, tradiderit super corpus mysti-
cum, vt dignē idem verum corpus possent
plebi dispensare. Accedit demum, quod
cū

Canillati.

Dilutio.

*Potestas li-
gandi, & sol-
uendi vbi fue-
rit collata
cunctis sacer-
dotibus.*

Ambros.

*Ratio opti-
ma.*

Alia ratio.

cū confessionum audientia tantū popu-
li, quantus est Christianus, soli episcopi
non sufficerent, non satis Christus eccle-
siae suæ consulisset, nisi presbyteris, qua
ratione sacerdotes sunt, eandem facultatem
relinqueret. Quare vbi illam apostolis dedit
tribuit & presbyteris, nisi quod iurisdictionū
distributionem commisit Petro, quæ nō est
de intrinseca ratione sacramenti, sed de neces-
sitate applicationis materiae.

*Discrimē in-
ter sacerdo-
tes legis na-
turae scriptæ
& nostræ.*
Ex his sequitur discrimen inter sacerdotes
legis naturæ, & scriptæ, ac nostros: oēs enim
erant verē sacerdotes sacrificia in Dei cultū
offerentes, atque adeō nonnullam habentes
spiritualem potestatem. Bisariam enim po-
testas dicitur spiritualis. Vno modō ratione
finis, atq; altero ratione effectus. Ratione fi-
nis dicitur, quia ordinatur ad veram religio-
nem. Et ratione effectus, quia instrumentalis
est, causa gratiæ. At qui dist. 1. q. 2. ostensum
est quemadmodum in lege naturæ res publi-
ca ipsa ciuilibus instituere poterat vera sacrifi-
cia, quibus verum Deum colerent, atq; adeō
sicut reges & magistratus creare poterat, ita
& sacerdotes, qui diuino cultui manciparen-
tur. Imō & rex ipse illos poterat instituere:
quia nullam habebant supernaturalem pote-
statē. Et tales legitur Gene. 17. fuisse in Aegy-
pto sacerdotes, & fuerunt inter Romanos, &
in alijs gentibus. Quinuerō poterant iure hæ-
reditario primogenituræ succedere. Quare
Melchisedec iussu Dei ferunt Iudæi, quia pri-
mogenitus erat Noe: nempe, se fuisse sacer-
dotem. Et Iacob, fertur, ius hoc à fratre suo
Esau fuisse mercatum. At verō sacerdotes le-
gis Moyse quāuis non habebant potestatem
spiritualem quantū ad effectum: scilicet, con-
ferendi gratiam, nihilominus, quia eorum sa-
crificia, vnctiones & vestes mystica erant &
figura rerum supernaturalium legis euangé-
licæ, non poterant à republica creari, sed à
Deo per ministerium Moyse. Et ideo Deus
instituit Aaron summum Pontificem, vt ha-
betur Exo. 28. & selegit tribum Leui, in qua
perpetuō essent sacerdotes & ministri tem-
pli. Nullam tamen habebant spiritualem po-
testatem quantum ad effectum conferendi
gratiam, atque adeō, nec concedendi indul-
gentias, nec excommunicandi, aut priuandi
beneficijs ecclesiasticis, quia hæc omnia sunt
spiritualia quoad effectum. In lege autem eu-
angelicā, quia sacerdotes potestatem ha-
bent spiritualem conferendi gratiam à Chri-

*Rex poterat
instituere sa-
cerdotes.*

*Sacerdotes le-
gis Moyse à
Deo creabantur.*

*Sacerdotes
euangelicæ le-
gis à Christo
creati sunt.*

sto ipso autore gratiæ & redemptore creati
sunt. Quod autem diximus in lege naturæ &
scripta fuisse verē sacerdotes intelligitur ante
promulgationem euangelij, quando poterat
esse verus vnus Dei cultus. Iam enim nulli-
bi sunt veri sacerdotes nisi in euangelica ec-
clesia. Nisi forsā aliqua sunt gentes, vbi lex
euangelica inuincibiliter ignoratur, quæ sint
ab omni idololatriæ genere mundæ & vnū
Deum colant. Quod de tota vna republicā
non est credibile: nā si legē naturæ seruassent
aliquo Deus eos supernaturali lumine irra-
diasset, vt veritatem inquirerēt. In Iudæis ve-
rō manifestum est nullū vigere iā verum sa-
cerdotium: quippe quod in euangelicū iam
translatum est, iuxta illud Pau. Heb. 7. Tran-
slato sacerdotio necesse est, vt legis transla-
tio fiat. Vt enim sacrificia omnia illa per vnū
cū sacrificiū Christi abolita sunt ita & sacer-
dotium. Per hæc ergo, quæ dicta sunt, argu-
menta facta soluta restant. Ad primum enim
respōdetur, quod sub lege naturæ hominum
genus non erat remedio destitutum: nam vt
d. 1. monstratū est, illucebat etiam tunc sub-
obscur⁹ quidā in eis fidei radius, quo legē na-
turalem seruantes per diuinum auxilium cō-
uertere poterant. At quia Christo nondum pas-
so sacramenta non conferebant gratiam, sit
vt nec fuerit in sacerdotibus illis potestas vl-
la clauium. Atq; idem respōdetur ad secun-
dum de sacerdotibus veteris legis. Tamen si
ratione prædicta à Deo essent creati. Ad
tertium autem iam responsum est, vbi dixi-
mus potestatem clauium esse ecclesiae tradi-
tam in perpetuum permanentem. Et ad
quartum: vbi declarauimus quemadmodum
Christiani omnes dicantur sacerdotes.

*Iudæi sū-
cerdotes.*

*Solutio pri-
mi arg.*

Solutio 2.

Solutio tertij

*Solutio quar-
ti.*

ARTICVLVS. IIII.

*Virum potestas iurisdictionis in vtroque foro sue-
rit sic collata ecclesie, vt in toto corpore
immediate resideat, an vero
in prelati eius.*



Vanus de potestate clauium
sacerdotali satis dictum sit, ta-
men de iurisdictione in vtro-
que foro dubium restat. Et ideo
arguitur q̄ eam Christus
tōti corpori ecclesie immediate tradiderit vt
inde deriuaretur ad prelatos. Potestas ciuilibis
gubernandi sese est in toto corpore rei publi-

*Pars affirmati-
ua.
Primum ar-
gumentum.*

ca, quæ potest regem eligere, vel se per alios magistratus gubernare: atque hanc potestatem Deus iure naturæ cuique reipublicæ dedit: ergo simili ratione Christus vniuersæ reipublicæ christianorum eandem contulit potestatem, & non personis singulis. **Secundò** arguitur. Conciliū vniuersale dicitur vniuersalem ecclesiam representare: ergo suam auctoritatem non habet à Papa, sed à se, quasi illic assistant omnes Senatores, & Procuratores ecclesiæ, per quam auctoritatem possunt de legibus, & magistratibus ecclesiæ disponere, cui alludit verbū illud Christi ad Petrum Matth. 18. Si te non audierit, dic ecclesiæ: quæ ratione videntur antistites appellari prælati ecclesiæ iuxta verbū Iacobi, Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ: ergo Christus iurisdictionem hæc toti ecclesiæ immediatè reliquit. **Tertiò**, quia sacerdos cardinalium senatus Papam creat: ergo nomine & auctoritate ecclesiæ illud facit: si ergo auctoritas creandi Papæ, qui est summū caput ecclesiæ, est in tota ecclesia, penes ipsam est tota ecclesiastica potestas & iurisdictione, & ab ipsa deriuatur in personas. **In contrarium est**, quod Christus nullibi legitur toti ecclesiæ congregationi vllam contulisse potestatem, sed personis. **Nihil hic dicere molimur de illa molesta lite**, vtrum concilium sit supra Papam, quæ causa est, vt nunquam concilia eo cando re foeliciter celebrentur, quo antiquitus. Sed quia rerum consequentia hoc exposcit, ne clauium tractatus inutilis maneat, quicquid sit de illa quæstione, pro nostra tenuitate subiectum proximum ecclesiasticæ potestatis, & iurisdictionis explorare adornamus. Enim uerò Gerson in tract. potestatis ecclesiasticæ, quem imitatur Almain in suo libro de comparatione Papæ & concilij cap. 6. atque alij fautores illius opinionis, quod concilium est supra Papam, arbitrati suam opinionem ex hoc fundamento pendere, aiunt, potestatem ecclesiasticam iurisdictionis in vtroque foro residere in tota vniuersitate ecclesiæ, hoc est, in toto corpore, quod aiunt categorematice instar reipublicæ ciuilibus. Iure enim nature potestas regendi reipublicam in tota ipsa est, & in nullo seorsum membro, nisi ab ipsa eligatur, vt est videre in antiquo regimine Romanorum, & nunc apud Venetos. Nisi illa, quæ rege gubernantur, ipsum elegerunt, in suam iurisdictionem autorem, quæ iure hereditario perpetuò succederet in suam sobo-

secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Pars negati.

Decisio articuli.

Gerson Almain.

An concilium sit supra Papam.

Fundamentū Gerson.

Res à reipublica recipit potestatem iurisdictionis.

lem, iuxta tenorem. I. Quod principi placuit, ff. de constitu. princip. Sic ergo aiunt existere potestatem in corpore ecclesiæ immediatè propter rationes, quas fecimus, & alias eiusdem vigoris. **In contrariū tamē ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur.** Prima. Potestas iurisdictionis ecclesiasticæ non residet in toto corpore immediatè, sed in prælati. Conclusio est Cardinalis à Turrecremata. 2. lib. sum. eccle. c. 71. & Caieta. in opusculo de comparatione Papæ, & concilij. Et notandū est primò discrimen: illi enim dicunt, quod Christus tradidit hanc potestatem communitati ecclesiæ, vt ipsa crearet prælatos, sicut Romani quibus regerentur. Nos autem dicimus e conuerso quod Christus tanquam vnicus rex regni celorum, & ecclesiæ caput instituit Petrum, & apostolos, atque alios prælatos, per quos ipse gubernaret ecclesiā. Ad cuius probationem hoc supponendum est, quod ipsi etiam admittunt: nempe, hanc potestatem non conuenire ecclesiæ iure naturali, aut humano, sed solo diuino per Christum nam Psalmo. 2. ait ipse. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius: id est, vnicus rex super vniuersalem ecclesiam. Et Psalmo. 109. Iurauit Dominus: & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Vnde Paul. ad Hebræ. 7. probat Christum vnicum esse sacerdotem ecclesiæ, à quo omne sacerdotium, & sacrificium deriuatur. Et ideo ait, quod alij sacerdotes sine iureiurando facti sunt, Christus autem cum iureiurando: quia in æternum erat permansurus. Idemque cap. 8. & 9. profequitur ostendens Christum esse vnicum Pontificem futurorum bonorum: hoc est, per cuius sacrificium, & sacramenta obuentura nobis sunt supra celestia bona. Atque adeò Psalmo. 44. Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus, seu præ participibus tuis, vbi denotatur omnes sacerdotes, & ecclesiæ antistites de eius sacerdotio participare, secundum illud Apostoli ad Colossen. 2. Qui est caput omnis principatus, & potestatis, quæ est in ecclesia. **Hoc ergo supposito sic arguitur.** Ecclesia non habet potestatem iurisdictionis, nisi à solo Christo: Christus aut nullibi legitur eā tradidisse corpori ecclesiæ, sed personis, & prælati: ergo in ipsis est immediatè. Probat minor quæ singulariter Petro dictū est, Tibi dabo claues

Prima conclusio.

Christus instituit prælatos per quos suam regat ecclesiam.

Potestas iure diuino conuenit ecclesiæ.

Paul. Heb. 7.

Psal. 44.

Tertium argumentum.

ues regni celorum, Quodcunq; solueris, &c. Et Ioan. vit. propter singularem amorē, quomodo Petrus diligebat, atq; adeò ob singularem dignitatem ei singulariter dixit, Pasce oues meas, vbi caput eū ecclesiæ constituit. Quare & illi pollicitus est dicens, Ego orabo pro te, vt non deficiat fides tua: nempe, quia super eius fidē prædixerat, se extructurū ecclesiam. Et ad apostolos singulariter ait, Quocunq; solueritis super terram, &c. & Quorum remiseritis, &c. ergo omnē iurisdictionē eis tribuit, atq; eius successoribus, iuxta verbū citatū Pau. Ipse dedit apostolos quosdā alios prophetas, &c. in opus ministerij: hoc est, vt essent eius ministri. Quare Pau. 1. Cor. 4. nō dixit eos fuisse ministros ecclesiæ, sed Christi. **Secundò**, id maximè confirmatur ex illo Ioā. 15. Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructū afferatis, &c. quasi dicat, nō sicut res publica ciuilibus eligunt regē, vos me elegistis, sed ego, qui ex me habeo regiā sacerdotalem; potestatem, eligi vos, vt meam colatis ecclesiam, & fructu germinare faciatis. **Atq;** hoc inde confirmatur, quod vt legitur Marci. 3. ipse ad se singulariter duodecim vocauit, quos fecit, vt essent apostoli, quibus ait Ioā. 20. Data est mihi potestas in celo & in terra: sicut misit me viuēs pater, & ego mitto vos, Accipite spiritum sanctum, &c. Certè nescio quid clarius. Perinde est, ac si dixisset, sicut ego à nulla reipublica potestatem habeo, sed cælitus mihi data est: ita neq; mei ministri ab ecclesia debent potestatem aliquā recipere, sed à me ipso. Et ideo quæ data est mihi potestas ego eam do vobis, Accipite spiritum sanctum: accipere autem spiritum sanctū non est totius corporis ecclesiæ, sed personale beneficiū. Enim uerò quia spiritus sanctus est in personis, ideo est in ecclesia, & non e conuerso. Quare in Pentecoste apostoli tanquā singulares personæ, & Dei ministri acceperunt ab ipso, & nō ab ecclesia spiritum sanctū. **Atq;** hinc sumitur quartum argumentum. Sacerdotes ecclesiæ instituantur per sacramentum ordinis, quo confertur gratia: gratiam autem ecclesia nō confert, sed Christus per virtutem sacramentorum, atq; adeò non ecclesia, sed Christus, qui est autor gratiæ, per suos proprios ministros instituit sacerdotes, atq; imprimi characterē, qui est consecrandi facultas & clauium potestas: ergo eadem ratione qua gratia, & vt arti. præcedenti diximus, character nō est

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Tertium argumentum.

in tota ecclesia, sed in personis, quibus Christus & gratiā confert, & characterem imprimi, colligitur vt iurisdictionē, quæ ad eandē clauium functionē est necessaria, non toti ecclesiæ, sed certis personis tribuerit. Profectò est magnū argumentum, quod si character consecrandi corpus verū, (quod manifestū est) non sit in toto corpore ecclesiæ, sed in personis: ita & iurisdictione non sit nisi in personis: quando quidem corpus mysticū super verum est tunc datum. **Vt autē res apertius pateat: arguitur sic quintò.** Christus non solū in terris a gubernat, sed & nunc de celo ecclesiam suā gubernat, quam ipse fundauit, iuxta illud, Ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationē seculi: dū autē vitam in terris degebat prælati nō habebat auctoritatē ab ecclesia, sed ab ipso tanquā ab autore eius & fundatore. Quare Pau. vt dictū est ad Gala. 1. ait nō fuisse ab hominibus nec per homines apostolū sed à Christo. Quocirca in apostolorū præfatiōe nō dicitur vicarij ecclesiæ, sed ipsius Christi. Quos operis tui (hoc est, functionis tue) Meidē (scilicet ecclesiæ) contulisti præesse pastores: ergo sicut illico post ascensum in cælum per suos ipse apostolos, & per quos illi constituebant episcopos, regebat ecclesiam, ad quod munus obeundū misit eis spiritū sanctum, pari nūc forma per apostolorum successores episcopos, & per discipulorum successores presbyteros, quos ipse elegit ecclesiam gubernat: non ergo potestas iurisdictionis descendit ab ecclesia immediatè, sed à Christo. Atq; hic perspicuum est discrimen, inter reipublicam ciuilem, & ecclesiæ, quod in reipublica ciuili nullus fuit à principio rex, cui competeret dominium, sed reipublica creauit suū regem, quæ poterat per alios à se creatos magistratus administrari. Ecclesiæ uerò Christus per se fuit rex à patre constitutus, vt in Psal. citato ait Dauid. Quare sicut in familia domestica nō residet auctoritas gubernandi domū, sed in patre familias, & alijs economis, & ministris, quos ipse voluerit eligere: ita & Christus regit suā familiā, cui nō dedit iurisdictionē sed ministris, quos ipse elegit, tanquā eius præfides. Accedit sextò, vt ait Turrecremata quod si Christus potestatem ecclesiasticā ecclesiæ contulisset, consequens fieret illā residere in tota congregatione. s. in laicis opificibus in mulierculis, & pueris & quod conciliū vice omnium congregaretur, sicut senatores noie totius ciuitatis aut regni, & cardinales per potestatem omnium eligerent

Quintū argumentum.

Postremū argumentum.

Ratio. 1.

eligerent Papam, quod certè multis nomini- bus est absurdum. Primum, quia cum in re publica sint multi inhabiles ad exercenda ec- clesiastica officia, mulieres enim non possunt esse presbyteri, sicut in civili republica pos- sunt esse reginæ, & pueri reges, indecorum esset toti ecclesiæ illam committere faculta- tem eligendi prælatos. Secundò, quia cum sit impossibile totum orbem, si totus Chri- stianus esset, conuocare ad eligendum Pa- pam, vana esset illa tam diffusa potestas. Ter- tiò, quia tunc sequeretur, quòd si Papa & epi- scopi aliquas leges ecclesiasticas conderet, & totus populus reclamaret, cum tanto excessu sit maior pars ecclesiæ, si adu- esset iudicio po- puli, quod tamen est hæreticum. Signum er- go est, quòd prælati non habent iurisdic- tionem ab ecclesiâ, sed à Christo sunt populo Christiano præfecti. Septimò & postremò arguitur argumento Caietani. Si potestas ec- clesiastica immediatè esset in ecclesiâ, seque- retur, quod si tota ecclesiæ congregatio sancire vellet, vt ecclesiâ non gubernaretur per vnũ pontificem, sed per duos, aut plures, vt dum Romana respublica per consules gubernaba- tur, & nũc gubernatur Venetiæ, id posset fa- cere, quòd esse hæreticum, fautores ipsi con- trariæ opinionis concedunt. Quocirca pro- fectò nõ bene sibi constant: nam si illa ratio- ne concilium asserant supra Papam, vt auto- ritas in tota ecclesiâ resideat, à qua pedit Pa- pa, consequens fit, vt ecclesiâ non sit insti- tuta instar regni, vt sit vna persona supre- mum caput, sed ad modum antiquæ Romæ, & illius reipublicæ, quàm. 5. Ethic. Aristot. ait per optimatum potentiam regi: quòd profe- ctò nemo Christianorum dicere audebit, nisi sit hæreticus. Ex his ergo planè colligitur appendix secunda conclusio. Summam ec- clesiasticæ potestatis primũ contulit Chri- stus Petro tanq̃ eius vicario & ecclesiæ capi- ti, quòd ipse constituit, à quo eiusq; successo- ribus in eadem sede eadem iurisdic- tio in to- tam ecclesiasticam hierarchiam deriuatur. Quia vt patet Matth. 16. ei tanquàm ecclesiæ fundamento, quòd sibi Christus substituit, plenariam pollicitus est clauium potestatem, quam Ioan. vlt. contulit, dum ter publicè & iuridicè interrogans an se plus omnibus dili- geret, quasi rogaret, an omnium esset dignif- simus, qui omnium esset caput, dixit, Pa- ce agnos meos. Hanc verò conclusionem non intendimus hinc multis cõprobare, esset enim

Ratio. 2.

magnam rerum sylum commouere, sed eã in hanc consequentiam a diecim°, quod ecclesia- stica potestas non in tota ecclesiæ communi- tate, sed in personis residet. Dum autem dici- mus, à Petro deriuari omnem ecclesiasticam potestatem, non intelligimus in reliquos a- postolos, iam enim supra art. 2. adstruximus apostolos immediatè à Christo omnem iur- isdictionem accepisse gubernandi orbem. Sed tamè nullus præter Petrum reliquit suc- cessorè vt per suam auctoritatem, & episcopi omnes & clerus ab vna sede Petri illam reci- piunt. Caue tamen ne subinde hinc elicias episcopos & presbyteros esse de iure positi- uo: sunt enim, vt paulò ante diximus, de iure diuino. Quare Papa facere nequit, vt nulli sint episcopi in ecclesiâ, aut sacerdotes. Sed tamè dicitur iurisdic- tio à Papa deriuari: quia per ipsum episcopi singuli suis dioccesibus mancipantur, & presbyteri suis paroccijs. At dũ de subiecto iurisdic- tionis loquimur, quam dicimus absq; sacerdotali caractere reperiri, dubitatio se insinuat, vtrum omni- bus possit Christianis conuenire. Et quidem de viris pro constanti relinquitur: quippe cum episcopus ante quàm ordinetur, iurisdic- tionem habeat indulgentias conferendi, & ex- communicationis leges & præcepta ferendi. Certum quoq; est viros omnes, nisi aliqua sint ecclesiastica lege prohibiti ad sacerdotiũ & episcopatum assumi posse. Sed de foe- mineo sexu quæstio nos interpeliat, vtrum sit capax spiritalis potestatis ecclesiasticæ. Nam vtrinq; nos admonet Paulus, dum ex vna parte ad Galat. 3. ait, quòd in Christo Iesu non est Iudæus nec Græcus, non est seruus nec liber, non est masculus nec foemina. Ex altera verò. 1. Corinth. 14. ait, Mulieres in ecclesiâ taceant, non enim permittitur eis lo- qui, sed subditas esse: si quid autem volundi- scere, domi viros suos interroget: turpe enim est mulieri loqui in ecclesiâ. Et ne quis arbitretur, suum, nõ Dei, præceptum esse, subdit. Si quis videtur propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo: quoniã Domini sunt madata. De hac quæstione oēs cõsentiũt, mu- lierẽ nõ posse potestatem ordinis suscipere, vt ait S. Tho. dist. 25. q. 2. Id quòd ibidè inter agè dũ de ordine examinadũ est: quia illa est po- testas immediate aperiendi regnũ coeloru. Sed de iurisdic- tione subdit ibidè in solutioe. 1. arg. quòd Abbatissæ nõ habet iurisdic- tionem ordi- nariam,

Septimũ ar- gumentũ.

Episcopi & presbyteri sunt de iure diuino.

Impugnatur ratio.

Dubiũ egre- gium.

Secunda con- clusio.

An mulier sit capax spi- ritualis pote- statis. Pan. ad Ga- lat. 3. Pan. 1. Cor. 14.

Abbatissæ nequeunt in- dicere præ- cepta spiri- tualia. Discrimen in- ter præcepta vtriusque po- testatis.

Abbatissæ non habet iurisdic- tionem ordinariam.

Abbatissæ non habet iurisdic- tionem ordinariam.

Abbatissæ non habet iurisdic- tionem ordinariam.

na, sed quasi commissariam propter pericu- lum cohabitationis virorum, & mulierũ. Et dist. 9. q. 1. art. 1. quæstio. 3. ad quartum ait. quòd cum mulier secundum Apostolum sit in statu subiectionis, non potest habere aliquã iurisdictionem spiritualem: quia etiam secun- dum Philoso. & Ethic. Corruptio vrbauitatis est, quando ad mulierem peruenit dominiũ. Vnde mulier neq; habet clauem ordinis, nec clauem iurisdictionis, sed mulieri, inquit, cõ- mittitur aliquis vsus clauium, sicut habere cor- reptionem in subditas mulieres propter pe- riculum, quòd imminere posset. Sub hoc er- go moderamine constituitur tertia conclu- sio. Mulier non potest in dignitate constitui cui sit spiritalis iurisdic- tio annexa. Hoc. n. videtur Pau. loco citato commonere. Et præ- terea. 1. ad Timo. 2. vbi ait, Mulier in silentio dicat cum omni subiectione: docere autem mulierem non permitto, nec dominari in vi- rum, sed esse in silentio. Quauis hinc non fiat mètio ecclesiæ, nec iurisdictionis simpliciter, sed in virum. Et confirmatur conclusio ra- tionem: quia potestas iurisdictionis licet nõ sit immediatè potestas clauium: hoc est, remit- tedi peccatũ, ordinatur tamen ad illam, imò ex illa ortum habent: atq; adeò sicut mulier non potest habere potestatem ordinis, fit vt nec ei congruat habere iurisdictionem spiritua- lem. Secundò, quia potestas iurisdictionis per- tinet ad dignitatẽ sponsi ecclesiæ, qualis fuit Christus: cum ergo sexus foemineus sit natu- ra sua virili subditus, iuxta illud Gene. 3. sub viri potestate eris, mulierem non decet præ- minentia illa, vt vim habeat coactiuam spiri- tualem. Tertio, quia iurisdictionis vsus requi- rit scientiam: mulierem autè nõ condecet li- teris vacare, vt theologia, vel iurã discat; qua- re neque decorum est, neque verò tutũ in di- gnitate illas constituere, cui iurisdic- tio spiri- tualium annexa sit, vnde animarũ salus pen- det. Quartum argumentum profectò ma- gni pòderis est, quod neq; Christus neque subin- de ecclesiâ talem dignitatem mulieri commi- sit, vt optimè Innoc. 3. cap. Noua, de pœ- nit. & remissio. adnotauit, vbi ait noua & in- audita esse quod abbatissæ moniales benedicant, aut confessions audiant, aut prædicent: cum beatissima virgo Maria dignior & excellen- tior fuerit apostolis vniuersis, cui tamen do- minus clauem regni coelorum non commisit: quo vtrique exemplo quantumuis in ecclesiâ mulieres præcellerint sanctitate præclarissi- ma, nunq̃ illis fuit potestas clauium commif- sa. Vnde Ambros. in lib. quæstionũ noui & vet. testam. & refertur can. Mulierem, 33. q. 5. ait quòd mulierem cõstat nullam habere au- toritatem, neq; iudicare posse. Et cap. Dile- cta, de maior. & obed. cauetur, quod ex commu- nicare non valet. Atqui in eadẽ sententiã sunt cõ- d. Thoma Theologi, vt Duran. dist. 19. q. 1. & Palud. ead. dist. q. 2. & Syluest. verb. Ab- batissa. §. 1. Atq; d. 32. can. Mulieres, qui est cõ- cilij Laodicentis, fit mentio mulierum, quas Græci presbyteras vocant: id est, matronas vi- duas, quib; forsan aliqua iurisdic- tio spiri- tualis committebatur, quas concilium inhi- bet tanq̃ ordinatas in ecclesiâ cõstitui. Quòd si arguas. Maius est prophetæ donum, q̃ spi- ritualis iurisdictionis: sed vt. 4. Regũ legitur, multæ fuerunt mulieres prophetissæ. Respon- detur, quòd prophetia neque est sacramentũ neque ad rem sacramentalem soluendi, & li- gandi attinens, vt spiritalis iurisdic- tio. Hinc fit quod Abbatissæ, & alia matres fan- ctimonialibus præfectæ ratione officij pote- statem non habent ponendi præcepta spiri- tualia, sicut religiosorum prælati, sed tantũm civilia, sicut matres familias. Discrimen au- tem hoc est huiusmodi. Principes seculares possunt præcepta ponere, quæ obliget qui- dem sub reatu mortali, sed quia non sunt spi- ritualium iudices, non est eorum facultas de- cernere, vt suum præceptum obliget sub reatu mortali, aut veniali, sed tantum constitui- re opus in genere virtutis, cuius transgressio ex natura, & quantitate, & qualitate rei pen- sari debet, sit ne mortalis, an venialis. Papa verò & ecclesiastici prælati eo ipso, quòd ali- quid præcipiunt sub sententiã excommuni- cationis, nisi præceptum contineat manife- stum errorem, obligat quidè sub reatu mor- tali, & tale est præceptum prælati in ordine nostro, si ponatur in scriptis, licet non ha- beat adiunctam censuram excommunica- tionis. Matriona ergo eo quòd præficatur monialibus, potestatem habet ponendi præ- cepta primi generis, sicut mater familias, cui subditæ tenentur obedire: nempe, ne literas scribãt, aut recipiant, aut cum viris lo- quantur, aut ad hortos exeant. Sed tamè ista præcepta ex natura rei æstimari debent sub quo reatu obligent, mortali, an veniali, Tantum enim ad custodiam domus confer- re possent, vt eorum transgressio esset morta- lis, & tam parum, vt esset venialis. Similia enim

secunda con- clusio.

Ratio conclu- sionis.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio. 4. ma- gni roboris.

enim præcepta posset mater familias ponere suis filiis, licet in monasterio vrgentior sit causa, & magis obligent illa præcepta. At vero ponere præceptum more religiosorum, ut eo ipso, quod in scriptis detur, intelligatur obligare ad mortale, re vera nequeunt ex facultate officij annexa. Nec de hoc vlllo modo dubitandum est: quia earum præfectura nõ est sicut religiosorum: alioqui possent excommunicare, quod nullus concedit, quia excommunicatio est priuatio bonorum spiritualium.

¶ Quod si quis arguat, ratione voti moniales teneri placere etiam si spirituale præceptum ponat: nõ si quis vouit alicui seculari obedientiam obedire tenetur: maxime si Deo votum faciat obediendi homini. Respondetur, quod dum quis vouet obedientiam esse alteri, non intelligitur, nisi prout moris est obtemperare, vel laicum laico, vel religiosum religioso. Ob id enim quod quis voueat obedire amico suo seculari, non propterea ille potest ponere ei spirituale præceptum, ut episcopus. Pari ergo modo moniales vouent obedire prælatæ secundum potestatem, quam ipse habent præcipiendi. ¶ Et confirmatur hoc, quia non sunt moniales in hac parte melioris conditionis, quam religiosorum conuersi, quibus tamen nunquam spiritualium cura demandatur. Reliquit enim D. Franciscus inter sua statuta ut conuersi absque sacris ordinibus fieri possent Guardiani, qui ideo curam animarum habebant, & subinde ceu episcopi electi non ordinati confessarios creare poterant, & casus reseruare, a quibus nisi de sua licentia nemo subditorum valeret absolui: spiritualiaque præcepta ponere, eademque sub censura excommunicationis. At quanuis hoc autoritate Patris fieri poterat, tamen quia sapienter iudicatum est minimè concedere, ut qui non haberent potestatem ad consecrandum corpus Christi verum, illam haberent spirituales curam erga mysticum, mos ille abolitus est.

¶ Possunt item eiusmodi præpositæ si habent iurisdictionem in aliquos vassallos, eis præcipere sicut seculares, sicuti possunt mulieres esse reginæ, quæ est gubernatio temporalis, non obstante verbo Aristotelis supra citato, quod videtur esse corruptio reipublicæ. Maxime si succedat iure hæreditario: nam ut Iudic. 4. legitur, Debora iudicauit populum Israel. Possunt itidem, ut ait Panormit. iuxta glo. in d. cap. Dilecta, præsentare ad beneficia, imò habet ibidem glossa, quod potest Abbatis

nequeunt præceptum ponere more religiosorum.

Ordo diuini Francisci.

tissa conferre ecclesias, & beneficia sibi subdita, atque idem Syluest. loco citato cum suo Panorm. Tametsi de hoc non sum adeo certus, an habeat ratione officij, vel ex Patris commissione. ¶ Hæc autem dicta sunt quatenus iurisdictione ratione officij competit mulieribus. Quod quidem, ut verum dicam: non video esse planè de iure diuino: nam Paulus non prohibet mulieres nisi docere in ecclesia, quas iubet subditas esse viris. Neque verò quod subdit, hæc esse mandata diuina, sic intelligit esse de iure diuino, ut non cadat dispensatio in illa. Sed hæc omnia sunt de iure canonico, quod ecclesia tanquam verbis Pauli consentaneum statuit. Quapropter prædictam conclusionem sub illa limitatione, ratione officij, constituimus: nam ex commissione non video cur non possint hanc habere potestatem constituendi huiusmodi præcepta spiritualia. Non, inquam, video cur Prouincialis vbi ei visum fuerit ad honorem domus, & monialium expedire, non possit Priorissis, & Abbatissis committere, ut possint huiusmodi præcepta spiritualia in graui necessitate ponere, citra tamen excommunicationis censuram: nõ hæc facultas nunquam mulieribus commissæ est, nec eis committere decet. Tametsi Paulus loco citato, quia hoc est ius posituum, censeat eam quoque posse eis committi, cum committatur merè laico, ut dist. 22. videbimus. ¶ Ad autoritatem ergo in contrarium allatam Pauli ad Galat. 3. respondetur, illud, quod in Christo Iesu non est Iudæus, nec Græcus, masculus, nec foemina, intelligi, quantum ad susceptionem fidei, ad quam, cum vniuersos mortales obliget, absque vlllo discrimine, omnis anima rationalis admittenda est.

¶ Ad primum igitur argumentum iam responsum est, nõ esse simile de potestate civili, quæ naturalis est, & de ecclesiastica supranaturali, quam Christus tanquam per se rex illius per suos proprios ministros gubernat. ¶ Ad secundum de concilio Cardinales Turrecremata, & Caietanus locis citatis respondent è regione omnino ad Gersonem, & alios. Qui. n. à parte concilij pugnant, dicunt Papam à concilio recipere autoritatem. Cardinales verò supra citati dicunt è conuerso, quod concilium recipit illam à Papa. Sed certè vtrunque (ut sub correctione ecclesiæ, & peritorum dixerim) falsum apparet. Prior. n. opinio satis est impugnata. Sed nec posterior censetur vera: quoniam episcopi, & qui legitimæ sunt personæ

Abbatissa ex commissione possunt ponere præcepta spiritualia.

Solutio prima.

Solutio 2.

Impugnatio posteriori personæ

personæ concilij legitime congregati præsentante Papa, aut eius legatis, eo ipso quod sunt episcopi per se habent, dum publica autoritate congregantur, autoritatem ecclesiæ, sicuti senatores in senatu. Quare nulla alia indigent Patris autoritate, nisi quod ipse sit præses tanquam caput. Non quod ipsi episcopi sint tanquam procuratores totius ecclesiæ recipientes autoritatem à toto populo, sed per autoritatem episcopalem, quam à Christo susceperunt, dum publico nomine congregantur habent autoritatem, quibus spiritus sanctus, ut errare nequeat, assistit. Quocirca quod concilium dicitur vniuersalem ecclesiam representans, in antiquis concilijs non legitur, sed est nouum. Et ideo, ut verum sit, non debet accipi in eo sensu quasi illic totus Christianus populus per suos procuratores, & legatos sit congregatus, nam populus non habet talem autoritatem coeundi in concilio per se, vel per alios. Imò licet omnis populus reclamaret, possent episcopi cum Papa facere concilium. Sed quod ipsi soli per potestatem diuinam representant totam ecclesiam, ut possint Christianum populum cogere, ut sibi auscultent, & pareant. Non ergo aliter concilium habet autoritatem à summo Pontifice, quam quod episcopi creantur ab ipso. Et è contrario, si aliqua ratione concilium est supra Papam, non est quod ipse à concilio vllam recipiat autoritatem, sed quia omne membrum, etiam caput: est pars totius, & ideo tenetur stare decreto, & sententia totius. ¶ Ad tertium eodè pacto respondetur, quod licet cardinalium collegium eligat Papam, tamen, cardinales nõ eligunt nomine totius ecclesiæ, quasi totus populus habeat autoritatem eligendi Papam: sed quod etsi electio ad omnes episcopos spectaret, tamen quia nõ possent sine magno dispendio, & multo tempore conuenire, electio cardinalibus est commissæ. Attamen Papa ab illis dum eligitur, nullam potestatem acquirit, sed à Christo, quia instituitur successor Petri.

Quo sensu debeat accipi, quod concilium representat vniuersalem ecclesiam.

Solutio 3.

ARTICVLVS. V.

Virum quilibet sacerdos possit vti clauem in quemlibet.

Pars affirmatiua. Primum argumentum.



Andem quæritur de vfu clauium & arguitur, quod possit vnusquilibet sacerdotum in quemlibet sua vti clauem. Sacerdotes à

Christo susceperunt autoritatem illo verbo Ioan. 20. Quorum remiseritis &c. vbi nulla est facta restrictio: ergo potest sacerdos vnusquique absolueret. ¶ Secundò arguitur. Si non posset vnusquisque sacerdos omnes absolvere, hoc esset ex defectu iurisdictionis: sed maior est defectus gratiæ: quam iurisdictionis: quia vbi Christus dedit apostolis potestatem absoluendi insufflauit in eos spiritum sanctum: & tamen mali sacerdotes possunt absolueret: nam alias nemo subditorum esset certus, an fuerit absolutus, cum nemini constet suum sacerdotem esse in gratia: ergo & sine iurisdictione absolutio erit valida. ¶ In contrarium est cap. Omnis vtriusque sexus, vbi prohibetur ne vllus sacerdos alienum parochianum, nisi de licentia sui sacerdotis absoluat.

Secundum argumentum.

Pars negatiua.

Decisio articuli.

Prima conclusio.

Notationem.

¶ De isto vfu clauium quoniam distin. 1. q. 5. multa inter tractandum de ministris sacramentorum diximus, pauciora hic dicenda sunt. Ad quæstionem ergo duabus conclusionibus respondetur. Prima. Nullus sacerdos absque potestate iurisdictionis potest vti clauem ordinis absoluendo, aut ligando. Hanc conclusionem art. 1. tetigimus, vbi dicebamus characterem esse meram potentiam, quæ agere non potest, nisi passum ei applicetur, ut agat: subiicitur autem per iurisdictionem sacerdoti materia, per quam ei subditi addicuntur. Si autem altiore rationem desideres, hæc est egregia, quod officium pastoris est ad salutem gregis oculatè attendere: supremus autem ecclesiæ pastor non sufficit toti ecclesiæ prospicere, nisi singulis diocesis episcopos præficiat, neque episcopus toti diocesi, nisi parochijs parochiales sacerdotes præponat: cum ergo summa gregis notitia, & iudicium per confessionem sacramentalem sumatur, in hoc sacramento præcipuè decet, ut non sit liberum cuiunque ad quemlibet sacerdotem discurre, sed sit quisque suo proprio alligatus, ut non nisi illi, vel de eius licentia confiteatur: hoc autem ligamentum fit per iurisdictionem: ergo absque illa nemo sacerdotum potest quemquam absolueret. Multò ergo congruentius in hoc foro necessaria est iurisdictione, quam in exteriori, vbi tamen nullus sine iurisdictione potest quemquam iudicare. Quare, licet sacerdos non subditum absolueret tentauerit, nulla est absolutio, nisi in articulo mortis. ¶ Vtrum autem hoc sit de iure diuino, quod Armachanus lib. 11. diuina.

Ooo negat

negat, supra dist. 18. q. 4. art. 2. discussimus, cōcludentes hoc esse de iure diuino: cū Christus has iurisdictiones instituerit, cōtra quod ideo ius nulla consuetudine præscribitur. c. Si episcopus. de poeni. & remis. lib. 6. Cuncta illic, quæ ad confessionem proprio sacerdoti faciendā attinent, elucidata sunt. Eadem ratione nō potest sacerdos à casibus reseruatīs aliquem absoluerē, quia in hoc poenitens non est eius subditus. Et pari iure, nec potest excommunicatum absoluerē: quia priuatus est sacramētis. Cæterum in omnes alios subditos potest clauē suā uti. Et est similitudo in clauī materiali, quæ non potest aperiri, nisi propriā seram: & in causis naturalibus, quarum nulla potest agere, nisi in subiectam sibi materiam. Ignis enim non potest cœlum inflammare, neque calor naturalis hominis ferum digerere, quod potest calor struthionis. Quod si argumentum in contrarium sacerdotum veteris legis afferatur, ubi nulla erat iurisdictionis distinctio, nullū est, tum quod totus ille populus non habebat, nisi vnicū templum instar vniū parochiæ, tum præsertim, quod sacerdotes non habebant potestatem spiritualem soluendi, velligandi, vel excommunicandi. **Secunda conclusio.** Quamquam minister sit in peccato mortali, nihilominus iurisdictionē retinet, vt absoluerē possit, nisi fuerit schismaticus, vel hæreticus, vel suspensus, vel degradatus, aut excommunicatus nominatim, vel propter manifestā clericī percussione. Hanc conclusionem dist. 1. citata. art. 5. & 6. latissimè contra hæreticos, & contra Armachanū confirmauimus. Cū enim ministri non sint, per sacramētum proprii autores gratiæ, sed Christus, eorū malitia non obstat quominus sacramētum sit validum. Quare bonitas morum ministri non est de essentia sacramenti, iuxta sententiam Augustini interpretantis verbum Ioannis Matth. 3. Ipse (scilicet Christus) est, qui baptizat. Quapropter licet minister gratia careat virtute Christi per sacramētum confertur. **At** verò quoniam iurdictio, vt dictū est, autoritate ecclesiæ tribuitur ei, qui episcopi ecclesiæ, aut parochiæ præficitur; potest eadem ecclesia vsum eiusdem iurisdictionis ei suspendere, vt facit in schismaticis, hæreticis &c. Quare licet attentent sacramētum poenitentiæ administrare, non valet sacramētū, nec absolutio tenet. Quod si arguas. Si attentent sacramētum eucharistiæ conficere, sa-

Secunda conclusio.

Obiectio.

cramētum tenet: ergo si absoluant: nam dicere ad hoc requiri iurisdictionem, nō tamē ad illud, videtur principitij petio. Negatur tamen consequentia, nec est petitiō principij: quoniam in omni sacramento requiritur materia, & forma: & in sacramento eucharistiæ materia est duntaxat panis, & vinum: quare nulla iurdictio ad consecradum requiritur. Materia verò poenitentiæ est ipse poenitens; & ubi suspēditur iurisdictionis, vsum, siue per suspensionem sacerdotis, siue per excommunicationem subditi, subtrahitur materia necessaria sacramenti. Quare in sacramento poenitentiæ vsum iurisdictionis est de essentia, nō tamen in sacramento eucharistiæ, aut in ceteris. Quapropter si quis sacerdotum non subditum baptizet, quauis si extra extremam necessitatem id faciat, peccet, nihilominus quia materia legitima est aqua, sacramētum tenet. Neque ob id solum quod characterem imprimit: nam etiam si extremam vntionē administraret, esset valida, idque quauis esset suspensus, licet tunc grauius peccaret. Idē est si episcopus alienum subditum confirmaret, aut etiam ordinaret, etiam si esset suspensus: quia in ijs sacramentis materia, & forma concurrūt. Neque consistunt in actu iudiciali, ubi cognoscenda est causa, & ferenda sententia: hac enim de causa in sacramento poenitentiæ vsum iurisdictionis est de essentia. De his autē quia in superioribus sunt elucidata, satis in præsentiarum. **Ad primum** igitur argumentum respondetur, quod etsi in susceptiōe ordinum omnes suscipiant potestatem ordinis, quæ est potestas absoluendi, iuxta citatū verbum, Quorum remisistis &c. est nihilominus necessaria applicatio materiæ, quæ sit per iurisdictionem, quæ promissa est singulariter Petro Matth. 16. vt ab ipso in omnes descenderet. **Ad secundum** respondetur concessio quod defectu iurisdictionis non potest quilibet sacerdos quemlibet absoluerē, sed negatur consequentia dum infertur, tantum impedimentum esse defectum gratiæ. Nam etsi peius sit sacerdoti gratia, quam iurisdictione carere, tamen administrationi sacramenti iurisdictionis est necessaria potius, quam gratia ob rationem prædictam.

Dilutio.

Vsum iurisdictionis est de essentia in sacramento poenitentiæ.

Solut. 1. arg.

Solutio. 2.

DISTIN

DISTINCTIONIS vigesimæ, Quæst. secūda, De virtute, & effectu clauū.

ARTICVLVS. I.

Virum effectus clauū se extendat ad remissionem peccati quo ad culpam, & poenam.



Potestas clauū duplex est, vt articulo. 1. superioris quæstionis distinximus. Vna est sacerdotalis characteris, quæ dicitur sacramentalis, eo quod effectum habet in sacramento poenitentiæ ligandi, & soluēdi. Et hæc proprie, & principaliter dicitur potestas clauū. Alia verò est, quæ characterē nō indiget: vt potestas iurisdictionis, quæ in non sacerdotibus existere potest, quæ non ita proprie dicitur potestas clauū, sed mediata, quia non est sacramentalis, sed extra sacramētum per illam fit remissio peccatorū quo ad poenam: nempe, per indulgentiarum largitiones, & ligatio per excommunicationem. De effectu ergo huius secūdæ potestatis in duabus subsequētibus distinctionibus agendum nobis restat. Sed de effectu primæ, quæ est sacramentalis, præsens locus dicendum requirit, vt tota materia sacramenti poenitentiæ completum hac quæstione suscipiat. **Arguitur** ergo, quod virtus hæc clauū non se extendat ad remissionem culpæ. Remittere peccata, quia fit per gratiam, est proprius effectus solius Dei per spiritum sanctum, iuxta illud Psalm. Gratiam, & gloriam dabit Dominus: ergo sacerdos non remittit peccata. **Secundo**, Qui ad poenitentiam accedit non contritus, indigne accedit: quia accusatio, qua se ostēdit poenitere Deum offendisse, mendax est: qui autem indignè accedit, nullam per sacramētum gratiam suscipit: qui autem accedit contritus ante sacramentalē absolutionē est in gratia: ergo nunquā virtute clauū fiet peccatorum remissio. **Sed** tertio quod vi clauū nulla remittatur poena tēporalis arguitur: quoniam eadem ratione possēt remitti tota: consequens tamen est falsum; quia cū satisfactio sit pars sacramēti, apparet semper

Partis negativæ argu. 1.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

relinqui aliqua particula, quæ sit satisfactiōis materia. **In** contrarium est tum verbū euāgelicum, Quorum remisistis peccata, remissa sunt: tum etiam forma sacramentalis, Ego te absoluo.

Hanc quæstionem disputat D. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. Aliter tamen definire saltem verbis illam videtur, quam similem de sacramentis definit, 3. par. q. 62. In 4. manq; tanquā expositor Magistri, qui ait, sacerdotem non absoluerē, sed ostendere absolutum, in illam partē inclinavit, quod sacerdos absolute non remittit culpā, eo quod non remittit, nisi tanquam instrumētum. Sed tñ in 3. par. non negat quin sacramenta simpliciter dicantur cōferre gratiam, licet id non faciāt, nisi tanquā instrumēta. Tribus igitur cōclusionibus sub distinctione respondetur. Agens enim alicuius effectus duplex est: scilicet, principale, & instrumentale. **Est** ergo prima conclusio.

Decisio arti.

Prima cōclusio.

Tanquam agens principale, & per naturalē, & propriam autoritatem sacerdos nō remittit culpam, sed solus Deus: vt enim peccatū solum cōtra ipsum committitur, iuxta illud Psalm. Tibi soli peccavi: ita & ipsius est proprium peccata remittere. Ad hæc, cū gratia, per quā fit remissio, sit acceptatio ad gloriam, sicut dare gloriam, quæ sibi propria est, non nisi illi cōuenit, ita nec dare gratiam. Et hoc est quod ait citatus Psalmus. Gratia, & gloriam dabit Dominus: nam qui dat supernaturalem finem, dat & media supernaturalia ad ipsum. **Secunda conclusio.** Tanquam minister, & instrumētum Dei sacerdos dum absoluit, verè peccata remittit. **Cōclusio** hæc ex ijs, quæ diximus, dist. 1. q. 3. vbi sacramenta euangelica monstrauimus conferre gratia liquidò colligitur. Nam si sacramētum causa est gratiæ, minister dum illud applicat, ministerio suo peccata remittit. Hæc enim fuit collectio concilij Constan. vbi decretum est ministrum sacramentorū per ipsa sacramenta gratia conferre, quæ est nostra conclusio.

Secunda conclusio.

Conciliū Constant.

Sed re vera euangelium tam clarè illā probat quæ conciliū, vbi ait Christus. Quæcunq; solueris super terrā &c. & Quorū remisistis &c. Id quod, & forma ipsa declarat, quæ certè, si sacerdos peccata non remitteret, falsa esset. **De** hac verò re, vt hæreticos omittamos, quæ clauū virtutem negant, & sacramentorum efficaciam gratiæ, qui satis in superioribus expugnati sunt, lis est cū Magistro sentent. qui dist. 18. negat vnquā sacerdotē verè absoluerē, sed

Contra Mag. dist. 18. negat vnquā sacerdotē verè absoluerē, g. 1. sent.

sed ait duntaxat ostendere absolutū. Et ratio eius est, quam secundo loco hīc fecimus: nēpe, quod neminem censet dignē accedere ad sacramentū, nisi existat in gratia. Et hęc fuit opinio Alexandri. 4. par. q. 80. memb. 1. & Bonavent. dist. 18. q. 2. & ibidē Richard. & Abulens. 1. par. sui defensorij cap. 6. Et fuit inter iniores opinio Gabri. dist. 14. q. 2. & Almain dist. 18. q. 2. & Maioris vtraq; di. 14. q. 2. & 18. q. 1. omnes, inquam, aiunt, quod sacramentū pœnitentię nunq̄ conferre potest primam gratiam. Et ideo ait Alex. & omnes illi, quod sacramentum pœnitentię nunq̄ remittit, nisi solam pœnam. ¶ Contrariū tamē tenet hoc loco D. Tho. scilicet, dist. 18. q. 1. art. 3. vbi ait, quod licet quis accedat non bene dispositus ad pœnitentiā, si obicem nō opponat, recipit primā gratiam sicut per baptismum. Et subdit cōtra Alexand. rationem: quia hoc sacramentum non ordinatur ad remissionē pœnē tantū, sed etiam culpę, vt baptismus. Idemq; ait. in. 3. p. q. 86. art. 6. vbi dicit, quod remissio culpę est effectus pœnitentię, & principalis quidem virtute clauium, & formę absolutio nis, Eadem est opinio Scoti in. 4. dist. 18. q. 4. art. 3. & Duran. & Palud. ead. dist. & Marfilij in. 4. dist. 12. & Roffensis art. 5. contra Luthe. vbi ait expressē, quod sacramentum pœnitentię quādoq; potest conferre primam gratiā attrito. Adrian. q. 2. de clauibus, ait hanc opinionē S. Tho. vniuersalius iam modō sustineri. In hac autē controuersia distinguendi sunt tres gradus. Primō, quando homo accedit ad sacramentū contritus. Secundō, quando per aliud extremum accedit cū obice ne gratiam suscipiat, licet putans se dignē accedere confessionem faciat, & sacerdos putans eū esse satis dispositum, absoluat, sed frustra. Et tertius medius modus quando accedit attritus, putās se bona fide esse cōtritū. Et quidem in primo casu, qui est Magistri, & suorū sequaciū, licet re vera sacerdos tunc non cōferat primam gratiā, nihilominus non est negandū quin verē absoluat, ac remittat, vt dist. 14. q. 1. art. 3. vbi egimus de forma absolutio nis, secundū S. Tho. & veritatem ostendimus. Nam profectō alioqui forma ipsa esset falsa, Ego te absoluo. Item quia quandoq; etiam qui baptizatur est in gratia, & tamē vera est forma, Ego te baptizo: id est, abluo, etiā spiritualiter à peccatis. Item quia sacramentū non solum est signum gratię, verū, & vera causa. Quare, vt illic S. Tho. q. 84. probē do-

Ratio Magi.

Opi. S. Thom.

Ratio contra Alexand.

Scotus. Distinctio opinionis per tria membra.

Primum membrum.

cet, cū quis formā illā perfert, Ego te baptizo & Ego te absoluo, non debet accipi in hoc sensu, Ego te ostēdo baptizatum, & absolutum, quasi signum ostendens gratię, sed ego te verē baptizo, & absoluo applicādo verā causam abluionis, & absolutiois. Quare Magister sui oblit⁹ fuit, dicēs sacramēta conferre gratiam, & nihilominus sacerdotem non verē absoluerē, sed ostendere absolutum. Igitur licet daremus, neminē dignē accedere ad sacramentum, nisi qui est in gratia, consequentia nulla est, qua infertur, quod sacerdos non verē tunc absoluit. ¶ Neq; ob id solum dicitur absoluerē, vt ait Alex. quia remittit pœnā, neq; ob id quod absoluit à pœcepto confessionis: nam absolute absoluerē, principaliter est à culpis, iuxta verbum euangelicum, Quorū remisit. &c. Veritas ergo formę optimē seruatur in illo sensu, quem illic explicat S. Tho. vt, Ego te absoluo, idem sit, quod ego sacramentum absolutiois tibi impendo, cuius virtute, si in peccatis existeres, quib⁹ obicem non opponeres, remissionē consequeris. Nam & per eandem absolutioē confertur augmentum gratię, quę per se sufficeret peccatum remittere, Pari modo, & in secundo casu, si quis accedat cum obice gratię accedat, veritas formę saluatur. Ego te absoluo: id est, sacramentum absolutiois impendo, quod nisi obicem ex parte tua inueniret, remissionē tibi peccatorum conferret: licet non opus sit cōditiones illas exprimere. Quare in nullo casu tenenda est opinio Magistri, q̄ scilicet interpretatio formę sit, Ego te absoluo: id est, absolutū ostendo: est enim syncretitatē, & castitatē ecclesiasticę formę denigrare, & contaminare, & in sinistram sensum peruertere. Nam verba euangelica, maxime in re tanti mysterij debent accipi in sensu proprio. Verba autem illa, Ego te absoluo, non possunt facere sensum illum, Ego te absolutum ostendo. Quoniam res diuersissimę sunt, absoluerē, & ostēdere. Prætor enim non potest verē remittere debita, quę quis alteri debet: sed ostendere per suam sententiam, quod nihil debet. Et in hoc sensu dicitur absoluerē reum, non quidem ab eo, quod debebat, sed à lite. Creditor autem solus est, qui potest debita remittere. Et hoc pacto Deus ministerio sacerdotis verē remittit debita. Quare verbū, absoluo, nō potest exponi per ostēdo, Et confirmatur, quia si talem posset facere sensum, liceret tūc sacerdoti commu-

Absoluerē principaliter est à culpis.

Secundū membrum.

tertium membrum.

secunda conclusio.

Peccata non tolluntur per actū mentis, sed volūtatis.

Nota.

Ratio. 2.

tare verba, & dicere, Ego te absolutum ostendo. Effet tū sacrileg⁹, qui illa vteretur forma. ¶ De tertio verō sensu medio, vtrū scilicet quis possit ita attritus ad sacramentum accedere, vt per ipsum primā gratiam, & verā remissionem peccatorum obtineat, est inter citatos autores scholastica cōtrouersia. Sed profectō adeo est opinio S. Tho. verior: nempe, q̄ per sacramentum pœnitentię nonnunq̄, imō sepe confertur prima gratia, vt vix possit alia sustineri. Quocirca hęc sit hic secūda conclusio. Nam in primis fundamentum illorum falsissimū est, vt supra dist. 18. q. 2. arti. 2. monstrauius: nempe, quod quicumq; accedit sine contritione, sic indignē accedat, vt peccet accedendo: nam potest esse attritus, & bonafide putare se esse contritum: quare tunc non indignē accedit. Sicut econuerſo q̄ accedit ad eucharistiam contritus, si putet se non esse contritum, indignē accedit. Neque verō, vt Maior. sentit, quicumq; putat se esse contritum perinde in alio extremo dignē accedit, vt iam sit in gratia ante absolutioem. Nam illa cogitatio mentis, qua quis cogitat se esse cōtritum, sufficit quidem ad excusandam culpam, ne quis peccet accedendo, non tamen ad tollendum peccata præterita: nam peccata non tolluntur per actum mentis, sed per legitimam cōtritionem. Quare qui accedit attritus putans se esse cōtritū, dignē quidem accedit, vt obicem nō ponat effectui sacramenti. Vnde cū sacramentum per se cōferat gratiam: eam ille per ipsum suscipit. Dixerim accedens attritus putans se esse contritum, nam vt eod. loco citato ostendimus, arbitror attritionem, nisi quę existimetur contritio, nunq̄ sufficere, vt per sacramentū conferatur gratia: eo quod accusatio, quę debet esse signū pœnitentię, qua rōe homo offendit Deum, non esset signum verum secundū conscientiam, & existimationē pœnitentis: quia loqueretur contra cor. ¶ Secundō probatur hęc veritas, q̄ sacramentū pœnitentię quandoq; conferat primā gratiā ex nomine ipso clauū. Si enim nūquam absolutio in re exhibita peccatum tollit, nescio, cur dicatur sacerdos habere clauēs in foro pœnitentię. Nā metaphora clauū, vt supra diximus, sumpta est ab aperiendo, & claudendo hostio. Si autem sacerdos nunquam verē aperit cœlum, sed solummodo ostendit apertum, inepta esset clauis metaphora. Nam quę metaphora est, Dabo tibi clauēs ad ostēdendum.

Adde q̄ tunc aptior esset forma, Ego te absolutum ostendo. ¶ Tertio. Profectō hoc est in errorem inclinare eorum, qui clauēs negant ecclesię. Nam, vt apud Tho. VVal. tomo. 2. de sacra. à cap. 141. vsq; 146. refertur, hoc hæretici contendebant, q̄ sacerdos, nec poterat absoluerē, nec peccatū remittere, nisi homo prius esset à peccatis absolutus. Et hoc ipsum omnino est, quod isti aiunt. Cōtra quod August. lib. de pœni. c. 9. comparans nostros sacerdotes veteribus ait, quod illi solum ostendebant mundatos esse homines à lepra, nostri verō verē habent potestatem emundandi. Vbi exponens verbum illud Ioan. Quodcumq; solueris super terram &c. ait: hoc est, Ego Deus, & omnes ordines cœlestis militię, & omnes sancti in mea ecclesia laudant vobiscum, & confirmant, quod ligatis & soluitis. Vnde Bernar. in serm. Apost. Petri & Pauli ait, q̄ sententiā cœli præcedit sententiā Petri. Quo quidem verbo vtitur, & Hugo. lib. 2. de sacra. parte. 14. c. 8. exponens illud, Quodcumq; solueris. Vbi ait, quod nō dixit, Quodcumq; tu absolutū ostenderis, sed quod tu verē solueris. E Chryso. lib. 3. dialog. c. 5. confirmans idē omnino ait, quod illi mundatos ostēdebant: euangelici verō immunditiā mentium non ex parte probandi, sed omnifariā mūdandi obtinēt potestatem. ¶ Quarto arguitur, Christus dicens, Io. 20. Data est mihi potestas &c. Accipite spiritū sanctū, Quorū remisistis &c. eandem Apostolis potestatem tradidit, quam ipse habebat, sed Christus veram habuit potestatem remittendi peccata conferendo primam gratiam. Per illa enim verba ad Magdalenam, Remittuntur tibi peccata tua, licet tunc esset in peccatis, remitterentur ei: ergo per illa similia verba, Quorum remisistis peccata, eadem illis largitus est: nisi quod tribuit eis illam sacramentis alligatam. ¶ Quinto arguitur. Si sacerdos non habet potestatem remittendi peccata per primā gratiam: profectō plus oneris quam emolumenti præceptum confessionis haberet. Obligare enim hominē ad rem tam difficilē q̄ est, gravissima peccata alteri patefacere, nisi beneficium remissionis illic posset quādoq; assequi, non videtur id suauis iugo Dei cōsentaneum. Dicere enim, quod hoc conducit, vt sacerdos ostendat hominem esse absolutū, parui esset momenti. Nam quæro, cui ostendit? Deo quidem non: quia omnia scit: neq; verō ecclesię: quia non est hoc forū ex-

Ratio. 3.

Ratio. 4.

Ratio. 5.

terius. Sed quod nec poenitenti id ostendat, probatur: quia si nunq̄ homo ex attrito per confessionē posset fieri contritus, nihil prorsus certitudinis poenitenti per absolutionem accresceret, sed cū eadē ambiguitate, qua dubitabat se esse verē contritū, recederet hālitans se verē esse absolutū. Si autem per absolutionem homo potest primā gratiā recipere, licet accedens putans se esse cōtritum deciperetur, certior tamen recedet, q̄ gratiā sit cōsecutus. Nam certior esse potest coniectura, obicem non opposuissē, dum putabat se esse contritum, quā quod fuerit verē cōtritum. ¶ Sexto. Sacerdos habet autoritatē ligandi: Nam possunt tum Prælati excommunicare, tum etiam sacerdotes poenitentes obligare ad opera satisfactionis exoluenda, vt illico ostensuri sumus: ergo & possunt absolvere. Alioqui Christus in collatione clauium rigorem potius iustitiæ erga nos, q̄ misericordiam suæ clementiam, declarasset. Quare neq; tāti pēdenda esset hæc facultas ecclesiæ quāti aestimatur. Nam dicere, q̄ illic peccata quidem venialia remittantur, non est res tā egregia, cū illa per plura alia sacramentalia, remittantur, vt per aquā lustralē &c. ¶ Septimo. Sicut baptismus inlinitus est in remissionē originaliū, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto &c. ita poenitentia in remissionē actualiū iuxta illud Luc. 24. oportebat Christū pati &c. & prædicari in nomine eius poenitentia, & remissionē peccatorum in oēs gentes: sed per baptismum cōfertur prima gratia, vt patet in pueris: imò in adultis sufficit non ponere obicem. An. b. 10. enim ait, q̄ illic non requiritur gemitus neq; plāctus: imò per oīa reliqua sacramēta potest conferri prima gratia, vt non solum de baptismo, verum de eucharistia tenent fautores ipsi contrariæ opinionis. Vt Magi. & Alex. 4. par. q. 47. mēbro. 3. art. 2. ergo & per poenitentia potest cōferri prima gratia: præsertim cū de ipsa expressē dictum sit. Quorum remisistis peccata. ¶ Et confirmatur argu. quoniā in cōcilio Florenti. in instructione Armenorum decretum est, in hoc differre sacramenta nouē legis à veterib⁹, quòd illa significabāt quiddem, sed non conferebāt gratiam, nostra verò continēt gratiā, & ipsam dignē suscipientibus cōferunt: ergo vel poenitentia non est sacramētū, vel gratiā primā confert. Nā dicere satis esse, vt illā augeat, nō satisfacit verbo cōcilio: quoniā aliud est, augere gratiā, aliud cō-

ferre: nā cōferre nihil aliud est, q̄ hoīem inimicū Dei in eius amicitia, & gratia cōstituerē. ¶ Quin verò octauo, vt rē cōcludamus, arguitur. Si pnia ex se nō haberet, vt quādoq; primā gratiā conferret, persuaderi nō posset, esse sacramētū: quoniā in euāgelio non habetur poenitentiā, vel aliud quidpiam esse sacramētū: sed quia ibidē habetur, conferre gratiā, cōcilia ex traditione Apostolorū collegunt sacramentorū naturā, & nomina. Nēpē, quia de baptismo dictū est, Nisi quis renatus fuerit &c. Et de eucharistia, Nisi manducaueris carnē &c. ergo si idem nō colligatur de poenitentia ex verbis, Quorū remisistis, nulla sit reliqua persuasio, q̄ sit sacramētū: imò neq; elici potest, q̄ per ipsum, aut per alia augetur gratia. Quoniā augere gratiā, nec est aperire regnū, quòd tribuitur baptismo, neq; dare vitam: quòd tribuitur eucharistia, neq; veniā concedere: quòd tribuitur poenitentiæ. ¶ Hæc ad cōsolationē poenitentiu congerere fuit operæ pretiū, vt virtus poenitentia in remittendis peccatis eis luceret, considerentq; adeò cōingere posse, vt ad hoc sacramētū in pētō accedētes, inde in gratia recedāt. Nō tamen propterea se giores fieri debent in legitima procuranda contritione. Falsum autē fundamentū contrariæ opinionis est, q̄ arbitrantur occlusam esse Deo quāvis aliam viā remittendi peccata quā per legitimam contritionem, cū in sacramēta, potissimū baptismi, & poenitentia, ad hoc ipsum sint instituta, si obicē in suscipiente non inuenerint. ¶ Tertia conclusio. Eadem virtus clauium se extendit etiā ad remittendam poenam: nam de æterna, tam damni q̄ sensus in dubiū cadere nō potest: etenim cū remissio culpæ nō fiat nisi per gratiam, tūc fit homo diuino cōspectu dign⁹, atq; adeò ab inferno liber. Sed de poena temporali itidē probatur, quia plus est gratiam infundere, culpamq; remittere q̄ poenam, quæcunq; ergo causa potest primū, potest & secundū. Quia vtiq; ratione & contritioni, & cuiusq; actui meritorio hoc cōpetere supra ostensum est, q̄ ad poenæ remissionem valeat. Cū ergo virtus clauium sit potestas soluendi, fit vt ad id quoq; sit efficax: nam si vim habet ligandi ad poenā, tam in sacramento, q̄ extra per excōicationē. magis cōsentaneū est, vt habeat etiā ad remittendū poenam, idq; non solum in sacramento, sed etiam extra per indulgentiarum relaxationes, vt in subsequētibus distinctionibus monstrabitur.

Octauū arg.

Tertia cōclusio.

De poenæ p. ali.

strabitur. Item quia r. mittere peccatum totum dicit. s. remittere, & culpā, & poenam. Itaq; in homicidio remissio ex sua ipsius natura debeat temporalis poenā decē dierum acerba, vel, quod aiunt, intensa, vt decem, & contritio secundū suam quātitatem, & confessio secundū suam deuotionē partē remittat, & absolutio partē, tam extensionis, q̄ intentionis, tunc tam paruus esse posset poenæ reatus, aut contritio tanta, vt totus extinguatur. ¶ Si autē querat vtrum totā semper remittat, iam satis supra dist. præcedenti, q. 1. & 3. responsum est per discrimen inter hæc duo sacramenta baptismi, & poenitentia, q̄ per baptismum: quia est regeneratio in nouā vitam, sic cōplantamur morti, & resurrectioni Christi, vt plenissima fiat illic condonatio culpæ, & totius poenæ. At verò quia per sacramentum poenitentia non regeneramur, sed sanamur virtute clauium ecclesiæ, non fit ibidem tam plena poenarum remissio, sed iudicio sacerdotis habito respectu tā dispositionis poenitentis, quā granitatis peccatorū. Et hoc diximus esse fundamentum tam satisfactionis, quā purgatorij. ¶ Ad primū igitur argu. negatur consequentia. Remittere enim peccata per propriā superamq; autoritatē soli Deo cōuenit, illius autē autoritati nihil derogat, imò multū honoris arrogat, q̄ eius ministri, sicut & eius sacramēta, veluti sue passionis instrumenta, eū dē sortiantur effectū. Nihil enim dignitati artificis detrahatur si per instrumenta suā artē exerceat. Quapropter autoritas illa Esaiæ, Ego sum qui deleo iniquitates vestras. Et illa Augustini, Nemo tollit peccata, nisi solus Deus, atq; alia, quas Magi. sen. dist. 18. congeminat ad probandū sacerdotem non remittere peccata, nullius sunt roboris: quoniā oīa hac ratione diluuntur. Vnde Hugo loco citato lib. 2. par. 14. Ait enim, inquit, Dominus in propheta, Ego solus deleo iniquitates, & peccata populi. Item Ambros. Ille solus dimittit peccata, qui p peccatis nostris mortuus est. Et subdit. Sed istas autoritates ita interpretari debemus, vt nō auferamus quod Christus cōmiserit hominibus: dicit enim ipsa veritas, Quorū remisistis peccata, remissa sunt. ¶ Duo autē hīc testimonia patrū vidētur dubiū facere. Primū est Ambros. de poen. dist. 1. can. verbū. vbi ait, Verbū Dei: hoc est, filius Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex: sacerdos quidē suū officiū exhibet, & nullius

potestatis iura exercet: vbi videtur docere sacerdotē nō absoluerē. Respondetur, q̄ dū ait, nullius potestatis iura exercere, nō negat eū absoluerē, sed ait q̄ non exercet propriā potestatis iura, sed potestate ministri diuinitus suscepta. Sic enim dicere possumus, q̄ prætor non vitur iure suo, sed regis. Subdit. n. illico, Dominus par ius & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrūq; pari ratioe cōmiserit. Et rursus, Certū est peccati vtrūq; licet: Aliud est Hierony. super verbū Matt. 16. Tibi dabo claves &c. vbi ait. Istum locum episcopi, & presbyteri nō intelligētes, aliqd libi de Pharisæorū assumunt sapercilio, vt vel dānent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur: cū apud Deū non sententia sacerdotū, sed reorum vita quaratur: docet ergo sententiā sacerdotis nō esse absolutionē. Respondetur Hierony. nihil aliud docere, q̄ q̄ presbyteris non licet, vt libet, absoluerē, sed cum iudicio clauis sciētia, Quare si suo cæco arbitrato, vel innocentes condēnent, vel absolutione indignos absoluant illā sententiam Deus non approbat. ¶ Ad secundū iam responsum est, constituedo mediū inter dignē accedere: hoc est, in gratia, & indignē: hoc est, peccando in accessu. Nam potest quis putare se esse cōtritum, qui verē non sit, & tamen non peccet accedere. Quam quidē solutionem dist. 18. q. 3. arti. 2. explicuimus, vbi fallaciā argumentorū contrariæ opinionis aperuimus, & refutauimus. ¶ Circa tertium argu. D. Tho. dist. 18. q. 1. arti. 3. quæstiunc. 2. ad tertium, habet opinionem extraneam, quæ forsan tunc erat in vulgo doctorum, quod vulgus in quarto aliquando se quebatur. Adeò enim pro constanti habet restare semper poenā aliquā per satisfactionē soluendam, vt cogitet virtute clauium nō semper æqualem poenam remitti, sed proportio nabiliter. Exempli gratia. Si quis debet poenā, vt quatuor, & vi clauium remittitur gradus vnus, si alius nō debet, nisi vnū gradū, & p absolutionē tot⁹ remitteretur, nihil restaret per satisfactionē soluendū. Et ideo ait, q̄ nō remittitur, nisi pars aliquota, verbi gratia, quarta pars, vt debenti octo remittuntur duo, & debēti quatuor, vnū: & debēti duo, dimidiū. Porro autē opinio non est credibilis. Quare citra dubiū, si in 3. par. hucusq; peruenisset, illā mutasset. Nā effectus sacramēti, qui est ex opere operato, est vnus certus gradus gratiæ: ergo eadē ratione vnus certus gradus remissionis poenæ: nulla enim est discriminis ratio.

Sextū argu.

Septimū argu.

Argu. confirmatio.

An per poenitentia tota remittatur poenā. Nota discrimen.

Solut. 1. arg.

Ad autorit.

Hugo.

Ambros.

Obiectio ex Ambros.

Obiectio ex Hierony.

Dilutio.

Solut. 2. arg.

Solut. 3. arg.

Præterea si opinio hæc esset vera, quò quis leuiores peccata commississet, peioris in hac parte esset cõditionis: nam minus ei virtute clauium remitteretur. Item ipse D. Tho. in solutione quarti cõcedit, q̄ toties potest iterari absolutio super eadem peccata, vt tota pœna remittatur, quòd iam supra contra Scotũ confirmauimus, dicentem, q̄ per secundam absolutiõnẽ nulla remittitur pœna. Si ergo absolutiõnẽ subsequentes possunt omnino tollere pœnã, consequens est, vt æquales partes tollant: nam si non tollerent, nisi partem aliquotã residui, nunq̄ tota absumeretur. Contra dubiũ ergo dicendũ, q̄ absolutio semper æquale partẽ pœnæ delet, siue pœnitens sit reus parue siue magnæ. Quapropter quandoq; tollit totam. Imò verò ante absolutiõnẽ per contritiõnẽ, & confessiõnẽ cõtigit totam esse sublatam. ¶ Vnum tamen fortassis verũ est, quòd accedenti ad sacramentum meliùs disposito, etiam vi clauium maior pœna remittitur, id quod in prædicta solutione quarti S. Tho. adstruxit: nã simile de gratia baptismali asseruit. q. 69. arti. 8. Et ideo ait, q̄ tanta potest esse contritio, quòd tota pœna remittatur. ¶ Contra hoc autem arguitur. Sequeretur, quòd aliquando sacerdos nullã deberet imponere pœnitentiã. Respondetur, q̄ si ei constaret nullum reatum pœnæ manere, verum cõcluderet argumẽtũ, sed quia id non cõstat, semper debet aliquam iniungere.

ARTICVLVS. II.

Vtrum sacerdos virtute clauium possit pœnitentem ad pœnam ligare.



Via duo sunt clauium membra, soluere: scilicet, & ligare, explorandũ restat, vtrum vtrũq; valeat sacerdos in sacramento pœnitentiæ exercere. Et arguitur, q̄ ligare nequeat. Clauium enim potestas ex virtute passionis Christi efficax est: sed effectus passionis non est ligare, sed ignoscere: ergo nec sacerdos ligare in sacramento potest. ¶ Secundò. Sicuti absoluere est obstaculum amouere, ita & ligare est illud opponere: obstaculum autem cœli est peccatũ, quod sacerdos impingere pœnitenti non potest: ergo nec potest ligare. ¶ Tertio arguitur. Si sacerdos posset pœnitentem ligare ad pœnitentiã, sequeretur, quòd si pœnitens

Solutio. 4.

Solutio. 5.

Partis negatiue argu. 1.

Secundũ argumentum.

Tertium argumentum.

postea eiusdem pœnitentiæ obliuisceretur, teneretur eandem confessiõnẽ iterare, vt iterũ iniungeretur pœnitentiã: quia alia via impossibile est ei illã implere: consequens tamẽ est falsum: quia peccata, à quibus homo virtute clauium ritẽ absolutus est, nequã iteratò cogitur confiteri. ¶ In contrariũ tamen est, quòd in euangelio vtrunq; coniunxit Christus, Quodcunq; solueris, & quodcunq; ligaueris, & Quorum remiseritis, & Quorum retinueritis.

¶ Ad quæstiõnẽ duabus conclusionibus respondetur. Prima. Sacerdos virtute clauium in sacramẽto pœnæ, vt absoluere potest, ita, & ligare, & q̄rũ ad culpã, & quãtũ ad pœnã licet diuersimodè. Probat. Sacerdos soluit, & ligat ceu Dei minister: ergo simili modo ipse functiones has ministerialiter exercet: quo Deo per suã autoritatẽ: Deus autẽ vtraq; rõne peccatũ quãtũ ad culpã absoluit, & ligat, & quãtũ ad pœnã: ergo eodẽ modo minister. Declaratur minor. Operatur. n. in culpã directè eã tollẽdo, si homo sit dispositus, indirectè tũ ligãdo, & retinẽdo in q̄tũ indurat, & excõcat: q̄nq; dẽ hoc nõ facit directè præcipitando hominẽ in culpã, sed indirectè nõ largiẽdo gratiã: q̄a homo nõ se præparat, sed resistit motioni Dei. Eodẽ ergo pacto, & sacerdos directè remittit culpã, sed indirectè retinet nõ dẽdo hominẽ nõ esse venia dignũ. In pœnã verò vtroq; mō directè Deo operatur: nã & pœnã directè parcat, & tollit, directèq; etiã infligit: similiter ergo sacerdos partẽ pœnæ pœnitenti directè remittit: ergo cum aliqua pœna remaneat, ad illã ligat. Bisariã tũ, vt ait S. Th. d. 18. q. 1. art. 3. Nã si cõsideretur tota quantitas remanẽtis pœnæ, ad illã non ligat directè: q̄a non obligat, vt in hac vita satisfiat pro illa, sed indirectè, q̄a ab illa nõ absoluit. Cõsiderata verò pœna specialiter hac vel illa, directè ligat pœnitentem ad illam soluendum.

¶ Particulæ reliquæ huius cõclusionis liquidæ sunt, & omnibus in confesso. ¶ Hanc verò postremã Scotus dist. 18. negat dicẽs, sacerdotẽ non habere autoritatẽ obligandi pœnitentẽ ad aliquam pœnitentiã, nisi sua ipse spõte eã voluerit acceptare. Ad dit verò, q̄ si illã acceptauerit, debitor fit soluẽdi ex p̄cepto ecclesiæ, cui se volũtariẽ submisit. Vbi insinuat, q̄ tenetur sub reatu mortali. Priorẽ partẽ nõ aliter pbat, q̄ ex illo suo principio, qđ. d. 18. q. 1. art. 1. impugnauimus: nẽpe, sacerdotẽ nõ esse iudicem ordinarium, sed

pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Prima cõclusio.

Ratio conclusionis.

Expositio minoris.

Bisariam sacerdos obligat ad pœnã

Scotus.

Scotus variã.

scoti illatio. sed arbitrarium. Inde enim infert in potestate cuiusq; esse submittere se sacerdoti quantum ad remissionem culpæ, & pœnæ, vel solum quantum ad remissionem culpæ. Potest enim quisq; nõ sacerdoti, sed Deo se subijcere in solutione pœnæ, vt ei vel in hoc mundo vel in purgatorio eam infligat, si ipse vltro eã noluerit implere. Et q̄ tunc sacerdos debeat eum absoluere, licet pœnitentiã renuat acceptare, probat. Nam quis illud nõ sit magnum signũ contritiõnis, tñ postquam pœnitens dicit se esse contritum, subdereq; se Deo in solutione pœnæ, signum est illum esse in gratia, atq; ad eã absolutiõne dignũ. ¶ Et secundò arguit. Quia si sacerdos posset pœnitentem obligare ad pœnã, hoc esset, quia ei constat illum esse reum pœnæ dimissa culpa: nam si sciret non esse reum, nullam ei deberet pœnã iniungere. Sed illa nõ est sufficiens ratio, alioqui consequens fieret, vt deberet illum obligare ad totam pœnã, quã debet, quod est falsum, vt ar. sequen. videbimus. Sequuntur eum è iunioribus nonnulli vt Gabr. d. 16. quæst. 2. & alij. ¶ Item tertio arguitur. Nullum extat satisfactiõnis diuinum præceptum ergo neq; ecclesia neq; sacerdos potuit illud ponere: nam satisfactio, vt dictũ est, non est de essentia sacramenti: quare neque imponitur in articulo mortis. ¶ Quarto Quod homo in hac vita per leuiore pœnas satisficiat, quã sunt in purgatorio, est maxima misericordia Dei in fauorẽ hominũ impensa: ergo potest homo suo iuri renunciare, & totum se ad purgatorium remittere. Et confirmamus nos eandem conclusiõnẽ, quia posset quis tanta contritiõne teneri, vt nollet indulgentias accipere, quæ ad remissionem pœnarũ purgatorij cõceduntur, sed vsq; ad nouissimũ quadrantẽ in purgatorio persoluere. Sed tñ hoc. d. proxima examinandum est. Eandem opiniõnẽ tenet Syluest. verb. Cõfessor. 1. §. 25. & 26. In cuius sententiã citat Hostien. & Pano. in cap. Significauit, de pœnitent. & remissio. qui Scotũ sequuntur. Sed facit limitationes. Primò, q̄ non tenetur acceptare, si dicat se velle puniri à Deo. Et nisi esset pœnitentiã restituendi debitum, aut cauentiõnes superuacaneæ sunt: nam pœnitentiã restituendi & euitandi occasiõnes peccatorum, nõ pertinet ad satisfactiõnẽ, sed ad legitimã contritiõnẽ, vt homo exeat à peccato. Et dicere q̄ debet pœnitens habere pro-

Secundũ argumentum. Scoti.

Tertium argumentum. Scoti.

Quartum argumentum.

Syluest.

positum acceptãdi à Deo in purgatorio satisfactiõnẽ, est ridiculũ: nã pœna purgatorij non est satisfactio, nec opus est acceptari in hac vita, quia à Deo infligenda est, & non ab hoie eligenda. Caiet. verò in. 2. q. de satisfactiõne, quã tertiæ parti adhibuit, partim cõsentit cũ Sco. & partim ab eo dissidet. Tenet in quã, q̄ pœnitẽs nõ tenetur acceptare pœnã imò q̄ quis acceptet, non tenetur sub reatu mortali adimplere. Et re vera si alterutra esset tenenda, hæc videtur opiniõni Sco. præferenda: nam si obligatio ad soluẽdã pœnã non nascitur ex potestate sacerdotis, quia ipse obligare nequit, fit vt licet pœnitens sua sponte velit acceptare non sit aliud vinculũ, quã simplicis promissio, qua ait se facturũ. Hæc autẽ promissio genere suo non obligat sub reatu mortali: quia non fit votũ Deo imò verò neq; est propriè promissio sed simplex assertio, faciã: & ideo citra mortale potest pœnitẽs mutare postea propositũ remittendo se ad purgatorium: quia si sacerdos nõ potest obligare, nullã obedientiam ei in hoc debet, sed est quædam venialis fallacia, qua eum decipit.

¶ At verò quis hæc duæ opiniõnes non prorsus omni sunt probabilitate destitute, nihilo minus adhibetur secũda conclusio. Sacerdos sic potest pœnitentem ad aliquã pœnitentiã obligare, vt nisi manifest⁹ error appareat, tenetur eã acceptare ac subinde implere, idq; ex genere suo sub reatu mortali. Conclusio est hic S. Tho. loco citato & Magist. Senten. d. 16. & 18. & ead. d. Ricar. ar. 1. q. 5. & Palu. d. 20. q. 2. Et ex neoteris alij. Dixerim, nisi manifestus error appareat: nã clauẽ errãte nõ tenetur pœnitẽs obtẽperare. Erraret autẽ vbi pensatis omnibus circũstantijs tã personæ, q̄ grauitatis pœnæ manifestè constaret non esse acceptandã. Dico, manifestè: quia in re dubia sacerdotis iudicio standũ est. Adiectũ est autem: genere suo: quoniã tam parua potest esse pœnã, vt parui referret vel non acceptare, vel acceptam non adimplere, & sic esset peccatũ veniale. Probat. conclusio ex fundamẽto contrario illi Scoti quod loco citato constabiliuimus. Sacerdos quidẽ est iudex, nõ arbiter, qui potestatem accipit à pœnitente, sed ordinariũ à Christo institutus, quitanquam eius vicarius eius potestate & autoritate vtitur: ergo potest pœnitentem vel absoluere, vel si iudicio suo iustum iudicauerit non in totum absoluere, sed obligando ad aliquam

Caiet.

Prima cõclusio.

Declaratiõ conclusiõnis.

Probatio cõclusiõnis.

fatiffactionem suis culpis dignam. Nam Gabrielis responsio, quod sit ordinarius quantum ad remissionem culpæ & non quantum ad absolutionem pœnæ, ipsam se manifestè ostendit esse gratis excogitatum. Nam cum Christus simul dixerit. Quodcunq; solueris, & quodcunq; ligaueris, & Quorum remiseritis, & quorum retinueritis, esse elicitur planè commentum quod sit ordinarius quantum ad absoluedum, & non quantum ad ligandum. Secundò ad maiorem huius explicationem arguitur. Deus commisit sacerdotibus potestatem absoluedi, non quomodocunq; sed in iudicio: ad quod clauis scientiæ seruit: ergo sacerdos per eandem clauem discernere debet non solum an pœnitens sit absolutione dignus, sed quomodo sit dignus: nam inter dignum & indignum est medium, vt quis sit absolutione dignus cum aliquo ligamine & onere, sicut contingit in foro exteriori iudiciario. Nulla enim est ratio cur in hoc forū conscientiæ à foro exteriori differat. Quare sicut iudex in foro exteriori existimata causa criminis quandoque neq; omnino condemnat toto rigore iuris, nec omnino absoluit, sed aliquā pœnam arbitrariam vel maiorem vel minorem infligit, quam reus acceptare, & soluere tenetur: ita, imò multò æquius, hoc habet sacerdos ius. Alioqui superflua esset clauis scientiæ ad cōsiderandum omnium peccatorum causas, & ponderanda merita, quod & pœnitens ipse facere debet, vt habetur can. Consideret, de pœnitent. d. 5. Et re vera, vt superius diximus, verborū spiritus ille est, Quodcunq; & quomodocunq; solueris vel ligaueris, & Quæcūque & quomodocunq; remiseritis, vel retinueritis siue in partē siue in totum, rata erit sententia in cælis, ipsi ergo pœnitens stare tenetur. Tertio. Sacerdos absoluit tanquā Dei minister: sed Deus illo modo sæpe absoluit à culpa retinendo aliquam pœnam soluendam: ergo pari modo poterit sacerdos absoluens à culpa ad illā pœnā obligare. Quarto. Sacramentum pœnitentiæ est tum castigatio pro præteritis, tum & medicina ad cauendum futura: & ideo pœnitentia semper indicitur in luctu & planctu, vt habetur Iohel. 2. & alijs operibus pœnalib; vt diximus: ergo cum vtrūque sit necessarium, sacerdos potest obligare ad pœnitentiam, quæ sit nō solum vindicatio præteritæ culpæ, verum & medicina: nam pœna purgatorij non est

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

medicina. Quare si omnia illuc remitteretur, nihil aut parū sacramentum pœnitentiæ prodesset corruptis affectibus humanis medēdis. Quintò. Vt ius accedat canonicum, certa est determinatio cōcilij in cap. Omnis vtriusque sexus, vbi sub eodem tenore ponitur, vt omnis sua peccata confiteatur, & iniūctam sibi pœnitentiam proprijs viribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter eucharistiæ sacramentum: quare si de confessione & eucharistiæ susceptione præceptum est, idem de pœnitentia implenda est sentiendum. Et cap. Statuimus. de maledicis, habetur, quod blasphemus, qui noluerit acceptare pœniam, interdicitur ingressus ecclesiæ: quod dem pœnæ rigor indicium est peccatum esse mortale non acceptare pœnitentiā. Quod si dixeris illud intelligi de pœnitentia publica, fateor equidem. Cæterum nulla est causa cur non sit eadem ratio de pœnitentia secreta. Atqui & Rossensis nobilissimus autor, arti. 5. contra Lutherum eandem sustinet conclusionem, quam multis sanctorum sententijs corroborat. Ait enim Leo primus, & refertur de pœnitentiā dist. 1. can. Multiplex, & mediator Dei & hominum homo Dominus Iesus Christus hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt contentibus pœnitentiæ satisfactionem darent, & eadem salubri satisfactione purgatos ad cōmunionem admitterent. Et Rabanus in collatione Synodorum. Pœnitens, inquit, illud quod ei institutum fuerit, ita cautè obseruet ac si ex ore dei fuerit prolatū. Et ex vetustissimo Tertulliano & Cypriano idem colligitur. Et beatus Rhenanus in prologo eiusdē Tertulliani dicit se reperisse antiquam Synodum, vbi iuebantur presbyteri secundum canones pœnitentiā iniungere, & pœnitentes vt quicquid à sacerdote illis fuisset institutum, ac si ab ipso omnipotētis Dei ore esset prolatum ita diligenter ac cautissimè obseruarent. Idēque in pœnitentiāli Romano iubetur. Quinto. Verò ex hoc sumitur sextum argumentum. Olim ecclesia sanxit canones pœnitentiāles, quos tenebantur presbyteri imponere, & postmodum, vt habetur cano. Mensuram, ex Hieronymo, de pœnitentia distinct. 1. & c. Deus qui, de pœni. & remis. pœniæ reliquæ sunt ad arbitrium sacerdotis. Et concilium Florentinū. Pars, inquit, pœnitentiæ, satisfactio est secundū arbitriū sacerdotis: ergo manifestè colligitur, qd sacerdotes autoritatē habent

Quintum argumentum.

Oli dist. Dilutio.

Leo. 1.

Rabanus.

Postremum argumentum.

ben illas imponendi, obligandi; pœnitentes ad illas exoluendas. Et hoc est quod sonat admonitio auctoris libri de pœnitent. can. Consideret, de pœnit. dist. 5. Ponat se scilicet pœnitens omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil tibi reseruans tui, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita animæ. Quapropter vna inter cōditiones confessionis ponitur, quod sit parere parata. Re vera nescio, quo modo ad hæc satis responderi possit. Ad primum igitur argum. respondetur, qd passio etiam Christi, quæ virtute clauium applicatur, requirit, vt ait ad Rom. 8. Pau. vt cū eo compatiamur, vt simul conglorificemur. Ad secundum respondetur, qd non solum peccatum, sed & pœna peccati est obstaculum regni, ad quā ideo soluendā sacerdos ligat, vt aditus regni pateat. Ad tertium, Syluest. verb. Confessio. 1. §. 3. respondet concedendo consequens: nempe quod qui oblitus est pœnitentiæ, tenetur confessionē iterare secus, si nō est oblitus, licet nō adimpleat, quia adimplere potest. Et est opinio Ricard. d. 17. art. 2. q. 8. Et citat præterea Sylu. Palud. in eadem sententiam, sed re vera non est eius asseritum: nā dist. 17. q. 5. postq; eam videtur tenere subdit, quod multis apparet contrariū, & in illa opinione videtur persistere. Sed mirabilius est, quod nō solum alij summistæ, verum & ipse Sylue. eandem opinionem D. Thom. impingat, cum illā nullibi insinuauerit. Imò dist. 17. q. 1. art. 3. quæstiunc. 5. ad quartum expressè in vniuersum dicit, nullum teneri confiteri peccata, quæ nō habet, atq; adeò neq; illa, quæ ritè semel confessus est, & à quibus est absolutus. Et ita procul dubio tenendum est. Quare ad argumentum negatur consequentia, licet enim teneatur pœnitens, pœnitentiā implere, tamen si illius obligatus est citra culpam, liber fit à præcepto: & si ex culpa, illam solum confiteri tenetur. Damnum autem, quod vtroq; casu incurrit, est, quod manet reus eā in purgatorio soluendi. Ad primum verò argu. eorum, quæ in fauorem Scoti vrgentiora videntur, satis responsum est. Negatur enim in arbitrio pœnitentis esse subijcere se sacerdoti, vt vult. Imò cū sit ille vicarius ordinarius Christi, tenetur se illi pœnitens de plano submittere. Quare si iniūctā pœnitentiā acceptare renuat, eo ipso nō est in gratia, quia peccat, atq; adeò nō est absoluedus. Nulla enim est consequentia, Dū iste

Can. Consideret.

Solutio primi arg.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

Solutio arg. primi Scoti.

confitetur est in gratia, ergo nullam tenetur acceptare pœnitentiā: nam & dum cōtritus est, habet gratiā, & nihilominus tenetur confiteri. Ad secundum autē respondetur negata cōsequentia, qua infertur, quod possit sacerdos obligare ad implēdū omnē pœnam, quæ post absolutionem relinquitur. Nā possent esse tam grauiā peccata, vt homo per totā vitam nequiret quātū pœnarū debet, persoluerē. Et ideo error esset clauis illam imponere: sanè cum non solum secundum peccata, sed secundum humanam fragilitatē imponendus sit pœnitentiæ modus, vt illico dicturi sumus. Ad tertium respōderi vno modo potest negando non esse diuinum præceptū satisfactionis. Imò Magi. sent. dist. 16. ait, verbum illud Ioh. Matt. 3. Facite fructus dignos pœniæ, esse præceptū satisfactionis, qd S. I. h. in expositione textus glossat dicens, qd Ioan. nō erat autor illius præcepti, sed enunciator, cuius Christus fuit institutor: quia instituit tres partes pœniæ. Secundò verò ad maiorē explicationē respondetur cōcesso non esse præceptū diuinū, qd per se obliget, nisi satisfactio à sacerdote imponatur. Nā quāuis alijs aliud placeat, re vera dicere nō audeat qd p se pœnitens seclusa pœniā iniuncta teneatur satisfacere sub reatu peccati mortalis. Siquidē ante cōfessionē nemo diceret hominē teneri ad satisfactionē: ergo si tunc nō imponatur pœniā, certè nulla apparet ratio, cur aliquā teneatur facere. Item, quia sequeretur eadē ratione teneri ad totam pœnā soluendā, quod iam negatum est. Nam cum quantam facere debeat, arbitrio sacerdotis taxādum sit, si ille nō discernit quantam, pœnitens iudicare non tenetur. Crediderim ergo præceptum diuinū satisfactionis esse non simpliciter, sed secundū quod ecclesia per suos ministros satisfactionem iniunxerit. Quare licet ante confessionē non obliget, non sequitur quod nō possit sacerdos virtute illius pœnitentem obligare. Ad quartū deniq; cōceditur misericordiā Dei esse vt leuius in hac vita satisfaciamus, qd sunt in purgatorio tormēta: sed illa misericordia habet admixtā iustitiā, qua cōpellamur illas pœnas soluere. Atqui in hoc cumulator apparet mīa, vt cogamur hic proleuioribus satisfacere, vt grauiora euitemus. Quare nō possumus hac parte iuri nostro citra clauis iniuriā renūciare. Ad cōfirmationē verò respōdetur, qd licet daretur posse hominē renūciare indulgentiarū subsidio, eas nō accipiēdo, quod

Solutio. 2.

Solutio. 3.

Solutio ad 1. sent.

Solutio. 2.

do, quod dist. proxima examinabitur, non tamen inde sequitur, q non tenetur accepta re poenitentiam, quia hic est iustitia, illic autē libertas.

ARTICVLVS. III.

Vtrum sacerdos secundum proprium arbitrium ligare possit, & soluere.



I potest sacerdos poenitentem obligare, necesse est inquirere an proprio arbitrio possit, an vero aliquibus teneatur legibus. Et arguitur, quod possit ligare secundum proprium arbitrium, ex can. si pra citato Mensuram, vbi ait Hieronymus, Mensuram temporis in agendo pnia idcirco non satis aperte praefigunt canones pro vno quoq; crimine, vt de singulis dicant, qualiter vnumquodq; sit emendandum, sed magis arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt. Secundo arguitur. Si sacerdos non possit proprio arbitratu poenam metiri, sequeretur q necessarium ei esset admetiri ea quantitati delicti, vt tanta esset poena qua tum fuit delictum: consequens tamen est falsum, vt supra dictum est, tum quod quadoq; esset minis rigida, tum quod sacerdos nescit semper quanta poena cuiq; peccato ad iustu respondeat. Tertio. Si sacerdos liber non esset ad quacumq; imponenda poenitentia pro suo arbitrio, sequeretur quod no semper poenitentia iniuncta sufficeret ad soluendam omnine poenam purgatorij, idq; citra culpam poenitentis & sacerdotis. Vt verbi gratia, Si poenitens sit paratus quancumq; poenitentia recipere, & sacerdos pensata qualitate personae & alijs circustantijs non tanta poena poenitentem plectit, quanta pro quantitate delicti deberet: tunc enim apparet luendum restare in purgatorio residuum illius poenae: consequens tamen apparet falsum: nam sacramentum, vbi nullus interuenit error, suu effectum plene consequitur: effectus autem poenitentiae per tres suas partes est remittere, & culpam & poenam. In contrarium autē, quod scilicet non possit sacerdos proprio arbitrio taxare poenam, probatur ex illo Gregorij can. Falsas. de pnia distin. 6. Falsas poenitentias dicimus, quae non secundum autoritate sanctoru patru pro qualitate criminu imponuntur. In ingressu quaestionis huius praesupponere oportet cuicumq; peccato certum supplicij gradum quoad poenam sensus respondere in inferno, atq; adeo postq remissum fuerit, verbi gratia, per minimam contritionem respondere illi quoq; in purgatorio certam poenam tam in duratione temporis, quam in rigore tormenti. Illius ergo quantitatis pars aliqua remitti potest per cotritionis feruorem, & per confessionem & per absolutionem virtute clauium, vt diximus. Illud autem, quod post haec omnia restat, necessum est, vt vel hic per satisfactionem extingatur vel in purgatorio aequali poena perpurgetur. Atqui, vt supra diximus, poenitentia hic liberē assumpta ratione meriti plus potest remittere poenae purgatorij, qua si illic solueretur. Quod si sit vi clauium in sacramento iniuncta, maioris efficaciae caeteris paribus est, qua si sua sponte eam poenitens assumeret. His praehabitis ad quaestionem tribus conclusionibus respondetur. Prima. Nequit sacerdos poenitentiam secundum arbitrium pro libito suo imponere, sed arbitrari illam debet habita circustantiaru consideratione. Conclusio liquida est: quonia non absoluit sua propria autoritate, sed Dei: qua ratione data est ei clauis scientiae, vt secundum rationem perpedit, quae debet absolueri & quomodo. Instrumentum enim, qualis est sacerdos no mouetur nisi ad nutum principalis agentis. Vnde Dion. in fine libri ecclesia. Hierar. Sacerdotibus, inquit vtendum est virtutib; hierarchicis, quando diuinitas eos mouerit. In cuius signu Mat. 16. an tequam Petro potestatem contulerit soluedi & ligandi, praemisit, q fidei mysteria non caro & sanguis, sed pater ei reuelasset. Et Ioā. 20. Accipite, inquit, spiritu sanctu, Quoru remiseritis, &c. insinuans illa potestate remittendi no proprio arbitratu, sed secundum iudiciu spiritu sancto regulatu eis esse vtendum. Atque hoc est quod nuper citatus Hiero. super verb. Mat. 16. Quodcuq; solueris, admonuit ne. s. presbyteri Phariseoru supercilio tumentes putet si que indignu absoluerint, absolutu ideo esse apud Deu, vel si innocentē ligauerint, putent esse ligatu. Et quod Hiero. ait quantum ad culpā, eade ratione intelligendu est quantum ad poenam. Si enim quispiā in purgatorio dignus est igne vnus anni, non putent, q per septē Psalmos poenitentiales quos in poenitentia iniungunt, poenitentia tota poena liberetur: nam tunc iustitiae Dei non fiet satisfactio. Neq; est Christi de hac re in exemplū addu-

Part. negati-
ua arg. I

Secundū ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

Part affirmati-
ua.

Deciso arti-
culi.

Prima cōclu-
sio.

Diony.

Hierony.

adducendus, quem sacerdos imitari debeat, quiquidem quibus peccata remittebat, nullā satisfactionē imponebat, sed vt legitur Io. 8. eos commonebat, ne amplius vellent peccare: nam, cum haberet potestatem excellentiae, plenissimē peccata remittebat quo ad culpā, & poenā. Sacerdos verō debet esse sacramenti legibus adstrictus. Quod si arguas Christus laudauit villicū iniquitatis, q prudēter fecisset, dum debitoribus Domini sui dimisisset largiter: ergo similiter debet facere sacerdos. Negatur consequētia: quia de hoc no laudabatur ille, q propria autoritate que domino debebantur remisisset, imō in hoc fuit etiam iniquus: sed de hoc laudatus fuit, q secundum prudentiam huius seculi sibi consuluit: prudentia ergo sacerdotis esse non debet, nisi legibus domini in solutioe debitoru adstringi. Pari modo si pro suo arbitratu vellet maiore poenam iniungere, q cuius poenitens debitor est, erraret clauis, ad quam ideo poenā ligare non possit. Secunda conclusio. In poenitentij arbitrandis non debet sacerdos possibilitatem ad comoditatē implendi prospicere secundum qualitatem personae & circustantiaru. In inferno quidē, & in purgatorio, vbi nulla in poenis habetur medicinae ratio, sed solum vindictae, aut purgatiois, secundum qualitatem delictorum ad iustu infliguntur. At poenitentia in sacramento, vt saepius dictum est, non solum sunt peccatoru vindictae, sed etiā medicinae: vnde sicut medicus no semper rigore medicaminu vtitur, quae morbus exigit, sed ad egri debilitatē attendit, qui si rigore illum ferre nequit, remissius cum eo agit: ita sacerdos licet admonere debeat poenitentē quātam peccata sua satisfactionem exigant, eumq; animare, vt satisfaciat, nihilominus si poenitens ei suam imbecillitatem exponit, praesumiturque, aut propter debilitatem corporis, aut propter animi spiritusq; languorem, & teporem non esse condignam poenitentiam impleturus, debet illi morem gerere, & remissiores imponere. Imō quauis poenitens paratissimus sit omnes acceptare poenitentias, nihilominus sacerdos debet qualitatem personae aestimatē considerare. Haud enim homini secundum suū statum pauperi, aut alenti familiam debent large elemosynae imponi, neq; is qui labore, & sudore vultu sui panē vescitur, in magna ieiunioru inedia adigendus est. Item &

Obiectio.

Dilutio.

Secunda con-
clusio.

Sacerdotis
consilium.

Poenitentiae
inimpendae
modus opti-
mus.

honoris consulendū: non enim illae sunt poenitentiae iniungendae, quas personā implere no deceat. Decretū est Leonis Papae can. Tēpora. 26. q. 7. & can. His qui, ex cōcilio Laodicē. Nā etsi in tota illa. q. de pnia publica fiat mētio, ratio tū eadē est de priuata, & secreta. Itē licet oculis ad magnitudinē delictoru cōijciatur, in poenitentia, quae ratione vindictae imponitur, cōsideranda est tū cotritiois vis: nā quanto plus per cotritionē, & alia opera remissum fuerit, tantō minor iniungenda est poenitentia, & tantō minus, maior. Rursus, & in ratione medicinalis remedij habenda est ratio personae, vt vbi vehemētior est peccati illecebra, maior iniungatur poenitentia. Quare iuueni, p eadē fornicatione maior est iniungenda pnia q seni, tametsi minus peccet: quia cū vehementius inuiget ad malū, vehemētior indiget cohibitione. Et homini auaro, & tenaci amplior est iniungēda elemosyna, vt liberalitatis virtuti assuecat. At quonia dictū est virtute clauū posse sacerdotē satisfactionē arbitrari, quaeritur, vt iū secundum suum arbitramentū clane non erigatur remittatur poena purgatorij. Exempli gratia. Indicat, idq; prudenter sacerdos illis delictis tāta respondere poenā in purgatorio, vt tali satisfactioe possit tota deleri, vtrū quis forte maior illa purgatorij fuerit, tota per illam satisfactionē vi clauū remittatur. Videtur enim tota remitti: siquidē illa cōmutatio fit clauē no errate: q vim habet per absolutionē, & p iniunctā satisfactionē aperiēdi regnū caeloru. Scotus di. 18. ait iustitia poenae, quae debetur peccato, verbi gratia, homicidio, no consistere in diuisibili. Imō verō sicut in cōmutationibus pretiū rei, quae valet decē, latitudinē habet pti, vt iuste possit paulō plus minusve aestimari, vt nouē, vel vndeim: ita est de iustitia poenae, quae debetur peccato. Quod si intelligat de poena, quae est in purgatorio, falsum est: nā illa ad pūctū aequalitatis exigitur, sicut in inferno. Si autē intelligat (vt videtur) secundum taxationē sacerdoti commissam virtute clauū, verum dicit. Exempli gratia. Si poena vt decē respondet homicidio in purgatorio, cōmissum est sacerdoti, vt illā possit remittere vsq; ad sex. Hoc non aliunde cōnincitur, nisi quia virtute clauū dum Christus dixit, Quoru remi. &c. fecit sacerdotes ordinarios iudices, vt illam poenam prudenti arbitramento remitterent. Et quia aequalitatis punctum non poterat homo

Secunda con-
sideratio.

Tertia consi-
deratio.

An per poe-
nitentia ar-
bitrio sacer-
dotis iniuncta
remittatur
poena purga-
torij.

Scotus

Exemplum.

homo percipere, fit maximè credibile quòd arbitrium: vt nomen ipsum sonat haberet latitudinem, vt posset remittere vsq; ad quinque vel vsq; ad septē. Ait ergo Scotus, quòd quando arbitramentum fit intra illam latitudinem clauis non errat, si verò deficiat vel excedat tunc errat. Hic autem, nonnulla sunt tenui iudicio meo adnotāda. Primum spectat ad sacerdotis autoritatē. Potest enim, vt bene ait Scotus, poenam, quæ in purgatorio est vt decem, taxare ad septem, ita vt eius sententia rata habeatur in celo: quare illa impleta, nihil amplius debetur in purgatorio. Et potest etiam remittere vsq; ad sex vel quinque. Itaq; si tres æqualia omnino peccata confiteantur diuersis sacerdotib⁹, licet vnus imponat vni poenitentiam vt quinque; & alius vt sex & alius vt septē, nullius clauis errabit: & ideo oēs tenentur suas implere poenitentias. Quare vbi prim⁹ impleuerit quinque; erit liber à purgatorio: secundus verò minimè quousq; impleat sex: neq; tertius quousq; impleat septē. Et si moriatur antequam compleat omnia septem, in purgatorio soluet tantum, quantum illi residuo, quod hic non soluit, respondet. Si autem sacerdos taxet vltra septē, quāuis sit error clauis, nihilominus si non excedat denarium numerum, qui debetur in purgatorio, quāuis posset poenitens non acceptare propter rigorem poenitentiae, tamen à poena purgatorij non liberabitur, nisi totam acceptet & soluat vel sacerdos minorē imponat, quia si nō acceptetur nihil virtute clauis remittitur. Hæc omnia, si superficie tenus aspiciantur, videri poterunt gratis asserta. At verò si medullit⁹ considerētur, profectò, ex natura clauis soluendi & ligandi colligi apparebunt. Si autem imponatur poenitentia infra quinque; tunc clauis errat per defectū. Et ideo sunt qui dicant, nihil tunc virtute illius remitti in purgatorio, eo quòd clauis errante nihil fit. Est tamen hæc sententia dura, & certè falsa: nam licet clauis erret non imponēdo poenitentiam ad iustum, non tamen errat in totum: & ideo remittetur illud, quòd illi graui poenitentiae respondet. Alioquin hac nostra tempēstate, in qua poenitentiae: quāuis leuissimè imponuntur, nihil virtute illarum in purgatorio diminueretur. Secundum etiā ex parte sacerdotis notandum, quòd non habet potestatem ligandi ad poenam, quæ illa excedat, quæ in purgatorio debetur, nisi forsitan per viam salutaris medicinæ ad cauē-

Scotus.

Opinio dura.

Consideratio secunda.

dum in futurum. Quo fit, vt si in casu presenti sacerdos imponeret poenitentiam vsque ad vndecim, vel duodecim, eamque poenitens acceptaret, cum partem illius solueret vsque ad decem, liber esset à purgatorio. Quare ille excessus reponeretur in thesauro ecclesiae. Tertium autem ad poenitentem spectans est, quòd vt non teneatur poenitentiam acceptare, non requiritur vt excedat illam, quæ debetur in purgatorio, sed satis est, vt sit excedens secundum tenorem secundæ conclusionis assertæ: pensatis scilicet non solum peccatorum grauitatibus, sed personæ qualitate & alijs circumstantijs. Ex his planè infertur tertia conclusio. Saepe & quāuis sepius, persoluta poenitentia in sacramento iniuncta restat poenitens debitor alterius in purgatorio soluendæ. Nam si clauis errat, res est clara, siquidem propter vitium ministri iustitia Dei non variatur. Et quāuis non erret, idem etiam accidit: nepe, dum sacerdos, vel ob imbecillitatem personæ, vel ob aliam causam prudenter non totam poenam iniungit, quā alijs iniungeret. Nam circumstantiæ illæ, quāuis sufficiant ad excusandū sacerdotem & fortè poenitentem à culpa, non tamen apud Deum ad mutandum stabilitamentum suæ iustitiæ. Hinc fit culpam esse sacerdotum non animare poenitentes ad acceptandas condignas poenitentias, vel eas saltem, quæ essent alicuius ponderis, quibus acerba purgatorij supplicia tollerētur, vel bona ex parte relaxarentur: nam profectò quæ modo in vsu sunt, non tam poenitentiae, quā poenitentiarum ludibria existimantur. In calce autem quaestionis huius dubitatur vtrum possit sacerdos mutare poenitentiam ab alio eidem poenitenti impositā. Syluester enim verb. Confessio. r. §. 27. citat quosdam Canonistas, quos hac parte sequitur: videlicet, quòd si crimen, pro quo imposita fuit poenitentia, non sit superiori reservatum, potest secundus sacerdos poenam ab alio impositam mutare. Sed re vera quāuis hoc in vsu versetur, non video qua auctoritate id fieri queat. Si secundus non sit superior primo, sed ambo sint priuati & æquales. Nam sacerdos quicumque iniungens poenam est absolutus iudex, qui non subditur, nisi superiori: cum ergo ille fuerit officio suæ clauis perfunctus, non video quo iure alter possit sententiam eius mutare. Praesertim si verum sit, vt verū est, quòd sacerdos clauis non errante potest obligare

Consideratio tertia.

Tertia conclusio.

Mutatio in pnia.

Syluester

Dubij solutio.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

Solutio. 4.

Sacerdos, qui poenitentiam imposuit, potest commutare.

Solutio prima arg.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

obligare de iustitia poenitentem. Ad dubiū ergo dicendum est primò, quòd quando poenitentia illa errorem continet, pensatis omnibus circumstantijs iuxta tenorē secundæ conclusionis, potest quidē secundus nō vtiq; mutare, sed declarare illam poenitentiam non fuisse obligatoriam. Id tamen non potest, nisi audita confessione criminis, vt perpendat, an clauis errauerit. Secundò dicitur, quòd si iudicauerit clauis nō errasse, non potest sententiā alterius mutare: quia parim parum nō habet imperium. Et confirmatur: quia cum in foro exteriori nō possit vnus iudex alterius sententiam irritare, aut reuocare, nisi sit superior, nulla permittit ratio, vt id fieri valeat in foro poenitentiae. Atq; ad hanc sententiā alludit canon Placuit, Urbani, de poenitentia. d. 6. vbi cauetur ne vllus sacerdos commissum alteri poenitentem ad poenitentiam suscipiat, nisi de illius consensu, nisi pro ignorantia illius prioris. Nam etsi de poenitentia publica illic habeatur sermo, eadem tamen ratio de priuata & clancularia censetur. Tertio additur, qd hoc quoque fieri potest extra confessionē: si enim poenitens sentiens se esse grauatum, doctorem consulat recitando peccatum, & eius merita, potest respondere doctor. Illa poenitentia non est valida, quia clauis errauit. Quarto. Forfan licet clauis non errauerit, superior illo sacerdote, dum tamē confessionē eiusdē peccati sacramentaliter audiat, poterit mutare & absoluere à priori præcepto: quia est superior, non solum in foro exteriori, sed in interiori ad corrigendam eius sententiam bona causa. Tandem ipse idem sacerdos, qui poenitentiam imposuit, si poenitens ad eum recurrat, poterit mitigare sententiam, si tamē in tempore recurrat, quo censetur idem durare iudicium. Si enim quis hodie, vel heri quempiam absoluit, recurrit poenitens cras, vel postridie, quādo adhuc in memoria sunt peccata, videtur idem iudicium durare. Si autem longius tempus defluerit, negotiū iam trāsuit in re iudicatā: & ideo nō potest aliud facere, q̄ quod de alio sacerdote dictum est. Ad primū igitur arg. respondetur, qd poenitentiae sic imponendae sunt arbitrio sacerdotis, vt tamē illud sit diuino instinctu, & iudicio regulatum. Ad secundū etiam respondetur, qd negata cōsequētia, scilicet quòd debeat imponere poenitentiam ad æqualitatem delicti: quia habendus est respectus, vt poenitentia sit poenitenti medicina. Ad perinde ad

tertium simul respōsum est in tertia conclusione, concessio eo, quòd concluditur: videlicet, quòd etiam clauis non errante, non semper oportet, vt poenitens maneat liber ab omni poena purgatorij: quia mos gerendus est ingenio poenitentis, si non potest condignam hic poenitentiam persolvere.

Tractatus poenitentiae finitur.

DISTINCTIO vigesima prima, De indulgentijs.



Acultas hæc clauis Cap. j. comemorata, præter vsu, quē in sacramētis habet, & potissimū in sacramento poenitentiae soluendi, & ligandi, latius patet, etiā extra sacramenta. Nā eadē facultate potest tū maxim⁹, tū suo ordine reliqui, & à culparū poenis, quæ remissæ sunt, per indulgentias absoluere iure solent, & ab eorū obediētia rebellates excōicatiōis sententiā, alijsq; cēsuris ligare. Est ergo indulgentia ecclesiastica, vt sua definitione patecat, relaxatio poenæ peccato debitæ, quæ extra sacramentū fit. Enimverò cū merita, pijq; labores nostri, tum subinde sacrosanctæ virginis aliorumque diuorum in thesauro sint ecclesiae recondita, nil mirum si iidem pontifices, & præcipuè Summus, quem sibi Christus vicariū substituit, dum bonum publicum ecclesiae id exposcit, virtute eiusdem thesauri e-

Definitio indulgentiae.

iusmodi relaxationes faciant. Eadem enim facultas in illa plenaria fundatur Matth. 16. Quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in cælo. Et Ioann. 20. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt: siquidem hoc relaxationum genus ad remissionem attinet peccatorum. Quocirca indulgentiarum usus non est res noua, vt hæretici autumant, sed à tempore apostolorum antiquissima. Quod vel ex eo loco satis constat. 2. Corin. 2. vbi Apostolus pœnitentiam incestuoso illi relaxauit. Vnde ait, Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donauit, siquid donauit, propter vos in persona Christi. Vnde cum huiusmodi facultatis usus vera sit absolutio, eadēque extra sacramēta fiat, consequitur, vt iurisdictionē in foro exteriori exigat, vt pontificio Alexādrī decreto admonitum nobis est. Atque adeo penes pontificem maximū, & penes œcumenicam synodum plenissimè, ac subinde penes episcopos sita sit, qui tanquam ecclesiæ principes ecclesiasticum thesaurum suis subditis dispertiri valent. Parochialibus nanque presbyteris, quia eiusmodi iurisdictione carent, eiusdem indulgentias concedere non permittitur. Sunt enim duntaxat antistites, ecclesię prælati ac propriè sponsi, in cuius testimonium, dum ordinantur, annuli insigne recipiunt, quos Pa-

Matth. 16.

Ioan. 20.

2. Corin. 2.

Cap. ij.

Capit. Quod autē de pœni. & remis.

pa proinde solos fratrum nomine dignatur.

¶ At verò, quoniam autore ad Corinth. Paulo, prædicti prælati non sunt dissipatores, sed dispensatores mysteriorum Dei, nequeunt sine pia causa eiusmodi indulgentias impertiri. Si autem illa intercurret causa, quæ in ecclesiæ commodum, & Dei honorem referatur, tantum valent, quantum sonant, & prædicantur. Ecclesia enim, quæ nūtu spiritus sancti regitur, permitti nequit, vt autoritate publica falsa prædicet. Nam vt ait ad Corinth. Apostolus, Si inanis est prædicatio nostra, inanis est fides nostra: quod quidem licet de prædicatione fidei, in qua summa est certitudo, enūciatum sit, suo etiā gradu ad ea, quæ autoritate summi Pontificis prædicantur, spectat. Quapropter, nisi indulgentiarum forma ad iniunctas, vel non iniunctas pœnitentias coarctetur, vniuersim de omnibus intelligitur, idque quantum ad pœnas, quæ in purgatorio nobis decretæ sunt.

Cap. iij. 1. Corin. 4.

1. Corin. 15.

Cap. iij.

Tria necessaria.

¶ Ad hæc cum indulgentiarum beneficium opus sit gratiæ diuinę nihil nisi Dei amicis valere potest. Quare qui in peccato mortali existit, ceu membrum mortuum nihil eiusmodi influxus diuini participare valet. Necessaria ergo tria sunt, vt indulgentiæ valeant: nempe, in conferente autoritas, in recipiente charitas, & in causa pietas.

DISTIN.

DISTINCTIONIS vigesimæ primæ, Quæstio prima de indulgentiarum potestate, & eius subiecto.



¶ Quoniam, vt dictum est, usus clauium est soluere & ligare, non solum in sacramento, sed etiam extra per iurisdictionem in foro exteriori: & de priori satis dictum est, subsequitur vt de posteriori, quæ bipertita est, in duabus reliquis distinctionibus dicamus. Et cum absoluere dignius sit ac pretiosius, quàm ligare, ratio ordinis exposcit, vt materiam prius indulgentiarum expediamus, quàm alteram de excommunicatione. Distinctio ergo præfens, quæ de indulgentiis instituitur duas habebit quæstiones. Primam de potestate eas conferendi, deq; eiusdem potestatis subiecto. Et secundam de earum valore. In prima quatuor sunt articuli. Primus, an talis potestas sit in ecclesia. Secundus, quæ nã sit illa potestas. Tertius, de indulgentiarum antiquitate. Et quartus, de ijs, qui possunt indulgentias conferre.

Quæst. 1.

Quæst. 2.

ARTICVLVS. I.

Vtrum potestatis clauium, quæ est in ecclesia, sit quidpiam de satisfactoria pœna relaxare



¶ Primum igitur tractatus indulgentiarum initium est constitutere, potestatem indulgentiarum in ecclesia consistere. Et ideo arguitur, quod nulla sit. Nam in euangelio non legitur alia potestas remittendi peccata, nisi illa Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, &c. sed illa potestas solum intelligitur de remissione, quæ fit in sacramento: relaxatio autem per indulgentias fit extra sacramentum: ergo illa non legitur in euangelio. Probat̃ur minor, quia peccatum extra sacramentum remittere seu quoad culpam, seu quoad pœnam est potestatis excellentiæ, quam Christus habuit, & nulli commisit: ergo ecclesia id facere nequit. ¶ In

Part. negatiua arg. 1.

Part. negati.

contrarium est illud. 2. Corin. 2. Ego quod donauit, siquid donauit, propter vos in persona Christi, vbi ait glossa, ac si Christus donasset: Christus autem relaxare poterat peccata absque vlla satisfactione, vt patet Ioan. 8. de adultera: ergo ecclesia perinde atq; Paulus potest: nam id non fecit peculiariter tanq; apostolus, sed tanquam episcopus.

Decisio articuli.

¶ De hac re super hunc locum Pauli relectionem pridem publicè recitauimus, vbi penè omnia disculsim⁹, quæ hic paulò mutato ordine dicturi sumus. Et primum ne de nominis vsu in hoc significato in theologia contēdamus: constat latinè indulgentiæ nomen sæpe vsurpari pro eo, quod est immodicam licentiam alteri facere, ad aliquid, quod non licet, perpetrandum. Vt indulgere gulæ, Veneri, &c. iuxta illud Quintiliani. Mollis educatio, quam indulgentiam vocamus, &c. Istæ verò ecclesiasticę appellatur, idq; ad rem germanius, relaxationes & remissiones, & posunt vocari veniæ. Nihilominus cū indulgentiarum nomē inter latinis theologos, eosdēq; doctissimos in hac etiā significatione vsurpatur, non est cur ab illo abhorream⁹. Nã ex eo qd indulgem⁹ quasi cōsentiētes, vt malū fiat, tractum est nomen ad id, quod est ignoscere cuiuspiam, quod fecit. Atq; in hoc significato Hieronymus super illud Daniel. capitul. 4. Ignosceat Deus delictistuis ait. Rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur. Et Augustinus super Psalm. 101. Ne desperatione homines peius viuerent, promisit Deus indulgentiarum portum. Et Cyprianus alibi sæpe, tum in epistola ad Iubaianū crebro hoc nomine vtitur. ¶ Est ergo indulgentia ecclesiastica (vt definitionem eius præsupponamus) relaxatio pœnæ peccato debitæ, quæ extra sacramentum fit. Scio alios alias particulas adhibere, quæ potius sunt inter disputandū examinandæ, quàm in definitione ponendæ, eo qd definitio tanquã communis animi conceptio supponenda sit, potius quàm in disputationem vocanda. Et ideo non diximus qd fit relaxatio pœnitentiæ iniunctæ, vt Caiet. in tracta. de indulg. ad Iulium Medicem cap. 2. ait nam de hoc disputandum restat, vtrum etiã indulgentia pœnitentiæ non iniunctæ sit valida. Dicitur ergo indulgentia relaxatio, quia est opus misericordiæ id condonantis, quod debitum est. Quare dū dicitur relaxatio pœnæ, nō intelligitur in foro iudiciario, dūm fit

Quintilia.

Definitio indulgentiæ.

Declaratur definitio.

P p p remissio

remissio poenae pecuniariae, aut absolutio ab excoicatione, sed pertinet per extensionem ad foru pniale, nili q fieri debet extra sacramentu pniae. Na qn virtute absolutionis, vt dictum est, remittitur poena, remissio illa est sacramentalis. Atque in hoc ratio indulgentiarum consistit.

Hereticoru blasphemiarores. *Lutherus.* Ugitur aduersus hanc indulgentiarum assercionem haeretici, inter quos praecipue Lutherus insignib⁹ blasphemijs oblatrant. Hoc enim fuit primu praecipitium, vnde in suarum haeresium abyssum sese coniecit, odium, s. indulgentiaru, quae tempore suo in sua provincia praedicari ceperunt. Vnde cum in articulo 5, inter condemnatos a Leone satisfactiones negauerit, postea in artic. 17. negauit merita Christi & sanctoru, posse per indulgentias dispensari. Et in art. 18. dixit prius indulgentias esse pias fraudes, & postea dixit non esse, nisi impijssimas sceleratissimorum Pontificu impoluras. Ac subinde tribus alijs articulis subsequenter multis in hunc modu contra indulgentias blasphemauit. Biforme autem est eius argumentum. Ait enim primu. Ei, qui in gratia Christi receptus est, nulla opus est alia satisfactio, q eiusde Christi passione. Addit vero deinde, q etiam gratis admissio illam esse necessariam, ecclesia nullam habet auctoritatem satisfactioem remittendi: quonia Deus peccatis pro sua iustitia supplicia decreuit, quorum ipse solus exactor est, vel in hoc seculo, vel in futuro: iuxta illud Psal. 88. Si peccauerint, visitabo eos in virga ferrea.

Lutherus satisfactioes negauit.

Lutheri arg. primum.

Secundu argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Contra primum arg.

talem absolutionem poena aliqua temporale virtute clauium arbitrandam, & a nobis in hoc seculo, vel in futuro exoluendam. Secundum autem punctu, an ecclesia extra sacramentum eiusmodi poenas relaxare possit, ad praesentem locum attinet constituendum.

Contra secundum argu.

Ad quaestionem ergo vnica conclusione respodetur. In potestate clauium, quam Christus ecclesiae commisit, positu est, vt peccatorum poenas quo ad culpam remissorum possit extra sacramentu relaxare, quod est indulgentias conferre. Probatur. Christus absoluit dicit Petro, Tibi dabo clauis, Quodcumq;

Conclusio.

solueris, erit solutu, & lo. 20. Quoru remiseritis, remissa erunt, non restringendo, siue in sacramento, siue extra: ergo sicut in sacramento virtute clauiu aliqua poena remittitur per arbitramentum sacerdotis, vt art. precedenti expositum est: eadem ratione ecclesia potest extra sacramentum eandem poenam, quae remissa culpa relinquatur, ex legitima causa relaxare. Et confirmatur, quia ecclesia, vt supra dist. 19. q. 2. diximus, canones poenitentiales instituit, ad quorum normam compellendi erant poenitentes pro peccatis satisfactio: qua vtique auctoritate potuit illos abrogare, vt re vera iam non sunt in usu: ergo eadem ratione postq illa poenitentiae essent a sacerdote iniunctae, potuit illas ecclesia ob legitimam causam remittere, & eadem ratione, licet poenitentiae non sint iniunctae, poenas quae in purgatorio debentur, auctoritate Christi sibi indulta propter causam, quae in bonu coe ecclesiae cederet, relaxare. Sed quia, vt supra argutu est, videtur ecclesia non habere auctoritatem remittendi peccata, nisi sacramentis alligata, secundo arguitur sic. Ecclesia habet auctoritatem simpliciter remittendi peccata quo ad culpam, & poenam, quae in euangelio no est limitata: ergo habet facultatem remittendi culpam iuxta naturam suam, & poenam iuxta suam: natura autem lethalis culpa est, vt nequeat, nisi per gratiam remitti, & quia ministri ecclesiae nequeunt gratiam, nisi per sacramenta conferre, inde colligitur quantum ad hoc habere suam potestatem sacramentis alligata: at quia poena no exigit gratiae infusionem, vt remittatur, sed vt ecclesiae thesaurus applicetur, quo ei fiat solutio: non est cur hac parte alligata sit potestas ecclesiae sacramento. Tamen ad forum poenitentiale, vt diximus, eiusmodi relaxatio pertinet. Et confirmatur ratio. Si ad remissionem poenae necessarium esset sacramentum, id esset

Ratio conclusionis.

Rationis confirmationis.

Secundu argumentum.

Potestas remittendi poenam non est sacramentis alligata. Arg. confirmatio.

ARTICVLVS. II.

Vtrum indulgentias conferre sit poenas pro peccatis soluere, an vero ab illis absolueri.



Vanuis certu sit ecclesiae praelatos conferre posse indulgentias, non tamen de modo satis inter doctores conuenit, qui ideo antequam de earum anti-

quitate, & usu dicamus, explicandus est. Arguitur ergo, quod conferre indulgentias non sit a poenis absolueri, illasq; relaxare, sed pro illis soluere. Nam vt legitur Deuter. 25. secundum mensuram delicti erit & plagarum modus: cum ergo sententia sacerdotis, qua hominem ligat ad poenam, rata sit apud Deu, fit vt nullus habeat auctoritatem remittendi poenam illam, quae illic taxata est, atq; adeo ecclesia non habeat auctoritatem illam condonandi, sed applicandi thesaurum, vt soluatur.

Partis negatiuae argu. i.

Secundo. Ecclesia confert indulgentias non solum pro viujs, verum & pro defunctis: at defunctos non potest a poenis absolueri, sed illis tantum applicare thesaurum: ergo eodem modo confert indulgentias viujs.

Secundu argumentum.

Tertio deniq; arguitur ex extrauag. Vnigenit⁹ Clementis. 6. in extrauag. Dudum, de poenit. inserta, vbi fundametu indulgentiaru no aliud ponitur q thesaurus meritoru Christi, beatae virginis, & sanctorum: qui per ecclesiam dispensatur.

Tertiu argu.

In contrarium autem reclamant nomina ipsa indulgentiae, relaxationes, remissiones, & veniae: na his omnibus nominibus appellantur, quae absolutionem sonant.

Partis affirmatiuae.

In hac quaestione duo insinuantur differenda. Primum de thesauro ecclesiae, & secundu de modo, quo applicatur. s. vt u fiat per formam solutionis, an per formam absolutionis.

Decisio articuli.

Ad quam ideo quaestionem tribus conclusionibus respondetur. Prima fundamentalis est. In ecclesia est thesaurus, tam Christi, q sanctorum, qui eius praesidio suffulti multa merita satisfaciendi efficaciam cumularunt. Attu Franciscus Mayrones in. 4. dist. 19. q. 2. contendit huiusmodi thesaurum de medio prorsus tollere, no solum sanctorum, sed etiam Christi: quonia non tantum sanctoru, inquit, singuli gloriam pro suis meritis vltra condignum susceperunt, verum & ipsi Christo redemptori nostro sufficiens fuit premium suorum meritoru collatu, vbi datu est ei nomen super omne nomen, vt in nomine eius

Tertium argu.

Luc. 11.

Luc. 6.

Iacobi. 5.

Confirmatio argu.

Solut. argu.

Solutio. 2.

esset sacramentu, id esset maxime, vt taxatio illius iuxta culpatum quantitatem fieret: ergo postq taxatio facta est in sacramento, potest postea sine ipso remitti. Imo vero per applicationem thesauri, licet nulla facta esset taxatio, remitti potest, vt inferius videbimus.

Tertio arguitur. Ecclesia habet auctoritatem etiam extra sacramentu remittendi culpas veniales per alia remedia, qualia sunt aqua lustralis, benedictio epi, atq; alia sacramentalia. Itē sunt & alia remedia plura ad remissionem poenaru, quae ex peccatis remissis fiunt reliqua, vt elemosyna, iuxta illud Luc. 11. Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis: & remittite iniuriam, iuxta illud Luc. 6. Dimitte, & dimittimini: & oratio, iuxta illud Iacobi. 5. O ratio fidei saluabit infirmum: quae quidem testimonia non intelliguntur de remissione mortalis culpa, quippe quae per solam contritionem & sacramentu poenitentiae dimittitur, sed de remissione poenae per modum satisfactionis, quauis sint etiam meritoria augmenti gratiae: ergo pariter ecclesia per sanctorum merita potest easdem poenas remittere.

Postremo confirmatur ex auctoritate Paul. 2. Cor. 2. vbi historia testatur incestuosum, cuius mentio in priori epistola cap. 5. facta fuerat, post remissam culpam traditum fuisse Satanae in interitum carnis, sed postmodu admonuit Corinthios sacerdotes, vt illius poenitentiam relaxarent, & illa satisfactio essent contenti: quod re vera non faceret, nisi crederet poenam purgatorij illi respondentem per illam relaxationem a Deo etiam remitti. Et ideo ait, Si quid donastis, idem & ego donau, quod autem donau, propter vos in persona Christi.

Ad argu. igitur in contrarium respondet S. Tho. dist. 20. art. 3. quod effectus sacramentalis absolutionis est minuere poenam peccato debitam, sed tamen extra sacramentum per indulgentias non est poenam remittere, aut diminuere, sed soluere: na qui indulgentiam collat, applicat thesauru ecclesiae, quo suscipiens poenam soluit. Tenere. n. videtur q collatio indulgentiaru no est absolutio a poena, sed potius solutio. Sed de hoc statim dicturi sumus: & ideo adhibemus secundam solutionem coepto q collatio indulgentiae pertinet ad remissionem peccatoru. Vnde ad minorē, vt modu dicebamus, respondetur, q remittere peccata quo ad culpam alligatu est sacramentis, sed non quo ad poenam: quia ipsa sine nouae gratiae infusione solubilis est.

omne genu flectatur &c. Quocirca nullus fuit relictus meritorum thesaurus, quem Pa-
 pa dispensare possit. At verò certè mens au-
 toris hui⁹ vix percipi potest. Primū enim o-
 mnium Christus nullum sibi præmium essen-
 tiale meruit, putà gratiæ, aut gloriæ: quippe
 cuius foelicissimæ animæ ratione vnionis cu-
 mulatissima debebatur, sed nobis ipsis me-
 ruit, quem, vt ait Paul. posuit Deus propiti-
 torem nostrū per fidem in sanguine ipsius.
 Vnde Esaiæ. 53. Verè languores nostros ipse
 tulit, & propter iniquitates nostras vulnera-
 tus est, & posuit super eum Deus iniquitates
 omniū nostrorū. Imò idem ipse ait. Hoc est
 corpus meum, quod pro vobis tradetur, &
 Hic est sanguis, qui pro vobis effundetur.
 Atqui ex hoc, q̄ nobis essentialē præmiū gra-
 tiæ, & gloriæ promeruit, illud subinde sibi ac-
 cidentale meruit, vt quia redēptor orbis fuit,
 in nomine eius omne genu flectatur. Hinc
 biforme sumitur argumentum contra illam
 opiniōem. Primū quòd non fuerunt in illo fa-
 tis præmiata sua merita, sed in nobis: nā me-
 rita sua fuerunt gratiæ, & gloriæ: illud autem
 nomen nō pertinet ad essentialē gloriam, quæ
 est Dei visio, sed ad accidentalem, quod
 ideo præmiū sua merita in infinitū exupe-
 rauit. Secundū arg. est euidens, q̄ si nobis
 meruit remissionem peccatorum, atq; adeò
 gloriā, negari neutiquā potest, quin in eccle-
 sia sit thesaurus meritorum eius. Et confir-
 matur planè: nā cum omnia ecclesiæ sacra-
 menta gratiā conferant in virtutē passionis
 Christi, fit vt p̄ omnia applicetur nobis eius
 thesaurus. Ecquid aut̄ aliud esse potest appli-
 cari nobis thesaurum passionis, quàm virtu-
 te illius nobis fieri remissionem peccatorū?
 Meritis verò Christi accedunt in thesauri cu-
 mulum sanctorum merita, quæ virtute eius-
 dem passionis præstiterunt: nā vt dist. 15. q. 2.
 art. 4. ostendimus, cū omnes sumus vnus cor-
 poris mēbra, vnusquisq; potest pro altero
 satisfacere, iuxta verbū Pau. ad Collos. 1. Gau-
 deo nunc in passionibus meis pro vobis, &
 impleo ea quæ defunt passionū Christi: hoc
 est, satisfactionibus Christi meas quoq; pro
 vobis adiungo. Quod illic amplius expositū
 est. Durand. verò dist. 20. q. 3. licet thesaurū
 Christi non abneget, renuit tamē sanctorum
 thesaurum cōcedere propter duo argumen-
 ta. Primū, quia quicquid passa est beata vir-
 go, ac perinde quicūq; sanctorū, & quicquid
 operis in Dei obsequiū præstiterūt siue rōne

Christus nō meruit sibi aliquod essen-
tiale præmiū.

Esaiæ. 53.

Christus nobis essentialē præmiū promeruit.

Duplex arg. contra illam opiniōem. Primū arg.

Secundū arg. euidens.

Arg. confir-
matio.

Opi. Durand.

Argumentū. 1.
Durand.

meriti, siue ratione satisfactiōis, totum eis fu-
 pra condignum remuneratum est: nam et si
 illi, q̄ innocenter vitam duxerunt, nulla satis-
 factiōe indigerint, nihilominus satisfactiōis
 ratio cōmutata eis fuit in remunerationē glo-
 riæ, iuxta illud. 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriā
 mercedem recipiet iuxta suū laborē: & quod
 receperint vltra condignum, patet ex illo Lu-
 cæ. 6. Mensuram bonā, & coagitatam, & su-
 perfluentē dabunt in sinum vestrū: nihil er-
 go inde thesauri redundat. Secundum eius
 argumentū est, q̄ opus vnus non cedit in sa-
 tisfactionem alterius, nisi ille pro alio satisfac-
 cere proponat: cum ergo nulla nobis histo-
 ria referat sanctos meruisse pro illis, qui mo-
 dō viuunt, nulla est autoritas applicandi eor-
 um satisfactiōes nobis. Nihilominus & cō-
 tra Durand. eadē asseritur conclusio. Nam, vt
 ad primum eius arg. respōdeamus, in quo-
 cunq; opere ex gratia procedente ratio meri-
 ti sic à ratiōe satisfactiōis discernitur, vt pro-
 pter augmentū meriti nunq̄ satisfactiōis rati-
 o minuatur, atq; in hoc falsus fuit. Enim ve-
 rò quis ego opus aliquod in satisfactionem
 pro amico offerā, nihil mihi decreuit meri-
 ti: imò quia meritum in charitate fundatur,
 quò mea charitas latius in proximos diffun-
 ditur, eò mihi diuino munere plus accrescit
 meriti. Quocirca quantuncunq; beatæ virgi-
 ni & sanctis sua fuerint merita per gloriam re-
 munerata, nihilominus superest satisfactiō-
 nis ratio, iuxta illud Iob. 6. Vtinam appende-
 rentur peccata mea, quibus iram merui, & ca-
 lamitas, quam patior, in statera, quasi arena
 maris hæc grauior appareret, vbi præter me-
 rita Iob denotatur laborum redūdantia in sa-
 tisfactione, qua ipse non indigebat. Ex quo
 subsequitur secundi argumenti solutio. Nam
 quāuis dum quis in sanctis se operibus exer-
 cet, non habeat singulare propositū referen-
 di suā satisfactionē ad hunc, vel ad illum, ni-
 hilominus per diuinā prouidentia acceptatur,
 referuanturque in bonū ecclesiæ, ne suo sint
 orbata effectu, & fructu. Et cum summus Pō-
 tifex, ac cæteri suo ordine prælati sint in suis
 diocessibus velut principes, ad quos attinet
 bonorum communiū dispēratio, illis incum-
 bit eiusmodi thesaurum pro causa legitima
 dispertiri. Quod quidem propositū in gene-
 re, & sancti ipsi habuerūt, dū opera sua Deo
 referebant, qua relatione includitur, vt ipse
 suaque ecclesia de illis disponeret. At verò e-
 iusmodi distributio nō pertinet ad iustitiam
 distribu-

1. Corin. 3.

Lucæ. 6.

Argumentū. 2.
Durand.

Solut. 1. arg.
Durand.

Solut. 2. arg.
Durand.

distributiua, vt secundū proportionē merito-
 rū personarū vnusq; recipiat, sed est opus
 misericordiæ: & ideo cuiusq; largienti, vel
 facienti, quod lator indulgentiarū iubet, & qua-
 lis obuenit indulgentiarū fors & satisfactio.
 Hoc tamē sic constituto thesauro dubiū re-
 stat secundū, vtrum indulgentiarū largitio nō
 sit aliud, q̄ eiusdem applicatio, vt fiat solutio
 pœnæ, an verò sit vera absolutio. De hac. n.
 re sunt quatuor opiniones. Vna est, quæ re-
 fert D. Tho. loco citato dist. 20. dicentiū indul-
 gentias nil cōferre ad remissionē pœnæ pur-
 gatorij, sed ad absoluendū pœnitētē ab obli-
 gatione, qua præcepto sacerdotis tenebatur
 satisfacere. Sed hoc falsū est, primū quia in-
 dulgentia fundatur in illa autoritate, quodcū-
 q; solueris super terrā erit solutū, & in cœlo:
 quare quod per indulgentiā remittitur, ad re-
 missionē pœnæ purgatorij valet. Præterea e-
 iusmodi indulgentiæ potius essent nocuæ, q̄
 proficuæ: quoniā inducerēt homines, vt satis-
 factiōibus leuioribus huius seculi præter-
 missis grauioribus solutionibus subderentur
 in purgatorio. Tertiū, quia etiam indulgentiæ
 dantur de non iniunctis pœnitentijs, & præ-
 terea, vt valeant existentibus in purgatorio.
 Secunda opinio, est citati auctoris Francisci
 Mayronis: is enim cū thesaurū neget, ait in-
 dulgentiarū concessiōem esse merā absolutio-
 nem. Itaq; sicut Deus gratis potest cōdonare
 pœnas purgatorij: ita potest facere Papa, p̄
 legitima causa, vt non soluta pœna absoluat-
 ur homo ab illa extra sacramentū, sicut in sa-
 cramento absoluitur a culpa. Christus enim
 cum dixit Magdalenæ, Remittuntur tibi pec-
 cata tua, gratis sine vlla applicatione thesau-
 ri cōdonauit illi omnē culpā, & pœnā. At
 verò dicere sic per indulgentias fieri merā ab-
 solutionē sine applicatione thesauri, est abij-
 cere thesaurū passionis Christi: nā etiā in sa-
 cramentis non fit absolutio, nisi virtute eius
 thesauri, quæ est quædam eius applicatio: mul-
 to ergo mirus extra sacramentū fieri potest
 remissio pœnæ, quæ debetur peccato. Secus
 habet absolutio ab excoicatione: nam illa nō
 pertinet ad remissionē peccatorū culpæ, vel
 pœnæ, sed ad iurisdictionē fori exterioris. Et
 ideo Caiet. q. 1. de indulg. ad tertiā partē adie-
 cta merito hanc opiniōem refutat. Præterq̄ q̄
 cōtraria est extranagati illi. Vnigenitus, vbi
 Clemens sextus affirmat, esse thesaurū meri-
 torū Christi, & sanctorū, qui per indulgentias
 à Christi clauigero dispensatur. Tertia opi-

secundi du-
by excusatio.

Opinio. 1.

Opinio. 2. Frāci-
sci Mayronis

Probatur opi-
nio Mayro.

Caiet.

Tertia opinio

nio est, quā D. Tho. & Bonauen. ac doctores
 cōiter amplectuntur, dicētes cōcessiōem indul-
 gentiarū nō esse aliud q̄ applicatiōem thesau-
 ri ecclesiæ, quo soluitur pœna illius, qui illas
 recipit. Quare fundamētū indulgentiarū, vt
 ibidē ait S. Tho. est vnitas corporis mystici,
 in qua sancti multas tribulationes sustinue-
 runt, quorū ideo meritorū copia pœnā debi-
 tam nunc viuentibus excedit, præcipuè pro-
 pter meritū Christi, quod licet in sacramētis
 operetur, nō tamē eius efficacia in sacramen-
 tis includitur. Hęc autē opinio, nisi sano mo-
 do explicetur, non videtur consona indulgē-
 tiarū nomini, & potestati: nā indulgere idem
 est quod remittere, relaxare, ignoscere, & ve-
 niā dare. Et ideo Durand. dist. 20. q. 3. ait, q̄ tri-
 pliciter potest aliqua pœna dimitti. Vno mo-
 do quando ille, cui offensa facta est, pœnam
 gratis cōdonat. Secundō modo, quādo vnus
 in totū satisfacit p̄ alio. Et tertiō quando de-
 bitū partim soluitur, & partim dimittitur.
 Primō, inquit, modo solus Deus remittit pec-
 cata, neq; illā potestatē dedit hominibus. Sed
 secundo, & tertio modo ministerio hominū
 remittuntur pœnæ peccatorū. Imò addit, q̄
 neq; in sacramētis baptismi, aut pœnitentiæ
 mera sit cōdonatio culpæ, & pœnæ: nā illic
 applicatur meritū passionis Christi, per quod
 in parte fit solutio. At verò Palu. ead. dist. q.
 4. hoc de sacramētis non admittit: nā cum
 in illis, inquit, maximè sit Deus liberalis, quā
 ratione sacramēta gratiæ vocantur, credēdū
 est, q̄ illic fit mera cōdonatio, & non solutio:
 ita vt remissio illic procedat nō ex satisfacti-
 one, & solutione Christi, sicut in indulgentijs,
 sed ex eius amore liberaliter culpā, vel pœnā
 cōdonatis. Sed profectō nescio, qd isti egre-
 gij alijs auctores cōmiserunt. Neq; enim Du-
 rand. negare potuit, quin in sacramētis fiat ve-
 ra remissio, & condonatio culpæ, iuxta ver-
 bū Quorū remiseritis, neq; verò Palu. quin id
 fiat virtute passionis Christi, quæ est eius ap-
 plicatio, Quare neq; propria est Durand. asser-
 tio q̄ pœna in sacramēto partim cōdonatur,
 & partim soluitur: imò totum condonatur,
 quia gratis nobis applicatur passio, & totum
 soluitur non à nobis, sed à Christo, & in hoc
 eius liberalitas consistit. Melius ergo Caieta.
 in opusculo. 21. quæstionū. q. 1. ait, q̄ indulgē-
 tiarū cōcessio est quidē absolutio, & remissio
 respectu illius, qui indulgentias suscipit, quia
 ille non soluit, sed est solutio respectu Christi
 & sanctorū, qui soluerūt p̄ eo. Tæthi postea
 Ppp 3 absolu-

Fundamētū
Indulgentiarū.

Declaratur
opinio.

Durand.

Tripliciter
potest aliqua
pœna dimitti.

Palu. Durand.
opi. excludit

Præterq̄ ab au-
tore refuta-
tur.

Impropria
Durand. solu.

Caieta. opi.
admittitur.

in tract. citato ad Iuliu Medicē cap. 6. plurimū verborū consumat, vtrūm principali⁹ sit absolutio q̄ dispensatio, an verō dispensatio, q̄ absolutio. Et in hanc partē propendet, q̄ est primū absolutio. ¶ Ugitur, vt veritas ex hac opinionū turba liquidō eruat, sit secūda conclusio huius articuli. Indulgētiarū cōcessio est vera absolutio, & remissio pœnæ, quæ fit virtute p̄sionis Christi, & sanctorū. Primū omnīū, q̄ sit absolutio, & relaxatio, nomen ipsum persuadet: indulgere enim est relaxare, quod quidē est nomē misericordiæ, & non iustitiæ, & ita hēt indulgētiarū forma, Misericorditer indulgem⁹: si autē esset solutio, tūc esset op⁹ iustitiæ, sicut si pœnitēs ipse satisfaceret, vel ali⁹ p̄ eo. Secūdo p̄batur. Nā si nō esset absolutio, tunc conferre indulgētiarū nō esset potestatis clauū: potestas enim clauū fundatur in illo, Quodcumq; solueris, & in illo, Quorū remiseritis, cum ergo indulgētiarū collatio, vt omnibus in cōfesso est, ad potestātē clauū attineat, eis dēq; euangelicis locis fundetur, sequitur q̄ sit absolutio, & remissio. Tertiō. Si non esset absolutio, nullā requireret iurisdictionē, sed posset episcopus Salmantinus Segobienſibus indulgētiarū cōferre: nā si hoc non esset aliud q̄ applicare thesaurū, nihil obſtaret quominus thesaurū, qui sub eius applicatione est, alijs nō subditis impartiret: consequens tamen est falsum, vt patet ex cap. Quod autē, de pœnit. & remis. vbi Alexand. determinat cōferre indulgētiarū esse iurisdictionis actū, & ideo non posse exerceri, nisi erga subditos. Idē cōfirmatur ex cap. Cū ex eo. eod. tit. vbi Innoc. tertius ait, q̄ per indiscretas, & superfluas indulgētiarū clauēs ecclesiæ cōtēnuntur, & pœnitentialis satisfactio enervatur. Quasi illa sit absolutio à pœnitētia iniuncta, vel iniungēda. Imō verō cōsequēs fieret, nullā requiri spirituale potestātē, vt quis indulgētiarū largiretur: nulla enim ratio dicere prohibet sacerdotes veteris legis potuisse applicare sacrificia sua, & suffragia illis, quibus vellent: si ergo hoc esset indulgētiarū cōferre, id illi potuissēt, quod est falsum. Quartō cōsequeretur, vt nulla esset differentia inter indulgētiarū, quæ conferuntur defunctis, & illas, quæ conferuntur viuīs: quia non differunt, nisi q̄ illæ conceduntur per modū suffragij illis, qui non sunt de iurisdictione ecclesiæ, & istæ per iurisdictionē clauū illis, qui sunt subditi. Ad hęc tandem. Ecclesia extra sacramētū verē absoluit à venialibus cul-

Secunda conclusio.

Probatur I membr. conclusio.

Probatio. 2.

Probatio. 3.

Alex. decretum.

Alia confirmatio.

Probatio. 4.

pis asperſione aquæ lustralis, & episcopali benedictione: ergo potest eodē iure, & à pœnis culpārū, quæ remissa sunt, absolueret. Colligitur ergo, per indulgētiarū eum, qui eas recipit, absolui à pœna, & satisfactione, eamq; illi remitti, iuxta verbū Paul. 2. Corint. 2. Si qd donastis, & ego in persona Christi. ¶ Secūda verō pars conclusionis. s. quod talis remissio fiat virtute meritorū p̄sionis Christi, & sanctorum, probatur. Nam q̄ fiat virtute p̄sionis Christi, ambigi non potest. Enimverō cum ipse fuerit vniuersalis redēptor, quē, vt ait Paul. Roma. 3. Deus posuit propitiationē pro nobis in sanguine ipsius, fit, vt quēadmodū habetur Actu. 4. nō sit aliud nomē datum sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri: & cum remittere pœnas peccatorū ad virtutē, & meritū redemptionis pertineat, fit, vt sicut in sacramentis nulla sit remissio culpæ, aut pœnæ, nisi virtute p̄sionis Christi: ita neq; extra sacramētū. Quod autē fiat remissio virtute etiā meritorū, quæ sancti acularūt iam supra dist. 19. q. 2. art. 4. ostensum est. Nā etsi p̄sio Christi fuerit infinita quo ad sufficientiā, applicatur tamē limitato modo per sacramēta & opera nostra, atq; adeo quod plures sanctorū p̄siones thesauro accrescunt, plus nobis applicatur, iuxta illud Paul. ad Colos. 1. vbi ait, implere pro illis ea, quæ defunt p̄sionū Christi. Exēplum est in ipsis operibus Christi, vniū enim p̄sionis actu infinitē quo ad sufficientiā meruit, eo q̄ erat actio suppositi infiniti: tamē quantū ad applicationē maior nobis fructus accrescit ex accessione aliorū, quæ per totā vitā patri obtulit, q̄ si sola p̄sio nobis applicaretur. Licet verō in cōclusionē dicatur, q̄ virtute p̄sionis Christi, & sanctorū sit remissio per indulgētiarū, nō tū intelligitur eodē modo: nā potestas clauū, virtute cuius fit illa absolutio, non est nobis collata sanctorū autoritate, sed soli⁹ Christi. Quare si sola applicarentur sanctorū merita, nō esset absolutio, sed tantū applicatio pretij, quo fieret solutio. Sed quia Christus cōtulit ecclesiæ potestātē applicandi sanctorū merita, dicitur quodā modo virtute illorū fieri absolutio. ¶ Ex his sequitur tertia conclusio. Indulgētiarū concessio nō ita est mēra absolutio, quin solutio interueniat. Nam etsi ille cui fit remissio non soluat, soluit tamen in primis Christus, ac deinde suo ordine sancti. Ait enim Pau. de Christo. 1. Cor. 2. Qui dedit semetipsum redēptionē pro nobis: itaq; non solum

Probatur. 2. membr. conclusio.

Paul. ad Roma. 3. Actu. 4.

Virtus meritorum sanctorum.

Tertia conclusio.

Pau. 1. cor. 2.

solum impetrauit nobis veniā: sed pretiū per modū sacrificij pependit satisfactionū. Vnde Hebræ. 9. Christus semel oblatuſ est ad multorum exhaurienda peccata. Et. 1. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nō solum nostris, sed totius mundi. Quibus testimonijs cōstat Christum pro nobis satisfecisse, pretiumq; p̄ nostris piaculis persoluisse ferendo suis humanis. vt habetur Eſaiæ. 53. infirmitates, & languores nostros. Cum igitur Papa potissimū, ac deinde p̄lati Christi vices gerant, per indulgētiarū illam satisfactionem applicant, vt virtute illius, ac subinde satisfactionum sanctorum hominē à pœna debita absoluat. Et in hoc sensu intelligenda est opinio. S. Th. & cōmunis, q̄ indulgētia est solutio pœnæ per applicationē thesauro. Dixerim, absolui, intelligēs, vel in totum, vel in partē: nam in indulgētiarū cōcessione semper iubetur qui illis potiri voluerit, quidpiam solvere, aut face re, quare non nihil commiscetur solutionis etiā personæ, quæ absoluitur, sed nihilominus multo plus habet relaxationis. Diluta ergo est Lutheri calumnia, qua ait per istas indulgētiarū plurimū detrahi diuinæ iustitiæ: siquidem, cōmonstratum est, Deum ipsum, qui eiusdem est exactor iustitiæ, ratam habere solutionē, quæ ex merito p̄sionis filij sui emanat. ¶ Hinc sequitur differentia inter collationem indulgētiarū, & satisfactionem, quā quis facit pro alio: nam quando quis satisfacit pro alio, est simplex solutio, ad iustitiam pertinens, quæ fit à persona priuata pro amico. Indulgētia verō fit autoritate publica estq; remissio, & gratuita cōdonatio pœnæ. ¶ Sed rogas, Quid ergo discriminis interest inter abolitionē à pœna, quæ fit in sacramētō, & illā, quæ per indulgētiarū fit extra sacramētū, si vtraq; fit virtute p̄sionis Christi? Martilius quidē in. 4. q. 12. nullū constituit discrimen, imō ait sacerdotem dum in sacramētō absoluit, indulgētiarū cōferre, perinde atq; Romanū Pontificē extra sacramētum. Et quādo vſu venit, vt pœnitēs absoluat à culpa & pœna, tunc cōfert indulgētiarū plenariā. At profectō ille loquendi modus extraneus est. Pari enim modo diceret per baptismū, & alia sacramēta conferri indulgētiarū. Responderetur ergo, q̄ etiam si in sacramētō applicetur Christi p̄sio, est tamen latum discriminē. Primum, q̄ sacramētū est instrumentum à Christo institutum, quo applicatur eius passio. Secūdu, q̄ absolutio in sacramētō neu-

1. Io. 2.

Eſaiæ. 53.

Solut. argu. Lutheri.

Differentia inter indulgētiarū collationē & satisfactionē.

Differentia abolitionis à pœna quæ fit per sacramētū, & illā, quæ fit per indulgētiarū.

tiq̄ fieri potest ex thesauro sanctorū, eo q̄ sacramēta cōferunt gratiā, quā solus Christus potuit nobis de cōdigno mereri: & ideo nō nisi in eius virtute fit in sacramētō remissio. Sancti verō licet possint satisfacere pro alijs, non tamē gratiā de condigno alijs mereri, vt sepe dictū est. Itē quia in sacramentis fit remissio pœnæ cōmutando pœnā eternā in tēporalē, quidpiamq; illius temporalis remittēdo: per indulgētiarū verō pœna æterna remitti neq̄. Neq; minuitur tēporalis ex vi clauū, vt S. Tho. loco citato in solut. 3. argu. ait, Sed tollitur, vel tota, vel pars secūdu proportionem causæ, propter quā cōfertur indulgētia, vt. q. seq. art. 2. dicturi sumus. Est ergo collatio indulgētiarū absolutio à pœna tēporali virtute p̄sionis Christi, non applicatq; per suū instrumentū, sed per peculiare ecclesiæ facultatē. ¶ Ad primū igitur argum. respondetur, q̄ quis secūdu mensurā delicti fit de iustitia inſligendus plagarū modus, nihilominus misericordia Dei, & clementia est per suos ministrōs, tam in sacramentis, q̄ extra aliquid de illis condonare. ¶ Ad secūdu verō iam responsum est, nō esse eādē rationem defunctorū, & viuorum: nā illis, quia non sunt iurisdictionis ecclesiæ, nō possunt conferri indulgētiarū per modum abolitionis, sed per modum suffragij. ¶ Ad extrauagantē deniq; Vnigenitus, respondetur, ita illic constitui ecclesiæ thesaurum, vt tamē nō affirmetur indulgētiarū esse meras solutiones pretij, sed hoc tantū quod virtute illius thesauro fit absolutio.

Tertium discrimen.

Solut. 1. arg.

Solutio. 2.

Ad extr. unigenitus.

ARTICVLVS. III.

Vtrum indulgētiarū vſus sit in ecclesia à tempore Apostolorum antiquus.



AEc quæ dicta sunt meditati luculentius possumus indulgētiarū antiquitatem, & vſum explorare. Arguitur ergo q̄ fuerit res admodū noua: nā neq; apud Augu. Hieron. aut alium illius clausis sanctum patrē vlla indulgētiarū memoria reperitur: & quod multū mouet, neque Petrus Lōbardus diligens sententiarum patrum collector vllibi de indulgētijs meminit. ¶ In contrarium tamen est, q̄ vbiq; in sacris canonibus historia indulgētiarū habetur, inducitur non tanq̄ noua institutio, sed tanq̄ memoria rei antiquæ.

Part. negatiua arg. 1.

Part. affirmatiua.

Decisio articuli. **¶**Propter argumentū factum doctores scho lastici, vt Duran. Caiet. & reliqui locis citatis fatentur indulgentiarum vsū esse rem nouam, quę nulla autoritate, aut Augu. aut Hierony. aut id genus diuorum patrum conuincitur, sed solū pontificū quadringētis retro annis antecedentium. At qui rationes nouitatis huius recenset Roffensis art. 18. aduersus Lutherū. Quarū prima est, q̄ olim non erat vsq; adeo ecclesię notū purgatorū. imō Græcis, inquit, adhuc vsq; die nō est creditū. Attamen mirum est virum alioqui doctissimum, & egregiē catholicum sic locutum, sanē cū, vt dis. 19. q. 3. art. 1. & 2. retulimus Aug. 21. de ciuit. Dei, & sermo. 4. de igne purgatorij, & alibi sepe de purgatorio meminerit, vbi illud Pau. 1. Cor. 3. de illis qui saluabuntur, sic tamen quasi per ignem, de purgatorio exponit. Et in enchiridio ait, acerbiorē esse purgatorij pœnā, q̄ aliqua, quę sit in mundo. Et Grego. 4. lib. dialogo. innumera de purgatorio refert. Et antiquior Hieron. in postremis verbis lib. 18. super Esaiā. Et Cypr. in epist. ad Antoninū, cuius verba sunt. Aliud est ad gloriam peruenire, aliud missam animam in carcerem non exire inde donec soluat vltimum quadrantem, quod de purgatorio intelligit. Et lib. 1. epist. ep. 9. Statutū, inquit, est in cōcilio Africano, Si quis hoc fecerit non offeratur pro eo, nec oret quis pro eo. Isti ergo antiqui patres mille ferē ducētis hinc annis manifestā purgatorij historiā cōposuerūt. Et inter Græcos, Origenes homilia. 6. super Exodum, cuius verba illic citauimus. Et Dionys. apostolorū cōtaneus in lib. de ecclesia. hierar. c. 7. part. 3. docet tunc in more fuisse pro defunctis orare, cuius verba sunt. Nam venerādus antistes precem sacram supra mortuū agebat, vt Deus peccata dimittat per infirmitatem humanam admittā, eumq; in lucē statuāt, in regione viuorum in sinibus Abrahamę Isaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor, & tristitia, & gemitus. Vnde eadem verba semper in ecclesia conseruata sunt vsq; in hodiernum diem, vt super mortuum canantur. Et quanuis hæretici isti negēt illum librum esse Dionysij Arcopagite, Gregor. tamen atque alij sancti libr. de cœlesti hierarch. citant tanquam eiusdem Dionysij. Aliam deinde commemorant causam cur pridem indulgentiā nō essent in vsu: videlicet, quia oēs erant ea charitate feruētēs, vt vnusquisq; satageret debitas peccatis satisfactorias pœnas in hoc

seculo ad iustū p̄dere. At verò qui has cōminiscuntur causas non satis ad rem attēdūt indulgentiarū, sed tantū ad nomen. Constat. n. q̄ quāuis nomē nō fuerit ita multū priscum, res tñ est à temporibus apostolorū antiquissima. **¶**Ad quæstionē ergo tribus conclusiōibus respōdetur. Prima. Indulgētiarū nomē inter canonicas scripturas ante quadringentos annos relatū legim⁹. Prima enim scriptura, quę de illo habetur, est. c. illud. Quod autē de pœn. & remis. Alexā. tertij, qui sedit anno dñi. 1160. vbi mentio fit de indulgentijs, quę concedebantur in dedicationibus ecclesiarū, aut pontium, sed tamen illic nō constituitur tāq; res noua, sed memoratur veluti antiqua. Magist. autem sent. præcessit illum Pontificē viginti annis: quare credibile est sua etiā ætate in more illas indulgētias fuisse, sed quia vidit ad remissionem peccatorū pertinere non fecit de illis peculiarem mētionē. Quare neq; Hugo eius cōtaneus, qui de sacramētis scripsit, de illis meminit. Sunt qui arbitretur indulgētiarū cōcessiones cōpisse à tēpore Gregorij magni De hoc autē nulla extat historia, præterq; q̄ antiquissimæ stationes Romanę ad sanctorū basilicas documētū aliqd̄ rei huius perhibēt. Alij aiunt cōpisse quinquaginta annis antea: nempe, sub annū dñi. 1090. qñ sub Vrbanō secundo cōgregata fuit Claramōtana synodus, vbi Gothifredus de bullione Lothoringie dux cum ingenti Christianorū expeditione ad bellū Hierosolymitanum delegatus est. In synodo verò illa nulla fit indulgētiarū mētio, sed q̄ milites rubea cruce signabātur i pectore, vnde diplomatis, q̄ modo aduersus Turcas expediūtur, cruciatæ nomen relicūm est. Creduntur tamē illius modi indulgentiarū concessiōem fuisse cōtētam in parte illa decisa Decretalis Ad liberādam terram sanctā, de Iudejs. Meminit tamē earundem indulgentiarum, quę accedētibus in terrā sanctā subsidium conceduntur, Innocen. tertius cap. Excommunicamus, de heretici. Qui quidem Pontifex in concilio Lateranēsi, canonē ædidit, qui refertur. c. Cum ex eo. de pœni. & remis. anno dñi. 1200. vbi mentio fit antiquæ formæ indulgētiarum, quę in subsidium hospitalium conceduntur, cohibēturq; episcopi ne indiscretas indulgentias largiantur. Postea successit Innocen. quartus, qui in concilio Lugdunensi, eundem canonē confirmauit. Deinde Bonifacius octauus, qui circa annum Domini. 1300. commemorans

Resutatur rō
Cōclusio. 1.
Alex. text⁹
Magi. sent.
Quorū dā cōiectura.
Aliorū opi.
Cruciatæ origo.
Cap. Ad liberandā, de Iudejs.
Innocent. 3.
Innocen. 4.
Bonifacius. 8.

rans quanta fuerit antiquitus indulgentiarū copia concessa visitantibus Apostolorum limina, indulsit plenariam indulgentiam in anno Iubilæi, in extrauag. antiquorum. de pœnit. & remis. Ac demum Clemēs sextus post annos. 40. in allegata extrauag. Vnigenitus, latissimum sermonē de thesauro ecclesię per indulgentiarum vsū res est tan noua, q̄ Lutherus cōtra propriam sciētiam affirmauit. Sub ætate ergo Innoc. tertij Altifiodorensis. Alexander, Albertus Magnus, & S. Thom. de indulgētis scribere orū sunt. **¶**Secunda conclusio. Quanuis indulgentiarum nomen nō fuerit antiquius, res tamen fuit à tempore Apostolorum semper in vsu. Conclusio peruia illis est, qui rem intellexerint. Enim verò indulgentias conferre est verē à peccatis absoluerē quantum ad pœnam remissionis culpæ. Hoc autem fecit supra citatus Pau. 2. Cor. 2. Sanē qui incestuoso à suo flagitio conuerso pœnitentiam, quam prius imposuerat, relaxauit ea parte contentus, quam persoluerat. Id ipsum in remissionibus publicarum pœnitentiarum crebrò in primitiua ecclesia vsu venisse constat. In concilio nāq; Carthaginēsi. 4. cap. 76. præcipitur vt pœnitentes secundum suam diligentiam, vel negligētiam citius, vel tardius reconciliētur, vbi denotatur quod secundum pœnitentis diligentiam cōdonabatur pars pœnitentię iniunctæ. Et. 26. q. 6. & 7. iubetur tandem, vt pœnitentię secundum personarum qualitatem imponantur, aut remittantur, & existentes in articulo mortis etiam absque pœnitentiā reconciliētur. Re vera omnia illa figuram præ se indulgentiarum ferebant. Et quādo aliud antiquitatis huius documentum non esset, quā quod vbiuis mētio indulgentiarum fit in sacris canonibus cōmemoratur tanquam res prisca, sufficeret ad confirmandum fuisse apostolorum traditionem secundum euangelium. Sic enim de cōfessione argumētamur, quod cum vbiq; inter sanctos patres refertur tanquā res vsu iam longo celebrata, solidum argumentū est fuisse à Christo institutam. Sic & de charactere diximus, licet nomen non sit ita multum vetus, rem tamen: putā, potestatem conferendi sacramenta à Christo dimanasse. **¶**Tertia conclusio. Vsu condonandi pœnas remissionis criminum extra sacramenta ex duplici fonte frequētari cōp̄it. Primus fuit, quod in ortu ecclesię, vt pœnitentiales canones testā

Clemens .6.
secunda conclusio.
Paul. 2. Co. 2.
pœnitentię publicę relatiō nostrā vniuersi indulgentiarū figurā.
Argu. optimū antiquitatis indulgentiarum.
Tertia cōclu.
Prima indulgentiarū origo.

tur, pœnitentię ita ad iustū solita fuerint imponi, vt nihil iudicio sacerdotis relinquere tur in purgatorio soluendum. Alioqui sancti illi patres non arbitrabantur legitime clauū potestate vt: tunc enim feruor sanguinis Christi in causa erat, vt Christiani ad nutum essent ecclesię obsequentes. Deinde verò aucta Christiana familia tepesfactoq; illo calore cōp̄it rigor ille canonum languere, & arbitrio sacerdotum impositio pœnitentię cōmitti, vt supra monstratum est. Sed tandem cum neque illud onus satis populus ferre valeret, apertus est alius fons pietatis, vt pœnitentię rigor in elemosinas commutaretur, quę in causas pias, & publicā vtilitatē cōducerent, vt notatur in cap. Alexandri præ allegato, Quod autē. At vero iam nostra tempestate, tum quia pœnæ nimium tenues esse cōp̄erūt, tum quia Turcarum incursus sunt nobis infestissimi, factū est, vt in subsidium aduersus illos indulgentiarum vsus percrebruerit. De hac verò causa & vsu latius quæst. sequenti. Interim ergo hæc maneat conclusio firma, & fixa, quod indulgentiarum facultas nō solū fundatur in doctorum sententiā, aut in sacro ecclesię canone & vsu, verū in sacro sancto euāgelio: quare eius assertio est de iure diuino eiusq; adeo negatio manifestaria hæresis. **¶**Ad argum. autem in contrariū positum in capite articuli respondetur satis esse, tum quod indulgentiarū nomen & vsus ante quadringentos annos tanquam de re antiqua in ecclesia celebratur, tum præsertim q̄ res ipsa sub nomine remissionis peccatorum fundatur in euāgelio, & in doctrina Pauli, cui⁹ ab illo tēpore sancti patres meminerūt.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum solus Papa & reliqui prelati possint indulgentias conferre.



Varitur tandem de huiusmodi potestatis subiecto, vtrum sint tantum prelati. Et arguitur à parte negatiua. Indulgētiarū facultas ex cumulo meritōrum ecclesię efficaciam habet: sed etiā in quacūq; parocia est sius parocianorū thesaurus meritorū: ergo parochialis sacerdos, q̄ illis præest, p̄t eis eundē thesaurū per indulgentias dispensare. Potissimum cum hæc

Nota.
Secundus fons
Solutio arg.

Partis negatiuæ. 1. argu.

facultas ad remissionem peccatorum pertinet, quæ omnibus presbyteris est communis. **Secundò** arguitur per aliud extremum. Theſaurus meritorum Christi & ſanctorum eſt toti eccleſiæ communis: ergo ſolus Papa vniuerſalis eccleſiæ princeps & gubernator poteſt illũ diſpenſare, & non epiſcopi. **Tertiò**. Saltem epiſcopi in peccato mortali exiſtentes vſu eiufdem facultatis carent: nã plus videtur indulgentias conferre quã percipere ille autẽ qui eſt in peccato mortali ſuſcipere fruictuoſe non poteſt. **In contrariũ** tñ eſt qd huiufmodi facultas iuriſdictionẽ in foro exteriori requirit, quæ in ſolis eſt prælatiſ.

Ad quæſtionem duabus cõcluſionibus reſpondetur. **Prima**. Solus ſummus Põtifex, & concilium, ac ſubinde reliqui prælati habent autoritatẽ conferendi indulgentias. Hæc cõcluſio in primis eſt de iure põtificio c. Quod autem & cap. Cũ ex eo, de poen. & remiſſio. & cap. Accedentibus, de exceſſib. Prælator. Rationem autẽ adducit loco citato d. 20. ar. 4. D. Tho. ex ſuo fundamẽto, qd indulgentias conferre eſt theſaurus eccleſiæ diſpenſare. Nã tripliciter, inquit, quis poteſt pro alio ſatiffacere. ſ. aut in ſingulari, dum Petrus ſatiffacit pro Paulo dirigendo ad illum ſuã intentionem, aut in ſpeciali ſatiffaciendo pro ſua domo, aut pro ſua parocchia. Et hoc nõ eſt indulgentias conferre: quia merita perſonæ ſatiffacientis non dicuntur theſaurus: quia ſunt certa & finita, & deficere poſſunt. Præterea quia per illam ſatiffactionem alter non abſoluitur ab obligatione iniunctæ poenitentia. **Tertiò** modo aliquis ſatiffacit pro alio in generali, vt dum quis ſua opera in bonum cõe eccleſiæ refert: tunc enim quãtum ad meritũ in integrum ſibi cedunt, iuxta verbum Pauli. Vnuſquiſq; recipiet ſecundũ proprium laborem. Imò & quantum ad ſatiffactionem quantum ſibi neceſſarium eſt, tantum cenſetur ſibi referuare, niſi peculiariter velit à ſe tolli & alteri conferri. **Quod autẽ** ei ſuper eſt hoc reponitur in cõi theſauro, qui quidem generalis eccleſiæ eſt indeficiens tũ propter merita Chriſti tum propter plurimos ſanctos & martyres, qui in hoc ſua merita cõtulerunt. **Cõferre** ergo indulgentias eſt theſaurus iſtũ diſpenſare. **Diſpenſatio autẽ** bonorũ rei publicæ pertinet ad eius principes & gubernatores qui in eccleſia dicuntur prælati. Eccleſia verò ſub ſummo Põtifice, qd toti præeſt, diſtribuitur per diſtinctas diocceſes, quæ ſunt ſicut di-

Secundũ argumentum.
Tertium argumentum.
Pars affirmatiua.
Prima cõcluſio.
Ratio cõcluſionis.
Duo modi.
Tertius modus.

uerſæ ciuitates, quæ eſt politica reſpublica, polis enim idem eſt quod ciuitas. Et ideo antiſtites eiſdem diocceſibus præeſti ſunt proprie prælati gubernatores. Parocchia verò nõ habet iuſtam imaginem vniũs politiæ, ſed ſunt diuerſæ parocciæ ſicut diuerſæ familiæ, & proſapiæ in eadem ciuitate: quare parocchiales præbyteri non ſunt proprie prælati, nec iuriſdictionem in foro exteriori habentes, ſed ſunt epiſcoporum auxiliariæ. In cuius ſignũ dum epiſcopi ordinantur, annulo inſignuntur tanquam veri ſponſi eccleſiæ, quos ideo ſummus Pontifex fratres appellat. Sed dum ordinantur præbyteri ait epiſcopus. Quanto fragiliores ſumus tanto magis his auxilijs indigemus. Ecce ergo ex parte diſpenſandi theſaurus ſumitur prima ratio cur ſolis prælatiſ tanquam eccleſiæ principibus ex proprio officio incumbat indulgentias conferre. **Secunda** tamen adhibetur præcipua ex artic. 2. vbi monſtratum eſt indulgentiarũ collationem eſſe veram abſolutionem à peccatis in foro exteriori extra ſacramentum & ideo exigere iuriſdictionem in eodẽ foro, vt nullus cas poſſit conferre niſi ſubditis, vt habetur in allegato ca. **Quod autem** huiufmodi autem iuriſdictione non eſt in parocchialibus præbyteris, ſed in ſolis epiſcopis. **Ad maiorẽ autẽ** cõcluſionis intellectum, quæritur, vtrum hoc diſcrimẽ inter epiſcopos & præbyteros in conferendis indulgentijs ſit de iure diuino, an verò de iure poſitiuo. Nam cũ indulgentiarũ collatio, vt dictũ eſt, ad peccatorũ remiſſionẽ pertineat, videtur & parochialibus præbyteris iure diuino competere, niſi iure Pontificio eſſent prohibiti. **Secundò** per aliud extremum arguitur, qd neq; epiſcopis cõpetat de iure diuino: nã alioqui nõ poſſet eorũ poteſtas per põtificem hac parte limitari, vt limitatur in dicto. c. Cũ ex eo. Colligitur ergo diſcrimẽ hoc tãtũ iure poſitiuo cõſtitutũ eſſe. Sed nihilominus ſubiungitur ſecũda cõcluſio. Iure diuino & epiſcopi autoritatẽ habent conferendi indulgentias, & præbyteri parochiales nõ habent. Nã epiſcopi iure diuino ſuccedũt apoſtoliſ tanq; prælatiſ & gubernatores in ſuis diocceſibus, atq; adeò eo ipſo qd creantur epiſcopi iure diuino habent iuriſdictionem in foro exteriori, atuerò ſacerdotes quauis de iure diuino ſint inſtituti ſacerdotes tamen forſan non eodem iure præceptũ eſt vt paroccijs præſicerentur tanq; animarũ curati, ſed hoc forſaſſe inſtitutũ eſt ab eccleſia.

Epiſcopi.
Curati.
Ratio. 1.
Ratio. 2.
Primum argumentum.
Secundum argumentum.
Secunda cõcluſio.
Nota.

Et quauis (quod verifimilius eſt) à iure diuino id ſit deducitum, tamen ad animarũ curã, quã iure diuino ipſi gerunt, non attinet illam habere iuriſdictionẽ. **Vnde** ad primũ arguitur, qd quauis verum ſit autoritatẽ indulgentiarũ ad remiſſionẽ peccatorum attingere, cuius poteſtatis facultas collata eſt apoſtoliſ Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata, tamen idem ſpiritus ſanctus, tũc eis ad idem munus inſufflatus, eccleſiam docuit, vt eadẽ peccatorum remiſſio nõ eodẽ modo præbyteris, quo epiſcopis cõcederetur: ſed præbyteri illã haberent alligatã ſacramentis, vt abſq; illis nullatenus peccatorum poenã remittere poſſent, atq; adeò, nec iuriſdictionem in foro exteriori haberent: ſanẽ cũ ad illã functionẽ plus ſcientiæ, & iudicij ſit neceſſariũ, quã quæ in tanta multitudine præbyterorum reperiri poſſet. Sed ſatis eſt, vt in ſacramentis adminiſtrãdis, quæ quotidie ſunt neceſſaria, epiſcopis auxiliarentur. Itaq; hoc qd non poſſint parochiales præbyteri indulgentias conferre, non eſt, quia ſunt per ſedẽ apoſtolicam prohibiti, ſed quia illã de ſe non habent facultatẽ. **Ad ſecundũ** verò arguitur, de epiſcopis reſpondetur, qd etſi habeant de ſe eiufmodi facultatẽ, nihilominus autoritati Põtificis ſubiectã: nam, theſaurus vniũs epiſcopatus non eſt tam diues, vt ampliſſimas poſſint facere indulgentias: ob idq; meritò eorũ ab uſu apoſtolica autoritate quandoq; cõpeſcitur, vt in citato cap. Cum ex eo. vbi eis interdicitur ne in dedicatione Baſilicæ ampliores indulgentias qd vniũs anni largiantur, neq; in anniuerſario dedicationis ampliores qd quadraginta dierum. Ait verò gloſ. qd ſi mandatũ illud excedat, nihilominus indulgentiæ ſunt valide. Attamen S. Tho. loco citato cõtrariũ ſentire videtur. Et. c. Indulgentiæ. eod. tit. lib. 6. cõtrarium decernitur: nempe, qd epiſcoporũ indulgentiæ vigore non obtinent, ſi ſtatutũ exceſſerint generalis cõcilij (ſ. eiufdẽ Lateranenſis) niſi p ea parte, quã ſtatutum permittit. **Hinc** fit ad conferendas indulgentias minime characterem ſacerdotalem eſſe neceſſarium: quippe cũ electus in epiſcopum antequam ordinetur, eas poſſit largiri. **Capitulũ autẽ** cathedralis eccleſiæ ſede vacante hac non pollet autoritate, quia eſt poteſtas epiſcopalis. Hinc tamen minime colligitur, nec concilium generale eadẽ habere: quoniam cõcilium legitime cõgregatũ iure diuino habet plenam iuriſdictionẽ, capitulum verò ca-

Solut. 1. arg.
Ioan. 20.
Solut. 2. arg.
Capitulũ cathedralis eccleſiæ.
Concilium generale.

thedralis non niſi ſecundũ limitationem eccleſiæ. **De abbatib;** autẽ apparet paulo iuſtior dubitandi ratio. Attamen ſimpliciter non ſunt prælati, & ideo ratione propriæ dignitatis indulgentiarũ autoritate nõ funguntur, niſi ex commiſſione, vt eod. cap. Accedẽtib; de exceſſ. prælat. decernitur. **Vtrum** verò ex cõſuetudine id poſſint obtinere. rñ det gloſ. eiufdẽ cap. affirmatiue, ob illã particulã, quæ eſt in textu, vel aliam legitimam cauſam. Attamen ſententia hæc non ſatis firmũ fundamentum in textu. Tutius ergo eſt dicere, quòd mera cõſuetudo ius hoc illis tribuere nõ ſufficit. Sed poteſt eſſe ſignũ antiqui priuilegij, & ideo licet illud nõ cõpareat, valebit, tãquam indicũ legis. **Prælati** verò aliarum religionum licet illo nomine appellentur reſpectu ſuæ familiæ, habeantq; iuriſdictionem ſubditos excommunicandi, nõ tamen ſimpliciter cenſentur eccleſiæ prælati & ideo indulgentias largiri nequeunt abſoluen-do à poenã peccatorum extra ſacramentum, ſed tamẽ ſacrificia & oblationes ſubditorum per viam ſuffragij quib; voluerint poſſunt applicare. Non obſtantibus conuicijs hæreſiarchæ illius VViteleſſ: quibus huiufmodi applicationem religioſorum veluti cõmentitiã irridet, vt eſt videre apud Thomã VValdenſem tomo. 5. de ſacramentalibus ſub titulo. 10. vbi idem orthodoxus doctor veritatem hanc exemplo Chriſti confirmat. Nam quemadmodum ipſe tulit dolores noſtros: ita & nos alter alterius debemus dolores portare. Vnde ſicut ſubditorum ſinguli pro alijs benefactoribus ſatiffacere valent: ita & prælati huiufmodi ſuffragia eiſdem benefactoribus impertiri: eo vtiq; iure quo ſingulis poteſt præcipere pro tali aut tali perſona ſacrificium & orationem offerre. **Exemplo** ſæpe citati Pauli ad Colof. 1. Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, &c. Adducit ibi dem VValdẽ. hiftoriam Iuonis Carnoteniſis epiſcopi antiquiſſimi, & Anſelmi & aliorum patrũ qui literas conceſſerunt; per quas ſubditorum ſuffragia benefactoribus participabant, vt quorum temporalia, vt ait Pau. metebant, eiſdẽ ſpiritualia impertirent. Ex quo fit eiufmodi applicationem non ſolũ de congruo valere, ſed & de condigno quantum ad rationem ſatiffactionis, quia ſit ſolutio ſicut ſi vnus pro alio ſatiffaceret. Quare non tantũ orationes, verũ & ieiunia & alios labores & vigiliã quantum ad rationem ſatiffactionis

Abbatẽs.
An abbatẽs ex cõſuetudine poſſint indulgentias cõferre.
Sententia autoris.
Prælati religionum.
Applicatio nẽ religioſorum irridet. VViteleſſ.
Valẽt de condigno.

tionis adscribere alijs potest. Tametsi ratio meriti eis ipsis religiosi, qui hæc patiuntur, applicatio integra seruetur. Quod si scisciteris quæ igitur hæc quo dicitur in modum eiusmodi applicatio à collatione indulgentiarum distet, respōdetur prius quia quia religiosorum prælatus in hoc clauiculationem aut relaxationem, sed meram solutionem & satisfactionem. Quare neq; applicat passionem Christi sicut indulgentiarum collatores, quia illa nō applicatur nisi virtute clauium, sed solum labores suæ familiæ. Est & aliud notandum discrimen, quod prælatus nisi sacrificia & labores, aut dum fiunt, aut prius applicet, reseruantur in thesauro ecclesiæ, quamobrem nequit postquam facta sunt illa applicare. Itaque nequit ipse thesaurizare, sicuti neque priuata persona potest suas satisfactiones in thesauro sibi reponere, vt scilicet sibi reseruentur pro tempore, quò eis indigerit. Cuius ratio est, quod eo ipso quod quis satisfactione, quam facit, non indiget, iure communi reseruetur in thesauro per Papam aut episcopos distribuendo, nisi ipse uel eius prælatus ea applicuerit. Quocirca dum prælatus, ait se benefactores ad beneficia ordinis recipere intelligitur ad illa, quæ subsecutura inde sunt: nam præterita, nisi prius applicuerit, iā non potest. Haud inquam potest hodie missarū sacra hesternacuiquam tribuere. Et ideo in more religiosi est semper facere applicationem ante vel dum fiunt sacrificia. Postremum hic tamen non dissimulandum dubium restat, vtrum præpositus possit subditorum sacrificia, orationes & labores alijs impendere, quibus subditi ipsi in rationem etiam satisfactionis indigent. Est enim magnum argumentum à parte negatiua, quod charitas bene ordinata ab homine ipso incipit: quare si subditus indiget, iniuria videtur illum suo labore expoliare. Præterea quia in thesauro communi non reconduntur nisi illa, quæ faciēti sunt perfunt. Accedit & exemplum euangelicū prudentium virginum, quæ imprudentibus, dum de suo oleo postulabant, responderunt Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite paratius ad vendentes, & emite vobis. Verruntamen his non obstantibus certè contraria, sententia probabilitate non caret: nepe, quod prælatus raro & graui ingruente causa tunc illa; opera quibus subditi egent, possit alicui insigni benefactori tribuere.

Applicatio hæc quo dicitur ad collationem indulgentiarum.

Discrimen aliud.

Ratio.

Dubium optimum.

Argum.

Exemplum.

Pars affirmatiua.

Nam cū subditus ipse vtrò queat se sua satisfactione, priuare, vt alteri ex charitate tribuat, nulla apparet ratio cur id non valeat prælatus pro causa legitima facere: quia hoc non est priuare subditum suo essentiali merito apud Deum, sed temporali subsidio. Itē quia potest subdito prælatus aliquod opus supererogationis iubere per se alicui applicandum, quod quidem subditus ipse, licet indigeret, nisi iuberetur non faceret. Contra hæc autē assertā veritatē emergit argu. qd si cōferre indulgentias requirit iurisdictionē in subditū, fieret consequēs, vt nec Papa, nec prælatorum quispiā posset sibi indulgentias cōferre, quoniā nemo pōt in se ipsum iurisdictionē exercere. Præsertim cū indulgentia, vt dictū est, pertineat ad remissionē peccatorū: & tñ, nemo potest se à peccatis absoluerē. Propter hoc arg. quod facit Durā, d. 20. q. 5. Caie. in citato opusculo ad Iuliu Medi. c. 5. cōcedit qd cū prælatus confert indulgentias, nō fit illarū particeps. Palu. verò oppositū sentire videtur, licet nullā afferat probationē. Sed reuera non est cur in dubiū reuocetur, quin dū indulgentias prælatus cōfert lege cōi visitationibus talē ecclesiā, aut erogationibus talē elemosynā, similiter ipse easdē cōsequatur. Esset. n. à ratioe prorsus alienū prælatū, & potissimū caput ecclesiæ à tanto beneficio excludere, eo qd caput est ecclesiæ. Secūdo quia dū dispensat in aliquo die ieiunij cū omni vrbe, non est cur ipse nō possit eodē priuilegio gaudere. Tertio quia princeps distribuēs bona cōia potest portionē suā suscipere. Quarto, quia dū lege fert omnib⁹ generalē: putā ieiunij vel festi tertijadi, eadē ipse lege tenetur, licet non vi coactiua, sed directiua: ergo eadē ratione in fauorabilibus si cōfert indulgentias fit earū particeps. Vnde ad argu. respōdetur, qd licet nemo possit iurisdictionē in se exercere cogēdo se ipsum, atq; adeo nō possit se excōmunicare, neq; verò possit quispiā se in sacramento absoluerē: quia ille est actus personalis vni⁹ in alterū, vbi se poenitēs subijcere debet singulariter sacerdoti, cui parēre tenetur: tamē quia indulgentiæ conferūtur extra sacramentū vniuersim opus tale facientibus nihil vetat, quominus conferens tāquam pars reipublicæ eodem possit beneficio frui. Ad primum igitur argumentum respondeatur, quod licet in parocchia sit partialis thesaurus, nihilominus, quia parocchialis presbyter non est propriè prælatus, non potest ipsum

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Sententia auctoris.

Solutio prima arg.

sum distribuere: quia non habet potestatem remittendi peccata, nisi alligatam sacramentis. Sed ille adiungitur cumulo thesauri, vel episcopatus, vel totius ecclesiæ. Ad secundum respondetur, solum concludere, quod penes Pōtificem sit plenaria potestas totius thesauri ecclesiæ, quia est summus vicarius in toto regno cœlorum. Nihilominus reliqui antistites sunt gubernatores ciuitatū, & decesum, in quibus ideo possunt eadem facultate fungi. Ad tertiu deniq; respondetur, qd etiam si episcopus in peccato mortali existens indulgentias conferat non frustrantur suo valore & fructu, tum quod functio hæc pertinet ad iurisdictionem, quæ per peccatū mortale non amittitur, tum quod fructus indulgentiæ non ex merito conferentis, sed ex thesauro Christi, & sanctorū prouenit. Nec inde tamen sequitur, quod quis extra charitatem possit eodem fructu gaudere: quia licet plus quātum ad potestatem sit indulgentias conferre quā recipere, tamen quantum ad utilitatem plus exigitur ad earum fructum percipiendum.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

DISTINCTIONIS vigesimæ primæ, Quæstio secunda, De valore indulgentiarum.

ARTICVLVS. I.

Vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum sonant.



Væstio hæc secūda, de valore indulgentiarum per quatuor itidem articulos distribuitur. In primo. n. quæritur, quid valeant. In secūdo, an earū valor causam exigat. Et in tertio, vtrum peccatoribus quidpiam valeant. Sed quartus extra ordinem, de compositionibus adhibetur. Arguitur ergo, quod non semper tantum valeant, quantum earum prædicatio sonat. Solent nonnunquam indulgentiæ sic sonare, & prædicari, quod concedantur mille anni, imò annorum millia indulgentiarum, quod certè vix est intelligibile, præsertim si verum est, quod supra diximus, neminem in

Pars negatiua. 1. argu.

purgatorio, tam multis annis retineri: ergo non tantum valent, quantum sonant. Secūdo. In more etiam est cōcedere indulgentias plenarias, & plenissimas, quæ si iuxta nominis sonitum valerent, apparet, vt purgatorium esset hominibus vacuū: non ergo tantum valent. Tertio. Si indulgentiæ quantū sonant, tantū essent æstimandæ, possent homines nullis operibus satisfactionis vacare, sed indulgentias identidem sumere, vt fieret à purgatorio immunes, quod re vera in magnum detrimentum diuini cultus vergeret, ergo non tanti sunt æstimandæ, quantum pollicentur. In contrariū est, quod sicut Deus nequit mentiri: ita neque ecclesia, quæ spiritu sancto regitur, publica autoritate fallere potest: indulgentiarum autem prædicatio publica, fieri videtur ecclesiæ autoritate: ergo quātum sonant valent. De indulgentiarum valore statim dum eius vsus crebescere cœpit, variæ obortæ sunt opinioniones, vt Altissiodorensis libr. 4. capit. de relaxationibus. & sanctus Thomas, & Albertus Magnus, & reliqui doctores, in 4. distinct. 20. referunt. Et primum est glossa super capit. Quod autem, de poenitent. & remissio, quæ ait, Quid valeant indulgentiæ vetus quærela est. Adhuc tamen satis dubia. At quia res hæc ad ius diuinum attinet, de quo glossatores isti parū callent, putant hoc esse inextricabile. Alij dixerunt indulgentias nihil prorsus valere, nisi quantum vnusquisq; deuotione sua, faciēdo quod indulgentia præcipit, meretur, sed esse, vt postea Lutherus dixit, piæ ecclesiæ fraudes ad alliciēdos Christianos, vt elemosynis, & peregrinationibus incumberent. Attā isti cœu blasphemiam non sunt audiendi, sanè qui autoritatem ecclesiæ infringunt. Si enim de hæc re nos ecclesia seduceret, nulla ei esset in reliquis adhibenda fides. Alij opinati sunt non in foro Dei, sed tantum in foro ecclesiæ efficacē esse: videlicet, ad liberandū poenitentem ab obligatione poenitentiae iniunctæ in sacramento, sed non vt ab aliqua poena in purgatorio soluenda eximatur. Sed hanc opinionem Alexand. quarta parte, quæst. 63. membro primo, articulo primo, & Bonauenti. distinct. 20. & sanctus Thom. obid confutant, quod impiā faciunt ecclesiam, & crudelē: nā si hoc esset verū, absoluerent poenitentes relinqueret eos grauioribus purgatorij poenis obnoxios, à quibus per leuiorē in hoc seculo eripi

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Pars affirmatiua.

Decisio arti.

Glo. c. Quod autem.

Alia opinio.

Aliorū opi.

Opinionis refulsaria.

eripi possent. Adrianus verò in quæst. de indulgentijs ait non esse opinionem adeò reprobam: nã valent saltem indulgentiã illis, qui aliã non essent impleturi iniunctã pñiam vt liberarentur à peccato omissionis, & illis qui per contritionem exẽpti iam sunt: vt nihil in purgatorio debeant. Sed profectò exiles valde sunt huiusmodi euasiones. Præterq̃ q̃ illa opinio non tantum tribuit veritati clauium quãta ipsa est. Enimverò eiusmodi virtus efficax est ad remittendũ penas extra sacramentum in purgatorio debitas, iuxta verbum Christi, Quodcunq̃ solueris in terra, erit solutum & in celo, quod quidem illa opinio non agnoscit, vt superius expositum est. Alias opiniones refert S. Thom. de quibus art. sequen. commodius agetur. Ad quæstionem ergo tribus conclusionibus respondetur. Prima. Indulgentia, si modo causa pia adfit, tantum valet non solum in foro ecclesiæ, sed apud Deum, quantum sonat. Vt si visitantib⁹ limina Petri concedantur indulgentiæ quadragesima dierũ, qui verbi gratia impositi erant in pœnitentiã alicui, absoluitur ille non solum ab obligatione illã implendi, verũ & ab illa pœna purgatorij, cuius veniam pœnitentia impleta obtinisset. Conclusio ista ratione modo tacta, & supra latius explicata probatur, quia cum ecclesia possit peccata pro ad pœnã remittere, & id per indulgentias facere predicet, impiũ esset non ei adhibere fidem. Dubiũ egre. Dubium autẽ hic primum est quomodo intelligantur huiusmodi indulgentiæ quadragesima dierũ, aut vnius anni, aut septẽ pœnitentiã. Quinimò solent nonnunquã inuulgari indulgentiæ, quibus remittuntur quinque annorum millia aut plura pœnitentiã, & quadragesimã totidem. Ad hoc prima fortẽ responsio dari posset, cum Gersono cancellario Parisiensi in suo tractatu de absolutione sacramentali, atq; in alio de indulgentijs, quod ista portentosa indulgentiã non emanant à Papã, sed sunt quæstorũ imposturã. Quare præfatius doctor illas irridet. Et re vera tam iramodicus excessus non est ferendus: nam audies nonnunquã indulgentias viginti mille annorum & eo ampliores. At verò quia quæ moderatius conferuntur solida sunt, opus est explicare, quid sonat quadragesima dies, aut annus vnius aut septem pœnitentiã. Potest enim intelligi aut de pœna, quã in purgatorio tolerãda est, aut de pœnitentiã, quæ fit in hoc seculo. Et apparet, quomodo intelligatur de pœ-

na in purgatorio luẽda: nã indulgentia debet esse certissima verò pœnitentia, quã in sacramento imponitur, licet quantum ad tempus sit æqualis, non tamen quantum ad asperitatem & rigorem. Nam antiquitus licet tam pro adulterio q̃ pro homicidio imponerentur septẽ anni pñiã non tamen tot ieiunia & orationes imponebantur in illis annis pro vno peccato, quã pro alio. Imò & secundum qualitatem personarum etiã eadem pœnitentiã vel mitigabantur, vel augebantur. Dũ ergo visitantibus talem ecclesiam, aut conferentibus talẽ elemosinã remittuntur septẽ anni, si intelligerentur de pœnitentijs huius seculi non fieret omnibus æqualis remissio: intelligitur ergo de alijs purgatorij. Hoc tamen non obstantẽ subiungitur secunda conclusio. Hęc tẽpora non intelliguntur de diebus aut annis durationis purgatorij, sed de pœnitentijs in hoc seculo iniunctis vel iniungendis, & de pœnis purgatorij illis respondentibus. Probatur primò manifestẽ ex forma ipsã indulgentiarum. Nõ enim forma est, Remittimus & relaxamus tot annos pœnã sed pœnitentiã, pœna autem purgatorij non est pœnitentiã: quia non vltro assumitur, sed est perpetua pœnã per vindicem iustitiã infligẽte. Secundo, quia forma antiqua semper habet, de pœnitentijs iniunctis: ergo de istis in hoc seculo intelligitur. Et quando non fit restrictio ad iniunctas, intelligitur de illis, vt illico videmus, quã iuxta rationem essent iniungendẽ, Tertio. Inde etiã planẽ constat, quod nemo in purgatorio vnquã fuit viginti, imò forsã nec decem annis, ne paucioribus dicam quare inane esset centum annos pœnã purgatorij remittere, cũ in indulgentijs quandoque habeantur mille, & multo plures. Sed rogas: Quomodo ergo verum habet prima conclusio, q̃ indulgentiã valent ad remissionem pœnarũ purgatorij. Fateor equidẽ cũ variẽ de hoc doctores loquãtur, nulli bi quod plenẽ satisfaciãt, me legisse. Ad hui⁹ ergo explicationem est primò notandũ istas annorũ relaxationes & remissiones fieri secundũ formã antiquorũ canonum, quibus admonebatur, vt pro quocunq; peccato mortali, si esset graue, imponerentur septẽ anni pœnitentiã, & pro grauisimo etiã decem & plures. Secundo est attentẽ animaduertendũ, q̃ per illos septẽ annos non fiebat remissio in purgatorio septẽ quodq; annorũ, imò forsã neq; vnius mēsis, in quo multos deceptos videas.

Secunda conclusio.

Ratio cõcl. h.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Nota.

Nam

Nam etsi spontanea pœnitentia huius seculi plus valeat ad remissionem pœnã, quã equalis in purgatorio, intelligitur tamẽ ceteris paribus. Si enim quispiam hĩc per vnum diem pati posset pœnam tam grauem, quanta est in purgatorio, profectò remitteretur illi pœna vnius mensis. Sed tamẽ quod per septem annos hĩc quispiam dicat quotidie Ave Maria, vel ieiunet semel in mēse, vel recitet psalmos pœnitentiales, certẽ non sufficit ad remittendum in purgatorio pœnam vnius mensis: sanẽ cum illa extra omnem comparationem sit vehementior, & acerbior. Igitur remissio septem annorum pœnitentiã est remissio pœnã, quã in purgatorio respondet pœnitentiã hĩc septem annorũ assumptã. Quod si dicas, Non semper imponebantur omnes illi anni. Respondetur, q̃ si pœnitentia imponebatur de iniunctis, sanẽ non remittebatur, nisi pœna purgatorij, quã responderet iniunctã, si fieret. Si autem non fieret talis limitatio, intelligeretur de illis etiã, quã meditata ratione essent iniungendã, quarum pœnitens secundum mensuram suorum delictorũ reus esset. Et isto modo nec ridiculum est, nec certẽ vanum indulgentias concedere centũ, imò mille annorum. Nam posset homo commisisse centum, imò biscentum peccata mortalia, p quibus reus esset tot annorum pœnitentiã. Et quauis homo tantũ viuere nequeat, nec decimam partem illius pœnitentiã facere in hoc seculo, nihilominus in purgatorio secundum æqualitatem iustitiã exigenda est illa pœna, quã illis omnibus annis responderet. Ex his ergo colligitur, quod remittere mille annos pœnitentiã, non est remittere in purgatorio decem. Quod si arguas. Quia plurimi sunt, qui non sunt rei pœnã purgatorij vnius anni. Fateor equidem, sed tunc si fecerint, quod pœnitentiã iubet, sua merita reportabunt: sed ratio satisfactionis reseruabitur rursus in ecclesiã thesauro. Quid ergo de indulgentijs centum, mille annorum? Dicendum, quod huiusmodi portenta nunquam Papa cõcedere cogitauit, sed quia forsã cõcessit visitantibus tale hospitale decem annos, & visitantibus talẽ basilicam totidem, & sic pluries, & tandem certam conferentes elemosinã facit participes illarum gratiarũ, illa ratione cõficiuntur illa miliaria. Sed tamen nemo esse potest qui tanta satisfactio ne, nec centesima parte indigeat. Præterquã quod nullatenus negari potest, quin indul-

Obiectio.

Dilutio.

Nota.

Argument.

Solutio.

Indulgentia centum, aut mille annorũ

gentiarum quæstores, cum sint homines nõ nimis ad religionem attendentes, deridenda nonnunquam prædicent, qui ideo essent publica autoritate cohibendi. Ad argumentum ergo proxime factum respondetur concessio eo, quod concludit: videlicet, quod cũ remittuntur quadragesima dies pœnitentiã nõ æqualiter omnibus remittitur in purgatorio, sed illis plus, quibus asperior pœnitentia in illis quadragesima diebus erat iniuncta, vel iniungenda: nam Papã pro causa iusta id potest facere. Præsertim quando indulgentiã de iniunctis pœnitentijs conceduntur, & illi dies sunt rigore dispari pœnitentiã iniuncti. Quod autem in indulgentijs prædicari solet, concedi: scilicet tot, aut tot quadragesimas indulgentiarum, ortum habuit ex numero dierum quadragesimã, quod est satisfactionis tempus. Et ideo in concilio Lateranensi limitata est episcopalis potestas in cõmemoratione ædificati templi ad quadragesima dies, sed postea Papã quasi plurimum episcoporum autoritate fungẽs cõcedit plures quadragesimas. Aliud dubium est, an valeant indulgentiã solum de iniunctis pœnitentijs, an verò etiã de non iniunctis. Nonnulli nãq; arbitrantur non valere, nisi de iniunctis. Quã quidẽ opinionem Caie. in tract. de indulg. ad Iuliu medicem. c. 7. constanter asseuerat. Cõcedit, inquam, ingenuẽ, Papam indulgentias posse facere de non iniunctis, tamen nec vnq̃ fecit nec præsumitur facere, nisi de iniunctis. Patet ex cap. Cum ex eo, de pœnit. & remis. vbi episcopis interdicitur indulgentias concedere, nisi de pœnitentijs iniunctis. Et in clem. si dominum de reliquijs, & venera. sanctor. vbi de solis iniunctis pœnitentijs conceduntur. Item quia Papã semper admonet, indulgentias in forma antiqua cõcedere. Et tertio, quia semper quod Papã facit præsumitur facere secundum ius: ius autem fuit, vt solum pœnitentiã iniuncte relaxarentur. Sequitur eandem opinionem Adria. in q. de indulgent. in quam, & Palud. prius propenderat dist. 20. q. 4. Nihilominus contraria hĩc adhibetur tertia conclusio. Si in forma ipsã indulgentiarum non fiat restrictio de iniunctis, absolutẽ intelligitur etiã de non iniunctis. Conclusio est S. Tho. loco citato dist. 20. Probatur. Papã potest extra sacramentum illas etiã pœnas peccatorũ remittere, quã nõ sunt in sacramento impositẽ, qd̃ Caie. ipse cõcedit: ergo si in indulgentia nulla fiat moderatio, censenda est valere quan-

Solut. argu.

Quadragesima indulgentiarũ quid.

Indulgentia an valeat de iniunctis, an de non iniunctis.

Tertia cõclusio.

Ratio cõcl. h.

quantum sonat. Sed respondet, Papam semper intelligere in forma iuris. Contra hoc autem arguitur. Propterea quod antiquitus in more fuerit indulgentias non nisi de iniunctis poenitentibus conferri, non proinde lata est lex ne de alijs conferantur, quoniam nullibi talis scripta est lex. Sed ait, Semper in concessione indulgentiarum apponitur haec moderatio, quod datur in forma antiqua. At vero responsio haec non valet: quia non in omnibus indulgentijs illa legitur moderatio. Præterea verbum illud generale non opus est, ut ad omnes antiquos modos accommodetur: nam si Papa vellet indulgentias ad poenitentias iniunctas coarctare, tam facile illud exprimeret, quam diu eret, in forma antiqua. Secundo, longè diuersa est ratio prisca temporis, & presentis: nam olim quia poenitentia iniungebantur grauissimè ad mensuram delictorum si poenitens illas ferre posset, consentaneum erat, ut indulgentia non nisi de iniunctis poenitentibus concederentur. Hac verò tempestate adeò tenues imponuntur poenitentia, ut nisi relaxationes fierent earum, quæ non sunt impositæ, nihil propemodum indulgentia referrent emolumentum. Palud. ergo hanc ob rem consulit, ut qui suscepturus est indulgentias prius confiteatur, & graues poenitentias acceptet, ut per indulgentias ei remittatur purgatorij poena, quantum remitteretur si illas impleteret. Sed re vera consilium hoc non videtur tanto autore dignum: apparet enim res ludicra eo solum animo poenitentiarum sibi molè hominè imponere, ut per indulgentias ab illa se exoneret. Tertio arguitur, quia non satis constat antiquitus non fuisse poenitentias impositas de non iniunctis: imò in præallegato cap. cum ex eo, contrarium inferri videtur: nam duæ illic fiunt episcopis prohibitiones: vna, ne indulgentias ultra annum in dedicatione templi, vel ultra quadraginta dies in eius commemoratione largirentur: & altera, ut non concederent, nisi de iniunctis: ergo indicium est in utroque excessisse: quia etiam de non iniunctis illas conferre solent: quod quidem non docetur illic nullatenus esse licitum, sed hoc solum forsitan, quod concedere de non iniunctis referuaretur sedi apostolicæ. Caiet. ergo postea quasi suæ sententiæ moderator in quaest. de indulgentijs adiecta ad tertiam partem, dixit valere indulgentias de non iniunctis, si id exprimatur in forma. Attamen dicendum potius, illam expressionem non esse

necessariam, imò si absolutè absque aliqua restrictione ferantur, simpliciter intelliguntur tam de iniunctis, quam de non iniunctis. Id quod & quarto argumento confirmatur, autoritate Bonifacij octauæ, in extrauag. citata antiquorum, de poenitentibus & remissionem. qui plenissimam remissionem peccatorum in anno Iubilæi apostolorum limina visitantibus largitus est. Neque vlla est responsio Caiet. quod forsitan fecit tanquam doctor, non tanquam pontifex: nam isto modo possemus inuadere omnia Pontificum decreta: præsertim cum Clemens sextus eandem plenissimam remissionem fecerit quingentesimo quoque anno, & Pau. ampliauit ad. 25. vbi autem plenissima fit remissio, non opus est expressio alia. Ceremonia verò hæc anni Iubilæi ex veteri lege desumpta est: nam instar quinquaginta dierum à paschate vsque ad pentecosten, iubebat Deus, ut quilibet quinquagesimo annus esset sanctus, vbi diuinitus possessiones ad suos dominos reuertebantur. Instar ergo illius fiunt nunc remissiones plenissimè iubilæi. Sed iam nec expectantur anni quinquaginta, neque viginti quinque, neque verò annus integer. Nescio equidem an causarum necessitas id exigat, tamen tanta iubilæorum frequentia nequit non eorum parere vilipendiū. Præter hæc fortasse quis percontetur quid sibi velint verba illa, Indulgentia plenaria, plenior, & plenissima. Palud. loco citato, quem Adria. & Summistæ sequuntur, aiunt quod plenaria indulgentia intelligitur de poenis peccatorum mortalium remissionem: plenior verò de ipsis vnà cum culpis venialium: sed plenissima de absolute ab omni poena, & veniali culpa. Est tamè hoc excogitatum commentum, quod certe nullo nititur fundamento, neque dignum est doctore theologo. Imò non est maior indulgentia plenissima, quam plenaria, sed indulgentiarum concionatores exaggerationis gratia illam gradationem inuenerunt positum: comparatiui, & superlatiui, instar illius iuridicæ sæpe, sæpius, & sæpissimè. Primum igitur argumentum solutum est, vbi explicuimus quomodo intelligantur relaxationes tot annorum, vel dierum poenitentia. Ad secundum respondetur, quod plenissima remissio, ut homo à purgatorio liberetur non debet crebro, sed raro, & grauissimis de causis fieri, ne abusus potestatis dispensandi beneficia Dei præiudicare eius iustitiæ videatur. Attamen quando causæ legitimæ id ex-

Quartū arg.

Caiet. rūsso.

Iubilæi annus

Iubilæorum frequentia.

Indulgentia plenaria, plenior, & plenissima.

Adrian. reprobatur. Sententiæ autoris.

Solutio prima arg.

Solutio. 2.

id ex-

Argum.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Paluda.

Consilium referatur.

Tertium argu.

Cap. cum ex eo

Caiet.

Autor.

Solutio. 3.

Andare operam suscipi pro relaxatio mbus sit per sectionis op.

Solut. dubij.

Lepida prædicatio.

Nota.

Solut. argu.

id exposcunt nullam eidem iustitiæ præiudicium sit quantum per indulgentias à purgatorio liberemur. Circa materiam tertij argu. Caietanus disputauit secundam quaestionem in illo opusculo viginti vnus quaestio. vtrum dare operam acquirendis indulgentijs sit opus imperfectionis. Sine disputatione tamen respondetur primum indulgentias suscipere non dicit per se imperfectionem, sed perfectionem religionis: quia est uti remedijs ecclesiæ ad soluedas poenas, quas homo debet. Sed nihilominus ex genere suo multò perfectius est per se quemque proprijs operibus pro suis delictis satisfacere: quia tunc magis meretur satisfaciendo per se quam si indulgentias suscipiat, quantum eas recipere, quia est actus virtutis, non carere suo merito. Est tamen lepida quorundam prædicatio, qui inter euulgandas indulgentias dicere assolent, quòd sit tantum meritum indulgentiam suscipere soluendo duos argenteos, ad consequendas indulgentias, quæ peregrinatus Romam, vel Hierosolymam deceret sunt, ac si homo personaliter iret. Et quod sit tantum meritum integrè ieiunare quadragesimam, & flagellari, &c. Hoc. n. certum est, nunquam Pontifici cogitasse: quoniam indulgentia solum dantur per viam satisfactionis: quare Papa potest quidem facere, ut quis per indulgentias liberetur à poena purgatorij quæ poenitentia respondet: quantum poenitentia illa esset ieiunare totum annum, vel ire Hierosolymam. Attamen rationem meriti ipse non potest mutare, sed ex ratione rei pensanda est. Cum ergo ex natura operis longè magis meritorium sit personaliter longam facere peregrinationem ad loca sancta, quam duobus argenteis recipere indulgentias, quæ peregrini in eisdem locis lucrantur, vberibusque sit meriti longa ieiunia præferre, aut orationes offerre, aut largas facere eleemosynas, quæ suscipere indulgentias, neutiquam autoritate Pontificis mutari potest. Sed meritum sumendi indulgentia augetur ex causa, & necessitate ecclesiæ. Ad argumentum igitur respondetur, quod possunt homines per indulgentias eximere se ab omni opere satisfactionis, dummodo alia legis mandata seruent. Si tamen inde occasionem sumant, ut remissius se exercent in operibus meritorijs, illa malignitas non est in indulgentijs, sed in ipsis. Veruntamen circa hæc tandem hoc maxime adnotandum est, quod absque comparatione pluri aestimandum est minimum augumè-

tum meriti, & gratia, quam liberatio à maxima poena purgatorij. Incōparabiliter, inquam, pretiosius est cum maiori merito & gratia existeri in purgatorio viginti annis, quam cum minori esse illi vnà die, imò sine purgatorio in cœlum euolare. At forsitan id quis hic quærat, quod mihi nonnunquam in mentem venit, vtrum esset consilium nullam accipere indulgentiam, eam saltem de causa, ut liberetur à poena purgatorij, sed vel per se hominè satisfacere, vel eligere poenas purgatorij ad iustum perferre. Videtur enim hoc ex egregio amore Dei procedere: quia homo tanti facit frui Deo in patria, ut præter illud nihil aliud ab ipso exposulet, sed optet perferre poenas pro criminibus, quibus eum offendit. Certè mihi quandoque visum est consilium hoc esse. Sed tamè re meditatius pensata contrarium censere mihi videor. Enimvero si in poenis purgatorij solam poenam sensus contempla remur, profectò ingentis excellentisque esset poenitentia indicium velle cruces illas pro Deo perpeti, quas quis meruit. Si tamen consideretur poena damni, quæ est à diuino conspectu retardari, multò maioris dilectionis signum est velle hominè ab illo carcere breuissimè dissolui, & esse cum Christo.

An sit consilium nullam accipere indulgentiam.

ARTICVLVS. II.

Vtrum ad valorem indulgentiarum requiratur iusta & pia causa illas conferendi.



Ad maiorem explicationem valoris indulgentiarum scire oportet, an causa illas conferendi sit necessaria. Arguitur ergo à parte negatiua. Indulgentia, ut dictum est, tantum valent, quantum sonant, alioquin mendacium continerent, & sic autoritas, & fides ecclesiæ infringeretur: si autem causa esset necessaria, non semper tantum valerent: quia posset qui indulgentias confert in aestimatione causæ falli: ergo illa causa non est necessaria. Secundo in absolute satisfactione sacramentali, quia sacerdos habet potestatem sacramento alligatam, non potest, ut libuerit, remissionem facere, aut culpæ, aut poenæ, sed estimata, & perpenis dispositione, & contritione poenitentis: potestas autem conferendi indulgentias non est sacramentis ligata, quia exercetur extra sacramentum, sed fundatur in thesauro ecclesiæ, qui est locupletissimus,

Partis negatiua. 1. argu.

Secundum argumentum.

& indeficiens: ergo, pro libito potest Papa virtute illius indulgentias conferre sine alia causa, vel saltem licet id faciendo peccet, ad minus indulgentia tenebit. **Tertio** arguitur. Si causa esset conferendis indulgentijs necessaria, illa deberet esse spiritualis, & non temporalis, alioqui cum indulgentiarum beneficiam sit spirituale, simonia committeretur: talis ergo esse videtur dum indulgentia pro pecunijs conceduntur. **In contrarium** est, quod collatio indulgentiarum pertinet ad dispensationem thesauri ecclesie: dispensare autem non est dissipare, sed iusta de causa bona publica distribuere, iusta illud Pauli. i. Corinth. 10. Habentes potestatem in aedificationem, non in destructionem.

Tertium argumentum.

Pars affirmativa.

Deciso articuli.

Opi. Alrifi. Septe conditiones, ut indulgentia valeat.

Prima. Secunda. Tertia.

Quarta.

Quinta. Sexta.

Septima.

Opi. S. Thom.

Septima conditio rejicit a S. Tho.

nam pluri aestimatur id quod confertur, quam visitandi labor, qui, si propinqua sit ecclesia, perexiguus est. Illa vero conditio fidei in hoc sensu est necessaria, quod qui auctoritatem relaxationis non crederet, esset in peccato heresis, atque adeo nihil ei proficerent indulgentiae, sed tamen, qui esset vere Christianus, licet aliquo modo dubitaret, an indulgentia tantum valeat, quantum sonat: quia dubitat de causa, an fuerit legitima, si tamen faciat quod indulgentia praecipit, fructum eius percipiet. **Tertia** vero, & quinta conditio, quod requiratur necessitas suscipientis, quia non potest per se satis facere, & consideratio, ut videat quantam satisfactionem per se facere possit, certe gratis sunt adhibita. Nam etsi frequens indulgentiarum usus ob hanc inter alias causam fuerit introductus: quod homines non possent satisfacere, lex tamen non respicit casus particulares, sed ea, quae plurimum contingunt. Et ideo, quod quispiam per se satisfacere possit, non obstat quominus indulgentiarum subsidio potiri queat: Idque ex celebri ecclesie usu confirmatur, quae illas condiciones non exigit, de quibus latius articulo proximo.

Quarta conditio.

Tertia & quinta conditio non admittitur.

Circa secundam conditionem.

Conditio autem, quae in dubium revocatur, est illa secunda, si requiratur necessitas causae, propter quam datur indulgentiae: quoniam neque hanc ibidem D. Thom. videtur admittere. Interdum enim, inquit, ecclesia maiores indulgentias confert, quam sit illa causa, propter quam conceduntur, ut modò dicebamus. Et ideo ait, quod quantitas effectus insequitur quantitatem causae: causa autem, inquit, remissionis indulgentiarum non est alia, quam abundantia meritorum Christi, quae est sufficientissima ad expiendam totam poenam. Quare causa effectiva remissionis non est devotio, vel labor vel pretium recipientis, neque verò illa, pro qua fit indulgentia, unde non oportet ad aliquam harum proportionare quantitatem indulgentiae, sed ad merita ecclesiae quae semper abundant. Et ideo quaecunque, inquit, causa adsit, quae in utilitatem ecclesiae, & honorem Dei vergat, sufficiens est ad indulgentias. Sed ad applicandum thesaurum requiruntur auctoritas conferentis, & charitas suscipientis, & causae pietas, quibus tribus concurrentibus indulgentiae tantum valent, quantum praedicantur. Sunt verba subobscura, & quae multis videntur ambigua.

Et

Prima conclusio.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio vulgaris.

Et ideo ad quaestionem quatuor conclusionibus respondetur. **Prima.** Praeter auctoritatem dantis, & charitatem suscipientis, requiritur ex parte conferentis causa pia, & iusta conferendi, ut indulgentiae valeant. **Conclusio** est, post citatum Alrifi dorensis omnium doctorum communis in 4. dist. 20. ut Alberti, S. Bonaventurae, & Ricardi, & Caie. locis citatis, & Adriani. Et re vera rationes quae se offerunt, patronis non indigent. Nam etsi Christus thesaurum infinitum suum, & sanctorum ecclesiae ministris commiserit, non tamen ut prodigè illum effunderent, sed tanquam eius administri dispensarent: nam ut ait Paul. i. Cor. 4. & 9. Non fecit eos, nisi dispensatores mysteriorum eius. Prodigalitas autem & effusio bonorum hoc solum differt à dispensatione, quod illa fit sine causa, haec verò non nisi pro causa legitima. **Oeconomus** enim qui sine causa bona domini prodigit, dissipator est, & dilapidator: sed ille est dispensator, qui quando, & ubi oportet iudicio illa expendit. **Secundò** quia indulgentiarum collatio, ut supra diximus, est vera absolutio à peccatis: ergo sicut in sacramento non potest sacerdos pro suo libito quencumque absoluere à culpa, sed eum dum taxat, quem iudicat absolute dignum, neque verò poenam temporalem in quacumque mutare, sed aestimata qualitate personae, & circumstantiarum: ita neque extra sacramentum potest poenas, quae relinquuntur, pro ut ei libere relaxare, sed pro causa pia, quae in bonum ecclesiae referatur. **Tertio.** Indulgentiarum auctores debent illud munus exercere exemplo Dei, cuius sunt ministri: Deus autem dum culpas remittit, non gratis omnes poenas condonat: nam sic est summè misericors, ut sit etià summè iustus: & ideo relinquit poenitentem satisfactionibus temporalibus obnoxium: quas non sine causa remittit: ergo neque eius ministri absque vlla causa eas possunt relaxare. **Profectò** ratio est urgentissima: sic enim debent ministri satisfactiones Christi, & sanctorum alijs impertiri, ut eius iustitiae nulla irrogetur iniuria: irrogaretur autem si absque vlla profusa causa virtute eiusdem thesauri homines absoluerent à peccatorum poenis. Hac enim ratione facile purgatorium vacuum relinquerent. Et hoc ipsum significat Apostolus. 2. Corint. 2. Ego si quid donavi, propter vos in persona Christi: hoc est, propter utilitatem ecclesiae vestrae tanquam Christi minister. **At verò** vulgo sola charitas appa-

re solet legitima causa: nempe, ut Papa eiusmodi indulgentias propter charitatem, qua persequitur, tam viuos, quam defunctos, conferat: nam illa est ecclesiae utilitas, ut homines à poenarum reatu absoluti, liberentur à purgatorio. Est tamen satis vulgaris ratio: nam si illa sufficeret causa, porrò Deus sine Papae admiriculo id faceret: nam maiori charitate amicos suos, quae Papa profequitur. Si ergo illa charitas Deum non movet quo minus leges iustitiae suae custodiat, re vera eius ministri adstringuntur eiusmodi charitatem ratione, & iudicio non nisi pro causa Deo grata exercere. Nam utilitas illa liberandi à purgatorio non est causa, sed effectus, & finis ipsius indulgentiae. Et ideo anteq̃ indulgentiae conferatur requiritur aliqua motrix causa quae vergat in bonum commune ecclesiae. **Quartò** arguitur. Maior causa requiritur ad dispensandum thesaurum ecclesiae, qui est commune bonum, absolvendumque hominem à iustitiae vinculo, quo iudicio Dei constringitur solvere peccatorum poenas, quam ad dispensandum in votis, quae ex voluntate videntis ortum habent: sed super his non potest Papa sine causa dispensare: ergo nec indulgentias conferre. Adhaec & usus ipse ecclesiae, & indulgentiarum forma eandem nos docent veritatem: quoniam nunquam indulgentiae, nisi vel aduersus infideles, vel in fabricam alicuius ecclesiae, vel in subsidium alicuius hospitalis, aut in aliud hoc genus opus, conceduntur: & in forma semper adijcitur. In quantum facultas nobis concessa se extendit. **Dubium** autem est, utrum quaecumque causa ad quancumque, & qualescumque indulgentias conferendas sufficiat. Sunt enim nonnulli ex discipulis S. Thomae, qui arbitrantur hanc fuisse eius opinionem, ut causa aliqua requiratur, nihilominus quaecumque, etià minima quibuscumque indulgentijs sufficiat. Sed re vera nulla hoc ratio permittit: quoniam causa respectum habere debet ad effectum: ergo si causa ad quancumque, indulgentias requiritur, eadem ratione requiritur, & proportio ad effectum: ut minoribus indulgentijs minor sufficiat, & maioribus maior sit necessaria: nam si minoribus minor est iusta, totus excessus maiorum carebit causa. Atque adeo idem erit minores sine vlla causa concedere, quod maiores sine illa, quae proportionem habeat. Porro namque magis prodigus esset qui magna bona absque causa proportionabili dispenderet, quae qui parua sine vlla causa. Et confirmatur haec

Ratio. 4.

Alia ratio.

Dubium.

Opi. Thomistarum.

Opi. haec non admittitur.

Ratio. 2.

Qq 2 veritas

veritas ex.c. Cum ex eo, concilij Lateranens. quo inhibetur episcopi maiores conferre indulgentias vni⁹ anni in dedicatiōe tēpli, & qua draginta dierū in cōmemoratiōe eius, vbi secundūm proportionē causā permittuntur indulgentiā. Et certē sic habet ecclesiā legitimus vsus, vt grauitatis causā semper rationē habeat. ¶ At qui quēadmodū ex parte cōferētis requiritur causā pia: ita ex parte recipētis requiritur, vt aliquid faciat in subsidiū illius causā, quod aliquā proportionē habeat ad illius indulgentiā quantitātē. Probat. Nā illa causā pia requiritur, vt ait S. Tho. ad applicā dū illū thesaurū huic vel illi, illa verō applicatiō nō sit nisi in prēmiiū alicuius obsequij, qđ iste facit: nempe, aut visitare aliquā insignem ecclesiā, quod est in honorē Dei, vel orare, vel ieiunare p prosperitate ecclesiā, vel aliquod erogare subsidiū: ergo si ille, vel nihil, quod sit alicuius emolumentū faciat in pportione ad illā indulgentiā, certe non valebit ei quantū sonat. Nā etiā necessariā essent precēs pro ecclesiā fide, aut incolumitate, nihilominus cōcedere indulgentiā plenariā cuiuscūq; recitan ti, Ave Maria, vel Pater noster: pfectō nullā hēret proportionē, imō quasi p nihilo fieret illa amplissima remissio. ¶ Est hīc tamen animaduertēdū, qđ non dicimus requiri aequalitātē causā ad indulgentiā, sed proportio nem: vt si parua indulgentiā pro parua causa dantur, maiores nō dētur, nisi pro maiori: nō tamē, qđ sit aequalitas causā ad effectum, Et hāc fuit opinio S. Thomā aduersus Altifiodorē sem. Quocirca non est cur S. Thomē imponatur sentisse nō requiri causam ad cōferendas indulgentias, aut sine tali causa validas esse, cum toties concludat tantum valere indulgentiam, quantū prādicatur, si modō ad sit causē pietas. Sed solum voluit contra Altifiodorēsem dicere, quod non requiritur aequalis aestimatio. Et hoc solum est quod eius ratio concludit: videlicet, quod ecclesiā saepe confert maiores indulgentias, quā sunt illā causē, quia non ex ipīs, sed ex thesauris ecclesiā fortiantur valorem. Aliud enim est, vt bene ait Adria. quod causā sit sufficiens, & aliud, quod sit æquiualens. Nam si semper requireretur causā æquiualens, non esset absolutio, sed vera cōmutatio: quare nihil faceret auctoritas conferentis. Sat ergo est quod sit sufficiens. ¶ At verō cōtēplandum est verbum S. Thomē quod est omnium doctorum: videlicet, quod indulgentiē debent conferri

Ex parte sup-
sipientis.

Ratio

Concessio in-
dulgētia ple-
nariā recitā-
ti Ave Ma-
ria.

Non equali-
tas, sed pro-
portio causā
requiritur.

Adrian. di-
stinctio.

Indulgētia
vni collatio in
utilitate ec-
clesiā.

in vtilitatem ecclesiē, quod intelligitur, in bonum commune eius. Nam cum thesaurus sit bonum cōmune, non nisi pro alio bono cōmuni dispensari valet. Et ita habent omnes indulgentiē, quē publicitus cōferuntur: quia nunquam, vt paulō ante dicebamus, prādicātur, nisi ingruente aliqua cōmuni ecclesiē necessitate. Dare tamen indulgentias nulla tali imminente causā cōmuni, sed ob causam particularem: nempe, intuitu, & precibus cuiuspiam personē nobilis, vel propter aliquā suā particulare affectionē ad aliqd facellū, vel altare, vel certē ad exaltandam suam auctoritātē (vt cum omni obedientia, quā ecclesiā debetur, loquar) nec res antiqua est, nec syncretitate in causē, quē in indulgentiis obseruāda est, prā se ferre videtur. Quare neq; solidā habent valoris certitudinē: quia non tam in vtilitatem ecclesiē conferuntur, qđ ex mera supplicatione petentiū. ¶ Contra id ergo, quod modō dicebamus ex parte suscipiētis requiri proportionabilē causam, est argu. Solēt indulgentiā pares conferri in æqualia facientibus: ergo nō requiritur illa proportio. Cōsuevit, in quā, visitantibus limina apostolorū Petri, & Pauli, aut Iacobi conferri indulgentia plenaria: & tamē qui propē sunt in vrbe minus laboris patiuntur, qđ qui ex Germania illuc peregrinantur. ¶ Item indulgentiē bullā cruciatē æquales cōferuntur duos argenteos erogantibus: & tamē diuissimus, & magnatum quisque multō minus confert quā pauper plebeius. Respondetur, quod si indulgentiā conferrentur priuatim huic, vel illi, ratio postularēt, vt æqualitatis laboris, aut pretij haberetur respectus. Sed quādo datur per modū legis ratione visitandi loci: tunc quia lex debet esse æqualis, nulla habetur ratio laboris, aut itineris longitudinis: & ideo propinquiores, & remotiores eandē assequuntur indulgentiam. Quando verō pretiū est soluedum, pfectō in forma antiqua nō æqualis elemosyna ab omnibus postulabatur, sed vt locupletiores ampliorem contribuerent. Iam verō proportio hęc cessauit, & ab omnibus æquale exigitur, vt sicut de vno visitando loco lex est vna, ita de vno soluendo nūmo. Attamē tātūm posset diminui pretium, vt nulla esset temeritas dicere in tali casu nō valere indulgentias quantum sonant.

Argument.

Arg. aliud.

Dilutio.

An sufficiat
quacunque
causa.

& in-

& indubitata. A parte enim affirmatiua facit quod in textu dicebamus: nempe, quod si prædicationi, quæ auctoritate ecclesiā sit, sub esse posset falsum, periret fides, quæ ecclesiā debetur. Respondetur nihilominus tertia cōclusionē, quæ est Caietani in quæstionibus indulgentiarum ad tertiam partem S. Thomæ appositis, & Adriani, imō quæ ex oibus doctoribus colligitur dicentibus causam requiri legitimam. In causis indulgentiarum discernendis potest error accidere, neque ob id ecclesiā fides infringitur. Fides enim, quæ de indulgentiis ecclesiā debetur, est in genere, vt art. præcedenti constitutum est: nempe, quod in ea residet auctoritas earum conferendarum, & quod si legitima causa eas, contulerit, valent quantum sonant, vt D. Tho. & omnes doctores aiunt. At verō quod hæc, aut illa indulgentia ob legitimam causam fuerit concessa, non est catholica fides: quemadmodum licet sit de fide, quod sub speciebus consecratis sit corpus Christi, tamen quod hæc, vel illa hostia sit consecrata, non est de fide. Quare sicut Papa audiens confessionem poenitentis potest ab illo decipi, vt vel eum absoluat, qui absolutione non est dignus, vel minorem poenitentiam iniungat, quā ei deberet imponi: ita & in collatione indulgentiarum potest decipi in relationibus, quæ ei sunt, & in causis, quæ a petentibus allegantur. Imō, & potest affectu nimium pio moueri, vt in gratiam petentium eis morem gerat. Idem euenire potest in dispensationibus votorum, & legū ecclesiasticarum, vt enim certa fide tenetur, quod possit legitima de causa dispensare, tamen quod hæc aut illa dispensatio sit legitima, non est de fide. Præsertim, qđ in collatione indulgentiarum propterea Papa, & antistites faciliores se exhibent, quod arbitratur minus periculi subesse etiā si absq; legitima causa conferantur: quia si sunt valida, spiritualis fructus obuenit suscipiētibus, sin minus merito saltem suorum laborum, & elemosynarum nō fraudantur. ¶ Sunt tamē hæc hoc distinctionum moderamine temperanda. Aliud enim est quantum ad præsumptionem loqui, & aliud quantum ad veritatem. Rursus aliud vbi res manifestum præfert errorem, atq; aliud vbi error ipse est manifestus. Enim verō vbi error non est manifestus, licet in veritate possit causa non esse legitima, debetur tamē hic honor auctoritati pontificis, vt sit præsumenda legitima, atq; adeo

Tertia cōclu.

Nota simile.

In dispensa-
tione votū.

Distinctio.

Alia distin-
ctio.

non est decens cōtra huiusmodi indulgentias obmurmurare. Sec⁹ tñ si talis error esset, manifestus tunc enim potius est religionis officium veritatē docere. ¶ Nostris enim tēporibus vsq; adeo piorum clemētia erga animas, in purgatorio cruciatur, succreuit, vt inportunis supplicationibus a summo Pontifice concessio fuerit extorta, vt qui tangendo, quendā benedictū calculum, Ave Maria, vel Pater noster, recitaret, animam inde, quanto cūq; tempore cruciari deberet, eriperet, vt protinus libera euolaret. Hanc ego non dicāpiam fraudem, quia hæreticorū verbum est, sed tamē citra religionis iniuriam posset hoc populo dissuaderi. Primū, quia hīc nulla interest causa pia in cōmune vtilitātē ecclesiā: nam pius affectus in defunctos nō reputatur causa, vt diximus. Illa enim rōne Deus per se animas omnes inde liberaret. ¶ Secundo, quia neq; ex parte facientis quod indulgentia iubet, aliquid præstatur, quod ad tam ingentem effectum vilius sit momenti. Quid enim refert dicere, Pater noster, vt anima a tam immodicis tormentis eruatur? Pfectō diu crudelitatis argueretur Deus, si animā tribus annis tā atrociter cōtorqueret, cuius tamē liberatio ex vno, Pater noster, penderet, & calculi tactu. Præsertim, qđ papa non potest defunctis indulgentias conferre per modū absolutionis, vt viuīs, sed per modum suffragij. Et ideo mirabile est qđ per vnū, Pater noster, thesaurū ecclesiā, tā insignis effectus applicetur. Præterqđ qđ illa oratio plurimū ab ijs fit, qđ sunt in peccato mortali, quæ ideo apud Deū nullius valoris est. Concessit Papa quantum concedere potuit, sed nō est credendū credidisse suā concessionē tantū esse, quanti supplicatores valere putabāt. ¶ At qui si sub hac populari opinione nihil aliud nocumenti lateret, qđ qđ forte populū fallit, nullū esset periculum illā relinquere propter imaginē religionis, quā habet. Sed tamē illis, qui illā crederēt, metus purgatorij radicitus euelleretur. Id. n. qđ præter infernū homines a peccato arceret, est purgatoriū, & tamē si tam facile euaderetur, nullū posset ingenerare metū. Vnde Adrianus ipse, qui Papa fuit, nō fuit veritus dicere in citata quæst. de clauibus, qđ cū prælatus p exili causa: putā, omnibus contribuētibus vnū stufferū dat plenā oīm peccatorū remissionē, dissipatio est, & nō dispensatio indulgentiarū: & tenet solū pro ea parte, in qua rōnabilis fuerit. ¶ Contra hæc tandē, vt re absoluamus, ar-

Calculus ben-
nedictus.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Nota incem-
moda.

Adrianus.

Qq; 3 guitur.

Argum. guntur. Esto sit ad conferendas indulgentias causa legitima necessaria, inde tamen solum consequitur, quod si Papa absq; illa indulgentias contulerit, peccabit: quia indigne munere suo fungitur: non tñ inde infertur q indulgentiæ non sint validæ. Nã etsi absq; causa dispēset in matrimonio inter affines contrahendo, vel beneficio indigno conferat, licet peccatū cōmittat, factum tamen tenet. S. Tho. loco citato quæstiō. 2. in solutione ad primū ait, q si quis inordinatē per indulgentias pœnas remittat, ita q homines quali, p nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocetur, cōferens quidē peccat, nihilominus suscipiens plenā indulgentiā cōsequitur. Vbi docere videtur, q indulgentiæ sine causa collatæ valeāt, Quidam tamen Thomistæ, vt diximus in verbo, quasi pro nihilo intelligūt, q dummodò vlla sit causa, licet minima, quāviscunq; indulgentijs sufficit. Attamē cōis doctorū sententiā est in contrariū: & ideo adhibetur quarta cōclusio, q sine pportionabili causa nō valēt, q̄tū sonāt. Est tñ distinguēdū: nã in bullis cruciatæ nō solum indulgentiæ, quæ hoc noīe propriē appellantur, verū, & alia priuilegia cōceduntur, vt ouorū esus, & lacticionorū in diebus aliās prohibitis, & confessionalia, vt quisq; possit confessorē eligere, à quo plenē absoluat. Et hæc quanuis absq; vlla causa concederentur, etiā si Papa peccaret, nihilominus sunt validæ, quia sunt dispensationes iuris positiui. Sed cōclusio statuit de indulgentijs: hoc est, de remissionibus pœnarū, quæ sunt, vel satisfactionibus, vel in purgatorio soluendæ. Vnde Caieta. in. q. citata adiecta ad tertiā partē, distinguit de bonis, quæ Papæ dispensationi subdūt. Nã licet in omni dispensatione requiratur causa, in aliquibus tamē, licet defectu causæ peccatū cōmittatur, nihilominus factum tenet. In alijs verò irrita est dispensatio & nulla. Et quanq̄ plura ipse verba immisceat, tñ quando dispensatio fit in iure humano, res est clara, vt si dispēset Papa in cōtrahēdo matrimonio in tertio, vel quarto gradu, vel in ieiunio ecclesiastico: dispensatio, etiā sine causa tenet: quia hæc sunt iure humano prohibita. Sed quando res est de iure diuino, maius est dubium. Et vt alia relinquamus, quæ non sunt ad propositū, vt si dispēset, q pater cōtraheret cū filia, de quo in materia matrimonij dicemus, subdit Caieta. aliud exēplū, q etiā si beneficiū cōferat indigno, quis ius diuinū sit vt cōferat digno, licet Papa peccet, nihilominus colla-

tio tenet. Videtur ergo idē de indulgentijs censendū. Sed est tñ discrimē, q aliud est cōmissū esse alicui dispēationē sub pcepto, vt sic faciat, & aliud sub restrictiōe, vt aliter factū nō teneat. Precipitur. n. iure diuino p̄lato, vt beneficiū nō nisi digno cōferat, q hoc ius etiā nature iubet, nō tamē sic restrictē, vt collatio aliter facta nō teneat. Et rō est, quia beneficium nō est bonū cōe, sed particulare stipēdiū huius ecclesiæ p hoc seruitio: & ideo postq̄ hic instituitur, factū tenet. Alioqui oēs ecclesiasticæ hierarchie, & iurisdictiones essent in ambiguo: quare oēs essent dubij, an verē absoluantur à suis quos putāt, sp̄latis. Quæadmodū licet ius diuinū, & naturale sit, vt patri, & extraneo in extrema, aut graui necessitate existētib⁹, poti⁹ patri, q̄ alieno succurratur, nihilomin⁹ si pueruo ordine subuētio fiat extraneo, donatio tenet. At verò in dispēationib⁹ votorū sec⁹ res hēt: nã postq̄ ille q̄ vouit iam est iure diuino obligat⁹ Deo, sic dispēatio votorū simpliciu est cōmissa Papæ, vt nisi legitima causa fiat dispēatio nō tenet, vt ex. c. i. de voto, & vo. redem. colligitur: quia De⁹ qd̄ sibi debetur sine causa nō remittit, quis vbi manifestus error nō interuenit, præsumatur causa legitima. Pari ergo modo in indulgentijs, si considerentur quatenus sunt absolutio nes, & remissiones pœnarū, quartū homo est Deo debitor, si sine causa fiat, Deus non approbat: sicut neq; absolutionē sacramētālē, quæ clauē erratē fieret, haberet ratā. Quod si cōsiderentur quatenus dispēationes, & distributiones cōis thesauri ecclesiæ, idē sequitur: quoniam si œconomus sine causa bona dñi dilapidaret ea prodigēdo, donatio nō teneret. Adde, q neq; Christus, neq; sancti, qui bona sua in illū thesaurū cōtulerūt, talē habuerunt intētionē, vt sine causa dispergerēt sua bona. Et eadē ratione, nec dispēatio in votis, vel iuramētis per priuilegia indulgentiarum fieri potest, nisi causa sit, vel præsumatur legitima. Et cōfirmatur hæc veritas: quia si Papa bona ecclesiæ temporalia dilapidaret illa absq; causa, p̄fudēdo, adeo donatio esset iniqua, vt nō teneret: ergo neq; tenet distributio thesauri spiritualis, quæ sine causa fit. Sunt qui contendant consequentiam infirmare, eo q per alienationē bonorū temporalium ecclesia minus habet q̄ antea, sed per largitiō nē sp̄aliū nō habet minus. Et tamē Caieta nus bene istos redarguit, p̄pterea quod hoc discrimen est accidentarium: quare non est habendus oculus, nisi ad naturam ipsam di-

Discrimen.

Dispensatio vtorum.

Discrimē doctriæ d. Tho. in. 4. in summa.

Ob. Adria.

Argum.

Solutio.

Solut. i. arg.

tributionis, quæ si sit sine causa, iniquior est in spiritualibus, quàm in tēporalibus. Et tandem confirmatur postremo. Si enim indulgentiæ nulla de causa concessæ, essent valide, sequeretur quod quauis ob iniquam causam concederentur: videlicet, ob spectaculum ludorum, qui fiunt in theatro, licet Papa peccaret, nihilominus teneret: sicuti si Pōt̄ifex bona sua propria, quæ in suo sunt arbitrio, illam ob causam donaret: quod nemo concedere aueret. Sed vt D. Tho. respondeamus, negari nō potest, quin ambigūe fuerit locutus: nã prius dixit indulgentiam valere quantum sonat, si sit autoritas in conferente, & charitas in suscipiente, & pietas in causa: vbi cum causam æquiparauerit autoritati conferentis, & charitati suscipientis, & sine his duabus indulgentia non valeat, sentire visus est q neq; sine causa legitima valeat. Postea verò dixit alia citata verba, forsan magis vulgarem opinionem secutus, vt quandoq; solebat in quarto, quàm propriam decernens, vt faciebat in summa. Nam profectō si de casu proximè recitato fuisset interrogatus: videlicet, an pro vno Pater noster, redimeretur anima à purgatorio, nunquam id affirmasset. Quāuis glōf. Adriani non est mala: scilicet, quod cum dixerit, indulgentias indiscretè concessas esse validas, non intellexit indiscretas: id est, sine proportionabili causa collatas, cum inferius in solutione quinti dicat, quod collatio indulgentiarum non valeat sine causa legitima: sed indiscretè: id est, nimium frequenter. Nam etiā si causæ occurrāt, non debēt esse frequentes, vt religio satisfaciendi pereat. Quod pro nostris hisce temporibus adnotandū est. Sed arguat quis forsan, sequeretur ex ijs, quæ dicta sunt, quod si indulgentia ex aliqua causa conferatur, non tamen pportionabili secundum quantitatem indulgentiæ, nihil prorsus illa valeret: nam quod sine causa legitima fit, irritum est, & cassum. Negatur consequentia: nam esto causa non sit legitima, vt indulgentia tantū valeat, quantum sonat, nihilominus nulla est ratio, cur non valeat secundum proportionem causæ. Vt si causa sit legitima, vt conferantur quadraginta dies indulgentiæ, vt permittitur in capit. Cum ex eo. in commemoratione dedicationis templi, & conferatur. annus, saltem indulgentia valebit pro ratione quadraginta dierum.

indulgentias tantum valere, quantum sonant, semper intelligi debet sub conditione si causa adfit legitima. Est enim sensus, quod in ecclesia est autoritas conferendi quascunq; indulgentias habētes effectum, quem promittunt. Quod autem deceptio in æstimatione causæ contingat: hoc non pronenit ex autoritate ecclesiæ, sed ex causis particularibus: & ideo propter hoc non infringitur autoritas ecclesiæ in communi. Secus si ecclesia determinaret autoritate publica tāquā de fide hanc esse causam legitimam: hoc autem nunquam faciet, nisi verē sit legitima. Exēplum est in absolutione sacramētali: haud enim in genere negare fas est, quin absolutio sacerdotis tantū valeat, quātū sonat, & tñ subintel ligitur, si clauis nō errauerit. Verū tñ, vt cum omni reuerentia loquamur, negari non pot, quin indulgentiarū nimia frequentia, maximè in tanta copia, vt p̄ssim cōcedatur indulgentia plenaria, & redēptio aiarū à purgatorio, nisi causæ sint manifestæ, nō potest nō deco rē huius autoritatis aliqua ex parte obfuscare. Ad secundū respōdetur, q etsi potestas cōferēdi indulgentias nō sit alligata sacramēto, quia fit sine illo, nihilominus nō est vsque adeo libera, quin sit legitime causæ subdita, quæ, vt dictū est, in bonū cōe referatur. Ad tertiu respondetur, q causa, propter quā indulgentiæ cōceduntur, debet esse spiritualis, & pia, vt religio, quæ tēplorū fabrica, aut visitatione augetur, & pax ecclesiæ, quæ Turcarum propulsatione protegatur. Aut licet appareat temporalis, vt struētio pontis, aut viarum apertio, satis est illud esse bonū reipublice, in qua religio colitur. Pecunia aut, quæ à suscipientibus erogatur, non habet rationē p̄tij, quasi sit indulgentiarū coemptio, sed est subsidiaria eleemosyna illi operi feruētis: sicut neq; eleemosyna, quæ sacerdoti offertur, pretiu est missæ, sed sacerdotis alimentū. Hęc autē eatenus vera sunt, vt tamē formæ promulgandi indulgentias modus sit adhibendus, ne ansam hereticis offeramus illas, blasphemandi: ne scilicet figuram potius compulsionis habeat, quàm prædicationis: eleemosyna enim vltro oblata est quæ Deo placet: nam hilarem datorem diligit Deus.

Explicatio illius vulgatae sententiæ indulgentiarum.

Exemplum.

Indulgentia r̄ frequētia.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

Pecunia.

ARTICVLVS. III.

Utrum indulgentiæ illis etiam valeant, qui sunt in peccato mortali.



Alia deinde consideratio sequitur de ijs, quibus indulgentiæ profunt. Et arguitur, quod illis etiam profint, qui sunt in peccato mortali. Nā ille, qui est in gratia, potest existēti in peccato mortali gratiam de congruo mereri: videlicet, merendo illi bonū motū in Deum, vt Stephanus Paulus: sed indulgentiæ sortiūtur effectum ex meritis Christi & sanctorum; ergo etiam si existentibus in peccato mortali applicētur proderunt. **Secundō.** Ei qui magis indiget, maior est misericordia exhibēda: qui autem est in peccato mortali, in maiori est indigentia: ergo ei sunt potiūs indulgentiæ impendēdæ. **In contrarium est,** quod membrū mortuum nullum suscipit viuētis corporis influxum: qui autem in peccato mortali existit, membrum mortuū est: nullum ergo influxū meritorum Christi & sanctorum, qui per indulgentias communicatur, suscipit.

Questio hæc licet de existētibus in peccato solū interroget tñ habet, duo mēbra scilicet, vtrūm ad suscipiēdas indulgētiās requiratur gratia, & vtrūm præter ipsam requiratur aliquid aliud. Et ideo ad quæstionem respondetur per tres conclusiones. Hanc tamē distinctionem prius oportet notare, quod indulgentiarum formæ possunt bifariā exprimi. Quādoq; enim indulgentia non habet amplius, q̄ quod qui hanc susceperit bullam eo ipso talem, aut talem indulgentiam consequatur: nempe, virtute elemosynæ, quā tribuit dum bullam susceperit. Solet etiam sic exprimi forma, vt qui talem susceperit bullam visitando postea talia altaria, vel dicēdo tales orationes vel conferēdo talem elemosynam, tales, aut tales consequatur indulgētiās. **Distinctio est** Caietani in illa quæst. de suscipiētibz indulgentias, post tertiam partem. Et in priori casu ait, idem esse tempus operis: nempe, suscipiēdi indulgentiam, & tempus percipiēdi fructum eārum. Et in posteriori vnum esse tempus suscipiēdi, & aliud esse tempus percipiēdi fructum. **Sit ergo prima conclusio.** Existētibus in peccato mortali nihil indulgentiæ profunt: hoc est, si tempore percipiēdi fructum existat homo in peccato mortali. **Conclusio est** S. Thomæ, atque omnium doctorum, præter Mayronē. Probatur conclusio ex his, quæ dist. 19. de satisfactione dicebamus. Enim verò inter nos & Deum nulla est prorsus ratio iustitiæ, nisi quæ ei⁹ gratiæ sub-

nititur: & ideo vt nō potest quisquā in peccato aliquid gratū Deo reddere, ita neq; acceptū Deo esse, quod pro illo offertur. Vnde illic conclusimus, q̄ dum vnus satisfacit pro alio, necessariū est ambos esse in gratia. Cum ergo indulgentiarū fructus sit sicut fructus satisfactionis Christi, & sanctorū, fit vt existenti in peccato mortali applicari nequeat. **Secundō,** quia applicatio thesauri fieri nequit contra eorum propositū, qui eius fuerunt auctores: Christus verò & sancti non habuerunt intentionem offerendi quantum ad efficaciam sua opera satisfactoria, nisi pro membris viuīs corporis Christi: scilicet, pro illis, quibus per Dei gratiam remissa esset culpa: non ergo alijs applicari potest. **Tertiō,** quia applicatio thesauri fit non solūm per auctoritatem conferentis, sed etiam per opus suscipientis disponētis se in genere subiēctiuæ: cum ergo opus peccatoris non sit Deo gratum, fit vt neq; sit ei grata eiusmodi applicatio. **Confirmatur tandem conclusio ex forma antiqua ecclesiæ, qua non conferuntur indulgentiæ, nisi verè contritis, & confessis, & licet in forma noua dicatur, vel habētibus propositum confitendi sua peccata, in illo proposito intelligitur, q̄ sint per contritionem in gratia.**

Contra hanc autem veritatem duplex est arg. primū. Potest ille qui est in gratia mereri illi, q̄ est in peccato mortali, de congruo: ergo potest satisfacere pro illo, atq; adeo merita sanctorū possunt illis applicari. Propter hoc argumentū quidā, vt refert S. Tho. dixerunt indulgentias valere existentibus in peccato mortali, non quidem in ratione satisfactionis: quia poena ei non dimittitur, qui est in culpa, sed tamen in ratione meriti de congruo. **Attamen opinio hæc nullius est veritatis: quoniam licet existens in gratia, vt Stephanus, potuerit mereri Paulo gratiā de congruo merēdo illi bonū motū in Deum, hoc fuit, quia Stephanus retulit suā orationē in ratione meriti ad Paulū. Sed tñ opera Christi & sanctorū per indulgentias nō applicantur in ratione meriti, sed solūm in ratione satisfactionis.** **Secundū arg. extrui possit ex opinione Scoti, qui vt dist. 19. retulimus, tenet q̄ existēs in peccato potest satisfacere pro poena peccati alijs remissi.** Inde n. Mayrones, d. 19. q. 2. infert, q̄ eadē ratione indulgentiæ possunt existentibus in mortali valere: nā si peccator pōt pro se satisfacere, à fortiori potest, & satisfactiōe sanctorū gaudere. **Ad hoc autem**

Secundatio

Ratio. 3.

Arg. primū

Secundū argumentum.

Solutio.

tem

tem, præterquam q̄ opinio illa Scoti, vt illic ostēdimus, veritate caret, eo q̄ apud Deum neq; in solutionē poenæ nullū opus quidpiā valeat, nisi ex eius gratia oriatur, respōdetur, quod etiā si gratis illa opinio admittatur, nō sequitur, vt possit thesaurus Christi peccatori applicari: quia auctores eius thesauri, vt diximus, non habuerunt intentionem applicandi, nisi eis q̄ in gratia eiusedē Christi existerēt. **Ad maiorem autem declarationem cōclusionis dubitatur, vtrūm nō solūm requiratur gratia, dū opus illud fit, qd̄ in diplomate præcipitur, ad consequendam indulgentiam, verūm etiā dū suscipitur ip̄m diploma.** Exēpli gratia. Si indulgētia absq; vllō diplomate, qd̄ singulis personis conferatur, sic prædicetur. **Quibuscunque, qui in festo omnium sanctorum proximo visitauerint talem ecclesiā, aut erogauerint talem elemosynam, conferatur indulgentia plenaria, vel vnius anni, vel quadraginta dierū &c.** res est clara, quod nemo eam cōsequitur, nisi qui in gratia illud opus fecerit. Sed tamen, vt antiquitatem cruciatæ in memoriam reuocemus, mos erat antiquitus, vt qui susciperet crucem semel in vita quādo vellet, & postea in articulo mortis plenissimam indulgētiām omnium peccatorum consequeretur. Et quod tunc erat suscipere crucem, nunc est suscipere diploma cruciatæ, pro quo soluuntur duo vel quatuor argentei. Vtrūm ergo sit necessarium ad consequendas indulgentias, quæ continentur in bulla, vt qui eam suscipit, tunc dum suscipit, sit in gratia. Caietanus enim loco citato ait, hoc esse requisitum: quia debet, inquit, illud esse opus viuētis in gratia. Et ait formā illam, **Contritis &c.** refert ad illud tempus. Quapropter qui tunc non est in gratia, licet eligeret postmodū confessariū, nō possit eū absoluere plenariē ab omnibus culpis, & poenis. **Vt autē inter dubia, & certa discernamus, in huiusmodi bullis continentur, & illa, quæ propriam habēt indulgentiarum rationem, qualia sunt quæ ad remissionem poenarum attinent, quæ in purgatorio debentur, & alia, quæ non sunt indulgentiæ, sed mera priuilegia, vt quod in dieb⁹ vetitis possit homo vesci ouis, & lacticijs, & quod possit eligere confessariū, qui eū absoluat ab omnibus peccatis, etiam referuatis, quo ad culpam. Et de ijs non est dubiū, quin quicumq; susceperit diploma, quod in peccato mortali illud susceperit, pōt illis gratijs gaudere: quia hæc sunt**

An requiratur q̄ homo sit in gratia dum bullam suscipit. Exemplum.

Cruciatæ antiquitas.

Dubium.

Caieta.

Nota distinctio.

mera priuilegia, quæ quibuscūq; cōcedi possunt. Sed tamen quātum ad indulgētiās, profectō res est dubia, & fortasse opinio Caietani vera est, quod si bulla suscipitur in peccato, licet postea festis in bulla contentis quis faciat orationes ad obtinendas eiusdem bullæ indulgentias, nihil prodest. Et si hoc est verū, certè licet confessarius, quem elegerit, possit eum absoluere à culpis, etiam referuatis. Nihilominus absolutio plenaria à poenis per modum indulgentiarum cassa esset, & vana. At verò forsan, & contraria opinio non caret probabilitate: nam bulla vim forsitan habet cuiusdam priuilegij, etiam quoad indulgentias: & ideo licet in peccato mortali sumatur, satis est, vt postea dum percipiendus est indulgentiarum fructus, homo sit in gratia. Enim verò si Papa viuā voce proficiscentibus in bellum aduersus Turcas concederet, dicens, **Quencunque elegeritis confessarium absoluat vos plenariē, & si in festo Natiuitatis feceritis hoc, aut illud opus, cōsequamini indulgentiam plenariam, profectō licet tunc dum hanc concessionem facit, illi essent in peccato, si postmodum designatis illis temporibus suscipiendi fructum, essent in gratia, illum adipiscerentur.** Idem autem est conferre diploma soluenti duos argenteos, ac si gratis viuā voce tunc Papa illam faceret concessionem. **Secundō,** quia bulla non dicit, quod ea ipsa tunc solutione pretij dum suscipitur, conferatur indulgentia: si enim hoc diceret, certū esset tūc gratiā exigī, sed q̄ tūc quādo hoc vel illud fecerit. **Tertiō,** quia potest ille, qui est in peccato mortali, sumere bullam pro alio, qui est in gratia. **Adrianus** quidem hoc sub limitatione duntaxat concedit: scilicet, si ille agat procuratorem alterius. At verò profectō arbitrōr, quod licet quis suā spontē suscipiat bullam pro amico existens in peccato mortali proderit alteri, si dū fecerit quod bulla præcipit, in gratia extiterit: quia hoc non est nisi donare pecuniā alteri, secus si oraret, vel largiretur elemosynā p̄ alio. **Quin verò** addiderim subdōctorū cēsura, qd̄ cōcessio iubilæi die dñi ca p̄dicatur, quo iubilæo indulgētia plenaria cūctis cōceditur, q̄ proxima hebdomada orauerint, ieiunauerint, elemosynas erogauerint, & eadē octaua die sacrosactā eucharistiā sumplerint, licet quis feria quarta, & quinta, & sexta in peccato ieiunauerit, orauerit, vel fecerit

Opi. Caieta.

Nota.

Non requiritur q̄ homo sit in gratia dum bullam suscipit.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Adrianus.

Sentētia autoris.

De iubilæo.

rit eleemosynam, si tandem die dominica cofiteatur & in gratia suscipiat sacramentum, hoc sufficit, ut indulgentias consequatur.

Circa secundum membrum:

De secundo autem questionis membro explorandum restat, utrum ad perceptionem fructus indulgentiae satis sit, hominem esse in gratia. Hoc autem solum interrogatur propter Caietanum, qui in quaest. citata adiecta ad tertiam partem, ait non sufficere gratiam ad indulgentiam consequendam, sed requiri praeterea, quod qui ea potiturus est, habeat curam & sollicitudinem satisfaciendi per se.

Secunda conclusio.

Quare si vel in acceptandis condignis poenitentis vecors est, vel negligens in adimplendis, indignus sit indulgentiarum subsidio. Opinio fuit Altisiodorensis, quem art. praecedenti allegauimus, quem & Paludanus subsequi videtur. At Caietan. est qui licet cum aliqua formidine, contendit tamen illam probare: sed nescio an argumentis ita multum dignis autore. Quocirca statuitur secunda conclusio. Quicumque in gratia existens, si modo id fecerit quod indulgentiarum forma praescribit, ipsam consequitur. Probat, quia qui cumque est in gratia est membrum Christi, atque adeo capax cuiuscumque influxus, qui ex eius passione dimanet: cum ergo per indulgentiam ille influxus diriuetur, non est cur non omnis in gratia existens illum possit suscipere. Secundo quia conferentis autoritas, & suscipientis charitas, & pia causa facit, ut indulgentiae tantum valeant quantum sonant: cum ergo Papa solum dicat, quod conferentibus talem eleemosynam, vel visitantibus tale baculum illam confert, neque aliud exigat, dicere, quod aliud praeterea requiritur, est dicere quod nos Papa decipit. Praesertim cum oratio vel eleemosyna illius, qui alias fuit negligens, tantum ad hunc praestat effectum, quantum alius diligentis. Tertio, indulgentiarum usus, ut supra dictum est, ob id crebescere coepit, quod antiquitus homines non erant tam diligentes ad implendas graues illas poenitentias: imo illis adiutrices manus contendit ecclesia porrigere. Et hoc soluitur argumentum, quod potissimum est Caietani. Indignum est amicabile adiutorio, qui negligens est solvere quod per se possit: ergo si ego per me ipsum satisfacere renuo, indignus sum, ut amicus pro me satisfaciatur. Negatur, inquam, prior praemissa. Propterea enim quod amicus meus sit negligens in suis negotiis non est indignus cui ego succurram: imo inter amicitiae iura etiam

Solut. 2. arg. Caiet.

hoc venit, ut amicus amici defectus suppleat etiam spirituales, atque adeo sola gratia, quae facit amicos Dei, facit eos dignos, quibus ecclesia subsidia Christi impartiat. Praesertim quod dum suscipiens indulgentiam facit aut soluit, quod indulgentia praecipit, iam adhibet diligentiam ad suorum remissionem debitorum. Arguit praeterea, quia dum forma ecclesiae dicit, verum contritis, nomine contritionis intelligitur, ut sint diligentes ad satisfaciendum. Sed hoc gratis est dictum: quia contritio solum sonat hominem esse in gratia. Contra illam autem conclusionis particulam, quod indulgentiam non percipit, nisi qui facit quod in ea praecipitur, arguitur sic. In eo qui operari non potest voluntas pro facto reputatur: sunt autem plures pauperes, qui eleemosynam facere nequeunt quam indulgentia praecipit, & multi debiles, qui nec ieiunare valent nec peregrinari: ergo illi non sunt fraudandi thesauro communi, qui in reliquos distribuitur. Respondetur ad maiorem, quod respectu praemij essentialis gratiae & gloriae voluntas pro facto reputatur. Sed tamen remissio poenae, quae fit per indulgentias, pertinet ad praemium accidentale: & ideo quia non datur nisi sub conditione, nemini nisi eadem implenti prodest. Quare qui implere non potest, licet non peccet non implendo, fructu tantum earum caret: veluti ille qui ob debilitatem vel paupertatem vel alia negotia non satisfacit pro suis peccatis, non quidem fraudabitur essentiali praemio si in gratia decedat, licet tamen in purgatorio, quod hic non persoluit.

De indulgentiis autem, quae in defunctorum subsidium conferuntur, non est tam praesentis loci disputare: quam alterius, qui dist. 45. de suffragiis mortuorum nos expectat. Nihilominus de hoc adhibetur hic tertia conclusio. Indulgentias ecclesia militans concedere nequit defunctis per modum absolutionis, sed solum per modum suffragij. Prima pars nota est, quia illa fit virtute clauis ratione iurisdictionis, quae exercetur in subditos: illi autem, quia iam sunt extra viatorum militiam, non sunt ecclesiae subditi. Suffragia autem viuis defunctis possunt tripliciter. Uno modo via impetrationis per orationem. Secundo per modum meriti de congruo non quod possit homo mereri de congruo augmentum gratiae defuncto: quia nulla ei augeri potest, sed quod merito operum iusti Deus liberet animam a purgatorio. Et isti duo modi

Argument.

Dilutio.

Indulgentia pro defunctis

Tertia conclusio.

di non fundantur in lege certa: videlicet, ut eadem certitudine, quia in merito de condigno, oratio aut meritum viuientis fortiat effectum pro defuncto, quia de hoc nulla est lex, etiam si viuus offerret pro viuo. Atqui neutro istorum modorum indulgentiae valent defunctis, ut bene ait Caietanus quaest. 5. opusculi. 21. quaestio. quia indulgentia nec est oratio nec meritum. Tertio modo suffragatur viuis defunctis per modum satisfationis soluendo suis operibus pro illis. Atque ad hos modos reducuntur illi quatuor Gregorij, qui referuntur can. Aia. 13. q. 2. vbi ait quod aie defunctorum quatuor modis soluitur: aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. Indulgentiae vero illis non profunt nisi tertio modo per viam satisfationis: quia applicatur eis thesaurus ecclesiae. Est tamen hic dubium soluti non facile, utrum satisfationes viuorum valeant illis de condigno: hoc est, de iustitia & lege certa, ita ut quemadmodum si iustus satisfaciatur pro viuo existenti in gratia, de iustitia satisfaciatur, ac si pro se satisfaceret eademque lege est certum Deum satisfationem acceptare, ita sit sentiendum si viuus satisfaciatur pro defuncto. Est enim a parte affirmatiua argumentum, quod cum existentes in purgatorio eadem nobiscum sint charitate coniuncti, apparet, quod eodem modo satisfactio amicorum pro defunctis, sicut viuus. Ex altera tamen existit non infirmum argumentum quod cum sint iam extra viam, atque adeo non sint in statu merendi aut satisfaciendi, sed satisfaciendi in carcere inclusi, non videtur lex certa, ut Deus acceptet satisfactioes, quae pro illis fiunt, nisi ipsi illas in legatis reliquerint, quia illae reputantur suae, reliquas vero acceptabit si pro sua misericordia voluerit, sicuti quandoque nostras audit orationes quandoque minimè. Certè res est dubia, & quauis clementius sit credere quod valeant de condigno, non tamen res vique adeo est certa. Eadem forsitan ratione quis posset dicere de indulgentiis, quae conferuntur defunctis per modum suffragij videlicet, quod non tam infallibili certitudine profunt defunctis quam viuus. Magis autem pius est oppositum: sentire nam parè autoritate Deus ecclesiae tribuit applicandi thesaurum per modum suffragij defunctis, & per modum absolutionis viuus, sicuti & sacrificia offerre pro viuus & defunctis. Aliam etiam singularem opinionem committit est Caietanus

Dubium.

Argument.

De indulgent.

Caiet. opinio.

quaest. illa. 5. citata, quod scilicet indulgentiae non profunt omnibus defunctis, sed illis tantum, qui in hac vita meruerunt, ut illis prodesse. Et quidem sub his generalibus verbis assertio est D. Aug. in enchiridio: & in lib. de cura pro mortuis agenda, & citatur a Gratiano eadem causa. 13. q. 2. can. Non estimemus, vbi ait, quod non pro quibus fiunt omnibus profunt, sed ijs tantum, pro eis qui dum viuunt, cooperantur ut profint. Sed tamen Caiet. ex his generalibus verbis infert nescio quid particulare: nempe quod cum suffragia nostra & indulgentiae non profint illis ad praemium essentialiale, sed ad accidentale, puta, ad remissionem poenarum infertur quod non profint omnibus illis, qui praemium essentialiale meruerunt per gratiam, sed eis qui per accidentalia merita hoc sanctorum subsidium meruerunt: scilicet, qui deuotione eis magnam habuerunt ad clauis ecclesiae: per quas indulgentiae conferuntur, & misericordiam quoque, & solam iudicem ad satisfaciendum pro suis peccatis, & studium ite adhibuerunt adiuuandis defunctis. Itaque illis quod his virtutibus dum viuerent, non fuerunt imbuti, nihil profunt nostra suffragia vel indulgentiae. Confirmat hoc simili quodam asserto S. Th. 3. par. q. 52. ar. 8. ad primum argumentum vbi ait quod Christus descendens ad inferos liberavit a purgatorio non solum illos, qui satis purgati erant, verum & illos quoque, qui dum viuerent, meruerunt per fidem & deuotionem ad mortem Christi, ut eo descendente ab eodem purgatorio liberarentur. At verò profecto opinio haec tam singularis est, quam illa, quam proximè impugnamus. August. enim omnes descendentes in gratia existimat meruisse, ut nostris suffragiis iuuarentur, itaque ab hac ratione solos damnatos excludit. Et ideo quia nobis non constat qui fuerint damnati, qui uersuati, pro omnibus, inquit, regeneratis oportet sacrificia offerre pro quibus prodesse possunt & debent. Alia ergo exigere accidentalia merita ad excludendum multos in purgatorio existentes, ut a viuus nequeant, neque a tota ecclesia iuari, neque Augustinus docuit, neque ratio diuinae clementiae ferre videtur. Nam ut proximè arguebamus, qui in diuina gratia existunt, & praesertim existentes in purgatorio, qui sunt in eadem confirmati, eo ipso capaces sunt cuiuscumque influxus sanguinis Christi, qui per indulgentias dispensatur: & tanquam amici, & chari nostri sunt etiam digni, quibus nostra ope & suffragiis optulemur. Praesertim: quod qui in gratia defuncti

Aug.

Caiet.

Confirmatio simili.

Ratio conclusio.

defuncti sunt, in nullo errore circa claves de-
cesserunt, & satis fuerunt misericordes, & so-
liciti ad sua expianda peccata, satisq; erga de-
functos affecti. Satis enim, non dicit virtutis
excellentiā, sed modū, qui sufficit: vt ho-
mo in Dei gratia & amicitia viuat, & moria-
tur.

Solut. i. arg.

Ad primum igitur argumentum iam res-
ponsum est, quod per indulgentias non ap-
plicantur Christi & sanctorum opera ius-
titiarum meriti, sed satisfactiois. Et quauis
possit homo mereri peccatori primam gra-
tiam de congruo, & Christus de condigno, tñ
satisfacere pro illo, qui est in peccato, nemo
potest: pari ergo ratione neq; ei, p̄sunt indul-
gentiā. Ad secundum respondetur, quod
licet peccator sit indulgentiarum indigētior
non est tamen earum capax.

Solutio. 2.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum compositiones, quae bullis cruciatæ appen-
duntur, sint licitæ.



Peræ pretium duximus in cal-
ce materiæ huius indulgentia-
rum postremum verbum de
compositionib; adijcere, quæ
cum ipsis prædicari consueue-
runt: videlicet, vt qui debitâ cōtraxerit incer-
tam p̄, quorū creditores ignorātur, p̄ quin-
que millib; dupō dijs septuaginta aut centū
soluat, vt sit ab oī debito absolutus. Argui-
tur enim hoc nequaquam licere. Id enim, quod
iustitiæ aduersatur, iustum esse non potest, æ
qualitas autem commutatiuæ iustitiæ est, vt
quantum quisq; accepit tantum reddat: er-
go nemo, nisi solus creditor, quidpiam debi-
ti remittere potest, atque adeo remissio illa,
quæ fit per Papam nulla est. Ad secundū. Ea,
quorum certi domini non habentur, cedunt
in ius pauperum, vt decreto Alexandri. Pa-
pæ constat cap. Cum tu. de vsur. & can. Qui
habetis, & Non sanē. 14. q. 5. sed pauperes in
cuiusmodi remissiones non consentiunt: ergo
nullæ sunt. Ad Tertiū. Nihil, quod malorum
ocasio est, iustum esse potest: frequentia au-
tem huiusmodi compositionum occasionē
offert vulgari plebi suffurandi aliena, potis-
simū illi cōceptorū generi cōptores defraudan-
tū ergo prædictæ compositiones non sunt
licitæ. Ad contrarium tamen est vsus.
Ad quartū. Neq; in hac quæstione, neq; in vlla vnquā

Partis negat.
tina. 1. argu.

Secundū ar-
gumentum.

Tertium ar-
gumentum.

Part. negat.
Decisio arti-
culi.

os in cælum ponere cogitamus. Absit, inquā
vt vel apostolicæ autoritati, vel regio subsi-
dio vel minimū detrudere cōtendamus, sed
quoniam vulgare murmur compesci, sedari
que aliter nequit, fundamentum composi-
tionum exploremus oportet, vt ad veritatis
regulam vsus exigatur. Ad quæstionem er-
go vnica conclusione respōdetur. Penes Pō-
tificē facultas est, si modō legitima adsit cau-
sa, quæ in bonum publicum referatur, compo-
sitionem debitorum facere, quæ incertis
dominis debentur, vt vna parte soluta, à reli-
qua fiant debitores liberi. Ad probationem
huius conclusionis nosse oportet ea debita,
quorum domini incerti sunt, iure naturæ &
gentium esse reipublicæ. Non dixerim res
omnes, sed solū debita, quæ à proprijs do-
minis fuerunt vel recepta, vel sublata: nā eo-
rum: quæ inueniuntur, alia est ratio quia iure
naturæ fortē sunt inuentoris iuxta, illud inst.
de rerum diuisio. Res cuius non est dominus
occupanti conceditur. Nisi vbi leges ciuiles
aliter disposuerint, de quibus in præfentiarū
exactius disputare, non est proprius locus.
Sed tamen quod debita incertis dominis iu-
ri reipublicæ cedant, probatur. Ciues omnes
sunt partes reipublicæ: ergo quocūq; eorū
pereunte, si alium non habet legitimū succe-
sorem, iure propinquitatis succedit respubli-
ca. Id quod inde etiam cōfirmatur, quod bo-
na temporalia in communi data sunt huma-
no generi possidenda: sed post peccatum iu-
re gentium sunt diuisa: deficiente ergo posses-
sore redeunt in bonum commune. Quando
autem dominus rei omnino est incertus, pe-
rit non solū ipse, verū & quicūq; eius le-
gitimi successores: nam ipso ignoratō, & cæ-
teri ignorātur: ergo tunc respublica, quæ sem-
per extat succedit, alioqui bona illius tāquā
deserta in nullius dominio haberētur, quod
natura abhorret. Inde sequitur, quod huius-
modi bona iure gentium vel sunt in publica
cōmoda reipub. expendenda, vel si nulla pu-
blica inest necessitas, sunt inter ciues refun-
denda, nisi respub. rege gubernetur, qui repu-
tatur ipsa respublica: nam tunc ipse possit il-
la in eadem publica commoda & vsus refer-
uare. Hinc vtiq; ortum est ius vt debita cre-
ditorum, qui sunt incerti, pauperibus appli-
centur. Enimvero q̄ incerta debita sint pau-
peribus restituenda (id quod hic maximè ad-
notandum est) nec ius naturæ iubet nec gen-
tium, quia neutro istorum iurium deficiente
domi-

Conclusio.

Inuentorū
toris sunt.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Appendix.

domino efficiuntur dñi, sed Papa tanquā co-
ruin bonorum dispensator, illa eis adiudica-
uit. Nam cū iuxta verbum domini, Pauperes
semper habebitis vobiscum, hoc genus mise-
rorum nunquā in repub. deficiat, optimè cō-
sultum est, vt quæ in ipsa supersunt, in eos re-
fundantur. Quo vtiq; iure suffultus Alexan-
der tertius in præallegata decretali restitutio-
nem incertorum debitorum egenis facien-
dā duxit ceu mēbris reipublicæ. Itaq; restitui-
tio non fit pauperibus ac si ipsi sint domini,
sed fit ipsis dñis in pauperib;. Quæ, ppter sal-
uū referuatur tempore rei publicæ, cuius vt si aliq̄ publi-
cum commodum occurreret, cui citius sit
consulendum & succurrendū, illi potius sub-
ueniatur, quā pauperibus: quare nulla eis tūc
fit iniuria, quia non sunt domini. Ad hæc autē
accedit q̄ cū Pontifex nesciat, qui sint isti
debitorum, quidq; quantum debeant, neque
verò id via iuris facile cognoscere possit, nō
potest compendiosiori via debita illa colligere,
quā ea, vt vnusquisq; sua sponte debita
sua solueret ad hoc aut commodissimū, imò
necessarium est, vt lege tanquā dispensator
illorum bonorū aliquid debitorum remittat
vt reliquū libenter soluant. Ex his igitur col-
ligitur asserta conclusio. Papa tanquā dispen-
sator bonorum communium, quæ certos non
habent dominos, potest illa dum publica vt
litas ecclesiæ exigat, meliori via qua potest
colligere & conficere: via autē illa est aliquid
remittendo, quod compositionis nomine in-
telligitur: ergo potest per suum diploma eas-
dem compositiones facere. Ad Quin verò non
video, si id modō fieri cōmodè possit, cur nō
respublica ipsa & princeps legitima vrgen-
te necessitate, quæ in bonum cōe referatur:
id facere possit. Exempli gratia. Si grauissimū
bellum reipublicæ ingrueret, cui propul-
sando necessaria esset ingēs pecunia, quæ
per tributa esset conficienda, non video cur
rex non possit lege iubere, vt quicūque in
ære alieno essent, dum bona fide certi es-
sent creditorum copiam haberi non pos-
se, medietatem, verbi gratia in subsidium rei
publicæ contribuerēt, & à reliquo debito es-
sent liberi dū modo sūma nō excederet vigin-
ti ducatorū sūmā aut paululo maiore. Et tūc
re vera debitor esset liber à toto debito tam
in foro exteriori, quā conscientie. Hoc enim
contributionum genus multū tūc alleuiaret
onus reipublicæ, vt minus tributum ab alijs
exigeretur. Et non solum debitoribus libentius

Alex. 3.

Conclusio.

Exemplum.

id soluerent, verū & ipsi incerti creditores
qui ea, quæ sibi eo modo debentur, quasi pro
desertis habent, boni consulerēt quod in bo-
num commune reipublicæ conferrentur. At
quā hoc nūq; factū est, neq; ita cōmodè p̄ re-
publicā ciuilem agi potest, nō id dixerim, quō
ansā sumatur, vt fiat, sed ad maiore iuris ex-
plicationē, quo papa id facere cōsueuit. Ad
verò vt huiusmodi cōpositiones fundamētū
habet legitimū ita multa indigēt circūspectio-
ne, vt legitimè fiant. Requiritur enim in pri-
mis vrgentior causa & certior quā ad con-
ferendas indulgentias: nam in indulgentijs
solū agit de dispensatione spiritualiū bo-
norum, quæ si non valeat quantum indulgē-
tiæ sonant, non plurimum imminet periculi:
in compositionibus verò agit de consump-
tione aris alieni, quod proprijs dominis, li-
cet incertis, verè debetur, & in pauperes, si il-
la causa nō intercederet, esset totum erogan-
dum. Item: si cum omni obedientia & reue-
rentia fas est hoc ad compescendum deualhē-
tium linguas admonere, fortasse non debe-
ret fieri remissio tanta, vt satis sit vnum pro
quinquaginta aut sexaginta soluere. Quoniā
papa nō eas facit tanquā verus dominus, sed
tanq̄ dispensator & pater pauperum. Et tamē
per tam viles compositiones & parum con-
fertur in bonum publicum, & multum pau-
peribus detrahitur, multumque indignis de-
bitoribus indulgetur. Neq; forsitan tam or-
dinaria hæc compositionum consuetudo tā-
tum erario publico confert, quantum vulgo
eorū nocet, qui minutiores mercaturas exer-
cent, sanē qui inde præsentaneam occasio-
nē fallēdi nanciscuntur. Ceterū dū in diploma-
te cōpositionis habetur, vt pro duobus argē-
teis liberetur quisq; ab ære alieno vsq; ad sū-
mā duodecim aut tredecim ducatorū, cauē-
dū est ne qui viginti quatuor debet, aut plu-
res q̄ tredecim, putet se à toto ære alieno libe-
rari si bis aut ter duos argēteos conferat, quā
si duas vel tres faciens cōpositiones. Esset. n.
hoc, & intentioni, & diplomati pontificis
fraudem necere. Imò qui maiorem sūm-
mam, quā in diplomate taxatur de-
bet, nec pro tota nec pro parte potest se præ-
tio duorū argēteorū cōponere. Atqui & hoc
in præfentiarū meminisse oportet, qd lib. de
Ius. & iur. q. 7. ar. 1. adnotauimus: nēpe, aliud
esse creditore esse absentē, aliud esse incertū.
Qui. n. scit cui debet reuera p̄ cōpositionē cru-
ciatę nullaten; à debito liberatur q̄ tulūcūq;
illud

Salutaris ad
monitio.

Documentū.

illud sit, sed totum cogitur vel absenti mitte-
re vel totum in pauperes expendere: quoniam
diploma non designat nisi debita incerta. Ne
que verò creditor ob id tantum dicitur iurcer-
tus, quòd debitor ignoret quisnam sit, quo-
niamque solerti pro ratione precij adhibita di-
ligentia explorare nequeat, quis sit. Quare i-
sti coemptores & negotiatores non arbitre-
tur ita facile se esse securos mentientes sibi
metipsis illa quæ debent esse incerta. ¶ Du-
bium tandem postremum est, vtrum qui il-
lo pretio diplomatis compositionem fecit,
maneat de toto debito duodecim vel tredecim
ducatorum tutus in conscientia: & in fo-
ro exteriori. Respondetur, Papam id posse
facere, vbi causa legitima manifesta esset, &
æquiori pretio fieret compositio. Attamen
cum tam crebro tamque vili pretio compositio-
nes fiant, satis est si maneant tuti in foro
conscientiæ: nam in foro iudicario arbitror
Pontificem non intendere eos liberare. Imò
si postea creditores comparerent, qui sua de-
bita legitime comprobarent, non reciperetur
debitoris exceptio dicentis se fuisse compositum
pretio in diplomate cruciatæ taxato. Esset enim
hoc latissimam viam fraudibus aperire.

Solut. 1. arg.

¶ Et per hæc, quæ dicta sunt, argumenta fa-
cta solvantur. Ad primum enim respõdetur,
quòd non solum creditor, verum & papa, po-
test iusta de causa debitum incertum remit-
tere, etiam si pauperes non consentiant, vt se-
cundo loco arguebamus: quia ipsi non sunt
domini illorum bonorum, sed decreto Papæ
illis obueniunt. ¶ Ad tertium autem nihil est
quod respondeamus. Tractamus enim quid
iuris in compositionibus sit, si autem malo-
rum occasionem offerant, non est illud vitium
iuris.

Solutio. 3.

DISTINCTIO vigesima secunda de excommunicatione.

Cap. j.



Alter demum vsus
clauium extra sa-
cramenta est vincu-
lo excommunica-

tionis rebelles & contumaces liga-
re. Est enim excommunicatio, vt *Definitio ex*
sua definitione circūscribatur, ec- *communicatio*
clesiastica censura, qua homo ab *ms.*
ecclesiæ communionem, quoad sa-
cramentorum, suffragiorumque
communium fructum, & ab ex-
terno fidelium contubernio sepa-
rat. Atque excommunicatio duplex est, al-
tera maior quæ anathema nūcu-
pat, & cui hæc definitio cõuenit, at-
que altera minor, quæ duntaxat à par-
ticipatione sacramentorum excõ-
catum cohibet. Hanc enim facul-
tatem, licet hæretici in ecclesia non
agnoscant, Christus seruator nos-
ter Matth. 18. Apostolis eorūque *Mat. 18.*
successoribus contulit dicens Petro
Qui ecclesiam non audierit sit tibi
sicut ethnicus & publicanus: hoc
est, à Christiana fraternitate alie-
nus. Et ne tantum quoad exterum
commercium separatio illa, verum
& quantum orationes & sacramen-
ta, per quæ Deus in cælis suffraga-
tur hominibus, intelligeretur, sub-
iunxit. Quæcunque solueritis su-
per terram, erunt soluta & in cæ-
lo, & quæcunque ligaueritis, liga-
ta. Atqui eadem potestate Apo-
stolus vsus est in illum incestuo-
sum, vt. 1. Corinh. 5. legitur, quem *1. Cor. 5.*
quia sua abutebatur nouerca, iu-
dicauit in nomine domini Iesu
tradere Satanæ in interitum car-
nis, vt spiritus in die domini salu-
fieret. Cõgruit enim, vt quæ admo-
dum chirurgus, dum mitius mor-
bido

bidomembro mederi nequit, id rese-
cat: ita ecclesia, dum ratio poscit,
excommunicationis mucrone tabi-
dã oue à reliquo grege se mouet,
vt Hieron. can. Resecandæ. 24. q. 3.
autor est.

Can. Reseca. de.

Cap. ij. ¶ Veruntamen cum excõmunica-
tionis pœna tanta sit, qua nulla, vt
August. ait, in ecclesia maior exi-
stet, non temerè, sed pro mortali de-
licto est infligenda: nempe, dum
quæ vel ad iudiciũ accedere renuit,
vel ante eius terminum iniussus
recedit, vel sententiæ non parerit, vt
sanctis canonibus, Nemo, & Cer-
tum est. 11. q. 3. cauetur. Tamen si, ni-
si vbi manifestum errorem conti-
tineat, sententia pastoris, vt ait ea-
dem cau. & quæstion. Gregorius
siue iusta, siue iniusta timenda
sit.

Can. Corrip. iur. 24. q. 3.

Can. Nemo.

Can. Senten. tia pastoris 11. q. 3.

Cap. iij. ¶ Hinc fit vt tam qui excõmunica-
tur, si aliorum cõmunioni se se im-
miscet, quàm reliqui, si cum illo
cõmunicant, inobedienciæ cul-
pa innodetur. Imò si talis commu-
nio, vel in eodem crimine, vel in
sacris, vel in cõtemptum ecclesiæ
fieret, lethale delictum esset. Sunt
autem quinque, in quibus cum ex-
cõmunicatis cõmunicare non li-
cet, vt decretis Calix. & Isidori. 11.
q. 3. cautum est. Os, orare, vale, cõ-
munio, mensa negatur. Neque
enim eis osculum pacis porrigen-
dum est, neque pro illis orandum
neque sunt salutandi, neque ad
sacramentorum participationem

Verficulus.

aut ad secularem mensam admit-
tendi, iuxta verbum Ioannis in. 2.
can. Nolite recipere eum in do-
mum, neque, Aue, ei dixeritis, &
iuxta aliud Pau. Cum eiusmodi
neque cibum sumere,

Cap. l.

¶ Quod autem ad subiectum eius *Cap. iij.*
isdem potestatis attinet, quemad-
modum ad indulgentias confe-
rendas, ita & ad censuram excõ-
municationis ferendam iurisdic-
tio est necessaria. Atque adeò solus
Papa, & concilium, ac subinde e-
piscopi etiam electi antequàm sa-
cerdotali caractere insigniantur
ex officio autoritate excommuni-
candi funguntur. Quare scilicet mu-
cro episcopi nominatur. 16. quæst.
2. can. Visis. Extenditur nihilomi-
nus ad inferiores prælatos, qui ab
aliquo collegio eliguntur, quales
sunt abbates & religionum præ-
fecti. Presbyteris verò parocchiali-
bus, quoniam pœna hæc acerba
est multoque adeò iudicio indi-
gès non fuit condecens vt eadem
functio concrederetur, nisi vbi
consuetudo habet, vt pro furto
vel rapina excommunicet, vt ex
cap. Cum ecclesiarum, de offi. or-
dinar. colligitur. *Cap. Cum. ecclesiarum.*

Can. Pisis.

Cap. Cum. ecclesiarum.

¶ Nemo autem excõmunicatio-
ne aut suspensione ligatus potest
quempiam eisdem censuris col-
ligare. Neque vllus se ipsum, aut
superiorem, aut aliquam vniuer-
sitatem communi nomine hoc
anathematis mucrone ferire va-
let

Cap. v.

let: quia nemo in seipsum iurisdictionem habet. Neque potest quispiam nisi pro peccato huiusmodi nexu illaqueari. Peccare autem personalis actio est, quæ ideo nulli cõmunitati, sed personis singulis cõpetit.

Cap. vj.

¶ Atqui à minori excommunicatione parocialis sacerdos, quæ admodum à peccatis mortalibus absolueret potest. A maiore verò, quæ à iure decreta est solus episcopus, nisi in casibus, quos sibi Papa referuat. Ab ea autem, quæ à iudice fertur, eidem iudici absolueret incumbit. Nisi quòd in articulo mortis à quocunque sacerdote potest quifque ab omni excommunicatione absolui. Potestque adeò & inuitus quispiam absolui, & ab vna excommunicatione alla permanente, quæ peccatorum mortalium absolutioni contingere nequit.

Cap. vij.

¶ Autoritati autem ecclesiasticæ excommunicandi annexum est: vt vbi obstinata & pertinax rebellio id poposcerit, ad interdictum atque adeò ad cessationem à diuinis more & ordine procedere valeat. Fuit enim olim interdictum ferè idem quod cessatio: dum tempore interdicti diuina cessabant, vt ex cap. Si sententia. & , Si ciuitas de sententia excomm. lib. 6. cõpertum fit. Sed postmodum Pontificio munere indultum est, vt clã exclusis interdictis personis eadẽ sacra officia celebrentur, vt decre-

Ca. si sen. & si ciuitas.

to Bonifacij, cap. Alma mater. cõstat. At verò tam tristis & atrox plaga nequiquã debet populo nisi grauissima, rarissimaque de causa infligi, multòq; adeò rariùs cessationis ecclipsis permitti, vbi diuinis organis ecclesiæ suspensis eius splendor obtenebratur, & populus in tenebris relinquitur. Debent autem conditiones illæ decem, quas idem Pontifex, cap. Quauis de offic. ordina. in. 6. prouidenter possuit, obseruari vt eiusmodi cessatio locum habeat.

Boni. c. Quauis.

DISTINCTIONIS vigesimæ secundæ, Quæstio prima, de autoritate & causis excommunicandi.



In calce demum facultatis clauium distinctio de excommunicatione adhibetur, in qua tres erunt quæstiones. Prima, de autoritate & causis excommunicandi. Secunda, de eius subiecto: nempe, tam de illis, qui excommunicare possunt & absolueret, quã de illis, qui excommunicari debent & absolui. Tertia, de interdicto, & cessatione à diuinis. Prima, quatuor continet articulos. Primum, an autoritas excommunicandi sit in ecclesia. Secundum, quibus de causis excommunicare liceat. Tertium, an sententia excommunicationis iniuste lata aliquem habeat effectum. Et quartum, an cum excommunicatis communicare sit licitum.

Quæst. 1.

Quæst. 2.

Tertia.

ARTICVLVS. I.

Virum in ecclesia sit excommunicandi facultas.

Exor-



Exordium ergo tractatus excommunicationis in de sumendum est, vt exploremus an in ecclesia sit, & quenam sit excommunicandi autoritas. Arguitur ergo à parte negatiua. Excommunicatio, vt à doctoribus definitur, est separatio à cõmunionem ecclesiæ quoad fructum, & suffragia generalia: sic autem ecclesia neminẽ separare potest, quia talis fructuum, & suffragiorum proventus in charitate fundatur, qua nemo, nisi per suum consensum in peccatum priuatur: ergo in ecclesia nõ est excommunicandi autoritas. ¶ Secundo. Hominem excommunicare est ipsum auxilijs ecclesiæ destitutum tradere Satanæ, vt habetur. 1. Corin. 5. nemo autem Satanæ tradendus est, nisi de cuius salute desperatur: cum ergo de nullius salute in hac vita sit desperandum, nemo est excommunicandus. ¶ In contrariũ autem est illud Matt. 18. Si ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: id est, à tua cõmunionem semotus.

Partis negatiue argu. 1.

Secundum argumentum.

Pars affirmatiua.

Deciso articulo.

Cõmuniõ. Dionysius. Damasc.

Excoicatio in primitiua ecclesia.

Maioris & minoris excoicatiois discrimen. Anathema.

græcũ est, idẽ significans quod suspensum, vt q. 4. super Nume. ait Aug. vel sepositũ, & separatũ: *ἀνα* enim vtrũq; significat, & seorsum, scilicet, & sursum. Vnde donaria quæ tẽplorum delubris oblata in ipsis tẽplis suspenduntur, anathemata appellãtur, quasi ab vsu humano semota. Et per hanc metaphorã dicuntur excoicati anathemata, hoc est separati iuxta illud Apostoli ad Roma. 9. Optabã ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Vel, vt quidã volunt, sursum signati: quia in frontibus olim solemniter dãnati signabantur. Sed profectò longe verisimilius est quod super epistolã ad Galat. c. 1. ait Hierony. nempe, qd sit verbum Iudeorum proprium, quod quidẽ significat id, quod detestationi, & abominationi habetur, vt Nume. 21. legitur de illis ciuitatibus Chanaanorũ. Vocauit nomẽ loci illius Horma: id est, anathema. Et Iosue 6. de Hierico. Sitq; ciuitas hæc anathema. In quo sensu ait Pau. 1. Cori. 12. Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu: hoc est, detestatur, & execratur Iesum. Quare ex Iudeis ecclesia verbum desumpsit: vnde anathema idem est, quod homo detestabilis, & execrabilis. Et Cyprianus appellat anathematizatos, obstensos, & Hierony. can. Audi. 11. q. 3. notos, quasi in publicũ infamiæ expositos, vt per erubescentiã resipiscant. Et sic accepit nomẽ Paulus loco citato ad Galat. Licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterq; qd euangelizauimus vobis, anathema sit. Tãtũ anathema pro ipsa quoq; detestatione vsurpetur: dicitur enim hæreticus anathema te percussus. Est ergo anathema idem prorsus quod excommunicatio maior, vt habetur in quinta synodo can. Certum. 24. q. 3. nisi quod anathema quendã per se maiorem terrorem videtur incutere: & ideo in concilijs, & in iure frequentior est huius nominis vsus. Discrimen hoc simpliciter inter excommunicationem minorẽ, & maiorem, quæ est anathema, colligitur ex verbis Nicolai can. De præbyterorũ. 17. q. 4. vbi habetur, qd prius fratres delinquentes à sacra cõmunionem priuatur, deinde si obstinati fuerint ab ecclesiæ cõpage sub anathematis interdictione rescentur. Et. 11. q. 3. can. Nemo episcoporũ, ex concilio Meldẽ si, idẽ habetur: videlicet, vt nemo episcoporũ sine certa, & manifesta peccati causã cõmunionem priuet ecclesiastica (hoc est, eucharistia) sub anathemate autem sine conscientia archiepiscopi, aut episcoporũ nullũ præsumat

Pau. Rom. 9.

Hierony.

Can. Certum 24. q. 3.

Nicolans.

mat ponere nisi vnde canonica docet auctori-
tas: quia anathema aeternae est mortis damna-
tio, & non nisi pro mortali debet imponi cri-
mine. Haec ibi, quasi excoicatio minor citra
mortale possit incurri, vt incurritur pro coi-
tatione cu excoicatis. Et ita est intelligenda
differentia can. Engelthrudam. 3. q. 4. f. Engel-
thrudam uxorem noueris non solum excoi-
cacione, qua a fraterna societate separat (hoc
est, a sacramentorum perceptione) sed etiam
anathemate, quod ab ipso Christi corpore,
quod est ecclesia, recidit, crebro percussam.

Can. Engel-
thrudam.

Excoicatio
definitio.

¶ Igitur si excoimunicationem maiorē, & mi-
norem vnica definitione comprehendere lu-
bet, excoimunicatio est ecclesiastica censura,
qua homo ab aliqua ecclesiae cōmunionē se-
paratur: nempe, vel a sacramentorum per-
ceptione tantum, vel ab illa, & a suffra-
gijs & conuictu fidelium simul. At quoniam ex-
coimunicatio minor non fit a tota cōmu-
nionē, sed a parte: nempe, ab illa, quae est in
sacramentis, definitio excoimunicationis nō
solet nisi maiori, quae simpliciter excoimu-
nicatio dicitur, coaptari. Est ergo excommu-
nicatio ecclesiastica cēsurā, qua homo ab ec-
clesiae cōmunionē quoad fructū, & suffragia
cōmunionē separatur. Et nota, ecclesiastica censura:
nā quidā definitionē nudam in cortice aspi-
cientes. s. separatio a cōione, &c. quorum est
Gabriel, dist. 18. q. 2. aiunt. n. per quodcumq;
peccatū mortale hominē icurrere excoicatio
nē minorē: quia fit indignus eucharistia, & re-
liq; sacramētis percipiendis. Imō verō addit
subinde Gab. q. ecclesia sententiā pferēs ma-
ioris excoicacionis neminē damnificat, sed so-
lum ostēdit hominē a se ipso delicto suo da-
mnificatū. Hoc autē nō ē rei medullā callere.
Excoicatio enim nō sonat quancūq; indigni-
tatē accedendi ad sacramēta, sed illā, quae per
ecclesiasticā fit censurā. Quare licet quis, dū
a Dei gratia per mortale peccatū decidit, fiat
perceptione sacramentorū indignus, hoc est
lege diuina ex natura peccati, non tñ cēsetur
pprie excoicatus, quo vsq; per ecclesiae cēsu-
rā a sacramētis arcetur: & ideo licet per cōtri-
tionē respiscat, & cōstituat in gratia dei, ni-
hilomin⁹ quousq; ab excoicatiōe absoluat,ur,
nequit sacramentorū particeps fieri. Rursus
quāuis quis sit in peccato mortali, si non sit
excoicatus, non est exclusus ab orationibus,
& suffragijs cōmunibus ecclesiae. Quare fal-
sum est dicere, q. qui excoicatur solum dicitur
a seipso dānificatus. Imō verō, ppter cul-

Excoimunica-
tio quid.

Ecclesiastica
censura.

Gabriel. opi.

Refutatur Ga-
briel. opi.

pam, quam ipse cōmisit, condemnatione ec-
clesiae expoliatur iure participandi eius ora-
tiones, & suffragia, & sacramēta. Nomine au-
tem fructus, & suffragiorū cōium intelligun-
tur tria bonorum genera: scilicet, fructus sa-
cramentorum. Secundō, orationes, & suffra-
gia cōmunia. Tertiō, conuictus in actibus ex-
ternis. Nā ab ipsa etiā cōmunionē externa re-
cipiunt Christiani ab inuicem fructum: vide-
licet, ex mutuis colloquijs de rebus diuinis,
ex cōmuni mensa, & cibo, qui eum gratiarū
actione sumitur. Quiquidem actus ad quinq;
reducuntur versiculo illo cōtētos. Os, orare
valē, cōmunio, mensa negatur: nempe, vt illi,
qui p aliquo delicto anathema fit, neq; oscu-
lum pacis detur, neq; applicetur cōmunis o-
ratio, neq; vale dicatur: hoc est, nec salutatio
fiat, neq; in eadem mensa cum illo cibus su-
matur, aut potus. Ita Calixtus Papa censet
can. Excoicatos, & can. Cum excommuni-
cato, qui est Isidori. 11. q. 3.

¶ His sic expositis haeretici hanc excoicandi
auctoritatem: hoc est, priuandi bonis spiri-
tualibus internis, contendūt non esse in ecclesia.
Enim verō V Viteliff ille Bohemus, & Hiero-
nymus a Praga vtrāq; potestātē. s. soluendi,
& ligādi, tam in sacramēto, q. extra negabāt,
ac subinde contendebant ecclesiam non habe-
re facultatē conferēdi indulgētias, quod per-
tinet ad auctoritatem absoluēdi, nec facultate-
m excoicandi, quod attinet ad potestatem
ligandi, vt est videre in cōcilio Cōstāt. sessiōe
8. & 19. & postmodū in bulla Martini quinti,
vbi de abobus articulis fuerūt cōdēnati. Eas-
dē nihilomin⁹ dānatas haereses suscitauit Lu-
therus, cuius art. 23. inter eos, qui a Leone. x.
cōdēnati sunt, sic habet Excoicatiōes sunt tā-
tū poenae externae, nec priuāt hoīem cōib⁹ spi-
ritualib⁹ ecclesiae orationib⁹. Et rō eius est il-
la, quā primo loco tetigimus: quoniam hō per
fidē, spē, & charitatē fit mēbrū Christi: hac
verō spūalia bona nō est in facultate ecclesiae
diuellere, quippe cū nō nisi per solū, pprium
consensum hoīs in peccatū perdātur: eū autē
q. verū Christi mēbrū est, nō pōt ecclesia ora-
tionib⁹ suis, aut alijs suffragijs expoliare. Vñ
in ar. 24. addit, docēdos esse Christianos plus
diligere excoicacionē, q. timere: nā Papa ipse
Innoc. 4. c. Cū medicinalis, de sen. excō. in. 6.
cōcedit, q. excoicatio sit medicinalis. ¶ Nihil-
omin⁹ ad q̄stionē hac affirmatiua cōclusiōe
rūdetur. Ecclesia p auctoritatē clauū facultate-
m habet excoicandi: hoc est, priuandi hoīem

Haeretici.

Viteliff.

Cōciliū Cō-
stāt.

Lutherus.

Ratio Inth.

Conclusio.

non

Nota.

Bona spiri-
tualia dupli-
cia.

Gene. 18.

Cōio haec ex-
plicatur in
symbolo.

Duplex di-
scrimen.

non solum cōtu fidelium, verū & commu-
nibus bonis spiritualibus, & orationibus, &
suffragijs. Ad cuius intellectum adnotādum
est, q. nōmo dum per baptismū efficitur ec-
clesiae membrum, admittitur in ecclesiae gre-
mium, & in cōmunionē fidelium: cōmunio
autem dicit rationē conferendi, & suscipien-
di aliquid inter plures. Haec verō inter Chri-
stianos cōsistit in cōmunicatione bonorum
tam interiorum, & spiritualium, q. exteriorū,
& corporalium. Bona verō interna, & spiri-
tualia sunt in duplici differentia. Quaedam. n.
sunt, in quibus substātia spiritualis vitae con-
sistit, vt gratia, & charitas, ac subinde fides,
spes, & reliq; virtutes q. eadē charitate, & gra-
tia informantur. Alia verō sunt accidentalīa,
quibus scilicet homo ad eandē gratiam ad-
piscendam, & colēdam adiunatur. Atqui in-
ter ista primū est meritorū cōmunio. Ob id
enim q. eiusdem sumus corporis membra,
meritū vnus alteri prodest. Non quidem q.
essentiale prēmii, quod merito Petri respō-
det, detur alteri q. illi, sed neq; illa solum ratio
ne, q. vnus orat, aut meretur, aut satisfacit p
alio, in id ob id etiā, q. Deus ob meritū vnus
membri gratiū audit orationes alterius, atq;
ad eius aspicit opera, eiq; suffragatur, iuxta il-
lud Psalmi, Particeps ego sum omnium timen-
tium te, & custodientium mandata tua. Sicut
regi ob gratiā vnus cuius, gratiores etiam
sunt alij eiusdē ciuitatis. Vnde Gen. 18. Deus
Abrahā dicebat, q. si essent in Sodomis quin-
quaginta, aut triginta, aut certē decem viri iu-
sti, toti vrbi pepercisset. Et haec cōmunio
secūdum aliquos explicatur in simbolo, vbi
credimus sanctorum cōmunionē. Praecedens
enim articulus, Credo sanctā ecclesiam, perti-
net ad fidem, & subsequens, sanctorū cōmu-
nionē, ad charitatē, qua viua Christi mēbra
cōglutinantur. Deinde sunt orationes, & suf-
fragia cōmunia, quibus ecclesia adiunat suos
filios. Ac demum sacramentorū participatio.
Est autem inter illa priora substantialia bona
& reliqua duplex discrimē. Primū, q. illa solū
pendent ex Deo, & homine ipso, qui illis bo-
nis vtitur: gratiā enim & charitatē solus De⁹
conferit: & ideo quicumq; manet in charitate,
in Deo manet, & Deus in eo. Quocirca neq;
vlla indiget ecclesiae applicatione, neq; verō
ecclesia, aut vlla potestas potest illa bona ab
hominē auferre, sed solus ille peccando per-
dit. Alia verō bona, vt oratiōes, & suffragia,
sunt bona, quae ecclesia instituit, atque adeo

quae per eius applicationem mēbris eius pro-
sunt. Secūdum ex hoc discrimen consequi-
tur, q. illa non nisi iustis cōpetunt: haec verō
etiam peccatoribus, quippe cū illis ecclesia
suis etiam orationibus, & suffragijs opitule-
tur, vt a peccato exeant. ¶ Ex his ergo sumi-
tur argumentū ad nostrā conclusionē. Et pri-
mū, q. ecclesia possit hominē priuare cōmu-
nionē sacramentorū, quod fit per quancūq;
excoicacionem siue maiorē, siue minorem,
res est clara. Nam cū omnes Christiani sint
ecclesiae eiusq; praelatis subditi: & quodcūq;
delictū mortale sit obex gratiae, quae per sacra-
menta confertur, iure optimo propter pecca-
tum inobedientiae, quod genere suo est mor-
tale, potest inobedientem ab eorū sacra-
mentorum susceptione cohibere. ¶ Quod autem
possit etiam priuare bonis illis spiritualibus,
qui ex eius institutione dimanant, probatur:
Nam postq. illa ex eius applicatione pendēt,
potest eum, qui a sua obedientia eximitur,
illis priuare. Quod si dicas nimis esse rigidū
supplicium vt illis subsidijs hominē de-
stituatur, probatur non esse, nisi salutare. Con-
decens enim fuit, vt ecclesiae iudiciū, quae mi-
nisterium Christi per se agit, similitudinē p̄se
ferret iudicij diuini: Deus autem quo pec-
catores ad se pertrahat tanquā infirmos, &
egrotos dupliciter corripit. Primō salutaribus
monitis alliciendo, vt medicus lenitiōis
emplastris. Deinde vrgentiū aliqua calamita-
te, potionis instar. Ac demum si opus est,
putte membrum, ne alia inficiat, in tempus
refecando: nempe destituendo homines sa-
lutarib⁹ auxilijs ex sua ipsorum culpa, vt suā
fragilitatem cognoscant. Haec autem duo po-
tissima acerbiora in excoimunicatione repe-
riuntur: nā erubescencia, & pudor hominis a
gremio ecclesiae exclusi est ei calamitas, &
supplicium. Deinde priuare eū subsidiarijs ora-
tionibus & suffragijs, & sacramentis, est eum
deserere, vt sic derelictus acrioribus tentatio-
nibus vexetur, quousq; suam inopiā sentiens
ad cor redeat. ¶ Hāc auctoritatē tribuit Chri-
stus Matt. 18. sub virtute clauū, vbi instruens
in Petro oēs, quē ad modū deberēt fratrem cor-
ripere, ait. Si correptus nō audierit ecclesiam,
sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Et subdit,
Amē dico vobis, Quaecūq; ligaueritis super
terrā, erunt ligata & in caelo. In hoc enim qd
ait, sicut ethnicus, adnotatur nō solū ab exter-
no cōsortio Christianorū debere esse semo-
tū, verū, & cōibus orationibus, & suffragijs
Rr 2 ac

Secūdum di-
scrimen.

Primū argu-
mentū quo probatur
conclusio.

Secūdum ar-
gumentū.

ac sacramentis; nā ecclesia hęc non imperti-
tur nisi fratribus, q̄ sunt sui gremij. De ethnico
tamē ait ibidē Aug. Noli eū iam reputare
in numero fratru tuorū. Idque subinde nota-
tur in verbo subiuncto, Quæcūq; ligaueritis
super terrā, erunt ligata & in cœlo, quasi ex-
cludere hominē tanq̄ ethnicū, nō sit tantum
à terreno cōtubernio repellere, verum & ab
spiritualibus subsidij, quæ vim habent apud
Deū in cœlo. Vnde illic Chryso. Vide, in-
quit, qualiter duplicibus colligauit necessita-
tibus: scilicet, & pœna, quæ hęc est, vt piectio
ne ab ecclesia, sit tibi sicut ethnicus, & suppli-
cio futuro, quod est esse ligatū in cœlo: hoc
est, peccati reus, nisi ecclesie audiens fuerit.
Eadē autoritate vsus fuit Paulus, vt refertur,
1. Corinth. 5. in illū incestuosum, qui nouerca
abutebatur. Iudicauit enim, inquit, eū, qui sic
operatus est, in noīe Dñi nostri Iesu Christi,
tradere huiusmodi hominē Satanę in interitū
carnis, vt spiritus saluus sit in die Dñi nostri
Iesu Christi. Quare, vt hęc S. Tho. & doctores
exponunt, veluti Christus, vt Matth. 10. legi-
tur, potestātē apostolis tradidit eiiciendi dæ-
monia, ita ē conuerso tradendi hoīes dæmo-
nijs, à quibus torquerentur quando essent ec-
clesiæ inobedientes, vt metu illo resipiscerēt.
Quocirca, quia spiritualia in primitiua eccle-
sia ad confirmādā fidē sensibilibus oculis ob-
iiciebantur, veluti super baptizatos in confir-
matione spiritus sanctus visibiliter descende-
bat, ita fortasse tunc rebelles visibiliter Sata-
næ torquēdi tradebantur. Vel fortē excōica-
tus dicitur Satanæ traditus: quia auxilijs ec-
clesiæ destitutus in magno versatur pericu-
lo, vt iterū atq; iterū dæmonū incursum in pec-
catorū barathrū præcipitetur. At inquiet for-
san Lutheri patronus. Hęc Pau. non ait tradi-
disse Satanę animā Corinthij, cui ip̄e iam per
peccatū eam tradiderat, sed in interitum car-
nis, vt spiritus saluus fiat: quare illic nō signi-
ficatur separatio quoad bona spiritualia. At
verō ex verbis Pauli contrariū colligitur: nā
etsi per peccatū anima tradatur Satanæ, nihi-
lominus Paul⁹ aliud traditiōis gen⁹ designat.
Dum enim ait, in interitum carnis, illecebrā
significat carnalem, qua ille incestum cōmi-
serat. Traditio ergo illa fuit, vt ille vehemen-
tius dæmonis incursum perculsus tanq̄ ab
ecclesia destitutus rediret ad cor. Atq; hoc ip-
sum designat cum ait, in noīe Dñi nostri Ie-
su Christi, vbi denotatur virtus supernatura-
lis clauū, quæ cū sit spiritualis etiā ad animā

Aug.

Chryso.

Pau. I. Cor. 5.

Matth. 10.

Excōicatorū
periculum.

Obiectio.

Dilutio.

penetrat, eā spiritualibus auxilijs priuans. Nā
si excōicatio solū ab extero contubernio,
vt ait Luth. priuaret hominē, nulla indige-
ret supernaturali virtute Christi. Vñ in eius-
dē rei cōsequentiā subdit Apostolus, Nescitis
quia modicū fermentū totā massam corrup-
pit? Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua
conspersio: quasi abijcere excōicatū à cœtu
fidelium sit corruptū fermentū rescindere, ne
familiā Christianā cōtaminet. Eadē quoq;
excōicandi autoritatē, idē Apostolus exer-
cuit aduersus Hymenæū, & Alexandrū, quos,
vt. 1. ad Timo. 1. ait, tradidit Satanæ, vt discer-
rent nō blasphemare. Accedit & illud ad Ti-
tū. 3. Hæreticū hominē post vnā & secundā
correctionē deuota: sciens quia subuersus est,
qui huiusmodi est: & deliquit, cū sit pprio
iudicio condemnatus. Atq; illud. 1. Canoni.
Ioan. c. 5. Est peccatū ad mortē, non dico pro
eo vt oret quis, licet dist. 17. q. 1. art. 1. aliter ex-
posuerimus, tamē in hoc sensu exponi à qui-
busdā consuetū est, vt pro excōicato non sit
orandū, vt D. Thom. de malo. q. 3. art. 13. illud
exponit. Sed & de euitatione excōicati quā-
tum ad externa cōmercia intelligitur illud. 2.
Ioan. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā
non adfert, nolite recipere eum in domū nec
Aue ei dixeritis: qui enim dicit illi, Aue, cōi-
cat eius operibus malignis.
Ex his autē occasio sumitur interrogandi,
vtrū excōmunicatio sit de iure diuino. Ap-
paret et. im ex vna parte formā excommuni-
cationis nullibi in sacra pagina esse expres-
sam, ex altera verò in prædictis locis desi-
gnari. Sunt qui cēseant, vt Almain dist. 18. q.
1. quosdā esse iure diuino excommunicatos
propter verbū Pauli, Hæreticum hominem
post vnā, & secundam correptionem deu-
ta. Veruntamen non est opinio vera: quoniā
secundū formam, quæ est in vsu ecclesie,
nemo est in euangelio excommunicatus. Et
ideo respondetur, quod potestas quidē ex-
cōicandi iure diuino tradita est ecclesie, vt al-
legatis locis monstratum est. Attamen for-
ma ipsa, & effectus: scilicet, priuare hominem
participatione sacramentorum, & suffragijs
& orationibus, non est expressus in euāge-
lio: quia Christus sub hoc nomine neminem
excōicare iussit. Sed tñ ecclesia eandem po-
testatem sibi diuinitus concessam optimē sic
interpretata est: & ideo vsus excōicandi, quē
ecclesia seruat, hac rōne est de iure diuino, q̄
habet fundamentum in euangelio.

Pau. I. ad Ti-
mo. 1.
Paul. ad Ti-
tū. 3.

1. Ioan. 5.

2. Ioan. 1.

Præ-
ceptū
de iure di-
uino

Responsio.

Ad

Figura excō-
municatiōis
in lege anti-
qua.

Exemplum
Ioan. 9.

Patrum tes-
timonia.

Responsio.

Adhęc, & in antiqua lege huius ecclesiasti-
cæ censura figura præfuit & exemplum. Fi-
gura, inquam, quia leprosi excluderentur à
castris: Si enim ad cauēdam corporalem cō-
tagionem illud erat tunc permissum, multo
æquius ad cauendam spirituale labē heretici.
atq; alij rebelles ab ecclesia pelluntur. Præ-
celsit etiam exemplū, quia propter delicta
etiam excluderentur à synagoga, vt patet ex
illo Ioan. 9. vbi refertur, quod cōspirauerant
Iudæi, vt si qs cōfiteretur, Dominū esse Chri-
stum, extra synagogā fieret. Quauis illa nō
proprie esset excōmunicatio, vt nōstra: quō-
niam illic nulla erat spiritualis virtus. clauū,
atque adeo nec à communibus sacrificijs pri-
uare tunc sacerdotes quenquam poterant.
Quapropter certē qui negant ecclesiam per
excōmunicatiōem priuare excōmunicatum
à fructu orationum & suffragiorum, dicētes
solū priuare ab externo contubernio, re-
vera negant virtutem supranaturalem cla-
uium. Nā id etiam secularis princeps facere
potest relegando in exilium ciuem, priuan-
doq; adeo nequis cum illo cōmunicet. Item
neq; excōicatio esset maxima pœna, quæ in
ecclesia est, vt ait Aug. can. Corripiantur. 24.
q. 3. Eadem veritas innumeris sanctorū pa-
trum testimonijs cōprobatur, vt Cypria. epi-
sto. 1. lib. 1. episto. vbi differtē docet pœnam
excōicatiōis in euangelio successisse pœnæ
legis veteris mortis tēporalis. Adnotādū. n.
est, quod cum in lege veteri præter supplicia
de iure gētiū, pro multis criminibus Deus iū-
re diuino positiuo statuerit pœnā capitis, in
euangelio nullā huiusmodi pœnā Christi sta-
tuit, sed tantū principibus secularibus reliquit
gladiū, quā iure gētiū & ciuili illis: cōpetit ad
vlciscēdū crimina. Sed ecclesie tantū reliquit
gladium spirituale. Et ratio est, quia circū-
cisio tunc carnalis erat, nunc verò, vt ad Co-
losa. ait. Pati. circūcisio est merē spiritualis
per baptismum. Vnde cum Deutero. 27. lata
esset lex, vt, quicunq; sacerdotem non exau-
dierit, morte moreretur, loco illius in ecclesia
reliquit excōmunicatiōem, vt gladius,
qui tunc erat ferreus, esset in euangelio spiri-
tualis. Atque hi sunt duo gladij: scilicet, ciui-
lis, & spiritualis, quos Luce. 22. Christus di-
xit satis esse ad Christianam familiam guber-
nandam. Vnde deriuatum est, vt potestas ex-
cōmunicandi dicatur gladius, & foelix epi-
scopi macro, vt habetur. 16. quæst. 2. can. Vi-
sus. Atque hac ratione August. loco citato di-

stinguens maiorem, & minorem excommu-
nicatiōem ait, quod corripiatur subditi mi-
noribus, vel amplioribus excommunicatiō-
nibus pro culpā diuersitate: quoniam pœ-
na, quæ per episcopale iudicium fit, nulla ma-
ior est. Et subdit, vt pastores separare curent
morbidam ab ouibus sanis, ne per plures ser-
pant dira contagia.
Est ergo vasa Lutheri irrissio, qua ait, ex-
communicatiōem non esse timendā, quod
ex cōdemnato præcessore suo Ioanne V Vit
cleff in concilio Constantiensi ebibit. Pari-
ter enim ipse dicebat, non esse excommuni-
cations prælatorum timendas, sed peccata,
per quæ homo à Deo excōmunicatur. Qui-
bus non admodum dissimiliter Erasmus in
suis colloquijs de fide iocatur: dicens, quod
huiusmodi excōmunicatiōes territant pie-
ros, non autem fortes viros. Est enim re ve-
ra malum quoddam, non quidem culpæ, sed
pœnæ. Nam cum triplex sit bonum: scili-
cet, honestum, vtile, & delectabile: priuatio
boni honesti est malum culpæ: priuatio ve-
rò boni vtilis, & delectabilis est malum pœ-
næ: excōmunicatiō ergo non est malum
culpæ: quare quæcunq; culpa etiam venia-
lis est maior quā excōmunicatiō: est ta-
men malum pœnæ: videlicet, priuatio vti-
lissimæ ac dulcissimæ communionis eccle-
siæ. Estque tum effectus peccati: scilicet, pœ-
næ eius, tum etiam & causa per accidens alio-
rum peccatorum: Nam qui ecclesie præsi-
dijs destituitur, in præcipitio est dilabendi.
Est nihilominus sic malum quoddam, vt ta-
men intentione ecclesie referatur ad bo-
num excōmunicati, iuxta verbum Pauli,
Vt spiritus eius saluus fiat in die domini. Sed
tamen ei, qui non resipuerit, vertitur in per-
niciem. Et ideo Augusti. loco citato appel-
lat illam maximam pœnam. Et libr. 1. contra
aduersarium legis, & prophetarum capit. 17.
vbi illud euangelicum, Quæcunq; ligaueritis
&c. de potestate excōicandi exponit, ait gra-
uius esse hominem excōmunicari, quā
si gladio feriretur, flammis exureretur, feris
subigeretur. Et sermone. 68. de verbis Apo-
stoli, & refertur. 1. quæst. 3. can. Omnis Chri-
stianus. Omnis, inquit, Christianus, qui à sa-
cerdote excōmunicatur Satanæ traditur:
quia extra ecclesiam diabolus est, sicut in ec-
clesia Christus. Et can. Nilil, qui est super
Ioā. Nihil sic debet timere Christianus quā
separari à Christo. Et Hieronym. super libr.

Vitcleff.

Erasmus.

Excōicatio
mala.

Aug.

Judic. ibidem can. Audi, exponens illud Pauli, Tradidi eum Satanae, Vides, inquit, quia & modo non solum per apostolos suos tradidit Deus delinquentes in manibus iniquorum, sed etiam per eos, qui ecclesiae praesunt, & non solum potestatem habet solvendi, sed etiam ligandi. Vbi multa de forma excommunicationis subnectit. Et can. Resecanda, idem Hieronymus. 24. q. 3. Resecanda, inquit, sunt putridae carnes, & scabiosa ovis a caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant. Et Ambrosius. lib. 2. de officiis. cap. 27. Omnia, inquit, tentanda prius quam ad hoc disciplinae genus veniatur. Cum dolore enim amputatur etiam quae putruit pars corporis. Nihil denique antiquius & firmitus in ecclesia est, quam excommunicandi auctoritas, qua utique synodus Nicena cap. 5. & 12. vna est aduersus Arium, & synodus Chalcedonensis, atque aliae antiquissimae, & celeberrimae aduersus alios haereticos. Atque adeo asserta conclusio non utcunque vera est, sed & catholica, & non solum in rationibus ecclesiae, verum, & in euangelica, & apostolica doctrina fundata. Vnde sermo, qui 5. tomo adhibetur inter sermones Chrysostomi, & incipit, Nuper ad vos, vbi ambiguit de anathemate loquitur, in eam partem vergens, quod nemo, aut viuorum, aut defunctorum sit anathemate feriendus, neque eius est, neque eius redolet phrasim. Nam ipse Chrysostomus super 1. epistolam ad Timotheum. homil. 5. Et super 1. Corinthios. homil. 15. Et super epistolam ad Hebraeos. homil. 4. & refertur can. Nemo contemnat. 11. quaest. 3. aperte docet eos, qui ecclesiae non sunt audientes esse excommunicandos.

Antiquissimus excorsus de iure.

Chrysostomus.

Primum dubium

Quomodo autem intelligatur excommunicatio quoad externa commercia artic. 4. disputabitur. Nunc vero tria, vel quatuor restant parua dubia. Primum, circa illud, quod excommunicati priuantur orationibus, & suffragiis ecclesiae communibus, certum est nomine illo intelligi orationes & suffragia, quae publicitus in ecclesia fiunt eius nomine per ipsius ministros: quare orationes priuatae non verentur, quoniam minus possit quisque pro excommunicato priuatim orare. Sed dubitatur vtrum in ipso Memento, vbi sacerdos nomine ecclesiae orat, vel in alijs missae collectis possit intentionem ad excommunicatum dirigere. Respondetur, quod tanquam persona publi-

ca, & minister ecclesiae non potest. Quare si rex (quod absit) vel episcopus excommunicatus esset, non esset nominandus in canone. At vero quia etiam est liberum sacerdoti inter sacra orare pro suis consanguineis, & amicis, videtur quod tanquam persona priuata, si aliquis eorum est excommunicatus, possit pro illo in Memento, vel inter collectas orare, vt Deus eum in mentem reuocet. Et ita tenet Syluester. verbo Excommunicatio. r. §. 2. quia licet missa sit sacrificium publicum, oratio tamen illa sit priuata. Certè opinio clemens est, & fortasse vera, tamen non prorsus scrupulo careat. Nam potuit ecclesia non solum excommunicatum suis sacrificijs priuare, verum & suis ministris inhibere, ne inter sua sacrificia pro eo deprecarentur. Vnde S. Thom. loco citato signanter ait, quod possit pro excommunicatis orari, licet non inter orationes, quae pro membris ecclesiae fiunt. Et tamen fructum non participant quandiu in excommunicatione persistunt, sed oratur, vt detur eis spiritus poenitentiae, vt ab excommunicatione soluantur. In die autem parasceues singulariter ecclesia pro ethnicis, & schismaticis, & Iudaeis orat, quod quidem planum documentum est in reliquo anni tempore non orare pro illis. Id tamen tunc exemplo Christi facit, qui illa die fuit vniuersalis redemptor. Quinverò Bernardus ait, Vide quam mala excommunicatio, quae in parasceue ecclesia pro Iudaeis, & Paganis orat, & non pro excommunicatis. Intelligitur autem, sub illo nomine excommunicatorum: nam orat pro haereticis, & schismaticis, quos ad illum effectum censetur illa hora ab excommunicatione absolui. Adnotauit autem Rossensis artic. 23. quod licet excommunicatus vita careat, est tamen per fidem mortuam Christo colligatus, & ideo nonnullo fouetur calore mystici corporis: hoc est, per ecclesiae spiritualia bona. Hoc tamen certè, si de communibus orationibus, & suffragiis intelligat, non video quomodo sit verum, quandoquidem his omnibus est priuatus. Attamen dubium est, quod sit hic secundum, vtrum si qui legitime excommunicatus est ad cor redeat, vt sit in charitate, vtrum scilicet, antequam absoluat, quia licet propositum habeat satisfaciendi, forsitan non satisfecit, sit semper priuatus illo calore, & fomento, quod iustis ex consortio iustorum supra diximus prouenire.

S. Thom.

Bernardus.

Rossensis.

Secundum dubium.

Respon-

Respondetur, quod etiam tunc orationibus, & suffragiis priuatur. Et sunt qui dicant priuari etiam illo fructu participationis iustorum. Sed tamen hoc tertium nescio, an verum sit: quoniam fructus ille non nascitur ex institutione, & applicatione ecclesiae, sed iure ipso charitatis Dei. Et ideo fortasse ecclesia non potest bonos, & iustos illo orbare fructu. Contra nota vero minoris, & maioris excommunicationis arguitur. Sacramentorum participatio, per quae gratia confertur, est potissima Christianorum communio: ergo excommunicatio, quae hominem sacramentis priuat, non est cur dicatur minor. Respondetur quod dicitur minor non propter paruitatem obiecti, sed quia est pars excommunicationis maioris, quae sacramentis, & alijs bonis priuat. Item quia minoribus peccatis incurritur. Effectus autem minoris excommunicationis, vt capit. Si celebrat, de cleric. excommu. habetur, est priuare hominem passiuam tantum sacramentorum participatione, & passiuam pariter electione. Tamen illic habeatur, quod excommunicatus minori excommunicatione peccet conferendo sacramenta, quae tamen ab ipso collata virtutis effectu non carent. Postremum tandem dubium est, vtrum sic excommunicatio priuet hominem participatione sacramentorum, vt non solum illa suscipiens peccet, verum & sacramentum sit nullum, an sic solum quod sit peccatum ea suscipere, nihilominus sacramentum teneat. Ad hoc distinguendum est de sacramentis: nam si reliqua sacramenta suscipiat, quae consistunt in applicatione materiae extrinsecae, vt sunt confirmatio, extrema unctio: eucharistia &c. nullum est dubium quin sacramentum valeat, licet ille qui in peccato suscipit fructum non percipiat. Sed duntaxat dubium est de sacramento poenitentiae. In primis non est dubium quin tam excommunicato etiam excommunicatione minori, accedere ad sacramentum, quam sacerdoti illud ei administrare, sit peccatum: quia, & vnus prohibitus est suscipere, & alter conferre. Ita ait Caietan. in summa verb. Absolutio. Et cum collatio sacramentorum sit grauis, sit, vt sit peccatum mortale. Quare nunquam licet à peccatis absolui, antequam ab excommunicatione fiat absolutio. Nisi fortasse casus contingeret, vt quis dum confitetur, tam proximus esset morti, vt animam iam exhalareret: adeo, vt praemitti nequiret absolutio ab excommunicatione sine periculo, vt moreretur sine absoluteione à peccatis. In

Argument.

Effectus exc. nullo.

non dubium.

Caietan.

Adrianus.

Sententia auctoritas.

Dubium.

Caietan. prima responsio.

Secunda responsio.

Tertia responsio.

Ratio Caietan.

Ratio. 2.

hoc enim casu ait Adri. q. 2. principali, de clauibus dubio penultimo absoluendum esse illum à peccatis antequam ab excommunicatione. At vero quantum hoc verum sit, si casus posset contingere, quia intentio ecclesiae non est obstaculum obicere salutem morientis, qui per absoluteionem à peccatis posset fieri ex attrito contritus, est tamen casus qui nunquam contingere potest: sanè cum vnico verbo possit fieri absolutio ab utroque. Absoluo te ab excommunicatione, & à peccatis. Imò verbum absoluo cum intentione absoluendi ab utroque sufficeret. Sed hoc casu praetermissio, dubium est vtrum si excommunicatus absolueretur à peccatis antequam ab excommunicatione, sacramentum teneret. Ad hoc ibidem Caietan. respondet tria. Primum, quod si scienter absoluetur, vel per ignorantiam vincibilem, non percipit sacramenti fructum: quia accedit in peccato, & ideo opponit obicem gratiae. Et hoc quidem certum est, nec de illo dubitari potest. Secundò ait, quod si accedat ignorans inuincibiliter, vel factum esse excommunicatum, vel ius: videlicet, excommunicato non licere accedere ad sacramentum, tunc non solum sacramentum est validum, verum, & fructum gratiae suscipit. Et in hoc etiam Adri. ibidem consentit, & Palu. d. 14. q. 4. Et suffragatur bona ratio: nam aliàs nemo esset tutus, an verè fuerit absolutus: quia nemo scit certò non esse excommunicatum, saltem excommunicatione minori. Item quia licet excommunicatus celebras incurrat irregularitatem, tamen si inuincibiliter ignorans celebret, non incurrit eiusmodi censuram, quia excusatur à culpa. Idem ergo erit si sacramentum ignoranter suscipiat. Tertio addit, quod absolute loquendo absoluteio sacramentalis impensa excommunicato valet etiam illo casu, quo fructum non percipit: scilicet, quia scienter accedit, vel vincibiliter ignorans. Quare si integre confiteatur etiam de illa excommunicatione, & ab ignaro sacerdote absoluetur, non tenetur confessionem iterare, sed sufficit contritio ad suscipiendam postea gratiam. Et ratio eius est, quia licet absoluteio excommunicati sit iure prohibita, nullibi tamen sancitum est eam esse irritam, & leges non sunt temerè aggrauandae. Item quia reliqua sacramenta, vt dicimus, vt puta confirmatio, & eucharistia excommunicato exhibita tenent, cur ergo non pariter, & sacramentum poenitentiae? Attamen quis de excommunicatione minori haec opinio vera sit, quia non creditur ecclesia eiusmodi excommunicatum cum tanto rigore à sacramentis

Ratio.

tis arcere: tñ de excōicatione maiori opinio nec est tā certa, nec tā tuta. Et ratio est, quia sicut excōicatus, excōicatione maiori prohibetur sacramēta cōferre, ita & ipsa suscipere: sed sic priuati cōferre, vt absolutio non teneat, saltē si est noīatim excōicat⁹, aut manifestus percussor clericorū, vt excipitur in cōcilio Constā. quod quidē & Caie. & oēs fatētur, & q. seq. probabitur: ergo eadē ratione licet absoluat, nullū est sacramētū. Item

Ratio.2.

quia si excōicatus in foro exteriori aliquam sententiam vel excōicationis, vel de re alia proferre attētet, totum est cassum, & nullū, ergo eadem apparet ratio si sacramētum suscipiat. ¶ Et accedit bonum argu. ex cap. Si celebrat. de clerico excommu. vbi habetur, q̄ si clericus minori excommunicatione irretitus sacramenta conferat, virtutis nō carent effectu, cum non videatur à collatione, sed à perceptione sacramentorum remotus: ergo infirmuatur, quod si attētet recipere, receptio est nulla. Quod saltem in excōicatione maiori videtur cōcludi. ¶ Item, quia eodem textu habetur, quod si excommunicatus etiā excommunicatione minori eligatur, electio sit irritanda: quia est illa priuatus, & cap. Postulatis. eod. tit. habetur quod clericis excōicationis vinculo innodatis ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec ipsi ea possunt sine dispēfatiōe retinere: ergo eodē mō videtur sacramētū irritū. ¶ Ac demū argu. Ec-

Ratio.3.

clesia potuit excōicatos maiori excōicatione p̄ter mortis articulū sic à sacramētis arcere, vt attēta susceptio esset irrita, sicut potuit sacramētū matrimonij inter cōsanguineos, & affines irritare: sed vt Aug. supra citat⁹ ait, nulla pœna maior est in ecclesia, q̄ excommunicatio: ergo per maiore excōicationē susceptio irritatur: alioqui non esset illa maxima pœna. Nō eqdē p̄sus sentētiā Caiet. refuta-

Ratio.4.

uerim: sed tñ neq; in re tanti momēti, tā libēter ei subscribere. ¶ Ad primū igitur arg. rñtur, quod etsi fructu charitatis nēpe, suis meritis apud Deū nemo priuari possit, nisi per suum proprium peccatum: quia illa nō pendent ex applicatione ecclesiæ, tamen suffragijs, & orationibus communibus, quas ecclesia instituit, potest quencūque priuare, quē iudicat esse sibi inobedientem. ¶ Ad secundū verò respondetur, q̄ quāuis nemo in hac vita sit Satane permittēdus eo sine, vt in perpetuum crucietur, quia de nullo est quandiu viuuit desperandū, cōgruit tamē illū ei trade-

Ratio.5.

re ad tempus, eo sine, vt ad cor redeat, & per dæmonē correptus corrigatur, & saluus fiat in die domini, vt ait, ad Corinth. Paul. & vt ait, de Hymenæo, & Alexan. i. ad Timoth. i. vt discat nō blasphemare, ac perinde nō peccare. Non quod dæmon intentionem habeat hoc docendi, sed quod homo eius incurfionibus vexatus, id discat.

Solut. 1. arg.

re ad tempus, eo sine, vt ad cor redeat, & per dæmonē correptus corrigatur, & saluus fiat in die domini, vt ait, ad Corinth. Paul. & vt ait, de Hymenæo, & Alexan. i. ad Timoth. i. vt discat nō blasphemare, ac perinde nō peccare. Non quod dæmon intentionem habeat hoc docendi, sed quod homo eius incurfionibus vexatus, id discat.

Solutio.2.

re ad tempus, eo sine, vt ad cor redeat, & per dæmonē correptus corrigatur, & saluus fiat in die domini, vt ait, ad Corinth. Paul. & vt ait, de Hymenæo, & Alexan. i. ad Timoth. i. vt discat nō blasphemare, ac perinde nō peccare. Non quod dæmon intentionem habeat hoc docendi, sed quod homo eius incurfionibus vexatus, id discat.

re ad tempus, eo sine, vt ad cor redeat, & per dæmonē correptus corrigatur, & saluus fiat in die domini, vt ait, ad Corinth. Paul. & vt ait, de Hymenæo, & Alexan. i. ad Timoth. i. vt discat nō blasphemare, ac perinde nō peccare. Non quod dæmon intentionem habeat hoc docendi, sed quod homo eius incurfionibus vexatus, id discat.

ARTICVLVS. II.

Vtrum pro quocūque p̄cto, etiā pro tēporali dāno iuste possit homo excommunicari.



Secundus articulus est de criminibus, pro quibus potest excommunicationis sententia ferri. Et arguitur, q̄ pro peccato per quod damnus solum temporale datur, ferri nequeat. Pœna non debet excedere culpā: sed excommunicatio est priuatio bonorum spiritualiū, quæ lōgē dignitate excedūt bona oīa tēporalia, ergo pro dāno dato in tēporalibus non est satis aliquē excōicare. ¶ Secundo. Quia excōicatio est sequissima pœna, qua ecclesia vti potest: temporalia autē bona sunt honorū minima: ergo si pro illis ecclesia excōicaret, nō haberet aliam pœnam, quā pro maioribus criminibus posset infligere. ¶ In contrariū est qd̄ Petrus, vt legitur Acto. 5. Ananiam & Sapphirā pro defraudatione p̄tij agri vita mulctauit: ergo eius exēplo potest ecclesia pro damnis tēporalibus illatis excommunicare.

Partis negatiua arg. i.

2. argumen.

Partis affirmatiua.

Deciso arti.

1. conclusio.

Cōci. Melde.

Ratio cōclu.

2. argumen.

conclu.

Obiectio.

conclusio colligitur ex verbis Christi Matt. 18. vbi dicens, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, de peccato mortali sermonem faciebat. Prædixerat enim, Non est voluntas ante patrem vestrum, vt pereat vnus de pusillis istis. Si autem peccauerit in te frater tuus, &c. Et si te audierit iam lucratus es eum. Loquebatur ergo de peccato, per quod homo perit, quod non est nisi mortale & dum respicit animam suam lucratur. Idq; ex diligēti cautela cōstat, quam iubet per admonitionem adhiberi antequā habeatur vt ethnicus. Imò & nomine ipso, ethnic⁹, designatur mortale crimē. Quod si quis in cōtrarium arguat ex concilio Carthaginensi. 4. cap. 24. vbi habetur, quod si sacerdote in ecclesia verbum faciente quispiam exierit, excommunicetur. Quod intelligendum videtur de maiori excommunicatione secundum Gregorium non num capi. Si quem, de sententia excommunic. vbi ait, quod cum sub hac forma dicitur. Illum excommunico, vel simili à iudice excommunicari contingat intelligitur de maiori, & tamen exire ab ecclesia non apparet peccatum grauius quā veniale. Respondetur primū, quod ille textus concilij intelligitur de minori secundum antiquā formam qua excommunicari non erat, nisi priuari sacramento eucharistiæ. Decretum verò Grego. intelligitur de forma noua quando à iudice cognita causa sentētia excommunicatio nis pronūciatur. Præsertim q̄ fortasse canō concilij intelligitur quando quis præmonitus concionem audire contemnebat, quod tunc habebatur vt mortale. ¶ Sed hinc emergit aliud argumentū. Apparet enim nec minorem excommunicationem incurri debere pro minori peccato quā mortali: quippe cum per ipsam homo priuetur sacramentorum participatione, quæ sunt subsidia ad regnū celorū potiora quā orationes, eo q̄ sūt causa gratiæ: & tamen excommunicatio minor, vt infra videbitur, per solam cōmunicationem cum excōicatis incurritur, quæ non est nisi veniale peccatū. Respondetur non esse cætera paria, tum q̄ orationes & suffragia sunt perennia & continua subsidia, quorum ideo priuatione homo grauius læditur: receptio autē sacramentorū rarō est necessaria, tum præsertim q̄ vt excōicatio minor faciliter incurritur facillimē ab ipsa sit absolutio. Ex his sequuntur duo corollaria. Primū q̄ vbiq; siue à canone, siue à iure sub anathematis cō-

Argu. aliud

Solutio.

Primum.

fura præcipitur aliquid sub pœna maioris excōicationis, intelligitur peccatū mortale esse nō parere, etiā si illius transgressio aliās de se non esset peccatum mortale. Vt si sub tali cōminatione iuberentur ciues ire ad concionē de fide, vel ad processionē pro sospitate reipublicæ. Nā cum prælati ecclesiastici sint iudices in spiritualibus, eo ipso q̄ sub tali pœna præcipiunt, cōstitunt illud vt præcipuā virtutem, cuius omisio sit mortalis. Nisi vbi tanta esset facilitas & abusus excōicandi, vt præceptum de re leuissima manifestum contineret errorem, tunc enim præceptum non ligat. ¶ Secundum corollarium est, q̄ quoties homo certus est non peccasse mortaliter cōtra obedientiam ecclesiæ, tutam subinde cōscientiam habet nullā incurrisse excōicationem apud Deum, nec esse priuatum ecclesiæ suffragijs: licet quādoq; propter falsam præsumptionem iudex possit eum arcere ab externo fidelium cœtu. ¶ Secunda conclusio, Non sufficit ad excommunicandum peccatum mortale, nisi sit peccatum inobedientiæ quo quis renuit ecclesiæ obedire. Hęc planē colligitur ex dictis verbis Christi, quibus nō tradidit potestatem excommunicandi nisi eum, qui præmissis salutaribus monitionib⁹ noluerit ecclesiam audire. Ad hoc enim duntaxat hunc gladium ecclesiæ tradidit, vt subditos posset in suam obedientiam cogere. Quare licet quis scelera & flagitia quantuncūq; grauisima commiserit, dum modò ecclesiæ sit parere paratus, potest quidem iudex alio supplicio pro cōmisso crimine eū plectere, excommunicare verò minimē. Atque id cōfirmatur ex natura ipsa excommunicationis, quæ est expellere hominem à fidelium cœtu & suffragijs & precibus: nemo. n. tali expoliatione dignus est, nisi ille, qui per inobediētiā ab ecclesia se subducit. Id demū cōfirmatur ex cōcilio Triburiensi can. Certū est. 11. q. 3. Illic. n. statuitur trina excōicationis causa: nēpe, cū quis ad synodū canonicē vocatus venire cōtēnit, aut si postq̄ illuc venerit sacerdotibus respuit obedire p̄ceptis aut si antefinitā causæ suæ examinationē à synodo exire p̄sumit. Et quod dicitur de synodi tribunali, intelligitur & de foro cuiuscūq; iudicis. ¶ Tertia cōclusio. Nullū cōstituit inobediētiæ peccatū, ob quod sit sentē. excom. ferenda, nisi admonitio sub excōicationis cōminatione præcesserit vel à iure vel ab homine. Conclusio liquidò ex superioribus elicitur: Rrr 5 quia

Secundum.

Secunda conclusio.

Conciliū Triburien.

Tertia cōclu.

*Trina moni-
tio colligitur
ex euangelio.*

quia cum obedientia non sit nisi respectu præcepti superioris, sit ut nisi admonitio præceperit, nemo censeatur rebellis ecclesiæ. Atqui dum admonitio fit à iure, non opus est ut sit bina vel trina: quia admonitio iuris est solennis, & ideo ipsa valet pro trina. Quapropter qui contra admonitionem iuris in peccatum impingit, eo ipso excommunicationem incurrit. Quando autem fit à iudice tunc propter maturitatem iudicij: quæ ante excommunicationem est necessaria, oportet per trinam admonitionem explorare an tanta sit subditi contumacia, ut digna sit, quæ illo mucrone confodiatur. Atque ista trina monitio colligitur ex Euangelio loco citato, Si peccauerit inter frater tuus, &c. Vbi peccantem fratrem admonetur Petrus corripere priuatim, & si tunc non audierit, iubetur secundò adhibere duos testes, quos si non audierit, iubetur denunciari ecclesiæ. Ex quo in concilio Rhotemagen si colligitur trinæ monitionis necessitas. 16. quæst. 7. can. Omnes decimæ, sub his verbis. Statuimus, ut decimas dare nolentes secundum Domini præceptum admoneantur semel, secundò, & tertio: qui si non emendauerint, anathematis vinculo feriuntur. Idemque habetur ex Decreto Nicolai cæ. De presbyterorū. 17. quæst. 4. Neque obstat illud Pauli ad Titum. 3. Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem deuota, quia licet non numerauerit omnes tres euangelicas, attamen secundum ecclesiæ interpretationem constat hæreticum esse subuersum, nihilominus adhibetur tertia, ut ad audiendam sententiam compareat. Vnde iudices huiusmodi monitiones præmittentes decreto Innocen. 3. in concilio Lateranensi ca. Sacro. de sententiâ excommunicata. & decreto Innocen. 4. in concilio Lugdunensi ca. Cum medicinalis, eodem titu. lib. 6. interduntur ingressu ecclesiæ per mensam, alijs in super poenis, si visum fuerit, multandi. Ex quo colligitur esse peccatum mortale. Et quauis nonnunquam causa instante & urgente vna sufficiat monitio pro tribus, debent nihilominus tria iusta interualla designari, ut reus inducias respiciendi habeat, ut ca. Constitutionem, de sententiâ excommunicata. in. 6. cautum est. Veruntamen laudabilis hic & necessarius iuris ordo, contra iuris decorum, nec sine populi detrimento à multis hoc tempore negligitur sanè cum quacumque occurrere cau-

vna perina.

sa vnam putant pro tribus sufficere monitionem, eandemque sine cõpetentibus interuallis. Quando causa quidem urgentissimè instaret, ut quãdo clericus in sacris repente in supplicium arriperetur, fasset celeri illo remedio uti, aliàs verò, non dicam nefas esse, sed tamen profectò iuris maiestas non seruatur. Fuit enim intentio iuris, ut seorsum illæ fierent monitiones, ut reus, si non aliter, saltem ter iterata monitione tempus haberet compungendi se se. ¶ Quòd si scisciteris vtrū illa trina monitio, vel vna cum interuallis, sit de essentia excommunicationis, ut illo iuris ordine prætermisso sententia sit nulla. Apparet, n. esse de essentia quia est ordo correptionis fraternæ expressus in euangelio loco modo citato Matth. 18. Respondetur nihilominus non esse de essentia: nam in allegatis capitulis, Cum medicinalis, & Constitutionem Pontifices non censent talè excommunicatio nem prætermisso illo ordine esse iure irritam sed iubent recurrendum ad superiorem, qui illam, si æquum iudicauerit, irritet. Vnde ad ordinem euangelicum respondetur, quòd licet illæ sit in præcepto, ut obseruetur, non eo ipso, quòd præmittitur, irritatur excommunicatio. Tametsi cap. Statuimus, de sententiâ excommunicationis lib. 6. caueatur, ne participantes cum excommunicatis innodentur excommunicatione maiori antequam canonica monitio præcedat: quòd si aliter fiat excommunicatio non teneat. Et ideo in illo particulari casu non teneret. ¶ Dubium autè grauius est, vtrum saltem aliqua præcedens admonitio sit de essentia, licet non trina nebina. Quòd est quærere, vtrum pro peccato præterito quòd nulla vel à iure vel ab homine admonitio præcessit, possit quis excommunicari: sicut pœna pecuniaria, aut alia quauis puniri. Caietanus enim. 2. 2. q. 69. art. 2. dicit quòd sicut potest excommunicatio comminari ne fiat peccatum futurum: ita & post factum potest excommunicari, qui fecit, non solū sub conditione si non restituerit, sed absolute. Et probat exemplo Gregorij in capit. Quidam maligni. 5. q. 1. vbi sanctus ille Pontifex excommunicauit quendam secretum infamatorem, qui libellum famosum in publicum ediderat. Et quanuis illic dicat Papa quòd si non exierit, & publicè confessus fuerit, sit excommunicatus, ait nihilominus Caietanus, sententiam non ferri in conditione si se non prodiderit, sed in perpetratum crimen

Dubium.

Graue dubium

Caiet.

Quarta conclusio.

Caiet.

Dilutio.

Rationes ad

Can. Quidam.

men æditi libelli. ¶ Contra hoc autem statuitur quarta conclusio. Pro nullo peccato præterito quumuis grauisimo & enormissimo, cuius nulla monitio præcessit sub excoicationis nota, potest excoicationis ferri: imò adeò de essentia est monitionem aliquam præcedere ut absque illa excoicatio non teneat. Et sanè miror doctissimum Caietanum contrarium sensisse, non modò quia nemo vnquam hoc dixit, verum quia autoritati in euangelio concessæ aduersari videtur. Nam in euangelio non apparet alia facultas ecclesiæ concessa, ut quæpiam habeat tanquam ethnicum & publicanum, quã si eam non audierit. Nullus autem dicitur ecclesiam non audire, nisi fuerit ab illa præmonitus, imò nec dicitur non audire, ut dignus sit excommunicatione, nisi sub eadem censurâ fuerit iustus. Nam tunc ecclesia aperit suam mentem, illud præcipere sub reatu peccati mortalis. ¶ Nec valet arg. si quis arguat, eum, qui quodcumque committit mortale delictum, satis fuisse præmonitum diuino iure, naturali, aut humano, quòd violat, ut excommunicari debeat: quia Deus licet transgressores iuris æterna damnatione condēnet tamen excoicationis censurâ, quæ est priuatio bonorum ecclesiæ, ipsi ferendâ commisit aduersus eos solū, qui eam non audierint. Vnde can. Omnes decime. 16. q. 7. ius diuinum ad hoc allegatur, ut secundum Domini præceptum qui excoicatur ter sit præmonitus. Et cap. Romana, de senten. excom. lib. 6. caueatur, ne vlli iudicum pro culpis præteritis vel presentibus excoicationum sententijs absque cõpetenti monitione præmissa promulget. Et si contra præsumperint, iniustas nouerint esse illas. Et accedit ratio, quæ excoicationem non possit nisi pro peccato mortali ferri, si quis pro peccato præterito excoicaretur, sepe eum excommunicari contingeret, qui iam esset per contritionem in gratia. Atque id demum ex obseruatissimo ecclesiæ more & vtu cõpetentissimū est, quæ neminè vnquam excoicat pro peccato præterito; sed eum, qui furatus aliquid est, si non restituerit, aut eum, qui iniuriam intulit, si non satisfecerit. Quapropter vbi primū malefactor restituerit, quanuis possit in ultionem criminis alia pœna plecti, est nihilominus quantotius ab excoicatione absoluentis. Idque planissimè ex eodem can. Quidam maligni, constat. Gregorius enim illic non cogitauit illū excommunicare, pro commisso crimine, sed

iussit, ut ille diffamator se proderet, quòd ipse iure naturæ tenebatur, si aliter non posset famam alterius refarcire, & nisi periculum ei capitis immineret. Cum in his enim exceptionibus intelligitur illud Chryso. Non tibi dico, ut te prodas can. Quis aliquando, de poeniten. dist. 1. Et ideo adiecit Papa, quòd quam diu exire renueret: hoc est, satisfacere, ut debebat, à sacrosancta eucharistia abstinere: nam quia erat in peccato mortali tenebatur abstinere. Quòd si à sacramento non abstineret, anathematis ultione percuteretur. Itaque sub pœna excommunicationis fuit præmonitus ne ad sacramentum accederet, quòd si fumeret, laqueo excommunicationis colligaretur. Itaque nunquam excoicationis fertur sub hac forma. Quia hoc fecisti, sed, Nisi hoc feceris, ut cap. Præterea requisiti. de appellatio. Vel quicumque hoc crediderit, dixerit, aut fecerit, ut excommunicatur à iure hæretici, percussores clericorum, &c.

Chryso.

Ratio eadem.

¶ Quòd igitur prima conclusio luculentior fiat adnotandum, non solū peccatum mortale esse ante anathematis sententiã nec flariū sed requiritur graue. Nō negatur quòd pro peccato mortali inobedienciã lata teneat, sed quòd non debet ferri nisi pro graui & enormi. Pau. nãq; antequam incestuosum traderet Satanæ enormitate criminis exaggerauit dicēs. Audiat interuos fornicatio & talis fornicatio, qualis neque inter gētes. Et hæreticum iubet post vnã & secundam monitionem vitare. Et similiter Ioã. in. 2. Cano. hæretico, ait neque Ane dicendū. Et Aug. can. Corripiatur, 24. q. 3. ait, pro diuersitate culpã subditos corripiendos, minoribus vel amplioribus poenis. Vbi subdens excoicationem esse poenarum maximam, insinuat non esse imponendam nisi pro maximis peccatis. Et Prosper cã. Ecce, ait, leue medicamentū applicadū prius deinde velut igne pię increpationis vrendū vulnus. Deinde si hec non suffecerint, refecadum putre membrū. Itaque quousque homo esset incorrigibilis, non esset excoicandus, ut ibidē ait Anacle. can. Tã sacerdotēs. Et. 11. q. 3. cã. Nullus, admonet cõciliū pro paruis & leuibus causis neminè à cõmuniōne suspendendū, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri ab ecclesia iusserunt committentes. Vnde S. Thom. in præsentiarum non censet ferendam esse excoicationis sententiã pro damno temporali, nisi sit pro spoliatiōe bonorum ecclesiæ, & pro

S. Thom.

& pro decimis, vt habetur, 16. q. 7. can. Oēs decimæ. Et re vera si anathemata, quæ iure decreta sunt consulantur, nunquam ecclesia in more habuit acerrimo anathematis inuicrone percellere, nisi insignes criminosos, vt hæreticos, schismaticos, clericorum percussores ecclesiarum violatores atque id genus alios. Quocirca negare non possumus, quin splendorem illum antiquum nouus vsus (ne dixerim abusus) magna ex parte obnubilauerit. Adeo ingēs est excommunicationum frequentia, eademque pro damnis non solū merè temporalibus, verum, & pro minimis causis. Est quidem pœna spiritualis mortis, & tamen pro rebus decernitur, pro quibus vix homo drachma argenti multaretur pro minimo scilicet furto vel holerum, vel fructuum. Et cum sit pœna quæ non nisi alijs multis tētatis remedijs & pœnis deberet adhiberi, nihil prius iudices præcipere sciunt nisi sub pœna excommunicationis. Imò citationis schedulas subscriptas notarijs cōcedunt, in quibus quorum ipsi voluerunt nomina inscribāt. Quæ utique ratione fieri nequit minus, quia & auctoritas ipsa vilescat, & populus vix possit ab excommunicationis sententia liberari. Neque sufficiens est quorundam iudicum excusatio dicentium, se sæpe non habere excommunicandi intentionem: nam cum subditos illa intentio lateat, nō excusantur à peccato dum contra conscientiam non obtemperant. Et longè peius est homines in peccatum conijcere, quam pœnæ subijcere excommunicationis. Inter hæc & hoc quoque admonitum non est prætereundum, quòd dum debitor notus est, & notum debitorum, nullatenus permittendum esset; vt per viam excommunicationis creditor debitorē soluere cogat. Id quod in locis, vbi episcopi vtranque habent iurisdictionem, civilem scilicet, & spiritualem, in vsu abijt. Enimvero excommunicatio non habet locum, nisi vbi alia non est via possibilis putā, quando furtū ab occulto fure factum est. Quādo verò vel in foro civili; vel alia seculari via res potest transigi, certè fas non est per potestatem spiritualement qua homo priuatur suffragijs spiritualibus, procedere. Profectò non est aliud quam religio, dicere tam immodicum excommunicandi vsu præsentaneo remedio indigere, quā sola sancta sedes, vel oecumenicū conciliū adhibere legitime potest. Et iam verò diximus eū qui certò scit peccatū ino-

Censura.

Not.

Iudiciū vana excusatio.

Admonitio

Casus in quibus excommunicatio non tenet

bedientie non commisisse, tutum esse in conscientia se nō esse excommunicatum. Id aut pluribus modis potest contingere. Primum, vt si excommunicatio intolerabilem manifestumque errorem contineat, vt pro re minima. Imò licet feratur pro re notabili, quæ tamen in tali casu, sit parua non incurritur, vt quamuis percussores clericorum sint excommunicati, & qui sanguinem in ecclesia effuderit, nihilominus si corrixantes clerici pueri in ecclesia se pugno percusserint mutuo, & sanguinē è naribus emiserint, vel etiā ex capite in parua copia, nulla innodantur censura. Secundo si feratur pro re, in qua homo obediēre non potest quia nemo ad impossibile obligatur. Vt si qui aliena depredati esse excommunicatur nisi soluerit, & tempore, quo excommunicatur non sit soluendo, nullatenus excommunicationem incurrit. Quare si est occultus, absq; scrupulo potest interesse diuinis. Quāquam hic cauenda est fraus: si enim nō potest in totum, tenetur tamen in partem, quam potest, etiam cum detrimento victus & vestitus: non enim licet ære alieno, maxime per iniuriam sublato, honorem & æstimationem proprii status seruare. Atqui si tūc nō habet unde soluat, arbitror postea teneri dum habet sub sententia eiusdem excommunicationis, quæ semper durat. Et vice versa: si quando excommunicatio fertur est soluendo, tunc si non soluat, incurrit. Quare licet postea in egestatem incidat, semper manet in foro ecclesie excommunicatus quāuis quoad Deum sit in gratia. Tertio potest contingere, vt homo excommunicatione non vinciat, quando deficit causa excommunicationis. Exempli gratia. Siquis remeam detinebat, quam quia aliter recuperare nō poteram, ego clam ab illo surripui, tūc si eius petitione publicitus sub excommunicationis censura præcipiatur, vt quicumque eam habuerit reddat, vel manifestet: ego nō teneor præcepto parere, si modo certissimus sum rem esse meam. Dum autem sub eadem censura præcipitur, vt quicumque habuerit has vel illas scripturas quæ quoquo pacto ad aliorum ius attinent, tunc præferendū omnino sunt, nec sufficit, vt qui habet se excuset dicendo quòd inde vexationē timet, nisi forsitan omni dubio procul manifestissimum sit taliter illas ad meum ius cōducere, vt nullatenus ad alterius ius confirmandum attineat. Tamen si in foro seculari ad viam excōican-

1. Casus.

2. Casus.

3. Casus.

4. Casus.

di succurrere, ad occulta instrumēta exploranda, saltem ad compellendos occultos testes, vt in iudicium prodeat, nec mos priscus est, nec res forte legitima, sed humana auaritia bonorū temporalium, ceu idolorum cultrix istarum fuit ecclesiasticarum censurarū inuentrix. Arguitur autem quòd pro peccato minori, quā sit mortale possit ferri excōicatio. Vsu venire solet, vt quis ex vinea aliena duos tantum aut decē racemos surripuerit, quod nō est nisi veniale, & alij pariter sex & sic multi totā vindemiauerint vineā, nec tamen sint criminis consortes: quia non simul prædam fecerunt, tūc quia damnum totum simul magnæ æstimationis est, potest ferri sententia excommunicationis, vt restitutio fiat: & tamē nullus peccauit mortaliter. Respondetur, quòd casus profectò non nisi quā rarissimè contingere potest, vt damnum sic datum tam ingens sit, vt censuram iustificet. Si tamen accideret, dicendum est quòd quāuis accipere, non fuerit mortale crimen, nihilominus quia pro toto damno excommunicatio fuit iusta, quicumque tenetur sub peccato mortali id, quod abstulit, restituere, nisi tam parum sit, vt pro nihilo reputetur. Quartus demum casus, quo quis ab excommunicatione excusatur, est ignorantia, de quo perplexius inter doctores cōtrouertitur. Distinguitur enim de ignorantia multipliciter. Est nanq; alia ignorantia facti, & alia iuris. Et iuris quidem, aut dum excōicatio lata est à iudice, vel statuto iudicis ordinarij, vel à iure communi. Et tam ignorantia iuris, quā facti potest esse vincibilis, aut inuincibilis. Et vt quæ certa sunt ante incerta præmittamus sit prima propositio. Quicumque inuincibiliter ignorat factum censuræ excommunicationis subditum, excusatur ab illa censura. Ignorantia inuincibilis est quā quis nō potest, vel non tenetur vincere. Propositio hæc expressa est in iure cap. Si verò. de senten. excommunic. vbi habetur, quòd qui percussit clericum, quem ignorabat esse clericum, anathemate non le datur: nam vt ait Grego. cap. Cognoscentes, de constitutio. Rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non cōuenit. Secunda propositio. Quādiu quis excommunicationē à iudice latā inuincibiliter ignorauit, etiam si contra id, quod prohibuit, faciat censuram non incurrit. Probat, quia eiusmodi subditus inobediens nō censetur. Vt fur occultus dum censura excōicationis in-

Argument.

Responsio.

4. Casus de ignorantia.

1. Propositio.

2. Propositio.

eum, qui furtum fecit, nisi restituerit, fulminata est, quādiu inuincibiliter ignoraret, vinculo illo nō ligatur. Tertia. Qui statutū iudicū ordinariorū inuincibiliter ignorat, quiscōtra fecerit, nulla irretitur cēsura, Tex. est expressus, in c. Vt aīarū de constit. in. 6. Et per hoc cōfirmatur secūda propositio: nā si inuincibilis ignorantia statuti excusat, fortiori rōe excusabit illa, quæ est mandati aut sententiæ iudicis. Quando verò ignorantia est crassa & culpabilis nō excusat. Atqui de his tribus assertis nulla est inter doctores cōtrouersia. Dubium autem præcipuum est de ignorantia iuris communis. Sūt enim autores tam theologi, quā iurisperiti autoritatis minimè contemnendæ, qui sustinent, quòd quāuis quis ignoret ius ecclesiasticum, quo sub sententia excommunicationis factum aliquod prohibetur, satis est vt sciatur esse iure diuino vel naturali prohibitum, vt in sententiam excommunicationis incuratur. Sic sentit Scotus in. 4. distin. 6. quæst. 8. cum quo consentit Adrianus quæst. 3. de clauibus. Et est glossa super cap. A nobis in. 2. de sententia excōmunicata. Et opinio Ioannis Andreae super dicto cap. Vt animarum. quæ & Bartolo placuit super. l. Cunctos populos. C. de summa trinitate. Distinguit enim Adrianus dicens quòd dum aliquid sub censura excommunicationis iure prohibetur, quod per se antea erat licitum ignorantia inuincibilis censuræ excusat ab illa. Sed tamen vbi prohibetur id quod aliās erat lege prohibitū, canon censuræ licet ignoretur satis est ad incurrēdū in illa quæ sciatur esse aliās illicitū. Est ergo opinio probabilis, quā cui sustinere libuerit, nō deerūt patroni. Contrariū tñ tenet Pano. sup. ti. eod. c. A nobis. Et Anto. 3. p. tit. 25. c. 33. quos Sūmistē sequūtur, vt Syl. verb. Excōicatio. 2. & vltimo, vtrobiq; §. 3. Et summa Angelica & Rosel. Imò videtur etiā opinio Innoc. super. c. Si verò, citato, & illic aliorū exposito. rū, quibus rationē nō adferat. Et reuera hæc est lōgè verisimilior, imò si quæ hæctenus dixim⁹ vera sūt: est certè vera. Quare hæc sit. 4. propositio, vt quæ supra posita est, generaliter affirmetur. scilicet quicumq; inuincibiliter ignorat mādātū ecclesie sub cēsura excōicationis latū nūq; in eā impingit, quā tuncq; sciat factū esse aliās illicitum. Probat, quia (vt hoc decies repetamus) autoritas excommunicandi non est in ecclesia nisi in illum, qui ei non obedit, vt patet in euangelio: qui autem inuincibi-

3. Propositio.

Dubium.

Opinio. 1.

Distinction.

4. Propositio.

inuincibiliter ecclesie iussa ignorat, nullatenus ei est inobediens, nec dicitur eam non audire, ut verbo euangelico utamur neque ea offendit nam qui canone[m] ignorat, eius conditorem minime offendit: ergo censura excommunicationis non implicatur. Vnde ad rationem Scoti respondemus, aliud esse Deum non audire, atque aliud non audire ecclesiam: qui ergo facit contra ius diuinum naturale, non audit Deum: sed tamen propter hoc nemo excommunicatur, quoad usque sit non audiens ecclesiam id sub censuram excommunicationis prohibentem: alioqui licet culpa contra Deum committatur, non tamen contra ecclesiam.

Primum argumentum. Et arguitur contra Scotum. Si sua vera esset opinio, sequeretur, quod si quis sacerdos occideret, quem sciret esse hominem, ignoraret tamen inuincibiliter esse sacerdotem illa quearetur censura canonis, quod scit iure naturali, interdictum: consequens tamen, licet non desint, qui cedant, profecto est contra citatum canone[m]. Si vero, Secundo arguitur.

Secundum argumentum. Ignorantia facti & iuris hoc solo differunt, quod cum plures sint qui teneantur scire ius non tam admittitur ignorantia inuincibilis iuris, quam facti. Caterum profecto pariter excusant ignorantia iuris & facti: ius autem contra quod peccatum est ut habeat locum exco[m]municatio, non est nisi ecclesiasticum: ergo eius ignorantia inuincibilis ab exco[m]municatione excusat. Si ne distinctione nanque ait Innocentius can. Proposuiti. 82. d. quod ignorantibus venia datur. Quare distinctio illa, quam Adrianus refert, scilicet, quod quando iure sub censura exco[m]municationis prohibetur aliquid, quod alias erat licitum, tunc ignorantia canonis excusat. Si tamen prohibetur, quod alias erat illicitum, ut percussio clericum, tunc ignorantia iuris non excusat a censura, nihil ad rem facit. Nam discrimen non est, nisi quod dum adhibetur censura rei alias illicitae, qui ignorat canone[m], peccat nihilominus contra Deum quod non contingit in secundo casu. Sed tamen quantum ad censuram par est ratio utrobique, ut ignorans excusetur. Tercio demum arguitur. Cum poenae, ut est in regulis iuris, sint potius restringendae, quam ampliandae, esto utraque opinio probabilitatem haberet, haec nostra eligibilior est, ne absque urgente ratione homines asseramus crebris excommunicationibus inuolui. Imo vero in citato cap. Ut animarum, fundamentum haec opi-

Tertium argu.

nio habet, tamen si Adrianus in suam partem illud vertat. Arguit quippe sic. Pontifex in illo cap. admonens, quod ignorantes non ligentur sententia per statuta ordinariorum prolatis, ius aliquod nouum idemque necessarium concedere voluit: si autem ignorantia inuincibilis iuris summi Pontificis iure communi contenti a poena exco[m]municationis excusaret, non opus esset ius illud concedere: quia a fortiori intelligeretur excusare ignorantia statuti: ergo mens Pontificis fuit, quod ignorantia statuti excusaret, non autem si censura esset de iure communi. Ad hoc autem negatur ius aliquod nouum illic Papam tulisse, imo fuit declaratio communis iuris, contra quod ordinarij iudices credere possent ignorantiam inuincibile[m] suorum statutorum non excusare: & ideo Pontifex declarando ius commune contrarium statuit. Secundum argumentum sumit Adrianus ex ca. Cum illorum, de sententia exco[m]muni. ubi Papa quosdam reprehendens, qui propter manuum iniectio[n]em in clericos exco[m]municati, ordines suscipere non formidabant, distinguens ait, quod si sci bant se esse exco[m]municatos, perpetuo ab ordinibus deponerentur. Si autem ignorabant vel factum, quia non erant delicti memores vel iuris tunc ait cum illis posse dispensari. Quo verbo insinuat fuisse exco[m]municatos etiam ignorantem. Respondetur, quod illic Papa non loquitur de ignorantia inuincibili, ut Adrianus putat, sed de vincibili, quae non excusat. Idque ex eo probatur, quod indiscriminatim loquitur de ignorantia facti & iuris: & tamen de ignorantia facti inuincibili nemo dubitat, neque Adrianus neque Scotus, quin excusetur: cum ergo censet illos exco[m]municatos, manifeste loquitur de ignorantia vincibili. Et confirmatur, quia ignorantia illius solennissimi canonis. Si quis suadente, vix potest esse inuincibilis. Aliter tertio arguitur. Licet quis ignoret poenam civile[m] nempe, quod homicida vel fur est reus mortis, nihilominus quod illa peccata committit, incurrit poenam, & idem est de ecclesiastica irregularitatis censura. Licet enim quis ignoret ius, quod exco[m]municatus celebrans, vel bigamus est irregularis, nihilominus quod bigamus est, aut exco[m]municatus celebrans incurrit illam censuram: ergo idem est de exco[m]municatione. Negatur consequentia, ad hoc enim semper habendus est oculus, quod censura exco[m]municationis proprium est, & singulare, ut neminem nisi inobedientem, ac praecipua

Argument.

Solutio arg.

Secundum argumentum.

Solutio. 2.

Argument.

praecipua monitione liget, ut ex euangelio colligitur. Reliquae vero poenae sequuntur naturam delicti, cui per legem decretae sunt, licet lex illa poenalis ignoretur.

Solutio. 1. arg. Ad primum igitur argumentum respondet S. Tho. quod quantitas culpae non attenditur ex nocimento, sed ex voluntate contra charitatem: & ideo licet poena exco[m]municationis sit maior, quam damnum temporale, non tamen quae voluntas nocendi proximo contra diuinum mandatum. Secundum vero argumentum bene probat, quod exco[m]municatio non debet ferri pro quocumque peccato mortali, nisi sit graue: nihilominus pro inaequalibus etiam potest eadem poena infligi. Suspenditur enim fur si furatur mille aureos, & si furatur centum.

Solutio. 2.

ARTICVLVS. III.

Utrum exco[m]municatio iniuste lata nullius sit effectus.



Pars negati.

Hier.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Prima conclusio.

Ratio coel.

Articulo praecedenti, qui est de exco[m]municationis iustitia disputatus, annexum est querere, utrum exco[m]municatio iniuste lata ullius sit effectus. Et arguitur, quod nullus sit: quonia[m] cum per exco[m]municationem auxilijs ecclesiasticis spiritualibus, quae tanti sunt pretij, homo denudetur, nulla fert ratio, ut per iniustam sententiam tam ingens damnum detur. Quod & autoritate Hieronymi fulcitur super Matt. cap. 18. ubi ait, quod hoc fit de supercilio Pharisaeorum, scilicet, aestimare esse ligatum, vel solutum, qui ligatur, vel soluitur iniuste. In contrarium est verbum Gregorij, 11. q. 3. Sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est.

Documentum hoc Grego. in causa fuit, ut doctores hanc disputarent quaestionem. Ad quam ideo per distinctionem quatuor conclusionibus respondetur. Exco[m]municatio enim ut ait S. Tho. praedicta. d. 18. q. 2. dupliciter fit iniusta. Vno modo ex parte exco[m]municantis, qui non sana mente, sed ex odio vel ira, sententiam profert. Et de hoc est prima conclusio ab omnibus suscepta. Sententia exco[m]municationis, quae nullo alio vitio polluitur quam corrupta intentione iudicis, solida est suumque fortitur effectum, quamuis iudex ille quoad Deum iniquus sit, & peccatum committat. Probatur, quia corruptio illa mentis

iudicis non tollit, quin sententia seruet aequitatem iustitiae, quae inter homines est necessaria. Secundo modo potest esse iniusta ex parte ipsius exco[m]municationis, vel quia causa non est iusta, vel quia iuris ordo fuit praetermissus. Et de hoc est secunda conclusio bimembris. Si error ille vel in causa vel in ordine tantus est, ut sententiam annullat, nullum habet effectum, aut exco[m]municationis vim: si vero sententiam non annullat, habet quidem effectum suum, sed nihilominus, qui absque iustitia exco[m]municatus est, debet humiliter obedire cuius obedientia cedit ei in meritum, & potest absolutionem vel ab exco[m]municante petere vel a superiore implorare: si autem id facere contemneret, nihili ducens in exco[m]municatione manere, mortaliter peccaret. Et hic est sensus verbi Gregorij. Tertio modo contingit sententiam ex parte exco[m]municationis & exco[m]municantis esse debitam, licet ex parte exco[m]municati, sit indebita: nempe, cum quis pro falso crimine in iudicium defertur, & criminis reus idoneis testibus comprobatur. Et tunc est tertia conclusio Sancti Thomae. Si humiliter sustinet, humilitatis meritum exco[m]municationis damnum recompensat. Vbi insinuat, quod sententia etiam tunc habet effectum.

Secunda conclusio.

Tertius modus.

Circa. 1. conclusio.

Circa secundam conclusio.

1. modus exco[m]m. iniuste.

2. modus.

3. modus.

Conclusio istarum prima certissima est, neque vlla indiget discussione: quoniam ubi equitatis iustitiae seruetur, peccatum proferentis sententiam nullatenus eam vitiat, quamquam illam proferret pretio vel prece, & intentione quomodocumque nocendi. Neque vero secunda est dubitabilis si per singula membra exponatur. Distingunt enim iurisperiti inter sententiam nullam & iniustam. Vnde Paludanus distinet. 18. quaest. 1. art. 4. quinque enumerat modos, quibus sententia est nulla licet Sylu. verb. Exco[m]munic. 1. §. 1. in quindecim distribuatur. Primus ex parte exco[m]municantis si non sit legitimus iudex vel sit suspensus aut manifeste exco[m]municatus, vel si est de legatis & fines mandati excessit, ut de restituti. spoliatorum cap. ultimo. Secundum ex parte exco[m]municati si legitime in tempore appellauit, ut habetur de offi. delega. cap. Cum contingat, & de sententia exco[m]muni. Per tuas. Tertio ex parte exco[m]municationis si continet errorem intolerabilem & manifestum contra ius diuinum, aut Pontificium. Ut si quis, ut supra diximus, exco[m]municaretur, aut pro re minima, aut pro re for

re forte, que esset virtus, aut pro culpa, quam manifestum est non habere, vt si quis excommunicetur pro debito, quod omnibus est euidens persoluisse. ¶ Et quartò est nulla ex causa tacita, licet non sit expressa. Vt cū manifestum sit, vt dist. 18. probauimus, confessos mendicantibus legitime esse confessos, iudex in odium illius priuilegij excommunicaret omnes, qui accederent ad eucharistiam, si non essent parochiali sacerdoti confessi.

¶ Et quintò, quando præmittitur ordo iuris, qui sic est de essentia sententiæ, vt prætermisus illam annullat, vt supra dictum est, secundum cap. Statuimus, & Constitutionem de sententia excommuni. lib. 6. vbi præcipitur quòd participantes cum excommunicatis non excommunicentur excommunicatione maiori ante monitionem canonicam, aliter excommunicatio non teneat. Sententia ergo, quæ aliquo istorum modorum nulla est, non habet causam vt timeatur, nec de illa loquitur Grego. quòd in eius verbis adnotari potest: ait enim, sententiã pastoris esse timendam. Requiritur ergo vt sit pastoris scilicet, legitimi iudicis: & præterea vt sit sententia, & tamen sententia nulla, non est sententia. ¶ Sententia verò iniusta, quæ non proinde fit nulla, potest contingere primò ex defectu ordinis iuris, qui non est de essentia, vt si non præcedat trina monitio, aut vna pro tribus cum legitimis interuallis, vt ca. Sacro. de sententia excommunication. aut nõ proferatur in scriptis, vt cap. Cum medicinalis. eod. titu. lib. 6. tunc enim licet sit iniusta, est tñ valida. ¶ Secundò modo id contingit: quando reuera causa non fuit iusta, nihilominus sententia non continet manifestum & intolerabilem errorẽ, sed res est dubia, tunc enim non est ipso iure nulla. Et ideo licet reus etiã consilio suorum aduocatorum iudicet causam non fuisse iustam, est nihilominus illi timenda. Quare debet se gerere tanquam excommunicatum in foro exteriori. Et si esset clericus & consecraret, fieret irregularis. Et si sententiæ non pareret quousq; appellaret, & recurret ad alia beneficia iuris, peccaret mortaliter non parendo. Imò sententia tunc habet effectum priuandi orationibus & suffragijs ecclesiæ. Atq; hic est proprius casus, de quo loquitur Gregor. vbi ait sententiam pastoris etiam iniustam timendam. ¶ Tertia verò conclusio est, quæ multò plus difficultatis fecum adfert, & de qua inter doctores contro-

4. modus.

5. modus.

Grego.

2. modus.

Tertia conclusio.

uersatur: nempe dum iudex secundum allegata & legitime probata cõtra innocentem sententiam excommunicationis pronũciat, vtrum scilicet eiusmodi sententia totum habeat suum effectũ, ita vt excommunicatus nõ solum in foro exteriori debeat à sacris abstinerere, verum etiam sit suffragijs & communibus orationibus ecclesiæ orbatus, an verò non habeat istiusmodi effectum. Alexander enim. 4. par. 81. membro. 2. Et Ricardus dist. 18. art. 3. quæst. 5. Et post illos Sylue. verb. excommunicatio. 2. §. 2. & verbo Restitu. 8. §. 6. tenent, quancunque excommunicatio nis sententiam dummodo à legitimo iudice proferatur, & intolerabilem errorem nõ contineat, habere suum effectum. Et intelligunt etiam quantum ad priuationem suffragiorũ Verũ est tñ autores istos nõ expromere hũc casum quãdo procedit ex falsa præsumptione legitime probata. Arguitur autem quòd liget quantum ad omnem effectum. Eiusmodi sententia est legitima: hoc est, iuxta leges ecclesiæ prolata, atq; adeò sic iusta, vt si iudex eam non proferret, peccaret, ergo ligat quantum ad omnem ecclesiasticum effectum internum & externum. Et ita videtur hic insinuare S. Thom. dum ait, quòd tũc humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum, quasi verẽ sit excommunicatio. Et Gratianus can. Qui iustus. 11. q. 3. ait quòd qui iniuste excommunicatur, etsi non sit ligatus quoad Deum, sententiæ parere debet, ne superbia ligetur. Paludan. verò d. 18. q. 1. ambigũe loquitur: nam art. 1. in. 4. concl. ait, quòd cum ecclesia sciat se posse errare, videtur nolle aliquem lædere iniuste: & propterea non videtur excludere iniuste excommunicatos à participio suorum bonorũ. Nihilominus ar. 3. dicit, quòd sententia iniusta si non sit nulla, licet excommunicatus sit innocens, & per falsos testes condemnatus, est timenda, tum propter culpam: quia peccatũ esset non illi obtemperare, tum propter poenam, quia similiter qui eam non seruat, incurrit poenam iuris, sicut si esset iusta. Itaq; eiusmodi excommunicatus si celebraret, fieret irregularis. Durandus verò eadem dist. q. 4. licet prius dicat quòd innocens excoicatus importat damnum, nihilominus in solutione primi ait, quòd licet non participet suffragia intentione ecclesiæ, participat tamen ratione charitatis. Vbi insinuat, quòd ecclesia priuat eũ suis suffragijs, nihilominus ille gaudet

Opinio.

Resutatur primo.

S. Thom.

Gratia.

Paluda.

Durand.

det illis, quod re vera nõ est sanè concessum: nam tunc ecclesia non haberet vigorẽ in sua sententia quantuncunque legitima.

¶ His tamen non obstantibus adhibetur hic ad declarationem tertiæ cõclusionis quarta. Ille, qui certus est se esse innocentem, quancunque secundum allegata, & probata legitime excommunicetur, in rei veritate non est excommunicatus, neq; suffragijs & orationibus cõmunibus ecclesiæ priuatus. Conclusio est Caietani. 2. 2. q. 70. art. 4. ad secundũ argum. cum quo Adrian. in quodlib. q. 6. vbi fusiũs hanc quæstionem diducit, tandem consentit. Et re vera ratio præcipue huic veritati suffragari videtur. Prudenter enim Caietan. ait, in purè moralibus theologos aliter vti nominibus iudicij, & sententiæ iustæ, & iniustæ, & aliter iurisconsultos. Theologi enim solam rei veritatem contemplantes, non distinguunt inter iudicium iniustũ & nullum. Id quod D. Th. ibidem expressẽ docet, dicens, iniustum iudicium non esse iudicium. Quare idem est iniustum & nullum, Sed quia iurisconsulti non tam ad rei veritatem q̃ ad præsumptionẽ iuris attendunt, distinguunt inter sententiã iniustam, & nullam, dicẽtes, q̃ potest esse iniusta, & nihilominus non esse nulla. Est tamen assertio hæc intelligenda de sententia, quæ per se est iniusta. Potest enim esse iniusta per se aut per accidens, quando procedit ex corrupto affectu iudicis: puta, ex odio, vel ira, vel prætermisso ordine iuris, qui nõ est de essentia. Et tũc non est simpliciter iniusta, & ideo ligat. Sed per se iniusta est ex parte causæ, quã scilicet non interfuit æqua causa, sed vel iniusta, vel solum præsumpta, vt quando innocens condemnatur. Et q̃ huiusmodi sit nulla probatur: quia iudicium, vt ait S. Tho. ead. 22 q. 60. art. 1. est determinatio iusti, & sententia est sicut lex particularis in particulari facto: ergo vbi non est determinatio iusti, sed iniusti, non est iudicium, & vbi nõ est æqua lex iusti, non est lex: quemadmodum iniquæ leges in genere non sunt leges. Colligitur ergo, quòd excommunicatio iniusta ex parte causæ non est excommunicatio, atque adeò quantum est ex natura sui nec ligat nec est seruanda. ¶ Secundò probatur, Ecclesia non habet maiorem vim ad lædendum homines in spiritualibus, quã principes seculares in temporalibus: sed in foro ciuili sententia prolata secundum allegata & probata contra innocentem in foro conscientie non tenet, sed

Quarta conclusio.

Caieta. Adrianus.

S. Thom.

Iurisconsulto rã distinctio.

Sentia iniusta per accidens.

Sentia iniusta per se.

Ratio.

Ratio. 2.

potest ille condemnatus subterfugere, dummodo non inferat vim ministris iustitiæ, & non soluere id, ad quod cõdemnatus est: saltem si sine scandalo eximere se potest: ergo neque dum innocens excommunicatur, vlla est in rei veritate excommunicatio: ecclesia enim non accepit potestatem lædendi in spiritualibus innocentem, imò illam multò minus accepit, quã princeps secularis in temporalibus, eo quòd pretiosiora sunt spiritualia temporalibus. Quare non accepit potestatem excommunicandi, nisi pro peccato, vt diximus, sed innocens nullum habet peccatũ, licet præsumatur. ¶ Accedit textus Augustini. 11. q. 3. can. Illud planè, vbi ait, Illud planè non temerè dixerim, quòd si fuerit aliquis fidelium anathematizatus iniuste, potius ei oberit qui facit, quã qui patitur iniuriã. Fateor equidem Augustinum loqui in casu, quo iudex iniustus est: nam dicit, quòd ei oberit. Attamen est bonum argumentũ, q̃ si iniustitia iudicis nihil oberit excoicato, neq; iniustitia testium falsa testimonia dicentium ei oberit, licet iudex legitime sententiam pferat. Et cõfirmatur p sententiã Hiero. can. Si quis. 24. quæst. 3. dicentis, Si quis non recto iudicio ab ecclesia repellatur, si nõ ita exit, vt mereretur exire, nihil læditur in eo, quod nõ recto iudicio expulsus est: innocens autẽ nõ meruit excoicari. ¶ Adde & sententiã Gelasij can. Cui est illata. 11. q. 3. vbi ait, q̃ si sententia iusta non est, tantò curare eam non debet cui illata est, quanto apud Deum, & eius ecclesiam neminem potest grauari iniqua sententia. Ait glossator illic loqui Gelasium particulariter de sententia illata à Dioscuro, & ideo, quia erat hæretic⁹ sententiam esse nullam. Sed tamen hæc glossa nulla est, quia Pontifex generaliter loquitur de sententia iniusta, & tamen illa, quæ fertur in innocentem, licet ex parte iudicis non sit iniusta, est tamen natura sua vana, quantum ad excommunicatum attinet. Hinc fit, quòd taliter excommunicatus, si est sacerdos, & celebrat, nullam irregularitatem, nec poenam iuris incurrit in conscientia: est que adeò illicitum, vbiunque citra scandalum id facere valuerit, sacris se perinde ingerere, ac si non esset excommunicatus.

¶ Arguet tamen quis forsan in contrarium. Primum, quòd tunc verbum Gregorij non habet locum: scilicet, quòd sententia iniusta sit timenda, tum etiam, quòd distinctio illa cessat lebris

Ratio. 3.

Ratio. 4.

Ratio. 5.

Glossa.

Argum. bini membro.

lebris inter sententiam nullam, & iniustam explodatur. Respondetur autem, q̄ iam verbum Gregorij expositum est, illo casu intelligi quando sententia non habet intolerabile errorem, sed aliqual est dubium, & ambiguitas an sit iusta. Quare q̄ cert⁹ est se esse innocētē, non habet causam eandem timendi sententiam. Ad secundum respondetur, q̄ hæc assertio non aduersatur distinctioni de iniusta, & nulla sententia: nam distinctio non intelligitur quantum ad rei veritatem in conscientia. Et ideo restrictē locuti sumus, q̄ sententia in innocentem lata ex natura sua non est timenda: quia quia nulla, sed nihilominus ratione scandali est ei obtemperandū in foro exteriori. Nec verò solum ratione scandali, sed ratione etiam obedientie, quæ debetur prælato in foro exteriori. Nam tūc potest iudex eū reijcere ab ecclesia, cui si resistat, peccaret mortaliter. Si tamen peregrē proficisceretur ubi non posset venire in notitiā iudicis, neq; eorum, qui audierunt sententiam, potest se tutò tanquam non excommunicatum gerere. Idem ferè est de sententia iniusta, quæ scilicet non continet intolerabilem errorem. Si enim re vera non habuit causam iustam, nulla est in rei veritate, nec ligat in conscientia, sed tamen quia priuato homini non incumbit iudicare sit iusta nec ne, parendum est ei donec procuretur remediū iuris. Et ideo non dicitur nulla, sed reuocanda. Et fortasse Gratianus ubi supra citatus est, nihil aliud vult, q̄ q̄ sit ei in foro exteriori parendum. Et hoc forsitan duntaxat est, quod dicit S. Thom. sed quia illud grauiamē exterius est aliquod damnum, ait, illud per meritum obedientie recompensari. Et per hoc patet solutio argumētī in capite quæstionis propositi. Si enim sententia solum est nulla ex defectu ordinis iuris, qui non est de essentia, dummodo causam habeat iustam, argumentum non concludit nō habere effectum. Si verò sit iniusta ex parte causæ, vt expositum est, concludit carere effectū in rei veritate, sed nihilominus est timenda, & obseruanda, & ad euitandum scandalum propter obedientiam, quæ in foro exteriori præfectis debetur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum liceat cum excommunicato in externis, corporalibusque actionibus communicare.



Via dictum est, excommunicatos excludi à fidelium cœtu, que ritur, vtrum liceat cum illis in exterioribus, & corporalibus comunicare. Et arguitur à parte affirmatiua. Potestas clauium, per quā excommunicatio fit, est spiritualis: ergo nō extenditur ad arcendum hominem à contubernio, & commercio humano exteriori, quod iure nature, & gentium commune est omnibus hominibus, sed duntaxat ad priuandum bonis spiritualibus, quæ sunt Christianis particularia. Secundo. Quod pro charitate institutum est, vt in lib. de præcepto autor est Bernardus, cōtra charitatē militare nō debet: sunt autē multæ necessitudines inter homines, quas etiā erga inimicos vinculo charitatis exercere debemus, vt visitare infirmos, cōsolari tristes, docere indoctos &c. que sine cōuersatione exerceri nō possunt: ergo si excōicati nostra opera indigeant, possumus cum illis cōuersari. In contrariū autem est, quod Ioan. in. 2. cano. præcipit, q̄ deuiantibus à doctrina Christiana, nec Aue dicamus, & Paul. 1. Corint. 5. quod cum illis, qui corruptis sunt moribus, nec cibum sumamus.

In ista quæstione multæ sunt extricandæ particule. Quas quinque conclusionibus cōprehendemus. Et prima, quæ omnium sit fundamentum, est constitutio concilij Constant. Nullos tenemur euitare excommunicatos, nisi sint altero duorum modorum excommunicati: scilicet, vel nominatim, vel quia percussores sunt clericorum adeo notorij, vt factum non possit aliqua tergiversatione celari. Id enim fuit salubriter in dicta synodo ad sedandas timoratas conscientias, & ad adimēdos scrupulos salubriter constitutū. Nam cum aliter excommunicati non sint manifesti, multi inferperēt scrupuli inter homines, vtrum illi, cum quibus conuersantur, sint excommunicati. Tenor autē decreti, quod D. Antoninus. 3. part. titu. 25. c. 2. refert, est huiusmodi. Insuper ad euitandū scandala & multa pericula, quæ cōscientijs timoratis contingere possunt, Christi fidelibus, tenore præsentium misericorditer indulgemus, q̄ nemo deinceps à communionē alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscūq; diuinis vel extra prætextu cuiuscūq; sententiæ, aut censure ecclesiasticæ à iure, vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare: aut interdicitum

Pars affirmatiua.

Arg. primū

Secundū argumentum.

Pars negatiua.

Decisio articuli.

Prima cōcl. Cōcl. Constā.

Tenor decreti concilij Constantiensis.

dictum ecclesiasticū obseruare, nisi sententia, aut censure huiusmodi fuerit in vel cōtra personam (intellige nominatā) vel contra collegium, vel vniuersitatē, ecclesiam vel locū certum, vel certā terram (intellige quantum ad interdicitū, nā vniuersitas, vt statim dicemus, non potest excōicari) à iudice publicata, & denunciata specialiter, & expresse (Loquitur de interdicitō: excōicatio. n. potest ferri à iure sed interdicitū noīato loco aut psona nō nisi p sententiā iudicis.) Cōstitutiōib⁹ apostolicis, & alijs in contrariū facientibus non obstantibus quibuscūq;. Et sequitur exceptio. Saluo si quē pro sacrilega manuū iniectiōe in clericū sententiam latam à canone adeo notoriē confiteri incurrisse, q̄ factū nō possit aliqua tergiversatiōe celari, nec aliquo suffragio excusari: nā à cōione illius, licet denunciatus non fuerit, volum⁹ abstinere iuxta canonicas sanctiones. Requiritur ergo ad euitandum excōicatum, q̄ sit ipsa persona, quæ excōicatur, nominata, vel manifestus percussor clericus. Hæc constitutiōne iam supra dist. 1. q. 5. art. 6. explicauimus. Refert enim Adrianus quæst. 3. de clauibus. & Syl. verb. Excom. 5. §. 9. post modū concilij Basiliē. ampliozem fecisse exceptionem: nempe, vt teneremur vitare omnes notoriē excōicatos quacūq; de causa essent excommunicati. Et illi literæ Basiliensis ait Syl. ita dum esse. In quam sententiā citat Panor. in clem. 2. de sen. excom. & Feli. in. c. Rodolph⁹. de rescript. Illam autem exceptionē sunt qui repellere velint, eo q̄ Basiliensē conciliū fuit schismaticū, & Itali illud nō susceperūt, licet Germani, & Galli illud susceperint. Quocirca, vt ibidē ait Adria. quia de illius autoritate plures dubitāt, & communiter ei pondus autoritatis non defertur, possumus stare concilio Constant. Imò licet illa constitutiō facta fuisset ante schisma. postea tamen in concilio Florenti. sub Martino. 5. omnia fuerunt decreta secundum tenorē concilij Constant. Et ideo iam more, & vsu ecclesiæ receptissimum est, vt non euitemus, nisi duas illas excommunicatorū species, quas prædictū concilium iussit, Et idem tenet Caiet. in summa, verb. Excommunicatio. c. De excommunicatione minori. & ita absq; vilo metu tenendum est. Quocirca, & si scierim aliquē esse occultum excōicatum non noīatum non teneor illū euitare. Neq; si scierim esse hæreticū, donec sit condēnatus de hæresi: eo enim quod quis de hæresi condemnatur, censetur

Exceptio.

Adrian. & Syluest.

Cōcl. Basil.

Cōcl. Constā.

Conci. Flor.

Caieta.

nominatim excommunicatus. Item non est necessarium, vt sub nomine proprio excōicetur, satis enim est, q̄ excōmunicetur sub nomine officij, Dum enim prætor Salmantinus excommunicatur, teneor illum euitare. Nec solum cum alijs excōicatis comunicare licet extra sacra, verū etiam in sacris, & sacramēta ab illis suscipere. Cui verò illic Syl. q̄ hoc intelligitur, quando ipsi sunt parati conferre, alioqui non licet nobis illos ad id inuitare: quia esset eos inuitate ad peccatum. Nihilominus, vt loco citato mōstrauimus, licet eos inuitare, imò casu, quo aliās tenētur, licet eos compellere: parochianus enim potest suum plebanum excōicatum cogere, vt suam confessionē audiat, & eucharistiam administret, & pariter qui est in articulo mortis. Vnde illic intulimus sacerdotes ipsos generaliter excōicatos dum inuitantur non peccare sacramenta administrando: alioqui non satis consultum fuisset conscientijs populū: nā si sacerdos peccaret, teneretur se subtrahere aliorū cōmunioni, atq; adeo neq; subditi possent illos compellere, neq; alij tutò illos inuitare. Quare q̄ non peccent, non est illis indultum in fauorē ipsorum: quia cōcilium dicit nolle excōicatis in aliquo suffragari, sed in fauorē populū. Atq; inde subsequitur, q̄ nemini excōicatorum, quomodocūq; sit excōicatus quauis generaliter, & occultus concessa est per eandē constitutionem licentia comunicandi cum alijs in sacris. Quare non possunt interesse missarum sacrificijs, aut reliquis diuinis officijs: quia in hoc alij non excommunicati nō indigent suis officijs, & obsequijs. Possunt autem non excommunicati etiam in diuinis comunicare cum illis interessendo sacris, imò sacerdos celebrare coram illis, & extra sacra in alijs externis actibus: quia hæc non in fauorē excōicatorū synodus illis concessit. Itaq; dum fulminata est sententia excōicationis in eum, quicūq; fuerit, qui furtum fecit, aut incendium, si non restituerit, & ego certo scio Petrum esse illum, nō teneor illum euitare neq; in sacramentis, neq; in sacrificijs, imò possum coram illo celebrare. Quin verò si lata fuerit censura in incēdarios, vel concubenarios generaliter nō nominatis personis, licet aliqui sint publici incendiarij, vel concubinarij, tū nemo tenetur illos vitare. Atq; hoc est tanq̄ tutū fundamentū hic subijciendum ad diluēdā nubium densitatem quā Summistæ, & illi, quos citat auctores

Sub nomine proprio.

Syluest.

Nota illatio nem.

Fundamētū.

tores de isto participio cū excōicatis, vt est videre apud Syl. verb. Excōmunicatio. 5. per totū distinguunt enim de illis, qui sunt occulte, vel publicē excōicati: nempe, q̄ non tenemur euitare occultos, sed publicos, cū tamē omnia illa solū habuerint verū ante conciliū

Argument.

Quod si arguas. Si illi extra sacramenta nō possunt cōicare nobiscum in diuinis officijs, fit, vt nec nos cū illis, aliās cooperamur illorum crimini. Negatur consequentia: quia cū nos vtamur iure nostro, nullatenus eorū delicti causa sumus. Vnum autem argu. posset incantū decipere: cū enim conciliū concedat, vt possimus cū excōicatis cōicare tam in admīstratione, q̄ in receptione sacramentorū, apparet inde cōsequi, q̄ non solū possimus ab excōmunicatis recipere sacramētū, verūm etiam illis administrare: consequens tamen est falsum, quia illa concessio non est facta in eorū fauorē, & ideo illi peccant recipiendo, imō non vere à peccatis absoluerentur, atq; adeo qui sciret aliquē esse excōicatū peccaret illi dando. Negatur ergo consequentia. Haud. n. licet vt excōmunicato sacramētū prebeam⁹, non ex eo, q̄ non liceat cū illo cōmunicare, sed quia tenemur iure diuino vitare peccatum proximi quātū possumus: & ille excōmunicatus est à participatiōe sacramentorum exclusus, & conciliū nō concessit, nisi quātū potuit. Vnde cū non liberauerit eos qui generaliter sunt, & occulti excōicati ab excōmunicatiōe, subsequenter, nec potuit facere, q̄ non esset eis peccatum recipere sacramentum. Ex quo sequitur, q̄ si excōmunicatus habet aliās ius compellendi sacerdotē: nempe, quia est parochianus eius, & occulte excommunicatus, petit autē eucharistiam in publico, tenetur illi ministrare, sicuti & occulto peccatori. vt dist. 12. q. 1. artic. 6. monstrauimus. Secus si occulte petat. At tamen sacramētū penitentiæ quomodocūq; fit excōmunicatus, & quomodocūq; petat, non potest ei exhiberi, quia absolutio nulla esset. Postremum autem argumentum cōtra eandem constitutionem existit, q̄ conciliū id concedere nequiebat: nam videtur iure diuino excōmunicatis prohibitum cum alijs communicare, saltem hæreticis, qui iure diuino videntur esse excommunicati, vt ait

Dilutio.

Almain dist. 18. q. 1. Ad hoc aut iam art. 1. respōsum est, nullū peccatū iure diuino esse ex

Vltimū arg.

Almain dist. 18. q. 1. Ad hoc aut iam art. 1. respōsum est, nullū peccatū iure diuino esse ex

Solutio arg.

Almain dist. 18. q. 1. Ad hoc aut iam art. 1. respōsum est, nullū peccatū iure diuino esse ex

cōmunicatiōi subiectū sub illa forma, qua vtitur ecclesia. Iussit enim Paulus hæreticū hominē euitare, sed tamē, q̄ hoc vel illo modo sit euitandus, non est lex, nisi ecclesiastica, quā ideo ecclesia potest recto iudicio variare.

Secunda cōclusio. Cum prædictis duobus excōicatorū generibus in concilio expressis peccatū est, nisi in casibus iure cōcessis, cōicare, & illi quoq; peccat, imō magis, cū alijs in actibus prohibitis cōicando. Cōclusio est clara: nā excōicatū priuare à cōione, est ei præcipere ne cū alijs communicet, ac subinde alijs ne cū illo participant: quare tā ipse, q̄ alijs in obediētes sunt inuicē cōuersando. Quāuis cæteris paribus grauius peccet excōicatus, qui causam dedit excōicatiōi, & à cōmuniōe exclusus est, q̄ alijs, qui solū in odium excōmunicati excluduntur ab eius consortio. Et sunt decreta Fabiani can. Sicut, & Callisti, & Isidori in duobus subsequētibus. 11. q. 3. Imō additur inibi statutū esse apostolorū, vt cum excōicatis non sit cōicandū. Quod fortē dixerūt propter verbū Apostoli. Hæreticū hominē post vniā & secundā correptionē deuita. Vtrū verò hoc peccatū semper sit mortale, est dubiū: nā quidā, vt ait S. Tho. d. 18. q. 2. art. 4. dixerūt in vniuersum semp esse mortale: quia est contra præceptū ecclesiæ. At vero cū neq; cōtra præcepta diuina semper cōmittatur peccatū mortale, vt patet in mēdacio iocoso. quod non propriè dicitur contra, sed præter, fit vt neq; semper violator præcepti ecclesiæ mortaliter delinquat. Vnde S. Tho. cui oēs theologi consentiunt, & sapientiores iurisperiti, tenet q̄ cōicare cum excōicatis non semper est mortale. Hoc ergo æstimari debet ex quantitate materiæ, sit ne grauis an leuis. Primum. n. nulla est prohibitio cōmunicandi cū excōicato excōmunicatiōe minori. Obidq; fertur, q̄ excōmunicatiō non trāsīt in tertiam personam. Quod est dicere, si ego, quia cōmunicauī cum excōmunicato, peccauī, & sum excommunicatus excommunicatiōe minori, non ideo qui mecum communicant, vel peccant, vel excommunicati sunt. Ad intellectum autem participatiōis excommunicati excommunicatiōe maiore præsupponēdi pri⁹ sunt eiusdem excommunicatiōis maioris effectus. Excommunicatus enim, tam excommunicatiōe minori quā maiori, quāuis sit occulte, & generaliter excōicat⁹, priuatur susceptiōe sacramentorū, atq; adeo cuncti pecca-

Secunda conclusio.

Declaratur conclusio.

Statutū apostolorum.

Dubiū optimum.

Cōicare cum excōicatis nō semp est mortale.

Effectus excommunicatiōis maioris.

Not. 4.

peccatum mortale committunt suscipiendo sacramenta: quia susceptio sacramentorum est res grauis, & phibita, tametsi grauius peccet excōmunicatus excōicatiōe maiori. Erat autē olim omnis sic excōicatus maiori excōmunicatiōe priuatus etiā administratiōe sacramentorū, nunc autem non nisi nominatiū excōicatus, & manifestus percussor clericorū, qui ideo si sacramēta ministrēt, mortaliter delinquit, & si sunt sacerdotes, & celebrant sunt irregulares. Imō eandem incurruntpœnam oēs cuiusq; generis excōmunicati celebrantes, aut sacros ordines suscipientes. Itē excōmunicatus, excommunicatiōe maiori eligendi munere priuatus est, tā actiue q̄ passiuē: quare si eligat, vel electus sit, electio est nulla, vt habetur de consuetudine cap. Cum dilect⁹. Quocirca in vtroq; peccat mortaliter. Nec potest beneficium recipere, nec cōferre, nec actum iuridicū exercere siue secularis fuerit iudex, siue ecclesiasticus: quare si illa tanq̄ iudex exercent, peccat mortaliter: quia graue officium vsurpat, & damnū dat litigantibus, eisq; iniuriā infert. Et fortē de expensis, quas sua causa litigator in casum dispendit, tenetur ei. Hæc præben. c. 24. can. Audiuimus, & de concess. præben. c. Tanta. Nec potest accusare, aut testis esse in iudicio. Hoc tamen non esset peccatū mortale, si verum perhiberet testimonium: quia nemini videtur iniuriam irrogare, sed solū esset inobediētia venialis: sicut nec est peccatū petere, aut reddere coniugale debitum, vt bene ait Caie. verb. Excōicatio. circa finē, magis q̄ petere pecuniā à debitore, aut creditori soluere: quāuis debitor excipere possit cōtra creditorē allegando excōicatiōe: quia excōicatus non potest stare in iudicio tanq̄ actor, sed cōueniri tanq̄ reus, vt. c. Intelleximus, de iudicijs, canetur. Præterea priuatur excōicati excōicatiōe maiori cōmercio fidelium exteriori, quod illo versiculo citato cōtinetur, Os, orare, vale, cōio, mensa negatur. Quod si arguas ciuile hanc cōicatiōe, & conuictū esse de iure naturæ oibus gentibus cōmunē, ac proinde nō posse ecclesiā hoies huiusmodi vrbānitate priuare. Negatur consequentia: quia etiā in illis potest suos subditos punire, sicut in bonis fortunæ.

Excōicatus o-lim quo priuabatur

Excōicatus celebrans, fit irregularis.

Quibus priuatur excōicatus.

Caie. a.

Versiculus.

Argument.

Solutio.

Argu. aliud

Sed iterū arguitur. Magis sunt à nobis elongati ethnici q̄ excōicati: sed cū gentilibus licet cōicare: ergo & cū excōicatis. Præsertim, q̄ Christus non amplius de excōicatis dixit,

q̄ q̄ essent nobis sicut ethnici. Respondetur autē, q̄ forsan alludit Christus ad ethnicos respectu Iudæorum, qui prohibiti erant cū eis cōicare. Secundò respondet. S. Tho. q̄ de ijs, qui foris sunt, ecclesia nō curat: quia non propriè dicuntur rebelles ecclesiæ. Suos autē subditos contumaces punit, vt in eorū odiū alij non cōicent cum illis. In hoc ergo participio cū excōmunicatis, vt exculentur tam multæ distinctiōes occultorum, & publicorum, solus referendus est oculus ad fundamentū præiacctum ex concilio Constant. Vnde eliciatur bimembris regula, q̄ excōmunicati excōicatiōe maiori in vniuersum cuiuscūq; generis tenentur se subtrahere à cōmuniōe aliorum in rebus diuinis, præterq̄ in collatiōe sacramentorum, in quibus alij opus habēt eorū officio. Alij verò in nullo tenentur se subtrahere ab eorum cōmuniōe. s. neq; in sacramentis, neq; in officijs diuinis, neq; in rebus exterioribus: quia conciliū nihil eis in eorum fauorem concessit, sed in fauorem nō excōicatorū. Hoc supposito, vt ab oratione incipiamus. Primum, vt supra diximus, nullus ministrorum ecclesiæ in orationibus cōmunibus potest orare, p̄ excōicatis maioris excōicatiōe cuiuscūq; generis sint, atq; id facere esset peccatū mortale: quia est res grauis, & conciliū Constantiense in hac parte nihil eis cōcessit. Sed q̄tū ad conuersationē cū illis in sacris distinguendū est, vt diximus. Si enim non sint ex illis duabus speciebus in concilio Constantiensi nominatis generaliter possumus cum illis communicare siue in sacris, siue extra, nec opus est alia distinctiōne. Si verò sint ex illis, habēt locū ista quinque in quibus nō possumus cū illis cōmunicare. Quare non possumus coram ipsis missas, aut diuina officia celebrare, neq; eorū audire sacra, neq; alternatim cum illis recitare soluendo horas ecclesiæ. Et quodcumq; istorum esset peccatū mortale, vt patet. c. Nuper, de sentē. excō. & cap. Sacris, de his quæ vi met. v. cau. fiūt. Sed vtrū possumus simul interesse officijs diuinis, vt si nō excōicatus audiat sacra, & videat intrare excōicatum ex illis duabus speciebus, teneatur exire. Ad hoc Durāndus dist. 18. q. 5. ait, q̄ licet non consuleret, vt quis cū excōicato simul audiret sacra, nihilominus nō videtur ei hoc esse prohibitū: quia cōicare in diuinis non est, nisi, vel missam dicere, vel audire ab illo, vel simul Psalmm canere cū illo: tamē q̄ vni intersit missæ nō

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Regula bimembris.

Circa orationem.

Prima pars.

Circa conuersationem in sacris.

Secunda pars.

Tertia pars.

Durand.

est secum cōmunicare, sed cum sacerdote.
 ¶ Nihilominus indubiè omnes fatentur hanc esse cōmunionem prohibitam, vt Palu. q. 6. & Syluest. verb. Excōicatio. 5. & Caieta. eod. verb. circa fi. Tria ergo prohibētur. scilicet ab illis audire, illisq; dicere sacra: & cū illis interesse sacris. At verò, vt ait Innoc. super. c. Nuper. de sent. excom. & vbi supra Caieta. q. excōmunicatus, & nō excōmunicatus sint in vna ecclesia, nō sufficit, vt dicantur communicare. Si enim dum ego audio missam excōicatus est in ecclesia nō gratia audiendi sacrum sed suam exercendo artem, vel in angulo sedens, imò licet ego in vna capella missam audiam, & excōmunicatus in alia, nō cōmunicō cū illo. Quin verò si ambo priuatim, & qñ officia non celebrantur, seorsum oramus, non communicamus: nam ingressus ecclesie ad orandum non est excōmunicatis prohibitus, licet aliqui Summistæ gratis contrariū dicant. Neque si clericus excōicatus extra officiorum tempus in ecclesia solus suas horas canonicas psolueret, causam video cur peccaret. ¶ Hic autem interroget quis fortè, quid si dū sacerdos celebrat huiusmodi excōmunicatus ingrederetur ecclesiam faciendum esset: responderetur cessandum esse quousque exeat, quod si exire noluerit, expellatur sine scandalo tamē, & percussione. Si autem id fieri non potuerit, & canon non fuerit inceptus, cessandum omnino. Imò forsan, vt Innoc. insinuat super cap. Nuper, nisi consecratio incepta fuerit, cessandum est, quia illic incipit sacrificium. Facta autem consecratione necesse est vsq; ad sumptionem procedere: quia strictius præceptū est integritatis sacramenti, q̄ excōmunicatos excludere.
 ¶ Prædicatio autē, vt habetur can. Episcop. de consecr. dist. 1. & lectio quantuncq; sit theologie, fieri potest corā excōicato. Quare & doctor respondere potest discipulo excōicato interroganti circa lectionē. Ipsi autē excōicati eosdē actus solenniter exercere non valēt in publico, saltem si sint ex illis duabus excōicatorū speciebus expressis in concilio Constan. Nā si sint occulti & generaliter excōicati, nullū est peccatū eorū interesse concionibus & lectionibus. Neq; ipsi peccarent mortaliter saltem dum ex officio eis eiusmodi munera incūbūt. ¶ Interdicitur deinde os: id est, ne oris munere cū illis duabus excōicatorū speciebus, præterq̄ in casibus à iure concessis, de quibus statim videbimus, cōicemus:

Imo. et Cai.

Dubium

Innocent.

Excōicatus potest audire cōicatem.

Excōicatus non potest cōicari.

Cōicatio in mutuo colloquio.

nempe, ne osculum pacis eis porrigam⁹, aut eos amplexemur, aut alia pacis indicia eis ostendamus, nec colloquium aliquod cum illis ineamus, siue per verba in præsentia, siue per literas, aut per nuntium in absentia.
 ¶ Interdicitur & Aue videlicet, quia nec eos salutare licet, nec si nos salutent, resalutare. Addunt aliqui, nec caput eis detegere, nec asurgere, quia omnia illa sunt salutationis indicia. Tamen cū pœnæ non sint ampliandæ, sed restringendæ, & nomine salutationis solum verbum, vel literæ in rigore intelligantur, fortasse alia vrbānitatis indicia non prohibentur, quanuis scrupulo non careat. Possimus tamen eis dicere. Dominus te illuminet, aut te conuertat. ¶ Inhibetur præterea & cōmunicatio, primū in sacramētis, deinde in alijs commercijs, & cōtractibus. ¶ Postremò deniq; & mensa cōmunis negatur. Haud enim cum eis licet in eadem mensa edere, aut bibere. Si autem in eadem camera nō excōmunicatus in vna mensa comedat, & excōmunicatus in alia, non est cum illo communicare. Hæc igitur omnia cum illis tantum duabus speciebus intelliguntur expressis in concilio Constantiensis.
 ¶ Veruntamen eiusmodi communicationes in actibus externis non sunt peccata mortalia, sed venialia: quia non fiunt in re graui, & ideo non censetur ecclesia illas cum tanto rigore inhibere, vt loco citato, autor est sanctus Thom. & cum ipso omnes. ¶ Quo ergo colligamus quando participium cum excōmunicatis sit veniale peccatum, & quando mortale, subiungitur tertia conclusio. In quatuor casibus communicare cum excōmunicatis peccatum est mortale, præter quos in nullo alio est nisi veniale. ¶ Primus est cum participatur cum excōmunicato in crimine criminoso: nempe, in eo crimine, pro quo lata est excōmunicatio, vt patet. c. Nuper, de sent. excō. Et hoc intelligitur non solum de illis duabus speciebus expressis in concilio Constant. sed de quocunq; crimine quomodolibet excōmunicati subiecto. Videlicet si quis excōicatus est ppter adulteriū, quia detinebat adulterā, quousq; illam abijciat, quicunq; fauore, aut auxilio, aut consilio eum iuuerit, ne eam expellat, in eodē crimine peccat, licet autem in alio crimine participet cū illo, non peccat cōtra excōmunicationem. Adultera verò, vt habetur cap. Si concubina. de sentent. excommunic. pariter peccat contra

salutatio, aut resalutatio, prohibetur.

Nota.

Cōicatio in sacramentis

Tertia conclusio.

Primus casus

Casus. 2.

Casus. 3.

Durand.

Casus. 4.

Excōicatio participatē ferri debet expressis excōicatoribus.

Canonica monitio debet precedere.

Quarta conclusio.

contra excōmunicationē, nisi persuaserit ei, ne se relinquat. ¶ Secundò, si participet in diuinis, vt supra expositum est, & auctoritate capituli, Nuper confirmatum. Quod intelligitur cum illis duabus speciebus concilij Constant. ¶ Tertius casus est secundū S. Tho. loco citato & c. Si celebret, de cle. exc. qñ cōicatio illa sit in contemptū ecclesie. Atqui Durand. loco citato ait contemptum subesse, quādo quis ita crebrò cū excōmunicato communicat, ac si nō esset excōmunicatus. Huius tamen rationem non video, postq̄ cōmunicatio nō est prohibita, nisi sub ratione veniali. Nunq̄ ergo in hac re est contemptus, nisi quando quis pro nihilo profusus excōicacionem duceret, & ecclesie auctoritatem in hac parte. ¶ Alios casus multiplicat Summistæ, vt Sylu. verb. Excommun. 5. sed certè sine solido fundamento. Quare nō sunt, nisi isti tres, & præterea quartus, quando est lata sententia excōmunicatiōis maioris in participantibus: tūc. n. est peccatum mortale. Quoniam vt supra dictum est, quodcunq; præceptum sub comminatione excōmunicatiōis maioris ponitur insinuat obligationē sub reatu mortali. Sed est tamen adnotandum, q̄ eiusmodi excōmunicatio in participantes ferri non potest, nisi explicentur illi excōmunicati sub certis nominibus, cum quibus participium prohibetur. Si enim iudex sic diceret, Præcipimus, sub censura excōmunicatiōis maioris, vt nemo communicet cū excōmunicatis huius ciuitatis, sententia esset nulla, quanuis exprimeret, cum illis, qui sunt nominatim excōmunicati, vel manifesti percussores clericorum, quos aliās tenemur vitare. Esset enim hoc cōfusionem parere, & laqueos timoratis conscientijs obtendere. Sed debet esse forma censuræ, vt nemo participet cū Petro, aut Paulo excōmunicato, vel saltem nominare eos de officio; aut alia qualitate manifesta. scilicet vt nemo participet cum prætorē: sed si diceret, cum omnibus ministris iustitiæ; adhuc sententia esset illicita, quia vix ministri iustitiæ noti esse possunt. Secus si diceret eum senatoribus, aut scribis, casu quocorū numerus certus est, idemq; notissimus. Et præterea, vt talis sententia sit legitima, debet præcedere canonica admonitio, aliter nulla est, vt in cap. supra citato. Statuim⁹, de sentent. excom. in. 6. sancitur.
 ¶ Quarta conclusio. Ex participatione cum excōmunicatis contrahitur quandoq; ex-

cōicatio maior, qñq; minor. Maior quidem in tribus casibus. scilicet quando quis cōmunicat cū excōmunicato in crimine criminoso: nēpe, in illo, pro quo lata est excōicatio, vt patet in citato. c. Nuper. de sent. excom. Secundò, si quis communicet cū excōicato nominatim à summo Pontifice in officijs ecclesie: vt patet. c. Significauit. eod. tit. Nā planè intelligit illic Papa contrahi excōicacionē maiore, sanè cum dicat pro beneficio absolutio nis ad apostolicam sedem esse recurrendū. Idē colligitur ex. c. Sacris. d. his q̄ vi met. cau. Tertiò postq̄ pronūciata est sententia excōicatiōis in oēs participantes. Ex nulla verò alia participatione prohibita cum excōicatis contrahitur, nisi excōmunicatio minor: quia talis participatio non est, nisi veniale peccatum. Vnde quod in can. Excommunicatos, & in proximo Cū excōicato, dicitur: videlicet, participantem cū excōmunicatis simili excōmunicatiōi subiaccere, intelligendum est primū, si cōmunicauerit cum illis duabus speciebus concilij Constant. Deinde simili, non æquali, sed q̄ subiacebit etiam excōmunicatiōi: putā, minori.
 ¶ Quinta conclusio. Quinque sunt casus, in quibus licet sine peccato cum excōmunicatis communicare, qui his versibus continentur. Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. Hæc, anathema, faciunt, ne possit obesse. Vtile: hoc est, propter propriā vtilitatē: quæ licet vniciq; qd sibi debetur, ab excōicato petere & exigere, & eū in iudicio conuenire, vt in. c. Intelleximus, de iudicijs, citatū est. Itē propter vtilitatē ipsius excōicati: licet enim ei cōsulere, & persuadere, vt se à censura explicet, vt can. Cū excōicato. in. q. 3. Et quanq̄ aliqua verba intermiscantur vrbāna ad captandā eius benevolentia, nullū est periculum.
 ¶ Secūda causa est lex matrimonij, quia quis alter cōiugū sit excōicatus, licet alteri cōicare, & debita petere, & reddere, nisi forsan excōicatio lata esset in causa matrimonij: quæ licet esset, an sit legitime cōtractū. Tertiò humile; scilicet, ppter subiectionē. Quare filij, serui, & familiares pnt cū parēte, & herō excōicato, & cū herō cōicare, vt can. Quoniam multos. in. q. 3. à Grego. puidēter decretū est, & rustici etiam seruientes. Et eadē rōne pater pōt cōicare cū filijs excōicatis, quos habet dominā si emācipati sunt, nō licet cū eis participare, vt ait S. Tho. dist. 18. q. 2. art. 4. & cum excōicatis seruus, in ijs saltem officijs, quæ sibi debentur.
 Sff 4 Et idem

Quinta conclusio.

Perfili.

Casus. 4.

Et idem censetur de subditis in religionibus respectu praelatorum: tamen hoc Ricardus & Paludanus gratis negent,

Casus. 4.

¶ Quarto: & ignorantia excusat, ut si quis ignorat alium esse excommunicatum, ut eod. can.

Casus. 5.

Quoniam multos, habetur. ¶ Et similiter necessitas, quæ legē non habet. Quare eod. can. puidetur, ut peregrinus, qui nō potest aliunde, possit ab excommunicatis necessaria emere. Et hoc verū est siue necessitas sit ex parte excōicati, siue ex pte alteri: quia debemus in necessitate excommunicati ei succurrere, & in nostra possumus ad eum, recurrere. Vnde cap. voluntate. de senten. excom. conceditur prädicatoribus, ut valeant ab excommunicatis eleemosynas postulare. Papa verò, quia communicare cū excōmunicatis solum est iure positivo vetitū, in quo ideo ipse dispensare potest, eo ipso quod loquatur, vel communicet cum excommunicato censetur dispensare in lege: & ideo nunq̄ in huiusmodi conuersatione peccat. Secus de alijs inferioribus praelatis, quia nemo eorū dispensare potest, ut cum excōmunicato communicare liceat, quare ipsi peccāt cum illis communicando.

Dubium de metu mortis.

¶ Dubium tandem hic præcipuum restat, vtrum metus mortis hominē excuset, ut citra peccatum liceat cum quocunq; excommunicato communicare. Et causa dubitandi est, quod videtur Innocen. cap. Sacris, de ijs quæ vi met. v. cau. fiunt. partem negatiuam definire: videlicet, quod pro nullo metu debet quis cū excōmunicatis communicare, quia pro nullo metu debet quis peccatum mortale incurere. Sed ex altera parte facit, quod necessitas ut modò dicebamus, facit eiusmodi participationem cum excommunicato licitam: metus autem mortis est inter necessitates præcipua. Quæstio est, de qua plurimum inter doctores controuersatur. Adrianus enim in illa citata. q. 3. de clauibus contendit nullum metum mortis excusare, quod minus peccatum sit communicare cum excommunicatis, in quorum sententiam plures iuriscōsultorum refert, quia videtur esse apud eos opinio cōmunis. ¶ At verò, ut quæ ligda sunt prius statuamus, distinguendum est in primis de participatione cum excommunicatis. Nam de illa, quæ non est nisi peccatum veniale, Papa illic minimè loquitur, cum expressè dicat pro nullo metu incurrendū esse peccatum mortale. Quocirca S. Tho. in. 4. & Caiet. 1. 2. q. 96. art. 4. capitulum intelligit. de participatione

Adrianus.

Distinctio.

in sacris: nempe, de illo, qui celebrat corā excommunicato nominatim. Secundo est adnotandum, quod pro nullo prorsus metu quantuncūq; vehementissimæ mortis incurredū est vllū peccatū, nō solū mortale, verū neque minimū veniale. Quare Papa ex superabūdā ti ibidē dixit, mortale, quia licet dixisset generaliter nullū incurrendū peccatū, verū dixisset. Nec de hoc vlla prorsus esse pōt cōtrouersia: quia implicat cōtradictionē licere peccare. Licet enim & peccatū ē diametro pugnat: idē enim prorsus est id facere quā non licet, & peccare, atq; id facere, quod licet, & nō peccare. Tota autē lis est, & cōtentio, vtrum eo rigore ecclesia præcipiat nō cōicare excōicatis, ut obligare etiā velit nō obstante metu, & periculo mortis, an verò mitior sit eius obligatio, ut cū tanto periculo non intendat nos obligare. Rursus notandū quod quidā, quos illic refert, impugnatq; Caietanus, negare cōtendunt ecclesiā aliquid præcipere sub reatu mortali non obstante periculo & metu mortis. ¶ Ad quæstionē ergo duo respondentur. Primū, quod ecclesia pōt talē legē facere. Enim verò tanta est potestas in ecclesia ad suas ferendas leges, quanta in principe seculari ad ferendas suas: princeps autem ingruente legitima causa pōt talē legē conderē, ut prius de beat ciuis mortis succūbere. q̄ illā frāgere: atq; adeo illā metu mortis infringere esset peccatū mortale. Nā ciues nō solū quantū ad ea, quæ possident, verū & quantū ad se ipsos sunt partes reipublicæ: & ideo quando causa cōis id exigit, pōt eo princeps mortis periculo obijcere. Ut patet ī bello, vbi plurimū huiusmodi leges iusto iudicio ferūtur. ¶ Sed quæ de hoc primo mēbro non attinet ad propositū, adhibetur secundum. Ecclesia hactenus nullam talem legem edidit, nisi vbi de causa protectionis fidei, & virtutū ageretur. Vbi illius celebris distinctionis meminisse opus est, aliqua. f. esse prohibita: quia mala: videlicet, quia intrinsecam habent malitiam: alia verò mala, quia prohibita, quia non sunt intrinsecus mala. In illis ergo primi generis prius debet homo mortem oppetere, quā legem transgredi, etiam si non sit nisi peccatum veniale, Citius enim mors obeunda est, quā adulerandum, vel peierandum, vel mentiendum etiam si non sit nisi mendacium iocosum leuissimum. In alijs verò ad explorandam intentionē legislatoris, & legis speculada est rei quantitas quæ vel præcipitur, vel prohibetur.

Proba-

Nota.

Nota.

Respondetur dubio.

Responso. 1.

Secundū asertum.

Probatū ergo conclusio. Quauis lex obligans sub peccato mortali, imò obligans sub reatu veniali, genere suo adferat, ut etiam nō obstante metu mortis sit seruanda: quia pro nullo metu, ut dicebamus, peccandū est nec venialiter, tamen ex bonitate ipsius legis, & prudentia legislatoris, non semper cum tam ingenti periculo obligat. Sed hoc perpendē dum est ex rei ipsius natura, ut videlicet consideretur quanti obseruatio eius legis reipublicæ referatur. Exempli gratia. Lex Pontificia præcipit quadragesimale ieiunium & festorum obseruantiam, tamen profectò quando quis infirmatur, non tenetur ieiunare sed excusatur, quia non tanti refert ieiunare, quā tīsalus hominis. Igitur si alicui metus mortis incuteretur, ut ieiunium frangeret aut festū: distinguendum est, aut enim ille incutitur à tyranno in contemptum & odium fidei, & legis: scilicet, ad conuincendum fidem nostrā & legem falsam esse & nullius valoris. Tunc reuera potius debet homo. cervicem gladio subijcere, quā ieiunium frangere propter diuinum præceptum, quo tenemur confiteri fidem non obstante periculo mortis. Simili ergo ratione si quis tyrannus metum mortis, sacerdoti offerret, nisi coram excommunicatis celebraret, idq; in contemptum ecclesiasticarum legum, & odium ecclesiæ ad ostēdendum vanam esse eius potestatem patiens illi esset prius gladius & ignis, quā tale sacrilegium cōmittere: peccaret enim contra ius diuinum de confessione fidei. Si tamē ille metus nō esset oblatu, illa causa sed quia prætor, verbi gratia excommunicatus, vel princeps aliquis, non in odium legis, sed ad ostendendum se nō esse excommunicatum vel pro sua libidine talem metum inēteret profectò ecclesiæ non tanti refert arcere homines à communione excommunicatorum ut intendat in tali casu ad id obligare. Quare sacerdos excusaretur celebrans, neq; vllam committeret culpam. Et fortè non esset consilium illa de causa vitam exponere. Et confirmatur hoc. Quando necessitas famis offert periculum mortis, imò citra tantum periculum, possumus ab excommunicatis necessaria petere, imò, fortasse coram illis celebrare, ut nobis in extrema necessitate eleemosynam conferant: ergo idem licet vbi metus incutitur ab alio. Scio D. Antoninū, quē Adrianus citat, negare consequentiam: quia necessitas famis est ab intrinsecò, & necessi-

Metus mortis à tyranno incussus.

Exemplum.

Metus mortis à principe Christiano incussus.

tas gladij ab extrinsecò. Et Altifiodorē subdit exemplum de Iudæis, quibus propter extremam famem licebat suillis carnibus vesca, nō autem propter metum extrinsecus incussum, ut patet. 2. Machab. 7. vbi septem fratres ab Antiocho cruciati sunt, quia eiusmodi carnes comedere reuebant. Attamen distinctio illa profectò nulla est, sed ad hoc potius recurrendum an in odium legis metus mortis obijciatur. Illa enim de causa Antiochus premebat Iudæos. Illa verò causa cessante idem est, quod mortis periculum intrinsecus oriatur, vel extrinsecus offeratur.

¶ Quod si arguas. Lex prohibens matrimonium inter consanguineos est humana ecclesiastica, & tamen metu mortis nemini licet cum consanguinea intra quartum gradum sine dispensatione contrahere: ergo lex ecclesiastica obligat in periculo mortis. Respondetur, quod et si prohibitio matrimonij inter consanguineos sit de iure ecclesiastico, tamē illo supposito matrimonium nullum est, & qui cum consanguinea contraheret, fornicationem committeret, quæ iure diuino prohibita est, ac subinde in periculo mortis cauenda. Igitur neque S. Tho. loco citato in. 4. vbi cap. Sacris, citat, neq; vllus theologorum illā opinionem tenet, ut vsque ad metum mortis sit lex illa obseruanda, sed Adrianus insequutus decretorū glossas, quæ de iure diuino non ita ad amussim loquuntur. Vnde Caiet. licet loco citato exemplum posuerit in dicto cap. Sacris, de lege obligate in periculo mortis, subiunxit tamen id potius exempli gratia dixisse, quā ut ita sit. Quare D. Tho. ad idem cap. nihil aliud respondet, quā quod intelligat Pontifex potius esse moriendum quā legē frāgendā, vbi peccatum, vel mortale vel veniale incurritur: nempe, ut ait Syluester verb. excommunicatio. 5. §. 6. in fine, in ijs, quæ sunt per se peccata, ut communicare in crimine criminoso. Veruntamen mēs ut arbitror legitima Pontificis fuit, quando metus mortis incutitur in odiū fidei, & contemptum legis.

¶ Ad primum igitur arg. respondetur quod quia corporalia spiritualibus seruiunt, potestas clauium se extendit ad puniendum hominē etiam in temporalibus. ¶ Secundum autem supra solutum est, vbi diximus, quod quando lex charitatis necessitatem participandi cum excommunicatis inducit, licita est eiusmodi communicatio.

Argum.

Solutio arg.

Solutio. 2.

DISTINCTIONIS vigesimæ secundæ, Quæstio secunda de ijs, qui excõica re possunt, & absolue re, ac de ijs, qui sunt excõicandi.

ARTICVLVS. I.

Vtrum quilibet sacerdos possit excommunicare.



Ecunda quæstio est de illis, qui possunt excommunicare, & excommunicari. Cuius tres sunt articuli. Primus, vtrum quilibet sacerdos possit excõicare. Secundus de ijs qui pnt excõicare. Et tertius de absolutiõne ab excõicatione. Arguitur ergo à parte affirmatiua primi articuli. Potestas excõicandi est potestas clauium: sed omnis sacerdos habet potestatem clauium, potissimum si sit parochialis, q possit absolue re & ligare in sacramento quod plus est quã excõicare ergo ois potest excõicare. In cõtrarium est, q illa in quibus maius periculum imminet, maioribus sunt referenda: in excommunicatione autem ferenda maximum potest imminere periculum, atq; adeo plurimo indiget iudicio: ergo solis p̄latis merito referatur. De hac quæstione Scotus dist. 19. quæst. 1. art. 5. singularem habet opinionem: nempe, quod nemo p̄ter solum Papam potest propria autoritate sic subditum excommunicare, vt vbiq; in tota ecclesia euitetur. Et ratio eius est, quod quempiam. excommunicare est non solum ipsum cohibere ne cum alijs communicet, verum & omnes alios ne cum illo participant: episcopus autem Parisiensis autoritatem non habet in ciues Colonienfes ergo illos prohibere non potest ne cum suo Parisiensi excommunicato communicent, atq; adeo non potest episcopus Parisiensis suum subditum excommunicare nisi restitit, vt scilicet nemo Parisiensium cū illo cõmunicet. Item quia excommunicare est priuare suffragijs ecclesiæ, ita vt pro excommunicato nullibi sit orandum, non potest autẽ Archiepiscopus Toletanus priuare suum pa-

Partis negatiue argu. I.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

roecianum suffragijs ecclesiæ Hispalensis: solus ergo Papa potest proprie excommunicare, episcopus verò non nisi strictè, vt dictu est priuando subditu suffragijs suæ ecclesiæ. Quod si episcopi, inquit, generaliter excõicant priuando subditum suffragijs totius ecclesiæ hoc non faciunt nisi commissione Papæ. Et Almain dist. 18. quæst. 1. vbi Scotum interpretatur, ait hanc opinionem esse omnium mendicantiu, qui adulatur, & fauent summo Põtifici p̄pter sua priuilegia. Porro verò nemo est medicantiu, qui in hac opinione Scotum sequatur. Respondetur ergo ad quæstionem tribus conclusionibus. Prima. Oes episcopi & p̄lati ex proprio officio autoritatem habent excommunicandi suos subditos generaliter, vt in tota ecclesia sint excommunicati. Quod enim soli ipsi hoc possint probat loco citato S. Thom. ex discrimine inter forum conscientie, & forum exteru nam in foro pœnitentię res agitur solum inter hominem & Deum, quare illic sacerdos solum absoluit & ligat in foro Dei. In foro autem exteriori absoluitur hõ & ligatur nõ solum in ordine ad Deu, sed in ordine ad alios ciues & totam ecclesiam, quia illic priuatur homo suffragijs ecclesiæ & communione fidelium: ergo illi soli excõmunicare possunt qui in foro exteriori habent iurisdictionem. Quod autem omnes id possint propria autoritate, probatur quia ad excommunicandum non aliud quam iurisdictionem requiritur, si modo iudex non sit suspensus vel prohibitus: quoniam quicunq; habet iurisdictionem eo ipso est iudex: excommunicatio verò est pœna coerciua qua iudex vim habet cognoscendi causam, & exequendi sententiam: ergo quicunq; habet ecclesiasticam iurisdictionem potest excommunicare, alioqui eius iurisdictionem trunca esset & manca. Secundò id probatur, quia hæc autoritas concessa fuit Apostolis Matth. 18. vbi dixit eis Christus, Quæcunq; solueritis super terram soluta erunt & in cælis, & Quæcunq; ligaueritis, &c. episcopi verò iure diuino apostolis successerunt, vt patet can. Quorum vices, dist. 68. ergo omnes episcopi iure diuino habent illam autoritatem. Tertiò. Quicunque non audit ecclesiam, potest ab illa excommunicari, vt patet eodem loco euangelico, quicunq; autẽ c. alterius defert ad tribunal episcopi dice, t ecclesiæ, & qui non audit episcopum non audit ecclesiam: ergo episcopi autoritatem habent

Prima cõclusio.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

scopio.

Respon. Sco.

Conci. Nice.

Dubium.

Gabr.

Exemplum.

Autoris moderamen.

Ca. p̄t. aiatu.

habent publicandi illum tanquam ethnicu & publicanum, quod est illum excommunicare. Sed ait Sco. Verum est q possunt excõmunicare, sed strictè priuando suffragijs suæ ecclesiæ plenè tamen non nisi autoritate papæ. Vtraque autem est res noua, & in ecclesia inaudita: nempe, & q aliquis sit excõicatus, qui non priuetur suffragijs totius ecclesiæ, & q hæc potestas sit à Papa episcopis collata. Imò vbiq; asseritur tanq eorum propria, vt can. Corripatur. 24. q. 3. qui est Aug. & can. Audi, qui est Hieron. 11. q. 3. & multis alijs illius quæstionis. Imò. 16. quæst. 2. cano. Visis, appellatur excommunicatio foelix episcopi mucro, Respondetur ergo Sco. q ad excõicandum sufficit iurisdictione in eũ q excõicatur. Quod autem excommunicatus sit suffragijs totius ecclesiæ, & coetu fidelium priuatus, non prouenit immediatè e iurisdictione excommunicantis, sed ex ipsa excommunicationis natura: nempe, quia ecclesia ex traditione apostolorum sic instituit, vt patet canon. Sicut, & duobus sequentibus. 11. q. 3. Vnde in concilio Niceno cap. 5. Scriptum est, Seruetur ista sententia, vt ij, qui ab alijs excommunicantur, ab alijs ad communionem non recipiantur. Vtrum autem sicut limitata est iurisdictione ad personas, vt nemo possit nisi subditum excõicare, ita & quoad territorium, vt nemo possit subditum ad aliud territorium fugientẽ excõicare Gabr. d. 18. q. 2. conclu. 6. affirmatiuè respondet. Vnde infert, q non potest Parisiẽsis episcopus subditu suu dum est Colonie excõicare. Cuius exemplum est in foro ciuili. Haud enim potest rex Hispaniæ subditum existentem in Gallia iure cogere. Hæc aut sententia moderamen desiderat. Si enim subditus Salmantinus crimẽ in alieno territorio comisit, nequit episcopus Salmantinus illum excõicare pro illo crimine: sic. n. sancitur cap. Vt animarum de constitu. libr. 6. Tamen sanè intelligendus est canon: quãdo enim per viã statuti excõicantur omnes, qui furtum fecerint, tunc non incurrunt excõicationem ipso facto subditi, qui furtu fecerint in alieno territorio. Si autem Salmantinus, qui furtum fecit Segobiæ, Salmanticã reuertitur, & ibidem conuenitur vt restituat potest quidem Salmanticensis iudex per excommunicationem eum cogere. Et e cõuerso si furtum fecit Salmanticæ quanuis illico trans limina diocesis aufugiat, nihilominus

excommunicatione Salmanticensi ligabitur si fulminetur in eum, qui furtum fecit. Neq; est simile omnino iure gentiu sint regna diuisa cum primu quis limina regni transit liber sit ab excõicatione sententiæ: potestas verò clauis est spiritualis, & non indiget alia executione quã prolatione vbiq; reus extiterit. Nominè autem p̄latorum intelligimus primu omnium concilia tam prouincialia, quã œcumenica. Mox archidiaconos, archiepiscopos, &c. Deinde p̄latos, qui ab aliquo collegio eliguntur, vt Abbates cap. Si cut tuis, de simonia. Et religionu p̄fectos etiã Priores cõuentuales, & Guardianos. Isti oes id possunt ex officio, eorum autẽ vicarij ex cõmissione. Ex quo fit, vt quemadmodu ad conferendas indulgentias non requiritur character ordinis, ita neq; ad excõmunicandum. Enimverò ad soluendum & ligandum in sacramentis, quia gratiam conferunt, eius modi character necessariu est: at quia nec per excommunicationem tollitur, per illas verò conferuntur subsidia, & per has tolluntur subsidia, ad vtrunq; sufficit iurisdictione in foro exteriori: quare episcopi electi & excommunicare possunt, & alios iudices ad eandẽ functionem delegare. At qui Pontifex maximus, & œcumenicu concilium non solum per sententias veluti iudices, verum & per leges cõu legislatores excommunicare possunt: nempe, leges eãdo ne hoc aut illud sub censura excommunicationis fiat. Episcopi verò & prouincialia concilia sub eadem forma possunt item constitutiones facere, quæ non tam leges quam statuta dicuntur. Sed minores p̄lati nequeunt aut leges aut propria statuta condere, licet visitatores diocesium, aut religionu dum visitant, possint ordinationes in scriptis sub eadem censura relinquere, quæ vim habent quousq; per alium reuocentur. Secunda conclusio. Non solum simplices sacerdotes, verum neque parochiales ex officio iurisdictionem habent excommunicandi: quia non sunt proprie p̄lati, nec iurisdictionem habent nisi in foro pœnitentiæ, nisi eis fuerit à superiore commissa, vel nisi in aliquibus casibus iure eis concessis, velut in furto & rapina. Nam cap. Cum ab ecclesiarum, de officio ordina. pro solido & rato habetur quod Plebanus sancti Pancratij subditos suos excommunicaret. Sed reuera arbitror hoc iam in desuetudinem abiisse. Tertia

P̄latorum nõ equi ita ligantur.

Põtifex et cõciliu œcumenicum.

Minores p̄lati.

Secunda conclusio.

*Tertius mo-
dus.* Tertia conclusio. Nullus suspensus vel ma-
iori excommunicatione excommunicatus
potest excommunicari: nam est iurisdic-
tionis vsu nudatus, & excommunicare est iurisdic-
tionis actus. Et eadē rōne si sit à iurisdic-
tione suspensus: nam potest fieri suspensio
à iurisdictione, & non ab ordine, vel ab vtro-
que. Et colligitur conclusio ex can. Infamis
3. quæstio. 7. vbi habetur, quod qui à
senatu amotus est iudicare non potest. Sed
est expressus canon in cap. Ad probandum
de senten. & re iudi. quod excommunicatus
excommunicare non potest, & can. Audiui-
mus. 24. quæst. 1. Et eadem ratione qua epif-
copus excommunicatus est, non potest iu-
dicem aliquem instituere, quia ille etiam est
actus iurisdictionis. Si tamen postquam insti-
tuit excommunicatur, non cessat institutio.
Dubium. Dubiū autē est, vtrum dū iudex ignoratur
esse excoicatus, si sententiam excommu-
nicationis, vel aliam proferat, sit valida. Ap-
paret enim sententiam eius esse nullam post
quā re vera est prohibitus. Nihilominus pro-
culdubio tenendum est quod quandiu quis
ignoratur esse excommunicatus, sententia
eius & actus tenent. Et ita censet Palud. dist.
18. quæst. 2. ar. 3. Et Ricar. ead. dist. Et Syluest.
verb. excommunicat. 3. Et ratio est, quia cum
hæc sint de iure positivo, non censetur eccle-
sia iudices vsu iurisdictionis priuare quousq;
constet esse excommunicatos. Et hoc pro-
pter bonum commune: nam aliās si actus ex-
communicatorum latenter irriti essent, dete-
cta excoicatione multi de suo statu du-
bitarent. Hac enim de causa concilium Con-
stantiense prouidē statuit, vt excommunicati,
exceptis illis duabus speciebus, possent
sacramenta conferre. Et ducuntur exempla
de iure civili: nam in dicto cap. Infamis. 3. q.
7. habetur, quod licet seruus nō possit esse iu-
dex, tamen quatenus ignoratur eius seruitus
facta eius teneant. Et l. Barbarius. ff. de officio
prætoris, iuriconsulti adnotant, quod li-
cet à prætore dubitetur an conspirauerit in
republicam, facta eius sint solida.
Solut. 1. arg. Ad arg. in principio factū respōdetur qd ex-
coicatio nō est directē act⁹ clauis: qā non im-
mediatē per illū clauditur nec aperitur regnū
quod solum clauditur per peccatum, & refe-
ratur per gratiam. Sed tamen mediatē & in-
directē tendit ad clausuram regni, quatenus
per illā homo priuatur sub iudicij ecclesiæ ad
regnum conducentibus: & ideo dicitur vsus

clauis iurisdictionis. Quare non sequitur, qd
si sacerdos habeat clauem ordinis propterea
habeat clauē iurisdictionis. Nam quāuis ab-
soluere & ligare in sacramentis sit pretiosius
tamen excommunicatio est actus magis so-
lennis, ad quem maior scientia & iudiciū exi-
gitur.

ARTICVLVS. II.

Vtrum possit quispiam seipsum vel superiorē, aut
equalem excommunicare.

Rost considerationem eorum
qui excommunicare possunt,
sequitur de illis, qui possunt
excommunicari. Arguitur ergo,
quod quis possit excommu-
nicare superiorem: nam Paulus ad Gala.
1. excommunicauit angelum si aliter euā-
gelizaret: & tamen vt habetur Matth. 23. qui
minor est in regno cælorum, maior est maxi-
mo in ecclesia militante. Secundo, quia po-
test quis ferre excommunicationem in eum
qui furtum fecit: & tamen accidere potest vt
ipse vel superior, vel æqualis furtum faciat.
Incontrarium est quod ad excommunicā-
dum requiritur iurisdicō, quæ respectū so-
lūm dicit superioris ad inferiorem.
Quæstio facilis est, ad quā duab⁹ cōclusio-
nibus respōdetur. Prima. Nemo potest seip-
sum, aut sibi æqualem, aut superiorem sentē-
tia excommunicationis ferre. Probatur ra-
tione modò facta, quia excommunicare est
actus iudicialis habēs vim coactiuam: nemo
autem nisi sibi subditum cogere potest nul-
lus verò sibi subditus esse potest, neq; par pa-
ri: quia par in parem non habet imperiū, ne-
que superior inferiori. Decretum est Clemē-
tis tertij cap. A nobis, in primo, de sententia
excommunicata. Et can. Inferior. 21. distin. le-
gitur, Inferior sedes potiore absoluerē nō
potest, atq; adeo nec ligare. Vt enim ad pri-
mum argumentum supra factum respondeat
mus. Paulus excommunicauit angelum ni-
si sub conditione in conditionibus autē nul-
lum est absurdum, vt ex vno impossibili se-
quatur aliud. Etenim sicut impossibile est vt
angelus falsum euāgelizet, ita est impossibi-
le vt excoicetur. Quod aut glossa super cap.
Siquem, eod. titu. ait, hominem à seipso ex-
communicari excommunicatione minori
quoties mortaliter peccat, quia sit in idoneus

Pars negati.

*Secundū ar-
gumentum.*

*Pars affirma-
tiua.*

*Prima con-
clusio.*

Ratio cōclu.

Obiectio.

Dilutio.

Ad. 2. arg.

*An Papa ex-
coicari possit*

vt sacramētum eucharistiæ suscipiat, & alio-
rum effectum: nempe gratiam, improprie di-
ctum est, vt quæst. præcedenti, arti. 1. contra
Gabrielem diximus. Nam licet possit illa di-
ci excoicatio quodāmodo quoad Deū,
vt ait Syluest. verb. Excommunicatio. 4. ni-
hilominus excommunicationis nomē prop-
rie non sonat, nisi ecclesiasticam censuram.
Quod si quis forsā contra conclusionem
arguat. Potest quis indulgentias sibi ipsi cō-
cedere, saltem dum illas generali lege confert
visitatibus talem ecclesiam, aut largientibus
talē eleemosynam, si id ipsum ipse faciat earū
dem fructum percipiet: ergo eodem modo
dum generalem excommunicationis senten-
tiam pronūciat, si ipse est in illo crimine, po-
terit eadem ligari. Negatur cōsequētia: quo-
niam licet potestas indulgentiarū non exer-
ceatur, nisi erga subditos, non tamen exer-
ceatur per vim coactiuam: sed fructus eius perci-
pitur à quibuscunq; volentibus cōditionem
implere. Excommunicatio verò dicit pote-
statem per vim coerciuam, quā nemo in se-
ipsum exercere valet. Imò verò neque in sa-
cramento potest quispiam seipsum absolue-
re, neq; verò superiorem propria autoritate,
nisi per illam, quam ab ipso susceperit: Papā
enim nemo, nisi quem ipse elegerit, absolue-
re valet, aut ligare in sacramēto. Et per hoc
respondetur ad argumentum secundum su-
pra factum. Dum enim episcopus censuram
excommunicationis profert, siue per statutū
siue per sententiam in eum, qui furtum, vel
quid aliud fecerit, si ipse, vel alius episcopus,
vel archiepiscopus illud fecit, neminem ligat.
Vtrum saltē per modū statuti possit infe-
rior superiorē ligare. Syluester quidē verb.
Excoicatio. 1. §. 9. in vtrāq; partē auto-
res citat, Vt verbi gratia, si episcopus syno-
dalem fecit constitutionem, vt nullus sa-
cerdos in sua dioecesi luderet tali, aut tali lu-
do, & archiepiscopus, vel alius episcopus ibi-
dem ludat, vtrum incurrant. Sed certē super-
uacua est disputatio, qā proculdubio nō in-
currunt, vt bene ait Panor. cap. 1. de raptori.
Dubium autem est hīc graue, an Papa ex-
coicari possit: nam cum sit supremum
ecclesiæ caput, atq; adeo neminem habeat su-
periolem, apparet excommunicari non pos-
se. Hæc autem quæstio aliam non minus p-
lixam, quā molestā submouet, de compa-
ratione Papæ & cōcilij, vtrius sit maior pote-
stas. Attamen alterutra pars teneatur, oēs fa-

tentur Papam saltem in casu, quo vehemen-
ti hæresis laboraret infamia, excoicari posse.
Illi enim, qui ea imbuti sunt opinione, qd con-
ciliū est supra Papam, quam opinionē sequi-
tur Almain in tractat. de autoritate eccles. c. Almain.
11. planē aiunt, qd concilium tanquā superius
potest Papam compellere, vt compareat
redditurus rationē suæ causæ. Caietanus ve-
rò Cardinalem de Turrecremata secutus in
opusculo de autoritate Papæ, & concilij cap.
20. ait, id non posse nisi per potestatem mini-
sterialem ecclesiæ. Hic autem in primis su-
ponēdum confessionem esse omnīū sanē lo-
quentium præter casum hæresis, & apostasie
nullatenus excoicari posse, vel à iure, vel ab
homine. Nā quicquid sit de autoritate conci-
lij supra Papā qñ inter ambas potestates dif-
fidiū aliquod existit, tñ cū cōciliū potestate
ordinaria nullā ferat legē, nisi Papa, qui supre-
mū est ecclesiæ caput, præsidente, quancūq;
conciliū legem edat sub excoicationis cen-
sura, nulla tamē potest Papam ligare, magis
q̄ illa, quæ ab ipso Papa conderetur. Quapro-
pter licet esset hæreticus, non incurreret ip-
so facto sententiam excoicationis, sed opus
esset, vt prius de hæresi cōdemnaretur. Nam
in legibus ordinarijs quis ipse, vt pars cōcilij:
(nā caput pars est) teneretur stare legibus cō-
cilij per vim directiuā, sicut princeps tenetur
stare suis legibus: quia ratio eū ad id dirigit,
non tamen per vim coactiuam. Leges enim
Papæ, & concilij sunt sicuti leges Regis, & re-
gni, quibus princeps per vim coactiuam sta-
re non cogitur. Veruntamen quanuis non-
nulli doctores nostri temporis contendant
papam nullatenus posse esse hæreticum, ni-
hilominus communis sententia à parte con-
traria stat. Quanuis enim in quantum Papa
errare non possit: hoc est, statuere errorem
nequeat tanquam articulum fidei, quia spiri-
tus sanctus id non permittet, tamen vt singu-
laris persona errare in fide potest, sicut alia
peccata cōmittere, quia nō est impeccabilis.
Sētētia est Bonifa. marty. cati. Si Papa. d. 40.
qui quāuis nō sit pontificis, nec generalis cō-
cilij, est tamen præcipua autoritate donatus.
Hoc autē supposito palā hoc discursu colli-
gitur, qd possit excoicari. Papa eo ipso qd est
hæretic⁹ nō est depositus, & est indign⁹ qd sit
caput ecclesie: ergo est deponēd⁹. Caietanus
maior hoc pacto, Eo ipso qd est heretic⁹ etiā
per heresim exterius prolata nō est excoimu-
nicatus: ergo nō est depositus. Attamē quā-
uis

Almain.

Caietanus.

*Papa esse po-
tēst hæretic⁹*

Bonifa. marty.

Caietanus.

uis antecedens sit verum & consequentia bona, licet esset excommunicatus, non eo ipso sequeretur esse depositum. Declaratur hoc in alijs inferioribus. Siquis duntaxat mente cōsentiat in heresim non est excommunicatus quia ecclesia neminem propter actum interiorē anathemate percillit: cū primū autem verbo heresim profert incurrit canonis excommunicationem: non tamen eo ipso factus est suspensus quousq; de heresi condemnatur: depositio enim & priuatio sententiam prærequirit, qua homo condemnatur factū lege damnatum commississe, vt lib. 1. de Iust. & iure. q. 6. ar. 6. latē diduximus. Alioqui oēs iurisdictiones versarentur in ambiguo & in cōfuso: si ergo in psonis minoribus cōtractio ipso iure excommunicationis nō sufficit vt ipso facto sit homo suspensus, multo minus sufficit in papa: præcipue cū, vt dictum est nec canonis excommunicationem ipso facto incurrat. Quod autem sit deponēdus sic constat. Caput est membrum, imō excellentissimum membrum corporis: ergo qui non est membrum, indignus est vt sit caput: per amissionem autē fidei homo præscinditur à corpore ecclesiæ, & desinit eius esse mēbrū: ergo sit dign⁹, vt declaretur nō esse caput. Et confirmatur inde, quod si non præscinderetur, posset eius contagio in totam ecclesiam insperere. Accedit & exemplum particularium religionum: qui enim professus non est vnus religionis, nequit eius esse caput: multo ergo minus qui nō est Christian⁹, præsiōnis, caput esse potest ecclesiæ. Hinc deducitur assertio nostra. Papa tunc est deponēdus & non vi & armis, sed ordine & iudicio: ergo aliquis est, qui facultatem habeat ad eius depositionem procedēdi: hæc autem potestas non est nisi in tota ecclesia: quam concilium repræsentat: ergo potest ordine iudiciali ad eius depositionem procedere, ac subinde eū compellere, vt compareat, sua crimina audiat, suamq; defensuram causam: alioqui nō posset iuris ordo seruari: vis autem compulsiua nulla esse potest quā anathematis censura: ergo per illā potest eum, vt compareat cogere, atq; adeo eam ipse, si non paruerit, incurret. Sine hoc sit quia in illo peculiari casu concilium sit superius, siue quod iure nature vnaquæq; res publica potest se à tyranno defendere, illumq; à se præscindere: siue quod concilium, vt ait Caietan⁹, ministerium ecclesiæ, atque adeo tunc pontificis exerceat,

Qui mēte cōsentit in heresim.

Quod Papa hereticus sit deponendus.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Caieta.

quod quidem ministerium non potest tunc pontifex à concilio diuellere. Non tamen vacat nunc locus hæc pressius differendi. At quia de ijs, qui excommunicari possunt præsentia tractamus art. ne alios opus sit multiplicare, subiungitur secunda conclusio. Sententia excommunicationis in vniuersitatem vel collegium nullatenus pronūciari potest. Conclusio est S. Thomæ loco citato, atq; omnium in vniuersum. Et ratio est plana, quia nemo nisi propter peccatum inobedientiæ excommunicari potest: peccatum autem est actus personalis: vniuersitas enim non peccat, nisi quia singuli peccant: quare sententia ferri non potest nisi in singulos inobedientes. Sūt qui censeant, quod licet talis sententia ferri nō possit, nihilominus lata teneat, vt ait Syluester eod. verb. §. 6. Attamen citra dubium non tenet, vt ait Ricard. in. 4. d. 18. quia esset periculum, vt aliquis citra culpā excommunicaretur. Sed rogas. Quid si ferretur sententia, vt nemo de collegio exiret, aut eligeret, aut quidpiam aliud ageret. Respondetur, qd si esset per viam statuti, quicunq; non pareret, incurreret. Sed tamē si illa esset monitoria: non posset postmodum proferri sententia tanquā in contumacem in totum collegium, quousq; singuli audirentur, an haberēt causam legitimam excusandi se à peccato. Atq; hinc patet consequentiam non valere, Tota ciuitas potest interdici: ergo excommunicari: quia interdictum non semper ponitur pro culpa eorū, qui interdicuntur, sed in odiū illius, qui in vrbe est excommunicatus. Quare interdicti si non sint in culpa, quæ excommunicationi subiecta est, licet arceantur ab audiendis sacris non tamen priuantur ecclesiæ suffragijs. Tertia conclusio. Excommunicatus potest iterum excommunicari non solū propter nouū crimē, verū & propter idē aggrauatis censuris ad maiorem terrorem & confusionem, quia licet non sit aliud crimē in alia specie, obstinatio tamen ipsa, quia indurefcit, & recrudescit acriori animaduersione fit digna. Quod si arguas. Semel excommunicatus iam est priuatus suffragijs, & sacramentis & participatione fidelium priuatio autem non suscipit magis aut minus: ergo nullus est magis excommunicatus quā alius, vel nunc, quā antea. Respondetur ad minorem, quod licet priuatio secundum se non recipiat magis aut minus tñ ex parte causæ potest vna excommunicatio

Secunda conclusio.

Dubium.

Tertia conclusio.

Primum argumentum.

excommunicatio ex vrgentiori, & acriori causa proficisci q̄ alia: quare vnus excommunicatus est indignior suffragijs ecclesiæ, atq; adeo elongatior ab illis q̄ alius, ac subinde maiori satisfactione indigens, vt reconcilietur. Sed arguitur secūdo. Excommunicatus iam est traditus fatanæ, vt Pau. 1. Cor. 5. ait, atq; adeo est extra ecclesiam: sed vt ibidem subdit Apostolus. Quid mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? ergo excommunicatus excommunicari non potest. Respondetur ad minorem, qd Paul⁹ per eos, qui foris sunt, intelligit infideles, qui cū baptisimū nō susceperint, non sunt ecclesiæ subditi, vt possit illos per aliquam censuram cogere, neq; eos suffragijs ecclesiæ priuare cū nō sint eorū participes, licet possit Christianos, vbi rō id exposcerit, phibere, ne cū illis cōuersentur in illis actib⁹, q̄ visi fuerint expe dire. Vltimū tandem hic dubium restat de defunctis, vt rōm possint excommunicari. Sylvanq; verb. Excommunicatio. r. §. 7. generatim ait, non posse excommunicari, quia non sunt de foro ecclesiæ, imō non sunt homines. At verò sententia hæc distinctione, & expositione indiget, vt verum habeat. In primis. n. qui viuens excommunicatus fuit, excommunicatus manet post mortē, vt viuere non possint cū illo in suffragijs, vel elemosynis cōicere. Est enim primū omnium ecclesiastica sepultura interdict⁹, neq; possunt elemosynæ pro ipso recipi salte à ministris ecclesiæ, quia nec possunt in sacrificijs cōibus orare, nec fiunt suffragiorum participes, quibus erant in vita priuati. Imò quāuis fortē in charitate decesserint, si ecclesiæ non satis fecerūt, quia fortē non poterāt, præsumuntur semper ab ecclesia excommunicati. Sententia est Vrb. 24. q. 2. can. Sanē. & Innocentij tertij. c. A nobis. 2. de sent. excom. vbi tamē permittitur, qd si aliqua signa contritionis in excommunicato apparuerint, possit etiā postq̄ fuerit defunctus absolui, vt possit loco sacro solenniter sepeliri, & pro illo possint suffragia offerri. At verò p nullo crimine, quod viuens cōmiserit, potest defunctus excommunicari. Nam si crimen non erat à iure excommunicationi subiectū, necessaria est ante excommunicationē canonica pmonitio, quæ erga defunctum fieri non potest. Imò quāuis dum viueret fuerit facta præmonitio, si non fuit prolata sententia, non potest in defunctum proferri: quia iam exemptus est ab ecclesiæ tribunali, neque iam censetur contumax. Si verò crimen erat à iure excommunicatione

Secundū argumentum.

Dubium.

damnatum, iam viuens ipso facto excommunicationē incurrerat propter præuiam monitionem iuris. Potest tamen postq̄ defunctus est declarari, & iuridicē pronūciari, illud crimē incurrissē, quod sæpenumero fit in crimine heresis. Solēt enim aduersus hereticos libelli inscribi, & sententiæ pronūciari, quibus declaratur fuisse hereticos: quare inde priuatur ecclesiæ suffragijs, imō declaratur fuisse priuatos, eorumque ossa exhumata igni traduntur.

ARTICVLVS. III.

Utrum quilibet sacerdos possit suū parochianū quacumque excommunicatione absoluerē.



Ultima consideratio in materia excommunicationis est de absolutio ne ab eadem cēsurā. Arguitur ergo, qd sacerdos parochialis possit suum subditum ab excommunicatione absoluerē. Excommunicatio non fertur, nisi pro culpa eademq; inobedientiæ: quilibet autē parochialis sacerdos potest absoluerē à culpa, & sublata causa tollitur effectus: ergo potest absoluerē ab excommunicatione. Præsertim qd cū peccatū grauius malū sit q̄ excommunicatio, apparet, vt qui potest à peccato absoluerē, possit ab excommunicatione. In cōtrarium est, qd eiusdē potestatis est per excommunicationem ligare, & ab excommunicatione absoluerē: excommunicare autem non quicunq; parochialis sacerdos valet: ergo neque ab eadē censura absoluerē.

Pars affirmatiua. argu.

Pars negat.

Deciso articuli.

Excommunicatio minoris, triplex consideratio.

Primum. secundum

Materia hæc, quippe quæ absolutiōes summo pontifici reseruatæ comprehendit, licet olim non fuerit tam multiplex, iam verò nūc temporis propter earum numerositatē prolata est & varia, quā ideo in sex conclusiones distribuemus. Vt autem à facilioribus exordiamur, recolenda nobis est distinctio excommunicationis in maiorem, & minorem. Et quidem circa minorem tria sunt tantum consideranda: nempe, quæ sit eius natura, & effectus, & quibus de causis incurrat, & quis est qui ab ea absoluerē possit. Atqui primū in superioribus satis expeditum est: natura enim excommunicationis minoris explicatur cap. Si celebrat. de clerico excom. vbi sex de huiusmodi excommunicato asseruntur. Primū, quod si celebrat, grauius peccat, vbi

Secundum Secundum, quod nihilominus celebrans non incurrit irregularitatem, quam incurreret si esset excommunicatus excommunicatione maiori. *Tertium.* Tertium, quod eligere non prohibetur, nec ea exercere, quæ ratione iurisdictionis ei competunt. *Quartum.* Quartum, quod si scienter electus fuerit, eius electio est irritanda. *Quintum.* Quintum, quod si sacramenta ecclesiastica conferunt, peccat, nihilominus ab eo collata virtutis non carent effectu. *Sextum.* Sextum denique, quod à participatione sacramentorum, quæ in eorum perceptione consistit: putà, à participatione passiva est prohibitus. Duo ergo sunt eius substantiales effectus: scilicet, ne taliter excommunicatus eligatur, & ne sacramenta suscipiat. *Circa quintum assertum.* Quintum autem assertum, quod peccat conferens sacramenta, Syluester verb. excommunicatio. §. i. intelligit de peccato mortali. Atqui Durand. & Adrian. indistinctè autè, quod excommunicatus conferens sacramenta mortaliter peccat. At verò ex verbis ipsius capituli certius colligitur non peccare nisi venialiter. Ait enim quod non priuatur administratione sacramentorum sed solum susceptione: unde elicitur non tantum peccare conferendo quantum suscipiendo. Quare si celebrat, ait papa grauius peccare: quia celebrare est suscipere sacramentum. Grauius autem idè est quod mortaliter. De administrante verò simpliciter ait quod peccat, id est, non mortaliter. Quod autem illic ait Syluester, scilicet, conferentè peccare quoad Deum, & non quoad ecclesiam, non bene intelligo, quia nisi esset ab ecclesia priuatus nullatenus peccaret conferendo. Sed quod papa dicere cogitauit est, quod non eodè modo priuatur susceptione quo priuatur ne conferat. Susceptione namque priuatur directe: & ideo si suscipiat, peccat mortaliter atque adeo gratiæ sacramenti non suscipit: collatione autè non priuatur nisi consecutiue. Eo. n. quod ad sacramenta suscipienda accedere nequit, veniale quandam irreuerentiam eisdem sacramentis irrogat conferendo. Ait præterea Syluester, quod ex Paludano desumpsit eodem loco confessum excommunicato minori excommunicatione teneri iterum confiteri. Huius tamen contrarium ex capitulo colligitur sane ubi habetur quod illud sacramentum est solidum & sortitur suum effectum: imò qui ei confitetur non peccabit nisi venialiter, sicut ipse sacerdos. Quinverò post concilium Constantiense taliter excommunicatus conferens sacramentum non peccabit, saltem ni

si se ingerat, sed ab alio requiratur: quia non est nominatim excommunicatus. Habet excommunicatio minor aliam qualitatem, ut diximus: quia non transit in tertiam personam, eo quod qui cum eiusmodi excommunicato communicat, non excommunicatur. Circa secundum verò membrum, quomodo scilicet excommunicatio minor contrahatur notandum primum, quod nunquam infligitur ab homine, nullus enim iudex aliquis vnquam præcipit sub pœna excommunicationis minoris, sed semper incurritur à iure. Et Syluester, Gabriel & alij dicunt eam incurrere, quoties quis mortaliter delinquit, quia fit sacramentis indignus: sed hæc iam diximus non esse propriè excommunicatio. Incurritur autè per omne sacrilegium, ut habetur. 17. q. 4. can. Miror. Et per omnem violationem ecclesiasticæ immunitatis. Sed per hæc sæpissimè incurritur excommunicatio maior. Et olim per simoniam: sed iam omnis simonia anathemata damnata est. Item per notoriam fornicationem & concubinatum clericum, ut ca. Vestra, de cohabitatio. cleri. & mulie. Sed iam ista non est in usu, neque alia quas Syluest. verb. Excommunicatio. 4. refert. Quæ autem plurimum contingit est per communicationem cum excommunicato. Neque hæc post concilium Constantiense tam crebro vsu venit, quam pridem solebat. Tertium ergo membrum est, quod ad præsentem questionem attinet, de quo ideo prima statuitur huius articuli conclusio. A minori excommunicatione quicumque sacerdos parochialis: hoc est, habens iurisdictionem absoluedi à peccatis mortalibus absoluedi potest. Probatur. Excommunicatio minor solum priuat participatione sacramentorum: ergo quicumque iurisdictione pollet administrandi sacramenta subsequenter valet ab ea absoluedi: hanc verò ex officio habet quicumque parochialis sacerdos. Sed arguat quis forte. Excommunicatio hæc contrahitur ex peccato veniali: nempe, ex participatione cum excommunicato: sacerdos autem simplex absque vlla iurisdictione, ut supra diximus, potest absoluedi à venialibus: ergo omnis sacerdos, etiam si non sit parochialis, potest à minori excommunicatione absoluedi. Respondetur, quod excommunicatio minor verè est censura, quæ incurritur à iure: censura verò est actus iuridicus, ac proinde non potest ab ea absoluedio fieri, nisi per eum, qui iurisdictionem

Gaby.

Sylue.

Prima conclusio.

Ratio cõcl.

Obiectio.

Dilutio.

riddictio

risiotionem habeat. Quocirca ad minorem respondetur quod licet simplex sacerdos possit absoluedi ab alijs venialibus, non tamè à participatione cum excommunicatis: eo quod participatio hæc est excommunicationi subiecta. E ideo probè dixit S. Tho. dist. 18. q. 2. artic. 5. quod ab excommunicatione minori absoluedi ille valet sacerdos, qui absoluedi potest à participatione cum excommunicatis, insinuans ab illa non posse absoluedi, nisi illum, qui iurisdictionem habet in subditum. In eadem sententia est Caiet. in summa. c. de excommunicatione minori. At qui cum hæc sit leuissima censura, non aliud ab excommunicato exigitur, quod ut proponat obedire ecclesiæ abstinendo à peccato, quod hanc habet excommunicationem annexam. De excommunicatione verò maiori distinguendum est, aut enim est à iudice lata, quod aiunt, ab homine, aut à iure. De priori subnequitur secunda conclusio. Ab excommunicatione ab homine lata ipse idem iudex, qui tulit, potest absoluedi. Hoc patet, quia eiusdem potestatis est ligare & soluere. Conclusio tamen intelligitur ex potestate ordinaria: potest enim esse sententia lata à iudice inferiori, & nihilominus eius absoluedio esse Papæ reseruata, ut est illa de incendiarijs cap. Tua nos, de sentent. excõmu. Illic enim pontifex non fert sententiã excõicationis in incendiarios, ut bene ait Caiet. verb. Excõmunicatio, cap. 22. Sed ait, quod si fuerint per ecclesiæ sententiam publicati: hoc est, excõmunicati & publicati, tunc per absoluedionis beneficio ad apostolicam sedem mittantur: nempe, ut iustam illi cautionem præstent, sicuti clericorum percussores. Præterea & superiores possunt ab excommunicatione inferiorum absoluedi, vel cum ad eos sit recursus per nouam causæ cognitionem, & etiã Papa de plenitudine potestatis facta satisfactioe id potest. Veluti in diplomate cruciatæ conceditur facultas absoluedi à quacunque sententia excommunicationis satisfacta parte. Vbi maximè adnotandum est quod facultas non est amplior, quam verba sonant: hoc est, virtute cruciatæ nemo potest absoluedi, nisi satisfacta parte. Verbi gratia. Si aliquis esset excommunicatus pro furto, vel alio debito, licet non esset soluendo, ita, ut quantum ad Deum esset absolutus, nihilominus virtute priuilegij cruciatæ non potest absoluedi: quia illud arbitramentum, an excommunicatus possit soluere, nec ne, Papa nemi-

Caieta.

Secunda cõcl.

Conclusionis intellectus.

Superiores ab excõicatione minorum possunt absoluedi.

Notandum.

Per cruciatam nemo potest absoluedi ad reincidentiam.

Nomine partis qui intelligantur.

Dubium egregium.

Tertia cõcl. sicut.

ni sacerdotum committit, sed soli iudici excommunicanti reseruatur. Et præterea id confirmatur, quia per huiusmodi priuilegium nemini conceditur facultas absoluedi ad reincidentiam, sed simpliciter. Et tamè qui modo non habet unde soluat, licet tunc quoad Deum non sit excommunicatus, recidit tamen, quoad ipsum, quando habet unde soluat, & tamen si per cruciatam absoluedi, non recideret sine noua sententiã. Nomine verò partis non intelligitur iudex: & ideo si cuiuslibet episcopus præcepisset vt sub sententiã excommunicationis iret, verbi gratia ad processione, vel quidpiam aliud faceret, quod non fecit, incõsulto episcopo potest per priuilegium cruciatæ absoluedi, si tamen non per seueret in rebellionem, sed sit res, quæ iam transiit. Nam si præceperit verbi gratia, vt relinqueret concubinam, quousque relinquat non potest absoluedi. Neque tenetur soluere iura iudicum, vt quannus ille excommunicatus non absoluedi à iudice, nisi solueret tantum pro sententia, vel sibi, vel tabellioni, absoluedi nihilominus per diploma cruciatæ potest sine eorum solutione. Secus si condemnatus iam esset ad soluendum aliquam pœnam, siue pecuniariam, siue aliam: cõdemnatus, inquam, per pronunciatam sententiam cognita culpa. Sed aliud est hic dubium dignum scitu, vtrum si quis excõmunicatus est à suo iudice, & postmodum reperit se in aliena diocesi, & satisfacit parti, soluit, verbi gratia, furtum, aut debitum, vtrum episcopus alterius diocesis, vel eius vicarius possit eum absoluedi. Respondetur posse, saltem si fuit excommunicatio generalis, quicumque fecerit furtum, vel aliud retinuerit, quod ad ius alienum pertinet, vt sunt instrumenta scripturarum, tunc enim expleto mandato potest ab alio episcopo absoluedi: quia nulla proprio irrogatur iniuria. Secus si esset lis contestata inter partes in tribunali proprii iudicis: tunc enim per ipsum debet, vel per Pontificem lis peragi. De excommunicatione verò lata à iure subiungitur tertia conclusio, quæ in præsentiarum ad multas dissoluendas ambiguitates est adnotanda. Quæcunque excommunicatio cuiuscunque generis fuerit à iure siue, per concilium, siue per summum Pontificem condito, lata, absoluedio ab ea pertinet ex officio ordinario ad episcopum, imò & ad parochialem sacerdotem, nisi fuerit specialiter, vel Pa-

T t p a

S. Thom.
Ratio cōclu.

pæ, vel episcopo referuata. Conclusio est S. Thomæ loco citato, quam absque vlla probatione ceu indubitata affirmat. Ratio tamen est clara, quia excommunicatio est censura quæ à iure imponitur ratione peccati, & ratione illius incurritur: ergo quantum est ex natura excommunicationis quicumq; habet iurisdictionem absoluedi ab illo peccato, habet & iurisdictionem absoluedi ab illa censura, imposita poenitentia: sed non solum omnes episcopi, verum & omnes parochiales presbyteri, imò quicumq; prælatus in suo collegio, vel conuentu iure diuino, & ordinario eo ipso quod habet iurisdictionem in foro poenitentiali potest absolueri à quocunq; peccato cuiuscunq; generis, quia iure diuino nullum est referuatum, nisi ab homine referuetur: scilicet, à Papa, vel episcopo, vel alio prelato: ergo pariter iure diuino potest quicumq; absolueri à quacunque excommunicatione.

Ratio .2.

Secundo id probatur, quoniam si excommunicatio propterea quæ esset lata à iure cōcilij, vel Papæ, esset ei referuata, non opus esset, vt ex primeret, Cuius absolutionem nobis referuamus, aut, Pro beneficio absolutionis ad nos veniatur, aut simile: cum ergo per huiusmodi clausulas specialiter sibi absolutiones referuat, signum est quod iure diuino, & ordinario ad singulos prælatos absolutio pertineat.

Argum.

Est tamen argumentum in contrarium. Per excommunicationem maiorem homo priuatur suffragijs totius ecclesiæ: ergo vbi Papa eiusmodi suffragijs hominem priuat, eidem soli incumbit eadē restituere. Ad hoc autē iam supra responsum est, quod ad excommunicationem non requiritur immediata potestas in omnia suffragia ecclesiæ, aliàs episcopus non posset excommunicare, sed illorum priuatio insequitur naturam excommunicationis.

Solutio.

Quare sicut episcopus excommunicando consecutiue priuat hominem eiusmodi suffragijs, ita potest absoluedo ab excommunicatione illa consecutiue restituere. Atque eadem ratione parochialis sacerdos, licet excommunicare nequiret, tamen autoritate, qua potest absolueri à peccatis, potest & ab excommunicatione, ad quam absolutionem ex natura rei sequitur suffragiorum restitutio.

Solutio arg.

Ac per hoc soluitur argumentum in principio quæstionis propositum, quo arguebatur sacerdotem parochialem posse absolueri ab omni excommunicatione. De illa namq; quæ fertur à iudice, non militat: quia nemo potest

alienam iurisdictionem vsurpare. De illa vero, quæ fertur à iure, bene probat, quod quilibet curat possit à qualibet absolueri, nisi essent plurimæ referuata.

His constitutis cōclusionibus de referuatione adhibetur quarta. Olim non erant nisi sex casus summo Pontifici referuati, vt ex autoritate S. Tho. colligitur quod illos dūtaxat enumerat. Primus erat de ijs, qui iniiciunt manus violētās in clericum, vt habetur. 17. q. 4. can.

Quarta conclusio.

Si quis suadente, qui fuit Innocentij secundi ante tempus S. Thomæ, nempe, anno domini. 1130. Secundus est de illis, qui incendunt ecclesiam, & sunt denunciati. At verò Caieta. in dicto cap. citato. 22. ait, hunc canonem specialiter tangentem incendiarios ecclesiarum non reperiri in iure: nam ille proxime citatus, quem hīc S. Thom. insinuat, cap. Tua. de sent. exc. nō loquitur specialiter de incendiarijs ecclesiæ, sed generatim de incendiarijs.

Primus casus

2. casus.

Nec excommunicat incendiarios, sed referuat absolutionem si per ecclesiam denunciatur. Doctores autem sunt qui illam restrictionem faciunt ad incendiarios ecclesiæ, quos Sylu. refert verb. Excommunicatio. 7. & 13. Canon verò, Canonica. 11. q. 3. neque est concilij generalis nec Papæ, sed concilij Arausiacani, quod nō ligat totam ecclesiam. Neque loquitur particulariter de incendiarijs ecclesiarum, sed generaliter de ecclesiæ violatoribus. Tertius casus est de illis, qui frangunt ecclesiam, & spoliāt ipsam. Et iste habetur cap. Conquesti, de sent. exc. vbi nō habetur quod ipso facto sint excommunicati, sed quod excommunicentur. Et si ante denunciationem voluerint satisfacere ecclesiæ, absolui possunt ab episcopo, sed si se denunciari permiserint, tunc absolutio deuoluatur ad summum Pontificem, omnino sicut de incendiarijs dictum est.

3. casus.

Ubi adnotandū est, quod nō quodcunq; furtum in ecclesia factū est sacrilegium, nec excommunicationi subiectū. Vt si quis alicui in ecclesia sacra audientium nām furripit, sed dum porta vel seræ ecclesiæ franguntur, vt bona eius eripiantur. Itaque ambæ actiones concurrant, vt ait Caiet. verbo Excommunicatio cap. 21. Quartus est de illo sacerdote, qui in diuinis scienter communicat cum excommunicato nominatim à Papa, vt habetur cap. supra citato Significauit, de sentent. excō. Quintus est de illis, qui literas apostolicas falsificāt, de quo extat canon cap. Ad falsariorū, de crimine falsi, vbi excōicantur literarum

Partim in ecclesia.

4. casus.

5. casus.

6. casus.

Nota.

Quinta conclusio.

Verba bullæ cœne dñi.

Bulla cœne dñi nō admodū antiqua.

Paulus. 2.

Leo decimus Paulus. 3.

Primus casus.

rarum apostolicarū falsarijs, eorumq; fautores, & defensores. Sextus demum est de illis, qui cū excōicatis cōmunicant in crimine, pro quo lata est sententia, vt habetur cap. Nuper & cap. Si concubinæ, de sent. exc. com. Et intelligitur de cōmunicatibus cum illis, postq̄ excōmunicati sunt. Licet enim quis consuluerit alteri, vt furtum faciat, & postea non excōicetur, nisi qui furtum fecit, qui consuluit non est excōicatus, nisi postea ei cōsuluerit, vt nō restituat. Item licet quis cū excōicato maiori excōmunicatione cōmunicet in alio crimine, nō ideo excōicatur excōmunicatiōe maiori. Vt si clericus sit excōicatus propter concubinatum, licet cōcubina eius in eo actu cū illo cōicans sit excommunicata, non tamen si communicet cum eo in furto. Neque verò huiusmodi absolutio referuatur Papæ, sed iudici excommunicanti.

Quinta conclusio. Præter istos sex casus, quos S. Tho. refert sunt alij ferè innumeri Papæ referuati. Et primū sunt omnes, qui in bulla cœnæ domini sic referuantur, vt neq; per absolutionem quæ illo die generalis fit, nec per aliam quancunq; solemnem, nec per concessionem cruciatæ intelligantur concessi, nisi exprimantur. Vnde post. §. 12. eiusdem bullæ, subdūtur hæc verba. Declarātes nihilominus ac protestantes (prout tenore præsentium declaramus, ac expressè protestamur) absolutionem hodie, vel aliās etiam solenniter per nos faciendam præfatos supra nominatos, & qualificados, ac cancellarios, vicecancellarios, consiliarios, & procuratores, atque omnes, qui executionem literarū apostolicarum impediuerint, nisi decreta sua, & acta reuocauerint, non comprehendere. Hæc autē bulla non videtur res vsq; adeò antiqua quādoquidem D. Tho. illius non meminerit, sed à tempore Martini quinti circa annum domini. 1420. quo tempore Bohemorum hæreses in concilio Constant. fuerint damnatæ. Cuius etiam bullæ Paulus secundus, & Sixtus quartus in suis extrauag. Et si Dominici gregis, meminerunt. Postmodū verò Leo decimus aduersus Martinum Lutherum eam auxit, ac deinde Paulus tertius aduersus regias curias apostolicarum literarum executiones impediētes. Nuperrima verò est sub Paulo quarto, qui nunc sedet, & continet casus quindecim. Primus eius casus est aduersus omnes hæreticos cuiuscunq; fuerint nominis, & sexus, & contra eorum fautores, defensores, ac

receptatores, ea rōne qua hæretici sunt. Quæ quidem fuit censura Honorij tertij cap. Non uerit, de sentent. excōmu. quo alter fuit antiquior canon Gelasij. 24. q. 1. can. Achatus. 1. vbi admonetur, quod quicumq; in hæresim semel damnatam labitur, eius damnatione se ipsum inuoluit. Atqui tēpore S. Thomæ iam isti canones conditi erant, quippe qui tempore Honorij natus fuit, vel paululò post. Verū tamen quia in dictis canonibus nulla fit referuationis mētio, minimè illorum meminit. Et quanuis multi ex neotericis glossatoribus, quos Syluester verb. Excommunicatio. 7. §. 3. refert, in dubium reuocauerint, vtrum per hæresim mentalem huiusmodi excommunicatio contrahatur, proculdubio tamen nō contrahitur, nisi hæresis verbo, aut facto fuerit exterius prolata, vt bene ait Caieta. verb. Hæresis. Nam etsi hæresis per actum mentis contrahatur, eo quod in mente est veritas, ac subinde hæresis, tamen ecclesia nullum actū mentalem intendit excommunicare, non solum quia quantum est ex natura illius actus nequit in cognitionem ecclesiæ venire, verū quia esset laqueos humanis conscientijs obtendere. Item requiritur quod sit error pertinax, vt idem Caieta. verb. Excommunicatio cap. 1. ait. Pertinax autē est si sit assertio, quā homo scit vel sacræ paginæ contrariam, vel ab ecclesia damnatam, vel quam ignorantia crassa ignorat. Quare si sit ignorantia inuincibilis excusans à peccato, eadem ratione ab excommunicatione excusat. Requiritur etiā deliberatus actus: puta, assertio exterior, quā interior præcesserit. Ad hæc, adnotāda sunt verba extrauag. Sixti quarti, Et si Dominici quibus alicui Pontifex ille videri potest rigore huius referuationis quodammodo relaxare: quæ tamen si bene æstimentur, eam potius restringit. Ait enim, quod prætextu facultatum ab ipso vel sua autoritate concessarū seu concedendarum, etiam in fauorem fidei & cruciatæ, nullus confessoriorum aliquos absolueri audeat ab hæresi postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, seu delati, seu publice diffamati. Apparet ergo, quod nisi fuerit quis damnatus, delatus, vel diffamatus, quanuis sit hæreticus, eius absolutio nō fit Romano pontifici referuata. Et tamen hæc non fuit pontificis intentio: nō enim ait, quod hæresis citra hos tres gradus non sit apostolicæ sedi referuata, sed quod per nullam concessionē ab ipso factam, vel faciendam pos-

Honorius. 3. Gelasius.

Per hæresim mentalem nō incurritur excommunicatio, nisi fuerit exterius prolata.

Hæresis pertinax.

Deliberatus actus.

Verba Sixti 4.

fint hæretici absolui, si fuerint damnati, delati, vel diffamati. Duo ergo collige, primum, quod nullus hæreticus citra pontificis facultatē potest absolui, si fuerit hæresis pertinax, & exterius prolata, ut dictū est: quia omnis excommunicatio ratione hæresis est Papæ re-
Prima collectio.
Secunda collectio.
Nota.
Bulla cœnæ Dni cessat cū ipso Papa.
Secundus casus.
Tertius.
Quartus.
Quintus.
Sextus.
Septimus.

ex proposito deliberato verberare, mutilare, aut occidere præsumunt. *Octauus.* Octava, aduersus verberantes, mutilantes, vulnerantes, interficientes, incarcerantes, patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, atque ea mandantes. *Nonus.* Nona est multo latior, quæ in quatuor mēbra sub eodem fere capite distribuitur, quæ omnia ad asserendum libertatem executionis mandatorum pontificis referuntur. Anathematizantur enim illi, qui per se vel per alios eos, qui ad Romanā curiā super causis, & negotijs recurrunt, vel eorundem causarum iudices, aduocatos, vel procuratores verberant, mutilant, vel occidunt. Atque illi, qui literas apostolicas executioni demandari inhihent, vel eorum executores capiunt, incarcerant, vel capi, & incarcerari faciunt. *Decimus.* Decima excommunicatio est aduersus illos seculares iudices, qui personas ecclesiasticas, aut capitula, ad suum ipsorum tribunal, aut cancellariam, aut concilium trahunt, aut trahi faciunt. *Undecimus.* Undecima eiusdem fere tenoris excommunicatio decernitur aduersus eos, qui iurisdictiones, vel redditus, vel prouentus ad ecclesiasticas personas ecclesiarū pertinentes usurpant, vel surripiunt, & qui collectas, decimas, vel tales eis imponunt, ac subinde qui talia confulunt. *Duodecimus.* Duodecima anathematizatio est aduersus cancellarios, aut consiliarios, aut præfidentes quoruncunque regum, aut principum, qui beneficia, & spiritalia, illisque annexas causas ab auditoribus, & commissarijs apostolicis ad se euocant. *Tertiodecimus.* Tertiodecima est aduersus mutilantes, verberantes, aut interficientes, aut capientes Romipetas: hoc est, peregrinos Romam petentes, aut inde reuertentes. *Quartodecimus.* Quartodecima excommunicatio est aduersus illos, qui directè, vel indirectè per se, vel per alios detinent, aut hostiliter inuadunt, urbem Romam, aut terras patrimonio ecclesiæ pertinentes. *Ac demum quintodecima* fuit adiecta à Clemēte septimo aduersus eos, qui in direptione Urbis, quæ suo tēpore contigit, ex basilicis reliquias, ornamenta, vel vas ecclesiastica diripuerunt, vel direpta tenent. Huius tamen excommunicationis materia iam transiit. *Præter hos autem casus sunt alij perquam multi apostolicæ sedi referuati, quos Syluester verb. Excommunicatio. 7. ad 57. enumerat. Sed D. Antoninus, qui de censuris ecclesiasticis longum edidit tractatum vsque ad. 73. præter bullæ cœnæ multiplicat. At verò Caietan⁹ diligēter profectò & lucu-*

Octauus.

Nonus.

Decimus.

Undecimus.

Duodecimus.

Tertius decimus.

Quartus decimus.

Quintus decimus.

Syluest.

Caietan.

lenter, & doctè in summa verb. Excommunicatio per. 81. capitula explicat, ubi eorum exceptiones, & quæ circa illos dubia emergere possunt, disertè & compendiosè enucleat. A quo nos ideo labore, quia plixissimus esset, in præsentiarum abstinendū duximus. *Ex* cipit enim D. Thom. septem casus, in quibus percussus clericum non incurrit excommunicationē. Primus est si causa discipline id faceret, ut magister, prælatus, pater &c. quæ dicitur sacra læsio. Secundus, si leuis fuerit percussio, aut iocosa, Tertius, si quis clericū turpiter abutentem vxore sua, vel matre, vel sorore, vel filia offenderit, tunc enim licet sic eū percutiat, ut sit peccatum mortale, clemētia tamen legis fuit, ut dolor excommunicationē excusaret. *Quartus,* si quis vim vi repellat defendendo se, vel sua: scilicet bona, vel pudicitia, vel religionē suā &c. Et *quintus,* si quis per ignorantiam eum percutiat, quem nesciebat esse clericum. Et *sextus,* si inueniat quis clericum in apostasia post trinam monitionem. *Septimus,* deniq; si à clericatu se ad aliud vitæ institutum trāsferat. *Demum & ab* excommunicationibus Papæ referuatis potest quis absolui à suo prælato, vel sacerdote in octo casib⁹: vide licet, in articulo mortis. Vel quando hostiarius defendens ingressum, clericū absq; dolo malo percutiat. Item si percussus sit mulier, vel seruus, vel religiosus, nisi sit enormis percussio, si sit pauper, aut puer, aut senex, aut valetudinarius, aut capitales inimicitias gerat, ita ut sit persona, cui nō pateat accessus ad Romam: nam his personarū generibus non est Romanum iter possibile. *Tamet si hæc omnia antiqua erant, nunc autem* standum esset cōsuetudini, potissimum in causa hæresis, ubi non esset tuta absolutio, nisi autoritate Romani pontificis fieret. *Sexta conclusio.* Forma demum absoluedi ab excommunicatione non est certa, quemadmodum absoluedi à peccatis, sed potest esse qualiscunq; ut absoluo te. libero te, restituo te communioni fidelium, & sacramentis ecclesiæ &c. *Quinuerò potest etiam in* absentia fieri, & per literas, tametsi iam sit in usu absolutionem committere sacerdoti qui absoluat à peccato, & ab excommunicatione. Sed nihilominus potest fieri absolutio ab excommunicatione, licet non fiat à peccatis. Imò potest inuitus quispiam ab excommunicatione absolui. Enimuerò à peccato, quia non nisi propria voluntate committitur, ne-

Percussus clericum in septem casibus non incurrit excommunicationem. Primus casus.

Secundus. Tertius.

Quartus.

Quintus.

Sextus.

Septimus.

Ac casibus referuatis potest quis absolui à suo curato in octo casib⁹.

Nota.

Sexta conclusio.

Absolui potest absens ab excommunicatione.

Inuitus potest quis ab excommunicatione absolui.

mo, nisi propria voluntate consentiat, absolui potest. At verò quia excommunicatio non est culpa, sed poena: & poena non incurritur propria sponte, imò contra inuitum decerni potest, fit, ut quis reuens absolui possit. *Ac* perinde sicut potest homo pluribus excommunicationibus excommunicari, potest ab vna excommunicatione absolui alia remanente: quia excommunicationes non habent veluti peccata cōnexionem, imò potest homo pro vna excommunicatione satisfacere non satisfaciendo pro omnibus.

DISTINCTIONIS vigesimæ secundæ, Quæst. tertia, De interdicto, & cessatione à diuinis.

ARTICVLVS. I.

Utrum interdictum sit expediens censura.



Materiæ excommunicationis, ne curta relinquere-
 tur, singulos articulos de interdicto, & cessatione à diuinis adhibendos duximus. Non quod totam rerum syluā, quæ de interdicto cumulat, explicare proponamus: est enim proluxa, & summissis propria, sed vt nonnullam eius depingamus effigiem. *Arg. primū.* Arguitur ergo, quod interdictū non sit licitū, quia nemo sine culpa puniendus est: solet autem interdictū contra innocuos, & innocētes poni, cum locus interdicatur, ne populus sacra audiat. *Secundò.* Id nō est fas in ecclesia permittere, quod in detrimētū diuini cultus vergit: dū autē Christiani per interdictū à sacris arcentur, religio diuini cultus nocumētū patitur: nefas ergo est id permittere. *In* contrarium tamen est catholice ecclesiæ vsus. *Interdicere,* vt in superficie verba sonāt, est inter duos aliquid dicere. i. cōstituerē. Sed tñ altera est eius significatio, vt idē sit qd̄ prohibere, vt interdicto tibi ingressum dom⁹ meę, aut interdicto te ingressu: hoc est, prohibeo. Et secundū has duas significaciones nomen interdicti diuersimodè vsurpatur, & iure civili, & ecclesiastico: nā in iure civili interdictū

Pluries excōmunicatus, ab vna excōmunicacione sine alijs absolui pot.

Pars negat. Arg. primū.

Secundū argumentum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

est formata quædam & solennis verborum cõceptio quibus prætor inter duos: hoc est, inter actorem & reum aliquid dicendo constituit: hoc est, aliquid iubet, aut prohibet, vt habetur insti. de interdicitis, & ff. & Codice eo. titu. Quod quidem etiam dicitur interdictio, quæ est, aut prohibitoria, aut restitutoria, aut exhibitoria. Vt cum prætor prohibet ædes extrui in loco, in quo actor eas petebat extrui, aut cum iubet aliquid restitui, quod reus per exceptionem defendebat non esse ab eo restituendum. Hoc autem interdicti genus non attinet ad rem præsentem, sed interdictum ecclesiasticum, & canonicum, quod idem est quod prohibitio à sacris. Est autem operæpretium hic in fronte discrimina inter censuras ecclesiasticas, quæ in vfu habentur, constituere. Sunt enim quæ ad rem præsentem attinent numero quinque; scilicet excõicatio, suspensio, irregularitas, interdictum, & cessatio à diuinis. Cõueniunt enim omnes primò, quia omnes sunt ecclesiasticæ censuræ propter delictum, licet irregularitas nonnunquam citra delictum incurratur. Item ratione causæ efficietis, quia omnes possunt decerni, vel à iure, vel ab homine, saltem ex fundameto, quod est in iure. Nam irregularitas propriè non decernitur ab homine: quia non potest index imponere pœnã irregularitatis, nisi sit iure decreta propter aliquod factum. Neque cessatio propriè decernitur à iure propter aliquod factum, vt ipso facto intelligatur posita, sed, vt art. proximo videbimus, cõceditur ecclesiæ facultas, vt quando iustum iudicauerit cesset. Tertio, quia omnes præexigunt canonicam monitionem, vel quæ in iure sit, vel quæ ab homine fiat. Differunt autem primò, definitione & effectu: nam excõmunicatio, vt supra diximus, est ecclesiastica censura, qua homo priuatur sacramentis, & suffragiis, & conuictu fidelium. Suspensio verò est ecclesiastica censura, qua quis priuatur vfu potestatis ecclesiasticæ, quam habet. Potest enim sacerdos suspendi, vel ab executione ordinum, ne consecret, vel ab vfu iurisdictionis, ne ius dicat, vel ab actu prædicationis &c. Sed irregularitas est quasi priuatio regulæ: hoc est, indignitas secundum canones, ne quis possit ad ecclesiasticos ordines promoueri, vel si promotus fuerit, nequeat in eis ministrare. Tamen hæc secunda suspensionis potius imaginè præ se fert, quam irregularitatis. Interdictum autem canonicum est ecclesiastica cõsura, qua homo separatur à cer-

tis sacramentis, oibusque diuinis officijs, & ecclesiastica sepultura, vt ex. c. Non est vobis, de spõsa. & ex. c. Quod in te, de pœnit. & remis. colligitur. Cessatio demum à diuinis est organorum suspensio: hoc est, ministrorum prohibitio, ne sacra faciãt, aut diuina celebrent. Secundum discrimen est, quod quatuor istorum non decernuntur, nisi propter peccatum, irregularitas vero potest citra peccatum contrahi. Est enim duplex irregularitas, altera quæ in pœnã peccati est imposita, vt si excõicatus ordines suscipiat, vt. c. r. de ijs qui furt. ordi. suscipit, vel ab episcopo excõicato, vt. r. q. r. can. Gratia, & can. Statuimus, vel si excõicatus celebrat: & propter alia cõplura peccata. Et hæc propriè dicitur censura irregularitatis. Sed altera irregularitas est, quæ incurritur citra culpam, vt propter bigamiã, vt extra eod. tit. vel propter effusionem sanguinis etiã licitã, vt cum index suspendere facit reum. Et hæc non est censura quia non habet rationem pœnæ. Quocirca quando confertur in bulla cruciatæ facultas absoluendi ab omni cõsura ecclesiastica, illo nomine includitur etiã irregularitas ratione peccati contracta, sed tamen aliud irregularitatis genus, vt propter bigamiã, effusionem sanguinis, orbitatem membri, aut foeditatem corporis, quia non est cõsura, sub illo nomine non comprehenditur. Præsertim quod absolutio non fit nisi à culpa, vel pœnã: huiusmodi autem irregularitas, nec est culpa, nec pœnã: quare non opus habet absoluteione, sed habilitate, quæ nomine absoluteionis non intelligitur. Tertium discrimen inter alia quatuor est, quod licet non decernantur, nisi propter peccatum, differet tamen: nam excõicatio, & suspensio non decernitur, nisi propter peccatum ipsius personæ, quæ excõicatur, vel suspenditur, interdictum verò non semper decernitur propter peccatum illorum, qui sacris interdiciuntur, sed propter alienum. Nam in odium illius, qui pertinaciter obstinatus est in excõicatione interdicitur ciuitas. Atque id ipsum de cessatione à diuinis dicitur sumus. Hinc subsequitur quartum discrimen, quod excõicatio, suspensio, & irregularitas non decernuntur, nisi aduersus personam in pœnã sui delicti, interdictum autem, & cessatio decernitur aduersus totam ciuitatem, vel regnum, eo quod citra vniuersitatis culpam potest ipsa interdici.

¶ In suspensione autem & irregularitate prætermis ad quæstionem sex conclusionibus respondetur. Prima, Interdictum legitime positum res est ecclesiæ gubernaculo necessaria.

Cessationis à diuinis definitio.
Censuraru ecclesiasticaru discrimen secundum.
Irregularitas duplex.

Nota.

Censuraru ecclesiasticaru discrimen tertium.

Censuraru ecclesiasticaru discrimen quartum.

Prima conclusio.

Nam

Nam etsi excommunicatio, vt supra dicebamus, pœna sit, qua ecclesia maiorem non habeat, tamen quando quis obstinato animo in ipsa recrudescit, cõdecens est, vt eadẽ ecclesia sensum inuocet & tristitiæ respiciat, & quasi totum populum indignatione aduersus eum commoueat, & à iure, quod habet sacra audiendi, suspendat, vt vel illa populi indignatione, & sacrorum silentio perterritus ille resipiscat. At qui interdictum est duplex. scilicet interdictum loci, & interdictum personarum. Interdictum locale seu loci est, quando interdicitur ciuitas, ne illic diuina officia audiatur. & tunc populus, præter personas illas, quæ causam dederunt interdicto, potest extra ciuitatem, & suburbia illa audire: nam nomine ciuitatis etiam suburbia intelliguntur, cap. Si ciuitas, de sentent. excom. lib. 6. Interdictum autem personale est, quo interdicitur populus, vel aliqua eius persona: nam etiam populus citra propriam culpam in odium excommunicati, præsertim si sit rector, vel princeps, potest interdici, vt patet can. Miror. 17. q. 4. vbi Augu. propter delictum Bonifacii interdixit eum sacris, totamque eius domum, & familiã. Imò potest interdici populus sine clero, & clerus sine populo. Et tunc personæ interdictæ nulli. scilicet neque in illo loco, neque in alio audire sacra possunt. Hæc omnia habentur cap. Si sententia, de sent. excom. lib. 6. Ex quo fit vt interdicto loco, non censeatur populus interdictus, nisi ne in illo loco audiat, & e conuerso interdicto populo non censetur interdictus locus. Quare populo excluso etiã in præsentia peregrinorum possunt solemniter celebrari diuina. Et vtique istorum interdictum sunt qui distinguant in tria. scilicet in generale, speciale, & singulare. Sed tamen satis est diuidere in duo: videlicet, in generale, & speciale. Generale. n. interdictum loci est quando interdicitur totum regnum, vel tota ciuitas, vel totum castrum. Dicitur enim generale, quia nulla ecclesia excipitur, vt colligitur ex cap. Cum in partibus, de verb. sig. Interdictum speciale loci est, quando aliqua ecclesia, vel ecclesiæ ciuitatis vel castri interdiciuntur, & non omnes. Et tunc interdicta ecclesia, interdiciuntur omnes eius capellæ, vt eodem cap. Si ciuitas, admonetur, non tamen clerus eiusdem ecclesiæ: potest enim alibi celebrare. Pari modo interdictum personarum esse potest, aut generale, vt dum propter peccatum regis interdicitur totus populus regni, aut propter de-

Interdictum duplex.
Interdictum loci.

Interdictum personale.

Subdiuisio interdicti

lictum domini totus populus ciuitatis, vel castri. Speciale autem est cum interdicitur aliqua persona, vel personæ ciuitatis. Quare hoc imponi potest propter peccata ipsarum personarum, quæ nominatim interdiciuntur. Quæ quidem pœna est minor quam sententia excommunicatio: nam minor pœna est arceri à sacris tantum audiendis, quam priuari suffragiis ecclesiæ & conuictu fidelium. Quocirca episcopus sæpe Pontifex prius præcipit sub cõminatione, vt arceantur ab ingressu ecclesiæ, quam sub cõminatione excõicationis. De illis autem qui interdiciere possunt subiungitur secunda conclusio. Omnes prælati ecclesiarum cathedralium, aut collegiarum: nempe, & episcopi, & abbates, qui præfunt collegiatis ecclesijs, possunt interdiciere, tam personas, quam locum: quia habent iurisdictionem ordinariã, vt notatur in. c. Cum inter, de consuetud. & in. c. Cum ab ecclesiarum, de officio ord. Pariter concilium generale, & capitulum sede vacante. Minores autem prælati, qui excõicare possunt, vt prælati religionum, eadem ratione possunt interdiciere subditos: id est, ab audiendis diuinis cohibere, vt ex eod. cap. Cum ab ecclesiarum, colligitur: quia hoc minus est quam excõicare. Interdiciere autem ecclesiam, vel locum non est in consuetudine, nisi habeant iurisdictionem in oppidum aliquod vel castrum. Tertia conclusio. Ad interdictum requiritur causa, eadẽque grauis, & digna: nam certè locus, & populus non est nisi grauisima de causa interdiciendus, nec quæcunque sufficit, quæ ad excõicandum satis esset. Nam excõicatio fertur contra singularem personam, interdictum verò in damnum populi citra eius culpam. Imò interdictum quauis ex vna parte ad terrorem excõicatorum conducatur, ex altera tamen in periculum diuini cultus vergit, potissimum si sit prolixum: nam tunc non solum populus desuetudine frequentandi diuina officia, affectu eorum, & sensum perdit, verum etiam & clerus ipse remissior fit & ignauior ad eadem diuina celebranda. Quia vtique, ratione, & diuina religio detrimentum patitur, & populus solet in moribus syluescere. Vnde Innoc. & Hostiens. super. c. Quæsiuit, de ijs quæ fiunt à maiori parte capit. sentiunt sententiam interdicti non esse ferendam ob delictum particularis personæ, sed vniuersitatis, nisi sit dominus loci, vt. c. Non est vobis, de sponsa. Et Bonifac. octauus in extrauag. Prouidè, sanxit ne pro debito pecuniario, vel euuisus pecuniæ quã-

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

itate possit iudex ordinaria, vel delegata potestate locum, vel populum interdicere. Secus, vt ait Archidia. de interdicto singularis personae. Nunc autem saltem in aliquibus locis Hispaniae solet ciuitas pro exigua causa pecuniaria interdicto obnubilari, quod profecto nullatenus esset ferendum. Putat enim illa ratione ecclesiastici iudices suam auctoritate afferere, & tamē praeferq̄ q̄ grauissimū dant populo damnum, & iniuriam grandē irrogant, eandem auctoritatē extenuant, quae hac ratioe Indies minoris habetur. In alijs nationibus vix vno seculo interdictum vnum auditur: in Hispania verò creberrima videtur. At qui solebat mos priscus vigere, vt posito interdicto personae excoicatae intra triiduum vrbe pellerentur, vt cessaret, nunc verò temporis nulla huius Christiani moris habetur ratio. Debet praeterea & monitione canonica excoicatus praemoneri in scriptis, vt cap. Cum medicinalis, de sentent. excom. lib. 6. iubetur. Forma autem sententiae est, talem populū, aut locum interdicto ecclesiastico supponimus, de verb. signif. cap. Cum in partib⁹, & de officio delegati, cap. Sanē, in. 2. Estq; notandū, q̄ post conciliū Constant. nemo interdictum seruare tenetur siue à iure siue à iudice positum, nisi aduersus certū locum, aut contra certam personam fuerit enūciatum. Sufficit autē interdictū ecclesiae in atriis intimari, quod quidem ipsa seruante, & reliquae omnes ecclesiae seruare tenentur. Et haec de interdicto, quod ab homine decernitur. Nā sunt multi casus, in quibus & ipso iure decretum est. Ciuitas enim vbi Papa moritur, si non illico ad electionem seruatis iuris conditionibus procedatur, eo ipso interdicto subijcitur, cap. Vbi periculum, de electio. lib. 6. Item quando vniuersitas ciuitatis ab ecclesijs, vel ecclesiasticis psonis pedagiat, vel alia tributa exigit, vt cap. Quāq; de censib. lib. 6. Et in multis alijs casibus, quos Sylue. verb. Interdictū. 4. refert. At qui illud, quod à iudice decernitur, ab eodem est tollendum, & relaxandum, imò & idem iudex potest illud suspendere, vel in tota vrbe, vel in aliqua ecclesia, vel per diem, vel per aliud tempus, cauſa alicuius officij celebrandi, aut defuncti sepeliendi, aut alia legitima, vt cum Innocētio & Hostien. contra Bernard. ait Sylue. verb. Interdictū. 3. §. 8. Quin verò quantum est extenore iuris videntur interdicta iure posita cessante causa, & facta satisfactione per ordi-

Forma sententiae

Conciliū Constant.

Relaxatio.

Nota.

nariū posse tolli: quoniam interdicta iure nō reseruantur Papae sicut excoicaciones. Si autem alicubi reseruetur, standum est verbis iuris. Suspendi autem manente causa, aut nō facta satisfactioe per nullum, nisi per summū Pontificem possunt. Ad haec, & de natura, & effectibus interdicti adhibetur quarta conclusio. Effectus & natura interdicti est trina prohibitio: scilicet, diuinis interesse, & certa suscipere sacramenta, & in loco sacro sepeliri. Enimuerò antiquitus ferē nihil interdictū à cessatione differebat: nam cum tempore interdicti interessē sacris non liceret, clericus ipse ab eis celebrandis omnino abſtinebat, vt colligitur ex capit. Non est vobis, de sponsalib. & capit. Quod in te, de poenitent. & remissio. Sed semel in hebdomada causa conficiendi sacramenti celebrari permittebatur, de sentent. excomm. capit. Permittimus. At verò Bonifacius octauus capit. Alma mater, referens quemadmodum antiquitus tempore interdicti nulla celebrabantur officia, & subdens, q̄ ex distinctione huiusmodi statutorum, decreveret deuotio populi, pullularent haereses, & infinita pericula animarum insurgerent, & ecclesijs sine earum culpa debita obsequia subtraherentur, concelsit, vt tempore interdicti siue ab homine siue à iure prolati possent homines non solum in articulo mortis, sed etiam sani quoties vellent sacramentum poenitentiae suscipere, dum tamen non essent excommunicati, qui quidem, praeterquam in articulo mortis, ad sacramenta non admittuntur. Et nisi essent illi, qui interdicto causam dederāt. Secundò cōcelsit, vt exclusis interdictis, & excoicatis quotidie diuina officia submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis campanis celebrarentur. Tertiò, vt in die natalis dñi, paschae, & pentecostes, & assumptionis Beatae virginis pulsatis campanis, apertis ianuis, alta voce eadem officia solenniter fierent. Iure autē antiquo permittebatur baptismus, & poenitentia morietū, & viaticū cap. Nō est vobis, de spōsalib. & confirmatio in fronte, vt cap. Respoſo, de sentent. excom. Festa autem illa quatuor solennia incipiunt à primis vespers, sed festū paschatis à missa vigiliae, saltē ab initio glorię, q̄ pulsantur campanae, finiūtur tñ in vltio cōpletorio vltimi diei paschatis, aut diei assumptionis. Haud tñ licet in iisdē festiuitatib⁹ sacramētū eucharistię suscipere, nisi ab his, q̄ priuilegiū habēt: quia hoc in dicto. c. Alma mater

Quarta conclusio.

Alma mater.

Festa quatuor.

mater, non cōceditur. Hoc autem sunt qui dubitant, vt r̄m cum priuilegiatus sumit eucharistiā, possit populus interesse eo q̄ illud expresse non conceditur. At verò cū populo concedatur tunc publicē interesse sacrificio missae non est cur dubitetur quin liceat interesse sumptioni eucharistiae, cum non sit nisi pars sacrificij. Potest, & die assumptionis virginis benedictio coniugum solennis fieri, quia illud non est sacramentum. Imò & defuncti solenniter sepeliri, vt ait Sylueſter verb. Interdictum. 5. §. 4. Igitur extra illa festa trinus est interdicti effectus, vt conclusio afferit. Primus scilicet q̄ nemo audire sacra valet, nisi clerici, etiā primae tōsurae. Nisi sint coniugati: nam illi omnia priuilegia clericalia amittunt, vt habetur cap. Ioannes, de clericis cōiugatis, praeter duo, vt Bonifacius de creuit cap. vnico, eod. titulo lib. 6. Nam si tōfuras deferant, gaudēt priuilegio canonis. Si quis suadete diabolo, & ne conueniri debeāt corā iudice seculari. Sed p̄sertim priuilegiū audiēdi sacra tēpore interdicti perdit: q̄ iā non sunt altaris ministri, neq; ecclesiae. Possunt etiam audire sacra quicumq; per pontificis diplomata sunt priuilegiati. Et qui huiusmodi priuilegium habet potest familiam suam, quae eum comitatur, in ecclesiam secū inducere, iuxta concessionem eiusdem Bonifacij cap. Licet vobis, de priuileg. lib. 6. Nisi vel causam dederint interdicti, vel in fraude hanc ob causam fuerint in eadem familiā assumpti, cap. vlt. de verb. sig. lib. 6. Adde hic quod supra. d. 13. q. 2. ar. 1. inter explicandum praecceptum audiendi missam diebus festis diximus: nempe, quod priuilegiati non excusantur tempore interdicti audire sacra die festo. Non quod priuilegiū eos per se obliget, sed praecceptum audiendi missam obligat oī tēpore oēs audire potētes. Secundus effectus interdicti est, q̄ nec possunt suscipi sacramēta ordinū aut extreme vntionis vt notāt doctores super cap. Respoſo. de sent. excom. Tertius, q̄ nec defuncti gaudere possunt ecclesiastica sepultura, p̄ter clericos vt c. Qd̄ in te, de poeni. & remis. Et quamuis illic addatur q̄ clerici sepeliantur sine solēnitate & cū filētio, iā verò hodie, vt ait Sylue. verb. Interdictū. 5. §. 10. cōceditur vt missa & officij funeris cū moderamine capituli Alma mater celebretur. Ad haec de violentibus interdictum distinguendum est inter clericos & laicos: nam de

Triplex effectus interdicti.

Priuilegiati.

Quinta conclusio.

Clerici dupliciter violant interdictum.

Nota.

clericis subneitur quinta conclusio. Clerici interdictū violantes peccant mortaliter sūt que irregulares, & vt verbis iuris vtamur ineligibiles & inpostulabiles. Itaq; nec eligere valent, nec eligi, nec postulari suntq; suspensi ab officio & beneficio. Prima pars, licet eā concedere renuat Caiet. in summa verbo interdictū nihilominus vera profecto censenda est. Et probatur, quia mandatū interdicti imponitur propriē clericis secundū antiquū ius, vt non celebrent, & secundū ius nouum vt non celebrēt nisi iuxta tenorē capituli Alma mater, excluso populo, clausis ianuis, &c & cū p̄ceptū sit de re graui, sit consequens vt non obtemperātes lethaliter delinquant. Secundò id confirmatur ex poenarū grauitate, quae violatoribus iure decernuntur, vt irregularitatis & aliae: tam graui enim cēfura nō plectūtur nisi mortaliter delinquentes. Quod autem tria illa poenarū genera incurrāt probatur cap. Is qui, & cap. Is cui, de sent. excoi. lib. 6. & cap. Cū aeterni tribunal, de sent. & re iudi. eod. lib. & cap. 1. de postula. praetatorū. Sed q̄ sint suspensi officio & beneficio probatur ex cap. Tanta, de excessib. praetator. Imò sunt beneficijs expoliandi, vt patet ca. Postulastis, de clerico excoicato. Atqui si sit religiosus & sciens matricē ecclesiam interdictū seruare, & non seruat, est excoicatus, per clem. Ex frequētibus, de sent. excoicatio. Et est notandum q̄ clericus dupliciter est interdicti violator: scilicet, vel dū ipse est interdictus, tunc enim nullibi, vt dictum est, officia sacrorum ordinum exercere potest, & si decedat interdictus caret ecclesiastica sepultura, vt in dicto cap. Is cui. habetur. Secundò, si locus sit interdictus, licet clericus ipse non sit interdictus, exercendo ordines in eodem loco, violat interdictū. Sunt tñ notanda verba capitulorum irregularitatem decernentium quia non loquuntur nisi de clericis, qui sunt in sacris & celebrāt, vel officia diuinorū ordinū exequentur. Quare licet religiosus, qui nō est in sacris, & secularis & monialis solēniter in ecclesia canant, non fiunt irregulares, vt non possint ad ordines sacros promoueri, sunt tamen aliter puniēdi in aliquod arctius monasterium intrusi, vt eodem. capit. Postulastis, sancitur. Nā & moniales & religiosi non clerici noīe clericorū hoc casu intelliguntur, quibus incumbit diuina officia solēniter facere, vt censeantur violatores interdicti non aut quantum ad irregularitatem. Quae

propter simplex clericus primæ tonsuræ, imò qui minoribus ordinibus initiati sunt (vt Syluester cōtra quosdam Canonistas cum theologis sentit, verb. Interdictum. 5. §. 6.) quāuis solenniter in ecclesia canant, & sua munera exerceant deferendo cereos, aut legendo, & agendo ea, quæ sunt sui muneris, non fiunt irregulares, vt non possint ad maiores ordines promoueri: quia prima tonsura, & minores ordines non sunt ordines sacri, sed dispositio nes ad illos. Et ideo non est eis matrimoniū interdictum. ¶ Quinuerò quāuis presbyteri aliqua munera exerceant in ecclesia tempore interdicti, quæquidem munera non sunt propria sacrorum ordinum, sed possunt per laicum exerceri, vt responforium canere vel Psalmum non ideo fiunt irregulares, vt cum Panormitano ait ibidem Syluester. Vnde cōcluditur regula, illos tantum clericos irregularitatem incurrere, qui sunt in sacris, vt subdiaconi & superiores, & exercent aliquod officium, quod est ordini annexum. Imò quāuis subdiaconus sine apparatu epistolam diceret, non fieret irregularis: quia illam illo pacto laico dicere permittitur, secus si cum apparatu tanquam subdiaconus eam diceret. ¶ At verò de laicis, interdictum eo modo violentibus, quòd ad audiendum sacrum, vel alia diuina officia se se ingerunt, grauius est dubium, vt rùm mortaliter peccent. Nam quòd nullā iuris pœnā incurrāt vt certissimū supponitur. Est tñ argumentū, quòd peccent, & quidem mortaliter: nam de excommunicatione diximus, quòd non solum excommunicati peccant communicando cum alijs, verum & alij communicando cum ipsis: ergo æquali ratione non solum clerus violat interdictum diuina coram populo celebrando, sed & populus insinuando se in ecclesiā, vel per valuarum rimas audiendo diuina, & adorando sacramentum. Accedit & autoritas Innocentij & Archidiaconi, quos in eadem sententiam citat Syluester verb. Interdictum. 6. §. 7. ¶ Nihilominus tanquam probabilior, & fortasse certa subiūgitur sexta conclusio. Laicus, si sit totus populus, vel ipse interdictus, mortaliter peccat ingerendo se diuinis officijs audiendis, si tñ ipse nō sit interdictus, sed solus loc⁹ nō peccat ingerendo se, saltē mortaliter, nisi aliquod violentiæ genus faciat vt se ingerat, vel clericis eum expellentibus nō obtēperet. Prima pars liquida est: nā populus vel aliquos ciues interdicere est eis inhibe

re ne diuina officia audiant, & ideo si nō sint ecclesiæ audientes, cum sit res grauis, certum est eos peccare mortaliter. Secūda verò pars est sententia Sylue. loco citato vbi ait, quòd nisi se se ex contemptu ingerant, nihili faciendo ecclesiæ interdictum vel autoritatem, nō peccant mortaliter. Sed & Caietanus verb. Interdictum eandem sententiam asseuerantiū affirmat, dicēs, quòd violatio interdicti solum est clericorum. Et ratio, quæ id suade re, nescio an persuadere videtur, est quòd quā solus locus interdicatur, mandatum iudicis non dirigitur ad laicos, neq; illis intimatur, sed tantum ad clericos, quibus præcipitur, vt interdictum seruent. Et pariter religiosi ne ianuas perforēt, aut fenestras faciāt, per quas seculares possint diuina, videre vel audire, vt clem. 1. de sentent. excommunicatio. illis ergo incumbit à diuinis populū arcere, quibus laici, cum ab ipsis expelluntur, parere tenentur. Alioqui si contemptus absit & scandalum, certē non videntur mortaliter peccare, licet se ingerant, sed solum esset quædam venialis culpa propterea quòd interpretatiuē faciunt contra clericorum intentionem. Atqui, vt ibidem addit Caietanus., quāuis dum diuina sumus audientes interdictus ecclesiam intraret, non tenemur eū vitare, quia non iubemur non participare cum interdictis, sed solum clerici tenentur à sacris eos eijcere. ¶ Ad argumentum ergo contrariæ partis respondetur, non esse idem de excommunicatione & interdicto: nam cum excommunicatis oēs prohibentur communicare, omnibusq; imponitur pœna maioris vel minoris excoicationis si cū illis cōmunicent: sed in interdicto soli clerici plectuntur, nisi illud seruent: quare illis solis videtur præceptum impositum. Clementina verò Grauis, de sententia excommunicatio. quam fautores contrariæ opinionis pro se afferunt, nihil eis suffragatur: quoniam illic nō habetur sermo de laicis qui tempore interdicti ingerunt se sacris sed de illis dominis qui eo tempore missas & diuina officia in ecclesijs publice & solenniter faciunt celebrari, aliosq; conuocant, imò cōpellūt, vt eisdē sacris intersint, quos quidē nō est dubiū mortaliter & grauisime peccare qui ideo ob id peccatū illic excoicantur. In horū ergo consequentiā nō possunt adduci qui simpliciter se sacris ingerunt.

¶ Primum igitur argumentum iam supra solutum est, conceditur nanq; neminē nisi pro sua

Syluest.

Caieta.

Solutio arg. in oppositu.

Solut. I. arg.

sua

sua culpa puniendum, tamen quando populus interdicatur sacris p sola culpa excommunicati, non punitur populus, sed excommunicatus ipse in populo. Sicuti dum propter culpam patris soboles perdit nobilitatē, non punitur soboles, licet damnum patiat, sed pater in sobole. ¶ Ad secundum verò respondetur, quòd etsi aliqua detrimenta ex interdicto sequantur in diuino cultu & deuotione populi recompensantur tamen per necessitatem defendendi autoritatem ecclesiasticam. Dum tamen, vt diximus, modus adhibeatur, ne vel sine vrgentissima causa interdictum ponatur, vel tantum duret, quòd in populo diuinorum sensus tepescat.

Solutio. 2.

ARTICVLVS. II.

Utrum cessatio à diuinis sit licita.



Secundo queritur de cessatione, & arguitur, quòd non sit licita. Diuina officia celebrari est à iure diuino, ac potissimū missam, quæ, vt supra dixim⁹, est proprium Christianorū sacrificium: per nullum autem ius humanum derogatur diuinum: ergo nulla de causa cessatio à diuinis est licita. ¶ In contrarium est concessio iuris cap. Si canonici, de officio ordina. lib. 6. ¶ Supremum afflictionis documentū, quòd ecclesia ostendere potest est cessatio à diuinis quæ dicitur organorum suspensio: hoc est ministrorū ecclesiæ silentium. Et sumitur ex illo Psalmi. 136. In falicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Vt enim populus Israeliticus in Babylonā captiuus adductus organa, quibus in templo sacrificabat, suspēdit, & petentibus Babylonicis vt quæ in templo consueuerant, canerent, responderunt, Quomodo cātābimus cantieū domini in terra aliena? Ita ecclesia in vltimas āgustias coacta cessatione à diuinis afflictionem suam significat. ¶ Ad quæstionem ergo tribus conclusionibus respondetur. Prima. Nulla cessatio à diuinis propter aliquod crimen ipso facto iure imponitur, sicuti aliæ quatuor cessuræ, vt art. proximo dicebamus, sed solū iure conceditur, vt quādo ecclesiæ visum fuerit, cesset. Quare cessatio, vt Panor. in cap. Dilectus, de appellatio. adnotauit, hoc differt ab interdicto, q sententia interdicti est quid iuris, cessatio verò nō est nisi quid facti, non quidē iure latum aut decretū, sed iure permisum, & concessum. ¶ Secunda conclusio. Cessatio, si legitime fiat, est licita & decēs propter causam iam dictam: nēpe, vt quos rebelles ecclesia iure & ordine vincere & cogere nequit, saltē tā ingēti doloris sensu exterreat. Quòd aut cessatio iure cōcessa sit, patet cap. Irrefragabili, de officio ordi. & ca. Si canonici, & Quāuis eod. titu. lib. 6. Et cle. 1. de sent. excom. ait papa cessationē vnicū esse lumen ad repellendas iniurias ecclesijs illatas. ¶ Tertia conclusio. Ingētissima grauitas incōmodorū, quæ cessatio præfert, exigit, vt sit legitima, conditiones decē. Illas ex ordine recenset Bonifa. octauus in dicto cap. Quāuis, adiunctis glossis. Ioan. Andreæ & aliorū. Primum requiritur, vt cessantes habeant à iure vel cōsuetudine, vt cessare possint, vt in præallegato cap. Si canonici, habetur. Vbi notandum est q episcopus officio suo proprio & ordinario cessare potest, capitulum verò minimē sine autoritate & consensu episcopi, vt ex citato cap. Irrefragabili, colligitur: alioqui cessatio non est valida, & episcopus potest eam reuocare, nisi sede vacante capitulū cessauerit, vel idem capitulū consuetudine vel priuilegio obtinuerit, vt incōsulto episcopo cessare possit. ¶ Tunc ergo requiritur secunda cōditio. s. vt omnes canonici nemine dēpto conuocentur, etiam absentes, qui conuenire possunt ac si de electiōe ageretur. ¶ Tertio requiritur, vt de causa cessandi mature & diligenter tractetur. ¶ Quarto, q de cessando deliberet. Et videtur necessariū, q maior pars capituli cōcludat cessandum esse: nā in. d. c. Quāuis, cōuocatio ad cessationē faciendā æquiparatur ei, quæ fit ad electionē canonicē faciendā. Vñ etiā colligitur, q cōclusio deliberationis debeat fieri à maiori parte oīum deliberatiū. Itaq; si alij cōcludāt cessandū, & alij nō cessandum, & tertij indifferēter se habeāt, pars priā debet alias ābas superare. ¶ Quinto requiritur q offensa, ppter quā cessatur, sit manifesta & notoria: alioqui nulla cōsuetudo sufficeret, quæ esset onerosa, vt. c. 1. de cōsuetu. habetur. Quapropter vt ait Syluest. verb. Cessatio, nō sufficit, vt cū illo, cōtra quē cessatur, probabilibus rōnib⁹ agatur, Sed requiritur, q apertis & notorijs cōuincatur. ¶ Sexto requiritur, q causa illa manifesta sit rōnabilis. Hæc aut cōditio per precedentē satis explicatur: quia nō sufficit, q sit rōnabilis, Sed apertis rōnibus demonstrata. ¶ Septio, q ante cessationē instrumēto publico, vel patentibus literis authenticis sigillo munitis causa cessationis exprimat, &

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia cōditio.

Secūda cōditio.

Tertia cōditio.

Quarta cōditio.

Quinta cōditio.

Sexta.

Septima.

Ostava. exprimat. Et Octavo, vt idem instrumē
Nona. tum ei, contra quem cessatur, tradatur. Non
no, quod cessatur requirant illum, vt emen
det competenter iniuriam vel offensam, pro
pter quam volunt cessare, quod si ille emen
dare noluerit, tunc habet locum cessatio.

Decima. Decimo tandem requiritur, vt infra men
sem vtrāq; pars tam cessans, q̄ contra quam
cessatur, per se vel per procuratores iter ad
sedem apostolicam arripiat, & competenti
dierum spacio se ei repræsentent, vt cognita
causa pontifex remedium adhibeat. Hinc
Trāfacto mē
se partibus
concordanti
bus citra ius
sum pontifi-
cis cessatio po-
test tolli.
Ca. Si cano. autem quidam, qui de hoc mecum dum se
miel cessatio postea erat, congressi sunt, colli
gebant quod mense transacto licet concor
dia inter partes cōponeretur, nullatenus pos
set ante iussam Pontificis cessatio tolli. Sed
reuera nescio quo colore hoc ex dicto capi
tulo colligatur: nam Papa illud ad se iter nō
iubet nisi ad tollendū ecclesie & populi gra
uamen: nempe, ad prouidendum ne cessatio
diu duret, vt licet partes non consentiant, ip
se eam tollat. Intentio ergo Pontificis nō est
viam occludere, quominus etiam transacto
mense quocumq; tempore inter partes con
ueniat possit cessatio tolli autoritate ei⁹, qui
eam posuit. Imo verò secundum Ioannem

Ioā. Andre. Andream si omnes istæ decem conditiones
non concurrant, cessatio non est valida. Vn
de infert quod si transacto mense iter nō ac
cipiatur ad sedem apostolicam, cessatio non
est seruanda. Quinuerò textus id ipsum de
parte saltem cessante asserit, nempe, quod si
pars cessans iter non arripuerit ad sedē apo
stolicam, non seruetur cessatio. Secus vt ait
Syl. verb. cessatio. Si pars, cōtra quā cessatur
idem iter aggredi renuerit: nam propter eius
contumaciam non debet ecclesia iure cessan
di spoliari. De poenis autem clericorū ces
sationē violatū est dubium, vtrum etiam
irregularitatem incurrant sicut dum violant
interdictum. Ad quod Syluester verb. Cessa
tio. §. 5. respondet, quod si cessatio est parti
cularis vnius ecclesie, vel duarū aut pluriū,
non autem generalis omnium totius vr̄bis,
non incurritur irregularitas etiam si sit ma
trix ecclesia: quia illa non æquipollet interdi
cto. Si autem sit generalis in vr̄be, vel castro,
vel regno refert quosdam dicentes quod in
curratur eadem irregularitas, & quod religio
seruantes ex
coiscatur.

Pœne clerico
rum cessatio
nem violan
tiū. tum. si non seruantes excommunicatione feriun
tur, iuxta tenorem Clem. i. de sententia ex
communicationis. Ipse tamen contrarium cum a

lijs sentit propter celebrem illam regulam de
sent. excom. Is qui, lib. 6. quod nunquam
fiat quis irregularis, nisi in casibus à iure ex
pressis. Attamen quantum ad excommuni
cationem religiosorum contrarium profes
sio crediderim: nam in prædicta Clem. post
quam religiosi non seruantes interdictum ana
themate plectuntur, subdit Papa. In cessatio
nibus generalibus à diuinis ciuitatum, terra
rum aut aliorum locorum idem intelligimus
obseruandum, quibus verbis eadem insinua
tur poena. Tenentur præterea qui sine legi
tima & canonica causa cessant, omnia, quæ
de quibuscumq; prouentibus illius ecclesie,
in qua cessatum fuerit susceperint, eidem ec
clesie restituere, & quæ sibi debentur nō pos
sunt percipere. Tenenturq; subinde alteri par
ti sumptus restituere. Si verò causa propter
quā cessatum est, inuenta fuerit iusta & cano
nica, tunc tenetur pars contraria cessantibus
resarcire omnia dāna & detrimenta, quæ cau
sa cessationis acceperunt.

Ad capitale igitur argumentum responde
tur quod quancūq; diuina officia & potissi
mum missarum solennia sint de iure diuino
tamen singulis diebus celebrare, aut singulis
mēsis non tam strictum ius est, quin pos
sit ecclesia quando ratio poposcerit ad asse
rēdam suā autoritatem, quæ etiam est de iu
re diuino, in tempus organa sua suspendere.
Et hæc de clauū potestate, & eius partibus.

DISTINCTIO vigesima tertia de sa cramento extreme vnctionis.



Vintum deniq; po
stremūq; adeo sa
cramētum eorum,
quæ ad singulariū
attinent perfectio
nem personarum, est vnctio ex
trema. Quæquidem est sacramē
tum vnctionis infirmorū ad salu
tē animi & corporis. Tria quippe
sunt

*Sententia an
toris.*

*Pœna cessan
tium sine le
gitima cau
sa.*

Solut. i. arg.

Cap. j.

*Extrema m
Etio definitur*

sunt vnctionū genera, vt venera
bilis Hugo ait. Est enim vna, eadē
que principalis, quæ fit chrismate
per quam copia gratiæ confertur,
vt in confirmatione, licet eodem
sacro vnguento & sacerdos bap
tizatum chrismet in fronte, & epis
copus sacerdotes, quos ordinat, in
capite & manibus. Alia est, quæ o
leo fit simplici benedicto, qua ca
techumeni & neophyti vnguntur
in pectore & inter scapulas. Ac de
mū tertia, qua infirmi in exitu vite
liniuntur. Ex his ergo sola prima:
nempe, confirmatio, & hæc vltima
sacramenta sunt, reliquæ verò nō
nisi sacramentalia quædam. Quod
aut hoc sit sacramentum, inde cō
stat, q̄ quæcumq; ecclesiastica cere
monia, quæ ceu passionis Christi
instrumentum ad remissionē va
let peccatorum, est sacramētum.
Iacobus autē ait, quod dum infirmus
presbyteri ministerio vngitur
oleo in nomine domini, si in pec
catis est remittuntur ei. Et quauis
hoc sacramentum pluribus perfici
atur vnctionibus, vnicum tamē
ex oibus resultat, perinde atq; ex
cōsecrationibus panis & vini vni
ca eucharistia. Eius aut institutor
nec Iacobus quidem, nec aposto
lorum collegium, vt quidam au
tumant, fuit, sed solus Christus,
quod illi sua prædicatiōe promul
garunt. Nam institutio sacramen
torum, quippe quæ fundamenta
legis euangelicæ existunt, & gra

tiam conferunt, ad potestatis ex
cellentiam Christi attinet, quam
ipse nemini impertitus fuit.

Est igitur sacramenti huius esse
ctus, vt idem ait Iacobus, & per re
missionem peccatorum animum
sanare, & per morborum curatio
nem alleuiare corpus. Materia ve
rò eius est oleum oliuarum episco
pali benedictione cōsecratum. Id
enim idem apostolus designat di
cens. Vngentes eum oleo in nomi
ne domini: quia hoc nomine & o
leum benedicitur, & vnctio exer
cetur. Sed forma non est enuncia
toria & indicatoria velut in cate
ris sacramētis, at deprecatoria, vt
verbo illo apud eundem apostolū
designatur, Orent super eum: hoc
est, infirmo deprecando salutem.
Cuius quidem ratio potissima est
quod cum non solum animæ, ve
rū & corporis sit medicina, &
hunc secundum effectum nō sem
per infallibili ordine sortiatur, cō
decet, vt deprecatione Deus pulse
tur, qui eundem præstet sospitatis
effectum.

Ministri autem eius sunt presby
teri, vt in eadem canonica episto
la admonemur. Nec tamen sanis
ministrandum est, sed infirmis, vt
ibidem subiungitur. Neque verò
quibuscumq; infirmis, sed illis, qui
in exitu sunt viuētium: tum quod
absterisio per ipsum fit reliquia
rum peccatorum, quæ toto vitæ
curriculo contrahimus, tū quod
cum

Cap. ij.

Iacobus. 5.

Cap. iij.

cum virtutem habeat diuinam sanandi corpus, non nisi naturalibus medelis propemodum desperatis exhibendum est.

Cap. iij. ¶ Atqui cum precipuus finis sacramenti huius sit morbis animi mederi congruentissimè non toti corpori, quod per animam uiuit, sed illis eius partibus, in quibus radices peccatorum vigent, applicatur. Radix autem prima nostrorum morum est cognitio, unde vis appetitiua excitatur, cognitio vero nostra teste Aristote. a sensu incipit.

Quocirca secundum vniuersale ecclesie ritum quinq; sensuum organa, quasi hoc sit de essentia sacramenti, inunguntur: nepe, oculi, aures, nares, os & manus, in quarum digitorum pulpis tactus precipue residet. Est tamen plerumque ecclesiarum in more, propter virtutem motiuam, pedes quoque; ungere, & quibusdam propter appetitiua, etiam renes. Adhæc cum hoc sacramentum non sit ex illis, quæ characterem imprimunt, nihil vetat quominus etiam in eadem infirmitate iterari valeat.

DISTINCTIONIS vigesimæ tertiæ, Quæstio prima de substantia sacramenti extreme vnctionis, & eius effectu & partibus.



Ordine. quæ. d. r. q. 6. ar. 2. inter sacramenta constitutum, quinque diximus ad perfectionem vniuscuiusque personæ pertinere: tria scilicet per se vt baptismum, confirmationem &

eucharistiam, quæ sunt generatio & nutritio spiritualis vitæ & duo per accidens ratione peccati, quæ sunt poenitentia, qua sanamur, & extrema vnctio, qua integram valetudinem recuperamus. Dicitur est autem hæc de quatuor, dicendum ergo modo de quinto: nam reliqua duo non ad perfectionem hominis quatenus singularis persona est, attinent, sed ad perfectionem Christianæ societatis: nepe, matrimonium, vt genº nostrum corporaliter propagetur, & ordo quo spiritualiter gubernetur. De quibus ideo duobus sacramentis in subsequenti tomo deo dante differendum restat. In hac ergo distinctio, duæ erunt quæstiones Prima de sacramenti essentia effectu & partibus. Secunda de eius ministris, ac de illis, quibus est conferendum. Atqui prima quæstio quatuor complectitur articulos. Primus est de ipso sacramento secundum se. Secundus de eius effectu. Tertius de materia. Et quartus de forma.

ARTICVLVS. I.

Vtrum extrema vnctio sit sacramentum.



Articulusergo primus est, vtrum extrema vnctio sit sacramentum: & arguitur a parte negativa. Sicut oleum assumitur ad infirmos, ita & ad catechumenos, sed vnctio catechumenorum, quæ oleo fit, non est sacramentum: ergo nec extrema vnctio.

¶ Secundò. Sacramenta veteris legis fuerunt signa sacramentorum nouæ: sed in illa lege nullum præcessit sacramentum, quod esset huius figura: ergo hoc non est sacramentum. ¶ Tertio. Omne sacramentum, vt auctor est Dionysius, lib. de ecclesiis, hierar. vel est ad purgandum, vel ad illuminandum, vel ad perficiendum: sed extrema vnctio nec est ad purgandum nec ad illuminandum: quia hæc ipse baptismo tribuit, neque verò ad perficiendum, quia hoc attribuitur chrismati & eucharistie: ergo non est sacramentum. ¶ Incõtrariū autem est verbum Iacobi, 5. vbi iubens vt infirmi per presbyteros oleo sancto ungantur, subdit dicens

Partis negatiua argu. i.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Partis negati.

cens

cens, Et si in peccatis est remittetur ei, remittere autem peccata proprium est sacramenti tanquam instrumenti diuinæ passionis.

Decisio articuli.

Vitcleff.

Valden.

Lutherus.

Prima cõcl.

¶ Non desierunt hæretici, qui contra veritatem huius sacramenti extreme vnctionis insurgerent. Nam vt Tho. VValdensis tom. 2. de sacramentis cap. pen. refert, VVitcleff assiduis ecclesie hostis eam negauit esse sacramentum dicens, quod si esset sacramentum Christus & ceteri apostoli eius promulgationem & executionem non tacuissent: cum tamen in euangelio Christus huius non meminerit vnctionis, & quauis vt Marci. 6. legitur, ungerent infirmos oleo, illud tamen non erat sacramentum, quia extrema vnctio est cõpletum sacramenti poenitentiae & tamen tunc apostoli non erant sacerdotes, nec sacramentum poenitentiae administrabant. Eiusdem hæresis (vt Guido Carmelita in lib. suo de hæresibus, & Aeneas Syluius qui postea fuit Papa Pius in lib. de origine Bohemorum ca. 35. referunt) VValdenses fuerunt priores auctores, ex quibus illam hæreditarunt Bohemi, ac subinde Lutherani, qui eandem vnctionem negant esse sacramentum dicentes, primum epistolam Iacobi non esse canonicam. Deinde, quod etiam si fuerit Iacobi, ipse sicut nec ceteri apostoli non potuerit sacramentum instituire. Quare vbi admonuit vt infirmi ministerio presbyterorum oleo sancto ungerentur, nullius, inquit, meminuit sacramenti, sed illius apostolorum moris, qui vnctione olei infirmos recreabant. Quare Iacobus, inquit, non loquebatur solum de infirmis morti propinquis, sed de quibuslibet. His tamen non obstantibus ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima. Extrema vnctio est verè sacramentum. Tria enim sunt vnctionis generantia Hug. lib. 2. de sacram. par. 15. cap. 1. cuius verba Magister præsentis. d. desumpsit. Est enim vnctio, quæ fit chrismate, quæ dicitur principalis, & hæc fit & a sacerdote in vertice baptizati, & episcopo in manibus & capite sacerdotis, quæ ordinat, & in fronte baptizati dum eum cõfirmat. Secunda est vnctio catechumenorum, quæ fit oleo simplici benedicto in pectore, & inter scapulas. Et tertia, qua eodem oleo inungitur infirmus. Reliquæ ergo non sunt sacramenta, sed sacramentalia. Cõfirmatio verò & hæc extrema sunt sacramenta. Probat igitur S. Tho. d. 13. conclusionem præsentem hoc pacto. In his quæ ecclesia visibiliter operatur, quædam sunt sacramenta, vt baptismus, quædam sacramentalia, vt exorcismus, aqua benedicta, & cetera. Horum autem discrimen est, quod sacramentum est illud, quod principalem effectum spiritualem attingit: nempe, remissionem peccatorum, quæ fit per gratiam, iuxta illud Esaiæ. 28. Hic est omnis fructus vt auferatur peccatum. Sacramentalia autem est, quod licet hunc effectum non attingat, est tamen ad eius assecutionem dispositio quædam, vt exorcismi & vnctiones catechumenorum quæ demones abigunt ne effectui sacramenti obfint. Extrema verò vnctio illum principalem effectum attingit: ergo est sacramentum. ¶ Est autem adnotanda vis probationis huius, alicui enim videbitur esse circulum in probatione: nam ad probandum, quod illum effectum attingat, necessarium videtur probare prius esse sacramentum: probare ergo, quod sit sacramentum per hoc quod peccatum remittat, videtur petitio principij. At verò nulla est, sed legitima probatio. In sacra enim pagina non habetur hoc, aut illud esse sacramentum sub his verbis, sed hoc solum, quod sunt aliqua ceremonie in euangelio, quæ peccata remittunt, & vitam spiritualem conferunt, vt de baptismo. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum caelorum, & de eucharistia. Nisi manducaueritis carnem filij hominis non habebitis vitam in vobis. Et de poenitentia Lucae vlti. Oportet poenitentiam prædicare in remissionem peccatorum. Igitur quauis causa cur aliqua ceremonia conferat gratiam sit esse sacramentum, nihilominus ex euangelio non possumus probare aliquod esse sacramentum nisi ab effectu, quia gratia & remissionem peccatorum operatur. Vnde cum Iacobus post mentionem vnctionis subiunxerit. Si in peccatis est, remittentur ei, quibus verbis significatur virtutem illius vnctionis esse peccata remittere, eisdem verbis docuit esse sacramentum. Enimvero qui vt Apostolus. 1. Cor. 11. ait ex peccatis sæpe oriuntur infirmitates corporis vtrunq; tribuitur huic sacramento & peccata remittere, & alleniare infirmum. Quocirca illud. Si in peccatis est, vt. d. 18. q. 1. ar. 1. dicebamus non solum ad orationem refertur, vt præfati hæretici autumat, dicentes quod solum meritum orationis presbyter potest sanitatem corporis & animæ impetrare infirmo: sed refertur ad vnctionem, quasi ipsa vnctio virtute operis illum habeat effectum sicut confessio, de qua subnequit, Confitemini alterutrum peccata vestra. Non enim illa sacramenta eo ordine narravit

inter sacramenta & sacramentalia discrimen.

Nota.

Quomodo in euangelio ali quod probatur sacramentum.

narravit, quo applicanda intellexit. Enimue rō cum dixit accersendos esse presbyteros, intellexit à confessione exordium & deinde procedendum ad vñtionem, quorum utriusque remissionem attribuit peccatorum.

Conclusio.

¶ Est ergo conclusio hæc nostra non vtcūq; vera, sed orthodoxa veritas, neq; verò tantū testimonio sanctorum aut ecclesie aut conciliorum corroborata, verum & in sacra pagina fundata. Eandem conclusionem Beda lib. 2. super Marcū cap. 4. & super Lucā lib. 3. cap. 7. fundat in commemorato vsu apostolorum Marci. 6. vngentiū oleo infirmos, quā si ad illum vsū Iacobus alluserit. Cautè tamen hoc legendum est: non enim sic est intelligendum quasi apostoli antequam fuerint sacerdotes instituti vñtione illa ceu sacramento vsi fuerint, quia, vt modò dicebamus, nec erat tunc vsus sacramenti pœnitentiæ: quare non legitur apud Marcum quòd vngentur oleo sancto, sed simpliciter oleo ad salutem corporis per donum sanitatis: Iacobus verò nō ait simpliciter oleo, sed ait, Orēt super eū vngentes eum oleo in nomine domini, quasi oleum debuisset in nomine domini esse benedictum, vel quòd in nomine domini per formam sacramenti esset vñtio faciendā. Et hic responsū sibi hæretici putēt dicentes non aliud insinuasse Iacobum, quā illud: quod viuente Christo apostoli vsurpabant, imò longè nos aliud docuit. ¶ Ex quo colligitur definitio extremæ vñtionis. Est enim sacramentum vñtionis infirmorum ad salutem animi & corporis. Sed tamen qd̄ ait Beda est vñtionem illam priorem fuisse quoddam præambulū sacramēti quod post Christi resurrectionem vim erat habiturum.

Beda.

Cautè intelligendus Beda.

Extrema vñtionis definitio.

Aug. lib. de vñtatione infirmorum.

Hæreticorū ag. satiffit.

¶ Meminit & de hoc sacramento Aug. lib. 2. de vñtatione infirmorum cap. 4. dicens. Nec præmittendū est illud Iacobi apostoli præceptum, Infirmatur quis in vobis, &c. Nota verbum, præceptum, quod certè rem grauem atq; adeò sacramētum designat. Et subdit, Sic ergo roges de te, vt sicut dixit apostolus Iacobus: Imò per apostolum suum Dominus. Vide præceptum non esse apostoli, sed domini per apostolum promulgatum seu commendatum. Et subiungit rursū. Vt fiat pro te ipsa scilicet sacrati olei delibutio, quæ intelligitur, spiritus sancti typicalis vñtio. Vbi liquidò August. spiritualē virtutem sacramenti designat. ¶ Et per hoc ad hæreticorum calumnias respondetur. Nā ad illud, quòd epistola illa non sit Iacobi, non est hic locus respondendi. Est enim illa Luthero via perua protegendū se quando alia ei non succurrit quancūq; scripturam è sacro canone abradere. Est tamen ecclesie antiquissima & firmissima confessio illam esse epistolam Iacobi. Fateamur tamen nec Iacobū nec aliquem apostolorum sacramētum instituisse, vt quod ad potestatem excellētiam, quā Christus nemini commisit, attinet. Sed tamen illa apostoli admonitio non fuit eius institutio, sed relatio & commendatio instituti Christi. Similiter enim proximè præmiserat, Ante omnia fratres mei nolite iurare neq; per cælum, &c. & tamen illud non erat præceptum eius, sed Christi. De eodem sacramēto idem meminit Aug. 4. parte sermonum sermo. 9. qui incipit, Rogo vos. Quoties enim, inquit, aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinē Christi ille, qui ægrotat, accipiat: oleū benedictum à presbyteris fideliter & humiliter petat, & inde corpusculum suum vngat vt illud, quod scriptum est, impleat. Infirmatur quis in vobis, &c. Vbi nos ordinem Augustinus docet, quem presbyteri erga infirmos obseruabant. Primum enim sacramentum pœnitentiæ infirmis administrabant, mox eucharistiam, ac demum oleo eos sancto vngent. ¶ Sed quo & sacris canonibus idem sacramentum illustretur, auctoritatem ei adrogauit Leo papa primus can. Illud superfluum. 95. dist. vbi dixit, quòd si piscopus possit chrismate, hoc est, oleo à se benedicto ægrotos inungeret. Et Innoc. 3. de sacra vñtione cap. 1. hoc sacramentum secundum Iacobi admonitionem recenset. Et concilium Florentinum inter septem sacramenta ecclesie constituit. Et tandem capit. Ad abolendam, de hære. hæreticus censetur, qui aliter q̄ ecclesia Romana de sacramentis ecclesie senserit, quæ tamen septem sacramentis instructa est.

¶ At quoniam ob id, q̄ in hoc sacramento plures cum pluribus formis vñtiones fiunt possēt, quis arbitrari non esse vnū, sed plura sacramenta annectitur secunda conclusio. Hoc sacramentum est vnū, alioqui sacramenta plura essent quàm septem. Vnū enim vt presenti dist. ait S. Tho. tripliciter dicitur: scilicet, aut indiuisibilitate, vt punctus & vnitās, quæ nec actu nec potētia diuidi pōt. Aut continuitate, vt linea, quæ actu est vna, & potētia plura. Aut deniq; perfectione, eo quòd

Aug.

Innoc.

Conci. Flor.

Secunda conclusio.

res

res est pluribus constans, vt domus, quæ ex pluribus materiis vna perficitur forma. Hoc ergo tertio modo omne sacramentum est vnū quatenus ex pluribus rebus, & verbis vnū constat signum, & vnū effectum gratiæ tum significans, tum etiam efficiens. Sed est differentia, quòd quandoque vnica actione sacramentum conficitur, vt confirmatio, vbi ideo vnica chrismatio est sacramentum. Quandoque verò indifferens est vna perficiatur, an pluribus, vt baptismus, qui vel vna, vel trina mersione fieri potest. Et tunc, vel vna mersio est sacramentum, vel omnes tres. Sed quandoque plures sunt ad vnū sacramentum necessarie, vt ad eucharistiam, quæ ratione corporis, & sanguinis constat. Atque hoc pacto sacramentum extremæ vñtionis est simul plures vñtiones, eo quòd perfecta significatio salutis animæ non fit nisi vñtis sensibus, & organis, quæ sunt morborum spiritualium: hoc est, peccatorum radices. Quare vñtio partialis cuiuscunque sensus non est, nisi pars sacramenti. ¶ Ex quo fit consequens, vt sacramentalis gratia, neque per primam, neque per subsequentes vñtiones conferatur, vsque ad punctum vltimæ partialis formæ, vt quæst. sequēti, artic. 3. luculentius explicabitur. Nulla ergo est consequentia, quòd si plures sint vñtiones, plura sint sacramenta. Nam sicut partiales formæ ossium, carniū, & neruorum in homine vnū integrant suppositum: ita & illæ omnes vñtiones vnicum signum vnius gratiæ.

Nota.

Corollarium

Argument.

Dilutio.

Prima differentia.

2. differentia.

do aliam hostiam, vt ait sanctus Thom. sed in extrema vñtione non deberet vngi pars, quæ vnica est: quia vñtio in eadem parte iterata esset similis consecrationi super eadem hostia repetita, quod nullo modo faciendum est. Consultius tamen est, vt in eucharistia non alia hostia sumatur postquam alia est consecrata. Quare in tertia parte quæst. 83. artic. 6. non meminit huius secūdi membri, sed simpliciter dixit, quòd debet missæ celebritas per alium sacerdotem expleri. ¶ Quæ autem hic præcipua ambiguitas est, ad sacramenti huius institutionem attinet. Hugo nanque libr. 2. de sacrament. par. 15. ait quòd sacramentum vñtionis infirmorum ab apostolis institutum legitur. Ait enim Iacobus, Infirmatur aliquis in vobis &c. Atq; hanc opinionem ad literam, vt alias eius auctoris sæpe solebat, amplexus est præsentis distincti. Magister sentent. Et quauis S. Tho. glosset eum, quòd intellexerit institutum ab apostolis: id est, promulgatum, planè tamen & Hugo, & Magister fuerunt illius sententiæ, quòd fuerit ab eis institutum, quos sequitur, & Bouauentura artic. 1. quæst. 2. dicens, Quòd Spiritus sanctus per apostolos hoc sacramentum instituit.

Auctoris cōsiliū.

A quo fuerit hoc sacramentum institutum.

Magist. sent.

Tertia conclusio.

Ratio cōcl.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

¶ His tamen non obstantibus subiungitur tertia conclusio. Hoc sacramentum, sicut reliqua omnia, à Christo ipso institutum est. Hanc conclusionem, contraria recitata, & reiecta, asserit D. Thom. distincti. præsentis, & Ricardus distincti. 2. artic. 1. quæst. 3. At qui nos supra distincti. 1. quæst. 5. artic. 2. generatim omnia sacramenta inōstrauimus à Christo esse instituta. Et ratio id certè conuincit. Sacramenta enim sunt legis euāgelicæ fundamenta: ad legislatōrē autem pertinet fundamenta legis constituere, quæ nemo alius dimouere possit. Vnde Paulus, sic nos, inquit existimet homo, vt dispensatores mysteriorum Christi, non sit fundatores, sed dispensatores. Et quauis ad Ephes. 2. dixerit ciues ecclesie esse fundatos super fundamentum apostolorum, & prophetarum, intelligit super fundamentum, quòd propheta & apostoli promulgarunt. Secundo, quia cum sacramenta gratiam conferant, eorum institutio ad potestatem excellētiam Christi pertinet, qui & meritō fuit eiusdem, & dator, quam quidem potestatem, vt illic dicebamus, nemini comunicauit. Accedit quòd

V y v si vel

si vel apostoli possent sacramenta instituire, eadem ratione possent eadem variare, & tollere: consequens tamen est falsum, & erroneum. Præterea cum sacramenta veteris legis, quæ tantum erant nostrorū figura. Deus solus cōdidit, cōdecens fuit, vt Christus ea, in quibus veritas consistit, & instrumēta suæ passionis sunt, instituerit.

Ratio. 4.

Argu. contra r. opinio. Solutio quorundam.

Solu. D. Tho.

Argumentū autem contrariæ partis est, quod nullibi in euangelio huiusmodi institutio legitur. Ad quod sunt qui respondeant, illud institutum fuisse Marci. 6. vbi Apostolus ad prædicandum cum illa potestate misit, vt infirmos oleo curarent. At verò, D. Thom. hoc non respondit, intelligens curationem illam non fuisse sacramētum. Et ideo ait Christum sacramentum hoc instituisse, satis probari ratione communi omnium sacramentorum: quia sunt fundamenta ecclesiæ, & causa gratiæ. Euangelistæ verò non fuerunt solliciti vniuersa pernarrare, sed illa tantum, quæ ad salutis necessitatem, & ecclesiæ dispositionem pertinebant, qualia sunt baptismus, pœnitentiā, eucharistiā, ordo, & matrimoniū. Confirmatio verò, & extrema vnctio non habent tantam necessitatem, sed nihilominus Spiritus sanctus ex traditione apostolorum illa declarauit. Possumus præterea dicere, quod Marci. 6. hoc sacramentum insinuaui: sicuti confirmationem vbi promisit. Apostolis virtutem ex alto. Ex omnibus autem sacramētis solam eucharistiā ministravit: ob id quod & eandē ipse in exemplū sumpsit, quod nullā in eo imperfectionem designabat. Reliquia verò ideo non ministravit, quia non decebat ea recipere, vt baptismum, pœnitentiā, & extremā vnctionem: quia sunt remedia peccati, quod in ipso non erat, nec cōfirmationem & ordinem, quæ dantur ad perfectionē gratiæ, aut potestatis, quibus ipse non carebat.

Nota.

Solut. 1. arg.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

Ad primum igitur argumentum iam responsum est, quod vnctio catechumenorum non est sacramentum: quia non cōfert gratiā. Ad secundum respondetur, quod cum virtus huius sacramenti sit exeuntes ab hoc seculo ad ingressum gloriæ disponere, quidem in veteri lege decedentibus non patebat, nullum fuit illic sacramentum huius figura, quanuis per curationes lepræ, & aliorum membrorum quodammodo designabatur. Ad tertium respondetur quod Dio-

nysius mentionem non fecit de extrema vnctione, sicut neque de pœnitentiā, & matrimonio: quia non recensuit, nisi sacramenta quantum ad ordinem ecclesiasticæ hierarchiæ, quæ consistit in benedictionibus ministrorū, quæ sūt per ordines sacros, & in purgatione, & illuminatione, recipientium, quæ fit per baptismum, & in eorum perfectione, quæ fit per cōfirmationem, & eucharistiā. Nihilominus, vt diuus Thomas tertia parte, quæst. 65. articul. 1. dixit, & sacramentum matrimoniij quodammodo attinet ad ministros: quia per ipsum generantur homines, qui futuri sunt ministri, & pœnitentiā, & extrema vnctio ad purgationem, & illuminationem eorum, qui à gratia baptismali decidunt.

ARTICVLVS. II.

Virum effectus extrema vnctionis sit peccatorum remissio, & sanitas corporalis.



Voniā rei natura per eius effectum innotescit, queritur de effectu extremæ vnctionis, & arguitur, quod nō sit remissio peccatorum. Ad id, quod per vnum satis fieri potest, aliud superfluit: sed ante extremam vnctionem requiritur pœnitentiā, per quam quantum est de se omnia peccata, tam venialia, quam mortalia remittuntur: ergo extrema vnctio non valet ad remissionem peccatorum.

Partis negatiua argu. 1.

Secundū argumentum.

Secundo. In peccato sunt tria: scilicet, macula culpæ, reatus pœnæ, & reliquiæ: nempe, malæ inclinationes inde resultantes: macula autem culpæ non remittitur, nisi per contritionem, quæ ad pœnitentiā est necessaria, & quæ per se sufficit peccata remittere, quæ quidem contritio non est dispositio proxima extremæ vnctionis, neque per extremā vnctionem remittitur peccatum quoad reatum pœnæ, alioqui si infirmus conualesceret non teneretur satisfacere pro peccatis, quod tamen est falsum: sed neque per ipsam remittuntur reliquiæ: quoniam experitur infirmus, qui post vnctionem bonam valetudinem recuperat, easdem malas inclinationes: ergo effectus extremæ vnctionis non est remissio

Partis affirmatiua. missio peccatorum. In contrarium tamen est, quod vtrunq; coniunxit Iacobus tanquam binum huius sacramenti effectum dicens, Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis est, remittentur ei.

Decisio articuli.

Prima cōcl.

Secunda cōclusio.

Tertia cōcl.

De hac quæstione aliqua sunt certa & aliqua dubia, ad omnia verò sex conclusionibus respondetur. Prima effectus huius sacramenti, est duplex. Vnus vtique principalis, atq; alter minus principalis, & quasi adiunctus. nam etsi vnū quodlibet sacramētum ad vnum sit effectum principaliter institutum vt baptismus ad gratiam generationis, & eucharistiā ad gratiam nutritiōis spiritualis, nihil tā vetat quominus alios possit habere adiunctos, vt eucharistiā animi hilaritatē. Secunda cōclusio. Effectus præcipuus huius sacramenti est gratia ad peccatorū remissionē. Cōclusio est beati Iacobi dicentis, Si in peccatis est, remittentur ei. Est autem triplex peccatum: nempe, originale, mortale & veniale, & in vno quoque est distinguere tria: scilicet, maculam culpæ, & reatum pœnæ, & reliquias, quæ ex ipsis peccatis relinquuntur. Est ergo tertia conclusio. Effectus proprius huius sacramenti non est remissio culpæ originalis vel mortalis. Probat, quia effectus proprius cuiusque sacramenti ex ipsa eius significatione deprehenditur. Sicuti purgatio ab originali & regeneratio ex significatione ablutiōis baptismi, emerfioisq; ex aqua, & liberatio à ligamine peccati, suscitatioque ex eius morte ex forma absolutionis pœnitentiæ: cum ergo extremam vnctio applicetur per modum vnctionis, quæ medicinæ effigiem habet, effectus eius proprius est medicari & sanare. Vnde sicut baptismus est quædam spiritualis regeneratio, & pœnitentiā quædam spiritualis suscitatio, sic & extrema vnctio quædam spiritualis medicatio & sanatio. Sicut autem medicatio & sanatio præsupponit vitam corporalem: quia mortuo, qui sanari nequit, nulla applicatur medicina: ita & extrema vnctio præsupponit spiritualem vitam, languidam tamen debilem & infirmam, atq; adeo non est instituta vt per se directè tollat mortē originalis vel mortalis culpæ, sed hoc ei est accidentariū, sicut omnibus sacramentis, si peccatum mortale sine obice inueniat. Quare Iacobus non dixit simpliciter, quod directè

remittit peccata sicut pœnitentiā, sed quod si infirmus in peccatis est, remittentur ei. Et confirmatur hæc ratio: Duo sacramenta nō ordinantur ad eundem effectum: nam ad remissionem originalis non ordinatur nisi baptismus: cum ergo sacramentum pœnitentiæ sit propriè institutum ad remissionē culpæ mortalis, fit vt extrema vnctio non sit ad illum effectum instituta. Id quod ex ordine ipso præterea confirmatur: Nam sicut pœnitentiā supponit baptismum, quo tollitur originale: ita & extrema vnctio suo ordine & institutione præsupponit pœnitentiā, qua tollitur mortale. Accedit, quod si sacramentum hoc ad remissionem mortalis culpæ esset institutum, nulla vetaret ratio quominus sanis posset exhiberi, imò indiscriminatim vel ipsum, vel sacramentum pœnitentiæ: quod est erroneum: nam forma eius non præsupponit accusationem peccatorum, quæ est ad sacramentalem mortalis culpæ remissionem necessaria. Concluditur, ergo quod sua perfe virtus est abstergere infirmitatem, quæ subleto peccato mortali in homine relinquitur.

Dubium.

Tres ergo istæ conclusiones certissimæ sūt, & ab omnibus receptissimæ. Sed tamen dubium est quæ nam sit illa infirmitas ad cuius sanationem sit instituta: nam sublata mortali culpa possunt in homine relinqui vel venialia peccata, vel aliquæ reliquiæ ex peccato mortali: nempe, pronitas ad malum, & inepitudo quædam & torpor ad bonum. Pleaque ergo omnium doctorum autumant effectum proprium extremæ vnctionis esse venialium remissionem. Sic enim distin. præfenti opinati sunt Bonauentura, Scotus, Ricardus & Durandus. Et apparentia suæ opinionis est, quod sicut sunt tria peccatorū genera: nempe, originalis, mortalis & venialis, sic sint tria sacramenta illis accommodata: scilicet, baptismus, pœnitentiā, & extrema vnctio. Contra hanc tamen opinionem arguitur. Primò ex ipsa forma sacramenti: nam cum peccatum veniale sit quodammodo ligamen, si per formam sacramenti deberet remitti, deberet forma ipsa aliquam habere figuram absolutionis: imò deberet habere aliquem actum doloris vel charitatis: atq; adeo si sine tali actu veniale culpā remitteret, nō esset tam sacramētū, quā Sacramentale quoddam, vt aqua benedicta, & benedictio episcopalis. Secundo, sacramentum pœnitentiæ li-

Solutio dubij

Opinio doct.

Fundamētū opiniois.

Argum. contrarium.

2. Argumētū.

tia licet principaliter sit institutum ad remissionem mortalis culpe, nec veniale sit eius necessaria materia, est nihilominus eius materia: quare & idem sacramentum ad remissionem omnis peccati actualis post baptismum conditum est, quod eius generalis forma, ego te absoluo, significat: & ideo sub conditione ait Iacobus, Si in peccatis est: hoc est, si in peccato est vilo sine mortali, sine veniali: insinuans quod non debet infirmus post sacramentum poenitentiae, quod ei applicatur, in aliqua esse culpa peccati: ergo extrema unctio non per se ordinatur ad remissionem venialis. Tertiò. Omne sacramentum est causa gratiae, & per ipsam habet suum proprium effectum: ergo ad illum praecisum effectum qui sine gratia haberi potest, nulla opus est institutione sacramenti, sed sufficiunt sacramentalia: ad remissionem autem venialis culpe non requiritur infusio gratiae: ergo vt D. Thom. tertia part. quaest. 65. articulo. 1. concludit ad remissionem venialis nullum est sacramentum institutum, sed satis sunt praeter sacramentum poenitentiae complura sacramentalia, quibus indies venialia remittuntur.

Tertium argumentum.

Quartum arg.

Solutio Bonaventurae.

Bonaventurae solutio patris Theologiae.

Postremum argumentum.

Quartò arguitur. Si remissio venialium effectus esset extremae unctiois, tam commode ministraretur sanis, quàm infirmis, quando quidem peccata venialia quotidie committimus: quare non esset proprium sacramentum infirmorum. Respondet autem Bonaventura, quod non ministratur hoc sacramentum sanis: quia in statu viae venialis morbus est quasi inseparabilis ab homine, & quasi quadam necessitate iterabilis, sed in egressu ab hac luce est eiusmodi morbus sine iteratione curabilis, & ideo tunc applicatur hoc sacramentum. Hac autem solutio, si fas est sic loqui contra Diuum, egregiumque doctorem, non est tam theologa quàm fuit ipse: quoniam sacramentum non exhibetur contra futuros morbos, sed contra praeteritos, & ideo metus quod iteranda essent venialia, non deberet obstare quominus etiam sanis pro praeteritis applicaretur: nam eodem modo ministratur infirmis, licet spes vlla sit quod à morbo sospites relabantur in peccatum. Postremum argumentum, neque verò infirmus sumitur ex ipsa forma sacramenti, Indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, per auditum &c. Non enim dicitur restrictè, Quicquid venialiter deliquisti, sed simpliciter. Quicquid deliquisti

si quod potissimum ad mortalia delicta referatur: ergo effectus eius non est solum venialia remittere, sed certè mortalia quantum ad infirmitates & languores, qui ex ipsis relinquuntur. Subiungitur ergo quarta conclusio, quae est S. Thomae. Proprius effectus sacramenti extremae unctiois est per gratiam sanare & abstergere peccatorum reliquias, & vestigia & cicatrices, quae sunt pravae habitudines: puta, pronitas & proclivitas ad malum, & ineptitudo, torpor, languor, & debilitas ad operandum bonum. Ac subinde animum nitore quodam & hilaritate afficere. Conclusio sufficiens diuisione probata est: nam cum quodammodo sit institutum ad remissionem peccatorum, & peccata non remittantur nisi quo ad culpam, vel poenam vel huiusmodi reliquias, & effectus eius non sit remittere culpam, vel originale, vel mortale, vel veniale: sed neque reatum poenae, quoniam ipsa sacramenta baptismi & poenitentiae dum delent culpam, remittunt partem poenae, & reliqua pars non per extremam unctioem, sed per ignem purgatorij expurgatur, fit vt eius effectus non sit nisi praedictas reliquias abstergere. Idque potissimum ex ipsa sacramentali unctioe confirmatur: nam sicut homines ex praeterita infirmitate languentes unctioe olei liniuntur, vt fota membra & nervi consolidentur & irroborentur, & eorum plaga cute obducantur, per cuius metaphoram Esaias. 1. conqueritur Deus de gente peccatrice, quod non esset eius plaga fota oleo: sic oleum sacrum illis, qui ob peccata praeterita debilitatem spiritualem sentiunt, adhibetur ad significantiam gratiam, quae ad similes spirituales effectus illis confertur. Quae quidem gratia in vltima prolatione postremae omnium formarum infunditur. Sed de hoc vltimo instanti latius quaest. sequenti arti. 3.

Quarta conclusio.

Conclusio probata.

Ratio. 2.

Arg. S. Bonaventurae.

Solutio. 3.

Solutio. 2.

Arguit autem contra hoc D. Bonaventura. Sequeretur, quod hoc sacramentum non esset institutum ad remissionem peccatorum, contra verbum Iacobi, si in peccatis est, remittetur ei, vbi nullam facit mentionem reliquiarum peccati, sed ipsorum peccatorum. Ad hoc autem respondetur dupliciter, primum quod Apostolus non loquitur nisi sub conditione, si in peccatis est, insinuans peccata quo ad culpam debere iam esse remissa. Secundò quod & sanare illa peccatorum vestigia est remittere peccata: quia remittere peccatum non

tum, non est nisi peccatum cum omnibus eius vestigijs & cicatricibus tollere, nam & fomitem ex originali peccato relictum appellat Paul. ad Roma. 7. peccatum, dicens, Ego non operor malum, sed quod habitat in me peccatum. Et. 2. Machab. 9. de existentibus in purgatorio, qui non soluantur nisi à poenis, dicitur, Vt à peccatis soluantur.

Aliud arg.

Secundum argumentum.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Argumentum Durandi.

Solutio.

Sed aliter nos arguimus. Propterea non est institutum sacramentum ad remissionem venialium, quod ad id non requiritur infusio gratiae: sed multò minus videtur requiri ad istarum reliquiarum absterzionem: ergo neque iste est effectus huius sacramenti. Et secundò arguitur cum Durando. Ista reliquiae sunt nobis à natura innatae, licet sint effectus originalis labis tanquam remouentis prohibens: scilicet, iustitiam originalem, vel sunt habitus ex pravis actibus geniti, isti autem non tolluntur per sacramentum. Ad primò negatur minor: nam etsi ad remissionem culpe venialis non exigatur infusio gratiae, tamen ad tollenda vestigia, quae ex peccatis sunt reliqua, gratia exigitur, quae virtutem habeat super naturalem, sicuti ad remittendam poenam, & sicuti in confirmatione ad corroborandas vires, vt homo possit defendere fidem. Ad secundum respondetur, quod per extremam unctioem non tollitur fomes peccati, aut pronitas naturae ad malum, quae ex peccato originali nobis insunt, suntque nobis naturales, neque eradicantur habitus ex actibus pravis ingeni: quia illi non nisi per contrarios actus euelluntur. Sed tamen valet gratia huius sacramenti contra actus & effectus eorundem habitu ex peccatis tam originali, quam actualibus impressorum, qui actus sunt inclinare ad malum: & contra infectiones membrorum, quas ex iniqua seruitute peccati contraxerunt, & ad nitorem animi & hilaritatem ad ingrediendum iter gloriae. Et per hoc diluitur aliud argumentum Durandi, quod est huiusmodi: Si hoc sacramentum valeret contra illas reliquias, & ad exhilarandum animum, deberet potius sanis quàm infirmis adhiberi, nam easdem patientur debilitates & tristitias peccatorum, imò non deberet administrari infirmis, cum iam propemodum usum amiserint rationis, nec possint alacritatem illam & letitiam sentire. Respondetur autem, quod quatuor eiusmodi debilitates & tristitiae sanos etiam pre-

mant, nihilominus in mortis articulo, vbi corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, maiore animus sentiscit languorem, aciori que afficitur moerore, tum propterea quod mundum relinquit, tum quod non est de sua salute certus. Et ideo sicut antiquò illi qui agones & luctas aggrediebantur oleo ungebantur, & confouebantur: ita ecclesia institutione Christi suos athletas agonizantes, & cum mortis tristitia depugnantes, tum viatico eucharistiae refouet, tum illo unctiois fomento corroborat & exhilarat, vt difficile iter firmioribus viribus & spe ingrediantur. Ac de mum vt iuxta verbum Psalmi. 103. exhilaret eorum faciem in oleo, & pane cor hominis confirmet. Quocirca non debet sacramentum hoc differri quousque infirmus sensu careat, sed tunc applicari quando huiusmodi spirituales effectus sentire possit. Et quanuis in vita hac illos effectus non sentiret, nihilominus virtute sacramenti in exitu à corpore poterit illos experiri.

simile.

Nota.

Quinta conclusio.

Argu. contra conclusionem.

Secundum arg.

Tertium arg.

Quinta conclusio. Effectus secundus & minus principalis huius sacramenti est infirmum ab aegritudine corporali alleuiare & nonnunquam seruare. Hoc patet testimonio Iacobi hoc ipsum asserentis. Contra hanc autem conclusionem arguitur. Medicina corporalis non valet ad salutem spiritualem: ergo nec medicina spiritalis ad sanitatem corporalem, sed solum ad spiritualem. Secundò, hoc sacramentum non tollit nisi effectus & reliquias peccatorum actualium, vt patet per formam, Indulgeat tibi deus quicquid deliquisti per visum, per auditum &c. Sed corporales infirmitates ex originali peccato tantum remouente iustitiam originalem pullulat: ergo illas sanare non est effectus huius sacramenti. Tertio. Vel hoc sacramentum ad corporis sanitatem confert virtute naturali aut supranaturali: non primum, quia virtus sacramentorum non est naturalis, sed supranaturalis: Si autem virtute supranaturali sanat: ergo per miraculum ad modum doni sanitatis: consequens tamen est falsum: quia sacramentum à dono sanitatis distinguitur. Quartò Iacobus sanitatem & alleuiationem corporis non attribuit sacramento, sed orationi fide: ergo eiusmodi sanitas non acquiritur nisi per modum deprecationis, sicut sacerdos in sacro potest collectam adhibere pro infirmorum salute. Et haec est causa quare

non semper sequitur ille effectus: quia depre-
catio non est impetratoria per modum me-
riti de cōdigno infallibiliter. Etenim si virtu-
te sacramēti liberatio fieret à corporali mor-
bo, Tunc inde, quantum exurgeret argumē-
tum, quod est Lutheri apud Rossensem in
assertione septem sacramentorum. Ait enim
quod cum sacramentum, vt Theologi profi-
tentur, sit signum efficax sui effectus, si hoc
esset sacramentum, & effectus eius esset sana-
tio corporalis, infallibili ordine semper sana-
ret, atque adeo in potestate nostra esset per
hoc sacramētum vitas hominum perpetuas
facere. Sic solet ille sacramenta irridere.

Solutio pri-
mi arg.

Ad primum ergo negatur consequentia:
nam virtus sacramenti, cum sit supra natura-
lis, potest extendi ad effectus corporeos, si-
cut donum sanitatis & linguarum &c.

Solutio. 2.

Ad secundum verò respondetur, primum, qd
plurimæ infirmitates ex peccatis actualibus
nascuntur, vt. i. Corinth. ii. ait Paulus. Secun-
dò, qd etiam valet contra infirmitates & reli-
quias peccati originalis, quatenus per pecca-
ta actualia augentur & confirmantur. Ad

Solutio. 3.

tertium respondetur, hunc effectum proue-
nire virtute supra naturali sacramenti, negat-
ur tamen consequentia, dum infertur esse
miraculum sicut donū sanitatis: nam ad mi-
raculum non fat est, qd fiat virtute supranatu-
rali, sed requiritur, qd fiat præter rerum ordi-
nem, sicut contingit in dono sanitatis. Qua-
re virtutes sacramentorum licet sint supranatu-
rales, non tamen dicuntur per miraculum
operari, eo qd certa lege operantur. Ad quar-
tum respondetur, qd oratio illa fidei, cui Iaco-
bus sanitatem attribuit, non est ordo ille ora-
tionum & psalmorum, quæ vnctioni præmit-
tuntur, sed forma ipsa sacramenti. Indulgeat
tibi Deus quicquid deliquisti per visum &c.
Quæ quidem non habet tantum vim simpli-
cis deprecationis, sed significat effectum gra-
tiæ sacramentalis ad tollendum quicquid cō-
tractum est per delictum: siue sint reliquiae
peccatorum; siue infirmitas, quæ ratione de-
licti sæpe contrahitur: vt arti. 4. iterum ex-
plicabitur. Ad quintū igitur argumentum
in quo maior est difficultas. Hugo loco ci-
tato. lib. 2. de sacramē. c. 15. quæ Magister sen-
tent. ac subinde eius interpretes Bonauentu-
ra, Ricardus, & S. Tho. sequuntur, ait qd cum
sanitas corporis sit effectus minus principa-
lis huius sacramenti, debet insequi naturam

Solutio. 5.

effectus principalis, quæ est salus animæ. Et
ideo quando salutis animæ sanitas corporis
expedit, sanatur etiam infirmus corporali-
ter: quando verò non expedit, non sanatur.
Hæc verò sententia licet tot habeat patro-
nos, Imò verba concilij Florentini huc videā
tur alludere, tamen re vera non videtur vsui
& naturæ sacramenti apta: nam multi post
vnctionem sanitatem recuperant, qui post
modum sunt peiores, atq; adeo expeditius
eis fuisset tunc mori. Et econuerso multi tūc
moriuntur, etiam in gratia, qui fortè si in pri-
stinam sanitatem redirent, pluribus meritis
vitam suam exornassent. Item quia si quoti-
escunq; salus corporis ad salutem animi ex-
pediret infirmo, esset per sacramentum libe-
randus, creberrimo opus esset miraculo: qd
sæpissimè tanta est iniquitas morbi, vt citra
miraculum non possit sanari: miraculum au-
tem expectare non attinet, vt suprā diximus
ad naturam sacramenti. Ad hæc demum
accedit, qd sanitas corporis licet quandoque
ad salutē aīæ conducatur, nunquā tñ est mediū
necessarium: & ideo nō est ad illū finē neces-
se, qd per virtutem sacramenti, quæ principa-
liter ordinatur ad salutem animæ, recupere-
tur salus corporis. Quare conciliū non dixit
hoc tanquā articulum fidei, sed ad doctrinā
Hugonis alludendo. Rei ergo veritas est ve-
nāda. Dixim⁹ enim in materia cōfirmatiōis
gratiam illius sacramenti habere hanc virtu-
tem, vt propterea qd quis cōfirmatus est, spe-
cialiū adiuuetur à deo ad protegendam fi-
dem coram tyranno, quā si non esset confir-
matus. Nihilominus virtus illa non est sem-
per sufficiens, & infallibilem consequens ef-
fectū. Nam potest natura meticulosi homi-
nis esse in causa, vt iuuamen confirmationis
non sufficiat ei, imò facilius abneget fidem
quā alius vir fortis non confirmatus. Pariter
gratia eucharistiæ est speciale iuuamen con-
tra incursum dæmonum, tamen inbecillitas
naturæ potest esse tanta, vt alius sine illo iu-
uamine melius resistat. Pari ergo modo gra-
tia sacramenti extremæ vnctionis habet vir-
tutem supranaturalem sanandi morbum cor-
poreum. Itaq; cæteris paribus facilius sanita-
tem recuperat in extremis vnctus, quā si nō
vngeretur, quæ quidem virtus causas etiam
naturales adiuuat, vt corroborando virtutē
naturæ, imò & virtutem medicaminum. Sed

tanta

Impugnatur
Solutio.
Ratio. 2.

tanta potest esse infirmitas, vt illud iuuamē
non sufficiat. Imò posset nonnunquā ars &
solertia peritissimi medici plus ad id confer-
re, quā virtus sacramenti, sicuti virtus forti-
tudinis plus valere ad propugnandam fidē,
quā virtus confirmationis. Vnde ad formā
argumenti quo Lutherus huic sacramēto cō-
uiciatur, respondetur, qd effectus præcipuus
sacramenti est certus: vt aliorum sacramen-
torū, scilicet, infusio gratiæ ad remissionem
peccatorum quantum ad eorū reliquias. Sed
quantum ad secundū effectum respectu sa-
lutis corporis, qui non est principalis, hanc
prorsus habet certitudinem, qd ex sua natu-
ra semper ad illum effectum iuuat, nō tamen
eandem habet ordinariam certitudinē quan-
tum ad effectus consecutionem: nam potest
natura morbi adeo inualuisse, vt id non suffi-
ciat. Quapropter si aliquando contingit su-
pra istum ordinem hominem pristinæ salu-
ti restitui, non erit virtus sacramenti, sed mi-
raculi, quod Deus in bonum ecclesiæ & fidei
operabitur. Haud enī vana esset considera-
tio si quis diceret, qd in primitiua ecclesia, vt
in confirmatione ad roborandam fidem spi-
ritus sanctus visibili miraculo illabebatur, i-
ta & dum hoc sacramento infirmi vngebantur,
multo plures salutis restituerentur, quā
modò, vt illo beneficio tum gentiles, tum &
Iudei allesti christianam religionem suscipere-
rent. At verò quoniam multa sacramen-
ta characterem imprimunt, adhibetur hīc tā-
dem sexta conclusio. Hoc sacramētū nul-
lum imprimi characterem. Probatur, quia
characteris munus, vt distin. i. q. 4. diximus,
est tum signum distinguendi inter diuersos
status ecclesiæ militantis, tum etiam potestas
ad conferendum vel suscipiendum aliquod
sacrum, sicut per characterem baptismi di-
stinguuntur christiani ab infidelibus, & frūt,
habiles ad suscipiendum alia sacramenta, &
per characterem ordinis distinguuntur fidei
milites potētes iam pro fide pugnare, ab ijs,
qui ceu infantes lacte fidei nutriuntur, & per
characterem ordinis distinguuntur ecclesiæ
proceres, qui possunt sacramenta ministra-
re, à reliquo populo, qui illa recipit. Sacra-
mentū verò extremæ vnctionis non confer-
tur homini tanquā in ecclesia militante per
mansuro, sed tanquā inde in aliam vitā pro-
ficiscenti. Et ideo per huiusmodi sacramen-
tum nec fit distinctio quantum ad status ec-

Solutio.

Sexta cōclu.

Ratio cōclu.

clesiæ militantium respectu fidei, neq; suscipi-
tur potestas ad aliquam rem sacram facien-
dam vel suscipiendam: quo circa nullus illic
imprimitur character. Quod si arguas. In
omni sacramento distinguenda sunt tria, q
sunt sacramentum tantū, & res tantū, & res
& sacramētū: Sed hoc tertium non potest
in hoc sacramēto assignari, nisi sit character.
Respondetur, qd sacramētū tantū est hīc
vnctio exterior, & res tantū gratia sacramē-
talis, rem autem & sacramētū posset quis o-
pinari esse sanitatem corporalem, quæ & per
externam vnctionem significatur, & signifi-
cat sanitatem animæ: amen quia res sacra-
menti debet esse certa & intus latens, quorū
neutrū eidem sanitati conuenit, congruen-
tius ait S. Thom. rem & sacramentum esse
deuotionem internam, & mentis hilaritatē,
qui est effectus extremæ vnctionis, & signū
remissionis peccatorum quo ad reliquias.
Ad primum igitur argumentum eorum,
quæ in capite quæstionis proposita sunt, iā
respōsum est: nempe, qd ad remissionem cul-
pæ tam mortalis quā venialis, & ad ablatio-
nem alicuius partis pœnæ sufficit sacramen-
tum pœnitentiæ: quare ad hoc non ordina-
tur vnctio, sed ad remissionem peccatorum
quo ad reliquias. Et eadem respōsio suffi-
cit ad secundum. Sed tamen ad redargutio-
nem, quæ illic adhibetur, qd scilicet postmo-
dum conualescentes sentiunt eandem pecca-
torum reliquias, iam respōsum est, qd sacra-
mentum non euellit habitus prarios, nec tol-
lit fomitem peccati, qui in nobis est natura-
lis, sed pro tēpore, quo applicatur reprimat
eorū actus generando spirituale lætitiā. Et iō
postea cum maneant eorūdem radices, repullu-
lant ijdem effectus.

Obiectio.

Dilutio.

Solut. i. arg.

Solut. 2.

Solutio. 3.

ARTICVLVS. III.

Vtrum materia huius sacramenti sit oleum
simplex ab Episcopo consecratum.



Veritur tertio de materia hu-
ius sacramenti, & arguitur qd
non opus est, esse oleum sim-
plex. Vnctio huius sacramen-
ti significat incorruptionē, cū
eis solum adhibeatur, qui ex hac corruptibi-
li vita eruuntur: incorruptio autem per bal-
samum significatur quo christus conficitur,

Partis nega-
tine argu. 1.

Vv 4 ergo

ergo chrisma huic sacramento congruenti est, quia simplex oleum.

Secundū argumentum.

Secundō arguitur, q̄ nulla oporteat benedictione cōsecrari, tum q̄ significatio huius sacramenti, quia est medicatio, oleo ex sua naturali proprietate conuenit, efficacia verō ex institutione diuina: superfluit ergo benedictio. Potissimum cum applicatio ipsa sub forma crucis & sanctorum verborum satis sit pro benedictione.

Tertium argumentum.

Tertiō arguitur, Quauis aliqua benedictio requiratur, sufficit benedictio presbyteri: nam maior est benedictio panis & vini in eucharistia quā olei, & tamē illam simplex Sacerdos facit.

Pars affirmatiua.

In contrariū tamen est verbum Iacobi, Vnctio oleo in nomine domini, & similitudo aliorum sacramentorū, in quib⁹ vnctio est vsus: nam illud vnctio episcopus consecrat.

1. Conclusio.

Quæstio est facillima, quæ ideo tribus conclusionibus expeditur. Prima est. Materia huius sacramenti est oleum, Cuius probationi sufficit verbum Apostoli. Atqui cum nomine olei simpliciter intelligatur oliuarū liquor, veluti de materia baptismi diximus, q̄ debet esse simplex aqua: cōsequitur, vt veluti ad baptismū non sufficit aqua rosacea, vel ex alijs herbis eliquata, sic neque oleum ex nucibus vel alia quauis vnctiosa materia expressum, esse valeat huius sacramenti materia: quia non est oleum: imō neq; oleum oliuarum si per cōmissionem rosarum aut aliarum medicinalium herbarum adeo fuerit in grossatum, vt formam olei amiserit: debet enim esse simplex oleū.

Oleum congruit sacramento huic.

Et quod huiusmodi materia congruat huic sacramento, probatur: quia est medicatio quædam, eadēq; postrema, & ideo debet esse p̄fecta & simplex, quæ significet internam curationē animi, & doloris mitigationē q̄ applicatur extremē laborantibus, & quæ spem polliceatur salutis: huiusmodi autem proprietates maximē oleo congruunt, quæ est materia simplex, & in genere medicaminum p̄fecta, & lenitiua, & vsq; ad intima penetratiua, & effusa, & sua pingui suauitate spem salutis offert, quæ potissimum & vulneribus & athletis in agone certantibus applicatur. Quibus remedijs peccatis vulnēatus, dum agonizat, opus habet. Quod si quis arguat, materiā sacramentorum debere esse illam, quæ vbiq; reperiri possit: oleum autem non vbiq; prouenit. Re-

spondetur satis esse tantam esse copiam in orbe Christiano vt possit saltem per vecturam vbiq; reperiri. Secunda conclusio. Oleum hoc simplex, debet esse benedictum.

Secunda cōcl.

Et quidem quod hoc sit de necessitate præcepti nemo est qui ambigat: quando quidem vniuersalis ecclesiæ vsus ita habeat, vt oleum catechumenorum sit ab episcopo consecratum, & autoritate Innocentij tertij cap. vnico de sacra vnctione confirmatur. Vtrum verò sit de essentia sacramenti, nō apparet prima fronte vsq; adeo certum, attamen indubiē tenendum est, q̄ requiritur benedictio olei, tanq̄ de essentia sacramenti. Quæ quidē veritas potissimum ex vsu & autoritate ecclesiæ confirmatur, quæ si hoc sacramentum oleo non benedicto fieret, non reputaret esse sacramentū.

Innoc. 3.

An oleū consecratū sit de essentia sacramenti.

Supposita verò veritate declaratur congruentia à S. Tho. tribus rationibus. Prima, quia quando sacramentum consistit in applicatione materiæ extrinsecus, (quod dicimus ad excludendam poenitentiam, matrimonium & ordinem) si Christus fuit illa materia vsus in ratione sacramenti, non indiget alia benedictione, sed tactus eius valet pro benedictione: nam quia tactu sui corporis dum fuit à Ioanne baptizatus, destinauit aquā sacramento baptismi, & panem & vinum suis manibus tetigit quando illa consecrauit, neq; in baptismo requiritur tanquam de essentia benedictio aquæ, neq; in eucharistia benedictio panis aut vini, præter illam, qua sit sacramentum. At quia nunquā vsus est oleo in ratione sacramenti: nam cum vnctus fuit à Magdalena Lucæ. 7. & post mortē à Nicodemo Ioan. 19. vnctiones illæ nullam habebant sacramenti rationem: consequens fit, vt materia sacramentorū, q̄ ex oleo sit, vt in cōfirmatione & extrema vnctione esse debeat benedicta.

1. Ratio S. Thom.

Lucæ. 7.

Accedit sc̄da rō, q̄ in istis sacramētis datur plenitudo gratiæ, in cōfirmatione ad propugnandam fidem, in extrema vnctione ad remittendum peccata etiam quātum ad eorum reliquias. Præterea in extrema vnctione est tertia ratio, vt per illā cōsecrationem significetur virtutem olei ad sanandum morbos corporis non esse naturalem, sed supranaturalem.

2. Ratio congruentiæ.

Tertia ratio.

Aliam adducit Durandus, q̄ in sacramentis, vbi de necessitate requiritur minister consecratus, requiritur etiā benedictio materiæ. Sed certē si hoc esset verum requiretur etiā panē & vinum ad eu-

Quarta ratio Durandi.

Ostenditur congruens.

ad eucharistiam debere esse per episcopum consecrata: quia etiam illic requiritur minister consecratus: putā, presbyter.

An requiratur q̄ consecratur ab episcopo.

Caieta.

Fabianus.

Tertia cōclusio.

Vtrum verò requiratur, q̄ consecratio olei fiat per episcopum, quantum ad necessitatem præcepti non dubitatur: esset enim peccatum alio oleo inungere, vt vniuersalis ecclesiæ vsus testatur. Sed quantum ad essentiam sacramenti Caietanus. 3. par. q. 72. art. 3. neq; chrisma confirmationis neq; oleū infirmorū, existimat esse de essentia sacramenti, vt ab ep̄o sit cōsecratū quishoc timidē dicat, & nō concludendo. Attū, vt dist. 7. q. 3. disputauimus, contrarium nos admonet ecclesiæ vsus tenere. Et re vera de chrismate res est certissima, q̄ lege ordinaria consecratur ab episcopo, vt patet ex can. Literis, qui est Fabiani, de consecrat. dist. 3. vbi ait ab apostolorum tempore in vsu fuisse consecrari ab episcopo chrisma in cœna domini. Sed de Chrismate satis illic dixim⁹, De oleo ergo extreme vnctionis, adhibetur tertia conclusio, q̄ est de essentia, vt sit ab episcopo consecratū, nisi forsan ex cōmissione summi p̄fificis consecrari à presbytero possit. Et est optima congruentia, quam S. Tho. adducit: nempe, q̄ effectus sacramenti non procedit ex propria virtute ministri, sed fit ex efficacia sacramenti, quod dispensat. Illa autem efficacia tanquā à primō fonte emanat à Christo. Deriuatur autem in alios ordine quodam: scilicet, in populum, mediantibus ministris, atq; in ministros inferiores mediantibus superioribus. Et ideo vt episcopi presbyteros consecrant, ita & in sacramentis, quæ materiā consecratam exigunt, consecratio materiæ illis incumbit, vt non vtantur nisi illa, quæ ipsis ab episcopis suppeditatur. Duo autem sūt aduersus hoc Caietani argumenta. Primum, illud, quod nos in capite quæstionis postremum fecimus. Præstantior est cōsecratio panis & vini in eucharistia, quam olei: illam aut potest facere presbyter: ergo & hęc. Ad hoc autem S. Thom. optime respondet cōsequentiā perempta. Est enim argumentum fallax, q̄ qui maius potest, possit & minus. Sacramentum enim eucharistiæ non consistit in vsu alicuius materiæ, sed in consecratione illius, itaq; cōsecratio eius est p̄fectio sacramenti. In potestate autē supra corpus christi verū episcopus non est superior presbytero, & ideo presbyter potest illam cōse-

crationem facere: habet autē præminentē potestatem supra corpus christi mysticum, ratione cuius potest consecrare templa et altaria &c. quæ simplex presbyter consecrare nequit. Quare non sequitur, q̄ si huiusmodi consecrationes non sint tantæ excellentiæ quā eucharistia, non requirant eminentiorē ministrū. Imō per istas ostenditur dependentia presbyteri ab episcopo, sanē cum presbytero non liceat consecrare nisi in vasis ab episcopo consecratis. Pari ergo modo dicendū q̄ non potest consecrare oleum, licet per illud consecratum possit administrare sacramentum. Aliud eius argumētū fumitur ex capit. Pastoralis, de sacrament. nō iteran. vbi cum quidam esset confirmatus non chrismate, sed oleo respondet Papa non esse iterandum sacramentū, sed supplendū quod defuerat: nempe, apponendam esse confirmato chrisma: ex quo colligitur q̄ sine chrismate fuerat verum sacramentū. Respondetur autē argumētū esse vrgentissimum, vt illic diximus, ad probandum q̄ chrisma: hoc est, cōmixtio balsami, non sit de essentia confirmationis. Nihilominus oleū illud erat catechumenorum ab episcopo cōsecratum: quapropter inde non colligitur materiam confirmationis & extremæ vnctionis non esse necessariā ab episcopo consecrandam.

Nota.

Secundū arg. Caietani.

Solutio arg.

Vtrum verò ex cōmissione pontificis maximi possit presbyter oleum catechumenorum & extremæ vnctionis consecrare, res est dubia. At verò quauis illic non libens adduci potuerim, vt cum Caietano concedere posse committi presbytero consecrationē chrisomatis, reliquimus tamen illud vt cunq; probabile. Quod si illud probabile est, multo est probabilius, vt possit committere consecrationem simplicis olei.

An ex cōmissione papæ oleū consecrari possit à presbytero

Ad primum igitur argumentum respondetur, q̄ balsamum non erat huic sacramento necessarium: quoniā incorruptio gloriæ nō est res contenta in hoc sacramento: quare nō oportebat illam per materiam balsami designari. Neque huic aliæ sunt qualitates balsami congruentes, quas dist. 7. declarauimus sacramento confirmationis aptari propter fragrantiam odoris, quæ significat bonā famā qua debet ecclesiæ miles quādiu in ecclesia viuuit, fragrare: nā qui in extremis vnctur, nō est amplius in ecclesia permanens. Quare illam tantum famam habebit, quam viuens

Solutio primi arg.

bonis operibus acquisiuit. Quod si contra obijciatur textus can. Illud superfluum, dist. 95. vbi admonet Innocen. vt Episcopus, si dignum duxerit, aliquem ex languidis a se visitandum, benedicere & tangere chrisma- te sine cunctatione potest. Ad hoc glossa ibi dem respondet, qd forsan in primitiua ecclesia propter dignitatem episcopi, quando ipsi vngabant infirmos, poterant chrismate id facere. Et hoc insinuat in illo verbo potest, qd dicit licentiam rei non necessariam. At vero cum chrisma idem sit, quod vnguentum, fortasse illic non significatur, nisi quodcumq; oleum ab episcopo consecratum. Ad secundum vero respondetur, qd etsi oleum proprietate naturali significet medicationem interiorum, nihilominus efficacia eius, quam habet ex diuina institutione, debuit in oleo per eius consecrationem designari, quae quidem consecratio ratione iam dicta, debuit ab episcopo fieri ad denotandam dependentiam presbyteri vntis materia a superiori prelato.

ARTICVLVS. III.

Verum forma huius sacramenti per verbum deprecatium sit congruens.

Partis negatiua argu.



Ostrema speculatio de essentia sacramenti attinet ad formam. Et arguitur, qd illa deprecatia non sit rei consentanea. In primis cum sacramenta sint de iure diuino, debent eorum forma in euangelio, vel saltim in sacra pagina designari: haec autem, Indulgeat tibi deus &c. nullibi reperitur.

Secundum argumentum.

Secundo. Illa, quae sunt de essentia sacramenti debent esse eadem apud omnes: sed non omnes ecclesiae hac forma vtuntur: ergo non est de essentia. Tertio. formae aliorum sacramentorum, quia significant certum effectum, omnes proferuntur verbo indicatio. Hoc est corpus meum, Ego te baptizo &c. cum ergo hoc etiam sacramentum significet certum effectum, deberet eius forma esse indicatiui, & non optatiui modi.

Quartum arg.

Quarto. Forma debet significare intentionem

nem ministri, & materiam & effectum sacramenti, vt ego te baptizo, ego te chrismao &c. haec autem forma nullum istorum significat: ergo non est legitima.

In contrarium est verbum Iacobi, Oratio fidei sanabit infirmum: vnde colligitur formam huius sacramenti debere esse deprecatioriam

Neque haec quaestiuicula quidpiam praese fert difficultatis, & ideo vnica conclusione absoluetur. Fuerunt enim quidam, vt S. Thomas commemorat, qui negarunt sacramentum hoc vllam habere formam, propter argumenta supra facta: nam illa verba, Indulgeat tibi, deus, potius apparent inuocatio diuinae misericordiae, quam assertio alicuius effectus.

Quaedam praeterea ecclesiae quod etiam S. Thomas refert, vt forma huius sacramenti similis sit formis aliorum vtuntur verbo indicatiuo dicens. Vngo hos oculos oleo sanctificato, in nomine patris &c. Nihilominus statuitur conclusio. Praedicta verba sunt forma huic sacramento congruenter accommodata.

Nam primum, qd omne sacramentum debeat constare ex materia & forma, dist. 1. satis ostendimus. Sacramentum enim est signum gratiae, quam efficit: significatio autem materiae exterius applicata est indifferens ad plura, atque adeo indeterminata: nam vnctio illa olei plura potest significare, scilicet curationem tantum corporis, vt dum a medico applicatur infirmis, vel recreationem, & solamen lassati corporis, debet ergo per aliqua verba, quibus proprie suapte natura conuenit esse signa, ad certum sacramenti effectum adaptari. Est praeterea Decretum Florentinae synodi omnia sacramenta constare ex materia & forma. Et peculiariter de isto affirmatur formam esse illam, Per istam vnctionem, & suam pijsimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum &c. Sed quod eadem forma aptissimè huic sacramento congruat, probatur primo, quia suscipiens hoc sacramentum est iam proprijs viribus destitutus, & ideo indiget orationibus adiuuari. Secundo, quia cum sit iam in illo articulo, quo de foro ecclesiae exit, debet solius Dei clementiae & potestati per orationem committi.

Tertio, quae potissima est ratio, quod cum hoc sacramentum praeter gratiam sacramentalè alium habeat effectum: nempe, sanitatem corporis,

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Conclusio.

Concilio Florent.

Forma haec aptissime congruit huic sacramento. Ratio. 2.

Ratio. 3.

reã, quae quidem oibus, quae ad eius attinet essentiam, ritè peractis, non semper infallibi ordine consequitur, sicut in baptismo, & confirmatione subsequitur character, & in consecratione eucharistiae transubstantiatio, & in sacramento poenitentiae assilente contritione, sequitur peccatorum remissio, condicens, fuit vt forma esset deprecatia ad inclinandum Deum, qui huiusmodi corporis sanitatem conferret. Quarto. Congruentia eiusdem formae inde etiam ostenditur, quod per ipsam significatur, & sacramenti materia, vbi dicitur, Per istam vnctionem: & virtus, quae in sacramento speratur, dum adiungitur, per suam pijsimam misericordiam: & tertio vterque sacramenti effectus, dum tandem adhibetur. Indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum &c. Quoniam illic non qualiscunque petitur peccatorum indulgentia, sed perfecta, quantum ad eorum effectus, & vt culpam remittat, si in aliqua est, vt ait Apostolus, & aliquam subinde faciat poenae remissionem, sicut in caeteris sacramentis. Praeterea, vt & peccatorum reliquias, & languores, vt expositum est, abstergat, in super, & infirmitatibus corporis, (nam etiam illas ex peccatis contrahimus) medeatur. Haec enim omnia amplitudo verbi, indulgeat, comprehensum significat.

Ratio. 4.

Ad primum igitur argumentum iam superius responsum est, vbi diximus, quod non omnia sacramenta necessarium erat ab euangelistis explicari, sed illa potissimum, quae sunt ad fidem, & ecclesiae ordinem necessaria, Reliqua vero, licet sint a Christo instituta, relicta sunt per Apostolorum doctrinam, quae etiam est diuina, promulgata. Quocirca Iacobus vbi huius sacramenti nos admonuit, illic formam explicuit, dicens, vt presbyteri orarent super infirmum, vt oratio fidei saluaret eum, vbi orationis nomine formam sacramenti expressit, quae esset deprecatia.

Solutio. 2.

Ad secundum respondetur, quod orationes, quae ante vnctionem praemittuntur non sunt foris, sed sacramentalia quaedam, & ideo quaelibet ecclesia potest suis vti, sed tamen forma sacramenti eatenus est de essentia, vt sit apud omnes deprecatia. Quod autem dicatur, indulgeat tibi Deus, aut remittat, aut sanet quicquid deliquisti, aut commisit &c. non variat essentiam.

Solutio. 3.

Ad tertium iam responsum est, quod licet

hoc sacramentum habeat hanc certitudinem quod gratiam producat, & per se adiuuet ad salutem corporis, tamen consecutio eius huius sanitatis potest impediri ex indispositione suscipientis, quauis legitime suscipiat hoc sacramentum Sanct. Thom. dicit, ex fictione, sed forsan est mendum: nam non impeditur, nisi ex indispositione: quia grauitas morbi, aut debilitas naturae cum illo iuuamine non sufficit.

Propter quartum argumentum aliae ecclesiae vtuntur illa forma indicatiui, Vngo hos oculos oleo sanctificato, in nomine patris, & filii. &c. Et ideo Ricardus dist. praesenti, art. 1. quest. 4. ait, quod si talis usus apud aliquas ecclesias viget, dicendum est, quod modus exprimendi per formam indicatiui, aut optatiui non est de essentia. At vero D. Tho. & D. Bonauentura & alij graues autores aliter sentiunt: videlicet, qd illa forma indicatiui, si alicubi sit in usu, non debet existimari forma sacramenti, sed praeparatum. Ecclesia enim Romana non vtitur illis verbis, vt patet in concilio Florent. sed forma deprecatia, quod etiam antiquus autor Aristodorenensis lib. 4. cap. de extrema vnctione, affirmat. Itaque dicere illae ecclesiae debet, Vngo hos oculos oleo consecrato, vt indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, &c. alioqui non esset sacramentum. Quod re vera sic probatur: nam forma debet exprimere spirituales effectus, quem operatur determinando materiam ad eius significationem: vt cum dicitur, Ego te baptizo, forma illa significat ablutionem illam corporalem fieri ad significandam internam animi: & pariter in confirmatione, Ego te confirmo chrismate salutis: cum autem dicitur, Ego vngo hos oculos, tunc illa confusa significatio, quae potest esse, vel ad refrigerandum, vel ad curandum oculos, vel ad alium effectum, non determinatur ad effectum sacramenti, nec satis exprimitur intentio ministri, nisi addatur, vt indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti &c.

Solutio. 4.

Ricardus.

Forma indicatiui non est forma huius sacramenti.

Nota.

Solutio arg.

Ugitur ad argumentum respondetur, quod nullo opus est verbo indicatio, sed per illam formam deprecatiam exprimitur primum materialis causa, per istam vnctionem, quem admodum Graeci aiunt, Baptizetur seruus Christi: & virtus sacramenti; per suam misericordiam: & simul intentio ministri, & effectus sacramenti cum dicitur, Indulgeat tibi Deus, ad illum enim effectum intendit sacerdos vngere.

DISTINCTIONIS vigesima tertia, Quæst. 2. De ministrantibus, & suscipientibus sacramentum extremæ vñtionis.

ARTICVLVS. I.

Vtrum solis & omnibus sacerdotibus hoc sacramentum administrare competat.



Partis negatiue argu. 1.

Væstio hæc secunda tribus articulis erit contenta. Primus est de ministris. Et secundus de suscipientibus. Et tertius de membris corporis, quibus est applicandum. Arguitur ergo q non omnes sacerdotes sint eius admistri. Virtus sacramenti huius innitur orationi fidei: sed laicus etiam orat oratione fidei: ergo potest sacramentū hoc administrare.

Secundum argumentū.

Secundū. Videtur, q etiam diaconis hoc incumbat officiu: nam diaconi, vt ait Dionysius, de ecclesia. hierar. habēt purgare: effectus autem huius sacramenti non est nisi purgare à morbo animi & corporis: ergo possunt illud administrare, præsertim cum ex officio incūbat illis baptizare, vt legitur de beato Laurentio, quod quidem sacramentū perfectius est q extremavñctio. Tertio arguitur, q solis episcopis hoc ex officio iucumbat, nam perficitur vñctione veluti confirmatio: sed confirmare solis episcopis conuenit ex officio: ergo & infirmos vngere. Sed in cōtrariū est verbū Iacobi, indicat p̄sbyteros ecclesie &c.

Tertium argumentum.

Pars affirmatiua.

Ad hanc quæstionē vnica etiā conclusioe satis est respondere. Omnis & solus sacerdos est huius sacramenti minister. Itaq; nec requiritur episcopus, nec sufficit diaconus, aut alius nō sacerdos. Cōclusio præter verbū Iacobi dicentis, vt p̄sbyteri oleo vngāt infirmos, probatur ratione. Laicis enim ex officio nullū sacramentū administrare cōpetit, eo q sacramentorū administratio est actus hierarchicus, qui solis ministris ad id muneris ab ecclesia cōsecratis competit: sola enim baptizatio propter extremā illi sacramenti necessitatē illis permittitur, quā quidem necessi-

Conclusio.

Ad cōclusiōis.

tatem non habet extrema vñctio. Sed neque diaconis id cōpetit ex officio: quoniam ipsi nō habent nisi purgare, quod fit per exorcismos & catechismos: illuminare autē, quia fit per infusionē gratiæ nō eis competit ex officio. Quare non possunt administrare extremam vñctionē. Neq; verò baptismū eadem ratione ex officio, vt ait S. Tho. Quauis in materia baptismi sub dubio reliquimus, vt saltem ex cōmissione episcopi propter frequentiam baptismi id in primitiua ecclesia possent, vbi erat raritas sacerdotū. Quare non eadē est rō vt possint neq; ex cōmissione sacramentum extremæ vñctionis administrare, neq; vsq; legitur id illis fuisse cōmissū. Quod autē episcopi huic administrādo sacramēto non sint necessarij, pbatur. quoniam in can. citato. Illud superflūū, ait Inno. q cū sint arctiorib⁹ negotijs implicati, nō eis vacat, imo neq; eos decet per domos infirmorū discurre, quod esset ad vngēdū illos necessariū. Et sic colligitur, q administratio sacramenti solis & oibus p̄sbyteris cōpetat. Nō quidē ex cōmissione episcopi, sed ex proprio officio, vt baptizare, cōsecrare, & in sacramento poenitentiæ absoluerē. Et est decretū concilij Florēt. & in. c. Quæ fuit, de verb. sig. q ministri huius sacramenti sunt p̄sbyteri. Quod si verbū obijcias dist. 95. can. p̄sbyteros, q p̄sbyteri nō possunt chrismare in frōte: hoc est, cōfirmare, permittitur tñ eis, vngere infirmos oleo sctificato. Rñdetur, q verbū illud pmittitur nō ē canōis, sed Gratiani, & ideo nō est vis in illo faciēda, neq; accipi debet in eo rigore, vt pmitti significet ex cōmissione episcopi, quasi nō habeāt ipsi ex pprio officio, sed quod officiu eorum hoc habet annexū. Et cū dicimus neminem, præter sacerdotes, posse hoc sacramentū ministrare, nō solū intelligimus peccatū cōmitti si aliter fiat, sed q de necessitate sacramenti est, q à p̄sbytero exhibeatur, alio qui nullū erit sacramentū. Sed est tamē hīc dubiū, vtrū quicumq; simplices sacerdotes, licet non sint parochiales possint hoc sacramentū administrare. Respondetur in primis, q nemini sacerdotū est licitū vllū sacramentū administrare, nisi suis subditis, præterq; baptismū in extrema necessitate, vt patet clem. 1. de priuile. vbi etiā sacramentū extreme vñctionis exprimitur, sine licētia pprij sacerdotis, sub poena excōicationis etiā si sint religiosi. Et idē peculiariter de religiosis habetur clem. dudum, de sepult. q nō se intromittāt in officia p̄sbyterorū

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Obiectio.

Dilutio.

An quilibet sacerdos possit hoc sacramentum administrare.

terorū parochialiū. Attamen sacramentū hoc à quocunq; priuato sacerdote administratū tenet, licet administrans peccet. quoniam concurrunt omnia, quæ sunt de essentia sacramenti: nempe, materia, & forma, & intentio ministri. Secus in sacramento poenitentiæ, vt distinct. 18. diximus, quoniam absolutio, nisi ab eo fiat, qui iurisdictionem habet, vel priuilegiū absoluenti, nulla est. Vbi subinde adiecit, q sub ratihabitione confessionē alterius subditi audire non sufficit, nisi licentia præcesserit.

Dubiū eorum.

Archidiaconus.

Sancti autoris.

Vtrum verò sufficiat certa opinio ratihabitionis future, vt liceat sacerdoti, aut religiofo alieno subdito sacramentum extremæ vñctionis administrare, Archidiaconus, vt refert Sylu. verb. Vñctio extrema. §. 4. negat id licere neq; religiosi in articulo necessitatis, propter excōicationem, quam prædictæ clementinæ illis cōminantur. At verò profectō non oportet cum tanto rigore clementinas illas intelligere. Nā sic sūt ad arcēda audaciā religiosorum scripte, vt tamen non fuerit potestatis intentio in detrimentum Christiani populi illas edere. Et ideo vbi clarē præsumitur ratihabitione plebani: nempe, vbi quis iam iam animam expirat, & copia proprii sacerdotis haberi non potest, profectō possit & deberet quicumque alius sacerdos, etiam religiosus, infirmum inungere: nam licet non sit sacramentum necessitatis, sæpe possit cōtingere, vt p illud homo fieret ex atrito cōtritus. Quare tunc ratihabitione plebani certō præsumeretur. Imò quauis non præsumeretur, non censetur ecclesia illo articulo infirmum eo beneficio destituere. Vnde Caieta. verb. excōmunicatio. c. 64. ait religiosos non incurere sententiam illarum clementinarum si sub spe ratihabitionis sacramenta ministrant. Fortasse quispiā, qui Thomā VValdensem tomo. 2. de sacrament. c. pen. legerit, crediderit absente sacerdote licere etiam laico sacramentum extremæ vñctionis infirmo in articulo mortis administrare: ita enim ille autumat citans Bedam super epistolam Iacobi, qui quidem Beda allegat Innocētium primum in epistola ad Decentium, q omnibus Christianis vti liceat eodē sancto oleo in suā & suorum necessitudinem vngēdo. At verò hoc præter omnium opinionē asseritur. Neq; verò Beda aut Innocētius hoc affirmāt, sed hoc dūtaxat, q licitū sit sanitatis gratia oleo illo ab episcopo consecrato infirmos delini-

re. Non tamen sentiunt illud esse sacramentum, nisi à presbyteris in forma ecclesie illud fiat. Neque verò diuus Thomas in præsentiarum hoc siluit: refert enim morem sanctorum patrum in Aegypto, qui oleum ad infirmos transmittēbant, & sanabantur. Et beata quoque Genouefa olei vñctione infirmis salutem restituebat, quæ quidem vñctiones non erant sacramenta.

D. Thomæ.

Ad primum igitur argumentum respondetur, quod oratio, cui hoc sacramentum innitur, non est quæcunq; sed illa forma sacramenti, quam quidem sacerdos non in propria, sed nomine publico ecclesie profert, quod laicus efficere non potest. Quapropter licet sacerdos esset in peccato, nihilominus sacramentū suū haberet vim, quod in laico non contingeret. Ad secundū iam respondit, q diaconi possunt quidē purgare per exorcismos non tamen illuminare, quod fit per gratiam, & ideo administratio sacramenti illis non incumbit.

Solut. 1. arg.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

Ad tertium respondetur, quod cum confirmatio characterem imprimat, quo homo in statu perfectionis collocatur, illi administratio episcopalis dignitatis est propria, secus de extrema vñctione.

ARTICVLVS. II.

Vtrum hoc sacramentum sanis, furiosis, & pueris sit exhibendum.



Ost ministrorū considerationem quæritur de recipiētib⁹ hoc sacramentum. Et arguitur, quod sanis sit conferendū. Principalior enim huius sacramenti effectus est sanatio animi, quā corporis: sed sani corpore ægrotant mente: ergo illis etiā est necessarium.

Pars affirmatiua argu. 1.

Secundū arguitur, quod furiosis, & amentibus sit etiam tribuendum. Baptismus est præstantius sacramentum, & tamen, vt suo loco diximus, illud nō est amentibus denegādū.

Secundū argumentum.

Tertio arguitur, quod etiam pueris debeat impendi: nam quandoque eisdem morbis tenentur, quibus adulti, quibus medendis hoc sacramentum accommodatur.

Tertium argumentum.

In contrarium autem est, quod Iacobus non docet inungendos nisi infirmos: & cum valeat ad deuotionem, & hilaritatem animi non

Pars negat.

non competit amentibus: & cum detur in remissionem peccatorum actualium, non congruit pueris.

Prima cōcl.

¶ Quoniam quæstio sub tripertita forma proposita est, tribus, quatuor ve conclusionibus absoluetur. Prima. Sacramentum hoc non nisi infirmis conferre licet, imò si sanis conferatur, non erit sacramentum. Est enim hoc non solum de necessitate præcepti, sed de necessitate sacramenti. Ratio sancti Thomæ est, quod internus effectus sacramenti debet per externam ceremoniam designari: hoc autem sacramentum est quædam spiritus curatio: non ergo debet applicari, nisi infirmo.

Durand.

¶ Durand. vero quæst. 4. hanc rationem non admittit, tunc enim, inquit, sequeretur, quod baptismus non deberet applicari, nisi ei, qui sordidus est, ut per externam lotionem designaretur interior. Imò & poenitentia, inquit, non deberet impendi, nisi mortuis corporaliter, quia est suscitatio spiritualis. Hoc autem de mortuo ridiculum est, constantissimum enim est sacramenta non competere, nisi uiuis. Ad aliud autem de ablutione baptismi respondetur, quod ablutio corporalis etiam mundis competit. Præsertim quod ratione sanctus Thomas non adfert ad probandam veritatem, sed illa ex autoritate Iacobi supposita adducit hæc congruentiam, quæ apparentior est, quam alia Durandi. Ait enim rationem esse, quia fani pluribus alijs remedijs contra peccata abudant, quam infirmi, maximè in extremis.

Solutio. 1. ad Durand.

Durand.

Solutio. 2.

Quæ ratio non est multum solida: nam omnia remedia, quæ habent sani, habent etiam infirmi, saltem antequam usum rationis amittant. Ratio vero potissima est, quod effectus huius sacramenti, ut dictum est, non solum est gratiam conferre, sed etiam ab infirmitate corporea liberare. Et quia ex effectu sacramenti debet iudicium sumi materiam, & subiectum, inde colligitur, quod subiectum de essentia huius sacramenti est homo infirmus. Itaque sicut nullum esset sacramentum poenitentiam si absolueretur puer, qui nullum haberet peccatum actuale, eo quod illud sacramentum ad remissionem illorum delictorum institutum est: ita si vngeretur ille, qui non est infirmus, nullum esset sacramentum, quia deesset materia effectus eius. Et simile exemplum est in ordinibus: si enim mulier sacerdotio initiaretur, nullum esset sacramentum: quia non est subiectum sacramenti capax. Idem

Rõ Durand.

Resutatur rõ Durand.

Durand.

Simile.

confirmat ratio Hugonis loco citato libr. 2. part. 15. nempe, quod ut homines intelligerent infirmitates corporeas ex peccatis originari, institutum est hoc sacramentum infirmorum proprium, quo per remissionem peccatorum sanantur infirmitates. Solidum autem fundamentum conclusionis est verbum Iacobi, infirmatur quis in vobis &c. Et post Iacobum autoritas etiam Innocentij cap. vnico. de sacra. vnctione, vbi oleum huius sacramenti appellat oleum infirmorum.

Rõ Hugonis.

Fundamētū præcipuum.

¶ Sed est necessarium sacramenti subiectum sit infirmus, nulla tamen autoritas, vel ratio persuadet, ut debeat infirmus graui morbo iacere, morti propinquus. Arguitur est Lutheri, quem Roffensis in assertionem septem sacramentorum refert. Quinimò & Faber Stapulensis super septimum cap. Dionysij, de ecclesiasti. hierar. idem ferè ait: nempe, quod non deberet dari desperatis, sed à principio infirmatis, vel in medio. Vñ ridendo ait Lutherus, quod Iacobus non ait. Si quis moriatur, aut proximus sit morti, sed si quis infirmatur, quibus verbis nullum infirmum ab hoc sacramento excludit. Ac perinde Iudibrio dat nomen extremæ vnctionis: non enim, inquit, est cur dicatur extrema, nisi respectu aliarum: puta, illius, quæ fit in baptismo, aut in confirmatione, aut in sacris ordinibus.

Arguitur Lutheri.

Fab. Stapul.

¶ His tamen non obstantibus subditur secunda conclusio. Hoc sacramentum non debet exhiberi, nisi infirmis, qui morti appropinquant. Conclusio quidem potissimum autoritate, & vsu ecclesie fundatur. Habetur enim in concilio Florentino, quod non nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari debet. Quem quidem usum vniuersalis obseruat ecclesia. Supposita ergo ex his fundamentis veritate, non desunt in eius confirmationem congruentes rationes. Prima est sancti Thomæ, quod cum hoc sit remedium vltimum, quod suis fidelibus adiuuare potest, non debet illud adhibere, nisi illis qui iam iam ab hac luce commigrant, ut eos ad fruendum cœlesti foelicitate disponat. Attamen ex effectibus eiusdem sacramenti eadem veritas irroboretur. Cum enim effectus eius præcipuus sit remissio peccatorum perfecta, vsque ad eorum reliquiarum absterfionem, non congruit, ut quæst. præcedenti, dicebamus, illud applicare, nisi circa postremum vite articulum, vbi & infirmus reliquijs eorum peccatorum pressius vexatur: scilicet

Secunda cōcl.

Conci. Flor.

Rõ. 1. s. Tho.

Ratio. 2.

scilicet, mœrore & metu, & vbi peccata, quæ earum fuerunt causa, transiisse prorsus censentur nunquam reditura. Accedit, quod hoc sacramentum non nisi post viaticum adhiberi debet: viaticum autem, ut nomen sonat, non nisi viam ingrediētibus vniuersæ carnis ministrari debet. Si verò ad secundarium effectum spectemus, cum ille sit sanatio corporalis per supernaturalem sacramenti virtutem, non est consentaneum in quacumque leuicula infirmitate, cui per naturalia remedia, & medicamina facillimè succurri potest, remedio hoc supernaturali vti: imò ille status expectandus est, quo tentata naturalia remedia non censeantur sufficere: nempe, ut si effectus salutis corporeæ subsequatur, honor inde & existimatio sacramento tanquam eiusdem remedij causa deferatur. Potissimum cum hunc effectum Deus non nisi ad confirmandam fidem sacramento tribuerit, ut scilicet inde homines propensius ad eam colendam efficiantur. Si verò infirmitas leuis esset, vel non vsque adeo grauis, salus tunc nullatenus virtuti sacramenti referretur accepta. Quinverò hoc ipsum ex dono miraculorum confirmatur. Hand enim credibile est apostolos dono sanitatis in quoscumque infirmos fuisse vsos, sed in dæmoniacos, atque alios grauius iacentes, ut virtus Dei, & gloria patentius eluceret.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

Ratio. 5.

Arg. Lutheri.

Nota attēte.

Lutheri calumnia.

Impugnatur arguitur.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

eius salus omni spe destituta: nam cum sacramentum ad hoc, ut diximus, non operetur per modum miraculi, sed virtute ordinaria supra naturali, quæ naturales causas adiuuat, non debet expectari articulus, quo eadem naturales causæ roborari non possint, sed aliqua spes salutis duret. Atque hoc orationes ipsæ quas ecclesia præmittit, magno sunt documento, & testimonio. Instanter enim, & instantius Dei clementiam deprecatur, qui infirmanti opem ferat, ut sanitate ei restituta spes valeat eidem diuinæ maiestati amplius interuire.

Ratio. 3.

¶ Ad hæc ad apostolicum verbum adnotandum est, infirmatur quis in vobis: non enim periculum mortis, aut alius quilibet articulus ad huius sacramenti susceptionem sufficit, sed requiritur infirmitas. Quare licet quis procelosum mare intret, aut bellum, vbi præsentaneum imminet periculum mortis, aut ad supplicium capitis ex lege ducatur, non est huius sacramenti capax, neque vilius esset si eis applicaretur: quia huiusmodi homo non est subiectum, in quo secundarium effectum habere possit sanandi corpus.

Confirmatio ab autoritate Iacobi.

Nota hæc.

¶ Tertia conclusio. Amentibus, & furiosis non est sacramentum hoc concedendum, nisi aliquibus potirentur lucidis interuallis, quibus possent deuotione erga ipsum adducti illud petere. Probatur, quia, ut dictum est, effectus eius est deuotionem animi, & spem gloriæ excitare: qui autem à natiuitate, vel perpetuo est amens, non est huius effectus capax. Dum verò infirmus sanæ mentis illud petijt, licet postmodum phrenesi corripatur, potest, & debet illi adhiberi, nisi timeretur aliqua indecentia, & vituperium, quo sacramentum deturparet.

Tertia cōcl. s. Tho.

Ratio cœlestis.

Nota.

¶ Quarta conclusio. Neque verò pueris hoc sacramentum administrari potest ob eandem rationem, tum quia deuotionem, & effectum erga ipsum habere non possunt, tum quod, ut supra dictum est, non est institutum, nisi contra reliquias peccatorum actualium, quæ ipsi ante usum rationis committere nequeunt, vel contra reliquias originalis quatenus per actualia sunt confirmata. Quare sacramentum hoc neque principalem effectum in illis habere potest, neque alterum adhaerentem: quoniam infirmitates, quas pueri patiuntur, non sunt nisi nudi peccati originalis effectus.

Quarta conclusio.

¶ Quod

Dubium. Quod si quæras, quando pueri possint isto frui sacramento, respondetur, quod ab illo tempore, quo illis viaticum porrigitur: nam hoc illi succedit.

Solutio primi arg. Ad primum igitur argumentum respondetur, quod licet principalior effectus sit sanatio mentis, est tamē secundus sanatio corporis. & ideo non debet applicari, nisi subiecto, quod vtriusque sit capax. Præsertim quod applicatio eiusdem sacramenti debet fieri per modum curationis, quæ non conuenit, nisi infirmis. Vnde sicut pueri, inquit sanctus Thomas in ventre matris non sunt baptisimi capaces, ita neq; sani sunt apti, ut hoc sacramento vngantur.

Solutio. 2. Ad secundum, quo arguitur, quod si amentibus, & furiosis confertur baptismus, debet conferri, & extrema vnctio, negatur consequentia: quoniam baptismus nullum requirit motum proprium suscipientis, qua ratione confertur pueris ante usum rationis, & etiam amentibus. Hoc autem requirit deuotionem, vel salte affectum ad ipsum, & ideo non est par ratio.

Solutio. 3. Ad tertium denique iam responsum est, quod infirmitates puerorum nullatenus ad peccata actualia attinent, contra quæ hoc sacramentum instituitur.

ARTICVLVS. III.

Vtrum hoc sacramento non totum corpus, sed certæ partes sint vngendæ.



Restrema tandem quæstiuncula est de membris, quibus hoc sacramentum admouetur. Et arguitur, quod non tantum illis sex septemue partibus, quæ in vniuersali vsu sunt, sit applicandum. Nam cum applicetur per modum medicationis animæ, & ipsa sit in toto corpore, quod eadē ratione totū est infirmitatibus subditum, totum deberet inungi: quod si membrum aliquod inungendum esset propterea, quod est peccatorum radix, potius locus cordis vnde, ut ait Redemptor Matth. 14, prodeunt cogitationes, quæ coinquinant hominem, debet inungi, quam vel oculi, vel aures.

Secundū argumentum. Secundo. Puritas mentis non minus neces-

saria est exeuntibus ex christiana militia, quæ intransitibus: sed baptizati propter mentis sanitatem vnguntur in vertice capitis: ergo illic infirmantes deberent hoc sacramento inungi potiusquam in reliquis membris.

In contrarium autem est vniuersalis ecclesiæ ritus, quæ non nisi membra certa, & organa vngere iubet.

Ad quæstionem tribus cōclusionibus breuiter respondetur. Prima. De essentia sacramenti extremæ vnctionis est, quod vngantur quinque sensuum organa: nempe, oculi propter visum, & aures propter auditum, & nares propter odoratum, & os non propter loquelam, sed propter gustum, & manus propter tactum, quippe in quarum digitorum pulpis, ut in textu dicebamus, sensus tactus, licet per totum sit corpus protensus, præsertim viget, qua vtique ratione medici illis extremis digitorum articulis pulsum tangunt.

Potissimum huius cōclusionis fundamentum est ritus ecclesiæ, more & vsu vbiq; seruatus. Sed præterea accedit congruens ratio sancti Thomæ. Hoc enim sacramentum per modum medicationis operatur: ergo eius forma ex similitudine corporalis medicinæ dicenda est: in corporalibus autem licet totum corpus infirmetur, medicina tamen nõ applicatur, nisi illi loco, vbi radix, & fons infirmitatis latet: initium autem, & radix peccatorum spiritualium triplex est: scilicet, potentia cognoscitiua, & appetitiua, quæ ab illa mouetur, & motiua, seu executiua, quæ ab appetitiua excitatur: cognitio autem nostra teste Aristotele à sensu sumitur: ergo quantum ad essentiam attinet sacramenti satis est quinque organa sensus inungere, eo quod isto

rum trium principiorū peccati prima radix est cognoscitiua potentia: & propterea hūc morem tenet vniuersalis ecclesia.

Secunda cōclusio. Nonnullæ ecclesiæ in more habet propter virtutem appetitiuam inungere renes, & plures etiam propter executiuam, & motiuam inungere pedes, eo quod sunt principale instrumentum motus localis. Est ergo notanda sancti Thomæ distinctio, quod vsus vniuersalis ecclesiæ est inungere quinque sensus, quasi illud sit de essentia sacramenti, sed particulares habent diuersos mores vngendi pedes, & renes, quasi illud non sit de essentia, alioqui vniuersalis ecclesia illum morem seruaret. Neq; obstat

Pars affirmatiua.

Prima cōcl.

Fundamentū cōclusionis.

Rō. s. Thom.

Secūda cōcl.

Nota distinctio s. Thom.

Obiectio. obstat decretum concilij Florentini, vbi septem omnes vnctiones connumerantur: nã patrum intentio non fuit, nisi numerare omnes, quæ vel ecclesiæ vniuersali, vel aliqui particulari in more sunt, ut oēs approbaret, non tamen omnes in eodem gradu. Et re vera vnctio in renibus posset optimè excusari: quare in religionibus & in quàm plurimis ecclesijs vnctio illa non est in vsu, propter pudorem, præcipuè in foeminis: imò si foeminae essent vngendæ propter appetitum, in vmbilico essent vngendæ: nam ut potestas appetitus viris in lumbis insidet, secundum illud Iob. 40. Potestas eius in lumbis eius, ita & appetitua mulieris in vmbilico est. Vngere autem viros in renibus prætermisissis mulieribus non congruit formæ sacramenti, quæ vnica debet esse in omnibus. Vnctio verò pedum, quia nullum adfert pudorem, fieri decenter potest. Mutilati autem, & truncati homines, qui vel pedes non habent, vel manus, in partibus proximis inungendi sunt, etiam cæci à natiuitate, & surdi: nam licet exterius per illa organa non peccauerint, peccare tamen possunt per internas potentias, quibus illa membra respondent.

Dilutio. Primò igitur argumento iam redditum est responsum, cur non opus sit totum corpus inungere, sed sat sit inungere membra, quæ sunt peccatorum radices. Quod autem de corde arguitur, respondetur, quod de corde non exeunt cogitationes prauæ: hoc est, de voluntate (nam illo modo accipitur illic cor) nisi moueatur ex aliqua imaginatione, quæ sumitur à sensu, & ideo cor non est prima radix peccandi, sed potentia cognoscitiua.

Ad secundum respondetur, quod baptizati, quia ecclesiam intrant, sunt in statu acquirendi mentis puritatem, & ideo vnguntur in vertice, sed morientes sunt in statu expurgandi eius impuritatem, & ideo vnguntur in partibus illis, per quas mens coinquinatur.

Gravius autem argumentum contra secundam cōclusionem existit. Dicitur enim est supra sacramentalem gratiam infundi in termino prolationis vltimæ formæ. Arguitur ergo sic: Quinque priores vnctiones, ut dictum est, sunt tantum de essentia sacramenti: ergo in termino prolationis formæ in manibus infunditur gratia: atq; adeo vnctio renū, vel pedū non est pars sacramenti. Ad hoc respon-

106. detur, vt de tribus mersionibus baptismi, & de formæ consecrationis calicis dictum est. Differt enim inter partem essentialis sacramenti, & partem integram: essentialis enim est, sine qua nullum esset sacramentum, integralis verò, quæ ex institutione ecclesiæ concurret ad effectum sacramenti. Dignitas enim & manus in homine pars quidem integralis est concurrans ad opera vitalia, sed tamen nõ est de eius essentia: quæ abscissa manu hō viueret. Quare si nõ esset sic institutū sine illis duabus vnctionibus esset iure diuino sacramentū. Vñ quæ ecclesia iubeat, vt tribus mersionibus fieret baptismus, intentio ministri deberet ad omnes referri: quare gratia tunc nõ cōferretur, nisi in vltima mersione, sed tñ vbi illa constitutio cessauit, vna sufficit de iure diuino. Pari modo per omnia verba consecrationis calicis sit cōsecratio, quanuis non sint de essentia nisi, Hic est calix sanguinis mei. Horum ergo instar vbi non fieret vnctio nisi vsq; ad manus, illic cōferretur gratia, in ecclesijs verò vbi alix adhibetur, intentio ministri debet ad omnes referri, & tñ nisi in vltima non confertur.

107. Tertia cōclusio. Cum hoc sacramentum non imprimat characterem, potest iterari. Nam sacramentalia, & quædam sacramenta propterea non iterantur, quod habent effectum perpetuum, ut consecratio altaris, vasorum, & ornamentorum eius, & illa sacramenta, quæ characterem imprimunt: quia fieret illis iniuria, quasi semel applicata ad illos effectus non sufficerent. Sacramenta verò quæ illum effectum non habent, sed feruntur in materiam iterabilem: id est, quæ eandem recurrere potest, natura sua sunt iterabilia, ut quatuor sacramenta, quæ characterem non imprimunt, quorum vnum est hoc. Potest enim infirmus sanari, & iterum infirmari, qui ideo iterum atque iterum hoc sacramento indigebit. Ex quo fit, quod in eadē infirmitate, quandiu durat idem infirmitatis status, idēq; periculū mortis, semel vnctus non potest iteratò vngi. Si autem ab illo statu & periculo liberetur, licet eadem perseueret infirmitas, iterum ad eundem statum redeat, iterum potest vngi. Nam cum subiectū sacramenti non sit simpliciter infirmus, sed in tali statu proximo morti, licet eadē infirmitas maneat, si tñ immutetur status, vt per

108. aliquot dies sit sine periculo, & iterum redeat in periculum, potest sacramentum iterari.

109. Primò igitur argumento iam redditum est responsum, cur non opus sit totum corpus inungere, sed sat sit inungere membra, quæ sunt peccatorum radices. Quod autem de corde arguitur, respondetur, quod de corde non exeunt cogitationes prauæ: hoc est, de voluntate (nam illo modo accipitur illic cor) nisi moueatur ex aliqua imaginatione, quæ sumitur à sensu, & ideo cor non est prima radix peccandi, sed potentia cognoscitiua.

Ad secundum respondetur, quod baptizati, quia ecclesiam intrant, sunt in statu acquirendi mentis puritatem, & ideo vnguntur in vertice, sed morientes sunt in statu expurgandi eius impuritatem, & ideo vnguntur in partibus illis, per quas mens coinquinatur.

Gravius autem argumentum contra secundam cōclusionem existit. Dicitur enim est supra sacramentalem gratiam infundi in termino prolationis vltimæ formæ. Arguitur ergo sic: Quinque priores vnctiones, ut dictum est, sunt tantum de essentia sacramenti: ergo in termino prolationis formæ in manibus infunditur gratia: atq; adeo vnctio renū, vel pedū non est pars sacramenti. Ad hoc respon-

110. detur, vt de tribus mersionibus baptismi, & de formæ consecrationis calicis dictum est. Differt enim inter partem essentialis sacramenti, & partem integram: essentialis enim est, sine qua nullum esset sacramentum, integralis verò, quæ ex institutione ecclesiæ concurret ad effectum sacramenti. Dignitas enim & manus in homine pars quidem integralis est concurrans ad opera vitalia, sed tamen nõ est de eius essentia: quæ abscissa manu hō viueret. Quare si nõ esset sic institutū sine illis duabus vnctionibus esset iure diuino sacramentū. Vñ quæ ecclesia iubeat, vt tribus mersionibus fieret baptismus, intentio ministri deberet ad omnes referri: quare gratia tunc nõ cōferretur, nisi in vltima mersione, sed tñ vbi illa constitutio cessauit, vna sufficit de iure diuino. Pari modo per omnia verba consecrationis calicis sit cōsecratio, quanuis non sint de essentia nisi, Hic est calix sanguinis mei. Horum ergo instar vbi non fieret vnctio nisi vsq; ad manus, illic cōferretur gratia, in ecclesijs verò vbi alix adhibetur, intentio ministri debet ad omnes referri, & tñ nisi in vltima non confertur.

111. Tertia cōclusio. Cum hoc sacramentum non imprimat characterem, potest iterari. Nam sacramentalia, & quædam sacramenta propterea non iterantur, quod habent effectum perpetuum, ut consecratio altaris, vasorum, & ornamentorum eius, & illa sacramenta, quæ characterem imprimunt: quia fieret illis iniuria, quasi semel applicata ad illos effectus non sufficerent. Sacramenta verò quæ illum effectum non habent, sed feruntur in materiam iterabilem: id est, quæ eandem recurrere potest, natura sua sunt iterabilia, ut quatuor sacramenta, quæ characterem non imprimunt, quorum vnum est hoc. Potest enim infirmus sanari, & iterum infirmari, qui ideo iterum atque iterum hoc sacramento indigebit. Ex quo fit, quod in eadē infirmitate, quandiu durat idem infirmitatis status, idēq; periculū mortis, semel vnctus non potest iteratò vngi. Si autem ab illo statu & periculo liberetur, licet eadem perseueret infirmitas, iterum ad eundem statum redeat, iterum potest vngi. Nam cum subiectū sacramenti non sit simpliciter infirmus, sed in tali statu proximo morti, licet eadē infirmitas maneat, si tñ immutetur status, vt per

112. aliquot dies sit sine periculo, & iterum redeat in periculum, potest sacramentum iterari.

113. Primò igitur argumento iam redditum est responsum, cur non opus sit totum corpus inungere, sed sat sit inungere membra, quæ sunt peccatorum radices. Quod autem de corde arguitur, respondetur, quod de corde non exeunt cogitationes prauæ: hoc est, de voluntate (nam illo modo accipitur illic cor) nisi moueatur ex aliqua imaginatione, quæ sumitur à sensu, & ideo cor non est prima radix peccandi, sed potentia cognoscitiua.

Ad secundum respondetur, quod baptizati, quia ecclesiam intrant, sunt in statu acquirendi mentis puritatem, & ideo vnguntur in vertice, sed morientes sunt in statu expurgandi eius impuritatem, & ideo vnguntur in partibus illis, per quas mens coinquinatur.

Gravius autem argumentum contra secundam cōclusionem existit. Dicitur enim est supra sacramentalem gratiam infundi in termino prolationis vltimæ formæ. Arguitur ergo sic: Quinque priores vnctiones, ut dictum est, sunt tantum de essentia sacramenti: ergo in termino prolationis formæ in manibus infunditur gratia: atq; adeo vnctio renū, vel pedū non est pars sacramenti. Ad hoc respon-

114. detur, vt de tribus mersionibus baptismi, & de formæ consecrationis calicis dictum est. Differt enim inter partem essentialis sacramenti, & partem integram: essentialis enim est, sine qua nullum esset sacramentum, integralis verò, quæ ex institutione ecclesiæ concurret ad effectum sacramenti. Dignitas enim & manus in homine pars quidem integralis est concurrans ad opera vitalia, sed tamen nõ est de eius essentia: quæ abscissa manu hō viueret. Quare si nõ esset sic institutū sine illis duabus vnctionibus esset iure diuino sacramentū. Vñ quæ ecclesia iubeat, vt tribus mersionibus fieret baptismus, intentio ministri deberet ad omnes referri: quare gratia tunc nõ cōferretur, nisi in vltima mersione, sed tñ vbi illa constitutio cessauit, vna sufficit de iure diuino. Pari modo per omnia verba consecrationis calicis sit cōsecratio, quanuis non sint de essentia nisi, Hic est calix sanguinis mei. Horum ergo instar vbi non fieret vnctio nisi vsq; ad manus, illic cōferretur gratia, in ecclesijs verò vbi alix adhibetur, intentio ministri debet ad omnes referri, & tñ nisi in vltima non confertur.

115. Tertia cōclusio. Cum hoc sacramentum non imprimat characterem, potest iterari. Nam sacramentalia, & quædam sacramenta propterea non iterantur, quod habent effectum perpetuum, ut consecratio altaris, vasorum, & ornamentorum eius, & illa sacramenta, quæ characterem imprimunt: quia fieret illis iniuria, quasi semel applicata ad illos effectus non sufficerent. Sacramenta verò quæ illum effectum non habent, sed feruntur in materiam iterabilem: id est, quæ eandem recurrere potest, natura sua sunt iterabilia, ut quatuor sacramenta, quæ characterem non imprimunt, quorum vnum est hoc. Potest enim infirmus sanari, & iterum infirmari, qui ideo iterum atque iterum hoc sacramento indigebit. Ex quo fit, quod in eadē infirmitate, quandiu durat idem infirmitatis status, idēq; periculū mortis, semel vnctus non potest iteratò vngi. Si autem ab illo statu & periculo liberetur, licet eadem perseueret infirmitas, iterum ad eundem statum redeat, iterum potest vngi. Nam cum subiectū sacramenti non sit simpliciter infirmus, sed in tali statu proximo morti, licet eadē infirmitas maneat, si tñ immutetur status, vt per

116. aliquot dies sit sine periculo, & iterum redeat in periculum, potest sacramentum iterari.

117. Primò igitur argumento iam redditum est responsum, cur non opus sit totum corpus inungere, sed sat sit inungere membra, quæ sunt peccatorum radices. Quod autem de corde arguitur, respondetur, quod de corde non exeunt cogitationes prauæ: hoc est, de voluntate (nam illo modo accipitur illic cor) nisi moueatur ex aliqua imaginatione, quæ sumitur à sensu, & ideo cor non est prima radix peccandi, sed potentia cognoscitiua.

Ad secundum respondetur, quod baptizati, quia ecclesiam intrant, sunt in statu acquirendi mentis puritatem, & ideo vnguntur in vertice, sed morientes sunt in statu expurgandi eius impuritatem, & ideo vnguntur in partibus illis, per quas mens coinquinatur.

Gravius autem argumentum contra secundam cōclusionem existit. Dicitur enim est supra sacramentalem gratiam infundi in termino prolationis vltimæ formæ. Arguitur ergo sic: Quinque priores vnctiones, ut dictum est, sunt tantum de essentia sacramenti: ergo in termino prolationis formæ in manibus infunditur gratia: atq; adeo vnctio renū, vel pedū non est pars sacramenti. Ad hoc respon-

Solut. 1. arg.

De corde.

Solutio. 2.

Argu. contra secundā cōclusionem.

Solutio arg.

simile.

Ex

Ex his tandem consequitur, quod licet homo dum priores vnctiones fiunt non esset dispositus ad suscipiendam gratiam, si tamen in vltima per attritionem esset dispositus, vt non opponeret obicem, illic eam reciperet.

Finitus ergo est tomus sacramentorum primus, qui in quinque illis tractandis versabatur, quæ singulis Christianis ad eorū cuiusq; perfectionem accommodantur.

Laus Deo.


Finis primi Tomi.

Registrum huius operis.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z. Aa.Bb.Cc.Dd.Ee.Ff.Gg.Hh.Ii. Kk.Ll.Mm.Nn.Oo.Pp. Qq. Rr.Ss. Tt. Vv. Xx. Yy. Zz. Aaa.Bbb.Ccc.Ddd.Eee.Fff.Ggg. Hhh.Iii.Kkk.Lll.Mmm.Nnn.Ooo.Ppp. Qqq.Rrr.Sss.Ttt. Vvv. Omnes sunt quaterniores præter Vvv. qui est quinternio.

ERRATA.

Pag. 17. li. 12. absolutionem. pro. ablutionem. Pag. 650. li. 17. præter humanas actus. superfluit. Pag. 834. li. 6. fra. iri. pro. frangendum esse. Pag. 521. col. 2. li. ab imo. 10. quod in aliquibus codicibus est erratum, sic lege, non sunt sacramēto cōtraria, quia prohibēt neminem ab eius perceptione dicente August.



EXCVDEBAT SALMANTICÆ Ioannes à Canoua, Typographus longè accuratissimus, anno a Christo nato. 1558. Decimo octauo Calendas Februarias.





PER ARMA SPERANDA
SOMNIORES ET DECEPTORES.
CONSILIO ET VIRI
TATE GIUM